ILLUSTRIS Sanè *Anthropologia*, seu potiùs *Anthropopathia*: ideſt, conceptus actionis humanæ in Deo; non quia passus, sed quia hominibus exprimit, quod faciunt, quorum corda dolor acerbitate tangit, & acerbitas amaritudinis intimè pungit. Evanuerat prima Deitatis perpulchra similitudo in Lucifero, summæ perfectionis signaculo; quia semel conversus, semper conversus, & perversus. At quia facilis descensus Averni, ut posset revocare gradum, vel post voluntarium præcipitium, & infelicitatem, supplantationis sutelatoris vafritie; formavit Dominus Deus Hominem de limo terræ. *De limo terræ*, quasi respirans de casu desertoris Angeli, & requiescens gratissimè in homine, cunctorum præside, ut posset per rationales dilectas, & gratis animas, implere Opifex rerum Angelorum ruinas. Sed hem! Modò hæsitans crebris culpis, & à dilectis (equidem eius deliciũ, ludere cum filijs hominum) tot iniurijs, tot offensis, haud imbecillitate naturæ, sed malitia prævalente; non quia ecliptim Sol intelligentiæ passus esset in cœlo capitis, sed quia intenta in malum omni tempore cuncta cogitatio cordis; *Recolens*, vel *Recogitans* (uti legunt Septuag. hic, & Augustinus lib. 15. de *Civ. Dei*, cap. 25.) cuncta tentata, tot beneficia, tot dona, charismata tanta, & quod illi quasi refrigerium, factum cordolium; per *Aporian*, seu *Dialogismum*, intimo dolore repercussus, tædio percitus, sibi quasi dixit: Angelus corruit. Sit. Ingratus cecidit, quia non cessit. Num etiam homo, & quem erexi de luto!

Septuag. Augustin.

*O nullis illecta bonis, nullisque repressa*
*Legibus, antiquo tantum summissa draconi*
*Effera gens hominum, dudũ corruptior ævo!*
*Nascitur hinc proles peccati, germinat inde*
*Deterior soboles multo, peiorque priori*
*Progenies sequitur gradibus ad crimina crescens.*

Alc. Avit.

Succinunt & Alcimus Avitus lib. 4. *Genes.* vers. 144. & Hilarius Pictav. in suã *Genes.* vers. 170. Quid faciam? My. Quid? Plus carnis in mente, quàm mentem habet. Quæ mei muneris, & officiose exhibui: ex nihilo produxi, scientiam indidi, sapientiã venustavi, liberum arbitrium concessi, ineffabili magnitudine duxi. Quid ultra debui facere? Vivo Ego ::

Hil.

*Oratio Dei pathetica inter iustitiam, & misericordiam*

7. *Cibos, ut comedã.* Utique in Eucharistia verè cibus; sed cibi sunt species, & aliud corpus. DIDASC. 7. *Eucharistia scola nova est amoris.* Fol. 561.

8. *Cibos, ut comedam.* Benè, si ab amico: quippe si inimico gratia, non cibus porrigitur sed venena. DIDASC. 8. *Speciosiùs iniuriæ beneficijs vincuntur, quàm mutuâ odij pertinaciâ pensantur.* Fol. 565.

TAUTOLOGIA UNDECIMA.

*Si dederit mihi panem ad vestendum, & vestimentum ad induendum,* &c. Fol. 569.

*AUCTORITATIS PERIPHRASIS.* *DIDASCALIARUM SYNOPSIS.*

1. *Vestimentũ ad induendũ.* Vestis inclyta fides; verum non vestis sine veste operationis. DIDASC. 1. *Parum refert vestitus fidei, sine vestitu operis.* Fol. 581.

2. *Vestimentum ad induendum.* Sese induit quisque, quo pauperem vestit. DIDASC. 2. *Eleemosyna non tam accipientibus, quàm dantibus prodest.* Fol. 585.

3. *Vestimentum ad induendum:* quippe non induit vestimentum, si non proprium. DIDASC. 3. *Bona ablata serviunt ad speciem, & non ad utilitatem.* Fol. 589.

4. *Vestimentum ad induendum.* Quoniam affectio in sententijs denudatur, ubi iustitiæ veste, ne pateat, magis induitur. DIDASC. 4. *Affectio iudicum iustitiam vulnerat.* Fol. 592.

5. *Vestimentum ad induendum*: etenim detractor non habet, ut signet occulta bona; sed ut palescant vulnera. DIDASC. 5. *Detractio lethalitèr tres inficit uno flatu.* Fol. 597.

6. *Vestimentum ad induendum:* siquidem tunc vestis decore induitur, dum induitur & ad gratiam & ad gloriam. DIDASC. 6. *Vestis Divi Ildephonsi gloria vestis.* Fol. 602.

7. *Vestimentum ad induendum.* Amplior vestimenti amoris rutilat speciositas, si appareret nuditas. DIDASC. 7. *Vestis amoris nulla.* Fol. 605.

8. *Vestimentum ad Induendum.* Homines vestiuntur in carnis auctoramen: Martyres verò nudantur in splendorem. DIDASC. 8. *Martyres vestiuntur pretiosâ purpurâ & verâ.* Fol. 609.

TAUTOLOGIA DUODECIMA.

*Tu nosti servitutem, qua servivi tibi.* Fol. 615.

*AUCTORITATIS PERIPHRASIS.* *DIDASCALIARUM SYNOPSIS.*

1. *Servitutem, qua servivi.* Minimè servit, qui servitute nocet. DIDASC. 1. *Ignominiosa conversatio iusurronis.* Fol. 624.

2. *Servitutem, qua servivi:* igitur servitute divitiarum videtur imperium, modò evaneſcat servitium. DIDASC. 2. *In firmi animi est, pati non posse divitias.* Fol. 629.

3. *Servitutem, qua servivi:* etenim humilitas, dum tẽdit in servitutẽ, obtinet exaltationẽ. DIDASC. 3. *Humilitas in superiora sublimis erigitur.* Fol. 632.

4. *Servitutem, qua servivi*: quoniam amantis captivitas est summa cordis libertas. DIDASC. 4. *Vincula amoris sunt pignora libertatis.* Fol. 636.

5. *Servitutem, qua servivi.* Servit honor, ubi iurè maculatur: verum servit servitute, si liber crimine, splendor servit dedecori. DIDASC. 5. *Studium famæ crescit honore.* Fol. 641.

6. *Servitutem qua servivi tibi.* Sanè non servit servitutem; qui cui servit, ad servitium non contemplatur præsentem. DIDASC. 6. *Præsentia amati ostendit servitutem amoris.* Fol. 644.

7. *Servitutem, qua servivi.* Modò ut servitus displicet, quod uti libertas placuit: tunc enim servitus cognoscitur, dum excutitur. DIDASC. 7. *Eò quis felix liber est, quo miserior servus fuit.* Fol. 648.

8. *Servitutem, qua servivi.* Servitus sola est servitus libertatis; sed servitus cum exilio est servitus servitutis. DIDASC. 8. *Exilium virginis amor convertit in gravamen servitutis.* Fol. 650.

TAU-



# TAUTOLOGIA PRIMA.

*TACTUS DOLORE CORDIS INTRINSECUS,*
*Delebo, inquit, hominem, quem creavi à facie terræ.*
Genes. 6. vers. 6. & 7.

## EXPOSITIO LITERAE.

ILLUSTRIS Sanè *Anthropologia*, seu potiùs *Anthropopathia*: ideſt, conceptus actionis humanæ in Deo; non quia passus, sed quia hominibus exprimit, quod faciunt, quorum corda dolor acerbitate tangit, & acerbitas amaritudinis intimè pungit. Evanuerat prima Deitatis perpulchra similitudo in Lucifero, summæ perfectionis signaculo; quia semel conversus, semper conversus, & perversus. At quia facilis descensus Averni, ut posset revocare gradum, vel post voluntarium præcipitium, & infelicitatem, supplantationis sutelatoris vafritie; formavit Dominus Deus Hominem de limo terræ. *De limo terræ*, quasi respirans de casu desertoris Angeli, & requiescens gratissimè in homine, cunctorum præside, ut posset per rationales dilectas, & gratis animas, implere Opifex rerum Angelorum ruinas. Sed hem! Modò hæsitans crebris culpis, & à dilectis (equidem eius deliciũ, ludere cum filijs hominum) tot iniurijs, tot offensis, haud imbecillitate naturæ, sed malitia prævalente; non quia ecliptim Sol intelligentiæ passus esset in cœlo capitis, sed quia intenta in malum omni tempore cuncta cogitatio cordis; *Recolens*, vel *Recogitans* (uti legunt Septuag. hic, & Augustinus lib. 15. de *Civ. Dei*, cap. 25.) cuncta tentata, tot beneficia, tot dona, charismata tanta, & quod illi quasi refrigerium, factum cordolium; per *Aporian*, seu *Dialogismum*, intimo dolore repercussus, tædio percitus, sibi quasi dixit: Angelus corruit. Sit. Ingratus cecidit, quia non cessit. Num etiam homo, & quem erexi de luto!

Septuag. Augustin.

*O nullis illecta bonis, nullisque repressa*
*Legibus, antiquo tantum summissa draconi*
*Effera gens hominum, dudũ corruptior ævo!*
*Nascitur hinc proles peccati, germinat inde*
*Deterior soboles multo, peiorque priori*
*Progenies sequitur gradibus ad crimina crescens.*

Alc. Avit.

Succinunt & Alcimus Avitus lib. 4. *Genes.* vers. 144. & Hilarius Pictav. in sua *Genes.* vers. 170. Quid faciam? My. Quid? Plus carnis in mente, quàm mentem habet. Quæ mei muneris, & officiose exhibui: ex nihilo produxi, scientiam indidi, sapientiã venustavi, liberum arbitrium concessi, ineffabili magnitudine duxi. Quid ultra debui facere? Vivo Ego :::

Hil.

Oratio Dei pathetica inter iustitiam, & misericordiam

Ha! Vel meritis conditio vilis extollitur, etiam dignationibus inflatur. En quid agam? De toto ad solum corpus miserabile studium. Nec clementia iuvat, nec torvitas arctat. Minimè corriguntur indulgentiâ, non subsistunt in vindictâ. Nihil agunt, nec agent rectè, etiam si extendero manum: quid igitur si dimisero flagellum? Quid? Nullo modo flectuntur, etsi torqueantur. Si non clamant, feriente fulmine tribulationis, ut parcant, imò provocant criminibus, ut iterùm feriam; Væ. Placet,

Ovid. ——*Genus mortale sub undis*
*Perdere & ex omni nimbos dimittere cælo.*

Vel Ethnicus profert lib. 1. *Metam.* Fabul. 7. & Sacer Vates Marius Victor lib. 2. *Genesios* vers. 391.

*Gurgita præcipiti pollutum diluat orbem,*
Mar. Vict. *Implicitosque homines, & quicquid vivere iussi*
*Causa hominum, tumidi convolvat labe profundi.*

O Pater! Tantæne animis cœlestibus iræ? Tantæ, & iure, flagitante scelere,
*Extulerat mortale genus crudelibus ausis*
*Ingentes animos. Omni pro lege voluntas*
Alc. Avit. *Sola erat: usque adeo versi in crimina mores.*
*Ius hominum nullum, tum nil distare putatum*
*Fasque, nefasque inter: recti custodia numquàm:*
*Non iudex, non testis erat, non denique rector,*
*Arbiter aut morum, vel qui suaderet honestum;*
*Sed princeps sibi quisque fuit virtute nocendi.*
*Nec meritis, sed mole potens, qui fortior esset,*
*Hic melior sibimet sese censore placebat.*

Ait Alcimus Avitus ubi supr. vers. 11. Eadem ferè Marius Victor, vers. 331. & etiam Profani. Consule Ovidium lib. 1. *Metam.* Fab. 4. atque Claudianum tùm lib. 1. In *Rufin.* cùm in *Gigantomachia*. Hæc mundus. Hæc homo.

*Hæc revocare gradum à vitijs, gressumque referre,*
Idem. *Cuiquam in votis.*

Non? Immedicabile vulnus ense recidendum: sobolemque priori dissimilem populo, ostendam mirabili nave, qua Numine læso, impellet ira,

Virgil. ——————*Tot volvere casus*
*Insignem pietate virum, tot adire labores.*

Tantùm in crimina summa processum est; ut etiam Deus, cui proprium est misereri semper, & parcere, cuius natura bonitas, cuius ingenium benignitas, cuius iustitia lenitas, cuius animus charitas, cuius pectus, & viscera longanimitas; ira commotus, criminibus irritatus, delere decreverit universum humanum ingratum genus, licèt in articulo, *Tactus dolore cordis intrinsecùs.*

2 Non enim in Deo dolor est, sicut nec aliæ passiones Pœnitentiæ, Misericordiæ, Tristitiæ, Anxietatis, Dubitationis, Iræ, Furoris, Indignationis &c. ut latè probat D. Thom. 1. *Cont. Gentes*, cap. 89. sed metaphoricè tantùm secundùm similitudinem ad hominum sensus & motus, uti ex PP. docent Theologi cum eodem Angel. Doctore 1. part. quæst. 3. & 20. Unde idem ibid. quæst. 19. art. 11. ad 2. *Punitio* (ait) *non est signum, quòd in Deo sit ira: sed punitio ex eo ipso quod in nobis est signum iræ, in Deo dicitur ira.* Passio ut passio imperfectio est, quæ longè à Deo. Secundùm accommodationem, non secundùm proprietatem, huiusmodi effectus, & affectus prædicantur de Deo, cùm illi repugnet, vel vicissitudinis obumbratio. Ideo Augustinus ubi supr. *Ira* (inquit) *Dei non perturbatio animi eius est; sed iudicium, quo irrogatur pœna peccato: mutandarum scilicet rerum est immutabilis ratio.* Sic enim dolere dicitur, haudquaquàm quia possit dolore affici, malovè comprimi; igitur ad illum nec accedit malum, nec cœlo potest appropinquare flagellum: *Neque enim homo est, ut agat pœnitentiam.* 1. Reg. 15. 29. *Neque ut filius hominis ut mutetur.* Numer. 23. 19. Immutabilis exponitur hominibus, ad modum dolentis, verùm sine dolore, sine acerbitate, aut doloris affectione: etenim sine motu sævit, sine crudelitate occidit, salva pietate ulciscitur, indignatione procul irascitur, sine pœna dolet, & sine dolore pœnitet. Vide Augustinum lib. 1. *Confes.* cap. 4. Proin in præsenti articulo, quoniam dolentis hominis adinstar se exhibuit (quem pœnitet, cuius pudet, dum opus tot curis elaboratum, quot ornamentis politum, apparet etiam oculis conditoris ingratum) sicut prideni in lapsu Adami (uti apposite canit Marius Victor lib. 1. vers. 460.

*Quo modo passiones in Deo* D. Thom.

Augustin.

Cur



*Cur ubi sis quæsit, nisi quòd te more doleris*
*Lapsum sponte tua secum non esse fateatur?*)

Non secundùm rem, sed secundùm modum, quoniam quidem homo non respondit expectationi artificis; dicitur Deus tactus dolore cordis. Mar. Vict.

3 Arcana diversa PP. signant in eiusmodi locutione pathetica. Gregorius Magnus lib. 5. *Moral.* cap. 5. ac ex eodem Paterius lib. 1. in *Genes.* cap. 34. *Pro utilitate hominis* (ait) *vocem in se humanæ passionis ipse Conditor hominum sumit.* Procopius hic cap. 5. *Humano more locutus est.* Augustinus ubi supr. de *Civ. Dei. Si non utatur Scriptura talibus verbis, non se quodammodò familiarius insinuabit omni generi hominum.* Rupertus lib. 4. in *Genes.* cap. 15. *Laborat hic sermo divinus, & quasi in versanda nimiæ magnitudinis mole, penè confringitur.* Chrysostomus hic *Homil.* 22. *Verbum crassum. Iuxta humanam consuetudinem loquitur nobis Deus.* Eadem ferè Glossa Interlinealis. Denique Ambrosius lib. de *Noe & Arca*, cap. 4. *Ideo* (profert) *hæc leguntur, ut exprimatur peccatorum nostrorum acerbitas, quæ divinam meruerit offensam: tanquàm confusæ increverit culpæ, ut etiam Deus, qui naturaliter non movetur aut ira, aut odio, aut passione ulla, provocatus videatur ad iracundiam.* Modò ergo, ut clarescant alia affinia testimonia, operæpretium erit, descendere testimonij huius ad singula. Greg. Mag. Procop. Augustin. Rupertus. Chrysost. Glos. Interl. Ambros.

4 *Tactus*: puta, commotus, percitus, percussus, perculsusvè, sensu quo supr. Ita igitur interdum accipitur à Poëtis, & Oratoribus.

*Et tu materno tacta dolore Thetis.*

Canit Propertius lib. 1. *Eleg.* 7. ac Lucretius lib. 1. de *Natur. Rer.* vers. 61 de Deo loquens, ait: Propert.

*Nec benè pro meritis capitur, nec tangitur irâ.*

Ideo de cœlo dicuntur tacti, qui fulmine perculsi: similiterque montes, pyramides, ac ædificia hic mota, vel icta, signantur de cœlo tacta. Cornelius Tacitus lib. 13. *Ann.* cap. 24. *Tactæ de cælo ædes.* Idem ibid. lib. 14. cap. 12. *Tacta de cælo quatuordecim urbis regiones.* Titus Livius lib. 7. *Decad.* 4. Cicero lib. 2. de *Divinat.* iterant phrasim eodem sensu. Hic itaque inest: *Tactus etiam is, qui hanc urbem condidit.* Hoc est, *Affiatus.* Suetonius in *August.* cap. 9. in *Caligul.* cap. 17. ac in *Galb.* cap. 1. vocem inculcat. Demùm Virgilius *Bucolic.* Eclog. 1. v. 17. & lib. 2. *Æneid.* v. 649. Lucret. *Quid vagit de cœlet* Tacit. Livius. Cicer. Suetonius

*De cœlo tactas memini prædicere quercus.*
Virgil. *Fulminis affiavit ventis, & contigit igni.*

Quapropter Deus quasi offensis punctus, & sceleribus stimulatus, iuxta similitudinem hominum, amaritudine aliqua compunctorum, *Tactus dolore* dicitur: non quia corpus habeat, uti fanaticè Anthropomorphitæ ogganiebant, in quos iam *Tom.* 1. *Tautolog.* 2. in *Liter. expos.* num. 21. & *Tautolog.* 4. num. 13. nec quia illi insint passiones humanæ. Vel Ethnici cognoverunt. Terentius in *Andria* Act. 5. Scen. 5. vers. 3.

*Ego vitam Deorum propterea sempiternam esse arbitror,*
Terent. *Quòd voluptates eorum propriæ sunt.*

Manilius id, sed vividiùs expressit lib. 1. *Astronom.* cap. 6. vers. 39.

*Idem semper erit: quoniam semper fuit idem.*
Manil. *Non alium videre patres, aliumvè nepotes*
*Aspicient: Deus est, qui non mutatur in ævo.*

Lucretius ubi dudùm vers. 56. in quibusdam catholicè, in quibusdam ethnicè, canit:

*Omnis enim per se Divûm natura necesse est,*
*Immortali ævo summa cum pace, fruatur,*
*Semota à nostris rebus, seiunctaque longè.*
*Nam privata dolore omni, privata periclis,*
Luc. etc. *Ipsa suis pollens opibus: nihil indiga nostri,*
*Nec benè pro meritis capitur, nec tangitur irâ.*

Aliqua intellige cum grano salis, quippe plurium error Ethnicorum, Stoicorum maximè, Chrysippo, & Epicuro magistris, Deo de nostris curam non esse. Sophocles in *Philoct.* Æschyl. in *Agamemn.* Euripides in *Hecub.* Virgilius lib. 4. *Æneid.* vers. 379. Martial. *lib. 4. Epigr.* 21. Propertius *Eleg.* 5. lib. 3. Plinius lib. 2. cap. 7. & Seneca in *Hippolit.* Act. 3. à vers. 968. Qui ait: *Ethnici unde ea in subsidiarijs pro videntiâ recantur.*

——————*Sed cur idem*
*Qui tanta regis, sub quo vasti*
*Pondera mundi librata suos*

*Ducunt orbes, hominum nimium*
*Securus ades, non solicitus*
*Prodesse bonis, nocuisse malis?*
*Res humanas ordine nullo*
*Fortuna regit, spargitque manu*
*Munera cæcâ, pectora fovens.*
*Vincit sanctos sæva libido,*
*Fraus sublimi regnat in aula.*
*Tristis virtus perversa tulit*
*Præmia recti: castos sequitur*
*Mala paupertas, vitioque potens*
*Regnat adulter. O vane pudor,*
*Falsumque decus!*

Senec.

Senecam imitati sunt & Severinus Boetius lib. 1. de *Consol.* Metr. 5. & Claudian. lib. 2. in *Rufin.* Dixi *Imitati sunt*, quia oppositum sensere & iurè, idem Boetius ibidem lib. 1. cap. 4. Claudian. ibid. ut latè videbimus *Tautolog.* 2. *Dict.* 1. *num.* 10. imò ipse Senec. lib. de *Prov.* ex Epicteto lib. 1. *Dissert.* cap. 12. Quorum errores taxat Psalmographus Regius *Psalm.* 72. Augustin. lib. de *Pœnitent.* cap. 3. Gregor. Magn. in *Pastoral.* part. 3. in *Reg.* 1. lib. 4. cap. 5. Clem. Alexand. lib. 7. *Strom.* Theodoret. serm. 9. de *Prov.* Isidor. Pelusiota lib. 2. epist. 137. Tertul. de *Pœnit.* cap. 3. Hieronym. *Epist.* ad Paulam de morte Blesillæ, & Salvianus Massilienf. lib. 1. de *Provid. Dei.*

5 *Dolore cordis*: nempe gravi amaritudine animi (quod Nos dicimus: *Pesadumbre*) ideſt, cordolio, quasi suppressione spiritus, cuius causas videris apud Nicol. Nancelium lib. 4. cap. 10. *Analog. Micr. ad Macr.* igitur in corde nullus morbus, nec leve vulnus, quin sit lethale, uti altruunt Hippocrates lib. 6. *Aphorism.* 18. & Celsus lib. 5. cap. 24. Hinc quia cor sedes affectionum, quasi in illo illarum focus sit, dicitur dolere, vel gaudere: quæ quidem affectiones à Græcis *Pathemata*, idiomate Latino dicuntur passiones animi. Vide Levinum Lemnium de *Miraculis natur.* lib. 1. cap. 12. Ideo ubi homo solicitudine premitur, amaritudine pungitur, anxiatur pœnis, stimulatur curis, dicitur dolere, dolore cordis. Ita Psalm. 68. 2. *Intraverunt aquæ usque ad animam meam.* Proverb. 19. 13. *Dolor patris filius stultus.* Eccli. 30. 12. *Dolor animæ.* Isai. 65 14. *Dolor cordis.* Idem 2. Machab. 3. 17. Rom. 9. 2. alijsque locis, ubi *Cor* pro animo metonimyce invenies. Exod. 7. 13. 1. Reg. 16. 7. Iob 8. 10. Psalm. 23. 4. Matth. 9. 4. Marc. 6. 52. Luc. 8. 12. & Ioan. 13. 2. Quapropter testimonij sensus erit: ita Deus malitiâ hominum gravatus erat, ita lenitatem animi vita sine lege provocaverat, ut intrinsicè (more scilicet humano) supprimeretur spiritus, agitaretur animus, laborante corde, quod pressum amaritudine. Sic enim queritur per Isaiam 43. 24. *Servire me fecisti in peccatis tuis; præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis.* Eadem Malach. 2. 7. & Oseas 14. 1. ait: *Ad amaritudinem concitavit Deum.* Quam ob rem ut exprimatur tantus dolor, ac dolor verus, modo quo supr. dolore cordis propositur tactus: igitur uti hic observat Abulensis: *Aliqui fingunt se dolere, & non dolent: qui autem in corde dolet, verè dolet.*

*In corde lethaliter vulnus, lethale.*

Cor *pro* anima.

Isai. Osee.

Abulens.

6 Pro quo sciendum, *Cor* significare intimum in Scriptura. Psalm. 45. 3. *Transferentur montes in cor maris.* Hoc est, in profundum maris, ut dicitur Psalm. 64. 8. Amos 9. 3. Mich. 7. 19. quibus in locis pro *In profundum*, legit Hebr. *In cor.* Ita Matth. 12. 40. *Sic erit filius hominis in corde terræ.* Utrumque liquet Ionæ 2. 4. ubi: *Projecisti me in profundum, in corde maris.* Idest, in intima maris. Quare Maluenda, pro *Cor meum vulneratum est intra me* de quo infrà num. 14. legit: *Vulneratum in intimo meo.* Q. d. summo dolore affectum: igitur in corde, quod quidem abditum, dolor ut summus ita hæsit, quod usque ad penetrale intimum introiret. Ita intelligitur illud Simeonis Luc. 2. 35. *Tuam ipsius animam pertransibit gladius.* Unde Iuvencus lib. 1. *Evang. Histor.* vers. 241.

Cor *pro re intima.*

Maluen.

Luc.

*Atque animam matris ferro fulgente macherа,*
*Quo pateant tecti tenebrosa volumina cordis.*

Iuvenc.

Prudentius in *Peristephan.* non alio sensu. *Alto corde suspirans.* Eidemque proposito Profani Oratores, & Poetæ. Apuleius lib. 1. *Metam.* ait: *Imo de pectore cruciabile suspirium.* Tacit. lib. 15. *Annal.* cap. 2. *Intimæ vires.* Senec. lib. 1. de *Ira* cap. 3. *Suspirium altum.* Aristophanes in *Vesp. Cor mihi ex profundo movet.* Catull. in *Nuptijs Iulia & Manlij* eodem intuitu. *Pectore vritur intimo.* Plautus in *Amphitruon.* Act. 2. Scen. 2. vers. 7. *Scio, illum quam dolutrit cordi.* Ovid. in *Heroid. Epist. Phædræ* vers. 19.

Prudent. Apulei. Tacit. Senec. & alij. Ovid.

*——— Urimur intùs,*



*Urimur, & cæcum pectora vulnus habent.*

*Intùs*, ideſt, maximè. Virgilius *Æneid.* lib. 1. v. 489. ex persona Æneæ:

*Tunc verò ingentem gemitum dat pectore ab imo.*

Virgil.

Hoc est, Graviter, saucio corde, & alto vulnere. Ita idem ibid. *lib.* 2. vers. 288. & *lib.* 10. vers. 464.

*——— Magnumque sub imo*
*Corde premit gemitum.*
*Sed gravitèr gemitus imo de pectore ducens.*

Idem.

Patet iam dolorem maximum exprimi dolore cordis, quasi nihil esset, quo acerbitas amaritudinis exprimeretur aptius; quippequam haud intimiora, quò progrederetur, habeat dolor in cruciamen viscerum, cùm non haberet, vel in corde magnanimo iam nova plaga locum. Ab initio petitus crebris offensis, decursu temporis multiplicatis lagitiis: & modò quia omnis caro corruperat viam suam; non solùm dolore cordis est tactus, sed enim vel in intimo cordis iniquitatibus, quasi cuspide punctus. Delicat intentum Ieremias: *Dolor* (ait) *meus super dolorem: in me* (Tigurin. & Chald. *Intra me*) *cor meum mœrens.* Summè, quasi diceret, tristis: valdè dolens tum. Non est dolor sicut dolor meus: etenim non tantùm dolor cordis; sed intrinsecùs est pœna, & pœna cordis ad intra, qua, uti lamentatur Thren. 3. 20. *Tabescit in me anima mea.* Hac ergo acceptione discapedinatur in voculam, quæ videtur conficere pleonasmum: nimirùm *Intrinsecus*, ubi Deus exponitur dolore cordis ob scelera tactus.

*Dolor cordis pro summo dolore.*

Ierem. 8. 18.

7 *Intrinsecus.* Huc referuntur aliqua testimonia, primo oculorum tactu stylum tautologicum redolentia: uti illud præfatum Ieremiæ: *In me cor meum mœrens.* In quo ergo nisi in illo, si cor proprium? Innumera sunt huius generis testimonia in Sacra pagina, inter quæ Psalm. 108. 22. David: *Cor meum conturbatum est intra me.* Psalm. 142. 4. *In me turbatum est cor meum.* Luc. 24. 13. *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis?* Ezech. 11. 19. *Dabo eis cor carneum.* 2. Cor. 3. 3. *In tabulis cordis carnalibus.* Ierem. 3. 6. *Abiit sibimet.* Exod. 16. 29. *Maneat unusquisque apud semetipsum.* Luc. 24. 12. *Abiit secum, mirans quod factum fuerat.* Ioan. 20. 10. *Abierunt ergo rursum discipuli ad semetipsos.* Ac denique Cant. 4. 1. 3. *Absque eo, quod intrinsecus latet.* Facùl (ni fallor) expolita prima sententia, præsertpropter exponentur reliqua testimonia.

*Tautologiæ auctoritati affines.*

8 *Intrinsecus.* Nimirùm, usque ad intima cordis, uti diximus supr. num. 6. Quod quidem explicat *Internum animi dolorem.* 2. Mach. 3. 16. & cap. 9. 5. *Dolor dirus viscerum, & amara internorum tormenta.* Per *Epitheſin*, seu exaggerationem apponitur ly *Intrinsecus* in dolore cordis: apud Hebræos quippe cùm superlativis careant, & paucissima habeant adiectiva (quæ de causa subſtantivis pro adiectivis utuntur, ut Isai. 9. 6. *Princeps pacis*, pro *Princeps pacificus.* Ps. 25. 9. *Viri sanguinum*, pro *Sanguinolenti*: sic alia uti *Vir dolorum*, pro afflictus; *Vir nominis*, pro famosus; *Vir roboris*, pro robustus) vocibus eisdem exprimunt eandem sententiam, & modò nominibus, modò verbis, modò adverbijs. Primi, & secundi modi plura adduximus in *Prolog. Galeat.* tot. §. 4. Tertij ergo exempla possunt esse Psalm. 67. 20. *Benedictus Dominus die quotidie.* Psalm. 18. 11. *Super aurum, & lapidem pretiosum multum.* Psalm. 96. 9. *Altissimus nimis exaltatus est super omnes Deos.* 4. Reg. 21. 16. *Sanguinem fudit Manasses multum nimis.* Sic alia, ubi videris adverbia pro superlativis posita, quibus exaggeratur, vel exponitur sententia. Pariformiter itaque *Tactus* Deus *dolore cordis intrinsecùs*, nihil aliud est, nisi summè dolens. Ita quidem verbis, & nominibus pro adverbis, ut efforment superlativum, quod in Scriptura itidem obvium. *Tristis & mœrens*, Isai. 29. 2. ideſt, *Tristissimus.* Ibid. cap. 5. 6. *Vepres & spinæ.* Putà, multæ spinæ, Matth. 26. 37. *Cœpit contristari, & mœstus esse.* Marc. 14. 33. *Cœpit pavere, & tædere.* 1. Reg. 20. 34. *In ira furoris.* Psalm. 77. 49. *Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem, & iram, & tribulationem, immissiones per Angelos malos.* Ubi, ut patet, voces geminantur pro superlativo deficiente. Ita enim astruxi in *Prolog. Gal.* ubi supr. num. 5. Eodem sensu Ambrosius in *Hymn.* dixit: *Intrinsecùs quàm maximè.* Et Hieronymus in Psalm. 108. 22. pro *Cor meum conturbatum est intra me*, legit: *Intrinsecus*: hoc est, altè, nimis, valdè, igitur si quælibet cordis conturbatio, magna; intrinsecè, nimia. Iccircò Haye hic: *Lethaliter saucium*: vulnus enim non tantùm in præcordijs; sed in corde, & in cordis penetrali. Hoc etiam stylo Virgilius, exprimens in interiora magis reconditum, pro epitasi profert simul fundum, & imum. Ita enim lib. 6. *Æneid.* v. 581. & lib. 7. v. 530. canit:

*Subſtantivorum pro Adiectivis sæpe in Script.*

*Verba geminata pro superlativis.*

Ambros. Hieron.

Haye.

*Fulmine dejecti fundo volvuntur in imo.*

Virgil.

*Pau-*

*Paulatim sese tollit mare, & altius undas*
*Erigit, inde imo consurgit ad æthera fundo,*

9 Aliter hic cogitat Abulensis: videlicet, *Intrinsecus* posse referri ad pœnam hominibus inferendam, ab illis non cognitam, sed in thesauris Dei signatam: igitur tametsi scirent studijs suis thesaurizare sibi iram Dei in diem vindictæ, nihilominus tamen eos latebat & qualis, & quanta. *Intrinsecus* erat, sive occulta in Dei pectore, & laso corde: etenim quantumvis ratio humana præsagâ malitiâ, vel conscientia, odoraretur pœnam, nequibat præcognoscere tantam, quantam futuram. Modò Abulensis probasset, magis sententia placuisset: verùm quia placet, ne tanti Doctoris cogitatio iudicetur προθυμὴ incongrua, & voluntaria; solidâ roborabitur doctrinâ.

Manus Domini gravis est. Laborat sustinens, indulget, connivet; sed aggravat minum, dum extendit. *Tarditatem vindictæ gravitate compensat*: dixerunt vel Ethnici. Vide Valerium Maxim. lib. 1. cap. 2. & Plutarch. de *Tarda Dei vindicta*. Unde Seneca in *Hercul. Oetæo* Act. 3. vers. 713. accinit:

Senec. *Semel profectò premere felices Deus*
*Cum cœpit, urget. Hos habent magna exitus.*

*Digitus Dei* vocantur plagæ Ægypto illatæ. Exod. 8. 19. Quid si acuisset, ut fulgur gladium, & manus tota acripuisset iudicium? Nemo nisi qui patitur, scit: ideo illo in articulo pœna futura intrinsecus erat, quasi recondita amaritudo flagellij, quin cognoscerent vel luituri: igitur cogitata etiam cruciaminum acerbitate, maior futura ipsorum cogitatione. Astipulatur Rupertus lib. 4. in *Genes.* cap. 15. ubi exponens intrinsecum cordis divini dolorem: *Laborat* (inquit) *sermo divinus: dum illud intellectui nostro planum facere intendit, quod satis explicare nullus homo sufficit.* *Intrinsecus* apud Hebræos sonat taciturnitatem, silentiumve, uti n. seq. videbimus. Proinde Rupertus ubi dudum, parturienti confert huiusmodi iram, in corde Dei à dolore conceptam. Concepit supplicium, fœtum furoris, ex genitura criminis, & licet cum dolore congenitæ benignitatis, & clementiæ; enixurum supplicium in obsequium iussitive. Necesse quippe erat, condolere naturæ, & legibus suffragari. Fœtus igitur quousque in lucem egrediatur, non cognoscitur: quare supplicium meditatum, inferendumque (sicut dolor cordis) erat intrinsecus, nempe reconditum.

Intrinsecùs pro occultum.

Rupertus.

10 In Scriptura, ut Deus exprimat sive conceptus expressione, conceptus, sæpe dicit: *Ego cogito cogitationes.* Ierem. 18. 11. (de quo Nos suo loco *Tom. 7, Tautolog.* 7.) *Cogito cogitationes*: idest, quæ vos nescitis, nec cognoscere, aut investigare potestis: siquidem utpote cogitatio (quantò magis divina?) occulta vobis. Quod quidem amplius clarebit, si per ly *Dolore* intellexeris propositum, intentum, seu intuitum; quod utique obvium multoties in Sacra pagina. Iob 4. 8. *Seminant dolores*: cap. 15. 35. *Concepit dolorem.* Psalm. 7. 17. *Convertetur dolor eius in caput eius.* Eccli. 3. 29. *Cor nequam gravabitur in doloribus.* Hoc est, cogitationibus, intentionibus, molliminibus, propositis, atque conaminibus occultis. Ita enim Deus, ut vindicaret vindictam, & ulciscereter iniuriam, & puniret scelus; tangebatur illudhoræ *Dolore cordis intrinsecus.* Perpende: *Dolore*, idest, meditatione pœnæ, vel molimine in pœnam: *Cordis intrinsecus*, quia nesciebane vel daturi quantam.

Quid est cogitare cogitationes?

Dolor pro cogitatione.

11 Hinc liquet expositio genuina adverbij *Intrinsecùs* ad illud Cantic. 4. *Oculi tui columbarum absque eo, quod intrinsecùs latet.* Qua phrase Boetius lib. 1. Metr. 5. vers. 34. *Latet obscuris condita virtus.* Mos erat fœminis Hebræis, ut diximus *Tom. 1. Tautolog. 6.* num. 61. velare faciem, unico contentis oculorum lumine, ac dimidia luce gaudere. Itaque sensus encomij est: Summè pulchra es amica mea. Oculi tui nitent perfecti, effulgurant nitidè, absque speciositate totius oris Angelici, quod industriè latet sub velamine. Ita Hebr. & Malucnd. pro *Absque eo, quod intrinsecus latet*, legunt: *Citra velamen tuum.* Vatabl. *Intra ligamina tua.* Rabb. Iarrius: *Intra vittam tuam.* Aptius proposito Bibl. Regia. *Intra silentium tuum.* Septuag. *Taciturnitatem tuam*: igitur de non visis silentium est, & species faciei erat occulta intra velum, seu flammeum nuptiale, quod aliquando, maximè apud Profanos, fieri solebat ex floribus. Pro quo Statius in *Epithalam.* Stellæ lib. 1. *Silv.* vers. 22.

Cant. 4. 1.

Stat.

*Tu modò fronte rosas, violis modò lilia mixta*
*Excipis & domina niveis à vultibus obstat.*

Frequentiùs autem ex serico venio, quo progredi fas, nefasque sine illo, maximè Patritijs, ut constat leg. *Nemo*, C. de offic. divers. iudic. leg. 2. §. 1. C. de his qui veniam ætat. impe-



impetrar. cap. 43. §. *Porrò*, & §. *Sed cum eas* de election. in 6. ita etiam Bonifacius VIII. in cap. *Mulieres* de iudic. in 6. & pluribus alijs in locis. Vide Tiraquel. leg. 10. *Connubia*. num. 12. Rhodigin. lib. 10. cap. 3. & lib. 13. cap. 6. Delr. in Senec. *Agamemn.* Act. ult. vers. 950. Poetæ passim. Consulendus iurè Gregorius Nazianzenus de *Document. Virg.* & Expositores in illud *Genes.* 20. 16. *In velamen oculorum.*

*Indecentiæ minæ, in vultu versari sine velamine.*

12 Causa huiusmodi Versionum provenit ex eo, quòd oculi dum patent, dicuntur non tantùm loquentes, sed dicaces: quot itaque animi motus sunt, tot significationes per commutationes efficiunt. Apud Ethnicos magna leges, præcipue apud Ovidium: lib. igitur 1. *Amor.* Eleg. 11.

*Aspicias oculos mando, frontemque legentis.* Ovid.

Lib. 2. Eleg. 5.

*Multas supercilio vidi vibrante loquentes,* Idem.
*Nutibus in vestris pars bona vocis erat*
*Non oculi tacuere tui.*

Appositiùsque intento, divite, eloquentiorique vena, lib. 1. de *Arte* festivè canit:

*Atque oculos oculis spectare fatentibus ignem:*
*Sæpe tacens vocem, verbaque vultus habet.* Idem.

Speculum videntur animi, ac in illis practicum quod de templo fortunæ fictum. *Nero* (ait Guido Pancirollus lib. 1. *Rerum memorabil.* cap. 6.) *facellum, sive templum fortunæ ex specularibus construxit: in quo qui erat, extrinsecus absque ullo obstaculo conspiciebatur: ac ut Plinius lib. 36. cap. 22. scriptum reliquit, portis etiam clausis, lux ibi inclusa non transmissa videbatur.* Ita quæ in corde intrinsecus conferuntur, per oculos patefiunt. Amplius interdum dicunt quàm voces: ideoque ab Ovidio lib. 3. *Amor.* Eleg. 3. dicuntur *Arguti.*

Pancirol. *Templum Fortunæ infigot.*

*Oculi animi indices.*

13 Etiam in Sacris eiusmodi phrasis invenitur. Eccli. 41. 25. *A salutantibus de silentio*: nimirùm, oculis. Ierem. 14. 17. *Deducant oculi mei lachrymam per noctem, & diem, & non taceant.* Et Thren. 2. 18. *Neque taceat pupilla oculi*: licet alius appositior sit huius loquacitatis sensus, de quo Nos, Deo bono, *Tom. 5. Tautolog. 6.* & *Tom. 6. Tautolog. 7.* Silentium quidem dicitur, quod non videtur, quod fugit cogitationem, vel humanum acumen, abditumve est, aut non apparet. Tacit. lib. 3. *Histor.* cap. 85. *Terret solitudo, & tacentes loci.* Hoc est, sine habitatoribus. Plin. lib. 16. cap. 39. *Silente Luna*: idest, non apparente. Eadem Ælian. lib. 10. *Histor. Anim.* cap. 37. & Apuleius ubi supr. *lib.* 2. *Surculi & vineæ silentes.* Columella lib. 4. cap. 27. lib. 7. cap. 12. & lib. 11. cap. 2. *Flos silens.* Scilicet, non apparens. Sic plura etiam apud Poetas. Virgilius lib. 2. *Æneid.* v. 255. *Tacitæ per amica silentia Lunæ*, quippe occulta luminibus nostris. Manilius lib. 1. *Astronom.* cap. 1. vers. 64. *Tacitis dominantia legibus astra*: nempè reconditis, sive non cognitis legibus. Martial. lib. 3. *Epigram.* 91. *Tacitos dolos.* lib. 5. *Epigram. 6. Tacita fraude.* lib. 13. *Epigram. 6. Tacitæ viæ.* Propertius lib. 1. *Eleg.* 4. *Tacita vestè*: lib. 4. *Eleg.* 12. *Tacita catena.* Plautus in *Curcul.* Act. 1. Scen. 1. vers. 20. *Ostium taciturnissimum.* Lucanus lib. 10. v. 253. *Per tacitum mundi.* Senec. in *Medea* Act. 4. vers. 831. *Tacitum malum.* Et in *Hippol.* Act. 2. vers. 359. *Æstu tacito.* Ovid. lib. 1. *Amor.* Eleg. 11. *Tacito pectore.* Denique Terentius in *Hecyra* Act. 3. Scen. 3. vers. 28. *Per te tecta, tacitaque.* Paret iam pro Abulensis sententia fulcrum, ut *Intrinsecus* sonet idem, quod *Tacitè*. Propositum igitur vindictæ Deus gerebat, sed intrinsecè, tacitè in corde; ut experientiâ discerent per illatum supplicium, quàm amarum erat, dereliquisse Dominum.

Et loqua. cra

Tacitùs pro occultum, aut reconditum.

14 Apparet enim via plana in alia testimonia, ideo igitur roborata proposito Abulensis sententia. Psalm. 41. 7. *Ad meipsum anima mea conturbata est.* Psalm. 108. 22. *Cor meum conturbatum est intra me.* Et Psalm. 142. 4. *In me turbatum est cor meum.* Idest, tacitè, sine ullo indice, me tantùm sciente; quippequàm nemo cognovit turbationem, nec cordis in hoc silentio cruciamen. Eodem acumine Ierem. 8. 18. *In me cor meum mœrens:* & Christi discipuli Luc. 24. 32. *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis?* Claresci interpretatio alijs Scripturæ auctoritatibus. Paulus ad Rom. 8. 23. ait: *Intra nos gemimus*: nimirùm intrinsicè secundùm interiorem hominem. Eccle. 1. 16. *Locutus sum in corde meo*: hoc est, mecum, tacitè. Isai. 14. 13. *Dicebas in corde tuo*; videlicet, tecum, vel tibi. Ita Matth. 9. 3. Marc. 6. 51. & Luc. 11. 38.

Ad me, In Intra, & sic alia pro intrinsicè.

15 Huc quit referri alius Scripturæ stylus, quo sæpe pro persona cor accipitur. Psalm. 131. 1. *Non est exaltatum cor meum.* Idest, Ego. Exod. 7. 22. *Induratum est cor Pharaonis.* Nempe, Rex. Isai. 6. 8. *Excæca cor populi huius*: nimirùm, populum. In hunc modum

Cor pro eius est cor.

dum alia. Etiam inter Oratores & Poëtas uſitatum. Gellius *Noct. Attic.* lib. 7. cap. 2. *Cor meum* pro *Ego*. Tacitus *Hiſtor.* lib. 4. cap. 58. *Cordi eſt Dijs*: putà, Dijs placet, & gratum eſt. Martialis lib. 10. *Epig.* 5. & lib. 12. *Epigr.* 49.

Martial. *Dotatæ uxorit cor arundine fixit acuta.*
*Illos qui malè cor meum perurunt.*

Virgil. Ubi *Cor* pro *Uxorem dotatam*, & *Me*. Sic etiam Virgil. lib. 7. *Æneid.* v. 55.

——— *Teucrum mirantur inertia corda.*

Scilicèt, *Inertes Teucros*: quæ ſanè phraſis petrita apud Plautum, quem videas. Haud aliter exponi poſſunt Tautologiæ præiactæ, ne ſint formaliter Tautologiæ. Unde *Cor meum conturbatum eſt intra me*: q. d. Intrinſicè conturbatus ſum. *Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis?* Ideſt, Nonne nos interius flagrabamus? Anima toto concepit pectore flammam, funditùs atque imis exarſit tota medullis. Sic & reliqua teſtimonia. Hucuſque ingeniolum noſtrum. Aptiorem expoſitionem ultrò, & animitus accipiam.

*Pro re interna.*

16 Reſtant adhuc expoſitioni eſtò prætatis affines, aliæ perdifficiles auctoritates: uti Exod. 16. 29. *Maneat unuſquiſque apud ſemetipſum.* Ioann. 20. 10. *Abierunt ergo iterum diſcipuli ad ſemetipſos.* Luc. 24. 12. *Abijt ſecum, mirans quod factum fuerat.* Et Ierem. 3. 6. *Abijt ſibimet*, quaſi nonnemo poſsit eſſe ſine ſe, aut ſtare, exiſtere, vivereve niſi ſecum. Aliqui, inter quos Doctiſs. Sanctius, arbitrantur, paragogica eſſe, non neceſſaria periodo, ſed orationis cultui, & ornamento, *Sibimet*, *Secum*, *Semetipſum*, *&c.* de quo late egimus *Tom.* 1. *in Prolog. Galeat.* §. 4. num. 14. & §. 5. num. 7. At (quantum auguror) his & alijs ſimilibus Hebraiſmis aliquid patheticum ineſt: ſicut Hiſp. *Yo miſmo*, *Para mi ſolo*, de quo infrà.

Exod. 16. 29. Ioan. 20. 10. Luc. 24. 12 Ierem. 3. 6.

17 N. Doctor Gregorius Magnus, quo in argumento nihil ſupra, lib. 2. *Dialog* cap. 3. apprimè, quæ in huiuſmodi vocibus reconduntur, exponit. *Duobus modis* (inquit) *extra nos ducimur: quia aut per cogitationis lapſum ſub noſmetipſos recidimus; aut per contemplationis gratiam ſuper noſmetipſos levamur.* Diſtinctionem mihi videre videor in eo, quod peccator ſemetipſum (cadendo) ſuper ſe extollit; & iuſtus ſemetipſum (aſcendendo) ſub ſe relinquit. Quam cogitationem aſtruit idem S. Doctor Homilia 7. in *Evang.* Exemplum ubi ſupr. apponit in Prodigo, de quo Lucas 15. 17. *In ſe reverſus*: & in Petro, ab Angelo è carcere educto, de quo Act. 12. 11. *Ad ſe reverſus.* Infit ergo Pontifex: *Ille itaque qui porcos pavit, vagationeque mentis, & immunditiæ ſub ſemetipſum cecidit: iſte verò quem Angelus ſolvit, eius mentem in extaſim rapuit, extra ſe quidem, ſed ſuper ſemetipſum fuit. Utergue ergo ad ſe redijt, quando & ille ab errore operis ſe colligit ad cor, & iſte à contemplationis culmine ad hoc redijt, quod in intellectu communi ut prius fuit.* Quapropter iuxta varias vagas, vel quietas cogitationes, cor dicitur haberi, & non haberi. Pſalm. 84. 9. *In eos, qui converuntur ad cor.* Eccli. 6. 37. *Dabit tibi cor.* Oſee. 7. 11. *Columba ſeducta, non habens cor.* Idem Ierem. 5. 21. de quo aureus verè libellus N. Benedicti Haeſteni, cui titulus *Schola cordis.* Si verò homines peſsimæ ſint indolis, dicuntur habere corda lapidea, ſin autem carnea: quo patet ad illud Ezechielis: *Dabo tibi cor carneum.* Et Pauli ad Cor. *Epiſtola ſcripta ſpiritu Dei vivi, non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus.* Haud quia in rationalibus, eſtò rebellibus, ſit cor lapideum, ſed quia cervicoſi, & capitones habent cordis duritiem *Adinſtar lapidis*, ut legit Chald.

Greg Mag. *Quomodò homo eſt ſub ſe, & ſupra ſe.* Idem. Ezech. 11. 19. & 36. 26. 2. Cor. 3. 3 Chald. Arab.

In lege Evangelica promittitur cor carneum, ideſt docile: unde à Paulo lex Gratiæ exponitur ſcripta in tabulis cordis carnalibus, vel ut Arabic. vertit. *In tabulis cordialibus carnis*; quippe modò non cor durum, & ſceleribus obfirmatum in contraria legis (ſicut Synagogæ contigit, inſinuantibus incurviratem cordium tabulis lapideis Moyſis) ſed cor ſancto timore munitum, & ad bonitatis impreſsionem paratum. Penes inclinationes, ſeu proclivitatum obiecta fiat epitheton cordis: in vana, cor dicitur vanum, atque in terrena terreum: quoniam iuxta Regulam Auguſtini *tract.* 2. in Epiſt. 1. Ioann. *Talis eſt quiſque, qualis eſt eius dilectio.* Etiam Profanus: *Deus eſt ſua cuique cupido*: igitur cor convertitur in ea, quæ colit, ſicut profert Hieronymus lib. 2. *Comment.* in Matth. cap. 15. Convertitur, & intellectu, quo trahit; & voluntate, qua fertur. Hinc cor durum, infractum, in curvum, incircumciſum ſignatur ferreum, ſaxeum, adamantinum: docile autem dicitur carneum, & tenerum.

*Cur habuit cor & carneum & lapideum* Auguſtin. *Cor convertitur in ea, quæ colit.*

18 At ſi tibi omninò non placet expoſitio in Pauli teſtimonium, aliam eſtò timidè exhibeo, quæ mihi placeret magis, ſi aliquatenùs gauderet patrono. Auctor deficit, ſed auctoritates, arbitror, ſuppetent. *Tabulæ cordis* olim dicebantur, quas Latini *Bullas* appellabant, *Inſcriptiones*, *Amuleta*, & *Lunulas*: *Phylacteria* dicebant Græci. Itaque quia ad ſimi-



ſimilitudinem cordis erat huiuſmodi lamina, *Cor*, vel *Tabula cordis* tam apud Sacros, quàm apud Profanos dicebatur. Ideo Chald. ad illud Cantic. 4. 9. *Vulneraſti cor*, legit, *Vulneraſti in tabulis cordis*: & ſine expoſitione, aut gloſſa Prov. 3. 3. *Deſcribe in tabulis cordis tui*: videlicèt in tabula ærea, argentea, vel aurea, ſeu lamina, quæ in pectore geſtabatur, quæ quidem fabrefacta ad cordis ſimilitudinem. Hebræi, quoniam pingui Minervâ accipiebant illud Deuteronomij 6. 6. *Verba hæc in corde tuo*: legem coronatam, ſculptam ære, vel aliâ materiâ, in pectore, frontevegerebant: quare de Phariſæis Aſſertor N. Matth. 23. 5. dicebât: *Dilatant phylacteria ſua*, in quibus verba legis faſtoſè inſcribebant, ut appareret nec latum unguem, nec apicem præterire, qui ita ſtudebant coram oculis habere. Commune ergo fuit Nationibus, imagines varias in pectore iuxta cor, vel pendentes à collo geſtare; ſicut modò, ſanctæ Crucis imago, vel Divorum effigies, maximè à fœminis, ut exuſetur impendium, titulo venerando devotionis.

*Quid ſibi velit la cordis?*

19 Aſtruent igitur, vel lucem accipient aliqua Scripturæ teſtimonia: *Peccatum Iuda* (ait Ierem. 17. 1.) *ſcriptum eſt ſtylo ferreo, in ungue adamantino exaratum ſuper latitudinem cordis eorum, & in cornibus ararum eorum. Peccatum* hic ſicut alibi ſæpe, non eſt idolatria, ſed idolum. *Unguis adamantinus*, non eſt annulus, ut aliquibus haud infimi ſubſellij placet, nec annuli gemma; ſed cuſpis adamantina, ceſtrum, ſcalprum, vericulum, ſeu veruculum, quòd Nos: *Aburil*: *A punta de diamante.* Succinit Claudian in *Epithalamio Palladij*, igitur loquens de caſura Xilobalſami, ut Balſami guttæ defluant, verſ. 81. ait;

Ierem. *Peccatum pro idolo.* *Unguis adamantinus quid?*

*Gemmatis alij per totum balſama teſtum*
*Effudere cadis: duro quæ ſauctius ungue*
*Niſitacus pingui deſudat vulnere cortex.*

Quæritur quidem Deus de audacia filiorum Iuda, quia non ſolùm ſecuti ſunt vanitates, fornicantes in idolis, quinimò fronte perfricta, ſicut in cornu, ideſt, throno, loco celſiore altaris, collocabantur imagines, ita in amplioris ſervitutis obſequium, vel ſtylo ferreo, vel vericulo, vel ungue adamantino exlabantur ſimulachrorum effigies in tabula ſeu lamina pectoris, vel ſuper latitudinem effigiati cordis. Quo intelliges etiam illud Oſee 2. 2. *Auferam adulteria de medio uberum tuorum*: nimirùm imagines idolorum, quæ à torque pendebant uſque ad ubera: de quo Nos hic *Tautolog.* 4. num. 17.

*Imagines idolorum in fronte aut in pectore ſi geſtantur.* Oſee.

20 Apud Hebræos frequentiſsimus uſus geſtandi imaginem dilecti. Frequentior in fœminis in commendationem ſponſi, ſeu oſtentationem dilectionis, quod Hiſpan. *Memorias*; vel gratiâ ornatus, igitur à catenula colli pendebat imago dilecti. Non alio ſenſu Sponſa in Amaſij recordationem, dixit: *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur.* Cantic. 1. 12. Faſciculus non eſt reticulum florum, ſeu ſervia, nec accipi debet pro olfatoriolo, quod inter ludicra mundi muliebris refert Iſaias, cap. 3. 19. Sed pro ipſa imagine Sponſi ex murrhino (de quo Plinius lib. 37. cap. 2. & Pancirollus lib. 1. cap. 7.) myrrhave, aut alijs pretioſis guttis; vel artificio, ſicut modò fiunt imagines ex moſcho, & ſaccharo gelido. Approbat electionem Sponſus ſiquidem cap. 8. 6. *Pone me* (ait) *ut ſignaculum ſuper cor tuum: ut ſignaculum ſuper brachium tuum.* In mei enim memoriam, ut ignis cordis ſit aliquod cunctis ſignaculum, imago mea haud tantùm erit pectoris inſigne, ſed etiam armillæ: colli ornatus erit, & brachij; ut his ſignis, videntibus effigiem, meum profitearis amorem. Cantic. Cantic. *Et oculi ejus* Aggæ.

21 Huiuſmodi morem expreſsit Deus per Aggæum 2. 24. Si dilectorum imagines geſtantur in pectore; Zorobabel mihi es cordi: *Ponam te quaſi ſignaculum, quia te elegi.* Fere nemo, qui huiuſmodi imaginibus olim non exprimeret, cuius eſſet, vel quid illi magis placeret. Quapropter Auguſtinus qq. in *Geneſ.* quæſt. 112. putat, imagines quas cum idolis tradiderunt ſervi Iacob, eſſe idolorum imagunculas. *Dederunt ergo ei* (dicitur Geneſ. 35. 4.) *omnes Deos alienos, quos habebant, & in aures quæ erant in auribus eorum.* Bibl. Antiq. *Earum.* Sic intelligunt Chryſoſtomus Homil. 35. in *Geneſ.* Perer. Alapid. Abulenſ. Bonfrerius, Lyra, & Leonardus Marius: quatenus ly *Eorum* non ad Deos referri, ſed ad ſervos, vel fœminas, in quorum (ut vidimus *Tom.* 1. *Tautolog.* 1. *Didaſcal.* 6. num. 14. & *Tautolog.* 4. *Didaſc.* 5. num. 6.) vel quarum auribus pendebant pro lapillis, ſeu gemmis idolorum ſimulachra. *Et dilecti*, Geneſ. *In auribus ſuis erant ſimulachra.*

22 Patet via expoſitioni difficilis teſtimonij Cant. 1. 11. ubi, *Aturenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento*: ideſt imagines in inauribus. Ideo plures legunt: *Similitudines faciemus tibi.* Vide Bibl. Maxim. dicunturque murenæ, quippe frequenter monile, ſeu catenula collaris (Vernacule: *Gargantilla.*) fiebat in ſerpentis ſimilitudinem pun-

Cantic. *Aturenas pro imagine monilis vel inaurij.*

Martial.

Cor, pro bulla in ſimilitudinem cordis.

Pier. Val.

Quid ſcriptum in lamina triumphantium

Perſ.

1. Cor. 3. 3.

Prærogativa Gertrudis.

Greg. Mag. Ambroſ. Quid eſt, ſe habere, & ſe non habere?

Virgil.

Quid eſt intellectus communis in homine?

Pſalm.

Ierem. 3. 6.

Ais aureis, annulis vermiculatis argento, vel ex alia materia lenteſcente, ut adverſa luce nutaret. Ab iſta catenula demittebatur lamina in modum cordis, quæ dicebatur latitudo, tabula, area, lamina cordis, & etiam cor, Martial. lib. 14. *Epigram.* 219.

*Panper cauſidicus nullus referentia nunos,*
*Carmina cùm ſcribas, accipe cor quod habes.*

*Cor*, videlicèt, laminam ſcorteam, non auream ſicut Patritij in ſignum nobilitatis geſtare ſolebant. Adi Ramireſsium de Prado hic, Turnebum *lib.* 1. *cap.* 24. & Iuſtum Lipſ. *lib.* 1. *Epiſt.* 5. Quod autem lamina eſſet in cordis ſimilitudinem conſtat ex Pierio Valer. lib. 34. cap. 1. *Ita* (ait) *coneinnatum, ut loro catenulave ſuſpenſum à gutture propenderet in pectus.* Et lib. 41. cap. 1. uſque ad 8. ubi nomine bullæ tabellam, ſeu laminam cor huiuſmodi ſignat: cor, ob figuram; tabellam verò quia habebat aream, ſeu ſpatium, quo ſcribi notæ quibant ad libitum. Bulla iſthæc puerile ornamentum erat apud Romanos (niſi quis Romam triumphans ingrederetur, quoniam tunc in planitie, ſeu area bullæ, uti aliquibus placuit, inſcriptum erat: *Memento, te hominem eſſe.* Vid. Pierium ubi ſupr. cap. 5. & 6.) notat Macrobius lib. 1. *Saturnal.* cap. 6. & 8. ſignantque Horatius *Epod.* 5. v. 12. Iuvenal. *Satyr.* 13. v. 33. & Perſ. *Satyr.* 5. v. 33.

*——— Die ſenior bullâ dignißime.*
*Cùm primum pavido cuſtos mihi purpura ceſſit,*
*Bullaque ſuccinctis laribus donata pependit.*

His ergo noteſcit ſenſus teſtimonij Pauli. *Epiſtola ſcripta ſpiritu Dei vivi non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus.* Vos nimirùm eſtis epiſtola Dei (ſcilicèt notati, & ſignati non atramento, ſed purpurâ, uti imperatorium privilegium) quam ſcripſit Spiritus Dei non in tabulis cordis, ſeu bullis, quæ frequenter pendent à collo; ſed in ipſa latitudine cordis carnalis, ſeu carne cordis (O felix prærogativa Gertrudis!) corde enim induiſtis Chriſtum: pateat ergo extrà, per opera, qui latet in corde; ut cuius eſtis dicat imago, igitur ego ſtigmata Domini Ieſu in corpore meo porto. Si portavimus imaginem terreni hominis, portemus & imaginem cœleſtis: ſed quomodò hoc, & qua arte apud Antiquos, videbimus loc. cit. *Tautolog.* 4. modò ergo acumini Gregorij, quod interſecuimus ob auctoritatem Pauli.

23 Flectimus igitur curſum ſingillatim principali propoſito. *Quoties* (ſubdit Gregorius ubi ſupr.) *per cogitationis motum, nimium extra nos ducimur; & nos ſumus, & nobiſcum non ſumus, quia noſmetipſos minimè videntes, per alia vagamur.* Aſtipulatur Ambroſius lib. 7. in cap. 15. *Luc.* ubi: *Quid longinquius, quàm à ſe recedere, nec regionibus, ſed moribus ſeparari, ſtudijs diſceretum eſſe, non terris?* Utriuſque modi loquendi pertinacia acceptio minimè latuit Profanos. Seneca Epiſt. 7. *Recede in te ipſum.* Epiſt. 42. *Qui ſe habet, nihil perdidit.* Ep. 58. *Iucundum eſt eſſe ſecum.* Idem de *Tranquil. vitæ*, c. 15. quod ſæpe monet more Stoico. Terent. in *Adelph.* Act. 5. Scen. 3. v. 8. *Ad te redi.* Et Virg. *Georg.* lib. 4. v. 443.

*Verùm ubi nulla fugam reperit fallacia victus*
*In ſeſe redit.*

In contraria acceptione Boëtius lib. 1. de *Conſol.* proſ. 6. huiuſmodi à ſe receſſum (qui quidem illuſarum mentium morbus) vocat: *A ſe extirpari.* Apuleius *Metam.* lib. 2. *A ſe exire.* Martial. lib. 2. Epig. 68. *Se non habere.* Et Claudian. in *Eutrop.* lib. 1. verſ. 229. *Sui obliviſci.*

24 Iuxta hunc abſtractionis ſenſum interpretanda ſunt teſtimonia præfixa. Cæterùm notatu digniſsimum, quòd dum agitur de huiuſmodi exceſſu, ſive per elevationem mentis in Deum, ſive per alienationem à Deo, ſemper debere intelligi de extremis, non de ſtatu medio: quare Gregor. Magnus ubi ſupr. medium ſtatum ſignat *Intellectum communem*, ut quiſque prius erat. Status hominis in intellectu communi eſt ſtatus rationalis, in quo ratio, ut par eſt, principatur paſsionibus. Extremum per vitium, ſubiectio eſt rationis affectibus non ſubditis, ſed iure ſubijciendis. Extremum per contemplationis abſtractionem, non ſolùm eſt imperium in appetitus, & ſuper motus animæ voluntarios, ſed etiam ſuper animam, modo quo diximus num. 17. Utrumque expertus David. Secundum, dum dicebat in exceſſu mentis: *Ad te levavi animam meam.* Pſalm. 24. 2. Primum, ubi reſipuit, & peccatum cognovit, dicens Pſalm. 41. 5. *Effudi in me animam meam.* Plura de huiuſmodi animæ abtceſſu & receſſu à ſe & intra ſeipſam, diſce, quippe cœleſtis doctrina apud Auguſt. in Pſalm. 100. Bern. *Epiſt.* ad fratres de Monte Dei, Caſsian. *Collat.* 7. cap. 23. & DD. Myſticos.

25 Clareſcat modò expoſitio. Iſrael, quem Deus vocat adverſatricem, extra ſe furen



rens in idola vehebatur, appetitu rationis dux, & eius obediente proclivitati ratione. Undemerito dicitur: *Abijt ſibimet*, ideſt, liberè, ad ultimum dicitur de Paulo vinctо Romæ: *Permiſſum eſt Paulo manere ſibimet cum cuſtodiente ſe milite.* Act. 28. 16. nimirum liberè progredi cum cuſtode. Ita etiam, ut videtur ſupr. num. 1. Alcimus Avitus de hominis corruptis moribus, quos Deus diluvio punivit, quippe ſine lege vivebat, ait:

*Hic melior ſibimet ſeſe cenſore placebat.*

Act.

Eodem modo Iſrael, quia ſibi placuit, ſine lege abiit ſuper omnem montem exceſſum in ſervitium idolorum: igitur à ſæculo fregit iugum, & dixit: *Non ſeruiam.* Ieremi. 2. 20. quod idem Vates exprimit cap. 7. 24. *Abierunt in conſuntationibus ſuis*: & ita impotes mentis, ac audercnt dicere apud eundem cap. 18. 12. *Poſt cogitationes noſtras ibimus, & unuſquiſque pravitatem cordis ſui mali faciemus.* Quis ni extra ſe, fateretur vel peſſimus, ſecutorum cordis mali pravitatem, alliciente in malum cogitatione facti, fieri duntaxat quia contra legem? Errabant enim corde, & *ſibimet* abierunt; quippequam ſine levi conſideratione mentis, ſequebantur veſani deliderla, atque prolubia cordis.

Alcim. Avit Sribimet, ideſt, ſine lege, liberè. Ieremi.

26 Secùs autem qui *manet apud ſemetipſum*. Non ſolùm quia rationis compos, & expers criminis, ſed quia ultra facultatem communis intellectionis; ita ut cogitatione ſublimi ſupra ſe erectus (quandoquidem *Per contemplationem ſupra nos tollimur*, ut ait Gregor. Maga. Homil. 3. in Ezech.) quæ ſurſum ſunt, ſapiat. Hinc Haye hic cum alijs in *Bib. Max.* inquit: *Apud ſemetipſum, cogitans de divinis beneficijs.* Pari modo Petrus *Abijt ſecum, mirans quod factum fuerat*: hoc eſt, in ecſtaſim raptus, recolens prodigia, & *Cogitans de Reſurrectione*: ita Lyra. *Ipſe admirans de eo*: Arabic. *Conſiderans & admirans*: Greg. Niſſen. Eodem captu exponitur illud Ioannis: *Abierunt diſcipuli ad ſemetipſos.* Per quod patet quid ſit *Intrà, Extrà, Infrà, & Supra ſe*, & qua diſcretione accipiendum in Scriptura, quin modus hic loquendi ſit formaliter Tautologia.

Exod. 16. 29.

Greg. Mag. Hay. Apud ſe, ideſt in exceſſu mentis.

Luc. 24. 12. Ioan. 20. 10.

27 Harum ergo poſtremo iactarum auctoritatum eſt etiam alia, & congruior literæ interpretatio: *Manere* quippe *Secum*, non tantum eſt converſari in cœlis per contemplationem, & de corporis noſtri quadam commoratione egredi, ſed etiam corpore extra cœtum, domum, aut congregationem non exire. Palam ſit locis præfatis. *Manent unuſquiſque apud ſemetipſum.* Subditur: *Nullus egrediatur de domo ſua.* Secunda protaſis per Endiadym explicat primam ſententiam. *Maneat unuſquiſque apud ſemetipſum*, ideſt, *Nullus egrediatur*, &c. Sic nihilo ſecius: *Abierunt diſcipuli ad ſemetipſos.* Nimirùm, illicò ut viderunt Petrus & Ioannes, qui cum cæteris erant domi congregari propter metum Iudæorum, monumentum vacuum, *Abierunt iterum ad ſemetipſos*: hoc eſt, receſſerunt in cœnaculum, quo intelligitur ly *Iterum*, ſiquidem dudùm abditi erant, & fores clauſæ. Liquet ex contextu. *Abierunt*, dicitur, *ad ſemetipſos, Maria autem ſtabat ad monumentum foris*: ideſt, recedentibus diſcipulis non recedebat, ſed remanſit inquirendo, cuius amore flagrabat. Aſtruunt cogitationem Verſiones: Syr. *Rurſus ad locum ſuum.* Caietan. *Ad habitacula propria.* Menoch. *Eò unde venerunt.* Idem de Petro ſolo dicit Arabic. igitur pro *Abijt ſecum*, legit: *Abijt in locum ſuum.* Delicatis itaque Tautologijs, expoſitione Iuſtremus totam Dei decreti definitivi periodum.

Exod. ubi ſupr.

Vel forte non curavit. Ioan. 20. 3. 10. Syr. Caiet. Menoch. Arabic.

28 *Delebo, inquit, hominem quem creavi.* Licèt nova ſententia, illi non nova, ut diximus num. 2. Fecit quod diſpoſuerat facere, & quod factum, & faciendum præfixerat. *Hominem*, humanum genus, propter quòd omnia facta, ſed corrupta erant ab illo, quoniam omnibus abutebatur, vel ubi illorum tendebat in morum peſſimorum corruptelam. *Omnis quippe caro corruperat viam ſuam.* Haud intelligas rudi ſimplicitè *Omnis caro*, ideſt aves, & animantes, ſed *Omnis homo*, uti latè tractavimus *Tom.* 1. *Tautolog.* 5. num. 23. *Expoſit. Lit.* Omnia ergo perdenda cum homine perdito.

Quoniam caro, ideſt, homo.

*Hæc clades hominî, carnique hic terminus eſto.*
*Sic Pater æternus diſponens funera rerum,*
*Diluvium dextrâ terras vibrabat in omnes.*

Alcim. Avit.

Canit Alcimus Avitus lib. 4. verſ. 164. *Quem creavi.* Attentè intendendum, quantum malum ſit peccatum: etenim figulus ipſe qui ſummo amore, fiduciâ & gratis voluntate, hominem è luto formavit apprimè, & ita ad unguem, ut plus miraculis, quàm partibus coaleſceret, opus perfectus averſaretur *Opus*; & vas admirabile, opus, & propoſitum Excelſi, fastidio frangeret, iureque vel memoriam apud poſteros deleret. Non eſt acceptor perſonarum, ſed operum; non pater, dum index. Anima quæ peccaverit, ipſa morietur. Si averterit ſe iuſtus à iuſtitiâ, nunquid vivet? Etſi fuerint Noë, Daniel, & Iob, ipſi iuſticia ſua liberabunt animas ſuas. *Vivo Ego, dicit Dominus* (per Ieremiam 22. 24.) *quia ſi fuerit Ie-*

Peccatum quàm grave malum.

Iuſtitia Dei vindex ſemper. Ieremi.

Psalm. *chonias annulus in manu dexteræ meæ, inde evellam.* A se ipso deficeret, si ita iustitiæ non consuleret: ideo David Psalm. 5. 5. meditanter non dixit: *Deus non volens iniquitatem*; sed, *Non Deus volens iniquitatem, tu es.* Quia Deus, & quia creavi, cum homine largissima usus sum indulgentiâ, recrudescit amor malitiâ. Scleribus addictum delebo hominem, quem creavi: criminibus non creavi, sed ut potiretur in hoc sæculo gratiâ, futuro gloriâ.

*Non fuit duplex terra.* 29 *A facie terræ.* Ecce unum ex fundamentis Gundisalvi Salensis pro duplici terra, cuius sententiam, seu potiùs delirium impugnavimus *Tom. 1. Tautolog.* 1. igitur à facie illius terræ exturbatis hominibus, Noe in oppositam telluris alterius partem arcâ migravit, & ad eius exitum, terra quæ usque ad illum aquis latebat oppleta, apparuit sicca. Fugisse asserit huiusmodi cogitationem Doctorum ingenia, ideoque ingenti supercilio vocat propriam Enthusiasmum. Sane tunc concessi, quia ineptissimum propositum: sed incidi postea in Tom. 1. *Adagial.* Doctissimi Delrij, qui *Adag.* 789. refert cuncta, quæ fulcra paradoxi Salensis, & quorum Auctorum opiniones, inter quos primipilus Moyses Barcephas. *Infelicis ingenij est* (dixit Plin. in Præf. *Hist. nat.* Vespas.) *deprehendi in furto malle, quàm mutuum reddere.* Hanc sententiam prætulerunt alij: *Nam ego*: (ait Delrius ibid.) *quoniam universa illa de terra alia narratio mihi redolet fabulas Asiaticas, quarum Oriens semper fuit feracissimus.* Ergo scrijs.

Plin.

Delr.

30 *A facie terræ.* Duntaxat? Non etiam à cœlo? Quæstio celebris est: *An omnes qui diluvio perierunt, inferni quoque æternis supplicijs damnati fuerint?* Affirmat Pererius hic *lib. 9. Disp. 3.* à num. 53. Contraria omnino multorum placita, & iure, inter quos Prosp. Aquitanicus, qui in Opuscul. de *Provid. Dei*, cecinit v. 840.

*Non autem dubium est in magna turbine cladis*
*Involvi teneros annos, & more parentum*
*Criminis expertes aliena occumbere culpa.*
*Nam cum homines pontus tegeret, deleta per orbem*
*Multa puellarum, & puerorum millia notum est,*
*Nec tamen iniuste terris exempta videtur*
*Progenies auctura malos, cui multus in ipso*
*Exitio est collatus honos.*

*Omnes qui diluvio perierunt, non fuerunt æternis damnati supplicijs.* 1. Petr.

Pondus cogitationis Pererij stat in auctoritatibus, quæ Interpretum plurium torserunt ingenia, & adhuc negotium facessunt studiosis Scripturarum: vide ergo ea apud ipsum latè loc. cit. Non astruimus, impœnitentes fuisse eductos ex inferno inferiori, prædicatione Christi, quod quidem adversatur fidei; sed multos, impœnitentes non esse mortuos. Patet ex 1. Petr. 3. 19. 20. ubi de Christo Apostolus: *Vivificatus spiritu, in quo & his qui in carcere erant spiritibus veniens prædicavit, qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noë, cum fabricaretur arca.* Explicato catholicè huiusmodi testimonio, clarebit conclusio. Brevi agam, quippe dubium incidens, nec ad Tautologias spectans.

Mendoz. Romæus. Brevi, dixi: quoniam intellectis de Purgatorio, quæ aliqui intelligunt de damnatorum inferno, nulla erit in Auctoritate difficultas, & simul constabit Novatorum malitia, vel fatuitas. Consule Alphons. Mendozam *Quodl.* q. 1. Expositi. num. 4. & Nicolaum Romæum in *Effig. Calvini*, color. 14. Non opus est caput impingere, ut eorum qui ambulant in circuitu conquassentur capita. Afferetur liquidò, præter parvulos doli non capaces, sacrificio usitato in lege naturæ labis originalis expertes, salvos fuisse aliquos adultos, & deportatos in Purgatorium, quippequam vel morte temporali, pœnarum criminum non satis luitum. Modò ad Textum. Christus mortuus carne, vivificatus est spiritu (ideſt, anima) *In quo*, quoniam necdum resurrexerat, *His spiritibus, qui in carcere* (nimirùm, in Purgatorio) *erant, veniens* (hoc est, descendens de cruce in inferiores partes terræ) *prædicavit* (sese ostendit, apparuit: quæ acceptio nova non est, ut dicemus *Tom. 6. Tautolog.* 8. Ad illud Ionæ 3. 2. *Predica prædicationem*, & confirmant Oecumenius, & Caietan. hic, ipseque Pererius num. 69. *Prædicavit* ergo his spiritibus, *Qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noë, cum fabricaretur arca*: & postquàm cœpit, vel progressum est diluvium, pœnitentiam egerunt; sed non ita congruam, vel condignam, ut mererentur deportari in limbum, vel sinum Abrahæ, sed in Purgatorium, quousque adveniret, qui penetrando inferiores partes terræ, illuminaret omnes sperantes in Domino. Hoc patet ad alia, maximè ad illud Petr. ib. cap. 4. 6. *Propter hoc enim & mortuis evangelizatum est*, sive intelligas manifestationem retentis in limbo, vel in Purgatorio.

*Prædicari, pro manifestari.*

Sunt



*Pertinaces.* 31 Sunt variæ Interpretum lectiones. *Tactus dolore cordis intrinsecùs.* Pers. Pagninus, & Vatabl. *Doluit in corde suo.* Septuag. *Recogitavit.* Ar. Montan. *Addolcit ad cor.* Hebr. *Contristavit se Deus.* Caietan. *Doluit ad cor.* Oleaster. *Angustiâ affectus est ad cor suum.* Maluend. *Dolore faciacit seipsum ad cor suum.* Tigurin. *Contristavit se in corde suo.* Lippom. *Contristatus est in corde suo.* Syr. *Et doluit.* Dior. Tarsens. *Solicitudine affectus est.* Procop. *Et iratus est.* Targum Hierosol. *Et disceptavit in corde suo.* Arabic. *Abominatus est.* Haye. *Doluit apud animum suum.* Rabb. Ionath. & Hieronym. *Iudicavit eos sermone suo.* Denique Onkel, Ambrosius, Augustin. & alij, sicut Græca legunt, & exponunt: *Cogitavit.* Cominùs ad morum amussim, nequando iratcatur Dominus, si perimus de via iusta.

## ADINATON EXEGETICUM.

*Epilog. Excurs.*

1. *Tactus dolore*, ne levi vel ingrati tangerentur cruciamine.
2. *Tactus dolore*, & intimè; quòd diram servitutem vocet homo libertatem.
3. *Tactus dolore*, quia vulneribus ictì, minimè tacti.
4. *Tactus dolore*, & intrinsecè; quippe castigare necesse.
5. *Delebo inquit*: & dolet? Vel in vindictâ iusta iustitiæ pœniter.
6. *Delebo hominem*: & dolore tactus? Delebo sanè, quantumvis tactus dolore.
7. *Delebo hominem*, sine pœnitentia: aliter crimina.
8. *Delebo hominem*: impium, non iustum; quia in iustitia est acceptio meritorum, non personarum.
9. *Hominem, quem creavi.* Si hominis creatio, creationem utique subsequetur pœnitudo.
10. *Delebo hominem, quem creavi: sed à facie terræ*, ut præsenti supplicio salventur animæ.

# DIDASCALIA PRIMA.

## *Liberalitatem clariorem ingratus facit.*

Plin: 1 DIxit Plinius *Paneg.* Traian. pro Consulat. Clarescit, quia lux in tenebris lucet. Quò plùs absconditur in regione oblivionis, eò magis latescit gratia artificio obscuritatis: verùm si extinguere satagit pectoris ingratitudo, magis ac magis rutilat in caliginoso loco: etenim generosificari solicitat splendorem, quisquis oblivione præparat beneficientiæ caliginem.

*Beneficium externa fortunam est.*

Senec. *Non est beneficium, quod ad fortunam spectat*: dixit Cordub. Stoicus lib. 4. *Benef.* cap. 3. Gratum invenire, fortuna est; & munificentia nunquàm pendet à fortuna. Qui vult grate excipi obsequium, respicit simul fortunam, & beneficium: cæterùm solùm potest dici beneficus, qui habet, ut faciat; neutiquàm qui facit, ut gratulationem metat. *Adeo ingratus est, qui oblitus est* (astruit idem ubi supr. lib. 3. cap. 5.) *ut gratus sit cui beneficium in mentem venit.* Insignis reflexio! Gratus ingratus? Utique. Liberalitatem gratus iucundam, ingratus facit clariorem: & gratus magis notatur, quisquis beneficiorum obliviscitur; quippequàm ni accipiens ingratus foret, fulgor liberalitatis non clareret.

*Ingratitudo quo pacto gratum beneficatorem?*

Idem. 2 *Quo extinguitur, ardet*: lemma fuit symboli, quo fax in aqua accensa: excogitati à Villava in *Symbolis spiritual.* Hæc præstat generosi amoris inclyta nota: igitur ardens crescit incendium pectoris, quo extinguitur efficaci fomite ingratitudinis. In perrito testimonio rutilat amor ingenio. Postquàm de dæmone, maiestatis scrutatore, insignem Christus reportavit victoriam, & nobis ex victoria contulit palmam; diabolus victus, *recessit ab illo usque ad tempus.* Quodnam ergo tempus in tentationem destinatum, ut denuò iniret victus cum maiestate conflictum? *Ut tædio vincat*: respondet Ambrosius lib. 4. in *Luc.* Nullum charitas habet validiorem adversarium, quàm ingratitudinem: & ut tædio vinceretur victor, machinatur victus cordium rationalium rebellionem; quoniam arte nulla fortiùs arceri potest cursus velocioris dilectionis, quàm obice maximè meditatæ pectoris ingratitudinis. Spe excidit vafra calliditas: etenim prævaluit charitas: fomes quippe igni pectoris ministratur, ubi cogitavit [illegible] bolus, quòd tantus amor tædio [illegible] ingratitudinis vinceretur. Amor [illegible] ximè

Villav. *Quo extinguitur, ardet amor.*

Luc. 4. 13.

Ambr.

*Ingratitudo est amoris excellentis.*

Psalm. *chonias annulus in manu dexteræ meæ, inde evellam.* A se ipso deficeret, si ita iustitiæ non consuleret: ideo David Psalm. 5. 5. meditanter non dixit: *Deus non volens iniquitatem*; sed, *Non Deus volens iniquitatem, tu es.* Quia Deus, & quia creavi, cum homine largissima usus sum indulgentiâ, recrudescit amor malitiâ. Scleribus addictum delebo hominem, quem creavi: criminibus non creavi, sed ut potiretur in hoc sæculo gratiâ, futuro gloriâ.

*Non fuit duplex terra.* 29 *A facie terræ.* Ecce unum ex fundamentis Gundisalvi Salensis pro duplici terra, cuius sententiam, seu potiùs delirium impugnavimus *Tom. 1. Tautolog.* 1. igitur à facie illius terræ exturbatis hominibus, Noe in oppositam telluris alterius partem arcâ migravit, & ad eius exitum, terra quæ usque ad illum aquis latebat oppleta, apparuit sicca. Fugisse asserit huiusmodi cogitationem Doctorum ingenia, ideoque ingenti supercilio vocat propriam Enthusiasmum. Sane tunc concessi, quia ineptissimum propositum: sed incidi postea in Tom. 1. *Adagial.* Doctissimi Delrij, qui *Adag.* 789. refert cuncta, quæ fulcra paradoxi Salensis, & quorum Auctorum opiniones, inter quos primipilus Moyses Barcephas. *Infelicis ingenij est* (dixit Plin. in Præf. *Hist. nat.* Vespas.) *deprehendi in furto malle, quàm mutuum reddere.* Hanc sententiam prætulerunt alij: *Nam ego*: (ait Delrius ibid.) *quoniam universa illa de terra alia narratio mihi redolet fabulas Asiaticas, quarum Oriens semper fuit feracissimus.* Ergo scrijs.

Plin.

Delr.

30 *A facie terræ.* Duntaxat? Non etiam à cœlo? Quæstio celebris est: *An omnes qui diluvio perierunt, inferni quoque æternis supplicijs damnati fuerint?* Affirmat Pererius hic *lib. 9. Disp. 3.* à num. 53. Contraria omnino multorum placita, & iure, inter quos Prosp. Aquitanicus, qui in Opuscul. de *Provid. Dei*, cecinit v. 840.

*Non autem dubium est in magna turbine cladis*
*Involvi teneros annos, & more parentum*
*Criminis expertes aliena occumbere culpa.*
*Nam cum homines pontus tegeret, deleta per orbem*
*Multa puellarum, & puerorum millia notum est,*
*Nec tamen iniuste terris exempta videtur*
*Progenies auctura malos, cui multus in ipso*
*Exitio est collatus honos.*

*Omnes qui diluvio perierunt, non fuerunt æternis damnati supplicijs.* 1. Petr.

Pondus cogitationis Pererij stat in auctoritatibus, quæ Interpretum plurium torserunt ingenia, & adhuc negotium facessunt studiosis Scripturarum: vide ergo ea apud ipsum latè loc. cit. Non astruimus, impœnitentes fuisse eductos ex inferno inferiori, prædicatione Christi, quod quidem adversatur fidei; sed multos, impœnitentes non esse mortuos. Patet ex 1. Petr. 3. 19. 20. ubi de Christo Apostolus: *Vivificatus spiritu, in quo & his qui in carcere erant spiritibus veniens prædicavit, qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noë, cum fabricaretur arca.* Explicato catholicè huiusmodi testimonio, clarebit conclusio. Brevi agam, quippe dubium incidens, nec ad Tautologias spectans.

Mendoz. Romæus. Brevi, dixi: quoniam intellectis de Purgatorio, quæ aliqui intelligunt de damnatorum inferno, nulla erit in Auctoritate difficultas, & simul constabit Novatorum malitia, vel fatuitas. Consule Alphons. Mendozam *Quodl.* q. 1. Expositi. num. 4. & Nicolaum Romæum in *Effig. Calvini*, color. 14. Non opus est caput impingere, ut eorum qui ambulant in circuitu conquassentur capita. Afferetur liquidò, præter parvulos doli non capaces, sacrificio usitato in lege naturæ labis originalis expertes, salvos fuisse aliquos adultos, & deportatos in Purgatorium, quippequam vel morte temporali, pœnarum criminum non satis luitum. Modò ad Textum. Christus mortuus carne, vivificatus est spiritu (ideſt, anima) *In quo*, quoniam necdum resurrexerat, *His spiritibus, qui in carcere* (nimirùm, in Purgatorio) *erant, veniens* (hoc est, descendens de cruce in inferiores partes terræ) *prædicavit* (sese ostendit, apparuit: quæ acceptio nova non est, ut dicemus *Tom. 6. Tautolog.* 8. Ad illud Ionæ 3. 2. *Predica prædicationem*, & confirmant Oecumenius, & Caietan. hic, ipseque Pererius num. 69. *Prædicavit* ergo his spiritibus, *Qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noë, cum fabricaretur arca*: & postquàm cœpit, vel progressum est diluvium, pœnitentiam egerunt; sed non ita congruam, vel condignam, ut mererentur deportari in limbum, vel sinum Abrahæ, sed in Purgatorium, quousque adveniret, qui penetrando inferiores partes terræ, illuminaret omnes sperantes in Domino. Hoc patet ad alia, maximè ad illud Petr. ib. cap. 4. 6. *Propter hoc enim & mortuis evangelizatum est*, sive intelligas manifestationem retentis in limbo, vel in Purgatorio.

*Prædicari, pro manifestari.*

Sunt



*Pertinaces.* 31 Sunt variæ Interpretum lectiones. *Tactus dolore cordis intrinsecùs.* Pers. Pagninus, & Vatabl. *Doluit in corde suo.* Septuag. *Recogitavit.* Ar. Montan. *Addolcit ad cor.* Hebr. *Contristavit se Deus.* Caietan. *Doluit ad cor.* Oleaster. *Angustiâ affectus est ad cor suum.* Maluend. *Dolore faciacit seipsum ad cor suum.* Tigurin. *Contristavit se in corde suo.* Lippom. *Contristatus est in corde suo.* Syr. *Et doluit.* Dior. Tarsens. *Solicitudine affectus est.* Procop. *Et iratus est.* Targum Hierosol. *Et disceptavit in corde suo.* Arabic. *Abominatus est.* Haye. *Doluit apud animum suum.* Rabb. Ionath. & Hieronym. *Iudicavit eos sermone suo.* Denique Onkel, Ambrosius, Augustin. & alij, sicut Græca legunt, & exponunt: *Cogitavit.* Cominùs ad morum amussim, nequando iratcatur Dominus, si perimus de via iusta.

## ADINATON EXEGETICUM.

*Epilog. Excurs.*

1. *Tactus dolore*, ne levi vel ingrati tangerentur cruciamine.
2. *Tactus dolore*, & intimè; quòd diram servitutem vocet homo libertatem.
3. *Tactus dolore*, quia vulneribus ictì, minimè tacti.
4. *Tactus dolore*, & intrinsecè; quippe castigare necesse.
5. *Delebo inquit*: & dolet? Vel in vindictâ iusta iustitiæ pœniter.
6. *Delebo hominem*: & dolore tactus? Delebo sanè, quantumvis tactus dolore.
7. *Delebo hominem*, sine pœnitentia: aliter crimina.
8. *Delebo hominem*: impium, non iustum; quia in iustitia est acceptio meritorum, non personarum.
9. *Hominem, quem creavi.* Si hominis creatio, creationem utique subsequetur pœnitudo.
10. *Delebo hominem, quem creavi: sed à facie terræ*, ut præsenti supplicio salventur animæ.

# DIDASCALIA PRIMA.

## *Liberalitatem clariorem ingratus facit.*

Plin: 1 DIxit Plinius *Paneg.* Traian. pro Consulat. Clarescit, quia lux in tenebris lucet. Quò plùs absconditur in regione oblivionis, eò magis latescit gratia artificio obscuritatis: verùm si extinguere satagit pectoris ingratitudo, magis ac magis rutilat in caliginoso loco: etenim generosificari solicitat splendorem, quisquis oblivione præparat beneficientiæ caliginem.

*Beneficium externa fortunam est.*

Senec. *Non est beneficium, quod ad fortunam spectat*: dixit Cordub. Stoicus lib. 4. *Benef.* cap. 3. Gratum invenire, fortuna est; & munificentia nunquàm pendet à fortuna. Qui vult grate excipi obsequium, respicit simul fortunam, & beneficium: cæterùm solùm potest dici beneficus, qui habet, ut faciat; neutiquàm qui facit, ut gratulationem metat. *Adeo ingratus est, qui oblitus est* (astruit idem ubi supr. lib. 3. cap. 5.) *ut gratus sit cui beneficium in mentem venit.* Insignis reflexio! Gratus ingratus? Utique. Liberalitatem gratus iucundam, ingratus facit clariorem: & gratus magis notatur, quisquis beneficiorum obliviscitur; quippequàm ni accipiens ingratus foret, fulgor liberalitatis non clareret.

*Ingratitudo quo pacto gratum beneficatorem?*

Idem. 2 *Quo extinguitur, ardet*: lemma fuit symboli, quo fax in aqua accensa: excogitati à Villava in *Symbolis spiritual.* Hæc præstat generosi amoris inclyta nota: igitur ardens crescit incendium pectoris, quo extinguitur efficaci fomite ingratitudinis. In perrito testimonio rutilat amor ingenio. Postquàm de dæmone, maiestatis scrutatore, insignem Christus reportavit victoriam, & nobis ex victoria contulit palmam; diabolus victus, *recessit ab illo usque ad tempus.* Quodnam ergo tempus in tentationem destinatum, ut denuò iniret victus cum maiestate conflictum? *Ut tædio vincat*: respondet Ambrosius lib. 4. in *Luc.* Nullum charitas habet validiorem adversarium, quàm ingratitudinem: & ut tædio vinceretur victor, machinatur victus cordium rationalium rebellionem; quoniam arte nulla fortiùs arceri potest cursus velocioris dilectionis, quàm obice maximè meditatæ pectoris ingratitudinis. Spe excidit vafra calliditas: etenim prævaluit charitas: fomes quippe igni pectoris ministratur, ubi cogitavit [illegible] bolus, quòd tantus amor tædio [illegible] ingratitudinis vinceretur. Amor [illegible] ximè

Villav. *Quo extinguitur, ardet amor.*

Luc. 4. 13.

Ambr.

*Ingratitudo est amoris excellentis.*

xime beneficus in humanum genus. Contendebant Dei dilectio, & hominum ingratitudo: unde victa charitate à vexillis fecferis, Deus *Intrinsecùs* tangebatur *dolore cordis*. Victus fuit tædio, qui tunc timebatur Deus ultionum: aliud levavit veniente Christo vexillum. Amor inde lucet, unde apud homines evanescit: perperam ingratitudinem propter tæderet hominum; cùm per ipsam cordis inolescret incendium.

Gen. 6. 6.

3 *Morte morieris*, si comederis ex interdicto frutice dicitur Protoplasto. Alij: *Morte eris mori*. Ei vivit? Utique, quia meretur mori, conceditur vivere. Non reprimitur Deitatis benefica virtus, quanvis beneficiorum indignum mortale pectus: ac delictum maximum ultrò hominum ingratissimo condonatur; quoniam per transgressionem mortem prævaricator meretur. Nec impetus renuentium pietatem frangit, nec amor quanvis despectus recedit.

Gen. 2. 17.

*Non arctatur ingratitudine beneficia virtus.*

*En frustrà Fortuna facem remoratur Amoris.*
*Nam ferus est, alis fallit & ille moras.*
*Atque retenti instar violentius æstuat aumis.*

Oth. Væn.

*Sic fit & à remoris plus furiosus amans.* Cecinit Otho Vænius Embl. 113. *Amor.* Haud mireris epithetum *Furiosus*, si legitti amantem amentem: siquidem quicquid concedituir diffectioni rationis, subtrahitur ab incendio, atque voluptate voluntatis. Divinus etiam Amor, à Bernardo Serm. 83. in *Cant.* plauditur *Præceps*. Quippini? Non irascitur ictus, & dissimulat contemptus. *Præceps*, & quia requirentem non repellit, & quia declinantem ambitiosè requirit. *Semper meditatur nova, & insueta componit: impatiens namque cum sit, cogitare non desinit quomodò ardentius diligat.* Ita Laurent. Iustinian. liboll. de *Casto connub. Verbi & Animæ*. Astipulatur Chrysostom. Homil. 1. in *Epist.* ad Philipp. *Adeo* (ait) *violentus est amor, atque, ut ita dicam, tyrannicus est, ut nulli cedat occasioni.* Quo ludio occasioni nulli cedat, & nova, atque insueta componat, licèt paradoxum in fundamento videatur, lubitò dicam. Supereminentiorem viam aggreditur dilectio: intentos vos volo.

*Amor ab obice violentior.*

Bern.

*Præceps est, & impatiens.*

Laurent. Iustin. Chrysost.

*Et tyrannicus.*

3 Deperibat fœminam quidam, & ut exprimeret singularem amorem, induit se larvam Damonis, cum hoc lemmate: *Nemo affectior, nec protector, nec pertinacior.* Nostro idiomate, præut iacuit, profert Ioannes Orozzius lib. 1. *Embl.* cap. 16.

*Mas penado,*
*Mas perdido,*
*Y menos arrepentido.*

Ioann. Orozz.

Ne timeant aures, ubi Dæmon proponitur, heroici signum amoris, & sublimis charitatis; opera pretium erit commonere lectores usus Allegoriæ, qua aliud dicimus, & aliud significamus, de quo late apud Rhetores tam Sacros, quàm Profanos. Etiam recolendus sensus Accommodaticius, quo liberius vagatur acuticn cogitationis (licèt cum grano salis condienda sententia, ne mens ineptè delipiat) ut in malo aliquando rimetur figuram boni, & in bono insignias symbolum mali. *Plerumque res qualibet* (allcuit Gregor. Magn. lib. 3. *Moral.* cap. 16.) *per historiam virtus est, per significationem culpa: sicut aliquando res gesta in facto causa damnationis est, in scripto autem prophetia virtutis.* Assentiuntur Rupertus lib. 11. de *Div. offic.* cap. 1. Hieron. *Epist.* 131. ad Rufin. (etsi contrarium dixerat in *Isai. comment.* cap. 45. & Osee cap. 10.) Glossa in 2. *Reg.* 11. 24. Theodoretus *Dialog.* 3. Beda in qq. in 2. *Reg.* & Angelomus in 2. *Reg.* 11. qui quidem late quæstionem discutit, & sententiam astruit. Unde spectatum Lot, adulterium David signare ita sponsationem Christi cum Ecclesia ex Gentibus, relicta Synagoga, arbitrantur; sicut Lazarum agrum, mortuum, & sepultum designare peccatorem. Mors pessima Saulis mortem Nostri Servatoris expressit: dicit Greg. Magn. ubi supr. lib. 4. cap. 4. & etiam Augustin. lib. 22. *Contra Faustum.* Ambrosius *Apolog. David*, cap. 3. conferens humanam naturam Verbi Divini hypostasis omninò alienam, & adiectionem Bethsabee in Davidis sponsam; *Mysterium* (exclamat) *in figura, peccatum in historia: culpa per hominem, sacramentum per Verbum.* Quod molitur iniquitas, deaurat propter finem studiosè charitas: igitur cum entitas tantummodò consideretur, quid illud entitatis, & non malitiam charitas imitatur. Quapropter cum analogia eadem officia tribuuntur virtutibus, & vitijs, uti facit Chrysologus *Serm.* 162. describens ambitionem eisdem coloribus, queis à Paulo pingitur charitas: & ut analogiam explicet, collationem hypomene spectabili concludit. *Charitas patiens est. &c.* 1. Cor. 13. Chrysologus verò: *Ambitio patiens est, benigna est, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, sed quærit quæ sua sunt.*

*Malus interdum figura boni, & bonus mali symbolum.*

Greg. Magn.

*Mysterium in figura, quod peccatum in historia.* Ambr.

*Ambitio laudabilis charitas ibi.*

Chrysost.

5 Ipsamet opera, ac demonstrationes quas machinatur Amor profanus, excreet Amor divinus: & ille inde laudatur, & ille meritò ploditur. Ideo Proverb. dicitur: *Vexte impios, & non erunt*: ideſt, rationalem finem in operationibus habeant, & habebunt merita bona, unde sibi metunt merita mala: ut siquis faceret, vel patereturne propter honestatem virtutis, quo peccatores lassantur in via iniquitatis. Lubricus amor ut ait Seneca in *Hippolyt.* Act. 2. v. 609. gloriatur dicens:

Prov. 10. 16.

*Vexatio charitas similis inferno.*

*——— Omne servitium feram.*
*Non me per alta ire, si iubeas nives,*
*Pigeat gelatis ingredi Pindi iugis.*
*Non si per ignes ire, & infesta agmina*
*Cunctor paratis ensibus pectus dare.*

Seneca *Amor nonem difficultatis ignorat.*

Fas non erit, eiusmodi officia assignare amori cœlesti; cùm in fidei demonstrationem ultra progrediatur, & ubi non ultra? Sic enim cum proportione dicere possumus, in conditione Dæmonis esse singulare stemma vehementioris charitatis: quandoquidem quicquid ille meditatur, ut animæ pereant vafra, atque inflexibili malitiâ; facit & ultrà, ut salventur charitatis cordis exæstuans flamma. Proinde si illo nemo afflictior, projectior, nec pertinacior; *Dolores* etiam *inferni circundant* charitatem, ubi tangit celsitudinem. Amat, ut amet: nec pœnis arcetur, nec neglectu reprimitur, nec fastidio compescitur. Nunquam vel frustratis officijs revocat pedem, sed in idem propositum perurget cogitationem.

*Analogia conditionis dæmonis, & charitatis.*

Psal. 17. 6.

6 Optimè se mihi offert amoris obumbratio facta ab Sponso. *Fortis est* (ait) *ut mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio.* Ideſt, dilectio magna est ut mors, maxima verò comparatur inferno; etenim non secùs ac illius ignis animam urit pro animabus flamma excelsæ charitatis. Ita Gaspar Sanctius, Sotomaior, Ala ide & alij. Infernus summa dilectio! An quia infernus nunquàm dicit: *Sufficit*? Sane. Dicat Teresiæ charitas, *Aut pati, aut mori*: quanvis plurimæ afferantur Regi virgines post eam, nunquam dicit: *Sufficit*. Imitatur Sponsum. *Sitio*, dixit in cruce pendens. Sitit? Sitit & saturatus ærumnis? Sitit ex fervore amoris, siquidem plura charitati blandimina plura tormenta. Satut sitit, quia nunquam dicit; *Sufficit*. Aut pati, aut mori: dum tormentis superstes vita, adulentur cruciamina. Alia, *Tautolog. 4. Didasc. 9.* in honorem huius virginis, a num. 7. usque ad 14.

Cant. 8. 6.

Ioan. 19. 10.

*Eleemdiuntur tamen tormenta.*

7 Nec clam est iam similitudo charitatis eximiæ cum inferno. Plus bibendo sitit, & nunquàm dicit, *Sufficit*: cor igitur habet huiusmodi insatietatem, dum longum bibit amorem. Quomodò possunt hæc fieri? Respondet Sermon. in *Pentecost.* Chrysostomus: *Copiosa Spiritus Sancti gratia, non naturam immutans, sed voluntatem emendans.* Ideò de Christo dicitur: *Dolores*

Chrysost.



*inferni circumdederunt me.* Ideſt, ut inquit Genebrardus hic: *Dolores maximi & vehementissimi, quales solent esse in inferno*: quoniam cùm flagret igne vehementi voluntas, huiusmodi infernum excogitavit charitas. Perpende: Ibi animus afflictus, & licèt afflictus, projectus: projectus, pertinax: & pertinax propositi, licèt afflictus. Videamus itaque, an faciat excellens charitas per dilectionem, emendans voluntatem, quòd emineat amoris demonstratio, supra id, quod malitia retinet implacabili odio.

Genebr.

*Quisnam inferat charitati?*

8 *Dolores inferni circumdederunt me*, dixerat Christus per os Prophetæ David. Quo pacto dolores inferni Christum circundant in acerba passione? Cave blasphemias Lutheri in *Psalm.* 16. 10. Philippi Melanæthon in cap. 27. *Matth.* & Calvini *Institution.* lib. 2. cap. 16. §. 11. & pluribus alijs in locis. Dicam ergo catholice. In inferno animæ tormenta patiuntur, verùm illis tormenta nihil profunt. In mundo quicquid patiens sustinet, in vitam æternam custodit: leve quidem tribulationis momentum æternum pondus operatur ad gloriam per matrem gratiam: in inferno damnati perdunt & operam. Unde verè Christum circumdederunt dolores inferni, dum decrevit proreprobis etiam pati; quoniam interni dolor & acerbior, & vividior, pro illorum salute pati inferni vehementissimum dolorem, & scire nullum horum profuturum ad salutem. Hoc barathrum, hunc infernum excogitavit charitas: igitur nulla intensior acerbitas, quàm pro reprobis pati, & scire non prodesse.

Psal. 17. 6.

*Amaritudo infernorum, pœnæ, & scire non prodesse.*

9 Nota: in horto Patri dixit: *Transeat calix iste.* Quisnam? *Hoc est populo Iudæorum*: ait Hieronym. hic. Non calix passionis, sed *Calix iste*; quia intolerabile prorsùm, quòd labor cassus, & inutilis fructus. *Calix iste* sanguinis mei transeat à populo Iudæorum, vel proficiat obsequium: igitur pœnarum pœna in huiusmodi agonia, frustrari pretium, & ex venis ultrò præbere lythrum. Vel transeat vel proficiat, etenim dolor inferni, non prodesse, & ita pati. *Transeat.* Non transit, sed totum exhaurit. Cur? Charitas in eius passione ostentura erat plenitudinem: & bibit etiam pro reprobis amaritudinum calicem; quoniam illius insigne, propter operationem operari, propter amorem diligere, fructum expendere pretiosum, & perdere fructum.

Matth. 26. 39.

*In hoc relucet magnitudo charitatis.*

10 Senecam audi: *Ingrato ipsi beneficium dabo iterum, & tanquàm bonus agricola, cura, cultuque sterilitatem soli vincam. Non est magni, dare & perdere: hoc est magni*

Senec.

*Perdere, & dare, summi animi indicium.*

*magni animi, perdere & dare.* Hæc Stoicus lib. 7. de *Benef.* cap. 32. Calicem istum, quem transire desiderat corporis imbecillitas, bibere iubet supereminens charitas: quia cùm gratiam iucundam gratus faciat, iucundiorem ingratus; non esset magni, dare sanguinem, & illum perdere, sed perdere pretium, & effundere sanguinem.

Luc. 22. 20. Matth. 26. 28. Calix hic est (ait) sanguinis, qui *Pro vobis effundetur*; apud Matthæum, qui *Pro multis*. Pro *Vobis*, quibus proderit, pro *Multis*, quibus inanis: his destinatis ad pœnam, vobis prædestinatis ad gloriam. Demonstranda est in articulo passionis excellentia charitatis, & minimè stat in eo quòd sanguis effundatur pro vobis, sed pro multis: siquidem clarescit plus dum gratis confert libertatis pretium, & scit perdere fructum.

Ioan. 3. 16. 11 *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret.* Mundum, idest, Hominem. Emphaticè exprimit Ioannes vehementiam amoris, igitur non suppetit lingua ad tantæ demonstrationem charitatis. Dedit igitur Deus Filium suum in mortem, & mortem crucis: quid enim illud *Sic* promit singularitatis? Diximus *Tom.* 1. *Tautolog.* 3. *Did.* 2. num. 4. & *Did.* 4. n. 4. & 5. Sed non exhausimus thesaurum huius mirificæ dilectionis. *Sic* illud ostendit Paulus. *Proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.*

Rom. 8. 32. Alij grati memores erunt huiusmodi inæstimabilis gratiæ; alijs, cervicosis maximè, nec memoria inerit tanti inexcogitabilis beneficij: & dicit Paulus *Pro omnibus*, dum Christus Dom. devovetur cruciatibus; siquidem marcesceret florida pulchritudo dilectionis, ni sanguis effunderetur etiam pro ingratis. *Sic dilexit*, cùm Deus Pater pro hominibus in mortem filium suum misit. Ingratitudine charitas claruit: igitur moles tantæ tantorum ac talium ingratitudinis, haud obturare potuit fontem generositatis.

*Et pro ingratis pati.*

12 Consultò apposuit Paulus *Pro omnibus*, quia mortuus est etiam pro reprobis. Haud validiore vulnere affici quibat ab heterodoxis divinæ charitatis excellentia, quàm negationis exhibitionis iniuriâ. Hæc est machina ingeniosæ improbitatis, ut liberetur à vinculis gratitudinis; & minimè cogitat, obligationem esse, de quo satagit effugere. *Pro omnibus.* Ecce dilectionis *Sic.* Pro prædestinatis pari, erat charitatis delicium, propter fructum redamationis propositum. Pro omnibus crucem subire, exprimere incendium amoris, quod fovebat in altari sacrati pectoris. Sanguinem ultrò fundebat, qui licèt pretiosus, reprobis nequaquàm proderat: inutilis profectò labor; sed labor exhibetur etiam inutilis. Benefacere congruit ingratis, exhibito vinctis pro libertate pretio, quantumvis abutantur beneficio, labore frustrato: & sic Deus mundum dilexit, quando filium suum unigenitum misit; ut illum pro hominibus, & omnibus in mortem traderet: quandoquidem in charitate rutilat summum, quòd pretium evanescat, & dare pretium. Hispan. *En la charidad la mas insigne divisa, dar la sangre de las venas por todos, aunque se pierda.*

*Summum charitatis, expendere pretium, & non recipere fructum.*

In hominibus spes, quæ iuxta Pindarum, *Amoris est nutrix optima*, deliciosè alit, quæ voluntas pro libito concipit: igitur illicò resipiscerent, si ex demonstrationibus oppositis cogitarent. Ad summum cumulant beneficia, ut aversantium vincant protervitatem obsequia, verùm ignorant spe crepera exitum, quàm exhibetur studium. Non sic Christus amavit: *Sciens dilexit*: cognovit verè fructum sanguinis casum, & nihilominùs pro nobis omnibus tradidit semetipsum.

*Sciens ingratitudinem, ostendit amorem.*

Ioan. 13. 1. 13 In aquâ, quæ dicta contradictionis, divinæ emicat studium generositatis. Murmuravit populus duræ cervicis ob inopiam aquæ. Moyses & Aaron in tabernaculo clamaverunt ad Dominum, ut conferret vel rebellibus auxilium. Tollere iubet Dominus taumaturgam virgam, & loqui ad petram, ex qua egressæ sunt aquæ largissimæ, queis satiati fuerunt ficiculosi. Lapis ergo liquefactus percussione virgæ, obsequitur incredulis ad instar fontis; sed corda illorum persistebant omninò duriora saxis. Illicò ut elicuit aquam virga miraculosa, auditur Domini in fratres inexcogitata sententia. *Non introducetis* (ait) *hos populos in terram, quam dabo eis.* Quænam ergo culpa fratrum, ut eis in terram promissionis Deus deneget regimen, & ingressum? *Quia non credidistis*: respondetur. Crediderunt proculdubio: quo pacto quia non crediderunt, fit horum animadversio? Crediderunt, & non crediderunt. Crediderunt, Deum posse miracula facere; sed illis rebellibus nolle. Haud dubitarunt de virtute potentiæ, sed de Dei voluntate propter demerita inconcussæ malitiæ, quibus indigni divinæ clementiæ: & meritò afficiuntur Moyses & Aaron incredulitatis pœnâ, dum ampliore propter illos Dominus fraudatur gloria: igitur stemma singulare divinæ nobilis generositatis, & conferre beneficium etiam indignis.

Num. 20. 12. Ibid. *Stemma divini amoris, beneficia conferre etiam indignis.*

Vers. 10 14 *Num* (ait Moyses) *de petra hac vobis aquam poterimus eicere?* Non de aquæ miraculo è silice dubitat, sed quòd illis fieret tan-



*Et labor: rare frustrà.*

tantum miraculum. Ideo dicit, *Vobis.* Vobis non: cur non illis? Quia rebelles. In hoc offendunt largitoris amorem, dum cogitant demeritis posse arceri largitatem; maximè cùm contendat charitas, vel despecta gratis, ipsis ingratis prævalere beneficijs. *Num vobis?* Non: fallitur, ipsis, & propter ipsa: etenim amoris divini singularis gloria, & cogitare mira, & frustrari miracula: scire, omnia iudi, & omnia facere: laborare frustrà, & in frustra laborare.

Vers. 12 15 Subdit textus. *Non credidistis mihi, ut sanctificaretis me coram filijs Israël.* Sanctificaretis, idest glorificaretis. Quomodò & qualis gloria ex huiusmodi prodigio in maiestatem, ut querulus Dominus ablatam notet glorificationem? Suppetit ratio. Facere mira pro dignis, designaretur quasi opus iustitiæ: pro rebellibus autem, opus clementiæ: & queritur iure de surrepta gloria, cùm iudicatur, pro indignis facere nolle miracula; igitur cum ingratis confert gratiam, ampliorem in homines ostendit misericordiam.

Ps. 105. 33. 16 Culpa Moysis patet. *Distinxit in labijs suis*: dixit David. Hoc est, amphibologicè est locutus. Quid igitur locuta sunt labia, ut in obiurgatione notetur amphibologia? Deum pronunciavit posse, at *tam incredulis* credidit *impossibile*; ait Alapide hic. Possibile miraculum arbitratus est iustis, non incredulis; & non glorificavit Dominum, cùm inconsultò protulit huiusmodi cogitatum; siquidem magnus Divinitatis honos, plures beneficia super bonos & malos. Iuxta proprium sensum mensus est Domini munificentiam, quæ uti talis nonnunquàm est progressa ultra mensuram: quandoquidem vel incredulis conceditur, quod à ministro impossibile prorsùm indicabatur. Patet magnum, dum incredulis insperatum elargitur beneficium: etenim iuxta divinan non esset generositatem, ni præstaretur ultra recipientium fidem. Diffluvit, parce, uti homo, generositatis summitatem, inter benemeritum & indignum, ut Deus aperiret in dilectionis signum, beneficientiæ thesaurum; sed deliquit. Gloria munifici est conferre, non distinguere, an dignus, vel indignus accipiat: & Moyses eiusmodi gloriam elargitori beneficiotum negat; quoniam nimis offendit liberalitatem elargientis, etiam distinguere labijs. Non restringitur charitas machinationibus, quibus obest impietas. Ingratitudo speciositatem beneficij minimè devenustat, imò ingentem decorem opprimendo deaurat. Unde fert ægrè Deus à ministris non glorificari, dum decernit, beneficia etiam ingratis conferre; quoniam in-

*Alapid.*

*Conceditur ab amore, & quod indicatur impossibile.*

*Beneficium extollit ingratitudo.*

quolibet beneficentia amplius magnificatur, ubi ingratis rebellibus plura consulte largitur.

Vers. 18 17 Arridet textus. *Hæc est aqua contradictionis, ubi iurgati sunt filij Israël contra Dominum: & sanctificatus* (idest, glorificatus) *est in eis.* Si ministri dubitantes non glorificaverunt, quomodò rebelles, iurgantes etiam Dominum glorificarunt? Hæc est distortio ingratorum: scilicet, quòd benefactorem glorificent, velint, nolint: si velint, victi beneficio; si nolint, obtegunt: atque Deus glorificatur beneficus nimis, adhuc in aqua contradictionis; quippe illius proprium, pro ingratis miracula facere, & scire vel miracula contemni. Deinde: Isti rebelles requirebant miraculum, neutiquam benefactorem: Deus autem ipsos vel ingratos, satagens illorum conjungere ingratitudinem: & ubi non valuit vel miracula patrando, glorificatus est in beneficio neglecto: siquidem benefactoris commendatio, scire miracula non prodesse, & nihilominùs miracula facere.

*Gloria amoris, miracula facere & scire, vel miracula contemni.*

18 Denique. *Iurgati sunt contra Dominum.* Tunc quid? Impertit beneficium? Præstat tamen. Cum spe retributionis in pignore gratitudinis, sublevare miserias; attribuebat largitoris gloriam, sed non maximam: quæ quidem rutilat, ex eo quòd ignis beneficij ingratum foveat, licèt cor igne magis refrigescat & contradicat. Proinde in aqua contradictionis glorificata est quampluriumum divinæ dilectio maiestatis; quia accepit iniuriam, & nihilominùs elargitus est gratiam. Hæc causa dubitationis Moysis, etsi noverat ingenium benefacientis. Credebat promittentem; sed non ita benefactorem, ut audiret voces exprobrantium, & conferret beneficium. Dicere poterat, quod ille alius: *Credo, Domine: adiuva incredulitatem meam.* Credidit, & non credidit. Credidit possibilem gratiam, & non cogitavit de impossibili credito maiorem gloriam, igitur amplior proculdubiò persistit, ubi ingratis large dona munificus contulit. Quot erogavit Christus philanthropus in novissima cœna? Perquàm maxima & pretiosa: at amoris tanti ingenium antecelluit etiam ipsum beneficium; quia non pluris, quòd tot miracula & inusitata operaretur, sed quòd operaretur, *In qua nocte tradebatur.*

*Etiam amor exprobrationis, benefacit.*

Marc. 9. 23. *Occasio probat amari.*

1. Cor. 11. 23.

19 Perpende instantiam. Oravit ad Patrem, atque inter discipulos requirens consolatorem; vel vigiliantiores invenit dormientes. Vigilat Iudas, sed amplius magistri charitas. Occurrit proditor,

& etiam amor ; nè plùs valeret discipuli odium, quàm magistri diligentis obsequium.

Ioan. 13. 4. *Victoria amoris in scientia ignorantia.* *Iesus ita* (init Evangelista) *sciens omnia, quæ ventura erant superse, processit.* Et sciens? Processit: sciebat, quasi nesciret. O singularis dilectionis flammam! Dedit utique cor, *Ut sciret stultitiam.* Cruc m paratam cognovit, & processit. Nihil timet: non cogitat exitum, & periculum; sed propositum. Signum quilibet gressus vehementissimi incendij, imò proiectioris animi: etenim cognoscit ingratitudinem, & à proposito non revocat pedem: sed ruit præceps in tot pericula, & sciens omnia. Vulnera impendunt: *Processit.* Cupit ire in ipsos obvius enses, ut proiectio demonstretur amoris: quippe ni proiectus processisset, sciens ventura, in vulnera non procederet. Processit. Amor vel resipiscentiâ non resipiscit. Amplius stimulatur, ubi negligitur: etenim per despectus improbæ voluntatis, proprij cordis intimiùs calescit ignis. *Processit.* Et perditurus fructum? *Processit.* Summum incendium! Laborat itaque, ut corda convertat, & in vanum sine ignorantia laborat. Quid? Procedit, & amanter, ubi non ultrà, prævidens tantæ officiorum demonstrationi contraria: siquidem summæ charitatis rutilat signum, laborare sciendo, ipso labore laborare in vanum.

Constantia in amore Christi quanta!

Quasi proiectio.

1 Mach. 30. 15.

20 Phrasis pervagata in Scriptura *Laborare labores.* Quid sit, diximus in *Prolog. Galeat.* §. 4. num. 9. Ultra literam exponendum arcanum Epizeuxis verborum, ut ingeniosum nanciscamur argumentum. In amore est labor, ut fidei demonstrationibus acquirat corda; & est labor laboris, laborare in frustra, dùm duricies improbi, cervicosique cordis aciem obtundit spiculi charitatis. Præliatur amor, & artè contendit: eius ictus ingratitudo validè frangit: & minimè dicuntur prælij labores, quibus obtinuerunt victoriam charitatis conatus; sed laborasse labores, quibus inutilis fructus. Laborare, officium est amoris, siquidem in nulla fede moratur: laborare labores, opus excellentis charitatis, quæ laborat sustinens: & ingratis hominibus, exhibitis tot miris demonstrationibus, non habuit Christus quo magis ostenderet proiectissimam pectoris charitatem, quàm procedendo in frustrà, laborare laborem.

Maior obi labor fine fructu.

21 Probatio charitatis patet in exhibitione operis, *Eamus* (dixit generis humani Vindex) *in Iudæam iterùm.* Faciem firmavit, ut iret in Ierusalem. Dixerunt ei discipuli: *Rabbi, nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterùm vadis illuc?* Vadit igitur iterùm, quia lapidandum quærebant. Quæ videtur proiectio, est amoris magnitudo, atque charitatis tessera: & sese confert iterùm in pericula, quia summum amorem non probaret, ni iterùm in cognita periculo processisset. Iterùm vadit, & illuc vadit: excellentem charitatem cunctis ostendit: siquidem haud processit recipiendus, sed lapidandus. Adinstar palmæ contra pondus curvescit: & accedit, ubi pondus, quippe si ibi neglectus, *Iterùm illuc*; ut obsequium nitesceret charitatis, ex ostentatione proiectionis: quæ quidem periculum init in amoris monimentum, *Iterùm illuc*, ubi fuerat expertus vitæ periculum. *Iterùm illuc.* Quæ videtur proiectio, est vulneris ostentatio, indicans paratum cor iterùm subire crucis tormentum, si accesse fuisset iterùm.

Ioan. 11. 7.

Vers. 8.

Iustat Amor etiam repulsus.

2. Cor. 8. 8.

22 Hæc proiectio non est velamen rationis, sed *Ingenium* (quod plaudit Doctor Gentium) *Charitatis.* Non velamen rationis, licet amor ignoret iudicium: sed ingenium charitatis, ut consequatur propositum. *Transeat à me calix iste*, dixit Assertor N. in horto: in ligno autem crucis, *Sitio*: hoc est, acriora, intensiora, vehementiora cruciamina, vel millies ipsa. Si in cruce sitit, qua lege in amore respuit. Ob ingenium charitatis. Consultò videas. Christus ab ipsis Iudæis patiebatur, & patiebatur pro ipsis. Pro ipsis pati, dulce: ab ipsis verò, grave. Per passionem, omnium salutem, etiam carnificum merebatur; & illi male merebantur per passionem. Unde idipsum arte respuit, quod sufficienter concupiscit; quippequàm studiosè pro dilectis conabatur, nè per delicta dilectorum mereretur.

Matth. 26. Ioann. 19. 28.

Haud conatur meritum demeriti dilectorum.

Dicit etiam vox, *Calix iste.* Ideò, passio per istos. Calix iste passionis haud bibi potest pro istis, ni sanguis perfundatur ab istis. Iste calix transeat, ut pectus magis ac magis charitatem ostendat: igitur cùm iidi indigni fiant actione, qua amor meus elevatur, me patiente; pro ipsis, & non ab ipsis sitio tormenta longiora crucis: etenim potiùs opto, privari voluptate passionis per dilectos; quàm ostendere ipsa demonstratione magis indignos.

Pro indigne patitur, & salvatur, ne vi decantur indigni.

Auguſt.

2 Deinde. Pater voluit mortem filij, quia non aliter voluit mundum salvari, ut dicunt PP. & Expositores. Ex Scholasticis consule N. Larditum Tom. 1. in *D. Anselmum* lib. 1. cap. 8. & 9. ipsam verò mortem mundi reconciliatricem, inferendam per populum & dilectum & rebellem. Unde dum passionis calix proponitur, quem ardentissimè sitit; minimè renuitur passio, sed iste calix: etenim cùm

Ibus ab amico gravis.

Lardit.

Maximè si beneficientia persolvatur iniuria.

Ioan. 13 1.

Pati fuit pro ipsis sed non ab ipsis.



cùm ipsi pro quibus patiebatur, malè mererentur demonstrationem amoris, quæ studiosè & ingeniosè fiebat pro ipsis (igitur Christus horum merebatur salutem, ubi illi iustissimam damnationem) orat, ut pro ipsis fit sacrificium, & non ab ipsis inferatur tormentum: quoniam etsi pro ipsis dulce pati, (qui etiam ingrati dilecti) ægrè ferebat, vel conformis, propter dilectionem ab illis pati. Proin defraudari vult in tormentis quæ sitit; à tantæ charitatis demonstratione; ne dilecti graventur nigerrima ingratitudine.

23 Panditur ergo via ad expositionem plausibilis testimonij. De Christo Servatore intelligunt plures PP. illud Zachariæ: *Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum?* D. Thom. in Psalm. 21. 17. Petr. Damian. *Opusc.* 3. Galatinus lib. 8. cap. 17. Salmer. *Tom.* 10. *Tract.* 7. Haye, Alap. & Sanctius hic. Interrogationi ergo faucius respondet: *His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me.* Plagatus agnoscit percutientium dilectionem, etiam qui vanulat: ideo aliqui sententiam accipiunt de Pseudoprophetâ. Æquum claret iudicium, ubi vel correptus agnoscit, quòd castigantes nequaquàm castigarunt, sed castigatione dilexerunt. Charitas ergo iudicis prævalet, ubi post sententiam latam, ipsemet reus iustam cognoscit sententiam. Resipiscit facile homo, ubi concluditur ratio, & addictus pœnæ percipit, iudicem per legem non conari deturpare hominem, sed in homine hominis iniquitatem. *Quasi res duæ sunt homo & peccator* (inquit Augustinus *Tract.* 12. in Ioann.) *quod audis homo, Deus fecit: quod audis peccator, ipse homo fecit.* Erudimini, qui iudicatis terram, ne prava voluntate, & curva lege (siquidem iustitiæ iudicantur, & Iudex est iudicum) foveatis in homine iniquitatem, & oderitis hominem.

Zach. 13.

Ibid.

Iustitia commendatur, qua vel correctus diligitur.

24 Plagatus est Christus ubi amici, non ubi inimici iudicabant, ac in domo profectò qui diligebant. Si essent inimici, sustinuisset utique: & quòd essent amici, dolorem acuit; igitur pessima plaga, tot beneficia amoris, ab intimis & dilectis referri iniurijs. Nota: Non queritur de plagis, sed quòd illatæ ab amicis. Gravis plaga, ubi non est in fauciato patientia: etenim altum vulnus, & etiam vulneris exulceratio, vel levissimus ictus ab amico. *In medio manuum*, dicitur. Ibi ab amicis impacta vulnera, ubi beneficus valdè collocaverat dona. *Omnia dedit ei Pater in manus*, quas affixerunt ligno amicus & inimicus.

25 *Quid sunt plagæ istæ?* Quid? Plagæ. *Quò, Ad quid* dicant, aut *Cur?* Aptè, aptè



nunciant *Quid*, ubi plagatus præ amoris intensio dicit: *Quæ?* Tanta vulnera, quæ homo cognoscit, vel non cognoscit, secum attulit crux: verùm propter hominem in charitate tot vulnera, *Quid?* *Quid plagæ?* Appositè *Quid*, etiam videntibus plagas, ut late rutilet dilectiones sublimitas: siquidem quæ intulerunt in cordis signa amarulenti & pervicacis, insignia signa fervæ reconciliationis. Fulgent utique animarum pretia, quæ fuerunt corporis vulnera; ut dulcius & efficaciùs trahantur homines in vinculis charitatis: corda fanèquam stupent, eò quod corpus diligentis vulneratur, quin animas vulneribus ab amico vulnerentur.

Luc. 24. 19.

Mirandi virtus charitatis. Gestus valent omnia, quæ in corpore.

26 *His plagatus sum* (respondet) *in domo eorum, qui diligebant me.* Quid Domine? Proiecisti rationem? In domo qui diligebant, vel qui oderant? Qui oderant planè, & gratis, cum Salvatori suo præpararent lignum crucis: & dicit, *Qui diligebant*, dum morti ab illis devotum impudenter exprobrabant; ut ex indulgentia iniuriarum erga homicidas, tuam proiectionem exprimeret repulsa charitas. Patet næ proiectio in dilectionis studio: quippe ni proiecta in propositum rueret, minimè cogitaret pro demonstratione amoris, perspicuam exhibitionem implacabilis odij, genitricis voluntatis.

Amor nimium etiam odium ac iniuriam tolerator obstinatum.

27 Ergo ptoposito. *Qui diligebant*, ait. Odientes diligunt? Diligentes oderunt? Neutrum utique. Ars amoris est. Si dixisset, Oderant, ostendebat offensam: prænunciat in *Diligebant*, offendentium ignorantiam. Ideo dixit in cruce: *Non enim sciunt quid faciunt.* Offensa ex ignorantia est excusabilis: malitiâ verò commovetur bilis; & attribuit studiosè naturæ facilitati, quicquid indole pessima cognoscentes errant corde. Ut coram iudice & vindice attenuaret iniuriam, de odientibus dicit mediante, *Diligebant*: unde qui nequibat actionis improbitatem, saltem operantium excusavit intentionem. Hoc est excusare *Excusationes in peccatis*, vel non excusare peccata, sed excusationes: nimirùm, adscribere ignorantiæ operationes malitiæ.

Luc. 23. 34.

Adscribit ignorantiæ opera flagitii malitij.

Ps. 140. 4.

28 Denique. Haud pati potebat sine odio illorum, pro quibus decreverat pati: & non attulit vulnera illata in domo, qui oderant, sed *Qui diligebant.* Primo, nota inarrebantur ingratitudinis: postremo, inolescebat momentum demonstrationis amoris; quoniam non exprimebat vitam dari pro inimicis, quod micat summum in officio charitatis. Quò plùs huius splendor exprimitur, ac extollitur, eò magis dignoro-

Ne exprimatur in tales improbitatis, detrahit de splendore propriæ virtutis.

rum indignorum protervitas clarescit, & condemnatur: dicitque amorem, quod odium, & obsequium, inimicorum officium; quippequàm mavult sibi detrahi de splendore virtutis, quàm dignatorum specimina offendere maioris improbitatis.

*Quid in amore maximum?*

29 Difficilè reliscit, qui odium, quasi amorem agnoscit. Projecta in dilectos manet charitas, & etiam pertinax; igitur neque illos ingratitudinis piget, neque plagarum tot vulnerum pœnitet. Amare, & non amari, exercitium est patientiæ. Amare, & odio haberi, summa demonstratio fidei. Odio haberi summo, & super summum odium prævalere diligentis obsequiosum studium; amoris profectò maximum. Patet: Habet ingratos in pectore, etiam postquàm expiravit in cruce. Aquæ sunt populi, & *Exivit sanguis, & aqua* è lateris vulnere. Haud exirent, ni ipsi ostium aperirent, & impetè sese expellerent. Odientes fugere intendebant amantem: & Jesus, ut validiorem odio ostentaret amorem, vel fugientes à latere custodiebat in corde.

Ioan. 19. 34. *Vel fugientis sequitur.*

Ioan. 13. 23.

30 Etiam est in alio studio dilectionis summæ summitas. *Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam* (ipse dixit) *ponat quis pro amicis suis.* Major adhuc præstat fides eximia sui conflagrantis pectoris, ubi animam suam ponit etiam pro inimicis. In concilio illo Thaboris (ubi prudentissimi Synedri) argumentum erat mors Salvatoris. *Visi in majestate dicebant excessum ejus, quem completurus erat in Jerusalem.* Aliqui interpretum excessum dicunt amoris, mortem crucis: sed pulsat animum, cur mortem plaudunt amoris excessum? Non sufficiebat dicere amorem, quin insigniret amorem superexcedentem? Summus planditur, qui vitam proterit: & non est ultra, si pervenit ad summa. Ubi non est major, erit excessus? Maior charitas est pro charis perdere vitam: ac dicitur excessus dilectionis mors ipsa crucis; quia excedit majorem dilectionem charitatis, vitam dare pro inimicis. Summum fidei in dilectos apparet, subire mortem; & dum pro ingratis Christus patitur crucem, plaudunt amoris excessum ipsam demonstrationem; siquidem haud videretur diligentis summe obsequium, ni aliquid studiosè adderetur ultra summum.

*Quæ charitas major hac inimicis esse?* Luc. 9. 31.

*Dare vitam pro inimicis est excessus charitatis.*

31 *A summo usque ad summum est* phrasis in Scriptura, quasi vehementis amoris loquela. Cogitat cor flagrans insueta, & pernicit mirabilia. Non excluduntur ab huiusmodi sorte vel indigni. Cogitat nova in dilectos, & mirifica in ingratos. Unde dum Christus patitur, eius passionem Elias & Moyses iurè demonstrant amoris excessum, pertingentis à summo obsequio usque ad summum: etenim à summo, quod est, ponere animam pro amicis: pervenit usque ad summum, quod est, dare pro adversarijs. Hic *Rota est in medio rotæ*: igitur operatur pro inimicis, ipsam demonstrationem, quæ pro dilectis. Non ultra in circulo rotæ est: & in medio rotæ est alia rota; quia post extremum plus ultra. Pro ingratis etiam profunditur sanguis pretiosior, ut demonstratio fieret ingratitudine clarior, & charitas quia pro illis afflictior, projectior, & pertinatior, rutilaret sublimior. Audacter retorquebo Edmicum, in *Eumuch.* Act. 1. Scen. 1. v. 12. & 24.

*Stremma amoris summi extra, & ultra summa progredi.* Ezech. 1. 16.

Deut. 4. 32.

—*Te ultrò* (Synagoga) *accusabit, & dabis ei*
*Ultrò supplicium. O indignum facinus! Nunc ego*
*Et illum scelestum esse, & me miserum sentio.*
*Et tædet, & amore ardeo: & prudens, & scitns*
*Vivus, vidensque pereo; nec quid agam, scio.*
*Quæ res in se neque consilium, neque modum*
*Habet ullum, eam consilio regere non potes.*
*In amore hæc omnia insunt. Incerta hæc si tu postules*
*Ratione certa facere; nihilo plus agas.*
*Quam si desperam, ut cum ratione insanias.*

Terent.

## DIDASCALIA II.

### *Nulla servitus turpior, quàm voluntaria.*

1 Iurè dixit Seneca *Epist.* 47. Pessimum, quod laxet ratio habenas dominationis creditæ; maximè circumspiciens mala, quæ sustinet servitute. *Alius* (inficidem ibid.) *libidini servit, alius avaritiæ, alius ambitioni, omnes timori.* Catena voluntaria, non iudicatur catena, quasi accepta pro lubito non essent vincula: sed miserimè fallimur: etenim si iniecta à tyranno vel à iudice sunt dona infelicis sortis, amplecti sponte, quæ sunt sortis infelicis, erit amentis. Intolerabile, servum nasci, servum inimici esse: quid ergo voluisse? Molestia patet necessitas, & est iocunda voluntas? Semper enim est servitus: cæterum turpior, quia avidè à liberis, sine delectu amittetur, quod à servis vi oppressis desideratur. Non ultra progredi videbatur calamitas, atque in affectibus rationi dominantibus, amplior innotescit infelicitas.

Seneca.

*Vincula esse voluntaria sunt vitiata.*

*Rationi servitus ignominiosa.*

Ser-



Servire debent, quia mancipia nati. Regunt sopita ratione: & maximè dolet (tanquam indignæ intellectus projectionis) rationem servire voluntarie, velint nolint, servitoris. *Tactus dolore cordis* exprimitur, cuius deliciæ, esse cum filijs hominum. Quid mirum? *Omnis quippe caro* (ideſt, homo, ut vidimus in *Expositi. Lit.* num. 28. Quanta malignatus est inimicus in sancto, ut homo insignicus per rationem, deügnaretur per carnem!) *corruperat viam suam.* Via carnis est subiectio dominatrici ratione: corrupta fuit, ubi visa ratio in humili affectionum servitute. Hac homines exultabant; illa, libertate cùm subiectione gaudebant. Permutabant cum iniuria rationis in corruptela carnis, nomina libertatis & servitutis: servitus fiebat plausus: & Deus tangitur dolore cordis intrinsecùs, eò quod turpiorem voluntariam servitutem plauderent ut libertatem. *Nemo regere potest, nisi qui & regi*: dixit Stoicus lib. 2. de *Ira* cap. 15. Perperàm regere sese quibant, qui ita regi à regendis malitiosè bolebant. Dixit floridè Claudian. in IV. *Honorij Consul. Panegyr.* vers. 259.

Gen. 6. 6.

Vers. 12

*Dolor cordis quod homines exultent malis.*

Seneca.

*Si metuis, si prava cupis, si duceris irâ.*
*Servitij patiere iugum: tolerabis iniquas*
*Interius leges. Tunc omnia iura tenebris,*
*Si poteris rex esse tui.*

Claudian.

Apoc. 5 10.

2 Clarebit. Canticum novum auditur dicentium: *Fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes, & regnabimus super terram.* Hoc est, *Super corpora nostra.* Videns Haye, River. Alap. & Alcazar hic. Perpende modò *Regnum, & regnabimus.* Regnum regitur à regentibus, regnantque sane qui regunt. Unde ut innotescat quid sit proprie regnare, omni exclusa in regimine vel indulta servicute; simul in unum meditanter conveniunt reges & regnum, quia solummodò reges, quando regnntur. *Nos regnum & regnabimus.* Ecce exercitium & præmium. Nos utique reges, & regnum, si regnamus super nos. Regnum nos sumus, & etiam regnamus, quoniam regere potest tantùm, qui & regi: & nosipsi potentissimi reges, si reges nostri. *Regnum & regnabimus.* Regnum corpus est, ubi cives regendi affectus, affectiones, & factiones: reges, leges, quibus moderatur rario, si deviaverint à recto: & ubi subditur regnum, in decorem regis & penes eum exponitur gubernaculum; quippe multoties reges contra leges & preſcripta rationis subduntur subditis. Rebellium subditorum fit rationi traditio: regelque dicuntur regere, & regnare, si ratio regnat in regno; quoniam absonum, quòd regina ratio servis prona, sit subditis curva, proyecte serva, cum nulla turpior sit, quàm servitus voluntaria. Verum de hoc latè Tom. 5. *Tautolog.* 1. ad illud 3. Reg. 4. 1. *Erat autem rex Salomon regnans.*

*Non magnus qui principes alterum, sed qui suos.*

3 Ne truncam expositionem relinquamus, occurrit etiam, quod qui in regno reges, defignantur quoque *Sacerdotes.* Tanto ergò ad serviendum promptior, quisquis debet esse ex munere, quantò se obligatiorem esse conspicit in reddenda ratione. Ubi summitas exponitur superioris regiminis in regno carnis, pro specimine proferuntur sacerdotes: etenim ita debent esse irreprehensibilis immaculatæ vitæ, quasi non essent ex carne: imò quasi essent extra corpora, adhuc gementes habitatione terrena, habentes secum inimicos propter coronam certaminis; sed secum lubter in splendorem virtutis.

Ibid.

*Sacerdotes ita vivere debent, quasi non essent ex carne.*

4 Ex duplici elemento globum unicum constituit Deitas, quem ut magis miraremur, *Fundavit terram super aquas.* Ita Hebr. de quo Nos haud brevi egimus *Tom. 1. Tautolog.* 1. in *Exposit. Liter.* num. 15. Vulgata aptius proposito: *Firmavit* pro *fundavit terram super aquas.* Opus prorsùm insigne, ubi firmum in infirma fragilitate; sed commendabile magis, dum opus ita mirabile claret in præstantia candoris, & petulancia carnis: etenim firmitas virtutis utrinde mirifica, quando nitetur in fluxa appetituum inconstantia. Super aquas & aquarum æstus & fluctus, pondus intemeratæ puritatis firmatur: & virtus in infirmitate ita perficitur; quòd stet quasi non staret: ut stet super radijs mirè fulgentibus, ubi pretiosa summergantur fluctibus: ut stet, & quasi stabile fulcrum perstet & præstet, ubi nihil ni fluxum stare potest. Ad rem ergo.

Ps. 135. 6. Hebr.

*Mirificum opus firmitas & candoris, in inconstantia firmo fragilitatis.*

In aquis signatur lubricitas carnis, motus, crebrique fluctus; quorum alij transeuntes, sed verberant: alij autem & iterant usque ad animam, in qua ratio emicat, quia constituta super. Vid. Greg. Magn. Homil. 24. in *Evang.* Ex his elementis discordantibus coaluit homo spiritalis, eruditus in schola virtutis; ubi magis cognoscitur homo, quia constitit in lubrico. Proponitur in illo structura undique spectabilis & mirifica, sicut in Macrocosmo globus ex terra & aqua: & ubi nihil aliud, nisi voluptatum libricitas, ratio firmatur sicut terra super aquas; quippe ut homo vivat spiritaliter, terra quæ rationalis semper sit super.

*Firmitas stat in lubrico.*

*Sit ratio semper superior.*

5 Altiùs exponam. Aqua fluctibus cupiditatis subest, quæ super moribus conatur ascen-

rum indignorum protervitas clarescit, & condemnatur: dicitque amorem, quod odium, & obsequium, inimicorum officium; quippequàm mavult sibi detrahi de splendore virtutis, quàm dignatorum specimina offendere maioris improbitatis.

*Quid in amore maximum?*

29 Difficilè reliscit, qui odium, quasi amorem agnoscit. Projecta in dilectos manet charitas, & etiam pertinax; igitur neque illos ingratitudinis piget, neque plagarum tot vulnerum pœnitet. Amare, & non amari, exercitium est patientiæ. Amare, & odio haberi, summa demonstratio fidei. Odio haberi summo, & super summum odium prævalere diligentis obsequiosum studium; amoris profectò maximum. Patet: Habet ingratos in pectore, etiam postquàm expiravit in cruce. Aquæ sunt populi, & *Exivit sanguis, & aqua* è lateris vulnere. Haud exirent, ni ipsi ostium aperirent, & impetè sese expellerent. Odientes fugere intendebant amantem: & Jesus, ut validiorem odio ostentaret amorem, vel fugientes à latere custodiebat in corde.

Ioan. 19. 34. *Vel fugientis sequitur.*

Ioan. 13. 23.

30 Etiam est in alio studio dilectionis summæ summitas. *Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam* (ipse dixit) *ponat quis pro amicis suis.* Major adhuc præstat fides eximia sui conflagrantis pectoris, ubi animam suam ponit etiam pro inimicis. In concilio illo Thaboris (ubi prudentissimi Synedri) argumentum erat mors Salvatoris. *Visi in majestate dicebant excessum ejus, quem completurus erat in Jerusalem.* Aliqui interpretum excessum dicunt amoris, mortem crucis: sed pulsat animum, cur mortem plaudunt amoris excessum? Non sufficiebat dicere amorem, quin insigniret amorem superexcedentem? Summus planditur, qui vitam proterit: & non est ultra, si pervenit ad summa. Ubi non est major, erit excessus? Maior charitas est pro charis perdere vitam: ac dicitur excessus dilectionis mors ipsa crucis; quia excedit majorem dilectionem charitatis, vitam dare pro inimicis. Summum fidei in dilectos apparet, subire mortem; & dum pro ingratis Christus patitur crucem, plaudunt amoris excessum ipsam demonstrationem; siquidem haud videretur diligentis summe obsequium, ni aliquid studiosè adderetur ultra summum.

*Quæ charitas major hac inimicis esse?* Luc. 9. 31.

*Dare vitam pro inimicis est excessus charitatis.*

31 *A summo usque ad summum est* phrasis in Scriptura, quasi vehementis amoris loquela. Cogitat cor flagrans insueta, & pernicit mirabilia. Non excluduntur ab huiusmodi sorte vel indigni. Cogitat nova in dilectos, & mirifica in ingratos. Unde dum Christus patitur, eius passionem Elias & Moyses iurè demonstrant amoris excessum, pertingentis à summo obsequio usque ad summum: etenim à summo, quod est, ponere animam pro amicis: pervenit usque ad summum, quod est, dare pro adversarijs. Hic *Rota est in medio rotæ*: igitur operatur pro inimicis, ipsam demonstrationem, quæ pro dilectis. Non ultra in circulo rotæ est: & in medio rotæ est alia rota; quia post extremum plus ultra. Pro ingratis etiam profunditur sanguis pretiosior, ut demonstratio fieret ingratitudine clarior, & charitas quia pro illis afflictior, projectior, & pertinatior, rutilaret sublimior. Audacter retorquebo Edmicum, in *Eumuch.* Act. 1. Scen. 1. v. 12. & 24.

*Stremma amoris summi extra, & ultra summa progredi.* Ezech. 1. 16.

Deut. 4. 32.

—*Te ultrò* (Synagoga) *accusabit, & dabis ei*
*Ultrò supplicium. O indignum facinus! Nunc ego*
*Et illum scelestum esse, & me miserum sentio.*
*Et tædet, & amore ardeo: & prudens, & scitns*
*Vivus, vidensque pereo; nec quid agam, scio.*
*Quæ res in se neque consilium, neque modum*
*Habet ullum, eam consilio regere non potes.*
*In amore hæc omnia insunt. Incerta hæc si tu postules*
*Ratione certa facere; nihilo plus agas.*
*Quam si desperam, ut cum ratione insanias.*

Terent.

## DIDASCALIA II.

### *Nulla servitus turpior, quàm voluntaria.*

1 Iurè dixit Seneca *Epist.* 47. Pessimum, quod laxet ratio habenas dominationis creditæ; maximè circumspiciens mala, quæ sustinet servitute. *Alius* (inficidem ibid.) *libidini servit, alius avaritiæ, alius ambitioni, omnes timori.* Catena voluntaria, non iudicatur catena, quasi accepta pro lubito non essent vincula: sed miserimè fallimur: etenim si iniecta à tyranno vel à iudice sunt dona infelicis sortis, amplecti sponte, quæ sunt sortis infelicis, erit amentis. Intolerabile, servum nasci, servum inimici esse: quid ergo voluisse? Molestia patet necessitas, & est iocunda voluntas? Semper enim est servitus: cæterum turpior, quia avidè à liberis, sine delectu amittetur, quod à servis vi oppressis desideratur. Non ultra progredi videbatur calamitas, atque in affectibus rationi dominantibus, amplior innotescit infelicitas.

Seneca.

*Vincula esse voluntaria sunt vitiata.*

*Rationi servitus ignominiosa.*

Ser-



Servire debent, quia mancipia nati. Regunt sopita ratione: & maximè dolet (tanquam indignæ intellectus projectionis) rationem servire voluntarie, velint nolint, servitoris. *Tactus dolore cordis* exprimitur, cuius deliciæ, esse cum filijs hominum. Quid mirum? *Omnis quippe caro* (ideſt, homo, ut vidimus in *Expositi. Lit.* num. 28. Quanta malignatus est inimicus in sancto, ut homo insignicus per rationem, deügnaretur per carnem!) *corruperat viam suam.* Via carnis est subiectio dominatrici ratione: corrupta fuit, ubi visa ratio in humili affectionum servitute. Hac homines exultabant; illa, libertate cùm subiectione gaudebant. Permutabant cum iniuria rationis in corruptela carnis, nomina libertatis & servitutis: servitus fiebat plausus: & Deus tangitur dolore cordis intrinsecùs, eò quod turpiorem voluntariam servitutem plauderent ut libertatem. *Nemo regere potest, nisi qui & regi*: dixit Stoicus lib. 2. de *Ira* cap. 15. Perperàm regere sese quibant, qui ita regi à regendis malitiosè bolebant. Dixit floridè Claudian. in IV. *Honorij Consul. Panegyr.* vers. 259.

Gen. 6. 6.

Vers. 12

*Dolor cordis quod homines exultent malis.*

Seneca.

*Si metuis, si prava cupis, si duceris irâ.*
*Servitij patiere iugum: tolerabis iniquas*
*Interius leges. Tunc omnia iura tenebris,*
*Si poteris rex esse tui.*

Claudian.

Apoc. 5 10.

2 Clarebit. Canticum novum auditur dicentium: *Fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes, & regnabimus super terram.* Hoc est, *Super corpora nostra.* Videns Haye, River. Alap. & Alcazar hic. Perpende modò *Regnum, & regnabimus.* Regnum regitur à regentibus, regnantque sane qui regunt. Unde ut innotescat quid sit proprie regnare, omni exclusa in regimine vel indulta servicute; simul in unum meditanter conveniunt reges & regnum, quia solummodò reges, quando regnntur. *Nos regnum & regnabimus.* Ecce exercitium & præmium. Nos utique reges, & regnum, si regnamus super nos. Regnum nos sumus, & etiam regnamus, quoniam regere potest tantùm, qui & regi: & nosipsi potentissimi reges, si reges nostri. *Regnum & regnabimus.* Regnum corpus est, ubi cives regendi affectus, affectiones, & factiones: reges, leges, quibus moderatur rario, si deviaverint à recto: & ubi subditur regnum, in decorem regis & penes eum exponitur gubernaculum; quippe multoties reges contra leges & preſcripta rationis subduntur subditis. Rebellium subditorum fit rationi traditio: regelque dicuntur regere, & regnare, si ratio regnat in regno; quoniam absonum, quòd regina ratio servis prona, sit subditis curva, proyecte serva, cum nulla turpior sit, quàm servitus voluntaria. Verum de hoc latè Tom. 5. *Tautolog.* 1. ad illud 3. Reg. 4. 1. *Erat autem rex Salomon regnans.*

*Non magnus qui principes alterum, sed qui suos.*

3 Ne truncam expositionem relinquamus, occurrit etiam, quod qui in regno reges, defignantur quoque *Sacerdotes.* Tanto ergò ad serviendum promptior, quisquis debet esse ex munere, quantò se obligatiorem esse conspicit in reddenda ratione. Ubi summitas exponitur superioris regiminis in regno carnis, pro specimine proferuntur sacerdotes: etenim ita debent esse irreprehensibilis immaculatæ vitæ, quasi non essent ex carne: imò quasi essent extra corpora, adhuc gementes habitatione terrena, habentes secum inimicos propter coronam certaminis; sed secum lubter in splendorem virtutis.

Ibid.

*Sacerdotes ita vivere debent, quasi non essent ex carne.*

4 Ex duplici elemento globum unicum constituit Deitas, quem ut magis miraremur, *Fundavit terram super aquas.* Ita Hebr. de quo Nos haud brevi egimus *Tom. 1. Tautolog.* 1. in *Exposit. Liter.* num. 15. Vulgata aptius proposito: *Firmavit* pro *fundavit terram super aquas.* Opus prorsùm insigne, ubi firmum in infirma fragilitate; sed commendabile magis, dum opus ita mirabile claret in præstantia candoris, & petulancia carnis: etenim firmitas virtutis utrinde mirifica, quando nitetur in fluxa appetituum inconstantia. Super aquas & aquarum æstus & fluctus, pondus intemeratæ puritatis firmatur: & virtus in infirmitate ita perficitur; quòd stet quasi non staret: ut stet super radijs mirè fulgentibus, ubi pretiosa summergantur fluctibus: ut stet, & quasi stabile fulcrum perstet & præstet, ubi nihil ni fluxum stare potest. Ad rem ergo.

Ps. 135. 6. Hebr.

*Mirificum opus firmitas & candoris, in inconstantia firmo fragilitatis.*

In aquis signatur lubricitas carnis, motus, crebrique fluctus; quorum alij transeuntes, sed verberant: alij autem & iterant usque ad animam, in qua ratio emicat, quia constituta super. Vid. Greg. Magn. Homil. 24. in *Evang.* Ex his elementis discordantibus coaluit homo spiritalis, eruditus in schola virtutis; ubi magis cognoscitur homo, quia constitit in lubrico. Proponitur in illo structura undique spectabilis & mirifica, sicut in Macrocosmo globus ex terra & aqua: & ubi nihil aliud, nisi voluptatum libricitas, ratio firmatur sicut terra super aquas; quippe ut homo vivat spiritaliter, terra quæ rationalis semper sit super.

*Firmitas stat in lubrico.*

*Sit ratio semper superior.*

5 Altiùs exponam. Aqua fluctibus cupiditatis subest, quæ super moribus conatur ascen-

ascendere. Terra pondere proclivitatis, quia ratio coniuncta sensibus, nonnunquam trahitur, vehitur, allicitur, ut immersa submergatur; sed firmatur super aquas labiles, ut in homine dominium pateat rationis: quoniamquidem mirum, quòd frequenter fluctus cupiditatum rationem quàm longe iactet; & ratio influctu non fluctuet: quinimò sensibus fluctuantibus, simulque submergentibus, infelicitèr immersa, vel cum noctibus magnis maneat immota. Ideo non aqua fundatur stabilis super terras; sed secùs, stabiliuntur terræ super aquas: siquidem non spectabile, quòd fluxum fundaretur in solido, sed quòd solidum firmaretur in fluxu. *Firmavit terram super aquas.* Dominij intellectus dispalescit sublimitas, simulque appetitus rebellis contrarietas: igitur ettò cum ratione sensus constituant unicum globum; sub semper debent esse, licèt nobilcum. Acumen naturale rutilo lumine dictat. Destrueretur fabrica rationalis, si in appetitus laxaret intellectus iura regiminis, sicut aqua stante super, inverteretur, & periret orbis: quippequàm Deus qui dedit hominibus intellectum, constituit super aquas instabiles voluntatum.

6 *Sub te erit appetitus eius* (ideſt, peccati) *& tu dominaberis illius.* Mysteriosa & rationalis connexio! Si domineris, dominaberis; quoniam non dominatur, qui subijciendis subijcitur: unde ratio, appetitum rectrix, perperàm moderabitur, quandiu non fuerit superior. Si subest ultro; nec videtur homo, nec micat ratio. Semper debet esse super, cuius dignitas ita sublimior, ut calcari non possit, nisi inferior. Quid motus? Quid fluctus? Inter medium montium leguu (cùm legibus fragiles firmentur ut montes) pertransibunt concupiscentiarum aquæ, sed pertransibunt. Noli cedere, ne cadas; & noli sequi, ne cedas. Quàm ingeniosè Monachorum Dux & Pater meus gratia Benedictus & nomine cap. 4. *Regul. Sanct. Instrum.* 58. depromptit! *Desidera carnis non perficere*, commendat: Haud dixit, *Non habere*, sed *non perficere.* Non habere, est impossibile: omnis creatura ingemiscit, & parturit usque adhuc, quia ex carne peccati: non solum autem illa, sed & nosipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus, clamantes: Quis nos liberabit de corpore mortis huius? Si illud impossibile; non perficere, est in nostra potestate: & ut sit magis in potestate nostra, petulantiæ carnis comprimere desideria: Pater Sanctus præcavet opus, non inpotus: igitur ratio tunc perfectionem habebit libertatem, ubi desideria carnis non habuerint perfectionem. Ex nobis ipsis gerimus undæ certamina toleramus. Ex desideris habemus pugnam: ni perficiantur, victoriam: & nequaquàm dicitur non habere, sed non perficere; ut dominatrice ratione, victis desiderijs carnis, nanciscamur salutem arte ex inimicis nostris.

*Cur non sit appetitus sensitivi sub fine, licèt nobilcum adsit.*

*Appetitus sensitivi sub fine, licèt nobilcum adsit.*

Gen. 4: 7.

*Ratio ita est sublimior, ut calcari non possit nisi inferior.*

S. Bened.

*Tunc habet pertransitionem, quàm carnis desideria non habent.*

7 Intuitum documenti attentè consideremus, quem ex Sacra pagina profert *cap. 7. grad humil. 1. Post concupiscentias tuas non eas*: minimèque, *Post te non eant concupiscentiæ.* Hoc non est humanæ potestatis, illud autem non est hominis. Cum illis semper eundum: post, vel antè, est propudium, vel trophæum, igitur in huiusmodi differentia stat ruina, vel victoria. *Nolunt* (ait Augustin. Serm. 45. de *Temp.*) *Post te ire? Noli post eas ire. Si velint post te ire, non erunt, quia mentem tuam non rebellabunt: rebelant? rebella: pugnant? pugna: expugnant? expugna. Hoc solum vide, ne vincant.* At quare? Nè ratio patiatur servitutem, exercens dominationem: languescit quippe virtus: ubi rex servus, & ita servus, ut patiatur imperium proiectissimum servorum, quo turpius nullum imperium. Verùm unde timor? Nota: Ire post aliquid, est in desiderijs sitienter appetere, violenter vehi, vel raptim trahi. Ire ante, est regere, iubere, & libere dominari: unde S. Benedictus ait: *Desideria carnis ne perficias*: ideſt, *Post concupiscentias tuas non eas*: etenim rationi dedecus, quòd serviat servitium domina desideriorum: quòd officia mancipiorum gerat, cui congruit iure extorquere servitia: quòd homo non sit homo: illico ut prævalet caro; quandoquidem non solum patitur ingratum, sed indignum: igitur lamentabile, dum prestat conditionis rationalis nobilitas, ire reptim post concupiscentias; cùm post eum uti mancipia servituti destinata, debeant vel reptim trahi, vel impelli desideria. Hisp. vividissimè: *Es infelicidad, que debiendo ellas por natural derecho, por sus pasiones ande el hombre arrastrado.* Sub eiusmodi tyrannide homo quæ patietur? Fallor: quæ non patietur? Si ita servæ, quid dominæ? Gladius in manu furiosi, cursus præcipitis equi.

Eccli. 18 30. S. Bened.

Augusti.

*Quam misera rationi servitus dum prævalet appetitus!*

8 Perpenderis. Videbatur filijs Iudà arcta via sacrarum legum, ut iucundum, quem avide desideraverant, haberent animum; unde migrarunt ad iura gentium, ut viverent sine jure, vel iure voluptuosa voluntate. In omnibus delicijs requiem quæsivit, & in ipsis non invenit. *Migravit Iudas propter afflictionem, & multitudinem servi-*

Thren. 1. 3.



*tutis: habitavit inter gentes, nec invenit requiem.* Cur non? Si de requie, uti allecta voluptatum fatagit, proculcato legum iugo, ad libitum obtinet: quomodò nanciscendo, non invenit? Quia requiem in anxietate quæsivit. Hinc atque hinc, subter superque premetur angustijs. Militia est vita hominis super terram: si partes sequitur legis, incursus perpetitur voluptatum, atque, desertor sustinet vitiorum imperium. Requiem animus solicitabat in requie, & nullatenùs in legum observatione. Gravabatur legibus, verùm magis premebatur voluptatibus: etenim corruptela morum requirens requiem, acerbiorem in requie invenit amaritudiem. Propter multitudinem servitutis, secutus est inconsultò vexillum cupiditatis: in qua, proclivitate & indulgentia genij, cupidine indolis prolubiosæ, animus lassus & laxus intendens à legibus sublevamen, offendit afflictionem, ac duriorem servitutem.

*Non invenitur voluptas in voluptatibus.*

9 Supperit causa. Aliter regitur homo, ubi sequitur voluptas rationem, ac ubi ratio sequitur voluptatem: illic itaque sequitur, & hic trahitur, & simul despicitur: igitur caro adiutar Agar dum rationis consensum concepisse videtur, concipit insolentiam, & despicit Dominam. Dum cor abit post concupiscentias, non habet amicas: siquidem in obedientem hominem exercent tyrannidem; & insuper ratio pressa ejaculatur corda, intimè & mordicùs stimulante conscientia. Quid mirum, si requies non inveniatur, dum simul ab amico & inimico petitur? Dicit Propheta: *Omnes persecutores eius apprehenderunt eum inter angustias.* Status voluntarius perplexitatis. Verùm quænam angustiæ cum voluntate? Num persecutores, quorum sequitur partes? Utique. Inimica ratio, si sequitur voluptatem. Adversa voluptas, ubi sequitur legem. Repugnat lex peccati rationis legi; ut animam deponentem libertatem, detrudat in amaram servitutem: ibi ratio de illius & propria captivitate cum anima queritur, queis mortibus plus à ratione, quàm à tyrannide patitur: habet enim aurum Tolosanum in possessione cupidinum. Cupiditas ergo (vel quia timet animam avolare in propria castra, vel quia illi rationis nonnunquàm conditio dura) quam semel vel insidiosè capit, in vinculis, & maximis tribulationibus detinet, indulgens genio cupientis, ut crebris erroribus arctis magis retundatur vinclis, quousque gaudens morbo, læta contagio, sopita periclo, potita veterno, sibi gratuletur de vitiorum consuetudine, quin revocetur à

*Stimuli conscientiæ peracuti.*

Ibid.

*Plus animus patitur in cupiditatem tyrannide a cuius quàm à tyrannide.*

mente, nec possit submersa de compedibus exire. Ecce status, ubi anima comprehenditur inter angustias, quia undique imbellem expugnat dira calamitas. Omnes sunt persecutores, & cui obsequitur, & cui non morigeratur. Mens, quia sequitur legem corporis; cupiditas, quia sequitur legem carnis: cuius imperium ita vel servis ingratum, ut qui exactius cupiditatem perficit legem, comprimatur proiectè in diriorem servitutem.

*Undique fagitta-tur.*

*Empta nocet dolore voluptas.*

Horata

Cauit Horatius *lib. 1. epist. 2. v. 55.* & Lucretius lib. 4. de *Rer. nat. v. 12.*

Lucret.

——— *Oras pocula circum*
*Contingunt mellis dulci, flavoque liquore*
*Ut puerorum ætas improvida ludificetur*
*Labrorum tenus. Interea perpotet amarum.*
*Absinthij latices, deceptaque non capiatur.*

Ita enim voluptas ludrica, & insidiosa, ut specie voluptatis sit argumentum doloris.

10 Haud alia fagitta vel amaritudine percussus apud Ieremiam exclamat Ephraim: *Postquàm ostendisti mihi, percussi femur meum.* Misericordia fuit, quòd Deus ostenderet, ut punctus cognosceret; & quòd cognosceret, ne insipienter periret. Percussio femoris pœnitudinem, stuporem, & subitam vi cognitionis percussionem animi exprimit: quod Latini explicant interiectione, *Hem, Ha, Ah, vel Oh*; Hisp. *Pesita tal.* Unde Ephraim in pœnitentiam scelcris, intrinsecè tangitur dolore cordis, ut illud irradiavit lumen mentis; quia pudor est rationalis, quærere in pravis cupiditatibus solidam voluptatem, & pretio libertatis invenire dolorem. Pœnitet fatuitatis, quippe non cognovit, emere servitutem, intendens in concupiscentijs libertatem. Pœnitet comprimi, ubi cupiebat regnare: & ita esse illusum lenocinijs voluptatum, quòd non cognosceret dolos insidiantes cordi, sub pellucido velamine turpis illecebræ.

Ieremi. 31 19.

*Pungit animum mentis, emere dolorem sub figura voluptatis.*

11 Fit liber, quem scribit cogitatio de legibus libertatis, pro privilegijs libidinis, *In ore mel dulce*; vel gaudia imbuta felle: pater namque amaritudo cordis, ubi titillabat phantasiam dulcedo mellis. Observa, non dici: *Sicut mel*; sed *Sicut mel dulce*, quasi vel esset amarum: de quo suo loco, *Tom. 4. Tautolog. 11.* Optimè: voluptatum dulcores nequaquàm sunt voluptates. Insinuant modificatione, & Propheta, & Evangelista. Iste ait: *Tanquàm mel dulce*; ille, *Sicut mel dulce.* Indicatur fraudulentia, & cogitationum artificiosa fallacia: igitur pectori re verà erat amaritudo, quod quasi mellis dulcedo offerebatur liguritori palato.

Ezech. 3. 3. *Mel vitiorum fel.*

S. Bened.

to. Expressit vigilanter N. Legislator Benedictus ubi supr. cap. 7. *grad.* 1. *Mors secus introitum delectationis posita est.* Delectationibus gaudet animus, volatilibus desiderijs stupidus. Vexatio dat intellectum dolore, atque voluptate ingratâ: undè evigilat despecta in fervore concupiscentiarum pœnitentia, quasi qui satagens de dulcedine mellis, labore invenerit amaritudinem mortis. Propter huiusmodi fraudem inter monita, *cap.* 4. *instrum.* 12. inserit: *Delicias non amplecti*: potius aspides. In his cognoscitur, vel cicutibus toxicum, in illis sub dulcedinis larvâ latet venenum, ubi qui captus mente, agitatus voluptate, affectus delectatione, fatuè cogitat amplecti delicias, amplexabitur molestias. Quid quòd femur fallacium amicorum percutiatur insidijs, dum cor altè sagittatur avitis delectationibus? Mirum ne quod argumentum doloris sit materia pœnitudinis? *Iam sibi pœnas dedit qui peccavit*: dixit Seneca lib. 2. *de Ira*, *cap.* 30. argutèque, & aptiùs in *Hercul. Furent.* Act. 3. v. 642.

*Non dulcedo, sed amaritudo.*

Idem.

*Non delicia, sed molestia.*

Seneca.

——————*Debitas pœnas dabit.*

Idem.

*Lentum est, dabit: hoc quoque lentum, dedit.*

Dedit utique: etenim qui voluptatibus modò subdit liberum collum, abundè dedit in subiectione pœnarum.

12 Audi Pauli insigne testimonium. *Cum essemus* (ait) *in carne, passiones peccatorum, quæ per legem erant, operabantur in membris nostris, ut fructificarent morti. Passiones peccatorum*, meritò dicit. Meritò? Passio est nocivi, & oppositi acerbitas, minime concupiscentiæ voluptas. Materia peccati voluntati proponitur ut quid utile, & licèt sine commodo, verùmtamen delectabile: adhucque quæ videntur carnis desiderijs delectabiles leges, iurè vocantur peccatorum passiones: quia si perpenditur voluptatum veritas (etiam dum maior obtinetur voluptas) apparebunt potiùs tormenta vera, quibus corda torquentur; quam deliciæ excogitatæ, queis affectus oblectantur.

Rom. 7. 5.

*Quæ passiones peccatorum sunt*

13 Præterea. Allicit titillans desideria dolus, & blandus, dolorem defuturus hilaritate vultus, in phantasia seu cogitatione intentionaliter fictus: aliter apparente studiosa fraudulentia, totis viribus averfaretur anima. Illecta igitur bractea, quæ spectavilem reddit errorem, vel dulcoratum ostentat amaritudinem; papillionum adinstar fatuè cogitat, flammam voluptatis lucere, sed non comburere. Unde Paulus in commendationem cautionis, vel in revocationem rationalis pœnitudinis, passiones vocat gaudia voluptatis; quoniam tormenta dirissima patitur, vel qui voluptuose fruitur: siquidem ubi cogitat, & quod cogitat carni blandimen, in acerbiorem pœnam obviat cruciamen.

*Non sunt carni blandientia, sed cruciamina.*

14 Deindè. Passiones hic dicuntur pronitates, & propensiones genij, vel indolis, & etiam tolerantia, seu virtus fortitudinis in malis. Appositiùs dicam: Passiones sunt mala, quæ sustinemus, & bona, quæ proclivè desideramus. In his quæ desideramus, sustinemus; quia dum studemus voluptati, fructificamus studiosè morti. Æquivocum passionum revocat cogitationes rationalium, & exprimit nocuum concupiscentiarum studium: quandoquidem præcordia dilaniant ipsæmet cogitationes, quæ volitantes delectant. Fiunt rationis deceptæ sagittæ, desideratæ passiones: fiunt cruciamina affectus improbi carnis, qui ita sagittant soporatum intellectum; ut pateat mors, ex qualitate vulnerum.

*Trahi in deliciis vel trahi in pœnas.*

15 Ulteriùs. Qualia erunt tormenta, si talia gaudia? Supplicium est pœna peccati, passio supplicium, & crimen voluptas cogitationum, & sensuum. Quo igitur pacto erunt passionum supplicia, passionum delectamenta, & voluptatum passiones ipsæ cogitationis voluptates? Est carnalibus delicijs conditio ingenita; quia mors secus introitum delectationis posita. Hinc experitur ingrati cordis amaritudinem, quisquis ultrò accedit ad carnis oblectationem: igitur fraudatur, vel concupiscentiæ studium, dum ratio non cognoscit propter illicem hamum.

*Mors introit ubi delectatio posuit.*

16 Denique. Totum documentum, quasi sagittam Paulus eiaculatur in eum, qui sola delectatione sensuum cuncta metitur. Supplicium retur voluptuosus adventurum post crimen, quin arbitretur pœnam criminis comitem; quasi longè esset amaritudinis tormentum à gaudio fallaci delectationum. Nemo crimen meditatur in pectore, quin Nemesim non à tergo, verùm gestet in corde. Vide Iust. Lipsi. de *Constant.* lib. 2. cap. 13. & dicit Gentium Doctor peccatorum passiones, carnis turpissimas rationali voluptates; quoniam simulac ultrò amplectitur delicias, dat estò invitè iustissimas pœnas. Dat? Imò dedit, dum perperam cogitavit: quippequàm in propudium aberrantis voluntatis, quos affectus eligit ex abrupto, sunt passiones.

*In causa sustinendi voluntatis, gaudia concausa inveniuntur passiones.*

17 Quicquid mortales appetunt, ut laxationem animi, sunt torsiones in oculeo conscientiæ ab appetitu tortore. Respiscite: ægrè porrò animus ferre quid fraudulentiam; dum cogitat voluptatem intimè amicam. Ideò dicitur à Paulo: *Radix amaritudinis furtim germinans.* Blanditur, ut desideretur: desideratur, ut adveniat: advenit, ut placeat; placet, ut mulceat: mulcet, ut fallat: fallit, ut torqueat: etenim expectata voluptas, cumulus oblectaminum, est radix amaritudinum. Non solùm amaritudinum radix, sed *furtim germinans.* Aptè. Non deorsùm, versus voluptatum regnum; sed sursùm, adversùs rationis principatum: quem quidem perdere conaminibus cogitant; licet in ipsis machinationibus pereant: & nectit Paulus raditem voluptatis amaram, ac expugnationem affectuum rebellium in rationem dominam; quoniam quicquid radix, concupiscentia carnis, conatur contra rationem, necesse est, ut germinet dolorum amaritudinem.

Hebr. 12. 15.

*Germen voluptatis est radix amaritudinis.*

18 In servitutem redigere satagunt dirigentem intellectum, ut liberè vagetur in illicita, desideriorum prolubium, ac non pœniteat, quòd passiones appeteret, ubi voluptates primo iactu cogitavit. Proh dolor! Intellectus quasi Absalon suis suspenditur capillis in quercu cogitationis: igitur quæ fuerunt lenocinia inania, ut cadereti impedimenta fortia fuerunt, ne fugeret. Pili impedimenta pendebat: sed pependit, quasi capilli capitis essent funiculi triplices. At perpende. *Abhæsit* (dicitur) *caput eius quercui.* Non aliud nisi caput, ubi rationis sedes; quoniam sunt impedimenta ipsæ cogitationes: & ubi impendit periculum, ratio ligata crimine cæspitat secum. Quid fiet vitiorum catenis, qui suspenditur capillis? Non aliud, non nisi caput intellectionis thronus; quia in rationali criminibus amittitur intellectus. Quid non curreret mulus passionum, agitante voluptate, suspensa licèt capillo ratione? Hoc suspendium, quod non eligit anima sancta, indicat summissionem rationis in illecebrarum obiecta, ut laxis habenis, in rationem dominetur cupiditas: etenim nullo modo subiret vel intrepidè mortem, ni prius indignè affectuum pertulisset servitutem.

*Quæ videntur in effugium vincula pili, sunt adamantinæ catenæ.*

2. Reg. 18. 9.

19 Passiones peccatorum, ut vidimus, operabantur in nobis, & subdit Paulus: *Nunc autem soluti facti sumus à lege mortis, in qua detinebamur, ut serviamus.* Solutio facta, ubi ratio noscit iniurias, voluptatum subdolè fabricatas illecebras. *Soluti sumus*: idest, libertatem veram cognoscimus: siquidem ratio affectui ligata cupiditatis, tormenta non discernit inter passiones. *Soluti sumus*, sed *ita ut serviamus*, ait: libertas in servitutem? Servitus ligamen est; & soluti sumus? Sanè: libertas in servitute, & servitus firmiter nititur in libertate. Affectuum libertas monstra producit insanium cogitationum, incursibus propellens in carcerem, ut suspendat intellectum. Laqueis contritus est, & nos liberati sumus; verùm soluti sumus, ita ut serviamus: quoniam ratio habebit proculdubio libertatem, quandiù appetitus sustinuerint servitutem.

*Ubi vel cogitationes sunt competenti.*

Rom. 7. 6.

*Ratio habet libertatem, dum concupiscentia servitutem.*

20 Huiusmodi rerore, & iugo legis, qui servi sunt servi, & qui domini domini. Homo decorè nequit esse mancipium sui. Erit ne libertatis conditio, ubi à legibus adespota ratio, cùm hæc affectui, & affectus subsit mancipio proprio? Nonne confusio, quòd serviat dominus, & dominetur servus? Adhuc maior, hanc servitutem dici voluptatem, & libertatem laborem. Tyrannis placet, & oblectatio verissima displicet? Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui: alias habebis semper spem vacuam, & in ipsis voluptatibus tanquam in deserto concupisces nonnunquàm concupiscentiam. Hac lege pactum est inter allophylum Goliath, & filios Israël: *Vos servi eritis, & servietis nobis.* Ad quid servitutis actus additus serviturì? Ut cum dominatione iurè annexa potestati, erubescat ratio, quòd servos affectus habeat, & illi non serviat, cum in perniciem indulgeat. Cæterùm hoc suo loco hìc *Tautolog.* 12. vide interibi Hieronym. *Epist.* ad *Simplician.* Ambros. lib. 2. de Iacob. & Augustin lib. 4. de *Civ. Dei*, cap. 3. Unde Iacob. Bill. in *Antolog.*

*Ultima servitus, servire mancipio.*

1. Reg. 17. 9. *Intendat ratio, quòd servi servitutis.*

Iac. Bill.

*Solus peccator servit malè, qui licet amplo*
*Utatur regno, sat miser est famulus.*
*Cum mens carnalis, nimiùm dominante tyranno,*
*Tot servit seeptris dedita, quod vitijs.*

## DIDASCALIA III.

### *Charitas incommoda aliena meditatur ut propria.*

Bern. ad. 1. Cor. 13. 5.

1 Ait Doctor Mellifluus in *Sententijs.* Amoris cœlestis emblema est: charitas ergo *non quærit quæ sua sunt.* Haud tibi fructus gignit arbor dilectionis, sed ut fruantur vel prætereuntes. Astra æmulatur, ut obtineat inoru coronam: creata enim sunt non sibi, sed ut illuminent terram: in Soleque charitas ponit tabernaculum suum, ut qui non fui, convertantur ad cor. Quæ sua sunt non quærit charitas, & ex versione Græca lucet huiusmodi propositæ omissionis speciositas: *Non quæ-*

*Astra symbola charitatis.*

Græc. & Caiet.

*rit quæ sua ipsius.* Eadem hic Caietanus. Rutilat momentum Heraclio lapide, ac æstimationis pondere : igitur sunt ipsius quæ non sua ; dum sua, aliena respicit commoda vel incommoda. *In domo tua oportet me manere*, principi publicanorum, & præteriens dixit Christus. Perpende *Oportet me*. Te? Ad quid ? Ægrotum medicus, vel medicum oportet ægrotus ? Arbitror cui desideratur salus : nihilominùs tamen Christum oportet, dum Zachæo solummodò refert ; etenim Christi charitatis stemma, ut ipsius appetere quæ non sua. Nota etiam querelam Domini *Abijt sibimet super omnem montem excelsum, & fornicata est ibi* : clamat Dominus in prævaricatricem Israël. Abijt in idola, & sibimet, ideſt, in malum sibi : benè Domine, sed quid ad te de huiusmodi vulnere? Sentiant qui sentiunt : laborem perpetiantur, qui patiuntur. Si sibi construunt malum, portent mala, quæ construunt, doleant, lamententur, querantur : & tu quæretis de eorum dolore, & scelerum plaga ; quia amor tuus incommoda aliena meditatur ut propria. Sibimet moliuntur malum : & ita erga illos tuæ charitatis ingenitæ prævalet bonum ; ut in eximiæ dilectionis indicem, & doleas de quo ipsi vulnerati non dolent. *Tactus dolore cordis intrinsecùs* in prævaricatione humani generis describitur Deus. Offensis ergò iniuste peritur. Iurè dolet: cur igitur additur *Dolore cordis, & intrinsecùs* quasi ad penetralia pectoris ? Ut hominum magis prævalente malitia, Deitatis eximiè coruscet benevolentia. Dolet corde, dum offenditur, qui sceleribus vulneratur: sed non dolet dolore cordis intrinsecè, ni offensor deficiat à pœnitudine, qua placatur, dum crimine pungitur. Est dolor ex iniuria, sed dolor cordis intrinsecùs, si refugit pœnitentia. Dolore offendentis, offensi miserescit dolor: sine dolore crescit usque in viscera mœror : ac in coruptrela summa humanæ propaginis, Deus dicitur tactus dolore intrinseco cordis ; quippequàm vel considerantes criminum in Deum dolorem pungentem, ex dolore illato nullum habebant dolorem.

Luc. 19. 5. *Charitas aliena commoda iudicat sua.*

Ierem. 3.

*Imò incommoda.*

Gen. 6. 6.

*Quid & ex quo dolor intrinsecùs cordis?*

2 Aptè (ni fallor) cadit illud queruli David : *Super dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Quid ergò addiderunt dolori, quod non haberet dolor anterior, ut magis crescceret ex vulneribus dolor? Hominum scelera dicuntur appositè vulnera, quæ quidem oriuntur ex offensa, Deo audacter illata. Potest ne esse dolor, qui offensam divinam superet, vel vulnus quod pectus breviori acumine fauciet ? Potest. Dolor oritur in Deo ex vulnere criminis, quia pungitur alte ingratitudine hominis. Lenit vulnus inflictum fragilis homo, ubi errati accedit ingenita pœnitudo. Doloreum vulneris auget, vel dum crimen, ex quo vulnus, non cognoscit; vel dum protervè defendit : igitur cervicose, quia fecit, faciet scelera turpi malitiâ, vel cæcè prosequetur ignorantiâ : unde cum apponerent vitijs iniquitatem super iniquitatem ; super dolorem vulnerum, & addiderunt dolorem.

Psalm. 68. 27.

*Crescit in Deum iniuria, dum errati omittitur pœnitentia.*

3 Succinit etiam Iobus. *Concidit me vulnere super vulnus*, ita ut non esset iam novæ plagæ locus. Amplitudo doloris huiusmodi phrasi exprimitur : quare Ierem. 4. 20. *Contritio* (dicitur) *super contritionem vocata est.* Et Ezech. 7. 26. *Conturbatio super conturbationem*, ubi Septuag. *Væ super væ.* Etiam apud Propertium *lib.* 2. *Eleg.* 13. *Non tot Achæmenijs armantur Susa sagittis,*

*Spicula quot nostro pectori fixit amor.*

Iob. 17. 13.

Propert.

Summus igitur deprimitur dolor, quasi iam non cruciarentur membra, sed lobi vulnera. Hæc enim de Christo intelligunt plures Patres. Vide Greg. Magn. hic Pined. & Sanctium. Meritò : eius numerata sunt ossa, & effusa sunt viscera. Altiùs rem cogito, ut præster dilectio, igitur ut ait Bernardus Serm. de *Passion. Eius charitas miranda patiens, & compatiens.* Solicitabat salutem hominum, & simul vulnerabatur mucrone criminum. Invitabat amor fugientes ad pœnitentiam, sed renuebant accipere disciplinam. Ostendebat vitia, ut sese respicerent; & non medicus, sed ipsa eis, quippe gravia, displicerent. Dolor erat ex vulnere criminis, amplior ex absentia pœnitudinis : igitur cùm charitas Christi potiùs sentiret vulnera aliena, quàm propria ; conciderunt peccatores vulneribus super vulnera : quandoquidem tot malis presi, tot angustijs coarctati, nec omittebant iniuriam, nec agebant pœnitentiam.

Bernard.

*Est illi vulnus super vulnus.*

4 Deinde. Patiebatur, & compatiebatur. Patiebatur mala, quæ nemo pertulit, & mira charitas sustulit. Compatiebatur de vulneribus, quæ sibi faciebant, corpus eius vulnerantes, & se vulnerare nescientes. Ignorabant mala, quæ sibi construebant ex ipsis malis illatis : quin cogitarent, amplius sibi nocere cogitatis offensis. De utroque satagit patiens, & dolens : sed charitas plùs miranda, ubi compatiens ; quoniam amplius mœrebat de vulneribus, quæ ipsi vecordes sibi offensis parabant ; quàm quæ ingrati, & capitones in medicum inferebant. Tolerabile quidem videbatur præexcellenti charitati, tot iniurias intolerabiles pro inferentibus anxiè, lubitò ferre ; sed ægrè ferebat, quòd

*Ægrè ferit charitas, quòd offendentes, offensos sibi dent pœnas.*



quòd persequentès cæcè, essent carnifices sui. Illud erat, torquere memoria hoc, exulcerare vulnera : & dum sua ignorant, intendentes in aliena. Christum, qui aliena meditabatur ut propria, ludentes criminibus, conciderunt dirè super vulnera vulneribus : vulnere malitiæ, super vulnus offensæ : vulneribus compatsionis, super vulnera quæ pertulit in ligno crucis : vulneribus iustipientiæ erga commodum proprium, molientes alienum malum : quod ita cor cuspide charitatis transfadegit, dum tot tormenta, & offensas cor ingratum cogitavit, ut dum tormenta patientis corporis contererent structuram, gladius compatsionis de obstinatis pertransiret usque ad animam.

Ier. cap. 5. 3.

*Insipientia est non sanare vulnerata in hominibus.*

5 Denique. Non queritur de vulnere saucium undique pectus, sed de vulnere impacto super vulnus ; quasi ferre non sustinens huiusmodi dolorem super dolorem : de quo etiam Otho Vænius *Amor.* Embl. 76.

Oth. Væn.

*Iugiter hoc ferit illa, facitque in vulnere vulnus.*

Cur igitur qui proposito gaudio sustinuit crucem ; ex vulnere vulnus, acerbius vocat cruciamen ? Ex dictis colligitur difficultas abstrusior, quam nemo deliberabit nisi amor. Vulnus est offensa Dei, in quem insurgit transgressor protrita lege : vulnus super vulnus, damnum, quod sibi peccator infert, commisso crimine. Quare nam dum dolores proprios devorat pectus, dolet, si alienum, de vulnere super vulnus ? Non est alienum. Charitas Christi urget, igitur dolores nostros ipse portavit. In Deo dolor est offensa, sed pœnitudine cordis quasi non esset illata. Dum dolet peccator, Deo de vulnere non dolet: verùm sine respiscentia vulnus, quod offensa facit, in pectore recrudescit : unde Christum in cruce pendentem, & videntem ipsis malis populum exultantem, super tot vulnera sensibiliore percusserunt vulnere; quippe dolebat alrius de non dolore.

*Dolet Christus, quod peccatores non dolent.*

Ierem. 8. 18.

6 Intende in querimoniam, & intelliges eius dilectioni iniuriam. *Dolor meus super dolorem, in me cor meum mœrens* : dixit per Ieremiam. Implicant voces gravitate amaritudinis. Dolor supra dolorem non erit dolor ? Si non dolor, de quo queritur? Si dolor, summam qui affert mœstitudinem, quo pacto super dolorem ? Expressit populi cervicem incurvam, & cordis sui charitatem ingentiam. Convertere satagebat sicet offensus corda aberrantium, ne vindicaret offensas capitibus transgressorum. Dedit in ipsis deficijs amaritudinem, aperuit iniquitatem, ut in saniorem revocaret mentem, ac remitteret debitæ pœnæ, quicquid pectus

*Dolor cordis medicina criminis.*

Luc. 19. 41.

*Dulce pati amori, sine passione ingrati.*

*Peccator sequitur peccatum, quem fugit.*

respectu amoris, de pœna civitatis ingratissimæ dolentis) offendens charitatis excellentiam; & lachrymationis causam, largè flevit super illam: igitur ita stupida crimine, de quo Christus lamentatur; ut tormenta quæ fugiebat, velociter sequeretur.

*V. 41.*

9 Causas huiusmodi fletus continet sequens emphatica Christi periodus. *Si cognovisses* ait: Difficilè convertetur ad bonum, qui non cognoscit erratum. Thesaurizat sibi iram in die viridi, qui noluit intelligere, ut bene ageret. Iuxta malitiam cognitionis, minuitur intelligentia, & malitia cognitio, cui iurè respondet pœna in commisso peccato. Minimè malitia in populo Israel orta ex ignorantia: ignorantia verò ortum habuit à malitia, quippe cognoscendo noluit cognoscere, sed studiosè ignorare. Quapropter flens Christus illius errores (quia ignorabat cruciamen) de illa dixit merito: *Si cognovisses*; quoniam latebat tormentum: & fletu dignum, dum iudex dolet de inferenda pœna, & luiturus minimè dolet de culpa. *Anima perversa dum in præsentis vitæ oblectationibus se deserit, quid aliud quam clausis oculis ad ignem vadit?* ita Gregor. Magn. Homil. 39. in *Evangel.* Unde de Amore Otho Vænius *Embl.* 31.

*Ignorantia ex malitia digna fletu.*

*Gregor. Mago.*

*Otho Væn. Non te fugit, & præcipitia cognoscit.*

*Cæcus es, & cæcos pariter tu reddis amantes,*
*Qui clausis oculis in sua fata ruunt.*

Si cognovisset, quæ nolebat cognoscere, se utique liberaret à servitute, & animi amaritudinibus, quæ latitabant in ipsis voluptatibus: verum de malis in mala præcipitabatur cæcè videns, quin cognosceret cognoscens: ploratque Dominus, illam tot periculis exponi apertis oculis mentis; quæ fugeret, & deviaret insipiens vel clausis oculis.

*Obstinatio est cordis perseverantia cum cognitione criminis.*

10 *Si cognovisses*, ex præteritis tormenta differre posses: verum nec capite proprio sapis: patetque extrema calamitatum, ubi vel ipsa veracio minimè dat intellectum. *Si cognovisses*, ex magnitudine noxæ præscires magnitudinem pœnæ: & quasi non esset scientia in excelso, ita excæcaris peccato; ut non perimescas condignam criminis pœnam, dum in ampliorem culpam pectus fovet audaciam. Cognoscis & offendam, & offensum; sed non cognoscis cruciamen subsecuturum. Libera esses, si cognovisses. Utinam saperes, & novissima provideres! Sed causa cades; quippequam perseverat audacia, & cum peccati memoria. Malum utique, si præsit anglitia infelicitatis (quæ plerumque fletus proximi averlantis, vel similiter dextrè fletis) verum non est solatium in tanta latenæ plaga, dum tibi ipsa disponis laqueos, & vulnera.

11 *Si cognovisses & tu. Et* pro *Etiam*. Quid? Plorares utique, sicut ego ploro. Si hoc est in viridi, quid erit in arido? *Tu.* Profectò. Ius enim erat, ut crimina plorarer, qui commisi: nec rubore suffunderis, eò quòd te committente culpam, etiam offensus agam pro te pœnitentiam. *Tu.* Tu prævaricatrix persistis dura cervice. Ego contemptus te quæsivi, ac quæro benigno corde: patet benignitas, & humanitas, dum ita ploro, quod deplorare debebas: cæterum angor dolore cordis intrinsecè, quòd ita averla maneas, & me plorante. Mulcet corda offensi amatij patientia; attamen in te indulgentia omnino cassa. Nec favore reverteris, nec beneficijs curvaris, imò animos concipis ex quo confringere debes. Putrida cordis ulcera, dum nocet indulgentia: sed dolet nimis, testibus luminum lachrymis; quòd cùm debeas dolore delere crimen, te exhibeas peccatricem, & pertinacem.

*Et non curvari indulgentia.*

12 *Tu.* Ex quo poteram concipere iustam redamationem, nisi ex te? Verùmtamen quis ita responderet, nisi tu? Summa claret protervitas, procacitas, ac improbitas, quòd invitem ad veniant, & non accipias: igitur ita dedita gloriaris sceleri, ut nec requiras fœtus, quæ ad pacem tibi. *Tu.* Quid faceres sine me? Tu quid? Ex cunctis nationibus magis dignata, sed cunctarum ingratissima: etenim ubi ex ingratitudine referre, par erat, criminis pœnitudinem; fugitis ipsis gratiarum confodis benefactorem. *Tu.* Tu, quæ gratijs irata, & ab iracundia commota, non mota: imò ita mihi adversa, & odio imbuta; ut modò me, qui ita diligo perderes, nequaquam te revocavit, quòd perires.

*Sed etiam contra fimulum calcitrare.*

13 *Et quidem in hac die:* subdit. In hac die si cognovisses!: Quo die? Hac, qua ingredior ad te in tuam salutem, & beationem, etiam sciens: te & mihi præparatam crucem: *Ate* quæ salutem fugis, dum debebas quærere; & *mihi* tam largè benefacere. Fugis: Sequar: utinam consequar! Declinas? Curro, ut comprehendam: sed frustrà venio, si mortis causa, eò quòd multa signa facio. Exprimis consilio malitiam, verùm invenies clementiam. Non cognoscis; at quàm utile si vel modò cognovisses! Igitur si adhæreres, ut ius claret, pœnitentiæ; invenires clementiam adhuc quidem in hac die.

*Ib. v. 42.*

*Demoratientiprudo adest.*

14 *In hac die.* Difficillimè ingenia prava reducentur ad amussim, cùm quorumdam quo plus debent, magis oderint. Attamen vel utilitas torquet, vel incommodum urget, ut sibi consulant in abruptis desiderijs propensionis, & procedant in legem pro bono



*Et quæ rit.*

bono pacis. Nihil ex his te allicit ingratissima civitas, vel in hac die qua mei pectoris exuberat charitas: etenim ubi tui refert, me quærere, vel potius te beneficio; quasi mea interesset ad te misericors venio. Plura dolent in hac die, quæ alta mente inhærent tenero cordi; sed in pietatis templum, in clementiæ thronum, quod ægrius fertur ab amore, dirigis iaculum. Sagitta ingratitudinis fixa est in recondito habitaculo pectoris, sed dolor patuit in oculis: siquidem plorabile omninò, dum ad te venio, quòd persistentiâ protervix, fias in hac die indigna misericordiæ. Dolet ex offensa pectus, sed ex eo quòd non doleas, dolor summus: igitur non possum parcere; & stemma meum nobilius nonnunquam fuit misereri.

*Egrè fert, misereri non posse*

15 *In hac die.* Nanciscere occasionem, quæ forsitàn non erit ultra hunc diem. Hodie si vocem meam audieris, salutem habebis hodie. Audi. Noli obdurare cor, si forte sit spes. Noli, quippe venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo, & coangustabunt te undique, & ad terram prosternent te, ac non relinquent lapidem super lapidem. Arripe in hac die ingitivam occasionem: etenim si videris ruinam, clamabis & non exaudiam; quoniam tunc habebis vindicem, quem in hac die spreviti defensorem. Tu te ipsam accusabis, & vel tunc non relipisces: ideo ex cognitione iustissimæ calamitatis, lachrymæ manant ex oculis: quandoquidem contriti lapides provocant te in criminis pœnitudinem, ac ex contritione illorum nullam discis contritionem. Induratli faciem tuam supra petram, offensæ addens perviciaciam: igitur lacheymis dignum, quòd saxa sint in exemplum: quinimò corda humana sensibilitate carent, & lapides insensibiles tuam erga me insensibilitatem scisi sentiant.

*Et corda humana lapidea.*

16 Quid prodest obstinatio, & iuvat ingratitudo? Quiete vivere potes, & nonvis vivere quiete? Si semel pieras dimiserit, quid de tot vacuis cogitationibus erit? Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Induratum est cor. Molleseat vel in hac die: non erres corde: siquidem dum consummatur iniquitas, vel si quæsieris, quia serò, forsan non subsistet pietas. Quanta feci in tui conversionem cordis, ut placidè viveres! meum sane confiteberis laborem, velis nolis. Aperui crimen, ut te ad pœnitentiam provocarem, at tu in malis exultas, cum dolere debeas: simulque cor meum arcte comprimis in lachrymas: sed magis, inter bona cogita, & mala incognita (quæ à clemencia, & iustitia) vi-

*Ac mala ex protervitate non cognita.*

sera torquet intra abdita pectoris, quòd hæc omnia abscondita sint ab oculis tuis, & construas vindictam ex officina pietatis.

17 Perpende rationem. Venient, quas fugiendo quæris solicitè (quasi deberent pœnæ) cunctæ præfatæ calamitates in te, *eò quòd non cognoveris tempus visitationis tuæ.* Difficilis videtur obiectio in huiusmodi causa. Tempus quo Christus cum illis conversatus, est, dicitur *tempus visitationis*; quod Scriptura signat tempus iustitiæ vindicis. Ita Isai. 10. 3. Ierem. 49. 8. Ezech. 9. 1. Ose. 9. 7. Mich. 7. 4. & 1. Petr. 2. 12. Si adventus Domini eximia gratia, & omninò clementia; quomodò tempus erit vlsificationis, tempus amplioris erga populum ingratum benignitatis? Quia ingratus: nulla in iudicio divino acriora criminum capita, quam beneficia: unde tempus affluentiam gratiarum convertit Ierusalem in iustitiam ultricem; quoniam non habuit de spreta gratia minimam excusationem. In huiusmodi causa, cui gratis suffragabatur amor, cessit iustitiæ clementia: tempulque exuberantis benignitatis convertitur intè in tempus visitationis; quippequàm in amoris iudicio maxima obiectio, iniurijs maximis respondere beneficio. Quæ non cogitavit charitas, ne irritaretur tot offensis saturata pietas? Concessit dona, & etiam dimisit debita; sed omnia frustrà: quapropter clementia exanduit, & quia ingrata Ierusalem beneficijs non respondit, & quia illa cui plus indulgendo donavit. Infelix prorsum, cui gratia remissionis maius debitum: & habens pretium, mittit in fuccum pertulum: ideo plorat super civitatem, cognoscens pœnam & crimen: igitur nemo lachrymabilis magis, quam qui non cognoscit tempus visitationis. Ploras? Ploro, quippe abundant crimine. Ne dimittas eis: secundùm multitudinem impietatum eorum expelle, quoniam irritaverant te Domine. Quid ad te, si in casum laboras? Dolet laborare in casum. Quid lachrymæ profunt? Dolet, quòd non profint lachrymæ, & me plorante maneat oculis siccis, cui congruebant vel lachrymæ sanguinis. Charitas inflat inflammando pectora: quæ cùm ut propria sentiat, quæ aliena mala; doleo, quòd dolere debet: & dolet, quippe non dolet.

*Ib. v. 44.*

*Amor Christi in pectoribus.*

18 Nota summæ charitatis expressionem. Ubi Christus Dominus magis satagit humanæ salutis, est in hominum articulo mortis: igitur cum ab illo pendeat pœnæ vel felicitatis æternitas, flagrans eius pectoris charitas, quasi exhalat animam; ne pereat ex hominibus quispiam. David utique

co-

cognovit ingenium; dum ita infirmus, ac in huiusmodi articulo, clamabat ad Dominum: *Anima mea turbata est valdè, sed tu Domine usquequò?* Quid? Permittes animam turbari, vel usquequò turbaberis? *Usquequò patieris?* Ait N. Genebrardus hîc. Quis patitur? Quis turbatur, infirmus, vel Dominus? Dominus, & infirmus: infirmus propter languorem, Dominus propter languentis salutem. Aptiùs dicam: proximus iudicio Dei erat David, de quo omnis creatura suspiria parturit, & ingemiscit. Turbatur valdè anima infirmi, an in causa esset optata sententia; verùm iudex turbatur, ne arcessites caedat causa: igitur ira talus hominis ab illo desideratur, ut cum anima turbata de turbatione turbetur. Usquequò, usquedam anima turbata in mortis momento, egrediatur cum palma de strictissimo iudicio: siquidem incommoda intendit aliena, quasi interesset & sua. O summa Conditoris, & Redemptoris dilectio! In articulo mortis hominis turbaris: & illum iudex, & advocatus in iudicium ingeris; ut vincas cùm in illo iudicaris. Ni iudicareris cum illo, de illo haud esset in te turbatio: & de moribundo, ac te idem praedicatur mutuò; quippe altè viscera tangit, quod vadat in ignem, prò quo fudisti è toto corpore sanguinem. Signavit praefatus Auctor: *Usquequò id patieris?* Perpende *id*. Quid est hoc? Id, quod affligit infirmum, percellit animum. Incommoda, & commoda aliena habet ut propria: Charitas hoc stemmate insignitur: parum utique illi condolere, iudicaret Conditor, ni idipsum quod homo patitur, pateretur.

19 Intelliges modò prompte intentum verborum Isaiæ. *Dolens clamat in doloribus suis*: air. Quomodò in doloribus non sit dolor (estò modò non esset importunum) habet suum locum, *Tom. 4. Tautolog. 5.* Nunc verò notandum ly *Suis*. Si dolet, de quo dolebit? Distinguendum est inter hominem, & charitatem. Si homo dolet, dolet de doloribus suis: si charitas, de doloribus alienis: parum enim obtinet gloriæ; ubi non patitur, quod sustinet alter. *Suis* dicitur: etiam charitati congruit: & sua sunt mala (a qua cuncta bona) & non sua; quoniam nunquam respicit ut aliena: atque dolet de alienis, quasi dolens clamat in doloribus suis. Altius cogitandum. Peccator, dum meditatur iniquitatem, concipit in corde dolorem. Dolore expellenda est vomica, quæ dolore confecta: unde ut abolearur in tabula cordis crimen, apponendus est dolor super dolorem: in exterminium, videlicet, doloris culpæ, dolor voluptuosus pœnitentiæ. Ubi dolens in doloribus non dolet; pessima plaga: ubi dolet, bonum signum; quia quæ plaga, medicina: ideo dicitur *Clamat*, quod mœstitudinem æquè ac exultationem significat: quandoquidem si pœniter, pœnitudine exultabit. Hoc habet dolens in doloribus suis. Quid ergo charitas in doloribus alienis? Semper clamat. Clamat mœstitudine, quia de non dolore dolet: ac clamat exultatione, quippe de dolore gaudet.

20 Quàm ingeniosè S. Pater Benedictus acumen expressit, ut charitatem Praesidi commendaret! *Ergo aequalis sit ab eo omnis charitas*: ait cap. 2. *Regul. Sanct.* Non charitas, sed *omnis charitas*? Quid, & qualis charitas omnis? Quæ se extendit ad omnia, & bona, & mala. Si subditus in via Dei proficit, gaudeat; si deficit, doleat. Persistit? Perfidat, ut revocet, quousque in sanioren mentem redactum iudicet. Qui subditum alium à se, ut foveat, & faveat contemplatur, habet utique charitatem; sed non omnem: ac omnem debet exhibere charitatem; quippe ita mala aliena arbitranda sunt ut propria; quòd de dolore pœnitentis gaudeat, & de non dolore doleat. Non gaudet charitas super iniquitate. Flet cum gaudentes; gaudet cum flente; igitur mœrorem, resipiscenti ex dolore subsidium, iudicat commodum. *Dolor meus super dolorem*: aiebat Ieremias, ut vidimus supr. num. 6. Maluenda legit: *Refrigerium*. Apte contraria sine contradictione cohærent: quandoquidem ex dolore pœnitentis refrigerium oritur charitatis. In multis, quoniam abundat iniquitas, refrigescit charitas. Non omnis charitas est. Praestat in omnibus bonitatis pretiositas, si instat, ubi abundat, ut non abunder, iniquitas: siquidem non ita coruscaret excellsi, ut incommoda aliena, sicut commoda, meditaretur ut propria. Canit Guilielmus *Hesius lib. 3. Embl. 18.*

*Non laetatur Amor dolens iniquis.*
*Non triſtatur Amor serenus aequis.*
*Denique nulla usquàm fiunt mala, quin sua credat:*
*Absit ut admissis gaudeat ille malis.*

Psal. 6. 4.

Genebrard.

Parum charitati videtur, ni quod patitur bono, si mali patiatur.

Id.

Isai. 26 v. 17.

Suis excaet dolori alienos.

Dolor expellens dolorem.

Dolet, pœnitentia dolet.

S. Bened.

Quid est omnis charitas?

Ieremi. 8. 18. Maluend.

Hesius.

## DIDASCALIA IV:

### *Deo nihil tam alienum, quàm in homines supplicium.*

Lact. Firm.

1 INquit iurè Lactantius Firm. de *Ira Dei*, cap. 15. Prona eius natura ad ignoscendum, qui non laetatur in perditione vivorum. Mortem igitur non fecit, sed homo sibi ultrò crimine, atque discrimine sumpsit. Patet itaque vel in vindictâ ingenij divini bonitas, ubi non proprijs armis punit offensas. Dissimulat peccata propter pœnitentiam, & eius accenditur ira propter pervicaciam. Nihilominùs tamen inter crebras iniurias, qui ad præmia velox, est piger ad pœnas:



Quàm Deo violenta est finis vindictæ!

Ovid.

*Quisque dolet, quoties cogitur esse ferox.*

Ita vel Ethnicus lib. 1. de *Ponto* Eleg. 3. Quàm bonus Israël Deus, vel his qui non recto corde! Iustus est, & rectum eius iudicium: quippe tunc rectum, cùm index habet in manu virgam, in oculis lachrymam, in corde tristitiam. Quasi lassus Dominus patientiâ tantâ, illusa etiam conatibus indulgentiâ, ferre non sustinens, de illo præclarè meritus, iniquitatem, *Delebo inquit hominem*. Dixit, offensis petitus, in obsequium iustitiæ vindicis; verùm magis vulneratus stimulis propriæ pietatis. Nihil illi tam alienum, quàm in homines supplicium: ac in pœnarum decreto tangitur dolore cordis intrinsicè; quippe pro iustitiæ pace, illorum crimina castigare, necesse.

Genes. 6. 6. 7.

Delet, dum punit.

2 Intendamus in eius æstimabilem querelam, ut miremur pectori pietatem insitam. Peccavit, uti solebat geminatis criminibus Israël; quoniam cogitavit, ubi non ultra intentione sceleris, ultra invenire extensione. Tæduit Dominum malitiæ, sed indulsit: attamen qui ita dignatus (ut offensus corriperet) multiplicatione instavit. Unde iustitiæ, & clementiæ medius Dominus, loco fulminis in transgressorum ruinam, huiusmodi vibrat patientissimè sententiam: *Servire me fecisti in peccatis tuis, praebuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me.* Cuncta igitur iustranda, ut clareat in Deo de correptione violentia.

Quomodò in Deo labor servitutis ex bonitate animæ peccatis!

Isai. 43. 24.

3 Aliqui servitium Dei arbitrantur iniuriam, speciositate cultus Dei artificiosè larvatam, ita ut magis hæreat cordi iniquitatis inculum, dum pareficbat obsequium. Ideo apud Ezechielem de Idolo zeli iusta querimonia, igitur posuerunt signa sua signa: nihilque magis pungit Dei veri penetralia pectoris, quam iniquitas sub specie religionis. Dominus ut iustus, est nonnunquàm, quæ protulit, legis & iuris; quippe ut salver iustum, & iudicet impium, verbum Domini manet in æternum. Ubi mores iuxta legis decreta, voluntas humana aptatur voluntati Divinæ: ubi verò lex iuxta decreta privata, lex servit peccatorum voluntati, quæ quidem amplius in perniciem secura, splendore legis, ne cognoscatur, fucata: & queritur Deus de servitute pro peccatis Israël, quoniam quæ non ius, dicebant ios: lexque servichat inverecundè peccatis, dum vagaretur crimen sub larva legis. Ideo supra dorsum eius fabricaverunt peccatores, atque prolongaverunt iniquitates; ortaque fuit transgressorum audacia, ex huiusmodi patientia. Patientia, quia indulgebat adimere, quæ proprij iuris: audacia, quia lex illorum in decreta legis servireque fecerunt in peccatis, quippe titulus legis in iuris tulit, quasi suis scapulis obumbraret. Hispanice vigilantissimè: *De tanto sufrimiento se atrevieron a las culpas, como si Dios para la transgression hiciera especial.*

Fastidium Deitatis, iniquitas sub specie religionis.

Et crimen sub larva legis.

4 Aptior latet sensus. Servitus hîc accipienda pro molestia, quoniam servitus nulli iucunda. Dominus est misericors, & iustus: nihilominus tamen miseretur. Clamat ante illum culpa: accedunt simul iustitia, & misericordia. Ab hac trahitur, & ab illa retrahitur. Pietas invitat ad veniam, iustitia compellit in vindictam. Nemo potest duobus dominis servire. Quid faciendum, dum urget pro iustitia etiam delictum? Decreta respicere legis, cui servire debet Princeps. Servitus molesta est: servitutemque vocat, ubi homines pro scelcribus castigat; quoniam nihil illi magis molestum, quam subscribere vel iuxta legem supplicium.

Deo mòs lectum, subscribere vel iuxta legem supplicium.

5 Insuper. Corripit sæpe Dominus, ut corrigat; quippe etiam flagellis deviam humanam voluntatem emendat. Fovet ut chirurgus vulneri, specie nocendi, studens vel in exacerbatione animarum medicamini. Latet agnus, & dum rugit ut leo. Aliquando accedit punitioni, verum accedit invite: ideo dicitur, servire in peccatis delinquentium, vel dum crimina vindicat citra condignum. Servus sui iuris non est: vocatque Dominus vindictam malefactorum, propriam cordis servitutem; quasi sui iuris non esset, dum decernit correptionem. Clarius ergo. Sui iuris non esse, est carere libertate, ut patet in servitute. Omnis servitus violenta est; sæpe quod manus obsequiosè construit, cor quasi vulnerandum refugit: Deusque dicitur servire in criminum punitione, quasi decretum esset in voluntate iustitiæ, non in propria voluntate. Impellit liberale ingenium, ac pietati pronum, in satisfactionem iniuriarum urgentia criminum. Respicere clementiam vel illi offenso iucundum: iustitiam verò, violentum: unde verè servit in peccatis plectendis, cum vulnere libertatis; quippequàm vel in voluntaria vindicta accedit invitè, cum accedat ad pœnam tactus dolore.

Fort ægrè.

Accedit coactè.

Et cum dolore.

Pro-

Ierem. 8.18.

6 Protulit per Ieremiam. *Dolor meus super dolorem, in me cor meum mœrens.* Dolore etenim cordis expressit dolorem, ut pietas luceret castigans iniquitatem. Dolet de offensa, pro pœna clamitat punitiva iustitia. Coactus infert, sed infert: afflictus dolet, & dolet etiam qui affligit: unde inter pœnam, & pœnam, cùm respectu Dei sit illa adversus innatam misericordiam, & respectu peccatoris consequens commissam culpam; mœret Deus, & mœret dolore cordis, quippe dolor illati supplicij super dolorem patientis. Perpende contextum. *Ecce ego mittam vobis serpentes regulos, & mordebunt vos, ait Dominus. Dolor meus super dolorem.* Singularis utique, quoniam non apta connexio. Doleant, quos reguli mordent: verùm Dominus mittens? Dominus. Dolor inerat illis ex morsu regulorum serpentium, immissorum à iustitia pro pœna criminum. Dolor etiam Deo, quia illorum dolor signabat ex lege vindicem: sed dolor vindicis Dei est dolor super dolorem; quoniam in clementi pectore, mitique genio, prævaluit dolor de dolore misso. Crescit causa ex pietate divina. Non quasque serpentes, sed regulos decrevit iustitia mittere, in satisfactionem transgressionis, & offensæ. Morsus reguli, lethalis, ut asserunt Plinius *lib. 9. cap.* 18. & Solinus *cap.* 30. De qualibet hominum amaritudine Dei exacerbatur amor: verùm cùm regulos mittit, super dolorem est dolor: igitur mors sequitur latenter crimen, & ille nonvult peccatoris mortem.

Magis dolet de pœna, quam cui dolet.

Ps. 17.

Dolet, quòd pœna exprimat vindictam.

De quo plus dolet?

7 Etiam notanda sequentia. *Dolor meus super dolorem ::: Quare ergo me ad iracundiam concitaverunt?* Dolco de dolore. Nunquid ultra pro dilectionis stemmate? Patet ingrati, projectique animi crimen, dum ita affligit ex dolore dolentem. Alios persequi, ello non fas, pro cogitatione sit: verùm & me? Nec curvum favet iudicium dutæ cervicis, in suffragio oppositæ cognitionis: etenim queror acrius de illatæ pœnæ iustissima pœna; cùm queri debuissem invere cunde offensus de illata iniuria. Si ita in me ingenij nobilitas, quare ergo iniquitatis protervitas? Non est mei conturbare, quos condidi, sed favere. Accessit crimen, & dolui. Patiens fui, silui, an tolerantiâ quiesceret irrequieta malitia; sed rursus fractum est ius, & dolor meus renovatus est, eò quòd ex fiducia æstimabilis tolerantiæ, vel in despectum augerentur, vel germinarentur offensæ. Etsi dolui, parcere tamen decreveram; cæterùm ne parcerem aliam summiserunt noxam: quo dolor meus super omnem dolorem; eò quòd me, & ad iracundiam provocarent.

Ib. v. 29.

Ut quid?

8 Fige volucrem, vagumque cogitationis acumen, in sententiam eius, qui cognovit Dei genium summe clementem. *Tu es Dominus altissimus, benignus, longanimis, & multum misericors, & pœnitens super malitias hominum*: dicebat punctus, & compunctus Manasses flexo genu fracti contritione cordis. Dicitur iure altissimus, dum prædicatur misericors: igitur in Deo oritur magnitudinis causa ex peccatorum immanium magnitudine remissa. Struit sanè maiestatem excelsam, non aliter, nisi secundùm magnam misericordiam. Vel Profanus agnovit: de ira itaque Cæsaris ita loquitur lib. 2. *Trist.* Eleg. unic. v. 29.

Orat. Manass.

Magnitudo Dei ex clementia magnitudine.

*Illa quidam iusta est: nec me meruisse negabo:*
*Non adeò nostro fugit ab ore pudor.*
*Sed nisi peccassem, quid tu concedere posses?*
*Materiam venia fors tibi nostra dedit.*

Ovid.

Retorsit dextre nostro proposito Hermannus Hugo in *Pijs Anim. defider.* lib. 1. *Gemit. 6.*

*Quid quòd & egregij dederim tibi munera anfam,*
*Materies laudis dum mea culpa tuæ est?*
*Nam nisi peccassem, quid tu concedere posses?*
*Clementis nomen non habiturus eras.*

Herm. Hug.

9 Inter huiusmodi attributa, quod altiùs mentem acuit est ly *Pœnitens super malitias hominum.* Sensus literalis obvius claret per spicuus: igitur si abundaverit malitia, in Deo superabundabit & gratia; ne desperet homo, esto conscientiam premat scelerum multitudo: equidem post tergum peccata projiciet, ac in profundo maris pietatis summerget, destructa omninò malitia, si accesserit pœnitentia. Altiorem sensum verborum, & volupe delicabo. *Super* multoties in Scriptura pro *De.* Psalm. 20. 2. *Super salutare tuum exultabit.* Idest, *De salutari.* 1. Cor. 13. 6. *Charitas non gaudet super iniquitate.* Hoc est, *de iniquitate.* 2. Epist. cap. 9. 15. *Gratias Deo super inenarrabili dono eius.* Et sic alia. Pariformiter ergo hic *Super malitias* intelligendum est, q. d. *De malitijs hominum pœnitens.* Modò intende. Cui congruit pœnitentia, offenso, vel offensori? Pœniteat ergo homines criminum, non verò offensum de malitijs hominum. Deus namque extra huiusmodi causam: *Neque enim homo est, ut agat pœnitentiam.* Extra causam est, & agit, quoniam amor impellit. Ad illum spectat reddere unicuique secundùm opera sua. Si interest confessio, magnificentia opus eius. Cadit iucunde in decisione causa, quippe cum confessione, &

Maior est Dei clementia, quàm hominum crimina.

Sæpè pro De.

Gen. 6. 6. Sept. & Aug.

Eccles.

Est offensus, vel pro pœnis accusatus.

1. Reg. 15. 29.

Iustitia non flectit acta contra crimina confessa.



& quieta in sempiternum manet iustitia. Ideo magna opera Domini: sed quæsitum inter omnes eius voluntates, est quod iustitia taceat, & crimen evanescat confessione criminis. Hoc vel odiosè incundissimum; quia fiunt contritores cordis, & alligat omnes contritiones eorum. Attamen quia superbis resistit, super malitias hominum iustitiæ favet, scilicet oliva legum suffragatione, atque in protervos vibrato fulgure fulmine. Malitia sibi conciliat cum offenta vindictam, quæ Deo gladius acutus perterminens auferat: unde de hominum malitijs amarissime queritur; quia de vitalitia malitiarum in iste dolet: etenim nullum illi gravius pondus, quam huiusmodi de punitione conflictus.

Deo summæ fidelitas sæpe cassatio vindicta.

Isai. 43. 24. Theodor.

Studet, quomodo liceatur à pœna infligenda.

10 Electatur ergo flumine impetus industria tecti in pralium auctoritatem Isaiæ. *Servire me fecisti in peccatis tuis.* Theodoretus: *Studuit in peccatis tuis.* Versio mirifica: sed quid studuit? Novam sequitur pœna (quam subscribit divina iustitia) nec gravans peccatores, latæ transgressores legis. Gravior pœna ob ingentium pietatem est intelligenti, quam meritis toleranti. Sententia ferenda est: & cum Deus inexu objecta crimina in huiusmodi necessitate sit: dum merito affligit perfectionibus hominem, sicdet quomodo exentias de intligenda pœna gravitatem. Hinc pro *Tantas dolores cordis intrinsecus*, uti vidimus in *Exposit. Liter.* num. 1. Septuag. & Augustinus legunt: *Cogitans*, & *Reputans.* Dolet, & cogitat, ubi hominem exterminio destinat, & vereoribus arcet? Utique: attamen quid cogitat, quando dolet: Homo profecto punitione perdendus, quod quidem Conditori molestissimum onus: & cogitat in huiusmodi iustitia, quo ingenio liberabitur à sententiæ amaritudine: quippe in inferenda pœnæ cangitur cordis dolore.

Gen. 6. 6. Sept. & Aug.

11 Aliter, sed proposito legit Codex Complutensis, Hieronym. & Cyrillus hic, atque Eusebius lib. 10. *Demonstrat.* etenim *Sed in peccatis tuis deposuit te*, verenus pro Vulgato: *Servire me fecisti in peccatis tuis.* Apte vocat servitutem, defendere quod non habet detentionem: uniuscuique erga populum ingratum huiusmodi demonstrationis obsequio; an reipsiceret: fuit tanta pectoris ingratitudo, præcognoscens iudicem culpis offentum, & pro culparum pœnis vindicem recognocens advocatum. *In peccatis tuis defendi te*, dum causa elicit sub iudice. Studui, diversa pro re in legibus cogitavit: verùm defendi te nolluit, tua te contra arguente conscientia: igitur cum omnia militarent contra legem, nullam invenit pro peccatorum confutationem. *Defendi te*, ut deterderem me: etenim data pro meritis causæ sententia; magis quàm ex iustitia, me pro te dagitabat misericordia. Quadrat acuminis Complutensis editio: *Profecto me oppressit tu iusquisitio tua tua.* Me mihi oppositi, & pro te contra me decertabam in tuis delictis, dum erat tanto bonæ erga te voluntatis: sed cùm arriperes scutum, quippe iustitiæ ardentior lapidem, provocans crentis scelerosas iustitiam; scutum illud hoc pro me, nec pro te habebam: nam te, quoniam iam indias patris legitimis gravibus ira iustitiæ: non pro me, quia oppetiebam: iterum me tela abstrahens.

Eusseb.

Est offensus, vel pro pœnis accusatus.

Iustitia non flectit acta contra crimina confessa.

12 Inter idem ibidem. *Probasti mihi laborem tuæ iniquitatis tuæ*, laborat, qui patitur aliquam vel corporis, vel animi amaritudinem: & quem protervus populus à iustitia pascebatur, Deus dixit propriam laborem, quoniam eius amori ob clementiæ ingeniam tuor, ubi vindicta meretur pœnarum dolor. Dicerat prudens: *laboravi sustinens.* Quis non? Ille fatue. Laboravit sustinens, & laboravit non sustinens. Laboravit sustinens, quia pepercit: & laboravit non sustinens, quia non pepercit. Quia pepercit, etenim connivente, tranquillior angebat iniquitatem: quia non pepercit, siquidem conscientiæ, correpto, & ubi magis ira fovebat dolorem: quamloquidem ex dolore, pro iniquitate misso, quam non ito prævaricator habebat: pectus clementiæ exuberans intrinsecus la boravit. *Probasti mihi laborem in iniquitatem tuæ.* Ne prabeas, igitur vides erga te quam lange remidet charitas. Hand dederis, ne luam iudignas, dum dederis diminimas pœnas: etenim urges, ut licet invicè, faciam, de quo amarissime doleam. Verbaene civilius: *Ne erigmata sit majores prosadumbres, de que le pongan en estas precisiones.*

Ut finem imponat pœnis.

Psalm. Compl.

Quæritur hoc factum tempus.

Ubi supr.

Ille laborat, quod peccatori dolet.

Isai. 1. 14.

Et quid concipitur in decreta pœnæ.

13 Profert illico: *Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me.* Periodus namque arcanis fœta, dum videtur ex contexto magis dissona. Labor in Deo de peccatorum vindicta in ipsa querimonia patent; & statim pronunciat: *Ego sum, ego sum.* Quid hoc, & ad quid? Ut cognoscatur quam patiens! Ego sum, etsi iustus, sustine clemens. Cur conticiet provocata iustitia, quod cenellare poterit pertinentia? *Ego sum*, venire ad me: etenim criminum vulneribus reportabatis salutem, si mihi obtemperitis scelerum contritionem. *Ego sum*: quid modò desideratur pro te? Percelleret meritò conscientiam acculatri-

Isai. 43. 24.

Quidam elementiæ Deus!

cem, si ego non essem : verùm ego sum, & ero, qui curvor cordi contrito. *Ego sum*, & *ego ipse*. Ex gestis, & temporibus translatis cognoscere potes me. *Ego ipse sum*. Quantumvis offensus, si veneris, suscipiam te. Plus remittere possum, quàm cogitare potuisti in tuo tuitu iniquitatum. Sum ego ipse. Patet itaque : si alius essem, propter iniquitates iussi delerem homines : verùm sum ego, & ego ipse ; quoniam ab hominibus *deleo* vel vindicta iniquitates : etenim non mortifero ut mortuorum peccatorem ; sed ut puniendo emendemque ab alibi.

Ibid. 14 Scopo Didascalix. *Ego sum ipse* (ait) *qui deleo iniquitates tuas propter me.* Cogita in huiusmodi misericordia, ly *Propter me*. An quia eius in nos clementia, nullis officijs etiam dignatorum provocata ? An quia tuo merito prima gratia non cadat ; & esse respicit, ut nos respiciat ? Altiora innuit. Dum in corde hominum foventur iniquitates, in arcu iustitiæ sunt sagittæ potentis : queis contumaces dissipat, destruit, suffocat : verùm cùm invitus ad fulgura accedat, & ex violentia iustitiæ pectoris mœstitudinem augeat ; propter se deleo scelera : quippequàm quæ iure perpetiuntur prævaricatores mala, inferenti vindictam sunt molestiora. *Propter se* semper, licèt propter illos, peccata dimittit. Propter se nonnunquam & ignoscendo, & iniurias vindicando. Ignoscendo, quippe indulget gratis gratia : vindicando, quoniam pro meritis exercetur iustitia. Claurat in vindictam iniquitatum vox : atque delet Deus & citò tot iniquitates propter se ; igitur simulac audaces comprimit pœnarum criminum pondus, tangitur ipse dolore cordis intrinsecùs. Propter se iniquitatem remittit, verùm supplicium propter se facit.

Isai. 18. 21. 15 Consulce videas. *Dominus* super prævaricatores *trascitur* : *ut faciat opus suum, alienum opus eius : ut operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo.* In iracundia Dei, opus alienum & proprium ? Si opus suum, quomodo peregrinum ? Trascitur utique, estò iustè, peccatori : & alienum erit in opere suo supplicium, prorsus ab indole, cui proprium est misereri semper & parcere. Contraria propria non sunt : & opus suum, ideò iustitiæ sux decretum supplicium, vel dum peragitur, prædicatur alienum ; quoniam homines plectere, est opus peregrinum, quasi novum. Mitissima namque Dei natura, cui pro ingenio innata clementia, quoniam ipse cognovit figmentum nostrum, atque ex nobis gerere occasiones certaminum, ubi modò victores, modò victi, quoniam varij sunt eventus belli. Castigat multoties, quia exigunt vindictam iniquitates : cæterùm hoc opus plane suum est, & alienum ab eo : suum, quoniam ab illo ut verè punitio : alienum, quippe si punitio, non ex animo.

16 Aptiùs interpretabor. *Suum* & *alienum opus*. Iuxta meritá, licet citra, iustitia eius destinavit supplicijs fractores legis. Hoc opus eius, quia iustus : nihilominus opus huiusmodi iudicatur alienum ; quoniam antequàm mittat supplicium à legibus destinatum, peccatores sibi fatagentes acquirunt. Individuus comes iniquitatis est pœna, quam emittitur voluntas consensu gravida. Pœna, quia dura, remittur : iniquitas, quia placet, ambitur : sed cùm sint sub eodem indissolubili fune ; contrahit homo gravem pœnam cum voluit iniquitatem. Patet ergo à Deo quàm aliena nocendi voluntas, dum longè ferit à nobis iniquitates nostras. Deus clemens est, sed ignis ante ipsum præcedit. Unde cùm materia criminum, secum portet pulverem tormentarium, quicumque delinquens furiosè ad ignem accedit, uti

*Semele miserabilis ardet.* Ovid. Lactant.

*Ira in Deo materiam habet* : dixit Lactantius Firm. ubi supr. n. 1. Apposite : igitur si homo materiam iniquitatum subtrahit, ignis furoris languescit, & evanescit.

17 Sæpe Scripturæ usus, ut fulguri conferatur vindicta Dei. Deuteron. 32. *Si acuero ut fulgur gladium meum.* Psalm. 17. 15. *Fulgura multiplicavit.* Zachar. 9. 14. & passim in Apocalyps. Idem apud Profanos. Ovidius lib. 1. *Metam.* Fab. 5.

Deuter. 32. 41.

*Tunc pater omnipotens misso perfregit Olympum*
*Fulmine.*

Ovid.

Atque Horatius lib. 1. *Carm.* Od. 3. v. 40.

*Iracunda Iovem ponere fulmina.*

Horat.

Vide plura apud Vincentium Chartar. de *Imag. Deor.* fol. 108. Modò igitur intelliges, quo pacto ira Dei habeat materiam, & peccatores sibi quærant iniquitatum vindictam.

Iuxta Aristotelem lib. 3. *Meteor.* cap. 1. fulmen nihil aliud est, quàm exhalatio densior, orta ex vaporibus emissis à terra, & elevatis in aëra, quæ quidem accenditur per calorem nimium, ex agitatione conceptum. Hinc rupta nube fulmen volucre in stragem tangit, unde materiam accepit. Aliter intra n. 20. cogitabo. Fulgure terra quatitur, sed materia fulguris est e terra. Cœlum vaporum nihil habet, queis fulmen in terras iaciat ; ipsa terra in sui cladem vaporibus subministrat. Ideo si abessent à tellure vapores, fulmina haudquaquàm persequerentur mortales. Pater quòd hominum malitia quærat sibi, & construat mala : equidem ira Dei non exerceret vindictam, ni iustitiæ eius paracta crimina subministrarent materiam. Ascendunt utique uti densi vapores in cœlum iniquitates : & quæ ascenderunt scelera, descendunt fulmina ; quoniam materia vibratorum fulminum, aliunde haud sumitur, nisi ab officina iniquitatum : cœlum etenim non habet, aliundè quærit, dum fulmina mittit. Unde peccatores studentes furiosè illicitæ voluptati, crimina extollunt in instrumenta supplicij.

*Sibi per se ipsa nocent.*

*Angitur dum angit.*

*Quia boni num sup-plicium ab ira alienum.*

*Materiam vindictæ fulminis præstant.*

18 Priusquàm alia acumina in præiacta auctoritate delicemus, alius instat quam feliciter occursus. Præmissis tot tribulationibus in iudicium hominum universale, *Tunc* (ait Assertor N.) *videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate.* Haud novum in paginæ foliis Sacræ, quòd ius dicturus construat solium ex nube. Ut contererentur simulachra Ægypti per Dominum advenientem, iuxta vaticinium Isaiæ, ascendit *super nubem* : atque ut in vindictam leviorem exhiberet vehiculum, posuit *nubem ascensum*. Sit. Verùm quare ? Nonne thronus glorioſior ex alia cœlesti materia, maximè si è throno procedebant & fulgura & tonitrua ? Nulla sanequàm aptior, ut exprimatur & peccatorum, & iustitiæ furor. Nubes vapor est elevatus à terra, in qua materia fulminum etiam elevatur inclusa : & super nubem iudex sedet, bellum indicens iniquitati : quoniam thronum fabricant peccatores quiescenti in cœlo iustitiæ. In nubes, ubi fovetur futura materia fulminum, commutati sunt iniqua cogitatione vapores iniquitatum : flatu arrogantiæ, & continua conscientiæ agitatione, intendunt improbi exhalationes accendere : atque in nube sedebit iudex, cùm venerit iudicare ; quippe quæ miserunt sursùm uti vapores peccata, retorquentur in illos tanquàm fulmina.

Isai. 19. 1.

Psalm. 103. 3.

*Crimen quomodò fulmen?*

19 *Tunc videbunt* inquit. *Tunc*, quippequàm pridem non viderant : tunc que videbunt tot fulmina in iustitiæ throno pro vindicta fovisse, quot crimina commisere, *Tunc videbunt*. Quid ? *Filium hominis*. Integerrimum videlicet iudicem, quem sprevernunt elementem benefactorem. Tunc videbunt in nube fulgida, sede lucida, quantis pateant tormentis sæculi scandala. Vapor qui incubat terris, non nubes, sed caligo est : fulmina tantùm gignit, qui sursùm sit : & tunc videbunt virtutem fulminis, qui insipienter gloriantur in maleactis : igitur tunc

Ibid.

*Scandalum, quàm grave delictum.*





fulmina sunt in ruinam malefactorum, dum crimina, vaporum adinstar, tolluntur in altum. Vapor iniquis videtur levis, quælibet cogitatio iniquitatis. Quod fulmina producant sua scelera non percipiunt, nec intelligere volunt ; verùm vexatio dabit renuentibus intellectum : siquidem dum fulmina demittuntur deorsùm ; tunc videbunt, quid sint scelera sursùm. *Quando hæc erunt* ? Dixerunt discipuli, & tunc Dominus iudicium præsignavit. Aptè quidem, ut peccatores revocarentur ad mentem. Modò fulmen ex criminibus fit, verùm non cognoscunt hoc : venient in novissimis diebus universale iudicium, & quod illos modò latet, tunc videbunt.

Matth. 24. 3. *Omnia inscientes, quoniam mala subitò ferunt.*

20 Iam ergo auctoritatem Deuteronomij referare, pretium opere. *Si acuero ut fulgur gladium meum.* Gladius hieroglyphicum patet iustitiæ. Cur nem non fulmini, sed fulguri acies eius iustitiæ respondet ? *Fulmen dicitur* (ait Seneca lib. 2. *Natur. quæst.* cap. 57.) *quum ignis emittitur, fulgur autem, quum ignis tantùm ostenditur.* Vide etiam Plinium lib. 2. cap. 49. Consideratam quàm duleis, vel cùm rectus Dominus ! quandoquidem non ut fulmen, sed ut fulgur pro vindicta gladium acuit ; quippe non quoties peccant homines sua fulmina mittit.

Deuter. ubi sup.

Senec. *Deus multoties ne castiget, terret.*

Alij ergo fulgur pro fulmine accipiunt : sed inquirendum, cur ira Dei fulmini meditanter confertur, ubi gladius in internecionem inimicorum acuitur ? Dicam aliter ac supra, ut sciant peccatores sibi parare flagella. Vapor, ex quo nubes genitrix fulminis, vi solaris caloris in secundam trahitur regionem aeris. Unde cùm exhalatio calida sit, ac ibi frigidus aër semper fleti vapores calidi per antiperistasim frigorem contrarium suglentes, reconduntur in abdita nubis, magisque in sui conservationem uniuntur, quo magis ab oppositis urgentur ; quousque collisione ignescentes, & densiora nubis in lapidem commutantes, concepta flammâ, ruptâ custodiâ, aëra quatiunt, terras concutiunt, & flagrant, quascunque tangunt maximè si ignis virtuti resistunt : qui quidem vapores fulmina haud essent, ni in nube frigora comprimerent, ut ignescerent ; & hinc usque in cœlum mitterent. Ecce claret quam apte vindicta Dei similis fulguri, ubi instè sumit pœnas de peccatore : igitur fulgura in illum minimè mitteret, ni frigore cordis ut generetur, ut ignescceret : quandoquidem ignis quem vibrat iustitia Dei in prævaricatoris resistentis pondus, vel ex nube quam in ruinam, sibi fecit, exit omninò compulsus. Com-

*Causa fulminis quæ.*

*Cur fulmini similis vindicta iustitiæ Dei.*

pulsus: & quia ignis, qui sursùm, trahit transgressor in vindictam deorsùm; & quia Deus non habet in peccatoris supplicium, ni quod peccator ministravit instrumentum.

21 Succinit SS. Patriarcha N. illustrissimus in cunctis, Benedictus. *Irritatus malis nostris nequissimos servos perpetuam tradat ad pœnam.* Ita *Prolog. in Regul.* Ignis furoris spe emendationis extenditur: in fulmen tendit, ubi cordium frigiditate comprimitur: & ut Monachus in sceleribus comprimatur, etiam dum expugnatur illecebris; monet, ne Deus irritetur malis nostris: siquidem mala nostra convertit in fulmina, ac remittit in ultionem mala nostra. Intende in sententiam Dei. *Si acuero ut fulgur gladium meum, his qui oderunt me, retribuam.* Non tribuam, sed *retribuam*, ideſt, restituam: quid enim accepit? Iniuriam? Non enim facit, dum corripit. Pœnam? Expers est. Ultionem? In illo iustitia fit. Quid ergo? Crimina ipsa fulmina facta: igitur restituit ut fulmina, quæ in cœlos homines commiserunt scelera.

*Irritatus malis nostris.* S. Bened.

*Nostra mala nocent nobis.* Deuter. ubi sup.

——— *Fecimus cœlum nocens.*
*Ignes auget astiferi Canis Titan.* Senec.

Dixit Seneca in *Oedip.* Act. 1. v. 36. Cœlum utique nobis benignum, & malis nostris irritamus cœlum: igitur ignis auget, dum mittimus ignes; qui quidem pietate languescerent, ni peccatores studiosè flarent.

22 Illustre pro instituto sese offert testimonium. *Ego* (ait Dominus) *iratus sum parùm, ipsi verò adiuverunt in malum.* Alius ineſt literæ sensus, de quo aliàs. Deus offensus, est iratus; sed parùm est iratus, licèt nimis offensus. Quomodò qui passuri, precibus non declinarunt, sed Deum vindicem ipsi in malum adiuverunt? Gravis manus Domini, ut placeat ictus. Zachar. 1. 15.

*Cœlestis ira quos premit, miseros facit: Humana nullos.* Senec.

Cecinit qui supr. in *Herc. Oetæo.* Volunt ne miseri esse? Volunt, dum fovent declinabile malum. In formatione fulminis, claritas coruscabit expositionis. Diximus calidam illam è tellure missam exhalationem, ni comprimeretur, esse nequire fulmen; quoniam ex oppressione ab oppositis, in nube tantum concipitur ignis. Ita ergo fit in peccatis. Vapor ascendit, & Deus ne alius ascendat, indulget: nihilominùs ascendit alius, & densus; quo Deus, licèt non multùm, manet iratus. Meditatur flagellum, sed suave, propter se, & in obsequium clementiæ. Insistunt tandem peccatores, comprimentes furoris ignes; qui profectò non essent, nisi oppositis comprimerentur. Causa, esto levi pœnâ, peracta. Imminebat è cœlo vindicta: at dum peccatores effugere debebant supplicium; irratum iudicem adiuverunt in malum: quippequàm ignis in nube pectoris fotus in pœnam levem, frigiditate oppositâ cordium subitò egrediturfulmen. Perperàm intenderet, ubi præ mititate cordis minuere tormenta cogitavit. Vividè anima apud Herm. Hugon. ubi supr. Deum affatur.

*Et adiuvamus in mala.*

*Quæ pœnas ob cleinentiam levis, & nubes fit gravis.*

*Pauca tamen pro me, vel pro te (quod magis optem)*
*Ne tua fers etiam, sit mala causa, loquar.*

Herm. Hug.

Sanè pro Deos etiam dum pro se ab ipsa defenditur clementiæ causa, ut pateat quam longè à Deo uti violenta, vindicta. Dicet plane sequens Didascalia.

## DIDASCALIA V.

### *Verè & facùl Amor ignoscit.*

1 CEcinit Sophocles in *Antigone.* Iure quidem: Qui nescierit ignoscere, discat amare: igitur, ut ait Seneca in *Hercul. OEtæo.* Act. 2. v. 355. licèt incandescat de læsa maiestate pectoris furor,

*Perdit vires amor.*

Sophocl.

Seneca. *In corde amantis facilis indulgentia criminis*

Meritò dicitur pondus: etenim non solùm adstringit manus, sed etiam pectus. Cuncta cogitatio hominis intenta erat ad malum, & iustitia Conditoris decrevit pro læsione maiestatis supplicium: at pro humani dilectione generis, decrevit tactus intimo dolore cordis. *Delebo inquit.* Et dolet? Et mœret? Facùl amor ignoscit, ubi in vindicta iusta iustitiæ pœnitet. *Iratus Pater*, quamvis *metuendus Dominus* dicitur à Protoparente Benedicto in *S. Regul. Prolog.* Quantumvis iratus pater, pater. Non tantùm illius (apud Manil. lib. 5. v. 318. ut servaret hominem, & fagittis confoderet serpentem iniquitatem)

Genes. 6. 7.

S. Bened. *Amat Deus, & dum iudicat.* Manil.

*Ars erat esse patrem: vicit natura periclum,*
*Et pariter iuvenem somnoque, & morte levavit.*

Verùm, si ne transeat oratio, nubem opponit crimen; *Advocatum habemus apud Patrem.*

1. Ioan. 2. 1.

2 Cœterùm qua via amor facile ignoscit, si mundo tunc non pepercit, neque in novissimo parcet? Vigilanter nescio quis (quanvis carmina tribuantur Manilio, in quo nec legi nisi primum hexametrum, lib. 4. *Astronom.* cap. 5. v. 17.) in audaciæ terrorem expressit:

*Quid fit in universali Iudicio?*

*Quanta & pars superest rationem discere noctis?*
*Quæsitor scelerum veniet; vindexque reorum,*



*Qui commissa suis rimabitur argumentis:*
*In lucemque trahet facitaque licentia fraude.*
*Hinc etiam immitis tortor, pœnæque minister,*
*Et quisquis verò fuerit, culpamque perodit*
*Proditur, atque alto qui iurgia pectore tollat.*

Succinit etiam Seneca in *Oedip.* Act. 1. v. 44. inquiens:

*Prævia Iudicij calamitas.* Senec.

*Obscura cœlo labitur Phœbi soror,*
*Tristisque mundus nubilo pallet novo,*
*Nullum serenis noctibus sidus micat:*
*Sed gravis, & ater incubat terris vapor.*
*Obtexit arces cœlitum, ac summas domos*
*Inferna facies.*
*Sed omnis atas pariter, & sexus ruit,*
*Invenesque senibus iungit, & gnatis patres.*
*Arsisse satis est.*

3 Procul isti Profani: sacer enim Olor (volupè transcribo, quæ reliqua *Tom. 1. Tautolog. 5. Didasc.* 2. n. 5. desiderabantur carmina, quia non ibi, sed hic opportuniora.) ita expresit; ut nihil tale in Apollinis antro Sibylla, dictante Phœbo, carmine pangat. Intende, artemque, acumenque mirare.

*Descriptio Iudicij universalis.*

VErba Iudicij, concusso
Calamo, gravi terrore,
Timido procedant ore,
Corde dolore percusso;
Igne de cœlo decusso,
*Dies iræ, dies illa*
*Solvet sæclum in favilla:*
Polus ardorem subibit,
Mundi machina peribit,
*Teste David cum Sibylla.*
Mare motum non silebit:
Sol obscurabitur, unà
Sanguini concolor Luna;
Valde minax apparebit:
Hinc intelligi valebit
*Quantus tremor est futurus,*
*Quando Iudex est venturus*
Fronte rigidus irata,
Ab hominibus patrata
*Cuncta strictè discussurus.*
Ut iudicium fiat serio
De singulis creaturis,
Quæ iacent in sepulturis,
Subditæ mortis imperio;
Angelorum ministerio
*Tuba mirum spargens sonum,*
*Per sepulchra regionum*
Mortuos iam diù resolutos,
In hanc aram restitutos,
*Coget omnes ante thronum.*
Hálitu vlrescet sumpto
Rursùs humana propago,
Et Dei consurget imago
Ex cadavere consumpto:
In corpore resumpto:
*Mors stupebit, & natura,*
*Cum resurget creatura,*
E fomno ferreo excitata,
Secundùm interrogata
*Iudicanti respondura.*
Omnis caro pendens filo,
Tam pessima, quàm proficua,
Reddetur cunctis perspicua,
Reproducta quasi ex nilo:
Clarus enim suo stylo
*Liber scriptus proferetur,*
*In quo totum continetur,*
Cuius sigillis apertis
Numeris conflabit certis
*Unde mundus iudicetur.*
In loco stabit glorioso
Crux, quando reddetur ratio;
Ut nulla sit excusatio
Vel leviter criminoso:
In solio verò ollentoso
*Iudex ergo cùm sedebit,*
*Quicquid latet, apparebit*
Eius iussu reseratum:
Nihil non verificatum,
*Nil inultum remanebit.*

4 Ergo tunc videbunt cuncti filium hominis, in solio glorioso nubis, ac iudicis maiestatem; præut ingesserit maiestas reverentiam, vel timorem. Libri aperientur conscientiæ, uti interpretatur Bernardus de *Converſ. ad Cleric.* cap. 2. Conscientiæ appositè libri, qua sine glossa affectionum, legetur clare textus voluntatum. In mundo voluntatis liber abditur sigillatus, vel quia obscura cognitio, ut legantur in pectore voluntates; vel quia, etsi cor pelluceat verbis, oculos fugiunt varietate lucis. Hic pectoris libri aperti. Amor, amor: odium, odium; quæ distinctum efformabunt intuitum: quandoquidem videbitur etiam iudex divertimodè; quippe videbunt vel odio, vel amore. Iam acta causarum examinata. Qualis iudicis sententia? Perpetuæ felicitatis, vel damnationis. O momentum! Non corvatur in throno virga iudicis, & urget conscientia in senaculo pectoris. O momentum! Non est patronus pro humana fragili, miserabili natura, antequàm fulminetur sententia? Est quidem. Quis, vel quæ? Dei Omnipotentis Iustitia. O felicitas hominis, ubi delinquentium accusatrix Iustitia sequitur partes! Hispan. *Què felices son los hombres, pues tienen de su parte los Fiscales!* Audiatur igitur sententia iustitiæ in huiusmodi quæstione, & quo fulciatur informatio iure, vel lege.

*Voluntas humana in iudicio Dei nuda.*

5 Haud creperum Deus ultionum, quòd

pulsus: & quia ignis, qui sursùm, trahit transgressor in vindictam deorsùm; & quia Deus non habet in peccatoris supplicium, ni quod peccator ministravit instrumentum.

21 Succinit SS. Patriarcha N. illustrissimus in cunctis, Benedictus. *Irritatus malis nostris nequissimos servos perpetuam tradat ad pœnam.* Ita *Prolog. in Regul.* Ignis furoris spe emendationis extenditur: in fulmen tendit, ubi cordium frigiditate comprimitur: & ut Monachus in sceleribus comprimatur, etiam dum expugnatur illecebris; monet, ne Deus irritetur malis nostris: siquidem mala nostra convertit in fulmina, ac remittit in ultionem mala nostra. Intende in sententiam Dei. *Si acuero ut fulgur gladium meum, his qui oderunt me, retribuam.* Non tribuam, sed *retribuam*, ideſt, restituam: quid enim accepit? Iniuriam? Non enim facit, dum corripit. Pœnam? Expers est. Ultionem? In illo iustitia fit. Quid ergo? Crimina ipsa fulmina facta: igitur restituit ut fulmina, quæ in cœlos homines commiserunt scelera.

*Irritatus malis nostris.* S. Bened.

*Nostra mala nocent nobis.* Deuter. ubi sup.

——— *Fecimus cœlum nocens.*
*Ignes auget astiferi Canis Titan.* Senec.

Dixit Seneca in *Oedip.* Act. 1. v. 36. Cœlum utique nobis benignum, & malis nostris irritamus cœlum: igitur ignis auget, dum mittimus ignes; qui quidem pietate languescerent, ni peccatores studiosè flarent.

22 Illustre pro instituto sese offert testimonium. *Ego* (ait Dominus) *iratus sum parùm, ipsi verò adiuverunt in malum.* Alius ineſt literæ sensus, de quo aliàs. Deus offensus, est iratus; sed parùm est iratus, licèt nimis offensus. Quomodò qui passuri, precibus non declinarunt, sed Deum vindicem ipsi in malum adiuverunt? Gravis manus Domini, ut placeat ictus. Zachar. 1. 15.

*Cœlestis ira quos premit, miseros facit: Humana nullos.* Senec.

Cecinit qui supr. in *Herc. Oetæo.* Volunt ne miseri esse? Volunt, dum fovent declinabile malum. In formatione fulminis, claritas coruscabit expositionis. Diximus calidam illam è tellure missam exhalationem, ni comprimeretur, esse nequire fulmen; quoniam ex oppressione ab oppositis, in nube tantum concipitur ignis. Ita ergo fit in peccatis. Vapor ascendit, & Deus ne alius ascendat, indulget: nihilominùs ascendit alius, & densus; quo Deus, licèt non multùm, manet iratus. Meditatur flagellum, sed suave, propter se, & in obsequium clementiæ. Insistunt tandem peccatores, comprimentes furoris ignes; qui profectò non essent, nisi oppositis comprimerentur. Causa, esto levi pœnâ, peracta. Imminebat è cœlo vindicta: at dum peccatores effugere debebant supplicium; irratum iudicem adiuverunt in malum: quippequàm ignis in nube pectoris fotus in pœnam levem, frigiditate oppositâ cordium subitò egrediturfulmen. Perperàm intenderet, ubi præ mititate cordis minuere tormenta cogitavit. Vividè anima apud Herm. Hugon. ubi supr. Deum affatur.

*Et adiuvamus in mala.*

*Quæ pœnas ob cleinentiam levis, & nubes fit gravis.*

*Pauca tamen pro me, vel pro te (quod magis optem)*
*Ne tua fers etiam, sit mala causa, loquar.*

Herm. Hug.

Sanè pro Deos etiam dum pro se ab ipsa defenditur clementiæ causa, ut pateat quam longè à Deo uti violenta, vindicta. Dicet plane sequens Didascalia.

## DIDASCALIA V.

### *Verè & facùl Amor ignoscit.*

1 CEcinit Sophocles in *Antigone.* Iure quidem: Qui nescierit ignoscere, discat amare: igitur, ut ait Seneca in *Hercul. OEtæo.* Act. 2. v. 355. licèt incandescat de læsa maiestate pectoris furor,

*Perdit vires amor.*

Sophocl.

Seneca. *In corde amantis facilis indulgentia criminis*

Meritò dicitur pondus: etenim non solùm adstringit manus, sed etiam pectus. Cuncta cogitatio hominis intenta erat ad malum, & iustitia Conditoris decrevit pro læsione maiestatis supplicium: at pro humani dilectione generis, decrevit tactus intimo dolore cordis. *Delebo inquit.* Et dolet? Et mœret? Facùl amor ignoscit, ubi in vindicta iusta iustitiæ pœnitet. *Iratus Pater*, quamvis *metuendus Dominus* dicitur à Protoparente Benedicto in *S. Regul. Prolog.* Quantumvis iratus pater, pater. Non tantùm illius (apud Manil. lib. 5. v. 318. ut servaret hominem, & fagittis confoderet serpentem iniquitatem)

Genes. 6. 7.

S. Bened. *Amat Deus, & dum iudicat.* Manil.

*Ars erat esse patrem: vicit natura periclum,*
*Et pariter iuvenem somnoque, & morte levavit.*

Verùm, si ne transeat oratio, nubem opponit crimen; *Advocatum habemus apud Patrem.*

1. Ioan. 2. 1.

2 Cœterùm qua via amor facile ignoscit, si mundo tunc non pepercit, neque in novissimo parcet? Vigilanter nescio quis (quanvis carmina tribuantur Manilio, in quo nec legi nisi primum hexametrum, lib. 4. *Astronom.* cap. 5. v. 17.) in audaciæ terrorem expressit:

*Quid fit in universali Iudicio?*

*Quanta & pars superest rationem discere noctis?*
*Quæsitor scelerum veniet; vindexque reorum,*



*Qui commissa suis rimabitur argumentis:*
*In lucemque trahet facitaque licentia fraude.*
*Hinc etiam immitis tortor, pœnæque minister,*
*Et quisquis verò fuerit, culpamque perodit*
*Proditur, atque alto qui iurgia pectore tollat.*

Succinit etiam Seneca in *Oedip.* Act. 1. v. 44. inquiens:

*Prævia Iudicij calamitas.* Senec.

*Obscura cœlo labitur Phœbi soror,*
*Tristisque mundus nubilo pallet novo,*
*Nullum serenis noctibus sidus micat:*
*Sed gravis, & ater incubat terris vapor.*
*Obtexit arces cœlitum, ac summas domos*
*Inferna facies.*
*Sed omnis atas pariter, & sexus ruit,*
*Invenesque senibus iungit, & gnatis patres.*
*Arsisse satis est.*

3 Procul isti Profani: sacer enim Olor (volupè transcribo, quæ reliqua *Tom. 1. Tautolog. 5. Didasc.* 2. n. 5. desiderabantur carmina, quia non ibi, sed hic opportuniora.) ita expresit; ut nihil tale in Apollinis antro Sibylla, dictante Phœbo, carmine pangat. Intende, artemque, acumenque mirare.

*Descriptio Iudicij universalis.*

VErba Iudicij, concusso
Calamo, gravi terrore,
Timido procedant ore,
Corde dolore percusso;
Igne de cœlo decusso,
*Dies iræ, dies illa*
*Solvet sæclum in favilla:*
Polus ardorem subibit,
Mundi machina peribit,
*Teste David cum Sibylla.*
Mare motum non silebit:
Sol obscurabitur, unà
Sanguini concolor Luna;
Valde minax apparebit:
Hinc intelligi valebit
*Quantus tremor est futurus,*
*Quando Iudex est venturus*
Fronte rigidus irata,
Ab hominibus patrata
*Cuncta strictè discussurus.*
Ut iudicium fiat serio
De singulis creaturis,
Quæ iacent in sepulturis,
Subditæ mortis imperio;
Angelorum ministerio
*Tuba mirum spargens sonum,*
*Per sepulchra regionum*
Mortuos iam diù resolutos,
In hanc aram restitutos,
*Coget omnes ante thronum.*
Hálitu vlrescet sumpto
Rursùs humana propago,
Et Dei consurget imago
Ex cadavere consumpto:
In corpore resumpto:
*Mors stupebit, & natura,*
*Cum resurget creatura,*
E fomno ferreo excitata,
Secundùm interrogata
*Iudicanti respondura.*
Omnis caro pendens filo,
Tam pessima, quàm proficua,
Reddetur cunctis perspicua,
Reproducta quasi ex nilo:
Clarus enim suo stylo
*Liber scriptus proferetur,*
*In quo totum continetur,*
Cuius sigillis apertis
Numeris conflabit certis
*Unde mundus iudicetur.*
In loco stabit glorioso
Crux, quando reddetur ratio;
Ut nulla sit excusatio
Vel leviter criminoso:
In solio verò ollentoso
*Iudex ergo cùm sedebit,*
*Quicquid latet, apparebit*
Eius iussu reseratum:
Nihil non verificatum,
*Nil inultum remanebit.*

4 Ergo tunc videbunt cuncti filium hominis, in solio glorioso nubis, ac iudicis maiestatem; præut ingesserit maiestas reverentiam, vel timorem. Libri aperientur conscientiæ, uti interpretatur Bernardus de *Converſ. ad Cleric.* cap. 2. Conscientiæ appositè libri, qua sine glossa affectionum, legetur clare textus voluntatum. In mundo voluntatis liber abditur sigillatus, vel quia obscura cognitio, ut legantur in pectore voluntates; vel quia, etsi cor pelluceat verbis, oculos fugiunt varietate lucis. Hic pectoris libri aperti. Amor, amor: odium, odium; quæ distinctum efformabunt intuitum: quandoquidem videbitur etiam iudex divertimodè; quippe videbunt vel odio, vel amore. Iam acta causarum examinata. Qualis iudicis sententia? Perpetuæ felicitatis, vel damnationis. O momentum! Non corvatur in throno virga iudicis, & urget conscientia in senaculo pectoris. O momentum! Non est patronus pro humana fragili, miserabili natura, antequàm fulminetur sententia? Est quidem. Quis, vel quæ? Dei Omnipotentis Iustitia. O felicitas hominis, ubi delinquentium accusatrix Iustitia sequitur partes! Hispan. *Què felices son los hombres, pues tienen de su parte los Fiscales!* Audiatur igitur sententia iustitiæ in huiusmodi quæstione, & quo fulciatur informatio iure, vel lege.

*Voluntas humana in iudicio Dei nuda.*

5 Haud creperum Deus ultionum, quòd

quòd vincas, cùm iudicaveris, quin supplantes iudicium, equidem in criminum obiectione, homo respondere non poterit unum pro mille. Meritò foves indignationem iustissimam, irritante malitia cordium magnanimam omninò clementiam; maximè dum ex auro gratiarum, sumpta materia in effigiem idolorum. Cuncta verificata: sanè, sed non ius, quòd rationem habeas tam nostri commissi, quàm tuæ naturæ. Attende, quòd te tua clementia deposcit, & in collationem propter te tantummodò urget. Ergo ubi discernis, ut decernas huiusmodi cautas; non iustam indignationem, sed nativam bonitatem in consilium adhibeas; quandoquidem in offensa, vel memoria nocua: at si nec nocet, cordis nobiliratem dedecorat: etenim ingenio tuo, peccatorum nec memoria; ut conditionis tuæ rutilet clarius stemma. Criminum non recorderis amplius, ne gravet excusabile onus. *Tabescet anima*, ubi *memor est memoria*: non tabescat, imò exultet sine eiusmodi fastidio in magnanimo pectore, terræ oblivionis tradita recordatione. Magni paret cordis insigne, oblivionis recordari. Claruit in Cæsare, uti observavit Plutarchus in eius vita. Hæc sunt Cæsaris: alia ne Iovis? Non sit tantùm gloria Profani, memoria tenax oblivionis iniuriæ. Eiusdem meriti est, servare de vita periclitantes, ac morte pœnæ viventes. Condona; igitur gratia eadem, diverso modo collata; maximopere cùm naturæ tuæ liberali congruat ex iustitia, erga mortales uti ingenita clementia. Furis?

*Patrocinium causa hominis iustitia Dei.*

*Generosi est animi, memoria oblivioni iniuriæ.*

Thren. 3. 20.

Plutarch.

*En tua se medià clementia monstrat in irâ*

*Namque meo est omnis crimine pœna minor.*

*Extra Dei ingenium est hominum supplicium.* Herm. Hug.

*Non finit ingenium tantos tibi surgere motus,*

*Quantis pro merito culpa pianda foret.*

Ita Hermann. Hug. in *Suspir. Anim.* lib. 1. *Gemit.* 6. Si misericordia super omnia; iam non clementia super, dum iustitia desuper. Ubi nunc laurea, & amplissima gloria, si corda corporaque mortalium constringit pœna? Philosophus estò falsò, 8. *Physic.* dixit; necessariam fuisse fabricam & mundi, & cœli. Si pro homine cogitasset in tua libera voluntate huiusmodi necessitatem; haberet profectò paradoxum speciem, ut locum haberet tua benigna clementia, dum objicerentur mundi commissa crimina: igitur in statera iudicij eò clementia transgressor extollit, quò laxa fragilitatis hominem deprimit. At quid, quòd te condonatio elevaret generose mansuetum, dùm ipsum *misericordia superexaltat iudicium*? Quantum & quale decus ex symbolis, dum tantus honor oritur ex oppositis? *Bonorum* nostrorum *non eges*, verùm indiges malis: indiges parta laurea clementis; nam nisi peccassent, quid tu concedere posses?

Aristot.

*Et vanique decreta iustitia, qua sunt clementia.*

Iacob. 2. 13. Psal. 15. 2.

6 *Signa* illa *in Sole, & Luna, & Stellis*, severitatis symbolis, haud indicant cœlos inclinatos in vindictam, sed mutatam iustitiam in clementiam: etenim splendor nutat, dum homo vapulat. Quid signa in Sole? *Quinque vulnera Christi*: Anton. Paduan. *Domin.* 1. *Adv.* Hæc enim signa, licet à rigore, non rigoris, sed summæ benignitatis: igitur vulnera in corpore rupit cuspide ferrum, ut in medicamen è venis abditis exiret sanguinis balsamum. Caput in cruce inclinat: ergo ad veniam peccatores vocat. Excutiatur timor cordium: habet; ut excipiat brachia expansa, pectus apertum. *Ego occidam* (ita legit Armachanus in *Quæst. Armen.*) *& ego vivere faciam*: *transfigam, & ego sanabo*: dicebat Iudex per Moysen. Occidet, qui voluit occidi, & non aliò ductus, nisi quia voluit? Tradet morti, quos morte vivere fecit? Perdet, quos proprio sanguine, venenatos sanavit? Volet affigi crucis minum acervitate, pro quibus transfigi voluit? Odisse hominem, dicetur, pro quo moritur? Si moritur, ut homo non moriatur, morietur homo? Si viscera pietatis illa mortalibus ostendunt igneum vivum, amorem; ne mortales assultim ibunt in ignem? Ne amittant vitam, libenter in lythrum amittit. Si pereunt, sanguis peribit. Fas num cogitare vel pondere ingratitudinum, pretioli sanguinis evanescere pretium? Si sustinet tormenta, quæ in improbos mittit; non removebit, quos dolores sustinet? Removebit. In iudicio *Sol obscurabitur*: in cruce *obscuratus est Sol*. Quid? Cuncta quidem apte: eadem signa in iudicio, ac in passione; quia dum cogitur corripere; cogitur iterum mori.

Paduan. *Quæ signa rigoris, sunt pietatis.*

Deuter. 32. 39. Armach.

*Quanta amoris divini demonstratio!*

Matth. 24. 29. Luc. 23. 45.

7 *Utinam dirumperes cœlos, & descenderes! A facie tua montes defluerent. Aqua arderent igni, ut notum fieret nomen tuum inimicis tuis.* Utinam cœlos dirumperes! Quàm alienum à te supplicium, exprimitur; dum cœlum frangitur. In ruinam timebit cœlum, qui experitur ita pium? Utinam dirumperes cœlos! Utinam! Sed rorando, dirumperes: equidem ut severitatis decretum rumpatur, cœlum dirumpitur. Regia tua spectatissima est cœlum. Ut prævaleat offensæ vindicta, cœli concidet regia? Cœlum cœli tibi quasi thronus excelsus: sines ne, quòd ita frangatur thronus? Si homines fulminibus punires, cœlos dirumperes. *Utinàm descenderes!* Utinàm! Et quia tui conspectus cordium mœstitudinem levaret, vel quia

Isai. 64. 1. 2.

*Cœlum semper hominibus bonis.*



*Sed Benignior Deus.*

quia tantæ cladis pœniceret. Montes deponent nativam obstinationem, si vibraverit fulmen. Plena pietatis viscera exardescerent, ubi *montes à facie tua defluerent*? Obdurescent teneræ viscera, dum liquentur durissimæ saxa? Iam sentiunt insensibilia: à facie tua dociliratem discant: recrudescet, ubi vel æra mollescunt? *Aqua arderent igni.* Prius refrigerium, quàm supplicium; vel ut ignis amoris, frigiditatem siqueat facere pectoris. Nomen tuum ex clementia amicis tuis usquequaquè magnum, sed inimicis ignotum: decidat ergo vultus alienus sublimitatis, *ut notum* hæc vel *inimicis tuis*. Hilaritas fugiet à vultu benignissimo tuo? *Stella cadent de cœlo.* Cadent (heu?) Cadent, sed (arbitror) compassione commotæ: igitur cùm in mundum grassetur adflictio, ac præ timore, & expectatione pavens arrecta homo; amplectitur generis patrocinium toto pectore cœlum.

Matth. 24. 29.

Luc. ubi supr.

8 *Erunt* utique *signa in Sole, & Luna, & Stellis.* Signa ne iustitiæ, vel clementiæ? Signa erunt quasi iustitiæ sigilla, vel signacula, quibus pietatem tuam tectetur ipsa iustitia. Signa quæ iudicij universalis, erunt etiam humani exterminij generis. Tui cordis pietas nativa: verùm cùm in hominem sit eiusmodi causa; signacula dicuntur, quæ apertias futura signa: igitur ita in tuo pectore hominum peregrinum supplicium, ut poscas futuri, & signatum testimonium. Constituit in plectendis, huiusmodi cogitationem tui cordis ingenita pietas; quia *continebis in ira tua misericordias tuas.* Macte fortunâ. Animo corda ne cadant. Erigamur in spem bonam: si sunt pietates vel acerrimi dolores, quid pietates?

*Pietatem Dei testatur ipsa iustitia.*

Psal. 76. 10.

9 Arcum posuisti post diluvium inter cœlum, & terram in signum fœderis, ac clementiæ: & te Ioannes vidit, iride coronari. Indicat iris, sedes tua ex tunc, in varietate colorum, pulchritudinem variarum tuarum remidentium pietatum. Haud minoris gloriæ æstimatur clementia; si ex iride pietatis fabricatur corona. Corona est iris, qui semicirculus versùs cœlum, promittit serenitatem, ne aquæ tribulationum absorbeant naufragum hominum. Arcus est, quem cogitavit amor; sed deficiebant dolores sagittæ, quæ is rumperent in cœlo pectus elevatæ clementiæ: at cùm viribus proprijs, etiam sagittis haud penetrarent cœlum; ut potierentur voto, cœlum ipsum clementer exhibuit arcum. Si versùs terram iridis tenderetur semicirculus; squatereturiore formidine pectus, ob parratum audacissimæ peccatum; etenim verum, *Arcum suum tetendit*, & *parabit illum*: timor, & tremor non sine ratione; quippe tagittæ potentis accutæ. Verùm cùm versùs cœlum erigatur huiusmodi semicirculus; longè ab hominibus, *ut fugiant à facie arcus.* Profectò in iniquos fulminat, cæterum non quoties tonat.

Genes. 9. 13. Apoc. 4. 3.

*Deum coronat clementia.*

Psal. 17. 13.

*Et exhibet arma, ut exagitetur cœli misericordia.*

10 Quondam enim, Princeps pacis, dum ex *ore tuo gladius utraque parte acutus exiret, præcinctus erat ad mamillas zonâ aurea.* Petebat in gladio tibi est, & tibi Domine misericordia: iniquidem cùm pectus sit thesaurus pietatum; ut nanciscantur homines, zona aurea designas locum. Iudex cum gladio in visione pares, & clemens etiam dum iudex. Causa criminum provocat vel amorem in vindictam: & thronus pietatis, pectus, pro signo habet zonam auream: quoniam intendit, ut egrediantur pietates, quòd pectus habeant arcum habentes. Offendere pectus sagittanti peccatori, provenire quibit ab ira, vel à charitate? Iriam gladius ab ore procedens, est sine umbone. Leviter se defendit, qui ita gladium fixisse. In ore gladius, vel manu?

Apoc. 1. 13. 16

*Signat qui ingrediantur terminos in terram pectoris.*

*Cur mihi perpetuo contra aliena fave Duello,*

*Cui gladiator ego, cuique lanista fores?*

*Dextra fugam fulmen, quamvis vibrata remisit,*

*Tensaque pro gladio lenis oliva fuit.*

Herm. Hug. ubi supr.

In ore tenidet gladius, quia verbo eius interfectus impius. Ex manu ad os translitit instrumenta vindictæ. Inflat pietas, at parit gratiam venia: quandoquidem vel in oris sententia, dum signat pectus: non habet umbonem, quo protegatur vel in ultrice gladius. In mundo gladius acies simplicis ignaræ rutilat supremæ potestatis (Vide Pier. Valer. lib. 42. cap. 61. & 68. & Oroze. lib. 3. *Eutrop.* 30.) in cœlo duplici acie conitat; ne qui exerit, percutiatur, cùm apprehendat. Dupliciter acutus erat gladius: ita persisteret cote criminum acutus; sed aciem proticindentis severitatis habetavit in obsequium aciei amoris. Hinc in manu, gladij loco, septem stellæ. Signa sulserunt infigioris iudicij: igitur summa gloria, ac splendor resistentis in throno, quòd condonetur iniuria, non quòd condemnetur noxa. Nobile nonnumquam pectus cordis clementis, sed regium plane succurreze lapsis.

*Gladius emblema supremæ potestatis.* Pier. Val.

*Dei gloria quòd existentur iniuriæ.*

11 Apud te, creator omnium, est fons vitæ. In lumine tuo non videbimus lumen? Sentit amicorum vulnera quisquis amat. Potestas Principi data est ad salutem, non sine dedecore ad populorum cruciamen: & non minus clementia Principem ornat, præfectus si ad ipsius iniuriam privatim actineat. Egressi sunt in aqua è pectore tuo multi populi, uti indigni habitationis; sed ut re-

Psalm. 35. 10. *Quarta Christi sententia fugien.*

Ioan. 19. 34.

ver-

vertentur, quærens illos, exivit & sanguis. Fractum est cor hominum, tanquam vas figuli: evacuant objectionem cum ipsa fragilitate. Amitta est forma, non materia; coapter, conformer, & solidet gratia. *Conversus facies vas alterum*, si deformatum figmentum; maxime dum cognoscis debilissimum, quod materia hominum. *Sudor* tuus in horto *sicut gutta sanguinis decurrentis in terram*. Profectò ipsa agonia est curarum levamen. Non sat, quòd homines sint terra in exultationem? *Adversus* hominem *erat chirographum*, atramento scripsimi deformatum criminum. Refugiet pectus thronus clementiæ, ubi omnes literas dealbaverunt in sanguine? Non est apud te *liber* mortis, sed *vitæ* vere vitalis. Deleantur ne de libro viventium, ut cum iustis non scribantur? Fulmen emblema eli in mundo pietatis Principum. Adeundi Pier. Valer. lib. 43. cap. 31. & Villav. in *Symbol. Spirit. 32.* Quid? Exultabitur in cœlo, quod quiescit in mundo? Fulmen potius testatur munera excelsæ pietatis, quæ arcet fulmina, ne mittat indignatio furoris. *Mittes fulgura, & ibunt*, sed sine fumo ruinæ *reverentis, dicent tibi: Adsumus.* Haud reverentur, nisi in stragem mittantur. Tormenta prometerentur crimina; sed pietas ligat tormenta. Si *delitiæ tuæ homines*, ubi deliciæ?, *Opera manuum tuarum ne despicias*: quatuis abeeraverunt propter bellum agri, oves tamen pascuæ tuæ. Quamvis in opere evanuit figuati lumen tui pacatissimi vultus, evanuit opus: Delera penitus similitudo, verum permanet imago: quia imagines devenustarunt officinæ, non erunt fax. Dum subscripsit imperator homo sententiam capitis in hominem, crimine deposcente, lege virgine, tremente corde, percutto pectore, ploravit. Si ille ploravit, tu decernes severè? Ploravit, sed subscripsit dicens: *Necesse est, condatore naturæ, & legibus suffragari.* Ita Eralm. in *Apophthegm.* lib. 6. Seneca lib. 2. de *Clement.* cap. 1. & Sueton. Trang. in *Neron.* cap. 10. Numquid sicut dies hominis dies tui? Nihil agere inter quis humanus Imperator extra legem: tu altera legem, & tamper iuxta, quia tua voluntas potentia. Certavit ibi lex, certavit pietas; ecia lite & anceps voluntas: cæterum lex vallide vicit pietatem. In te Domine universorum, crimina non habent dispensationem?

*Non satis est, culpam fassas tibi reddere palmas,*
*Crimineque suo tristia promeruisse tuam?*

*Esse manus ultrò supplex tibi porrigo venias:*
*Culpa tamen nullis digna parcetur!*

Jerem. 18. a. *Figulus sat.* Luc. 22. 44.

Colos. 2. 14.

Apoc. 20. 12. *Fulmen emblema clementiæ.* Picis. Vil.

Job. 38. 35.

Prov. 8. 31. Ps. 137. 8.

*Quam propera Principis clementia!*

Eralm.

Hug. ubi sup.

*Quis tibi vir faciami? Vis tradi pectus in ensis? Hostia criminibus substituenda meis.*

Quamvis non dederis, tamen petuitre rogari. Silent labia: at secunda gementi materia est, dicitte nihil: nimiumque fœtura causa petit, quod lingua tacet. Tacent labia, verum corda vociferantur pro venia. Si incendunt pectus fetidillæ dulcissimi amoris, deerit tibi flamma pietatis? Nemini magis congruit, quàm tibi: fudeas ergo criminum indulgentiæ: siquidem

*Quo quis est major, magis est placabilis iræ;*
*& facilis motus mens generosa capit.*

Dixi. Veritas delictorum de terra orta est, & iustitia de cœlo prospexit. Quid fiet? Misericordia & veritas obsecabunt tibi? Videbimus Didasc. sequenti.

Petilo Dei.

Ovid.

## DIDASCALIA VI.

### *Nihil facilius, quàm Amor recrudescit.*

Mala causa adversatrice clementiæ.

1 TEstatur Seneca *Epist. 69.* Delicatulus est. Levi vento friget, frequentia alget, & pectoris flamma frigiditate riget.

Seneca.

*Magnus dolor, iratus amor est.*

Ait idem in *Hercul Oetæo.* Act. 2. v. 491. igitur locus, quem in præcordiis occupavit flamma, replet furore iracundia. Sagittas amor emittit blandè, recipit dirè; temperque molesta infixa cordi fagitta: agre utique toleret, quoutique in factorem vehementiori impulsu stomachatus excutiat. Et pectus libenter obsequitur: attamen si irritatur,

Idem. *Magnum amor iratus amor.*

—*Quatit ætherios flammeatus Iupiter orbes,*

Hetm. Hug.

*Et tacit accensa tela trisulca manu.*

Dicit apte Hermann. Hug. lib. 1. *Desider. Anim. Gemit.* 12. Si abdicitur indulgentiæ perperam tuta nec mare, nec tellus, nec lustra, nec antra, nec altra. *Deleba inquit hominem.* Et dolore tactus? Deleba sane quamvis tactus dolore. Ultrò indulsi, nec respuit pietate. Rebellis persistit? persistat minimine parcam; Ira amor excandet? Nihil facilius, quàm ille in pectore recrudescit. Quam opportunè SS. Benedictus in *Prolog. S. Regul.* dicit de districto iudice: *Iratus pater suscipiendus dominus*: igitur non ita metuendus dominus, quàm pater iratus. *Habemus* nè *apud Patrem paracletum*: verum non est etiam apud Patrem acceptio personarum.

Divina clementia ultimatiq; Dei pro hominum in excusabili pœna.

Genes. 6. 7. *Iure merito dicidat pater iratus.*

S. Benedict.

1. Ioan. 2. 1.

2 Videamus ergo quid respondet causidicus contrarius in huiusmodi causa, ut rite & rectè a iudice proferatur sententia.

Quis



Quis igitur causam agit? Divina clementia. O inexcogitabilis mortalium fortuna! Clementia? Quæ fama modò venit ad aures? Clementia? Passa est similes ipsa dolores? Clementia? Clementia: extorquetur in lite ab accusatore palma.

Seneca: *Iam vaga cœla sidera fulgens*
*Aurora fugat. Surgit Titan*
*Radiante coma, mundoque diem*
*Reddit clarum.*
*Iam nocte pulsa, effulsit dies,*
*Et nube mœstum squallida excoritur iubar,*
*Lumenque flammâ triste lucifera gerens,*
*Stragemque, quam nox fecit ostendit dies.*

Ex Senec. in *Octavia*, Act. 1. v. 1. & in *Oedip.* Act. 1. v. 1. Clementia in causa hominum, & pro causa? Quid clementia, si pro venia peroravit iustitia? Proh miseri homines! Adversarios igitur habetis auspices. Haud spectabitis clementiam Minervam, sed Bellonam. Libri qui apperti, sigillentur illico: igitur eisdem textibus quibus ius hominum protulit divina iustitia, contrarium astruet despecta misericordia; ut sciant, esto sero, haud purgatis obiectis, esse examinatam causam, ubi iudicem lacessit advocatus hominum in vindictam. Audite pro vobis, & in vos allegationes legum, ut tinniant præ dolore tympana aurium.

3 Haud aneeps (Misericors, clemens, patiens, multæ miserationis, ac verax Domine) hominum cogitatio de tua nativa benignitate; etenim ex conniventia, inolebit in summum cordium audacia. Iudex censeretur profectò in causis crudelis, immemor omninò hominum fragilitatis; quandoquidem ex iure, & in iure raro fas, quod summum ius: cæterùm si ex indulgentia criminum fovetur ignis obduratonis cordium, & quia pietas pepercit, scelus malitia studiosè geminavit; si quia comedisti populorum peccata, usque ad nauseam stomachum irritarunt scelera; si quia parcis, rogant pro criminum pœnis, & crimina prosequuntur, quia misericors parcis; si ex propensione compassionis in fragilitatem humani generis, fit tritior via iniquitatis; si quia respicis hominem, maximè flentem, & non flentis transgressionem, desipicitur Conditoris maiestas, & auctoramen; si ex quibus formido, dum ostenduntur indignationis signa, crescit audacia, & minimè timent fulmen eiaculatum, etiam audientes tonitruum; si ita procaciter delinquens persistit animus; in te iustitia, & ego idem profectò sumus: si iustitia, ut ignoscas hominibus, converitur in clementiam; ut dispardas & dissipes, convertar ego in iustitiam.

*Sat tua nota quidem gemino clementia milde,* Herm. Hug.
*Blâdaque, & in pœnas est tibi lenta manus.*
*Nec sibi decretam velit ullus demere multam,*
*Arbiter ut proprij criminis ipse foret.*
*Nil quamvis miseris bonus es, veniamq; paratus,*
*Aut omen in fontes, iure severus agas.*

Ita Herm. Hug. ubi supr. *Gemit.* 10. Sis igitur memor officiosæ quondam oblivionis; ut prævaleat memoria, quod indulseris peccatis, & quotiès indulseris. *Memor sis memoria*, ut luant scelera; quamvis *tabescat anima.* Attende, quòd te tua clementia deposcit, ac in furorem urget. Sumat pœnas despectæ maiestatis auctoritas. Ergo ubi discernis ut decernas huiusmodi causas, pro iusta indignatione ipsam clementiam in consilium adhibeas: igitur eiusdem meriti est, & servare innocentes, & corripere nocentes. Hæc sunt vel profani Cæsaris: alia ne Iovis?

Threni 3. 20.

*Gloria iudicis, servare innocentes, & punire nocentes.*

4 Quod moritur sponte, moriatur. Qui expectavit vulnera, vulneretur. Qui bella volunt, cadant, & qui non quiescunt, non quiescant. Si pietas tua super omnia; iam non super, dum deipicitur, ac deprimitur clementia: conceperunt despectum, ubi foverunt abutum. Nolentes amplecti perviam misericordiam, tuam profectò iustificaverunt causam: unde dum vibras in tormentis flagellum, *misericordia superexcaltat iudicium.* Iustificatio causæ, bona causa. Surge Deus, & iudica causam tuam: tunc magis rutilabit gloria clementiæ, dum decus tantum oritur ex oppositis. Superexaltat sanè misericordia iudicium, ubi patet obduratio cordium: igitur iustitia est, quod corripiat clementia, quicquid corrigere non valuit misericordia. Si iustitiæ exaltatio est, cum fragilibus uti benignitate; ita benignitatis, cum rebellibus uti toto rigore iustitiæ. Si necessaria fuisset cœli, mundique fabrica, locum etiam haberet in huiusmodi ficta necessitate iustitia. E cœlo procedunt & subsidia in afflictos, & cruciamina in reprobos: præparat enim studio pietatis, afflictis corde levamen, verum obstinatis fulmen. Quis ambiget, te *non egere bonis nostris?* Cæterum indiget iustitia malis. Declinaverunt in te mala, ubi impij cogitaverunt consilia: quandoquidem sine tuæ pervicacis criminis, & nisi peccallent; quid tu corripere posses?

Iacobi 2. 13.

*Iustitia exaltatur rigoris causa, ubi defuit pietas clementiæ.*

Ps. 15. 8.

Luc. 21. 15.

5 *Signa* illa in *Sole* exprimunt utique vulnera Christi: verùm non iam quasi apotheeam clementiæ, sed tanquam thesaurum iræ. Sanguine proprio iniquitatem in hominibus delebit, & modò in illos sententiam sanguine scribit: igitur ut ingrederentur supplices pro venia criminis, non inveue-

*Quæ signa pietatis, sunt rigoris*

runt unam è quinque portis, vel ubi invitabar ad salutem piscina, quinque porticus habens. Caput inclinavit in cruce, & designans introitum paulo pectore: verùm si ut recipiat probum, habet expansa brachia; ut puniat improbum, etiam habet erecta. Vernacule: *Tiene el brazo levantado.* Plangent super eum & iurè, omnes tribus terræ. Felicitas earum pafsio eius; & tunc plorabunt, quia passus: siquidem ubi pro perduellionibus tantus labor cassus, & vel sanguis pretiosissimus; sanguis eius qui pro eis, effundetur super eos.

*Christi sanguis causam aggravat peccatoris.*

Deuter. 32. 39.

6 *Ego occidar, ego occidam: transfigar, transfigam*: olim pro tormento crucis mysteriosè dicebas. Hispanicè, vivide: *Matarè, Morirè.* Haud contrarium, quod oppositum: etenim nimis aggravat causam, quòd pro ingratis in mortem dederit vitam. Ni cognovisset torosæ cervicis iubas, haud diceret: *Non compungar.* Sciebat enim demonstrationem pectoris, onus futurum gravitati cordis. Unde quæ desiderabatur, non desiderabatur crucis compunctio; ne plus in lite objceretur ingrato: sed modò occisione occides, transfixione transfiges, & percussione percuties; quoniam ipsa clementia; qua pro eis vitam dedisti, trader ingratissimos morti, eò quòd noluerint potiri in salutem exhibito medicamine. Si invocaverint viscera plena pietatibus, haud invenient pietatem in visceribus: igitur fugerunt pectus benignitatis, quin retinere vellent pietatem pectoris. Si homo despicit amorem; amor hominem non despiciet despicientem? Si ignis charitatis cordis invitat, & obliviscuntur charitatem; protervos è corde amor læsus non ejiciet in ignem? In ignem mittet, & ardent. Iure in perpetuum cruciamen, quippe ne subveniretur, crucifixerunt amorem. Occidet pro quibus occisus, quoniam à desiderio defraudatus. Non merito mancipabit morti, qui noluerunt vivere? Quos libertate donavit, rebersos ultrò in servitutem, è carceribus educet? Retrahet ne reluctantes in Solem; si dilexerunt magis tenebras, quam lucem? Salvabit qui noluerunt salvari, & voluerunt etiam obvia salute perire? *Sol obscurabitur* in judicio: *Obscuratus est Sol* etiam, cùm judex pateretur in Calvario. Cuncta porrò consona: nullo etenim magis comprobabuntur in judicio litis hominum acta; quàm pro illis in cruce tanta patientiâ.

Psal. 29. 13. *Ex quo ira in amore divino?*

Matth. 24. 29. Luc. 23. 45.

Isai. 64. & 2.

7 *Utinàm dirumperes cœlos, & descenderes! A facie tua montes defluerent, Aqua arderent igni, ut notum fieret nomen tuum inimicis tuis.* Rumpatur cœlum & crimine visò, & etiam visò indignationis decreto: igitur pœna levis, & culpa enormiter gravis. Rumpatur cœlum, tanta noxa detur patrum: quippequàm nihil æque respondet criminì, & additis pœnis pœnæ. Scelera ruptione patefacit, quæ miseratione occùluit; ut iustitiæ præstet exitum, quod præclusit introitum. Rumpatur cœlum accensò igne furoris, vento lacessitæ pietatis. Modò fiat satis iustitiæ, quid quòd ardeat regia cœli?

*Summum malum, dum hominis aversatur cælum.*

*Quid, quasi non timeât, magni eû vulnera cœli Conspiciant, feriatque oculos iniuria mundi?* Ita vel Ethnicus lib. 1. *Astronom.* cap. 10. v. 86. Dum devenustavit cœlum hominis crimen, sparger novum laxato pectore lumen? Utinàm dirumperes cœlos, & ignis descenderet in impios! Siquidem si lachrymantur rore, in huiusmodi humani generis clade; non pro ruinam, sed in ruinam, vociferantur lachrymis querimoniam. Utinàm dirumperet cœlos, & descenderet, ut fugerent qui oderunt eum à facie eius! Quis poterit cogitare diem adventus eius? Et quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis conflans, & fornax æstuans. Quid corda facerent, ubi à facie tua montes defluerent? Si insensibile senriet; quid non, sensibile? Sentiant, quippe duriora corda, dum liquefiebant saxa. Aquæ ardebunt igni. Si ita refrigerium, quid supplicium? Transibunt per ignem & aquam; at non in refrigerium, sed in pœnam. Quomodò refrigerium, si ad summum calorem transibunt ab aquis nivium? Fiat igitur notum nomen tuum per cruciamen, quod non factum per amorem. Faciat iustitiæ manifestas, quod non valuit cordis charitas; & ubi tormenta pro peccatis pertulerint, agnoscant nomen & numen venerandum, vellint nolint. *Stellæ cadent de cœlo*, minimè ut subveniant mundo. Cadent, vel avellentur indignatione commotæ, aut à pietatis iracundia fulminatæ: equidem cùm mundus illo vapulet articulo: ut arescat timore, & expectatione infelix, non miserabilis homo, ac detrudatur in barathrum; pœnam intendit toto pectore cœlum.

*Et deficit à clementia patrocinium.*

Matth. 24. 29.

8 Signacula itaque erunt excitandi soporati furoris, quæ *signâ in Sole, & Luna, & Stellis.* Ideo iuramento asseverat, dicens: *Amen dico vobis*, quando eiusmodi signa præsignat: & ne supplicium iudicetur fictum, ab altris petit testimonium, & sententiæ signaculum: igitur flammarum diluvio plectendi, qui noluerunt aquis purificari. Unde ius est, quòd qui correcti non fuerunt aquis iustitiæ, adurantur in perpetuum igne clementiæ; excitante è pectore implacabili flam-

Luc. 21. 25. v. 32.

*Iram Dei testatur ipsa clementia.*



flammas, quæ devoravit & offensas, & iras. In Sole, Luna, & Stellis erunt signa fastiditæ pietatis. Clariora ne signa furoris, ubi videntur iræ, benignæ & benevolæ influentiæ? Dum ira pium exardescit cœlum, ut detrahat mundum? Nulli favebunt ficcis oculis altri, eilò lachrymentur mœstissima corda. Quid in cœlo solatij? Profectò nullum: siquidem obstinatis, & cœlum terreum. Quid

Psal. 78 10.

tu Domine iudex, si ita minaris? *Continabris in ira tua*, dum egeris hominum causas; quæ causas aggravant, *misericordias tuas.* Signa cuncta sunt iustitiæ; sed quæ cogitavit inexcogitabilis pietas, commota merito in flammas. Ipsa despecta construet indicis severitatem, ut cruciatibus vindicet pertinacem legem. Væ miseris. Si graviores sunt doloribus ipsæ pietates, quid acerrimi dolores?

*Et in vindictam, iustitia præparat arma.*

9 Nanquàm non clementia fuit iris pacis inter cœlum, & terram, ut reprimeret provocatam noxis iustitiam. Si in huiusmodi symbolo hæret hominum transgressorum fiducia; spes erit omninò, pro iuvamine vacua. Iris semicirculus est, iustitia, & misericordia allociatæ constituunt, & altruunt huiusmodi ipharam, cuius Deus usique centrum, & circumferentia nusquam. Circulus totus patebit: & modò tantùm claret oculis iris: quippe si modò videtur semicirculus clementiæ, videbitur posiea latens semicyclus iustitiæ. Nunc videtur dimidium circuli in iride, & versus cœlum: videbitur post etiam dimidium occultum, & versus mundum; & arcu quo cœlum dirigit sagittas in corda, quia noluerunt dirigere in cœlum corda sagittas. Necdum sagittas excussit, sed arcum *sinum tetendit, & præparavit.*

Ps. 7. 13

Iris est arcus: tela in vindictam cogitat pietatis pectus; igitur manus clementiæ arma subministravit excandescenti iustitiæ. Ex iride modò iudici fabricatur corona: pòst vindex sumet in arma: etenim convertet arcum in mundum, ut illum inflammet igneis sagittis pietatum. Ni arcus esset pro tempore convertendus, haud meruentibus se Deus daret significationem, *ut fugiant à facie arcus.* A facie arcus iridis in quo signatur clementia? A facie clementiæ fuga: siquidem propulsabit in homines iaculum iniuriæ, ab arcu pietatis amantissimi pectoris. Hinc arcus iridis quadraginta annis ante Ecpyrosim non apparebit, quia Deus in iniquos sine tonitruo iacula fulminabit. *Hist. Sebol.* cap. 35. in *Genes.* Si minimè contremiscunt, quoties tonat; timeant, dum fulminat.

Ps. 59. 6

*Iris quando non apparebit?* Petr. Comest.

10 Perinde dum gladio utraque parte acuto præparatur vindicta, iudex præcingitur *ad mamillas zonâ aurea.* Locus erat thronus utitatæ pietatis: unde cùm noluerint invenire, nec pulsare ianuam pectoris; idem fuit zona præcingere, ac obstium claudere. Fastidiit homines clementia, & clementiæ clausa est ianua. Haud spes veniæ; ubi clauditur impetè. Quia ut revocarentur, clamabat; *de ore eius gladius utraque parte acutus exibat.* Alia ad pietatem pertinet acies: ad auctoritatem alia pertinet iudicis: & ubi pro iudicio proponitur gladius, utraque parte renidet acutus; quippe si in mundo solummodò ferìant rigores, in iudicio Dei etiam vulnerant pietates. Iure exeritur in thronò huiusmodi artificio machæra, quoniam protervos etiam percutit misericordia. Pro maiestate regia præfertur coram Principe gladius acici simplicis splendescentis, & minimè duplicis; qui pequàm vel dum iustitia fecat, cum pietate fontes obtruncat: ar de ore eius gladius utraque parte acutus exibat; quia ipsa pietas percutit, & obstinatos proscindet. Ideo gladius sine umbone, quippe apprehendi non potuit sine vulnere. Misericordia percutiet, & percutietur; ità unico impios secabit, & ipsa secabitur: occidet, & occidet, proscindetur, & proscindet: quandoquidem cùm defecerint peccatores in ira, sine dubio etiam deficiet misericordia. Si ita gladius in ore misericordis, quis in manu potentis?

Apoc. 1. 13. *Claudi tur ejus auribus ianua à clementia.* V. 16.

*Misericordia peccatores occidet, & insuscitabit.*

Hermi. Hug.

*Si trepidant igitur tanto consore columnæ,*
*Quo flabant tabulæ, ligna cadura pede?*
*Siquæ tremunt pavidæ, nutante cacumine, cedri,*
*Quæ spe parva suam silva tenebit bumum?*

*Dei gloriæ quid contrarietur culpa.*

Spes omnis gladio acuto præcinderetur veniæ, acie pertingente usque ad divisionem animæ. Ad manum ubi fiellæ, transferetur gladius; ut rutilet clementia, atque clementiâ nobile pectus: igitur spectabile humana, & quòd gementibus condonetur culpa, & quod rebellium condemnetur noxa.

11 Nonne bili obsequetur, quòd velint mori, cùm apud te sit fons vitæ? Potestas Principi ad salutem est data, & etiam ut reddat unicuique secundùm opera sua. Hinc dum obduratur animus, obliviscetis misereri Deus. *Exivit* è pectore tuo *sanguis, & aqua.* O quanta misericordia! Populi multi illhi sicut in arca corvus, egredientur, & non revertebantur. Patiantur ergò foràs dira cruciamina, quos non potuit revocare clementia, maximè tua. Vas ergo figuli conversum est in vasa testea voluntaria obduratione, & nequit *ultrà tostaurari.* Quomodò pietas etiam in cordibus gratiæ nanciscetur impetitionem, si exuerunt pœnitus omnem

Ioann. 19. 34. *Pregnitas ejus nomine, ubi in malitia convertitur.* Ierem. 19. 11.

Luc. 22. 44.

humanitatem? In terra: ut solidaretur sine exsultatione, tuus pretiosus decurrit sanguis; verum finis evanuit redemptionis. Habebunt ne exsultationem ad pœnas, cæso sanguine, quo mollescit & adamas? Habebunt exsultationem, ubi ut essent dociles, effudisti è toto corpore sanguinem? In terra decurrit sicut sanguis Abel, ut surgeret rationalis è pulvere terra: sed omnia frustrà: etenim prævaricatores converti non sunt ad cor, & habentes sanguinis asperionem melius loquentis, quam Abel. Melius, quia implorabat clementiam, cùm illius vindictam. Melius, quia tacebat, loquebatur: verùm modo, quoniam tacebat, sicut patronus loquetur. Nonne præ amoris pignore, & fidei pectoris demonstratione, quæ non rapuit sanguine exolvit? Utique. Qua lege, meritò uti degener à clementia, censebitur talium: si tabescerent aliud, vel illo delicto quod *adversus* homines *erat chirographum*? Profectò apud illum non liber mortis. Habet enim notitiam rebellium, sed non ex corde suo humiliavit, & abiecit nilos hominum. Præfecit mocistos in impœnitentia mali, & delevit extra propositum de libro vitæ. Videndi Expositores in *Thren.* 3. 33. Ferè aud. *Vasq.* 24. sect. potter. *Sect.* 3. n. 6. & ex Scholasticis Suarez in 3. p. *D. Thom.* disput. 57. sect. 2. Fumen in toro quiescens, index tamen cuæ placavis. Iam ergo scintillat, quod dormierat; quin homines tenuant sublimarium iudicem, quandoquidem cum fulmine iusticiam exciteverunt dominum. *Mitte fulgura & iuant*, ac tirage tacta, *reverentia dicerat tibi*: *Adsumus*. Asserunt profectò; ut cognoscat homo, quod in supplicij tibi non aberat potestas, sed voluntas. Modò *necesse est condolere natura*, & *legibus suffragari*; igitur non venisti solvere legem, sed adimplere.

Sanguis Christi, quia tacebat, meritis in probo loquitur.

Coloss. 2. 14.

Pulmen ira excitatur à fumo ictu clementiæ.

Tob. 38. 35.

Herm. Hug.

*Non satis est, culpam fassæ tibi tedere manus:*
*Culpa tamen nullo signa patrocinio.*
*Nec prece, nec pretio, nec fraude, nec arte, nec astu*
*Profitit hoc unquàm vendita causa foro.*
*Qui, semel ut fassa sententia lata tabella,*
*Nec prece, nec lachrymis triste retractat opus.*

Pſalm. 33. 8.

Quid tibi vis, faciam? Ut trudant pectus in enses: haud hostia substituenda pro pœna criminis. Plenum patet fallidium, ut despicias *opera manuum tuarum*. Inveniuntur enim hœdi cum signo bellicæ, qui fuerunt redempti, tanquam oves pascuæ tuæ. Quomodò cognosces imaginem, non habentem nec similitudinis indicem? Planè potis, cùm vel Auctor non agnoscit. Ergo subiacerant pœnæ, qui noluerunt in gloriam esse deneiæ.

Prov. 8. 31.

Qui patiens Dominus, zelator, & ultor: ulciscens Dominus in hostes suos, & irascens ipse inimicis suis: igitur (ut cecinit Sibylla Erythræa lib. 1. *Oracul.* & refert Augustinus lib. 18. de *Civ. Dei* cap. 23.

Sibyll. Eryth.

*Tunc ardens fluvius cælo manabit ab alto*
*Ignens, atque loco consumet funditus omnes.*
*Astra cadent, etenim de cælo cuncta recussa.*

Erit congrua miseratio, ubi abest cordis compunctio? Erit offensi patientia benigna, dum non deposcitur venia? Cadant, unde non surgant; ac in perpetuum ardeant: etenim dum tua cingunt latera, & clementia, & iustitia zelatis profectò maiestatis honor,

Quàm pereula Principis iustitia!

*Parcere subiectis, & debellare superbos.*

Virgil.

Dixi. Quid ergo fiet, & auditis causidicis, legibus allegatis, in causis hominum? O momentum! Tunc dicet Rex his qui à dextris eius erunt: *Venite benedicti Patris mei.* O laetus in mundo persecutionibus gloria! Et his qui à sinistris erunt: *Discedite à me maledicti.* O mundi infausta fortuna! Prævaluit furor, quippe excandescit iurè recrudescens amor,

Matth. 25. 34. 41.

## DIDASCALIA VII.

### *Deus dum nostram pœnitentiam suscipit, quod erravimus abscondit.*

Greg. Magn.

1 ITa N. Magn. Gregorius Homil. 29. in *Evang.* Amore laborat, & quærit in hominibus unde diligat. In tueri cupit, & benevole, quod diligit: crimen quasi nebula oculos Conditoris avertit: & ut videat hominem sui pertectum imaginem, abscondit crimen. *Longè fecit à nobis iniquitates nostras.* Nostræ iniquitates, & longe à nobis? Miraculum sæ coruscat charitatis. Coniunctas nobis longè fecit à nostris cogitationibus; ne nos dum corripit, perdat simul cum iniquitatibus: igitur eius iustitia intendit prosternere hominum iniquitates, nequaquàm homines. Verùm hoc alias. Propositò acumen. Iniquitates nostræ sunt, & à nobis, quæ nobis coniunctæ, fecit longè; quia dum virtus accedit pœnitentiæ, & nostræ sunt, & non nostræ: etenim dum nostram pœnitentiam suscipit, quod erravimus abscondit. Vel Profanus astipulatur, & nesciens quò, aptiùs extollit:

Pſ. 102. 12. *Iustitia Dei intenditur in iniquitatem, non in hominem.*

*Quamodò iniquitates nostræ, non nostræ?*

Plaut.

——*Cedo calidum consilium citò.*
*Quæ hic sunt visa, ut visa ne sint: facta infecta uti sint.*

Ita Plautus in *Milit.* Act. 2. Scen. 2. v. 71. Sic



Per pœnitentiam quæ crimina visa, inisa.

Genes. 6. 7.

Ita abscondit, quasi nunquàm peccatæ habuisset.

Pſal. 103. 11. *Principem decorent multa supplicia.* Senec.

Quodnam in alio supplicio rum propositum?

Per pœnitentiam non ipsi, qui fuerunt peccatores.

Sicut condidit, Deus homines aspicere sitit: iniquitas lumina clariora, & lucidiora offendit: unde ut iniquos videat pœnitentes, & non iniquitates; iniquitates ipsas, & nostras longè fecit à nobis: & ita longè, averta voluntate, agitata pœnitudine; ut si abscondit errata, quæ hic visa non visa, & tacta prorsus infecta.

2 Quiescentem excitavit indignationis divinæ flammam, quòd omnis caro corruperat viam suam. Excandnit, ac *Deleho inquit, hominem.* Si ità Deus commota bile: cur non modò, sed exterminium in futuro tempore; quod sic vel in sententia diuturnum, ut dies mundi sint centum viginti annorum? Deleat modò, si modò offensus. Deleat faxò, sed *Delebo?* Utique. In sententia consilium adhuc conditionatum, ut obstaret decreto compunctio cordium. Iustitia Dei non eximit gladium indignationis in homines, sed tantùm in iniquitates. Unde si in coniugio invenerit, delet non iniquitatem, sed hominem: si in divortio, non hominem, sed solummodò crimen: quòd cùm pœnitentia seiunxerit, ita longè iniquitatem facit; ut cum gladius socio crimine dirigatur in hominem, inveniat peccatorem innocentem: igitur pœnitentia cordis erratum abscondit, quasi nunquam criminosus habuisset.

3 Clareat igitur zelus sanctus in eorum malitiosam pervicaciam, qui esse sub sensibus delicias putant. *Deficiant peccatores à terra, & iniqui, ita ut non sint*: dicebat Psalmographus. Sensum literalem expostuimus *Tom.* 1. *Tautolog.* 5. in *Lit. Exp.* n. 27. Congruit huiusmodi deprecatio cum proposito sententiæ divinæ supra relatæ: igitur ut ait Senec. lib. 1. de *Clement* cap. 24. *Non minus Principi turpia sunt multa supplicia, quam medico multa funera.* Ergo desiant peccatores à terra. Hoc enim debet esse propositum iudicis, in malefactorum sententia capitis. *In vindicandis* (iniuriis) *hæc tria lex secuta est, quæ Principi quoque sequi debet: aut ut eum quem punit emendet; aut ut pœna eius cæteros meliores reddat; aut ut sublatis malis, securiores cæteri vivant.* Hactenùs idem ibid. cap. 22. Hic profectò modus est Principi, ac regiminis decus. Textui igitur Sacro: *Deficiant peccatores à terra, & iniqui, ita ut sint.* Perpende. Esse possunt, & deficere? Impossibile prorsùm. Non impossibile. Aliud fuimus per peccatum lapsi, aliud per naturam conditi: aliud quod fecimus, aliud quod facti fuimus. Vide Greg. Magn. *Homil.* 32. in *Evang.* Unde homines per peccatum lapsi, esse possunt, & deficere: quippequàm si deficiunt à trito itinere pravitatis; iam non ipsi, qui fuerunt peccatores: quandoquidem virtute pœnitentiæ, qui fuerant lapsi, iunt idem aliud per naturam conditi.

Pſal. 36. 20.

4 Favet lectio plurimorum. *Deficiant, donec non ipsi.* Et ipsi vivences? Sanè. *Non in essentia, sed in erroris culpa*: ait Gregorius ubi supr. Nodus implexus. Si deficiunt ab impietatis culpa, & non ab essentia; erunt ipsi, sed non ita. Quomodò ergo ipsi non ipsi, gandentes ipsi naturæ constitutione? Per industriam artificem pœnitentiam, cuius ingenio qualitas refunditur in substantiam: substantia mutata, mutatur ipsa natura: cum naturæ mutatione, quid mirum, quòd non sint ipsi? Gradatim enim pœnitudo ascendit, ut transgressores immutet. Quicquid subtrahit culpæ, addit essentiæ: studetque immutationi, ut & ita deficiant, donec non ipsi.

Greg. Magn.

Quo ideo geniet

5 Deinde. *Deficiant peccatores à terra, & iniqui, ita ut non sint peccatores.* Sensus hic clarus: exterum, quod non sint ipsi, ipsi qui modò peccatores fuerunt? Utique: fuerunt, & non fuerunt peccatores. Negat pœnitentia non tolùm factum, sed etiam in professione subiectum. Perperam invenietur peccatum, unde refugit vestigium: & nec vestigium erit, cùm Deus pœnitentiam suscipit; quia totum, quod erraverunt, non apparet. Iuxta allegata, & probata sit iudicium de persona reorum. Quos accusat malitia, protegit propositò pœnitentia: iurèque proponit infecta, quæ in iudicio nec allegata, nec probata, nec visa: imò inisitit, donec probet convertione, quòd qui fuerunt, iam non ipsi.

Negat & culpam, & personam.

1. Reg. 10. 6.

2. Cor. 5. 17. Prov. 24. 7.

6 Demum. *Deficiant, donec non ipsi.* Haud aptè diceretur Sauli: *Mutaberis in virum alterum*, si pœnitentia non mutaret virum. Vel Hispanicè dicimus: *Es otro. Tà està otro.* Haud *Nova creatura* homo diceretur *in Christo*, si non esset ipse & alter homo. Minimè, *Verè impios, & non erunt*; si essent ipsi pœnitentia, qui fuerunt impij. Parum næ prævaleret pœnitentiæ auspicatricis auxilium promptum, ni homo pœnitudine posset *abnegare semet ipsum.* Muitis passeribus antistare nos, Dominus pronunciavit: *Si non & Phœnicibus, nisi magnum*: iurè Tertullianus exclamat, de *Resurrect. carn.* cap. 13. Micat pœnitentiæ efficacitas, & confusæ comparationis proprietas: igitur homo ubi iam nemo, iterum pœnitudine ipse: & qui non iam, alius idem. Mirabilia cognoscentur in tenebris; ubi ita tenebras delet criminis, pœnitentiæ metamorphosis.

Matth. 26. 34.

Tertul. Pœnitentiæ alius idem.

Vix

Isai.26. 19. *Vivent mortui tui*, & pœnitentia! Nunquid mortuis facies mirabilia? Faciet, etenim disponit tenebras in lucem, & prava in recta: quandoquidem delendo crimen, transformat in virum alterum, peccatorem.

7 Feliciter memoria recolit peccatricem insignem, verùm pœnitentem insigniorem. Haud defes amor: qui excitaverat in peccatis dormientem; pro diligentioris eximia tessera, exhibuit vigilem. Unde *Vesperè sabbati, quæ lucescit in primâ sabbati, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre* (Christi) *sepulchrum*; ubi cor eius vivum jacebat mortuum. Discordantium præiacta, obrixè luminibus claudula, ita interpretatur *Serm.73.* acumen Chrysologi. *Ipsa sed altera: altera sed ipsa: sub uno nomine venerunt duæ, mysterio, non casu.* Aptè *Venerunt duæ*: illa altera, vetule Maria Magdalene. *Quasi duæ res sunt homo, & peccator. Quod audis, homo, Deus fecit: quod audis, peccator, ipse homo fecit*: infit Augustinus *Tract.12.in Joann.* Unde patet ipsa, & alia. Cæterùm, quomodò alia, si ipsa Maria? Minimè abrenunciata Magdalenes habitantia, sed culpa: culpaque non immutat naturam, ut faciat alteram. Cur igitur, dum pro peccatis debita demonstratione, ac splendore desiderionum flagrantium, cor volavit in phœnicis, corporis Christi sepulchrum, ellò culpa renunciata, dicitur *ipsa, sed altera; altera, sed ipsa?* Quia immutavit pœnitentia. Objicitur transgressori crimen, ut iudici, & vindici reddat commissi rationem. In iudicio non apparet, de quo cor dolet. Unde Magdalene dicitur ipsa & altera, altera sed ipsa, in huiusmodi litispendentia; quoniam ubi ad tribunal crimen ipsum introduxit peccatricem; cordis dolor, & lachrymæ alteram exhibuerunt pœnitentem.

8 Præterea. Qualitas refunditur in substantiam in utroque statu peccati & gratiæ, ut latè hic dixi in *Exposit. Liter.* à n. 16. Hinc de Prodigo dicitur: *In se reversus*, quoniam alter erat, cùm erat extra se. Ita etiam *Maneat unusquisque apud semetipsum*: q. d. tropologicè, non sit alter per peccatum. Peccaverat Magdalene, verùm lachrymis fervidis obiecta iudici. Extra se crimine fuit, plorans reversa est ad se: & cùm iam esset in gratia, protegente pœnitentia, dicitor *altera & ipsa*; quia tunc propriè erat ipsa, cùm esset altera.

Causam exprimam. Cuncta maleficia luenda, ubi gladium in reum stringit divina iustitia. Ipsum & non alium plectere intendit, cùm in iudicium peccatorem inducit. Pœnitet transgressoris vulnere conscientiæ pectus, lachrymis retractat opus: ac ubi reiè intelligendus ictus, suspenditur gladius; quippe ingenio pœnitentiæ invenit alterum, ipsum quem vindex cogitabat reum. Iam Magdalena laverat lachrymis maculam criminis: iam nec remanserat vestigium sceleris: & meditanter dicitur ab Evangelista, *Maria Magdalene, & altera*; siquidem ubi respicitur cor abominatur culpam, pœnitentia non solùm culpam inficiatur, sed personam; quippe est alia, quæ peccavit, & altera, quæ pœnituit. In substantiam devolvitur conditionis qualitas, ac mirè pœnitentiæ prævalet studiositas: igitur in huiusmodi causa, omnia litis acta intecta; quoniam dum criminator accusabat peccatricem, vel ipse in Dei iudicio mirabatur innocentem.

9 Denique, *Venit Maria & altera, mysterio, non casu.* Caterum quodnam ibi mysterium? Pœnitentiæ mirabile patrocinium, quod quidem à S. Legislatore Benedicto ita prolatum: in conversionem morum intendit, quia parsentia Dei Monachos in pœnitentiam adducit, & *Prolog. Regul.S.* ait: *Quod minus habet in nobis natura possibile, rogemus Dominum, ut gratia sua iubeat nobis adiutorium ministrari.* Scilicet, per pœnitentiam, ut dixerat. Non est in naturâ possibile, quòd homo sit ipse, & alter: quòd sit ipse, & non sit ipse: quòd sit in se, & extra se: quod sit ipse, & ita sit. Virtus profectò speciosa, superans impossibilia! Unde cùm Magdalena venit ad sepulchrum sub pœnitentiæ tutela, proponitur ipsa & altera non casu, sed per mysterium: ut possibile clareret impossibile prodigium: quippe per gratiæ adiutorium, quod negaverat natura, obtinebat pœnitentia; commutans mirificè in alium, transgredientem omnem legem, eundem ipsum, quem festivè susceperat lachrymantem.

10 *Vivo ego*, (ita legunt Greg. Magn. & Chrysologus) *Iam non ego*, dicebat conversus Doctor Gentium, ut peccatores revocaret à catena delictorum. Qua lege *non ego, & ego?* Non ipse? Dicat igitur: Vivo non talis, qualis fui, persequens Ecclesiam: sed *non ego, ego*, quod denotat signatè personam? Ita. Persecutor fuit, sed doluit, & flevit Christicolas, sed pœnituit: tædebat delictorum ex toto corde: dicitque verè, quòd est ipse & non est ipse; quoniam naturæ propriæ transformavit conditionem, illicò ut pœnitentia vidit à malo resipiscentem. Saulus sanè non est Paulus, nec econtrà. Etiime diversi eiusdem ipsa natura? *Ego non ego.* Proculdubio. Quid novum? Pœnitentia illustri abnegavit seipsum. Mira huiusmodi virtus con-

*Paula tam quodmodo immutavit*

Matth. 28.1.

Chrysol.

Augustin.

*Ubi interest pœnitentia, evanescit culpa.*

S. Bened.

*Quantæ pœnitentiæ virtus*

*Pœnitentia impossibilia possibilia*

Luc. 15.17. Exod. 36.29.

*Imò persona.*

Galat. 2.20.

*Quæ ista bonitas immutatur natura.*

Ibid.

Interlin

*Peccatum & peccatorem inficiatur.*



*Suscipiatur benignè suppliex peccator.*

Luc.7. 39.

constrùit, & talia qualia nec dignatus cogitavit. Quod minus habet in nobis natura possibile, nanciscitur arte: & ut videatur eiusdem hominis in seipsum possibilis transformatio; dicit Paulus aperte: *Ego non ego.*

11 Quasi cervus validè ictus sagittâ potentis, cucurrit Magdalene ad fontes sitibunda Salvatoris. Accessit, & ploravit. Iudex vel offensus nec verbum in illam loquitur. Quid cor docile, si humanum frangitur, dum aggressor stillis crimen fatetur? Discant Superiores studere lenitati, ubi resipiscunt aberrantes subditi: igitur dum fatentur confusione peccatum; ut magis confundantur, nec ullum verbum. Intuebatur Pharisæus fœminæ errorem, & non reducem (ubi Christus contemplabatur obsequiose pœnitentem) & dixit intra se: *Hic si esset Propheta, sciret utique quæ & qualis est mulier, quæ tangit eum.* Nota ly *Quæ & qualis. Quæ* denotabat substantiam. *Qualis* culpam: & Pharisæus non discernens inter hominem & delinquentem; *Quæ* iudicabat iuxta qualitatem. Unde ablata qualitate; quæ fuit peccatrix, non erat illa *Quæ*. Perpenderis in advocato eisdem terminis contutationem, & iuxta Pharisæi sententiam, peccatricem innocentem. *Vides* (dixit) *hanc mulierem?* In *Mulierem* signatur *Quæ*; in *Hanc* indicatur *Qualis.* Modò discusseris. Ad quid igitur, si non alia, dicit *Hanc?* Hæc mulier quæ peccatrix, potest esse non peccatrix; cæterùm non alia mulier. Sanè: attamen cùm abneget semetipsam præstantissima virtute pœnitentiæ; advocatus in causa dicit meditanter *Hanc*, quia *quæ* fuerat peccatrix, non est hæc.

Chrysol

12 Propter huiusmodi metamorphosim dixit ubi supr. Chrysologus: *Sub uno nomine venerunt duæ.* Duæ? Iuxta qualitatis distinctionem, variarunt status substantiam omninò incommunicabilem. Duæ utique venerunt sub uno nomine: siquidem alia hæc mulier scandali pœnitens; & altera, quæ fuerat in civitate peccatrix. Vide quæ diximus *Tom.* 1. *Tautolog.* 4. *Didasc.* 6. à n.13. Innuit etiam Christus, Pharisæum alloquens: *Vides hanc mulierem?* Dubium est. Nonne videbat, de qua talia cogitabat? Non videbat. *Vides quidem corporaliter, sed mysterium non vides*: infit Interlinealis. Quod oculis patet, fugit. Mysterium in hac, quam vides, te omninò latet. Quodnam ergo mysterium? Pœnitentiæ in transformatione resipientis studium: igitur depositò errore, libera voluntate, ac mentis revocatione, illustrata pœnitentiâ, hæc quam videbat coram, non erat illa. Mysterium etiam non vidit Profanus, dum ecinit lib.2. in *Eutrop.* v.8.

*Quid lachrymæ delicta levant?*

Claud.

Quid levant? Ultrà miracula pœnitentiæ pateant, ut qui non vident miracula, videant.

Ad eum, qui attulit veritatem ut doctor, mansuetudinem ut liberator, iustitiam ut cognitor; propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam, *adduxerunt Scribæ & Pharisæi mulierem in adulterio deprehensam*: quæ quidem plorans largè coram iudice, ut notat Novarinus hic, dissecabatur corde, & confusione criminis, & lîmulis pudoris. Fugerunt igitur accusatores fœminæ, ubi Christus sententiam *scripsit in aere.* Ita aliqui apud Maldonatum hic n.13. O quàm suavis, vel dum iudex! Sententia quæ in aëre scribitur, tantùm & simul ubi scribitur, cognoscitur. Vix equidem apparet, quàm evanescit. Nec signum remanet, quo cognoscatur delictum: Christusque scribit, ut ius dicat in peccatum; sed scribit in aëre: etenim vel dum cedit iustitiæ, consulit famæ.

Ioan. 8. 3.

Mald. on.

*Iudex dum iudicat iustitiæ, consulat famæ.*

13 Fugerunt ergo accusatores fœminæ. At quinam accusatores? *Crimina propria*: autumat hic Novarinus n. 1464. Crimina? Quid? Eius ne fugerunt crimina, quæ modò in adulterio deprehensa? Fugerunt, simulac oculi compressione cordis amarissima plorarunt: igitur evanuit accusatricis præsentia culpæ, ubi interfuit pœnitentiæ. *Ubi sunt qui te accusabant?* Non sunt. Allegatione eloquenti lachrymarum, testibus oculis, evacuavit testificationem sceleris: & evacuavit ita, adhuc scriptâ sententiâ: ut nec criminis commissi vestigium, nec leve sententiæ appareret instrumentum. Scelera quæ erant, accusabant: sed quæ accusabant, pœnitentiâ iam non erant.

Novar. *Evanescit præsentia culpæ, dum interest pœnitentia.* Ibid. v. 10.

14 Percurramus alia. *Nemo te condemnavit? Nemo*, adultera respondit. Erit ne austeritas erga fœminam in animo pio, quam condemnavit nemo? Qui testes noxæ, non fuerunt testes sententiæ, quippequam non est iudicis sententia, ubi deficit causa: & nemo condemnat, etiam illam, quàm accusat: quoniam evanuerunt acta causæ, pœnitentiæ articuli introductione. Nemo te condemnavit in huiusmodi districto iudicio: *Nec ego te condemnabo.* Nemo, quia defecit accusationis materia: nec ego, quoniam scrutor renes & corda. Nemo, quia pœnitudo est criminis evacuatio: nec ego, quia ita cognosco. Iudex factus sum in causa, ut proferretur iuxta allegata, & probata lapidationis sententia: sed te testes de crimine turpi-

Ibid. *Illa, nunquam fuerunt ipsa sententiæ, qui fuerunt noxæ.* V.11.

ter

ter accusarunt, & crimen non probaverunt. Te condemnavit nemo : nec ego te condemnabo. Vides quid lachrymæ delicta levant, ubi fugerunt qui certatim accusabant. Signa per contritionem, & pœnitentiam rimati sunt innocentis, dum fugientes illos pœnituit accusationis.

*Lachrymæ delicta levant, & lavant.*

15 Cæterùm. Iuxta mentem Augustini *Tract.* 33. in Ioann. Princeps N. cœlestis veritate, mansuetudine, ac iustitiâ insignitus, his maximè dotibus commendatus, *Cùm loqueretur, veritas agnoscebatur : cùm adversùs inimicos non moveretur, mansuetudo laudabatur : cùm ergo de duobus istis inimici torquerentur ; in tertio, ideſt, iustitiâ scandalum posuerunt.* Ideo accelerunt *tentates* ; verùm scandalum, scandalum ipsis. Perseveremur enim accusationem, & legem.

*Augustin.*

*y. 6.*

*V. 4. & 5.*

Dixerunt ergo : *Magister, hæc mulier modò deprehensa est in adulterio. In lege autem Moyses mandavit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis* ? Non dicit, quod dixit Moyses ? Non : sed cur ? Quia dixerunt *Hæc mulier* ; & quæ fuerat in adulterio deprehensa, non erat hæc. Hæc non ? Quæ ? Alia. Dum pœnitentia interfuit, non erat ipsa.

16 Ulteriùs. In lege de adultera, mandavit Moyses huiusmodi lapidare ; verùm præsens articulus non est huiusmodi. Est sententia, ubi inest causa : & non datur de adulterio iudicium, ubi non est adulterium quapropter haud loquitur ius in huiusmodi causa ; quia hæc mulier non est illa, quæ fuit deprehensa : igitur per subitam pœnitentiam, in iudicio evacuavit omninò noxam. Quod in iustitia Christo parabatur scandalum, stenuma fuit iustitiæ gloriosissimum : quandoquidem iustitiæ insigne, corripere errantem, & protegere innocentem. Iustitia, & gratia, de quo latè *Didasc.* seq. litem diremerunt, in confusionem accusantium Scribarum. Gratia, elargiens pœnitentiam. Iustitia, iudicans causam : igitur post pœnitentiam, iustitiæ fuit, signare criminis prorsùs expertem ; quam viderat lachrymantem, per gratiam liberatricem.

*Chr. non gratia, sed iustitia, pœnitentis innocentiat.*

17 Explicet etiam fabula, quæ vera miramur in pœnitentia. Mycilus quidam capitis reus factus, quippe deferere patriam, crimen capitis, adductus est in contœtum iudicum, ubi crimen patuit sine teste probatum. Ploravit, ora, manusque ad cœlos extendit. Quid ? Dicit Vates eleganter lib. 15. *Metam.* Fab. 1.

*Nil vultum pœnitentia.*

*Ovid.*

*Mes erat antiquus nivеis, atrisque lapillis*
*Hic damnare reos, illis absolvere à culpa.*
*Tunc quoq; sic lata est sententia tristis & omnis*
*Calculus immixtem demittitur ater in urnam.*
*Quæ simul effudit numerando versa lapillos,*
*Omnibus à nigro color est mutatus in album.*

Haud aliter accidit in adulteræ causa. Accusatores, qui iudices, in urnam demiserunt suffragia nigra. Accessit tunc pœnitentia, qua cor atritum lachrymas, & suspiria misit in cœlum. Lex præscribit adulteram lapidari. Quid cogitandum modò de huiusmodi lege, si mulier modò deprehensa ? Dicant suffragia, vertatur urna. Sed quid ? Nemo adulteram damnat, etiam modò in patratione deprehensam ? Nemo, & iurè igitur quæ iudices in pœnam capitis, in urnam miserunt nigra ; artificio pœnitentiæ facta sunt alba suffragia. Mulier, te vel iratus condemnavit nemo. *Nec ego te condemnabo.* Iustum erit de absolutione iudicium, cùm comprobrent innocentiam etiam suffragia accusantium. Ingressa est adultera in iudicium nigra, & egressa est speciosè formosa. Hæccine pœnitentiæ miracula. Num respuetur, qua evanescunt crimina ?

*Si pœnitentia interest vel qui accusat, non condemnat.*

18 *De mandatis tuis non erravi* : dixit audacter David. Huic difficili periodo consonat Ecclesiastici sententia cap. 49. 5. dicentis : *Præter David, & Ezechiam, & Iosiam, omnes peccatum commiserunt.* Audenter proposui dixisse, cùm Paulus asserat criminis non esse consecium, nec ideo iustificatum : maximè ubi ipse ibidem illicò infit : *Erravi sicut ovis quæ perijt.* Quomodò intelligendum *Erravi, non erravi* ? Nonne crimen in crimine, & error involvitur in errore ? Aliquando illustri respicientia erroris, magis commendatur respicientis animus ; unde illud vel Profani :

*Psal. 118. 110.*

*Ib. v. 176.*

*Si non errasset fecerat ille minus.*

*Martial.*

Sed quòd culpa non sit culpa, quòd error, error non sit ? Utique : cùm pœnitentia factum est nihil, profectò quod factum est, meritòque pœnitens Propheta, commisso crimine, dicit *Erravi* etiam, *Non erravi* ; quia dum Deus Davidicam pœnitentiam suscepit, idipsum quod erraverat, abscondit.

*Nec est crimen in crimine.*

19 *O Pœnitentia, quæ contritum sanas hominem, tristem exhilarat, vitam de interitu revocas, statum restauras, honorem renovas ! O Pœnitentia ! Quid de te novi referam ? Omnia ligata tu solvis, omnia soluta tu reseras, omnia adversa tu mitigas, omnia contrita tu sanas, omnia confusa tu lucidas.* Hactenùs Chrysostomus Serm. de *Pœnitent.* Omnia sanè : enimverò cuius comes pœnitudo, totus immutatur homo. Hinc de quodam adolescente, qui nimium studebat amasiæ, & plusquam ipsam, aquas sitiebat Lethei jur arceres somitem ignis, memoriam,

*Pœnitentia prodigis, Chrysost.*



*Ambros.*

riam, dicitur profectum in regionem longinquam. Ibi positus est voto, adsentiæ patrocinio : ac regressus in patriam cum oblivione memoriæ, occurrit casu dilectæ. Illa mirata non esse interpellatam, cùm putaret non recognitam ; subridens illi dixit : *Ego sum.* At ille favè : *Verum ego non sum ego.* Vid. Ambrosium lib. 2. de *Pœnitent.* Ita igitur pœnitentia naturam emendat, & contrita sanat : liquidem si ex homine fit beatus fœditate criminis, pœnitentiæ venustate ex bruto fit rationalis : dicente iudice, pœnitentiæ interventione : *Ipsum est animal, quod vidi.* Deus utique deformitatem abscondit, dum pœnitentiam suscepit : contritione enim restituta est imagini pulchra similitudo, & apparuit, qui scelleribus non erat homo.

*Erech. 10. 20.*

*Non à vertas facies à lege.*

*Psalm. 21. 22.*

*Psalm. 19. 9.*

## DIDASCALIA VIII.

*Iustitia tunc iura videt, cùm lumina claudit.*

*Eryc. Puteanus. Symbolum ex Ecclesiastico.*

1 Erycius Puteanus Orat. in *Virginis Pithgat*, prudentissimè exclamat. Hinc illud tritum de Senatu Thebano, ut licet videri apud Plutarch. de *Isiae, & Osiride*, Stobæum *Serm.* 44. Andr. Alciatum *Orat.* in laud. iur. civilis :

*Alciat.*

*Effigiès maxilibus trium à ante altaria Divum*
*Hinc residunt, quarum lumine capta prior.*
*Signa potestatis summæ, sanctique senatus*
*Tutelamis fuerant ista reperta viri.*
*Cæcus at est Princeps, quid solis auribus absque*
*Affectu, constans iussa senatus agit.*

*Iustitiæ.*

*Achil. Bocch.*

Hinc etiam Iustitiæ imago oculato corde apud Achillem Bocch. Symb. 108. cum lemmate : *Amica bonis, atque inimica malis.* Eadem videtis apud Octavium Strada *Tom.* 2. *Symbol.* Ex his diversis imaginibus constat veritas sententiæ Didascaliæ : quandoquidem cùm lex in pectore sit ; ubi Princeps dicit ius, habens oculos in corde, figit tantummodò in lege. Cæcus est, & plane vigil. Ni lumine orbus, respiceret in causis ius & cultus : non posset cuius respicere, quando respicit cæcus. Prudenter iudicat in senatu causam, ubi nequit respicere personam : cæcusque exponitur palàm ; quippequàm tunc ratio iura videt, cùm oculos claudit. Oculos habet in corde, non habens oculos ; ut iustè intueatur inter bonos & malos : iuste igitur iudicabit, qui iudicandos non videt : haud alium habebit cognitis causis, incognitis reis, iuris dicundi intuitum ; præter decreta

*Iudex Iustitiæ consultè, nihil personam non respicit.*

*Tom. II. Tent.* G re

*Sensibilissimum vulnus legis, dum est in pectore iudicis.*

*Oculus animi iudex.*

*Plinius*

*Non favorat iudex legi amicitiæ, sed legi.*

re non debet in pectore iudicis lex amicitiæ, sed amicitiæ familiarior legis.

*Iustum & tenacem propositi virum,*
*Non civium ardor prava iubentium,*
*Non vultus instantis tyranni*
*Mente quatit solida.*
*Nec fulminantis magna Iovis manus.*
*Si fractus illabatur orbis,*
*Impavidum ferient ruinæ.*

Horat.

Canit Horatius lib. 3. *Carm.* od. 3. vers. 1. igitur ut ait Cicero *Offitior.* lib. 3. *Personam amici exuit, qui iudicis induit*; ut acceptet iustitiam, & non personam. Hinc in Areopago, à Phrynes libertate, nudo iudicium pectore, specie palàm, quia capitis periculum coram; de quo contulas Quintilianum lib. 2. cap. 15. Omninò sanctum, ut capita velarentur iudicandorum. Ideo ubi nostra Vulgata: *Nulla erit differentia personarum.* Deuteron. 1. 17. Hebr. *Non agnoscetis faciem in iudicio*: igitur nonnunquam cum tractione legum; iudices facies peccatorum lumnus: ingeniosiorque vigilantior in iustitia cæcus pingitur Princeps, quoniam cæcus nequit respicere facies.

*Persona amici exuit qui iudicis induit.*

Cicer.

*Phrynes quamobrè liberata à periculo capitis.*

4 Iam enim malitia hominum mansuetudinem Dei provocaverat ad nauseam, & iustitia decrevit extirpare malitiam. Unde protervo homine, ebio tactus dolore cordis intrinsecè, Deus propter pertinaciam fremens, & perfractam legem; *Delebo inquit hominem.* Hominem? Profectò. Etiam Noëmum? Nullo modo. In tempore iracundiæ erit reconciliatio. Vidit plusquam hominem in hominibus, igitur vidit iustum tantùm ex omnibus gentibus: & cum exieret decretum, excipit iustum; quia in tribunali iustitiæ nulla acceptio interest personarum, sed duntaxat meritorum. *Delebo hominem.* Et quem habes in corde? Nihil interest. Etiam est lex: & inter hominem & legem, delebo hominem: quippequam potior in pectore iudicis amicitia legis, quàm lex amicitiæ libertatis hominis. *Delebo hominem.* Delebo. Quid? Numquid iustus, quem reservas, & salvas, non est homo? Non delebo. Quomodò delebis, & non delebis? Quia merita respicio, sed non facies.

Gen. 6. 7.

*Iudex sit acceptor meritorum, non personarum.*

Iacob. Bil.

*Iustitiæ merces gemina est, vel cùm bona retlis,*
*Vel prava dignè cùm mala vestituit.*

Et delebo hominem, & non delebo, ubi causarum hominum fit districtio; quoniam iustitia in pectore integerrimi iudicis; amica bonis & inimica malis.

5 Celebre axioma Medicorum est: *Quibus in mammas sanguis colligitur, furorem significat.* Ita Hippocrates lib. 5. *Aphorism.* 40. Petr. Andr. Canonherius hic *Volumin:* 1. de Principibus & Consiliariis intelligit; huiusmodi furoris causam vocans *Auliticam amentiam.* Origo morbi sanguis est: & ubi colligitur in pectore, fit furor in capite; siquidem in ferendo iure causarum, haud iudicantis, sed furentis est iudicium, quod propter familiaritatem sanguinis cordis, pellundetur suffragijs edictum legis. Eritne rectum senatus consulti suffragium, ubi deficit in iudicando iudicium? Perpera omninò atque deresta bilis sententia, quæ ferenda in iustitia, vertigine capitis, affectione pectoris, inspecta causa, iudex non iudicat, sed delirat: quandoquidem sanguis redundans non signat rationis libertatem, sed formidandum furorem. Quid iudicij redolebit in furioso? Erit nam consilium sine consilio? Quid mentis in amente? Quid legis sine ratione? Amentia est aulica, sed amentia: ereximi in iudice, ut ad amussim legum cadat suffragium, affectionis non erit ullum vestigium.

Canonher.

*Iudicat furorem iudicis, affectus cordis.*

6 Surrexit gloriosè, qui expiraverat in cruce, ut qui in sæculo amplectuntur libitò crucem, expectent gloriosam futuram resurrectionem. Stetit ergo id medio discipulorum, conferens cordibus meritis singulare solatium; dixitque illis: *Nolite timere:... videte manus meas & pedes, quia ego ipse sum.* Ioannes addit, cap. 20. 20. quod etiam ostendit vulnus lateris, inflictum lancea divisimi militis; ut scirent peccatores ostium in pectore patulum, nunquam & nusquam pœnitentiæ claudendum. Refert modò scire, cur si servat illhæc signa vulnerum, vel vulnera, tanquam pignora gloriosæ, ac pretiosæ redemptionis, delet penitùs, resurgens vulnera capitis, illàta crudeliter à spinis? Corona non erit capiti, quod in cruce coronans coronavit tribulatione? Si vestigia vulnerum est gloria exteris membris, evanescit gloria capitis? Evanescit profectò, quia non est gloria. Surrexit iudex mortuorum & vivorum, nacto titulo ex perpessione vulnerum: & dum in reliquis membris remanent vulnera, expungit à capite etiam vulnerum signa; quoniam suspiciosa Principis in regimine vel prudentis gubernatio, cuius caput compunctum manet in throno. Vivax Hilpana dialectus. *No puede governar bien, una cabeza picada de la passion.*

Luc. 24. 36. 39.

*Ad punitionem sceleris pertinet patibulum ejusdem.*

*Caput iudicis vulnerum cicatrices suspiciens.*

7 Omnia membra passa sunt specialem cruciatum, pro redemptione, ac lytro voluntariæ captivitatis hominum; quæ illustravit resurgens stigmatibus, quasi trophæo; verum sine vulnere caput. Vulnera capitis essent



*In illo nec punctionis, sit vestigium.*

essent vestigia punctionis: & qui resurgit in tribunal iudex, removet facta à spinarum stimulis; quippe ut iudicium sit in regimine rectum, punctionis in capite à sentibus nec vestigium. Haud spinas punctus iudex contrivit, sed etiam cum indiciibus evulsit. Prudentissimè quidem: igitur acriùs hæret in capite offensa, dum constringitur spina. Semper pungit, si non expellitur. Quæ in capite, à pectore custoditur, in quo sanguis putrescit, & oritur furor ex vaporibus, quos immittit. Quæ timenda in constitutione corporis, potius suspicanda in affectione iudicis: siquidem si laborat vomica pectoris, & vertigine capitis; in lara vestita lege sententia, patent quæ latent venenata viscera.

Psal. 31. 4.

8 Huiusmodi solœcismi est ratio prompta. In capite natura collocat intellectum: intellectus verò formatur in causis iudicium: & caput manet, esto punctum sine passionis vestigio, dum Princeps sedet in throno; quia ut iudicium causæ formetur, ac fundetur in iure, habetur nihili summus intellectus simulatus passione. Alcius propositum. Caput, quia rationis index, in corpore humano, insignitur nobiliori & præstantissimo loco. Christus uti Princeps pacis, a capite diducit ligna passionis & non à cæteris membris. Ista vulnerum vestigia indicabant iudicis offensam, quæ quidem iure polluebat vindictam. In manibus, pedibus, latereque innotescit pericus, homo privus, seu particularis homo. In capite, uti iudex, distributor munerum, seu pœnarum ex officio: & removet prompte Princeps à capite, vulnera illata, quanvis iniustè, in passione; siquidem malè audit vindicta iniuriarum peculiarum, qui uti caput, est elavatus ad thronum. Etiam indigeo vernaculâ phrasi. *No es razon, que de injurias privadas tome venganza, no mas que por su cabeza.* Sed de hoc *Tautolog. Didasc.* 12. 3.

*Perperam iudicat intellectus, affectionis simulatus.*

*Haud vindicatur in tribunali offensam privatæ iniuriæ.*

9 Deinde. In capite etiam residet memoria, quæ multoties nocua regimini, ex punctione crebra offensæ. Secum Sapientia Patris eduxit è sepulchro sublimiorem doctrinam; ut erudirentur, quos principes constituebat super omnem terram. Caput inimicus pupugit, & cicatrices punctionis resurgens in gloriam, delet. Patiens fervat, sustinens sanguine indicat: at ubi caput in medio discipulorum, etiam iudicum, residet, omninò capitis cicatrices expungit: igitur ubi intenditur in regimine prudentia; privarum iniuriarum nec memoria.

*Sed cedat oblivioni.*

Ita fecit, qui ita docuit. Surrexit, duobus discipulis expectantibus apparuit; *Quibus ille dixit. Quæ:* referentibus, quæ passus

Ibid. v. 39.

fuerat Iesus. Antequàm ascenderet in civitatem, retulit cunctis discipulis ludibria, iniurias, passionem. Ecce (ait) ascendimus *Ierosolymam, & filius hominis tradetur Gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum.* Matth. 20. 19. Procedit, sciens quæ super se ventura erant, atque exponit palàm; & modò inquirit à discipulis, quæ sint; cùm didicerit ex his, quæ passus est? Est ne memoria cassa? Alte hæsit pœna. Oblivitcitur? Utique. Iuxta conditionem status uti tur & non utitur memoria, ut ita rutilet in iudicibus prudentia. Quasi unus è multis passus est crucem: sed quia passus, etiam omnium Princeps constituetus. Plusmum, extra portam in calvario Ierusalem: secundum, super Sion: atque modò sepelitur memoria, de quibus nullo modo poterat esse ignorantia; quoniam si privato licet, iniuriarum recordari, Principi porrò dedecus, vel reminisci. Multa pertulit, quæ nisi ab amore, impottabilia; cum quibus refurgente etiam evanuit memoria. Unde cognoscens, quòd ita sint, narrantibus dixit, *Quæ?* quippe quæ ut homo, aut civis sustinuit, ut iudex in throno nescit.

*Non debet esse in Principe nec memoria iniuriæ illatæ.*

*Quasi privatus cognovit, ut iudex nescit.*

10 Hinc liquet causa, cur dum ipse vulnera discipulis decrevit manifestare; dixit: *Nolite timere.* Ad quid? Timor ex obsequio? Ex demonstratione singulari formido? Timetur, qui offendit pectus, ubi amoris dulcissimum vulnus? Timetur ita Princeps & iurè, ne laboret in latere pectoris affectione. Ibi iniuriæ tanquam spinæ recrudescunt, & quousque vindicentur, ingemiscunt: Christusque in tali demonstratione, dixit: *Nolite timere;* quia plerunque plerique fungentes officio capitis, ostendunt, ne ingemiscant, vulnera pectoris.

Ibid. v. 36.

*Perpera in officio capitis, offenditur vulnus cordis.*

11 Ulterius. *Nolite*, inquit, *timere, quia* licèt undique punctus, *Ego ipse sum.* Novitas patet in visione, quòd, qui iam glorificator, sit ipse. Mutatio sæpè pius in hominibus transfiguratis est elevationis umbra: Iesus Christus heri & hodie; ipse & in sæcula. Attamen nota causalem. *Nolite timere, quia ego ipse.* Contraria potius cogitanda in huiusmodi sententia; quandoquidem quia ipse erat, qui tot cruciamina passus; iam iudex, erat proculdubio timendus: & Christus timorem à discipulis excutit, ex immutatione, quæ crebrò timorem incutit; igitur ni ipsemet esset, ostenderet caput punctum, dum ipsis exponebat pectus apertum. In mundo timetur iudex lasus, quoniam si voluntas pungitur, simul ratio ad iudicium vulneratur: & Christus iubet, ne timeant, ubi ipse vulnus pectoris demonstrat; quippe

Ibid. 40.

*Ubi intellectus punitur, voluntas non pungatur.*

in iudice ut iudicet rectè, pungi potest sphæra voluntatis, verùm non aula rationis. Ergo proposito. In pectore notatur amor, & etiam odium : in capite micat legum, & causæ iudicium : & licet palàm sit vulnus in voluntate iudicis, nec vestigium in capite manet punctionis : etenim in iudicio nec amicitia valet, neque inimicitia; sed solummodò causa, quæ dirimenda ex iure præscripto legum, nequaquàm ex facie iudicandorum.

Ioan. 8. 4. V. 6.

12 Coram iudice supremo, ut dirimeret causam, adduxerunt legisperiti mulierem in adulterio deprehensam; dixeruntque : *Magister, hæc mulier modò deprehensa est in adulterio* : crimini iuxta legem respondet lapidatio; quid tibi videtur? *Iesus autem*, audicis & lege & causâ, *Inclinans se deorsum digito scribebat in terra.* Ante iudicium, notatur quòd iudex inclinavit se deorsùm. Nihil in operatione Præsidis prætermittitur à subditis; cùm vigilanter ac curiosè observentur etiam inclinationes. Scripsit *Quasi aliud agens*, ut notat Maldonatus hic num. 14. Aptè vel aliud agens, scribit; & quia literæ delictum iudicis, & quia nulla sententia à iustitia fine actis. *Inclinavit se.* Patuit in corpore figura virgæ iustitiæ : igitur si contra legem sit gratia; haud recta erit sententia, virgâ iustitiæ inclinatione curvâ. Imago iustitiæ delicatula omninò, vulneratur privilegio. *Extendit virgam*, dicitur de rege, ubi à lege fecit immunem Esther. Admirabilis næ vox. Rectitudinem sanè amisit, dum rex extendit: quandoquidem non cohæret in throno, & virgæ inclinatio, & iustitiæ rectitudo. Inclinavit se, *Ne crimen cerneret, quod puniret*: astruit *Serm.* 115. Chrysologus. Arguitur zelus iudicum imprudentiâ, dum sæpe punitioni quæritur causa : & oculos avertens, quasi aliud agens scribebat in terra; ut iudex quæ videt, benignè pareat, & non visa prætermittat. *Inclinavit se, & scribebat in terra*, in medio prolatâ fœminæ causâ. Si respiceret fœminam, respiceret etiam crimen: inclinans se, cogitabat fœminæ fragilitatem. Quod subscribebat iustitiâ, delebat misericordiâ : & inter fragilitatem & culpam, iudex respicit terram; quia potiùs trahitur in remissionem à pietate pectoris, quàm in supplicium à gravitate criminis.

*In iudicio etiam notatur iudicii inclinatio.* Maldon

*In quo iustitiæ restituit.*

Esth. 5. 8. *Malè cedunt iustitia & gratia.*

Chrysol

*Vavet Christus, etiam offenso.*

13 Satis digressionis, ut primario instituto respondeamus. Causa incipit: *Magister, hæc mulier modò deprehensa est in adulterio* : lex clamat. Quid fiet de huiusmodi fœmina? *Inclinans se deorsum*, profert integerrimum adæquatè iudicium, & qui habendus in tribunali, sententiæ modus. *Hæc mulier* commissit crimen: ac meditanter iudex avertit faciem; ut cùm diceret ius, non cognosceret, *An hæc?* Lex ergo ad iudicium expolita, atque fœmina rea. Lex non *Quem* respicit, sed *Quid*: aliàs ad arbitrium voluntatis esset lex. Iuxta præscripta legis, iudicandum de qualitate criminis : & dum proponitur *Hæc mulier* adultera, digito scribebat in terra; quoniam iudicium haud respiciebat fœminam, sed legem latam. Si ius diceret in fœminæ delictum, vultu haud intendens in aliud; in legis causa, iudicaretur non delictum, sed persona: utrumque in iudicio proponitur, & quod obesti iudicij rectitudini expellitur: siquidem in terra scribit, dum postulati meminit; ne iuxta personam iudicaretur crimen, sed persona iuxta legem. Contrario intuitu (ni fallor) causam Scribæ proposuerunt huius mulieris : ideo dicitur, quod proposuerunt ante iudicem *Tentantes* : igitur verè tentatio, dum hæc proferendum ius; cognoscere, cùm ignorare deberet propter legem, quænam hæc?

*In iudicio non respicitur ita persona, sed tantùm culpa.*

Vers. 6.

*Potentis intercessione, deficient à suo iure.*

14 *Hæc mulier.* Causâ accusatores cadent. De adulterio appellant in iudicio tantùm mulierem? O accusatio plena dolò! O accusatores & iudices sine iudicio! *Vos non attenditis merita causarum, sed personarum : non iura, sed munera : non quid ratio dictet, sed quid voluntas affectet : non quid sentiat, sed quid mens cupiat : non quid liceat, sed quid libeat : in pauperibus rigorem ostenditis, & in divitibus ex manifesta sine dispensatis.* Hactenus Innocentius III. de *Vitâ cond. cum.* Non secus accusatores fœminæ, in huiusmodi criminis accusatione. Quid Moyses mandavit in lege? Huiusmodi lapidari. Omninò falsum : aliter enim legitur testimonium. *Morte morientur & mœchus & adultera.* Levit. 20. 10. Liquet igitur textus allegati falsitas; dum pro auctoritate complicis truncatur authoritas: siquidem Moyses haud poterat ferre legem, qua

Innoc. III. *Iudicet imperiti si vindicta tur contra in ea, quæ transeunt continentiam.*

*Facto pius & sceleratus eodem.*

Ovid.

15 Mœchus etiam cum adultera privetur vitâ. Cur ergo si lex ita, sola mulier accusatur? An quia sola: O misera conditio legum, ubi fulgent tantùm vela affectionum! Fallor. O misera rationis captivitas, quæ nec leges sacras ab affectione reservas? Ex duobus implicatis crimine, pelor erit causa fœminæ? Minimè criminatori protegit in lege, quod sentit, sed quod contra legem cupit; quando mente iudicis, ac interpretatione voluntatis, alter in lege indulgentiæ invenit manuetudinem, & alter etiam fra-

*Torquent leges.*



gilior rigoris acerbitatem. Adulter quia exhibuit munus, eorum evasit cum industria manus. *Muneribus eos placavit, muneribus tenuit, ne teneretur ab eis* ait Carthusianus hic. Non intendebant legibus expellere crimina, sed ex criminosis accipere munera : & dimittunt liberè divitem virum, obsicientes mulieris adulterium; quia duntaxat intelligunt, ac interpretantur leges, præmicare utilitates.

Carthus. *Et retorquent ad legem utilitates.*

Novatin.

16 Aliter, sed congruè cogitat Novatinus hic num. 1445. *Vir*, ait, *favore obtinuit, ne in iudicium adduceretur.* Ita teritur in tribunali iustitia, & fit personarum & non criminum causa : interpositione potentium subministratur criminoso auspicium, despecta lege ob reverentiam gratiarum. Mulier quæ invitata ad crimen nullum habebat ex potentibus auspicem, nec connexionum blandimen. In hac observabatur iure procacitas, verùm in viro recolebatur auctoritas : & ubi ambitiò gratiæ iudicat crimen, ita propitium invenit criminatorem; ut dum conscij teneris sit iudicium, alterius complicis causæ non inveniatur vel verbum. Erit recta iustitia, ubi in causa complicis, non est complicis causa? Non respiciunt, quid ratio dictet; sed quid voluntas affectet: non merita criminum, sed solummodò conditionem personarum : igitur prosternunt totius iuris sacras leges, si rimantur à longe potentium interventiones.

17 Hoc iudicium Scribarum & Pharisæorum. Non reum indicabant propter delictum, sed delictum propter reum. Non auctoritatem legis, sed legem auctoritatis. Non iustitiam, sed personam : quam Christus ut non videret, *inclinans se, digito scribebat in terra.* Si infigne iustitiæ rectitudo; qua lege in iudice erit perfectio, pectoris inclinatio? Ut eradiret in sententiæ articulo iudices, qui fœminæ accusatores. Quia detolatam sine ullius patrocinio viderunt, iudici subdole offerunt; quod quidem non fecissent, si autumarent vel patrocinium, vel commodum; uti fecerunt in viro, de quo nec fuit accusatio. Faciem viderunt miserabilis fœminæ; & quia miserabilis, faciem etiam viderunt iustitiæ : iudexque Christus criminis faciem à fœmina avertit, atque in terram oculos studiosè dimittit; quoniam censor causæ iura perspiciùs videt, cùm lumina claudit : etenim non vidit faciem accusatæ mulieris, sed faciem iuris.

Ib. v. 6.

*Non discernunt in causa, nisi quod volunt.*

18 Aliud, quantum auguror, latet mysterium. Iustitia prosperit de cœlo, in huiusmodi accusationis articulo. Verum quomodò? Universum ius cum legis præscriptionibus, habebant ipsi sub pedibus : & dum Christus iudex fuit, veritas namque de terra tunc orta est : igitur ut faceret iudicium ad amussim legum, sine nocua acceptione personarum; oculos suos statuit declinare in terram, ubi indices pravi collocaverant iustitiam. Hinc erecta secum iustitia, qui inclinaverat se sic, ut de actis diceret ius; in triumphum legis latæ *erexit se*: liquidem sublimitas oritur perfecti iudicis, ex erectione proculcatæ legis. *Erexit se.* Faciem ostendit Iesus, cum erigeretur lex: igitur iudex possidato iure, nequit sine rubore vultum ostendere.

*Legum pedibus terunt.*

V. 7.

*Et minimè erecta condemnant.*

19 Iam igitur, cùm se erexisset, iudicium dixerat; sed *iterum se inclinans scribebat in terra.* Vincentius Feererius Serm. de *Adult.* inquirit : *Quid significant hæ duæ inclinationes?* Diversæ sententiæ, arbitror, contrariæ notæ. Ideoque iterum scribebat in terra. Contrariæ sententiæ stylus, in iudice qui semper plectongus? Clarescit modò intelligentia difficilis auctoritatis S. P. Benedicti. Ita enim cap. 2. *S. Regulæ*, de Præside dicit: *Non præponatur ingenuus ex servitio convertenti. Quod si ita iustitia dictante Abbati visum fuerit, & cuilibet ordine id faciat. Ergo æqualis sit.* Idem ergo articulus palàm ne in adulterx sententia. Quomodò hæc diversa in ipsamet causa? Quo pacto vita conceditur moritaræ, iustitia dictante, si ius illi adversatur ex lege? Quomodò iustitia æqualis, sibi contraria in decretis? Quia dixit alibi: *Nolo mortem morientis*, scilicet peccatoris; sed quod crimina cognoscat, & convertatur, & vivat. Iustitia dat unicuique secundum opera sua, videlicet secundum causarum merita : & modò vindicat à pœna criminis, in quam decreverat capitis, quia in eadem causa iniunt diversa merita, ubi diversa sunt acta. Quod coram ostendebatur erat crimen, & accusabant qui neicebant contritionem. Et qui terebatur corda, iam alia causa; quippe ab oculis referebantur pœnitudinis merita: & quam morti iuxta legem tradit, liberat iuxta legem à morte, etiam iustitia dictante; quoniam lex quæ condemnat obstinatum, salvat omninò à perditione contritum. Iuxta legis decretà, est æqua, aut curva iustitia. Æqualis est, ubi non est æqualis; si intercedit in causa articulus distinctionis. In speculo caularum nihil aliud representat præter simulachra legum: & iuxta præscripta iuris, erit tanequàm æqualis, ubi sententia correspondet meritis.

Vincen. Ferr.

5. Bened. *Quomodò iustitia inæqualitate æqua?*

Ezech. 18. 32. *Causa meritis mortis, pertinet ad iustitiam, mutare sententiam.*

20 Ergo clarescat argumentum. Fugientibus, imò fugatis rabiis, Scribis & Pharisæis; *Remansit solus Iesus, & mulier in me-*

Ib. v. 9.

Interpin.

Ubi misericordia accedat misericordia.

Quo pacto in eadem causa gratia & justitia stet

V. 6. & 8. August.

Carthus.

Quanta duritia cordis humani!

Deus revocat sententiam, ubi bona penitudine revocat culpam.

Pro pœna criminis transgressori datur tortura conscientiæ.

dio stans. Appositè Interlinealis: *Remansit miseria, & misericordia* Misericordia, *Jesus*: Miseria, ubi dicitur, *Mulier*. Mulier cum crimine depositebat justitiam: *Hujusmodi lapidare*. Iesus scribens invitabat ad gratiam: *Nec ego te condemnabo*. Iactus difficilis, ubi interfunt & leges iuris, & iura pietatis: sed summus iudex, ut erudiantur qui iudicant terram; in sententia gratam conciliavit & iustitiam. Culpa respiciebat iudicem: ac lachrymæ salvatorem. Si iudex damnabat, deficiebat à pietate: si salvator indulgebat, aberrabat à lege. Si impune abibat, tota causa devolvebatur ad gratiam: si pœnas inebat, vergebat in districtiorem iustitiam. Stabat causa inter saxum rigoris, & sacrum benignissimæ pietatis: at ne quid minus; iuxta legem primum damnat, & postmodum etiam iuxta legem liberat: quippequam lege iustitiæ respiciebat adulteram, & lege gratiæ contuebatur adulteræ pœnitentiam, omnia libere in pace, æqualitate iustissima.

21 Astipulatur acumini diversitas cogitandi apud sacros Interpretes; ut ex instrumento scripturæ conflet, quid ingeniorum geminatæ inclinationes. Evangelista dicit, quòd *Iesus inclinans se scribebat in terra*. Dubitat Augustinus hic, & alij plures, quoniam templi pavimentum lapidibus undique stratum. Imò Carthusianus ubi supr. asserit, quòd *materia lapidea scribenti* Christo *cessit*. Ex quo patet duritiæ cordis humani: igitur saxum indocile cedit, & cor fragile, carneum vel potestati resistit. Ergo sententiam iudex subscripsit in lapide. Quomodò si in terra scripsit? Scribebat secundum merita causæ, vel læsus in marmore, vel misericors in pulvere; ut intenderet in gratiam & in iustitiam. Iustitiam, ni resipisceret; & gratiam, si pœniteret. In lapide characteres haud facilè deformantur: in pulvere, aquâ, imò vento delentur: & ut suaviter & fortiter sententiam in adulteram disponeret, sine dispendio gratiæ, atque etiam auctoritatis iustitiæ: scripsit in pulvere, ut deleret lachrymis, quod marmore scripserat in absentia pœnitudinis.

22 Denique. Iustus & misericors minimè à pœna eripuit, sed sententia libertatis commutavit; igitur quam pallura à populo carnifice, ferebat corde, in dito oculeo conscientiæ. Vidit rex in genis commissi pudorem, defixum in humum lumen, solam plorantem, vehementer ingemiscentem: vid. Nonum hic *Paraphrastin Evang.* Ioan. Ita salvando dimittit impunem? Lachrymæ exprimunt tusi pectoris dolorem: unde meditata causa, iudice pio conferente iura (quia ex collatione legum manat liquidè in tribunali iudicium) fertur libertatis sententia; quoniam si lege prima ius fuit, damnare nocentem; secunda lege, liberare insontem. Liberare, ut constaret, quòd iustitia erat actus rationis, & nequaquàm voluntatis, ad arbitrium iudicis. Liberare, commutando pœnam, ne relinqueret gratiâ fastiditam iustitiam; & salva viveret iuxta legem in pace, procul actis libidine, & occasione, memor periculi; quandoquidem ut ait Claudianus lib. 2. in *Eutrop.* v. 50.

——— *Omne futurum*
*Desp citur, fiudentque brevem præsentia fructum,*
*Et ubi ita vetitum damni secura libido.*

Claudian.

## DIDASCALIA IX.

### *Quàm cæcus ineſt vitijs amor!*

1 IN propudium ambitionis cecinit Claudianus ubi dudùm. Heu, quales tetè diffundit in actus dissimulata, seu simulata quies! Patet in pectore. Quanta fuga quietis & somni! Hoc est negotium quod perambulat in tenebris mentis, & vigilantia cordis. Ambitio subtile malum, virus secretum, latitans pestis, artifex fraudis, mater hypocrisis, tinea virtutis, lepra sanctitatis, radix livoris, viriorum origo, religionis rubigo, criminum fomes, vulnerum pareus, fovens morbos ex remediis, ac deIperationem ex præstantia medicaminis. Ideo Stephanus Forcatulus in *Cupidine Insipiente*, Amorem oculatum exprecisit, lascia, vitta, filamineque nudavit: quippe apertis oculis tunc minus ille videt. Ad quid tanta moles? Ut te posse putent? Dixit Senaca in *Hercul. Oetæo* Act. 2. v. 637.

Claudian.

Quanta in ambitione malus!

Forcat.

——— *Cæcat ut omnes*
*Perdatque aliquos, nullumque leret.*
*Tantum ut nocent, cupit esse potens.*

Senec.

Nec tibi regnandi veniat tan dira cupido, ubi ineſt vitijs tam cæcus amor.

2 Quantum insit, ex proposito, & contuitu ambitionis exponendum, ut ambitiosi resipiscant ex persistentia laborum. Sunt igitur animi, qui habent laborem in quiete, qui lassantur nimis sine labore; quos extra se nonnunquàm habent inanes cogitationes, trahentes & retrahentes, revertentes & euntes; minimè contemplantes quid ratio dictet, sed quid voluntas affectet, quæ propositum defendunt pro aris & focis, nihil indignum vel in indignitate reputantes; indulgentes criminibus, parcentes legibus, arte,

Ingenium ambitiosi.



arte, doloque, non iure, sed iuris specie, Machiavellica politice, modò omnia conspirent in ambitum, & ambitus dirigatur ad theonum: ubi meritum celsitudinis, &

Claud.

——— *Laus maxima, risum*
*Per varios movisse sales.*

Dicit uti supr. Claudian. v. 335. sed aptius Bernardus lib. 3. de *Consideraat. ad Eugen.* cap. 1. & de *Conversione ad Clericos* cap. 22. *O ambitio ambitiosum crux! Quomodò omnes torquens, omnibus places? Nihil acerbius cruciat, nil molestius inquietat: sed propter ambitionem paratos eos videas, universa pericula subire, suscitare scandala, sustinere otia, dissimulare opprobria, negligere maledicta, ubi non animas pretiosa animositas, quam pusillanimitas.* Videris etiam super Psalm. *Qui Habitat.* Serm. 6. & lib. 4. de *Consid.* cap. 4.

Ambitio ambitiosi crux.

Bernar.

3 Attruit Bernardi cogitationem S. Pater Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 64. ubi in electione Prælatis notat: *Proficerant pravorum prævalere consensum: scientes pro hac se recepturos mercedem bonam, si illud cassit, & zelo Dei faciant.* Ad quid ergo zelus Dei studient cum calliditate intentionis, ubi præsupponitur obstaculum electioni pravitatis? Quia sæpe si deturpatur intentio, titulo zeli Dei electio nocetur; igitur extra zelus, sed intuitus electionis magis pravus. Ille suffragatur impio, ut liberius degat; & ille refragatur, ut sibi consulat: quandoquidem & pereunt sui, & nequit esse successor dignitatis, si pravo favent suffragia pravæ electionis. Unde quærentes zelum Dei in resistentia & animum callum, invenient magis ambitione corruptum. O curas hominum! Invehitur in ambitionem ambitio, & utraque fraudatur ab optato desiderio: etenim eligens florente ipe intimiorem familiarem; post, sulpenditur, quia constituit inimicum & ultorem. Cecinit etiam Profanus de Eutropio ubi supr. v. 558.

S. Bened.

Titulo zeli Dei tegitur, & protegitur.

Claud.

——— *Postquam pulsisque bonis, & face retenta*
*Pejores legit socios, stygiosque sodales,*
*Regnandique palam flagravit aperta libido;*

Ruit, & ab ipsis, quos honoribus fecit insignes, pullus est extra limen honoris, & intra thronum avertit infelicitatis. Quam cæcus ineſt vitijs hujusmodi amor, imò amentia! Propter suos, etiam obliviscitur sua. Cogitavit in solium e pulvere erectos, gratos; & invenit adversos. Cogitavit in indignis electis fideliorem fidem, & offendit dignatorum elationem. Cogitavit politicè agendi ratione, quæ in fulcrum tulij cognovit, & nihil tactum ex cunctis quæ cogitavit. Secum petulans amentia certat, in odium implacabile dilectione mutata. Quid aliud ex face retenta poterat evenire? Quid ex pejorum turpium turpiore electione? Ex tanta mole, cogitationum ruina nihil remansit nisi pœnitentia.

Eminam sibi struit

4 *Faciamus hominem, & præsit piscibus maris, volatilibus cœli, & bestijs.* Tripici dignitate honorandus, quem faciemus, homo primus: & *Formavit Deus hominem.* Mirum quod esset homo, quem formavit e limo. Nunc verò pertæsus comminatur: *Delebo hominem, quem creavi. Pœnitet enim me fecisse eos.* Quid Domine? Quia Rex profanus fecit statuam auream, adoratione dedicavit, tantùm quia fecit: igitur haud cultu auctoris satisfacit pectus, nisi adorato extendatur ad opus. Tanta ne te nostri ceperunt tædia mundi? Operis non ineſt amor? Operis ingrati dolor. Neque creasti? Quia creavi, delebo. Præcogitavi opus hominem, & opere non est homo; quia cessit male, quem erexi de pulvere. *Creavit* ex indisposito subiecto factus est homo, quam à terra delebo, quia pœniter me fecisse: & meditanter dicitur Auctor, *Tactus cordis intimo Dolore*; quoniam opus ex indisposito subiecto, nonnumquàm cordis sequitur pœnitudo. Insuspositum subiectum est indignum: & indigne respondet Auctori, quia de nihilo creavi. Pœniter me fecisse: etenim quem cogitavi dignitate, ac muneribus amicum, expertus sum mihi omninò & legibus adversarium. Hæc in Deo pathetica, reapse inter homines frequentiora.

Gen. I. 26.

Cap. 2. 7.

Cap. 6. 7.

Vers. 6.

5 *Non facietis vobis idolum, & sculptile, nec titulos erigetis, nec insignem lapidem ponetis in terra vestra, ut adoretis eum.* Cuncta brevi lustranda, quippe maiora vocant. Conformantur homines decreto, ob fidei Catholicæ cultum, extorum in civilibus, esto facilegium, ab auctis plusum; quoniam inter amicos haud habet gloriam, qui non habuerit in homine ficto vanitatis statuam. Nunquam erigendum idolem, cùm homo elevatur in dignitatis fastigium: etenim non est potestatis absolutissimæ gloria, quod homine tantùm eleverur figura. *Non sculptile*, quia cum capite etiam truncus ex trunco. Perpolitur, ut appareat homo; aptatur, dolatur, lævigatur, ut eleverur. Improbus utique labor: quandoquidem licet clamet afflictus, non curvatur in miseriam; sed manet erectus, quia erigitur truncus.

Opus ira digni culminis nunquàm respondet expectationi auctoris.

Levitic. 26. 1.

6 *Idolum, vel sculptile non facietis vobis.* Ad quid *Vobis*, si crimen est facere? Ne stupidè in idolo cogitarent malos crimen. Quam cæcè ineſt vitijs amor! Erigere pro

Ludicra stultitia, ubi bonum pro est figura, & non bonus.

Deo

Interpin.

Ubi misericordia accedat misericordia.

Quo pacto in eadem causa gratia & justitia stet

V. 6. & 8. August.

Carthus.

Quanta duritia cordis humani!

Deus revocat sententiam, ubi bona penitudine revocat culpam.

Pro pœna criminis transgressori datur tortura conscientiæ.

dio stans. Appositè Interlinealis: *Remansit miseria, & misericordia* Misericordia, *Jesus*: Miseria, ubi dicitur, *Mulier*. Mulier cum crimine depositebat justitiam: *Hujusmodi lapidare*. Iesus scribens invitabat ad gratiam: *Nec ego te condemnabo*. Iactus difficilis, ubi interfunt & leges iuris, & iura pietatis: sed summus iudex, ut erudiantur qui iudicant terram; in sententia gratam conciliavit & iustitiam. Culpa respiciebat iudicem: ac lachrymæ salvatorem. Si iudex damnabat, deficiebat à pietate: si salvator indulgebat, aberrabat à lege. Si impune abibat, tota causa devolvebatur ad gratiam: si pœnas inebat, vergebat in districtiorem iustitiam. Stabat causa inter saxum rigoris, & sacrum benignissimæ pietatis: at ne quid minus; iuxta legem primum damnat, & postmodum etiam iuxta legem liberat: quippequam lege iustitiæ respiciebat adulteram, & lege gratiæ contuebatur adulteræ pœnitentiam, omnia libere in pace, æqualitate iustissima.

21 Astipulatur acumini diversitas cogitandi apud sacros Interpretes; ut ex instrumento scripturæ conflet, quid ingeniorum geminatæ inclinationes. Evangelista dicit, quòd *Iesus inclinans se scribebat in terra*. Dubitat Augustinus hic, & alij plures, quoniam templi pavimentum lapidibus undique stratum. Imò Carthusianus ubi supr. asserit, quòd *materia lapidea scribenti* Christo *cessit*. Ex quo patet duritiæ cordis humani: igitur saxum indocile cedit, & cor fragile, carneum vel potestati resistit. Ergo sententiam iudex subscripsit in lapide. Quomodò si in terra scripsit? Scribebat secundum merita causæ, vel læsus in marmore, vel misericors in pulvere; ut intenderet in gratiam & in iustitiam. Iustitiam, ni resipisceret; & gratiam, si pœniteret. In lapide characteres haud facilè deformantur: in pulvere, aquâ, imò vento delentur: & ut suaviter & fortiter sententiam in adulteram disponeret, sine dispendio gratiæ, atque etiam auctoritatis iustitiæ: scripsit in pulvere, ut deleret lachrymis, quod marmore scripserat in absentia pœnitudinis.

22 Denique. Iustus & misericors minimè à pœna eripuit, sed sententia libertatis commutavit; igitur quam pallura à populo carnifice, ferebat corde, in dito oculeo conscientiæ. Vidit rex in genis commissi pudorem, defixum in humum lumen, solam plorantem, vehementer ingemiscentem: vid. Nonum hic *Paraphrastin Evang.* Ioan. Ita salvando dimittit impunem? Lachrymæ exprimunt tusi pectoris dolorem: unde meditata causa, iudice pio conferente iura (quia ex collatione legum manat liquidè in tribunali iudicium) fertur libertatis sententia; quoniam si lege prima ius fuit, damnare nocentem; secunda lege, liberare insontem. Liberare, ut constaret, quòd iustitia erat actus rationis, & nequaquàm voluntatis, ad arbitrium iudicis. Liberare, commutando pœnam, ne relinqueret gratiâ fastiditam iustitiam; & salva viveret iuxta legem in pace, procul actis libidine, & occasione, memor periculi; quandoquidem ut ait Claudianus lib. 2. in *Eutrop.* v. 50.

——— *Omne futurum*
*Desp citur, fiudentque brevem præsentia fructum,*
*Et ubi ita vetitum damni secura libido.*

Claudian.

## DIDASCALIA IX.

### *Quàm cæcus ineſt vitijs amor!*

1 IN propudium ambitionis cecinit Claudianus ubi dudùm. Heu, quales tetè diffundit in actus dissimulata, seu simulata quies! Patet in pectore. Quanta fuga quietis & somni! Hoc est negotium quod perambulat in tenebris mentis, & vigilantia cordis. Ambitio subtile malum, virus secretum, latitans pestis, artifex fraudis, mater hypocrisis, tinea virtutis, lepra sanctitatis, radix livoris, viriorum origo, religionis rubigo, criminum fomes, vulnerum pareus, fovens morbos ex remediis, ac deIperationem ex præstantia medicaminis. Ideo Stephanus Forcatulus in *Cupidine Insipiente*, Amorem oculatum exprecisit, lascia, vitta, filamineque nudavit: quippe apertis oculis tunc minus ille videt. Ad quid tanta moles? Ut te posse putent? Dixit Senaca in *Hercul. Oetæo* Act. 2. v. 637.

Claudian.

Quanta in ambitione malus!

Forcat.

——— *Cæcat ut omnes*
*Perdatque aliquos, nullumque leret.*
*Tantum ut nocent, cupit esse potens.*

Senec.

Nec tibi regnandi veniat tan dira cupido, ubi ineſt vitijs tam cæcus amor.

2 Quantum insit, ex proposito, & contuitu ambitionis exponendum, ut ambitiosi resipiscant ex persistentia laborum. Sunt igitur animi, qui habent laborem in quiete, qui lassantur nimis sine labore; quos extra se nonnunquàm habent inanes cogitationes, trahentes & retrahentes, revertentes & euntes; minimè contemplantes quid ratio dictet, sed quid voluntas affectet, quæ propositum defendunt pro aris & focis, nihil indignum vel in indignitate reputantes; indulgentes criminibus, parcentes legibus, arte,

Ingenium ambitiosi.



arte, doloque, non iure, sed iuris specie, Machiavellica politice, modò omnia conspirent in ambitum, & ambitus dirigatur ad theonum: ubi meritum celsitudinis, &

Claud.

——— *Laus maxima, risum*
*Per varios movisse sales.*

Dicit uti supr. Claudian. v. 335. sed aptius Bernardus lib. 3. de *Consideraat. ad Eugen.* cap. 1. & de *Conversione ad Clericos* cap. 22. *O ambitio ambitiosum crux! Quomodò omnes torquens, omnibus places? Nihil acerbius cruciat, nil molestius inquietat: sed propter ambitionem paratos eos videas, universa pericula subire, suscitare scandala, sustinere otia, dissimulare opprobria, negligere maledicta, ubi non animas pretiosa animositas, quam pusillanimitas.* Videris etiam super Psalm. *Qui Habitat.* Serm. 6. & lib. 4. de *Consid.* cap. 4.

Ambitio ambitiosi crux.

Bernar.

3 Attruit Bernardi cogitationem S. Pater Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 64. ubi in electione Prælatis notat: *Proficerant pravorum prævalere consensum: scientes pro hac se recepturos mercedem bonam, si illud cassit, & zelo Dei faciant.* Ad quid ergo zelus Dei studient cum calliditate intentionis, ubi præsupponitur obstaculum electioni pravitatis? Quia sæpe si deturpatur intentio, titulo zeli Dei electio nocetur; igitur extra zelus, sed intuitus electionis magis pravus. Ille suffragatur impio, ut liberius degat; & ille refragatur, ut sibi consulat: quandoquidem & pereunt sui, & nequit esse successor dignitatis, si pravo favent suffragia pravæ electionis. Unde quærentes zelum Dei in resistentia & animum callum, invenient magis ambitione corruptum. O curas hominum! Invehitur in ambitionem ambitio, & utraque fraudatur ab optato desiderio: etenim eligens florente ipe intimiorem familiarem; post, sulpenditur, quia constituit inimicum & ultorem. Cecinit etiam Profanus de Eutropio ubi supr. v. 558.

S. Bened.

Titulo zeli Dei tegitur, & protegitur.

Claud.

——— *Postquam pulsisque bonis, & face retenta*
*Pejores legit socios, stygiosque sodales,*
*Regnandique palam flagravit aperta libido;*

Ruit, & ab ipsis, quos honoribus fecit insignes, pullus est extra limen honoris, & intra thronum avertit infelicitatis. Quam cæcus ineſt vitijs hujusmodi amor, imò amentia! Propter suos, etiam obliviscitur sua. Cogitavit in solium e pulvere erectos, gratos; & invenit adversos. Cogitavit in indignis electis fideliorem fidem, & offendit dignatorum elationem. Cogitavit politicè agendi ratione, quæ in fulcrum tulij cognovit, & nihil tactum ex cunctis quæ cogitavit. Secum petulans amentia certat, in odium implacabile dilectione mutata. Quid aliud ex face retenta poterat evenire? Quid ex pejorum turpium turpiore electione? Ex tanta mole, cogitationum ruina nihil remansit nisi pœnitentia.

Eminam sibi struit

4 *Faciamus hominem, & præsit piscibus maris, volatilibus cœli, & bestijs.* Tripici dignitate honorandus, quem faciemus, homo primus: & *Formavit Deus hominem.* Mirum quod esset homo, quem formavit e limo. Nunc verò pertæsus comminatur: *Delebo hominem, quem creavi. Pœnitet enim me fecisse eos.* Quid Domine? Quia Rex profanus fecit statuam auream, adoratione dedicavit, tantùm quia fecit: igitur haud cultu auctoris satisfacit pectus, nisi adorato extendatur ad opus. Tanta ne te nostri ceperunt tædia mundi? Operis non ineſt amor? Operis ingrati dolor. Neque creasti? Quia creavi, delebo. Præcogitavi opus hominem, & opere non est homo; quia cessit male, quem erexi de pulvere. *Creavit* ex indisposito subiecto factus est homo, quam à terra delebo, quia pœniter me fecisse: & meditanter dicitur Auctor, *Tactus cordis intimo Dolore*; quoniam opus ex indisposito subiecto, nonnumquàm cordis sequitur pœnitudo. Insuspositum subiectum est indignum: & indigne respondet Auctori, quia de nihilo creavi. Pœniter me fecisse: etenim quem cogitavi dignitate, ac muneribus amicum, expertus sum mihi omninò & legibus adversarium. Hæc in Deo pathetica, reapse inter homines frequentiora.

Gen. I. 26.

Cap. 2. 7.

Cap. 6. 7.

Vers. 6.

5 *Non facietis vobis idolum, & sculptile, nec titulos erigetis, nec insignem lapidem ponetis in terra vestra, ut adoretis eum.* Cuncta brevi lustranda, quippe maiora vocant. Conformantur homines decreto, ob fidei Catholicæ cultum, extorum in civilibus, esto facilegium, ab auctis plusum; quoniam inter amicos haud habet gloriam, qui non habuerit in homine ficto vanitatis statuam. Nunquam erigendum idolem, cùm homo elevatur in dignitatis fastigium: etenim non est potestatis absolutissimæ gloria, quod homine tantùm eleverur figura. *Non sculptile*, quia cum capite etiam truncus ex trunco. Perpolitur, ut appareat homo; aptatur, dolatur, lævigatur, ut eleverur. Improbus utique labor: quandoquidem licet clamet afflictus, non curvatur in miseriam; sed manet erectus, quia erigitur truncus.

Opus ira digni culminis nunquàm respondet expectationi auctoris.

Levitic. 26. 1.

6 *Idolum, vel sculptile non facietis vobis.* Ad quid *Vobis*, si crimen est facere? Ne stupidè in idolo cogitarent malos crimen. Quam cæcè ineſt vitijs amor! Erigere pro

Ludicra stultitia, ubi bonum pro est figura, & non bonus.

Deo

Deo sculptile, crimen est; verùm *Vobis* erigere, ampliori voluntatis detestatio, quàm in idolo; quia momentum iustitiæ omnes truncat sensim & æqua lance: fraudque hæret tribunali in necessaria hominum conversatione; si sibi fabricantes idolum, sibi pro Deo quærerent, & alium aliis in cauta desiderarent. Vernacule: *Es detestacion, querer uos Dios para si, y otro para los demas.* Non facietis *Vobis*. Perstringitur in iisdmodi decreto, ambitus pomposa solicitudo. Propositum ambitioli, dum facit, tantùm est facere sibi: frustrabitur in idolis voluptatis conceptum votum, ubi debitum intenditur ab operibus studium. Non vobis facietis, dum vobis facitis; quia non habentibus vobis: igitur cum adipisci pervenerint dignitatem, recalcitrabunt in ipsum benefactorem.

*Iustitia æqua.*

*Qui sibi in vita Elimelech consulit, non consulit sibi.*

7 *Nec titulos erigetis.* Rario exhibetur ne idola voluntatis erigantur ad honores. Eriguntur ad titulos, dum elevantur ad thronos, ubi stant ad instar pilæ versatilis vel peltatæ in locum imaginis hominis. Vulgò dicimus: *Está fermo*, & apposite dicitur: liquidem in culmine fastigato structurum dignitatum, nil amplius effulgurat nisi bractea titulorum. Nomina magna, sine substantia nominis, & dignitas sine meritis. Unde dum concipit ratio iuxta adæquationem munerum & meritorum hominem insignem, prudentem, literatum; fallitur, non videns neque insignem, neque hominem, sed hominis figuram, vel peltastam, in quo dignitas (cùm totum dignitatis sit) est titulus sine re.

*Dignitas in indigno est titulus sine re.*

8 *Nec insignem lapidem ponetis in terra vestra.* Huiusmodi prurigo Ecclesiasticorum est. Quapropter Bernardus Serm. 6. *Super Psalm. Qui habitat.* num. 7. *Non salus* (ait) *animarum, sed luxus quæritur divitiarum. Pro Episcopatibus, Archidiaconatibus, Abbatijs, alijsque dignitatibus impudenter hodie decertatur, ut Ecclesiarum redditus in superfluitatis & vanitatis usus dispensentur.* In obsequium ambitionis vocant nomina sua in terris suis: igitur malunt in terra propria ponere lapidem; quàm intendere in nudum pauperem, divitiarum creditorem. Non ponatis insignem lapidem in terra vestra, quippe tempore etiam mortuntur sepulchra. Nomina iustorum scribuntur in cœlis: & minimè insigne vestri celebrabitur titulis, sed electosyuis. Filij lapides vivi, qui pauperes, in templum constituuntur & construunt. Aptius lapides vivi clamabant. Ecclesiarum redditus non sit adinstar Absalomi manus, quia ibi magnus, ubi titulus.

*Bernar.*

*Ecclesiasticorum insignia, non tituli, sed elementa sunt.*

9 Non moremur in transcursu. *Nec insignem lapidem.* Ecca fabula Deucalionis. De quo Ovid. *lib.* 1. *Fabul.* 6. Iuvenal. *Satyr.* 1. vers. 83. Virgil. Georg. lib. 1. vers. 62. & Lucretius lib. 5. vers. 923. ubi.

*Et genus humanum multo fuit illud in arvis*
*Durius, at decuit, tellus quod dura creassat.*

*Lucret.*

Habet enim fabula prisca locum, indigneque electi iudicia perhibent, qua sint origine nati. Invite, ac fractis viribus sublevatur in altum lapis innato pondere, quippe pugnant grave & leve: & ad titulum lapidis (dicas titulum crucis) quantumvis humeros curvet, auctor humeros supponit, & rumpit viscera, ne rumpatur statua. *Nec lapidem insignem.* Insigne lapidis ponderositas est: etenim eò graviores, quò insigniores: & homines allucinati lumine honoris & auctoritatis, qui portat, ut elevet lapidem, vocant insignem. Miseri & intelleres! lapides non erigendi, sed proculcandi. Thronus extat gravatus, si in illo lapis insignis stat. Erectus vel ipse invitus, dum ex lapide homo fit. Dignitas pandata queritur, & dignatus in illa quotidie gravior: auctorque dum indignum fustollit ad thronum, fui ipsius & electi stimulat precipitium. O ambitione cervicosa! Deus tantum potest ex lapidibus filios Abrahæ suscitare.

*Electio indigni grauat auctori.*

*Et sit, & dignatus.*

10 Hoc malum grande, præter originem ab auctorum ambitione (qui volunt nescire futura tempora, quæ Pater cœlestis posuit in sua potestate) haud aliam habet causam; nisi indignorum petulantem impudentiam, qua (& consideratnes sine dignitate non esse, & illa truncum, ut Aristotelem plaudi, quoniam sæpe audituc vox: *Ecce plusquàm Salomon hic*) aperta fronte, & perricta honores ambiunt, mertra plaudunt, secum semet ipsos metiuntur; quia suadet fatuitas, nil esse, cui conferantur. Quadrat sententia Persij *Satyr.* 1. v. 141.

*Origo ambitionis audet?*

*Perf.*

*——Qui in crepidas Gratorum ludere gestit*
*Sordidus, & iusto qui possit dicere iusce,*
*Sese aliquem credens.*

*Indigni merita, munera.*

Illis videtur, ascendendo scandere, sed prudentibus corruere; quoniam pro testimonio inconcusso meritorum, affectionem exhibent dignitatum. Falluntur sane, & misere: quandoquidem si elevantur proprio iudicio tanquàm homines magni, alieno videntur (si videntur) homunculi.

11 Describitur per Ezechielem Tyri civitatis pulchritudo, tùm armato milite, tùm forti phalange, nec labili alicubi muro, sed inexpugnabili propugnaculo, cum per illius gyrum arma nitida suspenderent, & custodes pelris mœnia decorarent. Inter illos pygmæi quoque militiæ dederunt nomen; ut uni complerent civitatis pulchritudinem. Sic itaque Vates inclytus: *Pygmæi qui erant in turribus tuis, ipsi complevernnt pulchritudinem tuam.* Si Pygmæorum desiderantur notitiæ, adest Augustin. lib. 16. de *Civit. Dei* cap. 8. Vives ibi, Nic. phorum Callistus *lib.* 12. cap. 37. Albertum Magn. lib. 1. de *Animal.* Athenæum *lib.* 9. *cap.* 13. Glaum Magnum *lib.* 1. *cap.* 11. Aul. Gellium lib. 9. cap. 4. *Noct. Attic.* Aristotelem lib. 8. de *Histor. Animal.* cap. 12. Ulyssem Aldrovandum de *Monstris* lib. 20. cap. 5. Fortunium Licetum, & Georg. Schenckium etiam libell. de *Monstris.* Cardanum lib. 11. de *Subtilit.* & lib. 8. de *Variet.* cap. 40. Plinium & eius Commentatores *lib.* 7. *cap.* 2. & denique Artmannum Schedel in *Mund. Chronic. ætat.* 2. Ex Poetis, huius agminis primipilum, & huiusmodi staturæ (nisi fallar) arcuitectum, Homerum *Iliad.* 3. v. 6. Ioan. Spondan. hic. Ovid. lib. 6. *Fastor.* Senec. in *Oedip.* Act. 3. v. 805. Statium lib. 1. *Sylvar.* de *Starnab. lib.* v. 63. Martial. *lib.* 1. *Epig.* 44. Iuvenal. Satyr. 13. v. 168. & Claudian. de *Bell. Gildonito* v. 475. E Sacris, Abulensem. Villalpand. Sanctium, Hugonem, Lyram & Alapide hic.

*An Pygmæi?*

12 Hi, qui vocantur Pygmæi, nequaquam homines cubitales erant, sed staturæ procetæ, uti dicit Hieronymus hic, aliique Expositores, uti Sanctius & Alapide ex Carolo Paschallo de *Coronis* lib. 6. cap. 24. Unde Septuag. legunt *Medos* alij *Custodes*: alij *Luctatores* & insigni virture pugiles, quos olim Lanistas vocabant. Modò igitur diteutiendum se offert, Cur gigantum proceritas ita minuitur in voce, ut homines magni etiam in turribus demonstrentur ut Pygmæi? Pro diffantia obiectorum cogitat late Lucretius lib. 4. de *Rer. natur.* & in civilibus arbitror clariorem causam, vel fortunæ patrocinio prorsùs indignam. In ascensu ad sublimes dignitates pro defectis habentur huiusmodi transmutationes. Floret metamorphosuon ambitionis versatilis scena, qua indigni ascendunt ad culmina per indigna. Gigantes qui videbantur doribus, ubi privi, publico munere deridentur ut Pygmæi. Ut Pygmæi altiores? Ita. In altum sic ascendentes tollebantur, ut minimè viderentur. Unde quò magis ascendebant, eò proceritatem extollentes attenuabant; quoniam digito contèctis monstrabantur pumiliones, qui priusquàm turres ascenderent, cogitabantur gigantes.

*Hieron. Et quit*

*Septuag*

*Scena ambitionis.*

*Non respondent facie vel digni pudoris expectationi.*

13 Magni, inter staturæ brevis merita, æstimabantur ascendentes in turrium cacumina; & etiam cogitabant fore maiores, si vitæ comite, imò socia dignitate, uti magni, cum illa collocacétur in magnis. Evanuit expectatio, quoniam in suffragijs præceps fuit electio equidem qui colebantur tanquàm homines insignes, in muneris turre ridebantur cubitales. Electio non confert merita indigno: at ut liqueat in electionibus voluntatis suffragantium affectio; apparent homunculi ascendentes in thronum, qui indicabantur, alijs præstare ab humero & sursùm. Defectere quimus, quod facetè dixit Valer. Martialis. *lib.* 14. *Epig.* 212.

*Si solium spectes hominis caput, Hectora credes:*
*Si stantem videas Astyanacta putes.*

*Qui iudicabuntur homines in signes, in dignitate nec apparent homines.*

*Vide Mart.*

Astyanax filius Hectoris, qui pupus e turre deiectus est. Haud aliter plurimi magni habentur, ubi iacent. Rarò prudentium expectationi respondent. Hinc indignos hominiscentes, cum magnos expectaveris; si stantes in cacumine videris, non videbis.

14 *In turribus Pygmæi.* Turris propter singularem elevationem denotat dignitatem; ori observant PP. & Expositores ad illud Cantic. c. 4. *Sicut turris David collum tuum.* Vide Guisletium & Sherlogum hic. In dignitatis eminentia videntur Pygmæi, qui magni. Quid erunt Pygmæi? In altitudine altitudo decrevit. In magnitudine proceritas magnitudinem minuit? Sanequam. Haud magnum constituunt hominem munia, sed magna Minorantur, dum sustolluntur demerita. Luna, cùm Sol elevatione sit maior, elevatione sit minor. Videtur itaque magnitudo, qua præstant merita, cùm essent duo *Luminaria magna.* Non secùs interdum in comitijs usuvenit, maxime si affectus cum socia ambitione elegerit: igitur experientia docet, nec credi prudenter exigua, cui videbantur posse committi regna. Hispan. *Los que parecian para mucho, en la torre del pueslo son para poco.* Sine dotibus consortibus dignitatum, obtinuerunt culminis dignitatem; sed indigni, vel gigantes negry quidem. Clarius vernaculè. *Los que eran de gigante estatura, elevados parecen poca cosa.*

*Aititudo insignium deprimit, non extollit.*

*Gen. 1. 16.*

*Videntur & non videntur.*

15 Præterea: Ut aes suppleat, quicquid proportionis subtrahit oculis meditata eminentia sub tra tymmetriam ab artificibus consultò fabricatur statua: etenim rune congruè cadit, dum mensuram connaturalem excedit. Proin quisquis staturæ vulgaris in superioribus collocarer statuas, procul dubio oculis obijceret pro imaginibus puppulas: imò ni essent proceræ corpulentiæ, tominem sanè ministraret rifui; quoniam quæ magnæ videbantur infrà; essent profectò invisibiles suprà. Pariter in assumptione dignitatum merita excedere debent, ut meditatæ altitudini respondeant: etenim ni superent, non adæquant. In huiusmodi excessu stat vera ma-

*Ni merita dignitati præstent, non respondent.*





*Ex ch. 27. 11.*

gnitudo ; quoniam æquè, quicquid magnitudinis extollitur, tollitur : igitur elevatione, quod non excedit, ab spectantibus magnitudini surripitur. Quapropter iacent in superioribus deridiculi homunculi, qui infra oggrassabantur proceritate famoli.

16 Ultrà. Gigas præclaris meritis est homo magnus. Nanus, etiam dotibus brevis, non est homo : igitur stans super terram dignissimè iacet, quasi vivens in terra non esset super. Quomodò præstabunt super muneris grallas dotibus, ac meritis nani, ubi eminentes gigantes explorantur ut Pygmæi? Quid erunt, qui nunquam sunt? Quid homines titiviliti; ubi nihil, vel quasi nihilum homines? Hinc pro *Pygmæi*, aliqui legunt *Pygici*, seu *Pygmæi*. Hetibertus: *Species Similarum*. Cornelius Alapide hic: *Simiæ ergo fuerunt, non homines*. Proh dolor! Prolubium sustragantium patet propudium : igitur pudet adire homines, quos ratio cogitat gigantes meritorum instrumentis, & offendere gestu & vultu philocosmas simias, insulis dignitatis ignominiose larvatas, quæ magis ornantur risui, quam insiæ veneration. Fodicatur huiusmodi visione & ambitio Pygmæorum, & propositum capitonum eligentium : quandoquidem nimio affectu, & cerebro deliro, simias iudicant homines & de genere gigantco, collocantes in dignitatum fastigio. Unde egredientes ut insulatos videant, & sibi de electione prudentissima complaceant; vident (vel non vident) nanos, & in cacumine mirantur inclytos cercopithecos.

17 Qui gigantes, in turribus apparent Pygmæi. Huiusmodi staturæ differentia exprimit dotes electorum ad munera. Verum quo pacto sui expectationem non expleverunt in munere : & qua causa qui gigantes, ubi maiores futuri, designantur ut Pygmæi? Exprimam & cum dolore, igitur video dignitates gravari. Quasi illustraturi omnia & electa luminaria magna, officiorum sublimium obtinent artificiose cacumina : & ubi qui gigantes, in turribus cubitales describuntur; ibi merita iure & demerita notantur: cù enim in exercitio pateat, quanti momenti sint dotes, quantæ magnitudinis, splendoris, ac speciositatis pro decore muneris; dignus permanet ut Sol, dum ad cacumina assumitur, & indignus quasi Luna in assumptione mutatur.

18 Causa supperit intento Didascaliæ. Quandiù iuxta muros gigantes steterunt, steterunt gigantes. Illorum corporis magnitudo muris præstabat. Consule Expositores in Deuteron. 3. 11. *Solus Og restitterat de stirpe gigantum*. Et in Iosue 14. 15. *Adam maximus ibi inter Enacim situs*. Augustinum de *Civit. Dei* lib. 3. cap 4. Maiolum *Tom. 1. Colloq. 2.* & Ravilium Textor. in *Officin.* lib. 2. cap. 42. Ascendere ambierunt, ut maiores apparerent, in turres; & illotunc viri non fuerent gigantes: igitur cùm non responderet magnitudini turrium, valla licèt magnitudo corporum; quò magis mutatione loci ascenderant, tantò proceritatem imprudenter extenuaverant.

19 Elevatio turrium, adhuc in gigantibus protegentibus civitatem, grandiorem exigebat magnitudinem. Ascenderant in turres, & evanuerunt gigantes, tacti homunculi in fastigio : quippe non erat proportio. Magni iudicantur homines, si ambulaverint in magnis : & claret diminutio, quæ videbatur ambientibus elevatio ; quoniam tantâ magnitudine turris, etiam gigantes evanescunt ab oculis. Si ascendant superiùs, cò minus. Iccirco dum erescere intendunt dignitatis magnitudine, ex elevatione nanicicuntur nec videri. Si iuxta staturam meritorum, culmina appeterent dignitatum; dotes iuxta staturam eminerent, & digni ates ipsis splendore gigantibus, non prastarent: verum cum ascendissent ultra quod non oportebat ascendere ; ambierunt anxie altitudine minui. Visi sunt pumiliones, qui erant gigantes; quippequam ad tantæ dignitatis fastigosa culmina, staturæ brevioris clarebant merita. Hinc liquet honore non iuvari, quos ultra merita decorat honos ; igitur in turribus sunt Pygmæi, qui gigantes iuxta muros. Videntur infrà, qui supra. Videtur qui gigas, nanus. Si ex æquo meritis responderet munus, vel merita dignitatibus præstarent; ipsi gigantes in solio, & minimè dignitates apparerent.

20 Tandem aliquibus placuit, hos non fuisse propugnatores, nec homines ; sed statuas straminеas, larvas, simulachra pannosa, passerum formidines, seu hominum terriculamenta ( quo intelliges illud David Psalm. 88. 41. *Posuisti firmamentum eius formidinem*. Idest, Larvam hominis : quod Hispanic. dicimus *Paparasolla, coco, espantajo*, de quo Nos aliqua differuimus *Tom. 1. Tautolog. 3. Didasc. 6.* num. 14.) Perinde Doctissimus Sanctius & Alapide inquiunt: *Larvas hominum non ad urbis tutellam, sed ad irrisionem*. Describitur dedecus ambitionis in splendore altioris meritis culmiuis: igitur si instrumentorum commendabilium, & effulgurantium dignitatum non datur proportio ; dignitas non honori, sed ludibrio. Si mutuo dignitas, & dignatus honorantur, singuli reciproco splendore sustollunt : at cum dissident merita & culmina; ne quaquam insulæ conterantur in utrisque meritatem, sed in electorum, atque ambientium irrisionem. Nonne dignum solutissimo risu contueri in solio summo, hominis larvam, ac staturam stramineam ? Suggeratur ergo pro medicamine ictis ambitionis dipsade, atque laborantibus officiorum hydropisi, quod Apollo expertus dixit sitienti dignitatem Phaetonti.

*Magna petis Phaëtô, & quæ non viribus istis*
*Munera conuenêre, nec tam puerilibus annis.*
*Nitè ea, quæ ad cessus sunt, tuis corrige vota.*
——*Vtinam que oculos in pectore posses*
*Inserere, & patrias intùs deprehendere curas!*
*Non bonos est pœnam Phaëton pro munere posse.*

Ira ex Ovidio lib. 2. *Metamorph. Fabul. 1.* Ante Seneca *Epist. 11 1.* ait: *Longiores, quam sunt, videri volunt.* Quilibet, sibi videtur, fastigio dignitatum, posse addere ad staturam suam cubitum unum. Indignis dignitates grallæ sunt, non magnitudo ; quibus vel scrupulo crispirans præcipitatur homo. Patet, quàm cæcus insit viris huiusmodi amor.

Hetibert. Alapid. *Indigni videntur indignitate.*

*Sunt insulata simia.*

*Mala merita, quæ ambitio celavit, meritissimo in dignitate detegit.*

*Homines vastissimo corpore.*

*Quò maiores, eò minores indigni.*

*Dedecus vel digni patet, altiora petere.*

*Ut rutilet rectus, maximus minimè sit munus.*

Sanctius & Alapid.

Ovid.

Seneca.



*Indignorum in dignitate defervit irrisioni.*

*Quanta cæca animæ dignitatis!*

## DIDASCALIA X.

### *Deus non nocet, sed medetur specie nocendi.*

Seneca. 1 Scribit Cordubensis profert lib. 1. de *Ira* cap. 5. Verè haud sapientia huius mundi infatuatus agnovit : quid non diceret, si incerta & occulta divinæ sapientiæ cognovisset ? *Nec ullà dura videtur curatio* ( inquit ) *cuius salutaris effectus est.* quandoquidem vel dirum cruciamen procedat in optatam valetudinem: unde licet per mala, malorum excussio à prudenti nequaquam iudicatur perpessio, sed adulatio: etenim fallidiet perperam voluntatem, quod voluntati blandimen. Auctor cladis solatium est. Salarium ex proposito. Quid enim mali, vel in ipso mortalibus quibat evenire de cœlo ? Non corripit, ut corripiat; sed ut corrigat.

*Pro salute nihil intentatum.*

Ovid. *Si placet hoc, meritoque, quidò tua fulmina cessant*
*Summe Deum! Licet peritura virtibus ignis,*
*Igne premere tuo, clademque auctore levare.*

Dixit flagrans Tellus apud Ovidium lib. 2. *Metam. Fab.* 1. Idemque tactus exilio, tanquam tactus è cœlo lib. 5. *Trist. Eleg.* 3. exclamat ad Cæsarem, pœnæ auctorem:

*Quod petimus pœna est, neque enim misset esse recusso.*

Idem.

*Sed præcor, ut positim tutius esse miser.*

Verùm unde & quomodò in afflictione tutius? Si percutit Deus. Miseram solatur sortem percutientis dextra, etiam dum vulnera exulcerat : igitur non nocet, dum irascitur; sed ne noceat, nocendi specie vulnerato medetur.

2 Prævaricati sunt (contrarium magis novum, quippe errantibus corde, non errare prodigium) filij Israël, qui quidem sustinuerunt captivitatem sub Nabuchodonosor. Postliminio ergo sub Xerxe, Nabuchi prisci infignito cognomine ( adl Sanctum in Iudith. *Prologom.* 4. & 5.) factum fuit bellum gladio & igni, Principe exercituum Holoferne : qui expugnaturus pugnacem, ita militæ cinxit Bethuliam urbem, ut fractis aquæductibus fontium ( nil obtesis noxius excogitare poterat, quàm queis placare Deum, obturare aquæductus lachrymarum) prælsi angustiâ sitis, dederentur voluntati superbissimi ducis. Defecerunt igitur aquæductus fontium, sed non aquerunt anguis lu nimum siquidem cùm lachrymæ sint compedes procedentis in vindictam ; ut viverent, & simul biberent, coniugerunt ad lachrymam. Unde dixerunt: *Iniquitatem fecimus : tu quia pius es, miserere nostri : aut in tuo flagello violatæ iniquitatis nostræ.* Celebris profectò ac nova oratio lapphicum! Quæ debebat dare, vexatio tuberaxit pene intellectum. Quia pius, ne miseretur, vel flagellet! Utique. Haud oppositum iudicetur flagellare, & misereri : etenim perfectionum planè acerbæ asperitudines oriuntur plerumque è fonte miserationis.

Iudicht. 7. 19. 20

*Sæpe acerbitates sunt signa divinæ misericordiæ.*

3 *Quia pius, in tuo flagello vindica.* Quia pius ignoscit, quia iustus crimina punit : & in expositione gravitatis doloris, flagellum optant dirigi à dextra pietatis; quotiam iustus, acrisque sceleratis tormentum, ubi à iustitia pietas surripit gladium. Verum de hoc abunde 6. *Didasc.* dixi. Alia timor. *Quia pius in tuo flagello.* Nunquam enim in peccatores magis commovetur bilis, quàm cùm misericordiæ recordaris : & petimus iratæ pietatis acerbissimum flagellum, ne iuchiamus in miserationes hominum ; quippequam miseratior præstas adhuc in pietatis ira, hominum misericordiæ.

*Pietas irata timenda.*

*Sed Deo benigniorem hominum misericordiâ.*

4 *In tuo flagello vindica.* Scit populus, Dei tranum quàm gravem? Scit, & etiam esse clementem. Optant, quod pœnæ minuantur, dum inferuntur. Scit, crimina clamare in cœlum ; ut nullum flagitium relinquatur inultum, falteinque perpetuo cruciamine,

*Etiam dum ulciscitur, fragilitati cōpatitur.*

mine, satis fiat aliquatenùs iniuriæ: & orat populus in amaro urbis conflictu, iniquitates vindicari Dei excandentis flagello: quoniam etiam dum crimina ulciscitur, pœnæ luentium; ac infirmitatibus miseratione compatitur. Haud eligetet David manum Domini gravem; ni prænosceret vel in flagello pietatis indolem. Iustitia urget, ut sumat pro vindicta flagellum, pietas vincens suspendit offensi brachium: nihilominùs tamen quoniam benignitatem agnoscunt, eâdem auctore levare cupiunt: non recusant; miseros esse, sed per alium miseros fieri: igitur ipse arcens vibratum reprimit fulmen, dum quem percutit, videt præ dolore lachrymantem. *In tuo flagello*, quia das lachrymas in mensura, cum homines offensos nulla reprimat lachryma, immò magis quasi furentes in subactos debacchentur, ubi corda per oculos liquefiunt. *In tuo flagello*: etenim si tuum, non flagellum, sed pietatis studium: *In tuo flagello*. Si non *Tuo*, in flagellantes humana corda irascuntur: *Tuo*, præ dolore lachrymantur: & fusis mortificatorum lachrymis, illico labuntur sagittæ è manu potentis.

*Et quiescit ab ira.*

*Et misericordia lachryma.*

5 Denique. *In tuo flagello vindica iniquitates nostras*, dicunt. Etiam dolor habet ingenium. Irritant iniquitates quietem Dei, & flagello comminatur, an minùs ab iniquitate peccatores revocentur. Infligit peccatum, & Deus iratus impingit ictum, intendens quòd doloribus cruciaminum, redeant in cognitionem peccatorum: ut clargiatur benignissimè gratiam, ex corde quærentibus pœnitentiam. Undè licet flagellum sit grave, & plenum amaritudinis, optant, quòd ipsius & non alterius verbere vindicet iniquitates; quoniam vel maximè iratus haud irascitur, ut punitat doloribus crimina, sed ut convertat cruciaminibus corda.

*Ejus increditur ira, ut convertat pœnitentia tardia.*

6 Quam gnarè cognovit populus vel afflictus! Plotavit, postquam adorationis Vituli pœnas ultrò zelotypo dedit. Hinc origo crebræ populi ingratitudinis, & iliatæ frequenter calamitatis. Calamitatis, quia sicut exclamavit Rab. Moses Gerundensis apud Lipoman. in *Gaten.* hic. *O Israël! Nunquam tibi accidit aliquod malum, in quo non esset aliqua uncia de iniquitate Vituli.* Ingratitudinis, quoniam studuerunt Vituli adorationi, simulac fuerunt libertate donati. Origo igitur planctus cogitetur. Post supplicium mittere decrevit Deus præcursorem Angelum: *Audiensque populus sermonem hunc pessimum, luxit.* Haud de supplicio dolet: & decretum audiens luget? Merito quidem. Quodnam acrius supplicium pravitati hu-

*Rab. Mos.*

*Exod. 33. 4. Absentia Dei, extremum malum.*

mani cordis, quàm absentia Deitatis?

7 *Luxit.* Lugeat vel propter commissum crimen, vel propter pœnæ cruciamen; verum quia minister, qui quidem Angelus, moderatur mœstitudinem vestem cordis, exprimunt tristitiâ vestis. Audito decreto, *nullus ex more indutus est cultu suo.* De quo huiusmodi mœstitia? In oculis liquet causa. Si lachrymantur quod patiuntur, stragem populi lachrymentur. Lachrymantur. Nulla igitur clades crudelior poterat grassari in populum, quàm Rempublicam gubernari per ministerium: quandoquidem etiã clementis, & recti fulgeat Principis chronus, fiunt ministeria & per Angelos malos. Dialecto nostra: *Aunque sean los Principes ajustados, suelen ser los Ministros unos demonios.*

*Ibid.*

*Minister severior in exercitio suæ potestatis.*

8 Luget populus quia Angelo Deus regimen subdelegavit, & causas cognoscendas ministro iniunxit. Non Angelus minister eius? Licet eius, quia minister, lachrymatur populus. Prælagichat, deliturum in multis vel malitia, conditioneve fragilitatis. Ministri potestate severi, sunt apicum iuris, maximè si conditione superioris status. Deus cognoscit figmentum nostrum, quoniam pulvis sumus: & abundè de ministri regimine luget populus; quoniam suspicatur, pœnas indigendas, non ut crimina deleant, sed de cruciamine doleant. In regimine Dei non intenditur deleri homines, sed hominum iniquitates: quandoquidem vel dum correptione irascitur, satagit emendare, errata expungere, non delinquentes corripere.

*Sed in severitate misericordia.*

*Supplicium inferendo in dolore non ut doleant, sed ut crimina pœnitudine deleant.*

9 Etiam ubi iustè indignatur, inlitæ ingenium misericordiæ dignoscitur. *Videns autem Deus, quod multa malitia hominum esset in terra (Malitia*, quoniam à fonte voluntatis, non à fragili ate conditionis: *Multa*, quia tot indulgentijs & crescebat audacia, & languebat clementia) *Deleho, inquit, hominem, quem creavi, à facie terræ.* Quia malitia erat, & multa, adhibentur flagella: ergo flagella præparantur, ne sit malitia. Patet iustitia ab amore, etenim non destruit hominem, sed hominis crimen. Si autem malitia procedit longiùs, & mori peccator quærit, moriatur, destinetur morti. *Interim misericordiæ genus est, occidere*: ait Seneca lib. 1. de *Ira* cap. 16. Ideo Deus decrevit delere hominem; sed tantùm à facie terræ, ut salvarentur animæ: igitur cum non deleat, ut deleat; sed ut doloribus corrigat, atque amaritudine mortis repat derestatio criminis; clemens homines destinavit in mortem, quia ni perirent, perirent.

*Genes. 6. 7. Iustitia effata non destruit hominem, sed hominis crimen. Senec.*

10 Ecce discrimen inter pœnam illatam ab homine, & ab indignatione divinæ iu-



*Pœna adhibetur loco remedij, non vindictæ.*

iustitiæ. Ab hac, omne pœnæ genus adhibetur loco remedij: ab illo, loco vindictæ: quippe in homines concipitur odium, nullatenùs in delictum: cùm in inimicos iustitia Dei non dirigat, sed in crimina, quæ fecerunt inimicos. *Procedam in tribunal* (ubi dudum dicit Seneca) *non furens, nec infestus, sed vultu legis: sine ira, eo vultu, animoque, quo serpentes & animalia venenata percutio. Bonus iudex damnat improbanda, non odit.* Hinc exitus iustitiæ in utroque distintio, igitur pœna illic oritur ex odio, sed hic studioso obsequio.

*Odium in iniquitates, & misericordia in delinquentes. Iudex sit medicus.*

*Psal. 41. 11.*

11 *Qui tribulant me inimici mei*, querulus clamat David, *exprobraverunt mihi fiduciam*, videntes in me cœli quasi commotam iustitiam. Quem perculsit, persecuti sunt, & super dolorem vulnerum adiderunt, dicentes propter comissa peccata, Persequimini & comprehendite eum, quia non est qui eripiat. Perpende: *Tribulant me inimici mei.* Ad quid si tribulant, exprimit tribulantes inimicos & Iuos; dum non sit tribulatio per amicos? Fit etiam: & sæpe ex coniunctione intentionis necessitudinis, nascitur meditatæ intentum tribulationis; ut amplectentes tristitiam, tristentur ad pœnitentiam: igitur cum amicitia intendat in amici utilitatem; constituit aliquando, ut peccator respiscat, tribulationem unde in se reversus, recognoscat mentis compos, tribulationem esse missam non per inimicos suos. Defendit zelus uti aquila rustici, ut vas pestiferum frangat, & hausto mortem ne bibat: etenim si indulgeret fictionis voluptati, traderet necti & mavult inferre brevem amaritudinem, quàm videre amicum superare maiorem.

*Orat. Manass.*

*Ut illæ & non illi pereant.*

Catenùm unde isti grati, & illi iudicantur tribulantes inimici? Iam dicit: *Tribulant me.* Alij *Persequuntur me.* Non noxam, venenum cordis, sed me persequebantur tribulantes. Amici tribulant me, ut exeutiant à me iniquitatem, pectoris colubrum. Inimici me tribulant, duntaxat ut tribulent, & persequantur. Alij peccatum in me. Alij me, sed non peccatum, quo cor magis incitatur, unde terretur. Omnes tribulant me, aliter tamen & aliter; ex quo patet, an amici, an inimici. Amici, quippe medentur vulneri specie ficta nocendi. Inimici, quia tribulatione tantùm persequuntur hominem, & non inimicum crimen. Quàm feliciter de Præside iudice, & vindice S. P. N. & Dux Monachorum, *Regul. S. cap. 64. Oderit vitia, diligat fratres.* Imprudentes non discernunt inter commissum crimen, & delinquentem: quapropter destruunt hominem,

*Iacob. 1. 14.*

*Ut si omnis tribulatio nis, sit peccator omnis mentis.*

*S. Bened.*

non considerantes fratrem ac consultò commendat, quòd amorem in fratres, & odium in vitia dirigant; siquidem illicò delinquens oderit respicientia peccata, si viderit excitatam duntaxat perfecutionem in crimina. Ideo cap. 28. Medico similem desiderat Præfidem. *Abbas faciat, quod sapiens medicus:* ait. Appositè: medicus non furit in ægrotantem, sed in ægritudinem: & Abbas si in odio vitiorum diligit fratres, amore fratres liberabuntur à virijs.

*Ceffet in hominem cuius lætium, dum dimittit peccatum.*

12 Subtituit animo Regis prævaricatoris imitanda pœnitudo. Fracto igitur corde, fatenti divinæ iustitiæ dixit: *Ne simul perdat me cum iniquitatibus meis.* Sacramentis plena sunt verba, ut de clementia Dei, & propria contritione latentur compuncta corda. Intentum divinæ iustitiæ fulminantis vivide exprimunt, ac in iniquitates, & non in iniquas odium; quippe non peribunt homines, si pereunt iniquitates. Bellum indicitur crimini, non peccatori, & si involvit peccatorē, tantùm expugnatur propter crimen: unde qui expertus fuerat dig ladiantem iustitiam (ut homines etiam amplectantur pœnitentiam) monet dilungi à sceleribus; ne cum iudex iracatur, pereant cum iniquitatibus.

13 Clareat ergo auctoritatis acumen. Inter corda & crimina fit voluntate coniugium. Hinc Apostolus Iacobus inquit: *Unusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus: deinde concupiscentia cùm conceperit, parit peccatum: peccatum verò cùm consummatum fuerit, generat mortem.* Huiusmodi in coniugio intendit Dei iustitia contrahentium divortium, vel utriusque interitum; quia non venit pacem mittere, sed gladium: siquidem cum errore iure diriminitur matrimonium. Pugnat, ut respiscat, & pellicem voluntatis pectus expellat, avertens amoris philtrum totus orbis caraphractus contra Infensatum, sepiens viam iniquitatis spinis, vel ubi fons fcatebat voluptatis. Cor quod culpam defendit, bellum cum iustitia habet: quam culpam nisi expulerit, homo protectò peribit. Infilit homo blandimine novæ allectus, & etiam infisit infisitiæ gladius. Resilit: resistit etiam, & percutit: quo commotus, dolore perpingente & usque ad animam excutit è pectore culpam. Perdit, ne omninò pereat: nocet, ne noceat: cognoscit aspidem, quam deperibat illicem: gladium recondit iustitia: ac divina clementia (ut tutiliet gratia, & pateat in indignatione amor, qui videbatur furor) si homo dimittit peccatum, & dimittitur confortium; cessat undequaque bellum.

14 Proin patefit in pijssimo iudice amor vin-

vindicis, sed medici: igitur ferro & igni confligit hominem vel furentem, ut expellat, qua furit iniquitatem. Si nos perdere tentaret, de iniquitate haud solicitus esset: imò vocaret auxiliatricem, ut præfocaret hominem. Odit vicia, non homines odit, quos sine vitio fecit: unde percutit, ut vivant sicut creavit. Non lætatur in perditione vivorum. Pereunt homines blanditiis iniquitatum, quæ aspidum adinstar, quem interficiunt, suffocant. Ægrè fert amor Auctoris, luites miraculi opinicis, quòd venenata sint corda, & langueat anima, impellente in perditionem adamatâ iniquitate, dum vult Conditor omnes homines salvos fieri. Unde in obsequium tui, quia hominum (quin ex hominibus æquè perfolvatur obsequium) instante clementia, & charitatis flamma, amore vehementi, gladio ancipite iustitiæ perdit persecutione, quod nocebat animæ. O fumma bonitas! Tantùm expulsa cognoscitur, quam mala noxa. Furit homo, dum avellitur culpa, & beneficium cognoscit, dum sine veneno quiescit. Durum videbatur divortium delectabilium, & frustratus appetitus crudelem vocabat medicum: sed expers homo gratiâ Dei iucundissimi onetis, amarissimæ potius voluptatis, quem blasphemabat dicum ob persecutionem, ob dolores in illa plaudit clementem.

*Ægrè fert divina charitas, quòd homines in perficiat iniquitas*

*Haud cognoscitur quàm mala, nisi pulsa quam gravis.*

15 Recole quod mirabéris Ieremiæ tristis totatum, & nobis in afflictione ponis documentum. Duplici intuito obviat hominibus tribulatio: vel ut meritum crescat, vel ut demeritum diluat. De primo egregiè, inculenter & compte vel Ethnicus de *Provid.* cap. 5. & 6. ait: *Ignis aurum probat, miseria fortes. Vide quàm alte ascendere debeat virtus* (inflar aquæ fontis eò extollitur, quò deprimitur) *scies illi non per secura vadendum. Omnia mala ab illis Deus removit, scelera, & flagitia, & cogitationes improbas, & avidas consilia, & libidinem cæcam. Ipsa tuetur, & vindicat.* Hæc Seneca vocans persecutionem & molestiam, *Bonorum virorum sarcinam.* Iuxta Bernardi & veritatis mentem, arbitror sanè fortunam. *Porta-te* (ait super Psalm. *Qui habitat.* cap. 7. num. 3.) *Christum in corpore vestro, omnis delectabile suave pondus, sarcinam salutarem, etiam si permare aliquando fortè videtur, omninò feliciter.* At de hoc latè hic *Tautol. 3. Didasc.* 11. & 12. ubi perspicuè videbitur, *Quare via impiorum prosperatur?*

*Persecutio comes virtutis.*

*Beneç.*

*Bernard*

*Et simul felicitas.*

16 De secundo proposito persecutionis, ita Vates alloquitur Idumæam. *Gaude & lætare filia Edom, quæ habitas in terra Hus; ad te quoque pervenit calix.* Scilicet literalem, quem arbitror per sarcasmum; haud disputo: sed inquirendum est modo, cur invitat mœstus ad gaudium exultatione gaudentem, ac etiam oblitam persecutionem? Quomodo potest studere laxationi voluptatis, cui minatur acerbum casicem persecutionis? Ille facta strage mœret, quia cor de tribulatione dolet, & Edom eadem tribulatione gaudebit? Utique. Persecutionem Deus immittit, non ut persecutos persequatur, sed ut persecutione ad sationem revocentur. Si amaritudo defenderet in corda hominum propter amaritudinem, producere debebat persecutio mœrorem: & provocat felicitate gaudentem ad aliud gaudium, ex tristitia nascens calicis tribulationum; quoniam persecutionibus cœlum haud intendit in cruciamine cruciamen, sed hominum ab erroribus reditum conversionem.

*Thren. 4. 22.*

*Impossibilium est calix non intendit cruciamen, sed hominum conversionem.*

17 Calix itaque non præclarus, sed amarus, quem haustura ellio reluctante: Idumæa (quoniam fax indignationis non erat extinanita) inclinandas ex ludæa in illam, eadem rigoris benignitate; ut biberent pariter omnes peccatores terræ. Iam ebrii absynthio biberat Ierusalem: potatura etiam Edom, ut gauderet valetudine, quam obtinuerat illa persecutione: igitur sicut medicamen potu prævalet corpus, persecutionis calice purgatur animus: quem scrib invitat ad gaudium Vates, quantumvis calix plenus sit amaritudinis; quippequi in si vere sapit, gaudebit; cum viderit venenum persecutione expulsum, non aliter removendum. Haud separat, quo gaudemus; sed quo ploramus: & minimè patet argumentum mœstitudinis, expulsio mira falsidiosi doloris. *Gaude, quoniam ad te quoque pervenit calix*: igitur non removebit quæ merito placent, sed quæ non tantùm cordi, verùm animæ nocent: & removere quamvis dolore tostcum, non est dolor, sed obsequium. Iniquitates, quæ extrema mala, petunt extrema remedia. Unde ut purgemur, in nobis non erit calix amaritudinis, si separentur à nobis: liquidem pœnis amor haud solicitat pœnam, sed persecutorum gloriam; quam minimè felicissimi obtinerent, ni defectus carnis persecutiones consumerent.

*Remanet si sanctum.*

*Et exulcerare vetantur.*

18 Retorquere iure possumus, quod post tot persecutiones, igne latus in altra, dixit Alcides, apud Tragicum in sua *Hercul. Oetæo* Act. ult. v. 1960.

*Non me virgentis flagna Cocyti tenent,*
*Non puppis umbras furva transvexit meas.*
*Iam parte mater quæsitus: Manes semel*
*Umbrasque vidi. Quicquid in nobis tui*

*Mor-*



*Mortale fuerat, ignis iniectus tulit.*
*Paterna vexlo pars data est, flammis tua.*
*Virtus in astra tendit.*

*Seneca.*

*Quæ arcet*

Vide etiam Ovidium lib. 9. *Metam. Fabul.* 4. Denupta erat in sino Asbeltino animæ, individuitate corporis, pulcitra imago Deitatis: per virtutem ignis pulchrior apparuit, sordibus tantum exuitis: & data nummis, quæ ex mundo; pars quæ cœlestis, fausse redita cœlo. Apparuit misericordia Dei, ut nanciscerentur populus libertatem; ac pro insignibus clementiæ elegit rubum & ignem. *Apparuit in flamma ignis de medio rubi.* Nil supra. Clementior ergo apparet, dum corda torret, & iliaulis pungit. Mortificat, ut vivificet: igitur ferro & igni, qui captivus liberatur a tyrannide. O Domine! hic ure, hic seca, hic non parcas; ut in æternum parcas: & dilectam bene vivere vel senex, vel noleus, vel indignans. Excita iram, imò excita clementiam, cum vel pressus nemo de te possit habere iustam querimoniam.

*Exod 1. 2.*

*Deus quos diligit, corripit.*

19 Audiatur Iobus. *Si flagellat, occidat semel, & non de pœnis innocentum rideat.* Impete cervices frangat; verum ossa quæ conterit, lenté minimè confringat: etenim summa pœna, doloribus mortem amplecti, ac in pœnam ampliorem fugere mortem. Cur ita queritur, qui in solamen ita loquitur? Perpende: *Ego ille quondam opulentus repente contritus sum. Tenuit cervicem meam, confregit me, & posuit me sibi quasi in signum, circumdedit me lanceis suis, convulnerabit lumbos meos, non pepercit, & effudit in terra viscera mea.* Quid amplius? *Conscidit me vulnere super vulnus.* De geminato queritur vulnere, dum mori optabat repentè. Hæc est querimonia? Quia vulnere super vulnus conscidit, vulnerato non pepercit? Fallitur humana maximè in corpore saucio mens, cum amor cogitet indemonstrationem plus. Quoties peccatorem in morbo ne flagellet, diu flagellat; nec semel occidit, ne semel occidat! Premit arcte dolorum funiculos ad cruciamen; ut clareat infirmitas non ad mortem in morte, sed ad salutem.

*Iob. 9. 23.*

*Ibid. c. 16. 13.*

*V. 15.*

*Mortificat, ut vivificet.*

20 Ingenium amoris perscrutemur. Vulnus amoris olim habuit emblema lanceam Achillis. Quo intelligitur illud Publij Syri:

*Et exulcerare vetantur.*

*Amoris vulnus idem qui sanat, facit.*

*Pub. Syr. Lancea Achillis virtus.*

De illa fictum, ob sanitatem Telephi Mysorum regis, quem victum, orantemque retecit, vulnere vulnus sanare. Unde Propertius *lib. 2. Eleg. 1.* canit:

*Mysus & Oemonia iuvenis qua cuspide vulnus*

*Pro pert.*

*Senserat, hac ipsa cuspide sensit opem.*

Nos aliqua diximus *Tom. 1. Tautolog. 12 Didasc.* 10. num. 2. & Ovidius pluribus in locis illius meminit: lib. 1. de *Ponto* Eleg. 2. vers. 28. *Methamorph.* lib. 13. Fabul. 1. *Trist.* lib. 1. Eleg. 1. vers. 99. & aptius propolito lib. 5. Eleg. 2. vers. 9. ut inveniret in Cæsare medicinam, per quem exilij patiebatur pœnam, elegantèr fuccinit:

*Telephus æterna consumptus tabe periisset,* Ovid.
*Si non, quæ nocuit, dextra tulisset opem.*
*Et mea, si facinus nullum commisimus, opto*
*Vulnera qui fecit, facta levare velit.*

Modò ergo intento. Iobus optabat ob doloris acrimoniam, in unico vulnere vulnus, non vulneris medicinam; igitur semel percussus periret semel, quia semel percussus caderet. Deus haud in vulnere solicitabat mortem, sed vulneris inflicti salutem: & ubi queritur cruciaminibus pectus, confcidit arte vulnere super vulnus; quippequàm si primum cordi inferebat cruciamen, secundum ferebat opem. Non ad contritiones alligandas accedit iracundus, sed amantissimus animarum medicus. Queritur homo crebris petitus fctibus, clamat doloribus, acrimonia dolet, gravitate furit; verum geminato vulnere quiescit, & excutit è pectore querimoniam; quia sanus invenit in vulnere medicinam.

*Deus dolor favet.*

*Et homo dolore pravatis.*

21 Quot querilis vulneratur cœlum! Quot verborum iagittis petitur expellens malum, ac arctatur ordo prudentissimus providentiæ, sub titulo fallo, speciolo tamen, malæ fortunæ! Non tuffices, heu! inflicta usque ad mortem pœna, ut pro præterita tuificiatur altera; ac ultima, quæ videtur non sit illius consummatio, sed acrioris dispositio?

*Querela hominis de fortuna, vana.*

*Nulla luce unquàm secura fuisti.*
*Finis alterius mali gradus est futuri:*
*Maior alius incubat mœsta dolor,*
*Alitur, & crescit malum, & ardet intus.*

*Seneca.*

Ex Tragœdo tum in *Hercul. Furent.* Act. 2. vers. 206. cum in *Hippol.* Act. 1. vers. 98. Venias læva fortuna, si line comite venias. At vulnus in anima, & non tantùm in membra, sed vulnera super vulnera! Proh dolor! Posuit cœlum pectus sagittarum & fulminum scopum. Num malus malum! O fatui mortales dolorum artifices, & amici languoris! Piget, quod exeat morbus? Doler, de quo gaudet pectus? Gaudete, dum vulneraminis igitur per ostia vulnerum summis doloribus exit materia dolorum.

*Per vulnus infirmum, exit peccatis venenum.*

*Posuit me quasi signum.* Ita ab amore figitur cor obduratum. Audi Othonem Vænium Emblem. 77. *Amor.*

V. 15.

*Hic*

*Hic scopus est, cunctas huc verte Cupido sagittas,*
*Nam patet in vulnus pectus inerme meum.*
Ovid. Vam. *Non tot iziunus Tityo dat vulnera vultur,*
*Quot tua visceribus tela dedere meis.*

Tribulatio parit tribulantis dilectio.

Vivide. Qui se fatetur irarum scopum, patet iam amoris signum: etenim exprimit pectoris flagrantis flammam, ubi dilectum exponit quasi signum ad tagittam.

22 Qui quondam opulentus, eget: & ita degit, quod amplius urget: siquidem crescit calamitas, si semel decrescit vita felicitas. Usque ad viscera dolor pungit: & quia cœlum ita pupugit, vulnerato *non pepercit*? Fecit & apptime. Pectus mortale rimendo bibit venenum, quòd voluptuose serpit per latitudinem viscerum; quod quidem ni expellatur (licet inferat cruciamen) perdet lubitò languentem. Medicus porrigit calicem amaritudinis, ut languentes poceat vino compunctionis. Dolet æger, verum medicus insistit: & dolens vomit venena, dum effundit ipso medicamine viscera. Non parceret medicus, si pepercisset: sed pareit, quia non indulget: siquidem si doloribus pareeret, proculdubio æger desperatus periret.

Vers. 14

Deus tribulationes purgans, & non parcit, ut pariat.

23 Sic multoties Deus iustos aliqua imperfectione maculatos reddit tribulationibus puros, & per ministros Angelos, fabros ferreos malleo, incude, lima; ut præstet sine imperfectione virtutis formã. Aliquando utitur ministris, tanquam fabris lignariis. Verùm quare? Homo, qui Dei imago, & similitudo, delet ab imagine similitudinem, per deformantem animam, turpem iniquitatem. Patuit foris in Nabucho, intùs in Adamo. Hic cùm in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus. Ille uti monstrum electus est ab hominibus. Quid faciendum, ut huiusmodi imagini, homini lapso, restituatur amissa similitudo? Quod cogitat statuarius de materia, ut formet imaginem; operatur Deus, ut imagini restituat similitudinem. Secat opifex lignum, ictu proiicit, unde ex alto & erecto subitò ruitin secuti & ascia cædit, deformitatem abscindit, collineat, dolat, complanat, lævigat, & tundit quousque perficiat. Omnia ictibus consummanda, quoniam aliter truncus non habet formam. Feliciter Statuæ appolita epigraphe, *Dant vulnera vitam*: apud Picinel. in *Mund. Symbol.* lib. 16. cap. 18. n. 187. igitur sicut recipit simulachrum à vulnere formam, ita crebris ictibus anima redit ad gratiam: tunditurque corpus in quo relucet imago, quousque animæ per gratiam inhæreat similitudo.

Vulnera ligno dat nobiliorem formam.

Picinel.

24 Peccavit David, quod reges faciunt: pœnituit, quòd reges non faciunt. Tactus igitur dolore cordis, & punctione iniquitatis, offusæ terebello, quia peccavit Domino; lachrymis elinguibus, & eloquentibus ab offenso efflagitat non tantùm misericordiam, sed magnam. *Secundùm magnam misericordiam*: ait. Qui petit, accipit: qui quærit, invenit: igitur illicò ut confessus est delictum, Dominus transtulit graris peccatum. Remisit culpam, quoniam non vult mortem peccatoris; sed non pœnam; quia custos intergerimus legis. Intende in calamitates post confessa peccata, ut discas, quid facerent non confessa. Tundit primò denuncians: *Filius qui natus est tibi, morte morietur.* Non quiescit ita: *Non recedet gladius de domo tua.* Adhuc flagellat: *Tollam uxores tuas.* Altius vulnerat: *In oculis tuis.* Haud alienus deturpabit honorem in regia: *Suscitabo super te malum de domo tua.* Nec tot mala frangunt iram? Haudquaquam. Ille nequam, quia improbus, & in tuum propudium natus, *Dormiet cum uxoribus tuis in conspectu Solis huius.* Restant adhuc ictus? Restant & graviores. Filium tuum fugies, exul ab urbe egredieris. Si in gratiam Dei iam revocatur pœnitens, ad quid tot calamitates? Si lachrymis ita compescitur, cur ita fœcitur? Si pius, clemens, & benignus Dominus, & in miserationibus magnus; quo intuitu in pœnitentem corde commovet iram? Secundùm magnam clementiam. His statuis dant vulnera formam. Abraserat in Davide commissum crimen imaginis perfectionem, & pulcheram Deitatis similitudinem. Obumbraverat nubecula culpæ totum splendoren gratiæ. Statua mota iacebat, & deturpata fuligine voluptatum. Quid agendum? Peribit opus? Teretur cum opera tempus? Desperandum? Nullo modo. Restituetur imagini cum gratia similitudo, & florebit pulchrè sculpta, collata formæ sed aptanda est vulneribus, ut careat criminibus: igitur labores cùm conferant doloribus formam; secundùm magnam clementiam (ut præstent in cœlo elaboratæ imagines) multiplicat Deus etiam è corde conversis amaritudines. Si parceret in hoc sæculo, magis ac magis premeret in futuro. Alia dicemus loco cit. *Tautol.* 3. *Didasc.* 2. ut constet clarius, Deum pœnis uti quasi medicamine; cùm non noceat, sed medeatur hominibus, vel ipsa specie nocendi.

Psalm. 50. 1.

Laudat Petrus Dei clementiam.

2. Reg. 11. 2. v. 10.

Mortua Dei statua, non parcere deformanti iniquitati in hac misera vita.

TAU-



# TAUTOLOGIA SECUNDA.

*ERAT AUTEM SARAI STERILIS, nec habebat liberos.*

Genes. 11. v. 30.

## EXPOSITIO LITERÆ.

Petrarch.

1 DE Sterilitate & Fœcunditate Plesnasmica leges occurrit. *Contraria optimè collatione cognoscuntur*: ait Franc. Petrarcha in Præfat. lib. 2. de *Remed. utr. fort.* Ita ergo nobis de utraque in præsentiarum sermo, ut magis eluceat oppositis expositio. Exemplum pulchritudinis infœcunditas nonnunquàm comes; ut patet in Sara, Rebecca, Rachele, aliisque Scripturæ fœminis, notatis & famâ & formâ. Casus videris apud Nicol. Nancelium in *Analog. Mier. ad Macr.* pluribus in locis. Aristot. de *Histor. Animal.* lib. 10. cap. 1. & Albertum Magn. de *Animal.* lib. 10. tract. 1. cap. 1. Congruum quippe, ut fœmina, viri socia (quæ nequit specie, arctèc sibi opima fœcunditate. Unde cuiusi nulla intram vasto corpore micat salis, illa providè sapiat in filijs; ut qui de inelegantia coniugis mœstus, fœcunditate hilaris, paternitate lætus dicat sponsus:

Fœcunditatis deformitati, & pulchritudinis fœcunditatem in fœcunditate.

*Nulla domus tales unquàm contexit amores.*

Catull. Uti canit Catullus in *Nuptijs Pelei & Thetidos*, v. 333. Ita Iacobum oblectabant sterilis Rachel, sed speciosa; & Lia inelegans, sed fœcunda.

2 Proles iurè dicitur utriusque parentis nexus. Ita Quintilianus *Declamat.* 1. & Tragicus in *Herc. Oetæo* Act. 2. v. 407.

*Conciliat animos coniugum partus ferè.*

Senec. Retorquere quimus in fœminas illud Iuvenalis *Satyr.* 2. v. 138.

*Interea tormentum ingens nubentibus hæret,*
*Quod nequeant parere, & partu retinere maritos.*
*Nam prodest agili palmas præbere Luperco.*

Iuvenal. Fœminæ retinent maritos vel prole vel pulchritudine.

De quo videas Varronem lib. 4. de *Ling. Latin.* Servium in illud Virgilij lib. 8. *Æneid.* v. 663. *Nudasque Lupercos.* Plutarch. in *Cæsar.* & Ovid. lib. *Fastor.* Causam huiusmodi aviditatis in fœminis innuit Claudianus lib. 1. in *Eutropium* v. 72.

*Fœmina cum senuit, retinet connubia partu,*
*Uxorisque decus matris reverentia pensat.*

Claudian. Igitur cùm plerique perpendant uxoris pulchritudinem, & non uxorem (iuxta illud Iuvenal. *Satyr.* 6. v. 142. *Si verum excutias, facies non uxor amatur.* Quod illas minimè latet, cùm illa alia apud Terentium in *Heauton.* Act. 2. Scen. 4. v. 9. dicat:

Juvenal. Terent.

*Quippe formâ impulsi nostrâ nos amatores coimus:*
*Hæc ubi imminuta est, illi suum animum alibi conferunt.*)

Si defloret oris gratia, ut pignore nitatur ullo dilapsus amor cum forma, prolis desiderans vincla. Hinc earum questus & lacrymæ, ut pro speciositate, viri oculorum & animi pellectrice (quam ettò ingraris, cogitant pro tempore fuisse mutuatam, in tempore peritaram; remanereque coniugem, & neqnaquam venustatem, nec specici venustioris speciem, sed faciem omnino rugosam) sufficiant matris in senecture optabilem reverentiam. Una pulchritudo, cui in ampliorem commendationem, huiusmodi contigit sors similtra, fuit insignis ac spectatissima Sara, de qua Moyses dixit: *Erat autem Sarai sterilis, nec habebat liberos.*

Cur de sterilitate quæramus?

3 Haud difficilis Tautologiæ expositio per, *Ætiologiam*, Ætiologiam, qua prima periodus est secundæ causalis. Sensus tunc erit: Sarai non habebat liberos, quoniam sterilis erat: sicut Luc. 1. 7. de Zacharia & Elisabeth dicitur: *Non erat illis filius, eo quòd esset Elisabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis.* Duplex Elisabethæ inerat causa sterilitatis, & quòd tunc senex, & quòd vel iuvencula sterilis erat. Idem dicitur de Sara, Genes. 18. 11.

Expositio prima. Luc. Genes.

*Hic scopus est, cunctas huc verte Cupido sagittas,*
*Nam patet in vulnus pectus inerme meum.*
Ovid. Vam. *Non tot iziunus Tityo dat vulnera vultur,*
*Quot tua visceribus tela dedere meis.*

Tribulatio parit tribulantis dilectio.

Vivide. Qui se fatetur irarum scopum, patet iam amoris signum: etenim exprimit pectoris flagrantis flammam, ubi dilectum exponit quasi signum ad tagittam.

22 Qui quondam opulentus, eget: & ita degit, quod amplius urget: siquidem crescit calamitas, si semel decrescit vita felicitas. Usque ad viscera dolor pungit: & quia cœlum ita pupugit, vulnerato *non pepercit*? Fecit & apptime. Pectus mortale rimendo bibit venenum, quòd voluptuose serpit per latitudinem viscerum; quod quidem ni expellatur (licet inferat cruciamen) perdet lubitò languentem. Medicus porrigit calicem amaritudinis, ut languentes poceat vino compunctionis. Dolet æger, verum medicus insistit: & dolens vomit venena, dum effundit ipso medicamine viscera. Non parceret medicus, si pepercisset: sed pareit, quia non indulget: siquidem si doloribus pareeret, proculdubio æger desperatus periret.

Vers. 14

Deus tribulationes purgans, & non parcit, ut pariat.

23 Sic multoties Deus iustos aliqua imperfectione maculatos reddit tribulationibus puros, & per ministros Angelos, fabros ferreos malleo, incude, lima; ut præstet sine imperfectione virtutis formã. Aliquando utitur ministris, tanquam fabris lignariis. Verùm quare? Homo, qui Dei imago, & similitudo, delet ab imagine similitudinem, per deformantem animam, turpem iniquitatem. Patuit foris in Nabucho, intùs in Adamo. Hic cùm in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus. Ille uti monstrum electus est ab hominibus. Quid faciendum, ut huiusmodi imagini, homini lapso, restituatur amissa similitudo? Quod cogitat statuarius de materia, ut formet imaginem; operatur Deus, ut imagini restituat similitudinem. Secat opifex lignum, ictu proiicit, unde ex alto & erecto subitò ruitin secuti & ascia cædit, deformitatem abscindit, collineat, dolat, complanat, lævigat, & tundit quousque perficiat. Omnia ictibus consummanda, quoniam aliter truncus non habet formam. Feliciter Statuæ appolita epigraphe, *Dant vulnera vitam*: apud Picinel. in *Mund. Symbol.* lib. 16. cap. 18. n. 187. igitur sicut recipit simulachrum à vulnere formam, ita crebris ictibus anima redit ad gratiam: tunditurque corpus in quo relucet imago, quousque animæ per gratiam inhæreat similitudo.

Vulnera ligno dat nobiliorem formam.

Picinel.

24 Peccavit David, quod reges faciunt: pœnituit, quòd reges non faciunt. Tactus igitur dolore cordis, & punctione iniquitatis, offusæ terebello, quia peccavit Domino; lachrymis elinguibus, & eloquentibus ab offenso efflagitat non tantùm misericordiam, sed magnam. *Secundùm magnam misericordiam*: ait. Qui petit, accipit: qui quærit, invenit: igitur illicò ut confessus est delictum, Dominus transtulit graris peccatum. Remisit culpam, quoniam non vult mortem peccatoris; sed non pœnam; quia custos intergerimus legis. Intende in calamitates post confessa peccata, ut discas, quid facerent non confessa. Tundit primò denuncians: *Filius qui natus est tibi, morte morietur.* Non quiescit ita: *Non recedet gladius de domo tua.* Adhuc flagellat: *Tollam uxores tuas.* Altius vulnerat: *In oculis tuis.* Haud alienus deturpabit honorem in regia: *Suscitabo super te malum de domo tua.* Nec tot mala frangunt iram? Haudquaquam. Ille nequam, quia improbus, & in tuum propudium natus, *Dormiet cum uxoribus tuis in conspectu Solis huius.* Restant adhuc ictus? Restant & graviores. Filium tuum fugies, exul ab urbe egredieris. Si in gratiam Dei iam revocatur pœnitens, ad quid tot calamitates? Si lachrymis ita compescitur, cur ita fœcitur? Si pius, clemens, & benignus Dominus, & in miserationibus magnus; quo intuitu in pœnitentem corde commovet iram? Secundùm magnam clementiam. His statuis dant vulnera formam. Abraserat in Davide commissum crimen imaginis perfectionem, & pulcheram Deitatis similitudinem. Obumbraverat nubecula culpæ totum splendoren gratiæ. Statua mota iacebat, & deturpata fuligine voluptatum. Quid agendum? Peribit opus? Teretur cum opera tempus? Desperandum? Nullo modo. Restituetur imagini cum gratia similitudo, & florebit pulchrè sculpta, collata formæ sed aptanda est vulneribus, ut careat criminibus: igitur labores cùm conferant doloribus formam; secundùm magnam clementiam (ut præstent in cœlo elaboratæ imagines) multiplicat Deus etiam è corde conversis amaritudines. Si parceret in hoc sæculo, magis ac magis premeret in futuro. Alia dicemus loco cit. *Tautol.* 3. *Didasc.* 2. ut constet clarius, Deum pœnis uti quasi medicamine; cùm non noceat, sed medeatur hominibus, vel ipsa specie nocendi.

Psalm. 50. 1.

Laudat Petrus Dei clementiam.

2. Reg. 11. 2. v. 10.

Mortua Dei statua, non parcere deformanti iniquitati in hac misera vita.

TAU-



# TAUTOLOGIA SECUNDA.

*ERAT AUTEM SARAI STERILIS, nec habebat liberos.*

Genes. 11. v. 30.

## EXPOSITIO LITERÆ.

Petrarch.

1 DE Sterilitate & Fœcunditate Plesnasmica leges occurrit. *Contraria optimè collatione cognoscuntur*: ait Franc. Petrarcha in Præfat. lib. 2. de *Remed. utr. fort.* Ita ergo nobis de utraque in præsentiarum sermo, ut magis eluceat oppositis expositio. Exemplum pulchritudinis infœcunditas nonnunquàm comes; ut patet in Sara, Rebecca, Rachele, aliisque Scripturæ fœminis, notatis & famâ & formâ. Casus videris apud Nicol. Nancelium in *Analog. Mier. ad Macr.* pluribus in locis. Aristot. de *Histor. Animal.* lib. 10. cap. 1. & Albertum Magn. de *Animal.* lib. 10. tract. 1. cap. 1. Congruum quippe, ut fœmina, viri socia (quæ nequit specie, arctèc sibi opima fœcunditate. Unde cuiusi nulla intram vasto corpore micat salis, illa providè sapiat in filijs; ut qui de inelegantia coniugis mœstus, fœcunditate hilaris, paternitate lætus dicat sponsus:

Fœcunditatis deformitati, & pulchritudinis fœcunditatem in fœcunditate.

*Nulla domus tales unquàm contexit amores.*

Catull. Uti canit Catullus in *Nuptijs Pelei & Thetidos*, v. 333. Ita Iacobum oblectabant sterilis Rachel, sed speciosa; & Lia inelegans, sed fœcunda.

2 Proles iurè dicitur utriusque parentis nexus. Ita Quintilianus *Declamat.* 1. & Tragicus in *Herc. Oetæo* Act. 2. v. 407.

*Conciliat animos coniugum partus ferè.*

Senec. Retorquere quimus in fœminas illud Iuvenalis *Satyr.* 2. v. 138.

*Interea tormentum ingens nubentibus hæret,*
*Quod nequeant parere, & partu retinere maritos.*
*Nam prodest agili palmas præbere Luperco.*

Iuvenal. Fœminæ retinent maritos vel prole vel pulchritudine.

De quo videas Varronem lib. 4. de *Ling. Latin.* Servium in illud Virgilij lib. 8. *Æneid.* v. 663. *Nudasque Lupercos.* Plutarch. in *Cæsar.* & Ovid. lib. *Fastor.* Causam huiusmodi aviditatis in fœminis innuit Claudianus lib. 1. in *Eutropium* v. 72.

*Fœmina cum senuit, retinet connubia partu,*
*Uxorisque decus matris reverentia pensat.*

Claudian. Igitur cùm plerique perpendant uxoris pulchritudinem, & non uxorem (iuxta illud Iuvenal. *Satyr.* 6. v. 142. *Si verum excutias, facies non uxor amatur.* Quod illas minimè latet, cùm illa alia apud Terentium in *Heauton.* Act. 2. Scen. 4. v. 9. dicat:

Juvenal. Terent.

*Quippe formâ impulsi nostrâ nos amatores coimus:*
*Hæc ubi imminuta est, illi suum animum alibi conferunt.*)

Si defloret oris gratia, ut pignore nitatur ullo dilapsus amor cum forma, prolis desiderans vincla. Hinc earum questus & lacrymæ, ut pro speciositate, viri oculorum & animi pellectrice (quam ettò ingraris, cogitant pro tempore fuisse mutuatam, in tempore peritaram; remanereque coniugem, & neqnaquam venustatem, nec specici venustioris speciem, sed faciem omnino rugosam) sufficiant matris in senecture optabilem reverentiam. Una pulchritudo, cui in ampliorem commendationem, huiusmodi contigit sors similtra, fuit insignis ac spectatissima Sara, de qua Moyses dixit: *Erat autem Sarai sterilis, nec habebat liberos.*

Cur de sterilitate quæramus?

3 Haud difficilis Tautologiæ expositio per, *Ætiologiam*, Ætiologiam, qua prima periodus est secundæ causalis. Sensus tunc erit: Sarai non habebat liberos, quoniam sterilis erat: sicut Luc. 1. 7. de Zacharia & Elisabeth dicitur: *Non erat illis filius, eo quòd esset Elisabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis.* Duplex Elisabethæ inerat causa sterilitatis, & quòd tunc senex, & quòd vel iuvencula sterilis erat. Idem dicitur de Sara, Genes. 18. 11.

Expositio prima. Luc. Genes.

ubi: *Erant autem ambo ſenes, provectæque ætatis, & deſierant Saræ fieri muliebria.*

*Officium quod inane effeta ſenectus*

*Iam ſigno ceſſante probat.*

Mar. Victor.

Canit Marius Victor. lib. 3. in *Geneſ.* v. 557. Sara ergo illo in articulo erat ſterilis, & grandioris ætatis: quod noviſſimum fat ad infœcunditatem, licet naturâ non foiſſet ſterilis. Ita de Ioachimo patre Deiparæ Serm. 2. in *Virgin. Nativit.* ait Vincentius Ferrer. *Ioachim ſterilis, & infœcundus.* Infœcundus ſcilicet per ætatem, ſterilis per complexionem, aut qualitatum temperiem. Cauſa negationis prolis exhibetur in affectione ſterilitatis. Unde non recte infertur ſterilitas, ex eo quòd filios non habebat; ſed rectè, non habebat, quia in utero prævaluerat ſterilitas. Quod quidem apte expoſuit Onkala dum legit: *Sarai non erat virgo, nec habebat liberos.* Fœcundabatur enim à viro, nihilominùs tamen obice ſterilitatis, beneficio carebat optatæ prolis. Similis pleonaſmus per Ætiologiam exponendus, invenitur Iſai. 40. 21. *Ego ſterilis, & non pariens*: q. d. non pariens, eò quòd ſterilis. Iudic. 13. 3. *Sterilis es, & abſque liberis*: ideſt, abſque liberis, quia ſterilis. Eadem Iſai. 54. 1. & ad Galat. 4. 27.

Vinc. Fer. *Unde ſterilitas & infœcunditas?*

Onkal.

Iſai. 49. 21 Iudic. 13. 3.

*Secunda expoſitio.*

4 Secunda expoſitio ſcienti in Scriptura actum ſecundum accipi pro primo, minimè diſplicebit. Quam regulam multis auctoritatibus ornatam exhibuimus *Tom. 1. Tautolog.* 5. in *Expoſit. lit.* num. 13. modòque occurrit illud Iob. 9. à v. 6. ut que ad 10. *Qui commovet terram de loco ſuo. Qui præcipit Soli, & non oritur; & ſtellas claudit quaſi ſub ſignaculo. Qui extendit cœlos ſolus, & graditur ſuper fluctus maris. Qui facit magna, & incomprehenſibilia, & mirabilia, quorum non eſt numerus*: ideſt, qui poteſt facere mirabilia, & magna ab hominibus non vita, ut commovere tetram de loco ſuo, ſuſpendere ortum Solis, ſtellas claudere, calcare fluctus maris, & extendere cœlos, &c. Quo conſtat Hebraiſmi præfati genuinus ſenſus. *Sarai ſterilis erat, nec habebat liberos*: videlicet, ſterilis erat, & filios naturaliter habere nequibat. Non ſolum non habebat, ſed nec habere poterat; quoniam propter congenitam intemperiem vulvæ, nec ſigna tot annis dederat fœtæ.

*Actus ſecundus pro primo.*

Iob.

*Aborſionum pro ſterili.*

Exod. 23. 26. Iſai. 49. 21 Novarin. Geneſ.

5 In Sacra pagina abortivum vocatur ſterile, quia idem iudicatur uſus privatio, ac negatio: igitur cùm ut ante conſtitutum tempus, ac ex ſterilitate minimè proveniat fructus; ante maturitatem natus eſt, quaſi non natus. Qua in re ubi N. Vulgata: *Non erit infœcunda, nec ſterilis in terra tua*: legunt Venet. Syr. Ar. Montanus, & Pagninus: *Non erit abortum faciens.* Et Iſai. 49. *Ego ſterilis, & non pariens.* Malvenda legit, *Et partus embryonis devolvent.* Unde Novarinus de *Umbr. Virgin.* Excurſ. 2. num. 87. ait: *Ut tamen concipiens ſim fœcunda*: ideſt, non abortiar, ſed tempore conceptum pariam, ut exprimitur Geneſ. 29. 32. ubi dicitur de Lia: *Conceptum genuit filium.* in fœminis, quæ abortum patiuntur, non eſt ſterilitas (licet non ſit fœcunditas, eò quod fructus imperfectus non reputetur ut fructus) quippe liberos eſſe non habeant, poſſunt habere, remoto obice: verùm Sara erat infœcunda & ſterilis, in qua tot annis & maximè pubertatis nullum micuit fœcunditatis ſignum, quippe nacta nec aborſum. Hinc Alij pro *Non habebat liberos*: vertunt, *Parere partum non poterat.* Fœminæ male affectæ licet abortivum, faciunt fructum nativitatis, quoniam vulva concipiens capax prolis. Sara verò omninò ſterilis non poterat partum parere, quia non poterat concipere.

*Tertia expoſitio.*

6 Quarto exponi poteſt idiotiſmus per Exergaſiam, qua uti diximus *Tom. 1. Tautolog.* 1. in *Expoſit. lit.* num. 4. & *Tautolog.* 6. num. 37. particula copulativa *Et* & aliæ, pro expoſitivis, ſeu explicativis ſumuntur: idemque ſonant ac *Vel, Ideſt, Nimirùm, Scilicèt, Videlicèt, Nempè, Putà, Hoc eſt.* Cuius exempla apud Profanos paſſim, & in Scriptura quolibet folio. Ipſis Tautologijs huius noſtri argumenti conſtat. Iſai. ubi ſupr. *Ego ſterilis, & (ideſt) non pariens.* Iudic. 13. 3. *Sterilis es & (videlicèt) abſque liberis.* Patet etiam in negationibus: Exod. 23. 26. *Non erit infœcunda, nec* (nimirùm) *ſterilis.* Etiam in relativis. Iob. 24. 21. *Pavit ſterilem, quæ non parit.* Iſai. 54. 1. & ad Galat. 4. 27. *Lauda ſterilis, quæ non paris*: ubi relativum *Quæ* idem ſignificat ac *Ideſt.* Hoc ſtylo ulus Nicephorus Callitus lib. 1. *Hiſtor.* cap. 7. inquiens de Virginis matre, Diva Anna: *Ad liberorum procreationem infœcunda erat, & (hoc eſt) ſterilis.*

*Quarta expoſitio.*

Et *non ſem per particula copulativa.*

Niceph. Cal.

7 Claret etiam in explicatione fœcunditatis, igitur dicitur de grege ovium: *Omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt inter eas.* Ubi *Et* pro *Nempe.* Q. d. Non tanrùm ſteriles oves non ſunt, ſed nitent fœcunditatiſſimæ per campos, utpotè habentes fœtus gemellos, quo ſumma fœcunditas exprimitur. Virg. *Æneid.* lib. 1. v. 278.

Cant. 4. 2. & 6. 5.

*Marte gravis geminam partu dabit Ilia prolem.*

Virg.

Ovidius lib. 6. *Metamorphoſeon*, Fabul. ultima de Orithya canit:

Or-



*Et genitrix facta eſt, partus enixa gemellos.*

Ovid.

Orpheus in *Hymn.* & Heſiodus in *Theogon.* loquentes de Latona, aiunt:

*De qua ſunt ſimul Phœbus & Diana.*

Orph.

*At Phœbum peperit, peperit Latona Dianam.*

Heſiod.

Plautus denique in *Amphitruon.* Act. 2. Scen. 2. v. 135. & in *Menæchmis* Act. 5. Scen. 9. verſ. 23.

*Gravidam & cùm pulchrè plenam aſpecio gaudeo.*

Plaut.

*Unus olim, nunc verò partus eſt geminus.*

*Hi ſunt gemini germani duo*

*Gemination unica fœtu index fœcunditatis non communis.*

Ita enim Sacri: Septuag. *Omnes geminantes*: & Malvenda, *Gemelliſicantes*, ut uno fœtu pariant plures. Mira de fœminarum fœcunditate Ægyptiarum narrantur ab Ariſtotele lib. 7. *Animal.* cap. 4. *Pariunt etiam tres, & quatuor, & quidem locis nonnullis valde ita ſit, ſed quinque complurimùm naſcuntur: iam enim hoc pluribus eorumſſe conſpectum eſt. Quædam viginti, partubus quatuor edidit: quinos enim ſingulis partubus enixa eſt, maiorque eorum pars enutriri, & adoleſcere potuit.* Hactenus Philoſophus, quem etiam adiſis lib. de *Mirabil. auſcultationibus*, Plinium lib. 7. cap. 3. & Solinum in *Polybiſtor.* lib. 30. cap. 7. De cauſis conſule Nancelium ubi ſupr. lib. 7. *Problem.* 4.

Ariſtotel. *Monſtroſa fœcunditas.*

Rupert.

8 Sterilitas multoties accipitur pro virginitate, ſeu caſtitate. Propterea Rupertus lib. de *Gloria Fil. Dei* inquit: *Virginitas naturaliter eſt ſterilis, & non parit.* Cicer. pro *Univerſ.* & Ovidius 1. *Faſtor.* ignem vocant virginem, ideſt, ſterilem, quippe ſemina nulla remittit, nec fovet, nec capit. Perſius *Satyr.* 6. v. 54. canit: *Sterilis materfera vixit*: hoc eſt cœlebs. Prudentius *Contra Symmac.* lib. 1. v. 442.

*Placatur vacca ſterilis cervice reſecta.*

*Sterilitas pro virginitate.*

Ubi *Sterilis* intelligendum *Caſtæ iuvencæ*, vel pro vitula, ſeu bove intacta, ut obſervat Lævinus Torrentius in Horat. lib. 2. *Carm.* Od. 5. v. 1. Cui ſenſui aſtipulantur & Virgilius lib. *Æneid.* v. 250. & Silius Italic. lib. 13. v. 429.

*Æneas matri Eumenidum, magnæque ſorori*

*Enſe ferit, ſterilemque tibi Proſerpina vaccam.*

Virgil.

*Ante omnes taurus regi, ſum proxima diva*

*Cæditur Ennea caſta cervice iuvenca.*

Etiam Philippus Beroal. Epigr. de *Duob. Amant.* v. 130.

Sil. Ital.

*Non potuit ſterilis florem, fructumque iuventa*

*Perdere, Veſtalis non ergo virgo fui.*

Quod quàm aptè, exponit Manilius Chreſtus lib. de *Deor. hymnis*, dicens: *Illa videlicèt cauſa, quòd & virginitas iugum neſcit maritale, & virtus numquam ſit iugo prementis ſubiecta.* Vide etiam Martin. Delrium in Senec. *Oedip.* Act. 2. v. 373. in Sacris quoque invenitur huiuſmodi acceptio. Unde Sapient. 3. 13. dicitur: *Felix eſt ſterilis, & incoinquinata, quæ neſcivit thorum.* Quo haud invitè intelligitur illud Chriſti ad filias Ieruſalem Luc. 23. 29. *Beatæ ſteriles* (ideſt virgines) *& ventres, qui non genuerunt, & ubera quæ non lactaverunt.* Sterilitas Saræ minimè in huiuſmodi ſumuenda acceptione, quoniam corrupta iam erat, & tamen non gravida, ut vidimus ex Onkala legente: *Sarai non erat virgo, nec habebat liberos.*

Manil. Ch.

Sapient.

Luc.

*Sterilitas pro inutilitate.*

9 Hic ſterilitas accipienda pro inutilitate, ſeu incapacitate ad fructum. Quo ſenſu *terra* dicitur *ſterilis.* Ovid. lib. 1. *Metamorph.* Fabul. 1. *Cathedræ ſteriles*, Martial. lib. 1. Epig. 77. *Campi ſteriles.* Epig. 108. *Antei ſteriles* lib. 10. Epigr. 18. Ita Virgilius *Bucol. Eclog.* 5. verſ. 37. & pluribus aliis in locis:

*Infelix lolium, & ſteriles dominantur avenæ.*

Virgil.

Unde cùm ſine radice ſterileſcant, ne in fructus eant, arbuſta; ita & fœmellæ ſine naturali prole. Iccircò Hebr. legit: *Eradicata erat Sarai.* Malvenda, *Fuit Sara eruncata.* Syr. *Effœta.* Æthiop. *Sine fructu.* Alij, videndi apud Haye in *Bibl. Maxim.* vertunt, *ſine radicibus*: & iurè, quippequàm parentes radicantur in filijs, & vitæ lampada tradunt, quaſi in Promethei ludo ex traduce curſores.

*Filij radices parentum.*

*Ergo ut per omnes liberos irem parens:*

Seneca.

Dixit Seneca in *Agamenon.* Act. 1. v. 32. Quod in Scriptura non novum: igitur Pſalm. 51. 7. *Evellet te, & radicem tuam de terra viventium.* Q. d. te, & filios tuos. Prov. 12. 3. & 12. *Radix iuſtorum non commovebitur.* Ideſt, filij. Apoc. 5. 5. *Leo de Tribu Iuda, radix David.* nimirùm filius David: & ſic alia. Itaque hac interpretatione textus exponi poteſt. Sarai filios non habebat, quia ſine radice ad fœcunditatem erat; cuius venter inutilis, quia omninò ſterilis.

*Quinta expoſitio.*

*Sexta Expositio.*

10 Huic acceptioni affinis est alia, qua sterilis vocatur fœmina, quæ non habet consolatorem, vel ab aliquo auxilium, aut subsidium; præter cœli pallium. Orituque ex eo quòd, uti diximus *Tom. 1. Tautolog. 6.* in *Expos. li*: num. 49. mulier semper vocetur incapitata, seu capite diminuta, quippe vel virum, vel filios respicit caput, tamquàm cognomen unicum, & custodiæ fundamentum. Ideo pro *Steri is* Arias Montan. legit: *Sarai erat orba*: igitur filios, qui ei suppetias ferrent post viri obitum, non habebat. Plura huic expositioni congrua diximus loc. cit. maximè à num. 52. Astipulaturque cogitationi Sidonis querimonia apud Isaiam dicentis: *Non enim parturivi, & non peperi, & non enutrivi iuvenes, nec ad incrementum perduxi virgines*: quippe erat quasi non habens prolem, cùm eius coloniæ contra expugnatores auxilia minime ferrent. Clarius utique videtur in quæstu congeminato Ierusalem ibid. siquidem mœrens ait: *Ego sterilis & non pariens, transmigrata & captiva, & istos* (ideſt, filios) *quis enutrivit? Ego destituta & sola: & isti ubi erant?* Sola quasi sterilis erat tot fœtibus, dum à filijs non adiuvaretur, quos peperit & nutrivit: sicut econtra ubi ab illis propugnata, donataque libertate gloriatur dicens: *Parturivit & peperit Sion filios suos.* Perpenderis *suos*: igitur tametsi sui, quos peperit; sine auxilio suij, sed non sui: quandoquidem derelicta fuerat orba in medio tribulationis, veluti fuisset sterilis. Quodquidem expressit Paulus ubi supr. dicens: *Multi filij desertæ, quàm eius quæ habet virum.* Et ubi Psalm. 34. 12. *Sterilitatem animæ meæ.* Genebrardus & alij legunt: *Orbitatem.* Quo sensu Bernardus Epist. 127. de Ermengarde Comitissa, quæ in Monasterium secesserat, ait: *Humilis ex sublimi, ex ingenua ignobilis, pauper ex diviте, fratris, filij, patriæque destituta solatio.* Haud aliter Sara infœcunda iudicatur & orba, quippe non habebat filios, à queis reciperet solatium, ac in necessitatibus patrocinium.

*Sterilitas pro orbitate*

Isai. 23. 4. *Quomodò si mul sterilitas, & solitudo?*

Ibid 49. 21.

Ibid. 66. 8.

Bernard.

11 De fœcunditate plures sunt Tautologiæ. Genes. 16. 11. *Concepisti, & paries.* Idem Iudic. 13. 3. Isai. 7. 14. *Ecce virgo concipiet, & pariet.* Matth. 1. 23. *Ecce virgo in utero habebit, & pariet.* Lucas 1. 31. utrumque complectitur, dicens: *Ecce concipies in utero, & paries filium.* Isai. 23. 4. *Non enim parturivi, & non peperi.* Eadem cap. 26. 18. & 66. 8. Mich. 5. 3. *Parturiens pariet*: ac denique Luc. ubi supr. v. 57. *Elisabeth autem impletum est tempus pariendi, & peperit filium.* Quæ quidem proclivè exponentur, explicatis, atque delicatis acceptionibus.

Sanctius.

Parturire, licèt à Doctiss. Sanctio in *Isai. 66.* num. 22. censeatur tempus omne, scilicèt conceptionis, formationis, maturæ perfectionis, atque fastidij prægnantis (quod dissortom non est: igitur Ciceto 2. *Philipp.* pro *Concepit*, dixit, *parturijt.* & Ierem. 31. 8. pro *Parturiens & pariens* dicitur *Prægnans & pariens.*) nihilominùs tamen frequentiùs accipitur pro articulo illo, quo gravidata fœmina in nixu est, & subit in fœtus expulsione dolores. Hinc ut explicetur acutus & tenax dolor, præfertur parturientium. Psalm. 47. 7. & Paulus ad Rom. 8. 22. *Omnis creatura ingemiscit, & parturit usque adhuc.* Malueuda ad illud Isai. 26. 18. pro *Parturivimus*, legit: *Enixè doluimus.* Ita Profani quoque. Apuleius lib. 7. *Metamorph.* de se ludicrè dixit: *Ventrem crebrò respiciens meum, iam miserlam puellam partiebam.* Plautus in *Aulular.* Scen. 7. Act. 4. v. 12. *Clamat, parturit.* Et Cicer. ubi supr. *Utinam aliquando dolor populi Rom. pariat, quod iam diu parturit!* Sic intelligendum apud Clementem Alexand. de quo ferio infr. num. 32. illud de Virgine Deipara: *Fuit in partu puerpera, & non fuit puerpera.* Puerpera, quia peperit; & non puerpera, quia non parturivit: ideſt, dolores in partu non habuit.

*Parturire pro articulo partus.*

Malueud.

Apulei.

Plaut.

Cicer.

Clem. Alex.

12 *Parere* autem, etsi accipi possit pro *Pavere*, vel *Apparère* (quod usitatum apud eruditos, & non infimi subsellij, uti Seneca in *Hercul. Oetæo* Act. 1. v. 7.

——— *Sed mihi cœlum parens*
*Adhuc negatur. Parui certè, Iove*
*Vbique digno.*

Seneca

Ubi *Cœlum parens*, ideſt patens. Et *Parui* &c. hoc est, in nihilo degener à parente, sed ubique gentium dignus apparui Iove. Martial. lib. 1. Epig. 105. *Pavet purpuratis aper capistris.* Idem Apuleius lib. 1. *Metamorph.* qui clariùs lib. 5. de musica Amoris ad Psychen, ait: *Quamvis hominum nemo paveret, chorus tamen esse patèret.* & Virgil. lib. 4. *Æneid.* v. 290. & lib. 10. v. 175. Etiam apud Consultos iuris invenies: vide Cuiacium, Hotoman. & Contium in leg. 5. ff. de *rei vindicat.* leg. 179. ff. de *verbor. signif.* & §. *Sic itaque* Instit. de *Action.*) tamen meo captu, proprie nil aliud significat, quàm post curriculum gravidationis, & articulum puerperij, fœtum in lucem prodere, vel fœminas enixu, voto potiri. Proin filij multoties signantur nomine partus. Psalm. 126. 3. *Filij merces fructus ventris.*

*Parere pro apparere.*

*Parere, hoc est, in lucem prodere.*

Et



Et Luc. 1. 42. *Benedictus fructus ventris tui.* Hoc est, filius. Profani crebrò: Plinius lib. 7. cap. 7. *Fortunæ partum*: puta, Fortunæ filium. Corn. Tacit. lib. 1. cap. 50. *Servilio subjectus uxoris uterus*: scilicet filius. Lucan. lib. 1. v. 377. & lib. 9. v. 900. succinit:

*Partus, ideſt fœtus.*

*Coniugis* ——— *plenæque in viscera partu.*
*Nequa si externa Veneris mistura timentes,*
*Lethifica dubios explorant aspide partus.*

Lucan.

Tibullus lib. 4. Eleg. 3. eadem acceptione floridè canit:

*Tondeturque seges mativos annua partus.*

Tibull.

Ita cæteri, uti vidimus supr. num. 2. & 7. Hinc quicquid acquiritur partus dicitur, quasi fructus: qua vocis ambiguitate Reginæ Angliæ Elisabethæ, potiùs Iezabeli, ità blanditur Ovvenus lib. 3. *Epigram.* 4.

*Est unive magis, quàm multiplicare beatum:*
*Tuque magis felix non pariendo parens.*

Ovven.

13 Secunda acceptio verbi *Parere*, quæ est voto frui; patet etiam. Ovidius de Alemene parturiente, lib. 9. *Metamorph.* Fab. 5. ait:

*Parere pro voto potiri.*

——— *Domina gratare, levata est*
*Argolis Alemene, potiturque puerpera voto.*

Ovid.

Quod itaque venustiore phrasi prosulit vivax ingenium, ibid. *Fab.* 12. canens:

*Vt dolor increvit, seque ipsum pondus in auras*
*Expulit, & nata est ignaro fœmina patri.*

Idem.

Eidem ergo proposito illustri Musa, sed illustriori argumento, Iuvencus lib. 1. *Hist. Evang.* v. 132. modulatur:

*Iamque aderat tempus, quo sarcina deferat alvum*
*Elisabeth, liquidas solvenda in luminis auras,*
*Ad partus.*

Iuvenc.

14 Præmissis hisce, haud acclivis Tautologiarum expositio, ne sint formaliter Tautologiæ. *Concepisti, & paries*: dixit Angelus servæ Agar, afflictæ potiùs à proprio fastu, quam à dominæ fastidio. *Concepisti, & paries.* Q. d. Noli timere abortum pueri geniti ex heræ affrictione. Paries, quod concepisti. Gaude, quippe filium concepisti, ampliorem genitricum lætitiam, quem dato tempore produces in auram. Permultæ vel morbo, labore, vel amaritudine, tametsi conceperint, partum non pariunt; quoniam abortu fraudantur à desiderio suo: tu verò & conceptum nacta es, & partum nanciscēris, quo radicem habens, iucundè vives. Quod astruit Angelus Agar de partu, matri Samsonis promittitur etiam de conceptu, dicente nuncio: *Concipies, & paries.* Non iam sterilis, quippe concipies: & non solùm concipies, sed etiam paries, & trucis voto, igitur feliciter læta gaudebis optato fructu.

Genes. 16. 11.

*Expositio 1.*

Iudic. 13. 3.

15 In partu, vitæ discrimen fœminis crebrum, quoniam post ærumnas, & molestias gravidationis tot mensibus, edunt fœtum vel maturum in doloribus. Periculum semper gravidæ impendit, sed urgentius in nixu est: & ut lætentur fructu promisso, & extra periculum in periculo mortis, compotes factæ voti; additur *parere* ad *parturire*; siquidem in multis contingit parturire, sed non parere. Ita Isai. 26. 18. *Parturivimus, & peperimus*; licèt cum dolore (imminuit periculum) nihilominùs tamen partum votum: pariformiter cogitandum de auctoritatibus cap. 23. 4. & 66. 8. ac Mich. 5. 3. *Parturiens pariet.* Hoc est, haud fœtus perielitabitur, sed auspicato nascetur.

*Expositio 2.*

Isai. 26. 18

16. Aliam in huiusmodi actus necessitate videor mihi videre causam, maximè de infœcundis, seu sterilibus fœminis, in quibus ad oculum paret, ni fallor, adæquatio expositionis. *Concipies, & paries*, dicitur. Conceptio erit, & etiam partus, aliter tamen & aliter: quippe quàm pro miraculum concipies, sed naturaliter paries. Conceptio miraculosa (verùm longè miraculum tempore partus, quippe naturaliter in auras prodibit fœtus. Quod insinuat sterilis Sara, filium habens, dicentique, Genes. 21. 7. *Quis crederet Abraham, quòd Sara lactaret filium, quem peperit ei, iam seni*: Idem 1. Reg. 1. 23. Clariùsque lucet in partu matris Baptistæ, de quo Lucas: *Elisabeth impletum est tempus pariendi, & peperit.* Qua in auctoritate videtur quasi superfluum ly *Pariendi*, ideoque omittitur à Syriaco: sed minimè superfluit: igitur dicitur *Tempus pariendi & peperit*; quoniam partus non miraculosus, sicut conceptio, sed regularis, novem mensibus post conceptionem decursis. Non illicò ut concepit sterilis Elisabetha, sed iuxta tempus & ordinem sigillatum à natura. Hinc Æthiop. *Accesit Luna Elisabeth* &c. Persic. *Venit tempus puerperij, peperitque.* Syr. *Factum est id tempus, ut pareret.*

*Expositio 3*

*In sterilibus conceptio miraculosa, sed non partus.*

Luc. 1. 57.

Æthiop. Pers. Syr.

Hìc

*An decem, vel novem mensibus maturetur humanus fœtus in lucem?*

17 Hic locum habebat quæstio, An decem, vel novem lunis formetur perfectè fœtus in utero matris? Sed his pareo, quippe non opportuna proposito. Cui placuerit, videat speciosa apud Nicolaum Nancel. in Analog. lib. 7. p. 4. Petr. Canonher. tom. 1. in *Hippocr. Aphor.* 1. Carranzam de *Partu*, Fider. Bonaventuram de *Pact. octimest.* Plin. *lib.* 7. *cap.* 5. Gellium *Noct. Attic.* lib. 3. cap. 16. Poëtas varios apud Tiraquellum cap. de *Revocation. donat. si umquam.* Passeratium ad illud Propert. *lib.* 2. *Eleg.* 3.

*Ista decem menses non peperere bona.*

Propert.

Iacob. Pontan. ad illud Ovidij *Metam.* lib. 9. Fabul. 5.

*Herculis & decimum premeretur sidere signum.*

Ovid.

Ioan. Spondanum in Homer. *Iliad.* 1. Frideric. Taubmann. in *Gistell. Plaut.* Delr. in *Amphitruon. Senec.* ac è Sacris Augustinum, lib. 83. *qq.* quæst. 56. Chrysostomum Serm. de *Ioan. Baptist.* & Expositores ad illud Sapientiæ 7. 2. *Decem mensium tempore coägulatus sum sanguine, & semine hominis.*

*Expositio 4.*

18 Proposito quidem. Facilior patet solutio, quasi in partu non explicetur actus, conceptionem necessariò subsequens, sed sexus virilis non necessarius; quia accidentalis concepto fœtui: igitur nusquam dicitur absolutè *Concipies & paries*: at semper additur quid, tam in testimonijs præfatis, quàm in alijs. Genes. 16. 11. *Concepisti, & paries filium*: non filiam. Iudic. 13. 3. 5. *Concipies, & paries filium.* 1. Reg. 1. 20. *Concepit Anna, & peperit filium.* Isai. 7. 14. *Ecce virgo concipiet, & pariet filium.* Matth. 1. 23. *Ecce virgo in utero habebit, & pariet filium.* Luc. 1. 57. *Elisabeth impletum est tempus pariendi, & peperit filium.* Denique v. 31. Angelus Mariæ nunciat: *Ecce concipies in utero, & paries filium.* Quo constat auctoritatum, ut vides, genuina interpretatio: igitur non tam exprimitur partus, quasi conceptioni necessarius, quam in partu ipsa conceptio nobilioris sexus. His ergo discapedinatur ad conceptionem Christi, & partum Virginis, cuius auctoritatem singillatim exponemus, ut pateant ex illa arcana, & disparent Tautologia.

*Dum conceptioni additur in Scriptura partus, est expositio sexus.*

19 *Ecce concipies in utero, & paries filium*: dicitur Virgini, uti vaticinatus fuerat Prophæta Evangelicus, cuius testimonium exhibuit Matthæus, uti vidimus num. præc. De verbo *Virgo* late & singulariter agemus hic *Tautolog.* 6. in *Exposit. lit.* à num. 22. ad illud Genes. 24. 16. *Rebecca puella decora nimis, virgoque pulcherrima, & incognita viro*: modò verò duntaxat de auctoritate Lucæ, prout iacet: *Ecce concipies*: *Ecce*, illicò post consensum. *Ecce*: non cùm dixi, *Dominus tecum* (ut attrisit aliquibus, quos nominare nolo) sed cùm dixeris *Fiat*: *Ecce concipies*: non ut aliæ fœminæ, quibus dictum etiam *Concipies, & paries*, sed *Ecce. Nunc, nunc*: ait Cajetanus hic, & Sedulius lib. 2. v. 38.

Luc. 1. 31.

*Quid in Christi conceptione significat Ecce?*

Cajet.

Sedul.

*——— Uterumque puellæ*
*Siderium nox implet onus, rerumque Creator*
*Nascendi sub lege fuit, stupet innuba tensos*
*Virgo sinus, gaudetque suum paritura parentem.*

*Ecce concipies*, quoniam tu sola, operante Spiritu Sancto, materiam fœtui ministrabis, ex qua concipiens paries. *Ex qua*: dixi. Vir minimè necessarius, ut formetur fœtus. *Ex qua*: etenim non à Spiritu Sancto, nec ex, sed de illo supplente concursum patris, concipies & paries. *Spiritus Sanctus semen novum non creavit, sed supernaturali operatione, nullo alio naturali agente mediante, aut tanquàm principali agente, aut tanquàm instrumento semen menstruale Virginis temperavit, digessit, & organizavit, donec corpus perfectè formatum esset, sicut virile semen facturum erat, si ibi commissum fuisset.* Hucusque Abulensis *Paradox.* 1. cap. 41. Hoc fuit opus Spiritus Divini in hoc mirabiliore opere, & non aliud; ut Virgo effectivè esset mater Christi, & Christus ut homo esset unicus matris suæ; minimèque matris & simul Spiritus Sancti, quod somniarunt aliqui. Vid. D. Thom. 3. p. quæst. 32. Suarez ibid. q. 29. art. 1. Ambros. in *Luc.* 1. cap. 35. & Augustin. *Enchirid.* cap. 39. Quo intelliges sanioti sensu illud Prudentij in *Apotheosi* contra Homusionitas v. 636.

*Christi corpus non è, vel ex, sed de Spiritu Sancto.*

Abul.

*Christus ut homo unicus matris suæ.*

*Intactam thalami virtus divina puellam*
*Sincero afflatu per viscera tacta maritat.*
*Incompert a ortus novitas, labet ut Deus esse,*
*Credatur Christus sic conditus; innuba virgo*
*Nubit Spiritui, vitium nec sensit amoris.*
*Pubertas signata manet, gravis intus, & extra*
*Incolumis, florens de virginitate pudica*
*Iam mater, sed virgo tamen.*

Prud.

20 Mater & virgo es: ò Dei præclara genitrix, & Deipara! Ecce tu es virgo illa, de qua Isaias



Isaias præcinuit: *Ecce virgo concipiet, & pariet filium.* Hæc est gratia, quam invenisti apud rectum Conditorem, ut Verbum Patris caro tactum, & manens apud Patrem, transfiret de mente in ventrem. Ideo *quod nascetur ex te*, ideò genitum fuerit ex te, *sanctum* (naud intelligas nomen, sed adverbium, hoc est, *sanctè*) *vocabitur filius Dei*: igitur licèt non fuisset filius Dei quia sanctè conceptus, ideò sine viro, esset sanctus: quandoquidem non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo natus, ideò, genitus. Succinit Leo Papa in *Nativit. Domin.* Serm. 4. *Creator ac Dominus omnium rerum dignatus est unus esse mortalium, electa sibi matre, quam fecerat, quæ salva integritate virginea, corporeæ esset tantùm ministra substantiæ, ut humani seminis cessante contagio, novo homini & puritas inesset & veritas.* Ideo Gabriel dicit: *Concipies in utero.*

*Nomen pro adverbio.*

Leo Pap.

21 *In utero.* Quàm congruè! *Græca phrasis est, in qua additum nomen uteri, nihil sententiæ & significationi addit*: infit Maldonatus hic num. 31. sed aliquando dormitat Homerus. In nullo vel Profano, quos legi & proposirò, inveni umquam huiusmodi phrasem, *Concepti, vel concipere in utero.* In ista tantùm est, sicut in Matth. 1. 23. *Virgo in utero habebit* (quæ quidem est lectio Græca, uti observat Forerius hic, quem sequitur Sanctius) idemque ionat, ac *Gravidabitur, uterum geret*: quod etiam apud Latinos, & Historicos, & Rhetores, & Poëtas frequentissimum: attruere displicet, quia fastidiosum. Ita legit Burgensis. *Accipiet virgo in utero*: Leo Pap. *Ecce accipies uterum*: Syrus. *Accipies gravidationem*: Arabic. *Virgo prægnans*: idem Cyprian. Arias Montan. Maluenda, & Pagn. Quapropter *In utero habere* communè fœtæ fœminæ est, cæterùm *concipere in utero* singulare hic & mysterijs plenum, ut favò constabit.

Maldonat. *Concipere in utero phrasis nova.*

22 *In utero.* Quantas heteroclises vox protulit! In primis Christum fuisse conceptum non in utero Virginis, sed in corde; non intelligentibus huiusmodi scitis Patrum auctoritates, & in larvam devotionis pingentes, & compingentes; sicut illud Prudentij ubi supr. *v.* 65.

*Virginitas & prompta fides Christum bibit alvo*
*Cordis, & intactis condit paritura latebris.*

*Christus haud concretus in ventre Virginis.*

Prudent.

Conceptio exprimitur in ly *Intactis condit paritura latebris.* Quod autem dicit: *Bibit alvo cordis*, nil aliud est, quàm assensus Angelo nuncianti, & alia fidei vivæ germina, quibus tunc & anterius se aptaverat ad gignendum Salvatorem. Christum ergo meritorie recepit pectus, localiter autem duntaxat uterus. Quod attruxit Augustinus lib. 3. de *Sanct. Virgin.* cap. 3. & Leo Pap. de *Dom. Nativ.* Serm. 1. de quo Not. hic *Didasc.* 3. n. 10. 11. & 12. Vide Ildephons. de *Perp. Virginit. B. Mar.* Richard. à S. Laurent. lib. 1. de *Deipar.* partic. 2. Hinc Eugenius III. Archiep. Tolet. dixit:

Leo Pap.

*Fœmina mente Deum concepit, corpore Christum.*

*Cor pro vente, & contrà.*

Rupert.

Ortum habuit huiusmodi nugonum commentum ex ignorantia acceptionis *Cordis & ventris* in Scriptura: igitur mutuò plerumque accipiuntur, ut patet Psalm. 21. 15. 30. 10. 43. 25. & alijs in locis: quippe utraque vox significat frequentiùs quod intimum est, ut latè diximus Tautolog. 1. num. 6. Quo sanè mens claret Prudentij, & etiam N. Ruperti de *Oper. Spir. Sancti* in Isai. cap. 31. dicentis de Virgine: *Corde concepit.* Consule Theophilum Raynaud. de *Christo* lib. 3. Sect. 1. cap. 5.

*Non fuit Christus definitivè in Virginis utero.*

23 *In utero*, circumscriptivè, ut vegetationem exerceret absque miraculo, non definitivè (cum ordine partium in toto, sed sine ordine partium in loco) ut somniavit Mayronius in 3. *Sent.* d. 4. q. unic. art. 6. etenim corpus definitive locatum nullius materiali, ac extensæ actionis est capax. Derogarque figmentum veritati partus Virginis: ut partus vere fit, aliquo motu, seu actu virtutis expultricis in fœmina opus est: & corpus definitivè locatum, naturaliter nequit moveri à motore corporeo, nisi per accidens, ob adhæsionem cum corpore locato circumscriptivè; sicut corpus Christi movetur ad motum rectum quantitatis specierum in Eucharistia. Quod Mayronius respondet insulsum, atque frigidissimum est: nimirùm, *Modum divinæ admirationi relinquendum.* Præclarum utique ratiocinium! Hæc profectò solutione ingeniosissima, quænam deliria non salvat?

Mayr.

24 *In utero*, ut filius Dei sit filius hominis, quod negavit Priscillianus. Concepit in utero verum hominem, de substantia tantùm genitricis, *Factum ex muliere*, ut dicit Apostolus ad Gal. 4. 4. & ad Rom. 1. 3. *Factus ex semine David secundum carnem.* Quod quidem Boride interpretatur N. Ven. Beda lib. 4. in *Luc.* cap. 49. *Caro Verbi Dei, secundum carnem nascentis, & carne Virginis non est extranea; quippe conceptus ex utero virginali, carnem non de nihilo, non aliundè, sed materna traxit ex carne: alioquin nec verè filius hominis diceretur, qui originem non haberet ex homine.* Nec dum audis *Carnem*, arbitreris carnem

Galat. Roman. *Ex Virgine traxit corpus.*

Ven. Bed.

*Ex sanguine proiiscio concretum.*

nem propriè, sed virtualiter in semine, aliàs verè non esset filius Virginis, sicut Eva non fuit filia Adami, quia non ex semine, licet fabricata ex costa, & carne. Caro hic vocatur sanguis, seu materia per virtutem generativam matris disposita, & ad animæ rationalis receptaculum apta: igitur si ex alio sanguine, nimirùm, venali produceretur, perperam Christus eius diceretur filius.

*Intra vasa fabeli destinata à natura.*

25 *In utero*, quippe licèt conceptio miraculosa sine commistione seminis virilis, tamen non fuit extra vas aptum & destinatum à natura generationi, & conceptioni prolis. Declarat his verbis Angelus rem & modum, seu fieri, & factum esse. Fieri, minimè Deo impossibile, quamvis concipere sine viro esset omnino mirabile: factum, quoniam ut maturetur fœtus in lucem, natura designat uterum, conceptioni ac vegetationi locum aptum. Unde Gabriel deprompsit naturalitatem facti, postquam expresserat supernaturalitatem modi.

*Nam tua concipient cœlestis viscera iussu*
*Natum, quem regnare Deus per sæcula cuncta,*
*Et propriam credi sobolem gaudetque, iubetque.*

Iuvenc.

Canit Iuvenc. lib. 1. *Histor. Evang.* v. 89. *Tua viscera*, ut sit primogenitus in multis fratribus, gaudeasque titulo genitricis, & filius Dei habeat matrem, hominum auspicatricem, in qua tua summa dignitas, dignitatisque maiestas, atque lapsæ humanæ conditionis optata felicitas: verùm hoc in Didascalijs.

*In huiusmodi conceptione retinent Virginis maiestas, & bonorum felicitas.*

*Corpus Christi non fuit phantasticum.*

*Nec cœleste.*

*Nec relictum in sole.*

26 *In utero*, ne videretur phantastica caro assumpta, & ita Christi corpus exisse Virgine intacta, cogitavit Manichæus; quem secutus est Priscillianus, ut conflat ex Leone Pap. *Epist.* 93. Consule Bernard. de *Circumc.* Serm. 1. *In utero*; sicut cæteri hominum cum eadem natura specifica, infima, non compacta è cœlo; sicut dixit Valentinus, affirmans, Verbum Divinum in mundum missum à Patre, secum traxisse corpus cœleste, nihilque è Virgine accepisse, sed fuisse in genitricis utero usque ad tempus, quasi in Pandoræ vasculo. In quem videris D. Thom. 3. part. quæst. 5. art. 2. & Suarium hic. Solam naturam divinam in Christo somniavit Cerdo; & ideo sola divinitate Filium ad Patrem reversum, minimèque cum corpore: quod quidem si habuit, in Sole ascendendo reliquit, & usque ad iudicium locavit, quoniam in Sole tabernaculum suum posuit: dixerunt Hermogenes, Seleuciani & Passionistæ. Adi Augustin. lib. 2. *contra Faustum* cap. 6. & *in Ioann.* tract. 34. Tertul. de *Carne Christ.* cap. ult. Theodoret. lib. 1. de *Fabul. Hæret.* & Nicetam Choniatum lib. 4. *Thesaur. Hæres.* 24. Huic insaniæ præbuit suffragium Apelles, astruens, Christum non venisse in veritate carnis, quippe eius conflatum corpus ex elementis. Quod quàm absurdum, patet ex textu, quoniam nec conceptio esset, nec partus, si ex elementis coëssecret corpus: in utero ergo ex sanguine matris proiiscio compactum est, ut esset filius Virginis Christus; Dominus per naturam humanam, sicut filius Dei per naturam divinam: quo causa dictum: *Quod nascetur ex te vocabitur* (idest, *erit*: ut optimè notat Maldonatus hic) *filius Dei.*

*Nec constatum ex elementis.*

*Virgo quo iure Deipara?*

D. Thom.

27 *In utero*, ut esset mater virgo non solùm *Hominipara*, & *Christipara*, sed *Deipara* quod Græci aptissimè *Theotocos*, quo titulo effertur verè à SS. PP. Vid. Gregor. Nazianz. *Orat.* 51. Athanas. *Dialog.* 4. de *Trinit.* Eusebium lib. 4. de *Vit. Constantij* cap. 42. Nissen. Epist. *Ad tres mulieres*, & alios apud Canisium lib. 3. de *Deipar.* cap. 19. pro omnibusque Angelic. Præceptor. 3. part. quæst. 35. art. 4. & Scholasticos hic. Etenim esto Virgo non genuerit divinitatem, verè dicitur *Theotocos*, idest, Dei genitrix; quippe pertonæ habentis divinitatem, & humanitatem, est mater secundùm humanitatem: sic enim quælibet fœmina dicitor mater hominis, etsi non genitrix sit animæ, sed tantùm carnis. Ita Cyrillus *Tom.* 4. *Epist.* 1.

*Nec Verbum in carnem, nec caro in Verbum incarnatione conversa.*

*Maria mater & virgo?*

28 Denique *In utero*, ubi verus homo Christus subsisteret in persona filij Dei, ita ut sit verè filius Dei, & filius Virginis, Homo-Deus. Duæ utique naturæ in unitate personæ, seu hypostasis, habentis divinitatem à Patre, humanitatem à Virgine, quin interfit commistio, divisio, seu conversio; sicut quidam Heterodoxi ineptè effutiere. Ita Appollinaris insanit, astruens, ex Virgine carnem verè assumptam per Verbum Divinum, sed aliquid Verbi in carnem fuisse conversum: econtrà verò asserente Euthyce, post hypostaticam unionem, carnem Christi fuisse conversam in Deitatem. In hos errores vide Irenæum, Augustin. Cyrill. Theodoretum, Isidor. Philastrum, & Alphonsum à Castro lib. 4. Hæres. & alia continentur in ly *Concipies in utero*, quod nihil addere sententiæ, videbatur Maldonato.

29 *Pariet.* Iuxta superiora num. 13. sonat idem, ac non solùm concipies, sed venturis fructu gaudebis; & cum singulari prærogativa virginis-matris,

*Qua*



*Quæ ventre beato*
*Gaudia matris habens cum virginitatis honore,*
*Nec primam similem visa es, nec habere sequentem;*
*Sola sine exemplo.*

Sedul.

Modulatur olor Sacer Sedulius lib. 2. vers. 69. Cui suffragatur Richard. à S. Laurent. lib. 10. de *Deipara*, & refert Clyetovæus lib. 4. *Elucidat. Eccles.*

*Ut Solis radius*
*Intrat innoxius*
*Fenestram vitream;*
*Sic Dei filius,*
*Imò subtilius,*
*Aulam virgineam.*

Clyetov.

Richard. à S. Laurent.

*Si crystallus sit humecta,*
*Atque Soli sit subiecta,*
*Scintillet igniculum;*
*Nec crystallus rumpitur,*
*Nec in partu solvitur*
*Pudoris signaculum.*

*Exemplum puritatis partus virginei.*

Concinit etiam Actius Syncerus Sannaz. in *Proœmio* de *Virg. partu.* dicens:

*Alma parent nullos intra præcordia motus,*
*Aut incursanteis devexi ponderis ictus*
*Senserat, hærebant immotis viscera claustris.*
*Haud aliter, quam cum purum specularia Solem*
*Admittunt, laxæ ipsa quidem pertransit, & omnes*
*Irrumpens laxat tenebras, & dissecuit umbras,*
*Illa manent illæsa.*

*Soli conferatur.*

Actius Sync.

Astipulatur acumini florida camœna Venantij Honorij Fortunati de *Partu Virgin.*

*O Virgo insignis, mater pia, nobile semen!*
*Qualis nulla fuit, nec a futura venit.*
*Dignus ager Domini generans sine semine frugem,*
*Et sine casta seges messe repleta places.*
*Virgo intacta manens, fidei ubertate marita,*
*Insscia coniugio fœta negante viro.*
*Unde tuum mater generas natum, atque parentem;*
*Nec violata paris, nec pariendo dolet.*

*Maria virgo insignis.*

Venant.

Demùm N. Aldhelmus de *Laudib. Virgin.* concinne canit:

*En sobolem generabis Virgo parentem,*
*Atque puerperium puritura puerpera gignes.*

Aldhelm.

Quod quidem ita intelliges sine Tautologia: *Puerperium*, idest, fructum: *Puritura*, potitura: *Puerpera*, fœta: *Gignes*, paries. Quod in Scriptura frequenter. Genes. 29. 32. *Quæ concepit genuit filium*: hoc est, *peperit*. Ambros. *Epist.* 81. *Potuit virgo concipere, & non potuit virgo generare*: Sicut econtra accipitur *Nasci* pro concipi, seu gigni. Matth. 1. 20. *Quod in ea natum est, de Spiritu Sancto est, pariet autem filium.* Isai. 66. 7. *Antequam parturiret, peperit*: idest, concepit. Cùm ergo partu gaudeat fœmina, audit Maria: *Concipies & paries*: q. d. Angelus: Potieris voto, gaudebis fructu. Quo sensu Bernard. Epist. 117. *Concipiens parturisti*: nempe voto es facta potita, ut te includeres intra claustra.

*Conceptio pro nativitate, & econtra.*

Bernard.

30 Sicut mirabilis conceptio, ita & partus. Virgo concipies, & virgo paries. Haud secus reliquæ fœminæ paries, sed illibata virginitate, quod numquam accidit fœminis.

*Sola sine exemplo fœcunda & libera nexu,*
*Ignara amplexus mater opima sinu.*

Venant.

*O virgo excellens vincens super omnia matres,*
*Quod daret absque viri germine virgo virum!*
*Cuius fructus adest, & flos non perdit honores,*
*Quæ nato es genitrix, & tibi virgo manes.*

Cantat Venantius Fort. ubi supr. & succinit Philippus Abbas Bonæ Spei:

*Sol, crystallus, aquæ dant qualemcumque figuram*
*Virginei partus, erudimurque fidem.*
*Si tingatur aquis & Soli iungatur,*

Philippus Abb.

*Scintillas profert integer ille lapis:*
*Flamine sic ablata sacro, subitèque Soli*
*Iustitiæ, peperit integra Virgo Deum.*

*Maria virginior in partu.* Longè abfuit devenustas pudoris, cùm partus virginiorem genitricem redderet, igitur cum oppositis virginitatem duplicavit.

*Sentis Virgo nobilis*
*Matura per fastidia,*
*Puderis intactum decus*
*Honore partus crescere.*

*Prud.* Dixit Aur. Prudentius in *Cathemerin.* v. 1646. & Sedulius ubi supr. lib. 2. vers. 41.

*Iamque novem lapsis decimi de lumine mensis,*
*Fulgebat sacrata dies, cum Virgine facta*
*Promissum complevit opus. Verbum caro factum*
*In nobis habitare volens, tunc maximus infans*
*Intemerata sui conservans viscera templi,*
*Illæsum variavit iter, pro Virgine testis*
*Partus adest, clausa ingrediens, & clausa relinquens.*

*Sedul.* Videsis S. August. lib. 22. *Civ. Dei* cap. 8. ubi adducit miraculum annuli Petroniæ, è zona adstricta dilapsi. Gregor. Magn. Homil. 26. in *Evang.* Hieron. lib. 2. *contra Pelag.* Ambros. *Epist.* 81. & de *Virgin. instit.* cap. 7. Damian. Serm. 3. in *Nativ. Virg.* Rupert. lib. 1. in Matth. & Bernard. Serm. 1. in *Nativ. Dom.*

*Petroniæ annulus.* 31 *Paries filium*, cuius corpus extensum, haud dilacerato, vel dilatato claustro pudoris, prodibit in lucem. Verum hoc quomodò? Quomodò fiet istud? An quia ibi corpus Christi desinitivè? Refutavimus, n. 23. An quia extenuatum, ut salva carnis integritate possit exire? Ludicrum sane. An quia per latus genitricis exivit infans? Stultissimum effugium. Vide Damascen. de *Fid. Orthod.* lib. 4. cap. 15. In huiusmodi insanias fallas protert Angelus *Pariet*: quippe in præfatis modis non datur partus. An quia in partu fuit extensio partium? Hoc blasphemum. Transeamus ad alia subtilia, licet falsa. Maior in cap. 2. *Matth.* dub. 7. Gotfredus *Quodl.* 7. quæst. 6. & Durand. 4. d. 44. quæst. 6. asserunt, de extremo ad extremum, in præsepe ex utero corpus Christi transisse impertransito medio: quod impossibile iudicant Molina in 1. p. quæst. 53. art. 2. & Lessius de *Summo bon.* lib. 3. n. 82. Sed licèt esset possibile, non cohæret modus cum vero partu. Ideo dicitur: *Nascetur ex te*, quoniam filij vera nativitas, & sine partu naturali non esset vera. Naturalitas verò fiat in eo quòd transitus fiat per loca muliebria. *Per naturalem viam, qua cæteri hominum*: ait Damascenus ubi dudum. Nazianz. *Orat.* 51. Leo *Epist.* 11. August. de *Civ.* ubi supr. Caietan. in Luc. 1. vers. 31. Scholastici cum D. Thom. 3. part. quæst. 35. maximèque Soarius ibid. *disput.* 13. *sect.* 1. Quomodò ergo factum miraculum cum naturalitate partus dicemus num. 34.

*Corpus Christi quomodò partum, salva Virginis integritate?*

*Minimè fiat transitu per medium.*

32 *Paries*, scilicèt suo tempore. Non *Ecce paries*, sicut *Ecce concipies*. Partus miraculosus erit, sicut conceptio, verum in tempore suo. *Usque ad tempus, in quo parturiens pariet.* Ideò, fœta pariet; etenim rigorosè non parturivit, sed peperit; quoniam & peperit sine dolore, & sine fœminarum naturali imputitatæ. Ita Serm. 2. de *Nativ. Dom.* Zeno Veronens. *Salvatorem talis ortus decebat* (ait Leo Pap. Serm. 2. in *Domin. Nativit.*) *qui & in se humana substantiæ naturam haberet, & humanæ carnis inquinamenta nesciret.* Attestantur Ildephonsus lib. de *Virgin. part.* Nazianz. *Orat.* 40. ac Bernard. Serm. 3. de *Purific.* ait: *Nihil in partu impurum, nihil illicitum, nihil purgandum.* Denùm Sedulius ubi suprà vers. 50. minuit:

*Mich. 5.* *Peperit Virgo & sine dolore & sine impuritate.* *Bernard.*

*Quæ nova lux mundo, quæ toto gratia cœlo?*
*Quis fuit ille nitor Maria, cùm Christus ab alvo*
*Prosiliit splendore novo? Velut ipse decore*
*Sponsus ovans thalamo, formâ speciosus amœnâ*
*Præ natis hominum: tutus radiante figura,*
*Blandior in labijs diffusa est gratia pulchris.*

*Sedul.*

33 Modò locum habet, quod supr. retulimus ex Clemente Alexand. lib. 7. *Strom.* ubi: *Maria fuit puerpera propter ortum filij, & non fuit puerpera: peperit & non peperit, ut quæ ex se, non ex coniunctione conceperit.* Quod sane nemo germaniore sensu, si umquam alius, interpretatus est, sicut eius Commentator Gentianus Hervetus Rhemensis Canonicus, qui quidem ita instit ibid. *Sunt, qui in hodiernum diem existimant, Mariam esse*

*Clem. Alex.*



*esse puerperam, quòd ex ea natus sit filius, quod tamen falsum est: nam etsi ex ea natus sit filius, non tamen ex semine viri, sed ex Sancto Spiritu fuit conceptus. Neque enim peperit Virgo, ut humano more partum matres, fractis scilicet pudoris claustris, & dejectis secundinis, nullumque dolorem in pariendo sentit. Etsi peperit, non est tamen dicenda puerpera, quòd pepererit; nam in eius partu nulla fuerunt secundinæ, quæ obstarent, quominus maneret virgo. Peperit ergo Maria & non peperit: non peperit quidem more humano, sed peperit divino, & supernaturali, qui non impedivit, quominus maneret virgo.* Hucusque Gentianus. Hinc Nyssenus Homil. 13. in *Cant.* infit: *Neque enim prætè parturiginis vocabulum usurpari de illa incorrupta, & coniugium non experta, potest; propterea quòd Virginitas & partuvigo in eamdem concurrere nequeunt.* Brevius Ambrosius in Psalm. 47. *Non parturivit, sed peperit.* Consule Damian. *Serm.* 11. & Guarricum Serm. 1. de *Nativ. Dom.* Placet enim licentia pictoris, qui (ut refert Molanus lib. 3. de *Imag.* cap. 57.) parienti Virgini appinxit obstetricem sine manibus, in puerperio purissimo penitus inutilibus: etenim ipsa filium quem peperit, pannis involvit, ac in præsepio reclinavit.

*Gentian.*

*Virgo in partu fuit puerpera & non fuit puerpera.*

*Nyssen.*

*Ambros.*

*Obstetrix sine manibus quid figuret.*

34 *Paries filium*, non filiam, ut supr. diximus & hic observant Caietanus & Maldonatus. Paries vere filium, sed in filij nova nativitate, novus etiam erit ordo. Partus erit naturalis, naturali opere materno, quia non per re, sed ex te nascetur. Sicut verè concipies, vere paries. Igitur non tolùm passivè, sed naturali impulsu activè concurres: verùm novus erit ordo, quipotequam corpus pueri intra quantitatem partis ad partes, & totius ad totum, tuum profectò dote subtilitatis penetrabit uterum. Haud necesse fuit, ut per virginal dumtaxat exiret, alias in errores supr. memoratos incideret partim cauta cogitatio, igitur si ita esset, in nativitate novus non esset ordo. Salvatur sane Christi nativitas impulsu activo Virginis, & novitas partus in penetratione ventris. Partus fuit naturalis vi nativa impeliendo fœtum; & miraculosus, quoniam penetratione haud fregit pudoris claustrum. Unde cum audis ex Augustino lib. 22. *Civ. Dei* cap. 8. *Per integra virginalia matris exivum.* Ex Damasceno lib. 4. *Fid. Orth.* cap. 15. *Per naturalem viam, qua cæteri hominum*: & sic alias intelliges in ipsa penetratione respectu partium ad partes: nimirùm, partium penetrantium corpusculi infantis, respectu partium penetratarum uteri Virginis genitricis. *Opportebat autem & partim cum nostra nativitate communicare, & partim alienum esse*: ait Chrysostom. Homil. 49. in *Genes.* Alienum, quia nunquàm vitus huiusmodi ortus, sicut nec conceptus: commune, quoniam naturali materia, naturali loco conceptus, naturali actione genitricis est in lucem productus. Unde Sedulius ubi sup. v. 65.

*In nativitate Christi non erat ordo.*

*Partus fuit naturalis, & miraculosus.* *Augustin.* *Damasc.*

*Salve sancta parens enixa puerpera regem.*

*Chrysost.*

Vim ergo verborum *Eniti, parere, nasci*, videris apud Theophil. Raynaudum de *Ortu infant.* cap. 2.

*Salve clara domus, cœloque beatior ipso,*
*Partus sacrati conscia.*
*Sequè, suumque stupens genitrix virgunculâ partum*
*Nulli marito debitum.*

*Sedul.*

Hæc libuit brevi, estò consultò dissere; quia rarò quis, modò explicet ingenij novitatem, magni pendit errorem.

35 Iam ergo ad Versiones præcipuæ auctoritatis. *Erat autem Sarai sterilis, nec habebat liberos.* Onkala. *Sarai non erat Virgo, nec habebat liberos.* Hebr. *Erat eradicata.* Ar. Montan. *Erat orba.* Maluend. *Eruncata.* Syr. *Effœta.* Æthiop. *Sine fructu.* Arab. *Infœcundabat.* Bibl. antiq. *Non genuerat.* Rab. Ionath. *Erat sterilis & sterilis.* Alij: *Erat sine radicibus. Non erat mater. Non pepererat. Parere partum non poterat.*

*Variet. Iuli.*

## ADINATON EXEGETICUM.

1. *Sterilis, nec habebat liberos.* Dignitas ex liberis meritis, quia sine meritis sterilis dignitas.
2. *Sterilis, nec habebat liberos.* Liberi fructus: magnæ utique fœcunditatis specimen, si fœcunditas parit cum fructu sterilitatem.
3. *Sterilis, & non erat ei filius*: etenim virginitas habet filium, & est sterilis.
4. *Sterilis, sine radice.* Vel dum nitent in prædicatione flores, sunt steriles; quia sine exemplo fructus, Concionatores non habent radices.
5. *Sterilis, & infœcunda.* Semen est verbum Dei: minimè sterile verbum, sed multoties infœcundum.

6. *Sterilis, & vituperanda*; quippe sterilis fœcunditas, pœnitentiæ tarditas.
7. *Sterilis, & infœcunda*; quoniam fructus penitùs steriles, qui humanæ felicitatis.
8. *Sterilis, & sterilis*: igitur etiam habens ad fœcunditatem semen, gennit sterilitatem.
9. *Sterilis & sterilis*: siquidem fructus nec sibi, nec alijs.
10. *Non erat mater, quia non erat ei natus.* Singularis prærogativa, sine pignore prolis, quòd resplendeat nitor maternitatis.
11. *Non erat mater, quia non erat ei filius.* Micat in Virgine miraculum maternitatis singularis non filiorum.
12. *Virgo non erat, nec erat mater*, quippe futura, quæ mater & virgo.

## DIDASCALIA PRIMA:

### *Ambitio ad dignitatem nisi per indigna non ducit.*

Seneca. 1 ITa Stoicus *Præf.* in lib. *Natur. quæst.* igitur quos odetunt, proiectè blandiuntur, exosa plaudunt, proterenda extollunt, ac servituris inserviunt: *Quorum causæ* (carpit Tacitus l.b. 1. *Annal.* cap. 33.) *aeriores, quia inique.* Parum pro merito dixi: Ancillantur, quin excuset intuitus, ut dominentur: quandoquidem proiectæ indolis inimici, quia familiarior amicitia superbiæ, in se reversi dubitare solent, An illa facere propter ista debuissent? Multa videri volumus velle, sed nolumus. Sæpe aliud volumus, & aliud optamus. Quapropter crebrò ineptias festive efferimus, dum in cachinos plena viscera solvimus.

Tacit. *Causa ambitionis unde acrimet.*

——— *Rides? maiore cachino*
*Concutitur. Flet, si lachrymas conspexit amici,*

Iuvenal *Ambitionis oculum.*

*Nec dolet. Igniculum brumæ si tempore poscas,*
*Accipit endromidem si dixeris Æstuo suadat.*

Ait iurè Iuvenalis *Satyr.* 3. v. 100. O alba præcordia, ac voluntaria maneipia! Usquequò gravi corde? Ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium in auctoramine honorum? Amaritudinis ambitæ compotes, infami servitute maiestatem ementes, deridiculi cunctis, inter spem & metum utsequaquaque lubricantes, gladium in iugulum nulla non opera ambientes, diferuciamini inhonorati inter ipsos honores.

Et anfractus. 2 Audite Senecam: *Ostendam* (inquit *Epist.* 94.) *ex constitutione vulgi beatos, in ipso invidioso fastigio suo trementes & attonitos* (exulit ambitio, quæ sæpe laborat vertiginum morbo, debilissimo cerebro) *longèque aliam opinionem de se habentes, quam ab alijs habetur: nam quæ alijs videntur excelsa, illis prærupta sunt: Itaque examinantur, & trepidant, quoties desiexerunt in illud magnitudinis suæ præceps. Cogitant enim varios casus, & in sublimi maximè lubricos: tunc appetita formidant, & quæ illos graves alijs reddit, gravior ipsis felicitas incumbit.* Utinam doctrina falsa! Sed comprobat experientia.

3 Quis unquàm, cùm esset in paradiso, felicior Adamo? Solus erat, & solus felix, ne videns parem quereretur de avara fortuna, ubi prodigà fuisit beneficientia. Nulla conditio in terra fausticr, neque status glorioſior: æternum larva amplioris honoris, illico evanuit conditio felicitatis. *Omniscientiæ & divinitatis similitudinem appetiit;* ait hic Alapide. Fastigio attonitus est. Longè aliam opinionem de se habuit, quàm ab alijs habetur. Ad imaginem quippe Dei factus est homo. Scientiam habebat? Habebat: aliter posstularet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat. Si ergo omniscientiæ & divinitatis similitudinem habet, quid sitivit? Turpe sane, in auctorem, & benefactorem insurgere: indignum, imò lubricum deferere: verum cùm ambitio haud ducat ad dignitatem nisi per indigna; illi fuerunt prærupta, quæ iudicavit excelsa: igitur vera felicitas subitò evanuit, ubi ampliorem ambitione sitivit.

Alapid. *Amentia attenit.*

4 *Non veniat mihi pes superbiæ*, dicebat, qui ut resipisceret à vana cogitatione, coram habuit ferale spectaculum, cadavera nempe septuaginta millia virorum. 2. Reg. 24. 15. *Pes*, & non pedes superbiæ, quippequam ambitus monopes. Aliquid *Tom.* 1. *Tautolog.* 1. *Didasc.* 12. num. 15. diximus: sed modò inquirimus, quid per unicum pedem arrogantiæ significet Regius Psaltes? Quantum auguror, periculum ambitionis: igitur quæ ambitiolo apparent nitide celsa, fiunt in honoris acquisitione prærupta.

Psalm. 35. 12. *Et mox pes.*

5 Cogitationem exprimam celebri exemplo. Ludus insignis, & singularis pro Imperij æternitate institutus à Nerone. Adi Suet. in eius *Vita* cap. 11. frequens post tempore Galbæ, ut idem ait in *Galba* cap. 6. tempore Vespasiani, Plin. lib. 8. *Hist. nat.* c. 3. licèt antiquior appareat institutio ex Seneca *Epist.*

Sueton. Plin.



Seneca. *Epist.* 85. scilicèt elephantos per funes incedere, per cataclromum discurrere, choreas agere, gestus effingere, & ad numeros saltare. In huiusmodi ludo, haud solum plaudebat theatrum, cùm rectè tanta moles pedes moveret ad citharæ sonitum, & elephantes neurobatæ insigni agilitate se iactarent desultoriè; sed cùm fallaci pede extra funem molem corporis ponerent, & seipsos ex saltu in terram præcipites darent.

*Elephantes funambuli.*

*Exercitia superbiæ.*

6 Ecce ludus ambitionis, ac præfatæ expositio auctoritatis. Instituto diro prorsùs, ultrò obstringuntur homines, ut volitantes circum cogitationem, nanciscantur dignitates. Ambulare rectè nesciunt, & insilire capiunt; quippe accedentibus ad ambitionis ordinem, primum præceptum est, ambulare per funem. Vivide Hitp. *Es la primer regla, andar en una maroma.* Per funem, ubi perspicua discrimina, tametsi agilitas summa, & imminens casus, quia pes in sublimi lubricus. Felicior hoc in statu, stat nonnumquàm in perpetuo motu: miserèque fallitur, cogitans esse in quiete, dum est in fune. Fallitur utique & cadet, etenim esto multa devolvat, non habet, ubi pes quiescat. Vernacule. *Por mucho que llegue à adelgazar, no puede assentar el pie.* Prospicit illic altiorem gloriam, & statim contulit familiarem philautiam, asserentem unica subsultatione assequendam dignitatem: verum cùm superbia in fune & unicum habeat pedem; illo labente fluxè, nititur aere: atque præceps in terram subito ruit, ubi gloriam nanciscì vel in saltu cogitavit. Non veniat igitur pes superbiæ, cui displicet cadere: quippequàm si per funem incedit, fluxu pedis, qui monopes non sustinet.

*Præcepta indignarum quæ unde exaltationem consequuntur.*

Osee. 11. 4. 7 Apparebit amplius propositi claritas, si auditur Oseas. Per illum quidem Deus de peccatoribus ait: *In funiculis Adam trahum eos.* Ad gratiam scilicet, ubi fortissima vincula charitatis: & dicit proprie, atque meditanter *In funiculis*; quia ità proni in caduca terrena, & curvi in fluxa mundana, ut ad cœlestia progredi nullo modo conentur, ni funiculis agantur. Raptim tracti impelluntur ad sortem summæ felicitatis, cùm procedere deberent, uti dignandi præcipites: & ità alluciantur futili voluptate vitiorum, abdicto fatuè dulcorè virtutum; ut noxia amplexentur libenter, & utilia reluctanter.

*In caduca proni, in exitialia haud procedunt, nisi funibus trahi.*

8 Quosnam ergo funiculos habuit humanæ conditionis protogenes, ut nati pertrahantur eius funiculis, & maximè peccatores? Propter archigenis crimen, & colubri supplantationem, cum ambitione filij participant ambulare per funem. In regia paradisi feliciter decorèque florebat Adamus. Suggessit ambitus gloriam maiestaris sine dependentia, quæ ultra eius statum, atque conditionem constituta. Videtis Ambros. lib. 4. in *Luc.* Chrysost. in 1. *Tim.* cap. 2. v. 14. Augustin. lib. 11. de *Genes. ad liter.* & Angel. Doctor 2. 2. quæst. 163. art. 2. Ambitio & superbia cum philautia funes extenderunt in laqueum Protoparentis, & funes illi minimè ceciderunt in præclaris. Super funem ascendit, ut plus quiret ascendere, gaudens discrimine. Prospexit ante oculos cogitationis super se, sed circùcircà, volitare dignitatem, & visum est faltem saltu obtinere cacumen. Incessit exultans monopes, periculo saltans. Fugit funiculus, ut saltans extendit manus: ac cùm pes propter acquisitionem defecisset; in summam miseriam funambulus præceps corruit.

*Qui sint Adami funiculi.*

*Ubi illa vinitatem filia vit. funambuli cor ruit.*

9 Hi sunt funes peccatorum, quibus sibi blandientes, quasi in curo ambulant: atque alijs placeat, cùm illos vel saltantes, vel præcipites rident. Dialecto nostratum vigilantissimè: *Sirve de gran diversion, mirar à los pretendientes andar como volatines.* In prædes usus est huiusmodi similitudine Greg. Nazianz. in *Apolog.* 1. & Novarin. *Dmor. Virg.* excurs. 61. num. 597. Vitia plerumque dignantur in terra, quippe gradibus criminum ascenditur ad fastigia. Proinde Seneca *Epist.* 86. inquit: *Cambyses furiosus, ac furore feliciter usus.* Tuæ gradiuntur, & saltant, quin vitæ discrimina, & felicitaris agnoscant. Fallit amentes vestigium, quo nituntur in solium. Impellit ambitio, ut expellat; atque ut corruant, blande stimulat. Unde trahuntur in funiculis Adami, qui superbi & ambitiosi; quia funegredientes, ut acquirant honoris fastigium, miseri præcipitantur in propudium sempiternum. Hinc N. Patriarcha *Regul. Sancti.* cap. 4. *Instr.* 67. monet: *Elationem fugere*; quoniam non est attolli, sed præcipitem ire: non in dignitatem elatio, sed capitis periculosa gravedo; qua fastosi maximè, ut canit Claudianus, in Rufin. lib. 1. v. 22.

*Dignitatum pericula.*

Seneca.

*Ambitiosi stimulantur, ut corruant.*

S. Bernard.

——— *Tolluntur in altum,*
*Ut lapsu graviore ruant.*

Claud.

Liceat de ambitione proferre, quod *Epist.* 6. Stoicus de amicitia: *Cum qua homines moriuntur, & pro qua moriuntur.* Cæterùm inquires cautam. Lubenter dicam.

Seneca.

10 *Hydrophobia morbus est, in quo simul æger & siti, & aquæ metu cruciatur.* Ita Cornel. Celsus lib. 6. cap. 27. Huiusmodi ægritudo magis animi, quam corporis est. Aspectus fugit, quod voluptas medicamica

Cornel. Celsi.

6. *Sterilis, & vituperanda*; quippe sterilis fœcunditas, pœnitentiæ tarditas.
7. *Sterilis, & infœcunda*; quoniam fructus penitùs steriles, qui humanæ felicitatis.
8. *Sterilis, & sterilis*: igitur etiam habens ad fœcunditatem semen, gennit sterilitatem.
9. *Sterilis & sterilis*: siquidem fructus nec sibi, nec alijs.
10. *Non erat mater, quia non erat ei natus.* Singularis prærogativa, sine pignore prolis, quòd resplendeat nitor maternitatis.
11. *Non erat mater, quia non erat ei filius.* Micat in Virgine miraculum maternitatis singularis non filiorum.
12. *Virgo non erat, nec erat mater*, quippe futura, quæ mater & virgo.

## DIDASCALIA PRIMA:

### *Ambitio ad dignitatem nisi per indigna non ducit.*

Seneca. 1 ITa Stoicus *Præf.* in lib. *Natur. quæst.* igitur quos odetunt, proiectè blandiuntur, exosa plaudunt, proterenda extollunt, ac servituris inserviunt: *Quorum causæ* (carpit Tacitus l.b. 1. *Annal.* cap. 33.) *aeriores, quia inique.* Parum pro merito dixi: Ancillantur, quin excuset intuitus, ut dominentur: quandoquidem proiectæ indolis inimici, quia familiarior amicitia superbiæ, in se reversi dubitare solent, An illa facere propter ista debuissent? Multa videri volumus velle, sed nolumus. Sæpe aliud volumus, & aliud optamus. Quapropter crebrò ineptias festive efferimus, dum in cachinos plena viscera solvimus.

Tacit. *Causa ambitionis unde acrimet.*

——— *Rides? maiore cachino*
*Concutitur. Flet, si lachrymas conspexit amici,*

Iuvenal *Ambitionis oculum.*

*Nec dolet. Igniculum brumæ si tempore poscas,*
*Accipit endromidem si dixeris Æstuo suadat.*

Ait iurè Iuvenalis *Satyr.* 3. v. 100. O alba præcordia, ac voluntaria maneipia! Usquequò gravi corde? Ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium in auctoramine honorum? Amaritudinis ambitæ compotes, infami servitute maiestatem ementes, deridiculi cunctis, inter spem & metum utsequaquaque lubricantes, gladium in iugulum nulla non opera ambientes, diferuciamini inhonorati inter ipsos honores.

Et anfractus. 2 Audite Senecam: *Ostendam* (inquit *Epist.* 94.) *ex constitutione vulgi beatos, in ipso invidioso fastigio suo trementes & attonitos* (exulit ambitio, quæ sæpe laborat vertiginum morbo, debilissimo cerebro) *longèque aliam opinionem de se habentes, quam ab alijs habetur: nam quæ alijs videntur excelsa, illis prærupta sunt: Itaque examinantur, & trepidant, quoties desiexerunt in illud magnitudinis suæ præceps. Cogitant enim varios casus, & in sublimi maximè lubricos: tunc appetita formidant, & quæ illos graves alijs reddit, gravior ipsis felicitas incumbit.* Utinam doctrina falsa! Sed comprobat experientia.

3 Quis unquàm, cùm esset in paradiso, felicior Adamo? Solus erat, & solus felix, ne videns parem quereretur de avara fortuna, ubi prodigà fuisit beneficientia. Nulla conditio in terra fausticr, neque status glorioſior: æternum larva amplioris honoris, illico evanuit conditio felicitatis. *Omniscientiæ & divinitatis similitudinem appetiit;* ait hic Alapide. Fastigio attonitus est. Longè aliam opinionem de se habuit, quàm ab alijs habetur. Ad imaginem quippe Dei factus est homo. Scientiam habebat? Habebat: aliter posstularet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat. Si ergo omniscientiæ & divinitatis similitudinem habet, quid sitivit? Turpe sane, in auctorem, & benefactorem insurgere: indignum, imò lubricum deferere: verum cùm ambitio haud ducat ad dignitatem nisi per indigna; illi fuerunt prærupta, quæ iudicavit excelsa: igitur vera felicitas subitò evanuit, ubi ampliorem ambitione sitivit.

Alapid. *Amentia attenit.*

4 *Non veniat mihi pes superbiæ*, dicebat, qui ut resipisceret à vana cogitatione, coram habuit ferale spectaculum, cadavera nempe septuaginta millia virorum. 2. Reg. 24. 15. *Pes*, & non pedes superbiæ, quippequam ambitus monopes. Aliquid *Tom.* 1. *Tautolog.* 1. *Didasc.* 12. num. 15. diximus: sed modò inquirimus, quid per unicum pedem arrogantiæ significet Regius Psaltes? Quantum auguror, periculum ambitionis: igitur quæ ambitiolo apparent nitide celsa, fiunt in honoris acquisitione prærupta.

Psalm. 35. 12. *Et mox pes.*

5 Cogitationem exprimam celebri exemplo. Ludus insignis, & singularis pro Imperij æternitate institutus à Nerone. Adi Suet. in eius *Vita* cap. 11. frequens post tempore Galbæ, ut idem ait in *Galba* cap. 6. tempore Vespasiani, Plin. lib. 8. *Hist. nat.* c. 3. licèt antiquior appareat institutio ex Seneca *Epist.*

Sueton. Plin.



Seneca. *Epist.* 85. scilicèt elephantos per funes incedere, per cataclromum discurrere, choreas agere, gestus effingere, & ad numeros saltare. In huiusmodi ludo, haud solum plaudebat theatrum, cùm rectè tanta moles pedes moveret ad citharæ sonitum, & elephantes neurobatæ insigni agilitate se iactarent desultoriè; sed cùm fallaci pede extra funem molem corporis ponerent, & seipsos ex saltu in terram præcipites darent.

*Elephantes funambuli.*

*Exercitia superbiæ.*

6 Ecce ludus ambitionis, ac præfatæ expositio auctoritatis. Instituto diro prorsùs, ultrò obstringuntur homines, ut volitantes circum cogitationem, nanciscantur dignitates. Ambulare rectè nesciunt, & insilire capiunt; quippe accedentibus ad ambitionis ordinem, primum præceptum est, ambulare per funem. Vivide Hitp. *Es la primer regla, andar en una maroma.* Per funem, ubi perspicua discrimina, tametsi agilitas summa, & imminens casus, quia pes in sublimi lubricus. Felicior hoc in statu, stat nonnumquàm in perpetuo motu: miserèque fallitur, cogitans esse in quiete, dum est in fune. Fallitur utique & cadet, etenim esto multa devolvat, non habet, ubi pes quiescat. Vernacule. *Por mucho que llegue à adelgazar, no puede assentar el pie.* Prospicit illic altiorem gloriam, & statim contulit familiarem philautiam, asserentem unica subsultatione assequendam dignitatem: verum cùm superbia in fune & unicum habeat pedem; illo labente fluxè, nititur aere: atque præceps in terram subito ruit, ubi gloriam nanciscì vel in saltu cogitavit. Non veniat igitur pes superbiæ, cui displicet cadere: quippequàm si per funem incedit, fluxu pedis, qui monopes non sustinet.

*Præcepta indignarum quæ unde exaltationem consequuntur.*

Osee. 11. 4. 7 Apparebit amplius propositi claritas, si auditur Oseas. Per illum quidem Deus de peccatoribus ait: *In funiculis Adam trahum eos.* Ad gratiam scilicet, ubi fortissima vincula charitatis: & dicit proprie, atque meditanter *In funiculis*; quia ità proni in caduca terrena, & curvi in fluxa mundana, ut ad cœlestia progredi nullo modo conentur, ni funiculis agantur. Raptim tracti impelluntur ad sortem summæ felicitatis, cùm procedere deberent, uti dignandi præcipites: & ità alluciantur futili voluptate vitiorum, abdicto fatuè dulcorè virtutum; ut noxia amplexentur libenter, & utilia reluctanter.

*In caduca proni, in exitialia haud procedunt, nisi funibus trahi.*

8 Quosnam ergo funiculos habuit humanæ conditionis protogenes, ut nati pertrahantur eius funiculis, & maximè peccatores? Propter archigenis crimen, & colubri supplantationem, cum ambitione filij participant ambulare per funem. In regia paradisi feliciter decorèque florebat Adamus. Suggessit ambitus gloriam maiestaris sine dependentia, quæ ultra eius statum, atque conditionem constituta. Videtis Ambros. lib. 4. in *Luc.* Chrysost. in 1. *Tim.* cap. 2. v. 14. Augustin. lib. 11. de *Genes. ad liter.* & Angel. Doctor 2. 2. quæst. 163. art. 2. Ambitio & superbia cum philautia funes extenderunt in laqueum Protoparentis, & funes illi minimè ceciderunt in præclaris. Super funem ascendit, ut plus quiret ascendere, gaudens discrimine. Prospexit ante oculos cogitationis super se, sed circùcircà, volitare dignitatem, & visum est faltem saltu obtinere cacumen. Incessit exultans monopes, periculo saltans. Fugit funiculus, ut saltans extendit manus: ac cùm pes propter acquisitionem defecisset; in summam miseriam funambulus præceps corruit.

*Qui sint Adami funiculi.*

*Ubi illa vinitatem filia vit. funambuli cor ruit.*

9 Hi sunt funes peccatorum, quibus sibi blandientes, quasi in curo ambulant: atque alijs placeat, cùm illos vel saltantes, vel præcipites rident. Dialecto nostratum vigilantissimè: *Sirve de gran diversion, mirar à los pretendientes andar como volatines.* In prædes usus est huiusmodi similitudine Greg. Nazianz. in *Apolog.* 1. & Novarin. *Dmor. Virg.* excurs. 61. num. 597. Vitia plerumque dignantur in terra, quippe gradibus criminum ascenditur ad fastigia. Proinde Seneca *Epist.* 86. inquit: *Cambyses furiosus, ac furore feliciter usus.* Tuæ gradiuntur, & saltant, quin vitæ discrimina, & felicitaris agnoscant. Fallit amentes vestigium, quo nituntur in solium. Impellit ambitio, ut expellat; atque ut corruant, blande stimulat. Unde trahuntur in funiculis Adami, qui superbi & ambitiosi; quia funegredientes, ut acquirant honoris fastigium, miseri præcipitantur in propudium sempiternum. Hinc N. Patriarcha *Regul. Sancti.* cap. 4. *Instr.* 67. monet: *Elationem fugere*; quoniam non est attolli, sed præcipitem ire: non in dignitatem elatio, sed capitis periculosa gravedo; qua fastosi maximè, ut canit Claudianus, in Rufin. lib. 1. v. 22.

*Dignitatum pericula.*

Seneca.

*Ambitiosi stimulantur, ut corruant.*

S. Bernard.

——— *Tolluntur in altum,*
*Ut lapsu graviore ruant.*

Claud.

Liceat de ambitione proferre, quod *Epist.* 6. Stoicus de amicitia: *Cum qua homines moriuntur, & pro qua moriuntur.* Cæterùm inquires cautam. Lubenter dicam.

Seneca.

10 *Hydrophobia morbus est, in quo simul æger & siti, & aquæ metu cruciatur.* Ita Cornel. Celsus lib. 6. cap. 27. Huiusmodi ægritudo magis animi, quam corporis est. Aspectus fugit, quod voluptas medicamica

Cornel. Celsi.

*Quis enim morbus Hydropholiæ*

tamen agnoscit. Ecce morsus ambitionis, quasi rabidi canis. Sitit homo prurigine percitus titillantem honorem; & gustabit, si biberit, sitiorem hydropem. Moritur, si sitim non habet: ubi habet; moritur siti. Quid ergo? Quò se vertant homines nesciunt quandoquidem moriuntur cum ambitione, & pro ambitione moriuntur. O calliditas ambitionis! Nec tecum, nec sine te!

*Genes. 21. 30.*

11 De Sara dicitur: *Sterilis erat, nec habebat liberos.* Aptè exprimitur sine liberis fœmina sterilis. Mirum ne sine fœcunditate meritorum, quod non obtineat dignitatis partum? Dignitas in fœmina oritur ex maternitate, maternitas verò ex prole: perperam igitur cadent honores maris, procul stante causa honoris. Parta benè munera, ubi fœcundant merita: quippe dignitas fulget meritis, quasi liberis; & sine liberis, fœcunda radijs, deploratur sterilis. Sterilis est, quæ non habet liberos. Ita fulgebit dignitatum honos; verum pudet, quod indigni onusti fulgeant fœcunditate munerum, cum sterilitate omnimoda meritorum. Aptè conferuntur fumo, de quo Villava in *Symb. Spirit.* 22. *Quò levis, alta peto.* Non aliter gloriam aucupantes cacuminum. Alta petulanter petunt: & quò ostentare satagunt ipsis dignitatibus honorem: eo preferetur meritorum puram putam sterilitatem. Ascendunt: repellit honos, ac deficiunt volitantes sicut fumus.

*Sine meritis dignitatis, fœcunditas est sterilitas.*

*Villav.*

*Fumus ambitiosi symbolum.*

12 Extollit Baptistam encomiastes laude plena, qui retribuit unicuique secundùm opera sua. *Erat lucerna ardens, & lucens.* Verùm quando? Dudum dixerat. *Vos* (protulit) *misistis ad Joannem, & testimonium perhibuit veritati.* Ideò, negavit, se dignum tanti honoris; dum provocatis in præcipitium blandientes. Suspecta næ dignitas, quæ ab inimicis confertur, igitur specie tantùm animus lenocinatur. Facies namque festiva, scorpionis ad instar pungit à cauda. Ni dicas pro excellentia meritorum Joannis, testimonium commendabile magis ex inimicis: igitur plus merita commendant, dum improperant. Quid si laudant? Dotes sanequàm agnoscunt; ubi velint, nolint, vel aversantes, merita in dignitatem assumunt.

*Joan. 5. 33.*

*V. 33.*

*Suspecta & clara dignitas, quæ ab inimicis confertur.*

13 Perpende. Quia Joannes honorem respuit, tamquàm lucerna in caligine luxit? Quis nam intelliget splendoris artem? Alij in dignitate fulgent, & Baptista fulget sine dignitate? Utique. Maior quidem omnibus erat, sed sine ullius diminutione maior. Vel à puero magnus, cujus dotes ante nativitatem spectabiles; verùm tantæ dignitati haud respondebant spectabiles dotes: & amplius Baptista eminet, cùm dignitatem non accipit; igitur prudentiæ insignè, non amplecti cacuminis magnitudinem, quæ ambientis posset indicare exiguitatem. Merita & præmia cognationem habent, ut vicissim honorificentur; siquidem ædificandum dignitatis fastigium ad amussim meritorum. Non lucet, qui plus, sed qui dignè accipit: nec decoretur qui non crescit, modò magnitudo dignitatis impar sit meritorum magnitudini. Joannes magnus erat, sed non ita magnus, ut in munere præclarè munus obiret: & tunc extollitur ut lucerna ardens & lucens: quippe tunc magis splenduit, ubi se indignum splendoris judicavit.

*Hanc lucet indignus, qui in dignitatem ascendit.*

*Humilitas baptistæ in summa exaltatione.*

14 Deinde. Prodromum sui adventus, panegyrista constituit Joannem amicum, cum illi qui contulit Præcursoris officium, deberetur, & regnum. Indignè profectò ascenderet, cùm floreret (quum ipsemet indicaverat) dignus. Apparet minor, si maior appareret; quandoquidem tolleretur in altum, ut præceps rueret. Unde merita ut ampliora commendantur; dum ab ipso dignato, & dignando proferuntur: quoniam per indigna ascendere in apicem dignitatis, non virtutis officium, sed ambitionis. Patet. Joannes quantumvis magnus demereretur, florente cui debebatur.

*Non decorantur munere, qui decorem accipit à dignitate.*

*Pena indigno vel digni alieno fœ, est ambitio.*

15 Ulteriùs. Minimè animo obtulerunt Præcursori solium, nec conferebant imperium; ut virtutem præstantiorem exaltarent; sed ut Baptistam vanitate deprimerent. Dicis gratiâ, subdoleque, an arrideret, dixerunt, non ut super candelabrum lucernam ponerent, sed ut splendorem effulgurantis extinguerent. Verùm quomodò extingui poterat, si ore pleno in ampliorem dignitatem populus extollebat? Quia dignitas amplior meritis, & merita exigua splendori dignitatis: igitur nequibat astutia moliri in perniciem, fallaciorem laqueum, quàm offerre dignitatem, muneris impotenti adimplere ministerium. Lucerna Joannes erat, cæterùm in officio opus erat Solis luce, non lucernæ: quam vento vanitatis extinguerent, si attonitum munere ad dignitatem attollerent: igitur lucem, quam habuit compertentem meritis, obnubilaret splendore degeneris dignitatis.

*Lucerna dignitatis symbolum.*

*Obnubilatur dotes virtutis splendore vacillatis.*

16 Cæterò. Copiâ iubaris plerique sectantium fugitivam auram, orbi luminibus amiserunt gloriam. Joannes ut lucerat renuit eminere, ubi eminere non potest: etenim ascendendo descenderet. Erat lucerna ardens & lucens. In ardore designatur meritum; atque in luce, dignitatis fastigium. Ardet, lucenque huiusmodi spectabilis lucerna, ubi non lucet meritis excelsior gloria: igitur non lucet, & plenus luminum, cui dignitas confertur ultra meritum.

*Nolotz.*

*Non sibi vivit is qui aliis.*

*Dignitas ultra merita, nulla gloria.*



In prompta causa. Quisquis in dignitate lucere intenderit, non lucebat per dignitatem, si verum aucupatur splendorem. Magnum Joannis munus, sed ille magnus Christi dignitas maior, sed Joannes ita dignitate minor. Haud habilis ad tot munera in gloria tanta; quoniam inæqualis dignitas, nulla gloria. Lucebat, quia in illo splendor dignitatis rutilaret: non lucebat, quia non à se, sed à solio radios illotunc habebat: & minimè lucet qui non dignus, licèt habeat munus; quoniam dignitate indignus, atque decore, quisquis decorem accipit à dignitate. Perquammulti videri in officij sublimitate maiores volunt, & elati ad instar fumi deficiant. Præparantur ad onus cæterorum humeri, at Herculis fortitudine casti. Quare cùm dotes non respondeant oneris dignitati, allecti muneris luce, extinguuntur splendore. Dialecto Hisp. *Sin proporcion de prendas al esplendor del cargo, disfongados se mueren de lastimiento.*

*Et curt propria dispendia.*

17 Attamen dices: Cur Joannes dicatur lucerna, & ardens & lucens? Lucerna in faceis literis est emblema dignitatis, ut patet Luc. 11. 33. etiam apud Prefanos: ita Brissonius de *Imperio Persar.* Lipsius *Comm. in lib.* 1. *Annal. Corn. Taciti.* Alexand. ab Alex. lib. 1. *Gen. dier.* Coel. Rhodig. lib. 15. cap. 15. *Lect. Antiq.* Herodianus in *Commod. Imper.* Adrian. Iun. *Embl.* 5. & Solorzanus *Emblem.* 12. ubi propositum etiam musice ostendit, succinens:

*Esto tibi, atque alijs lucens, ardensque lucerna*
*Rex alijs lucens, ardeat illa tibi.*
*Totus in extremas solvi meditare favillas,*
*Quæ te flamma rapit, cætera lustrat, alit.*

*Splendor dignitatis fugax.*

18 Modò prompta causa, cur dignitas Ioannis designetur in lucerna. Rex igitur eligitur, ac ut prudenter se gerat, lucerna coràm ostenditur, & ardens & lucens. Lucerna lucet, & ardet. Ardet sibi, lucet alijs. Ardens consumitur & illuminat: aptè symbolum. Neutiquam ergo illuminaret alios, ni consumeretur propter illos. In his proprietatibus accensæ facis, designatur apprimè officium Principis: siquidem non focus ac lucerna amplecti debet ardens proprium dispendium, ut ex dispendio, queis lucet, obtineant commodum. Principi congruit bono publico studere, & illi totis viribus consulere, non recusando usque ad extremum pro utilitate laborem, ut ex illo alij viventes capessant utilitatem. Vivitur commodè cum dispendio Principis; cuius munus porrenditur in claro munere lucis: igitur inutilem proprijs utilitatibus experiri Principem, signat lucernam non habere fulgorem.

*Fomes evanescit spectoris multis expansis.*

19 Aliud mihi arridet in symbolo documentum. Alliciuntur papiliones ambitiosi luce fatui, cultu fulgido honorum, quemadmodùm oculi vibratione flammarum. Facit memoria splendoris dignitatis, ut homines oblivisceantur sui, splendore & non officio fungentes: hinc ut revocetur in prudentiam mens vanitate laborans, oculis fascinatis exponitur meditanter lucerna fulgurans: siquidem cognoscent vel qui dignè adepti sunt dignitatem, splendorem quo lucent habere finem. Finem: non finem qualemcumque, sed exitum ipsa vita brevioremque: quandoquidem consumitur splendoris lucerna, priusquam vitæ fugacis extinguatur brevissima flamma.

*Multi ea pia solemnitate suffocantur ab officijs.*

20 Causas promam & ultrò. Oblitì plurimi oneris honoris in luce muneris, vellent in momento temporis, expendere in fastum totius gazam splendoris. Haudquaquàm dulces illiusmodi blandientes, & bracteatæ vanitates; ni paulatim palpent intervallo, ac lentitudine festinatissima temporis. Ad quid opus erit properato, cùm in ampliori gloria fulguris lateat conditio? Quamdiù importune fastus lucere properat, finem lucernæ festinatio vanitatis accelerat: & agitatione præproperæ lucis, splendor lucis evanescit ex oculis. Ideo coram electo apud Persas Dynasta, exhibetur lucens & ardens lucerna, ut moderamine, diù fungatur collata gloriâ: igitur super candelabrum dignitatis, parum obtinebit splendoris, multis quotidie, & importunis expensis.

21 Clariùs ergo. Fax constat ex cera & lumine; quibus lucet & ardet. Per ceram arbitror, designari dignitatem: per lumen verò dotium electi splendorem. Usuvenit interdùm foveri à cera copia flammam exiguam: ideò, fulgere dignitatis fastigium ultra claritatem meritorum: tunc honos patet onus, splendor angor, radij coronæ, fulgentes stimuli; ac gloria gloria vacua: quandoquidem curiosè rimantes, quid decoris flamma dotium imprimit in dignitate, cera splendorem fovente; cogitando in face copiam lucis rutilantis, invenimus miseros suffocatos ab officijs.

22 Etiam quandoque obvenit, parèe ceram fuisse adhibitam, & cumulate flammam: nimirùm, dotes esse superiores splendore dignitatis; quàm suscipiens electus non susci-

PROGRAMA DOCTORADO
BIBLIOTECA CENTRAL DE LA UNIVERSIDAD

suscipit, sed inflatus despicit. Hæc quæ videtur felicitas, est dignitatis plerumque calamitas: quippe cùm in face nihil præter ignem adhibeatur, in momento temporis totum absumitur. Ardorem ut amplius luceat reprimere debet, quicumque meritis clarus honorem suscipit. Vernacule floride, quoniam periodus signat flammæ conditionem, & imperandi citrænem cupiditatem. Dicimus itaque: *Para gozar con mas esplendor, y sostego los rayos, es necessario reprimir ardimientos.* In qualibet huiusmodi electione micat periculum; etenim abest proportio dotium & dignitatum. Electi tunc vel suffocantur, vel abtumuntur. Primi enim animam pondere molis cillant: postremi verò valde propere condagrant. Vulgò: *O se ahogan, ò se alampan.*

*Etiam percunt dotes in ignes in partitate splendoris.*

23 Ultrà. Colliscit fax ex cera & flamma, verùm flamma tandem devorat cerам. Flamma signum dignitatis, quæ assumptus in illam lucet. Vanitas luminis instat, ut plura devoret; unde & extinguitur dignitas, & ipsa fine fomite vanitas. Minimè itaque percupiunt propter ministeria officia, sed propter commoda. Exquirunt non dignitatis, sed à dignitate proventus, in obsequium abominabile fastus & luxus: ac cum detrimento creditæ dignitatis, cogitant supervacuas radiorum ostentationes.

*Appetunt dignitatem in ostentationem.*

24 Rursùs. Nemo ducit ambitum ad proportionis amussim, neque spem iuxta Nemesim, audaciæ vindicem; cùm nonnumquàm anhelet lucerna in ampliorem splendorem. Estò ambitiosis fulgoris, avide sitibundis sit perspicuum, non adæquare merita, & munera; nihilominùs tamen studem exaltari super candelabrum dignitatum, obscuritatem præcognitam meritorum. Dotes flamma sunt, quibus lucet fax in cacumine muneris: at cùm munus functum exigat ampliores dotes; frigidi lumine inveniunt dedecorem, ubi suspicabantur splendorem.

*Et habet ex decore dedecorem.*

25 Insuper. In face, quòd primùm objicitur oculis, non est fomes luminis, sed flamma effulgurans auctoritate splendoris. Conciliant profectò amorem cordium, maiestatem, atque venerationem, si merita in lumine dignitatis exprimunt lumen. Unde lucerna est Principis forma, in qua primùm fulget optata fama: quoniam si in flamma dotes assumendi designantur, atque in fomite lucis insulæ dignitatis constituuntur; munus dignosci debet per claritatem Præsidis, & minimè Præses splendore dignitatis.

*Non per se cognoscuntur, sed per dignitatem.*

26 Ergo clareat encomium Ioannis per signum lucernæ ardentis, atque lucentis. Lucebat, & ardebat, quippe ni arderet, nequaquàm effulgeret. In dignitate utique meritò fulget, qui zelo animatum ardet. Verùm quid & ardere & lucere? Nihil nisi respectus meritorum & dignitatum, ut luceat iure dignitatis fastigium. *Ardere* portendit electi merita: *Lucere* officiorum munia. Lucet in munere; cuius merita non antecellit dignitas: igitur ubi supra merita præstat auctoritas; sicut lucerna, cui plus fomitis infunditur, abundantia suffocatur.

*Suffocantur dotes in fastigio superioris dignitatis.*

27 Ioannes, vox Verbi, Verbi Dei personam dedit dignitatem, cùm Iudæi blandientes invitarent ad honorem: ac in numere vocis plauditur lucerna ardens, cuius flamma lucens; quoniam noluit suffocare dotes in pelago luminum superioris dignitatis. Ubi alij instrumenta prælara, commendabilia ornamenta, prudentiæ & sapientiæ insignia; ibi Ioannes gratus ambitionem interclusit, quæ quidem ad dignitatem famelicos nisi per indigna perducere non consuevit. Luxit amplius Baptista, quia noluit amplius lucere. Hoc documentum, proh dolor! ambientibus honores, videtur inane. Monita prudentioris politices aversantur; sed sectantur dignitatis lucem, simul & mortem. Nonne erit mors, cuius causa optata lux? Parvipendunt spinther vitalitatis, si suffocentur splendide inter fulgores, ad instar Semeles. Haud distinctio inest fulgorum, & fulminum. Nequaquàm his aucupatoribus hæret prudentia: desipiunt pyraustæ in flamma: siquidem ubi illis videtur rutilare, dum ascendunt; inter tot fulgores, ctiò lucide extinguuntur.

*Ambitio induitur zelo.*

*Vanitas ambitionis quam fatua!*

28 Alij extinguuntur, & alij suffocantur; sed haud alia de causa, nisi quia nolunt ardere & lucere. Ardent sine flamma, & flamescunt sine ardore. In hos invehitur Mellif. Doct. Serm. de *S. Ioann. Bapt.* dicens: *Est enim tantum lucere, vanum: tantum ardere, parum: ardere & lucere perfectum.* Lucere ne vanitas, & ardere exiguitas? Quare? Tantùm lucere, est proprietas ignis fatui: de quo Plinius lib. 2. cap. 107. Plutarch. de *Rom. fortuna.* Tit. Liv. lib. 25. prope fin. Euripides in *Medea*, quem secutus Virgilius lib. 2. Æneid. vers. 682. cecinit:

Bernard

*Ignis fatuus quæ sit?*

*Ecce levis summo de vertice visus Iuli*
*Fundere lumen apex, tactuque innoxia molli*
*Lambere flamma comas, & circum tempora pasci.*

Virgil.

Astipulatur Claudian. in IV. *Consul. Honor.* v. 193.

*Subita tum luce comarum*
*Innocuus flagraret, apex.*

Claud.

Si plura desiderantur, invenienda apud Fortunium Licetum de *Lucernis Antiquorum.* Verè & appositè lux tantùm in igne dicitur fatua, ac etiam in muneris gloria: equidem lucere solummodò in candelabro honoris, signum est humanæ ridiculæ fatuitatis.

*Lucere sine luce meritorum, omninò fatuum.*

29 Aliqui ardent, & alij dumtaxàt lucent. Ardere tantùm, conditio ignis infernì: lucere solummodò, est proprietas ignis fatui. An quia fatuitas vanitatis splendoris igne fastigiorum trudit ambitiosos in infernum? An quia hi qui hic splendide lucent, ibi pòst, vel modò ardent? *Erat Ioannes* (inflit Bernard. ubi supr. num. 3.) *lucerna ardens & lucens. Non ait Christus: Lucens & ardens; quia Ioannis ex fervore splendor, non fervor prodijt ex splendore. Sunt enim qui non eò lucent, quia fervent; sed magis fervent, ut luceant: at isti planè non fervent charitatis spiritu: sed studio vanitatis.* Fervent homines, ut luceant; sed non lucent, quamvis ferveant: igitur licèt fortuna pro lubito ferventes elevet; ambitio ad dignitatem nisi per indigna non ducet.

Bernard

## DIDASCALIA II.

### *Beata sterilitas, quæ unicum servatur ad partum.*

Chrysol *Baptista vel in ortu mirabilis.*

1 Hæc Chrysologus de Elisabetha Baptistæ matre, *Serm. 91.* Brevi laudem continet periodus, igitur Baptista vel nascens plauditur unicus.

*——— Concessum est visere talem,*
*Qualem nulla prius viderunt sæcla prophetæ:*
*Dico ego, qui solus quæ gesta, gerendaque novi.*

Paulin.

*Inter mortales dederit quos fœmina partus,*
*Quosque dabit solemni hominum de more creatos,*
*Nullus erit, possit qui se præferre Ioanni.*

Canit Paulinus Consular. in Carm. de *Bapt.* v. 323. Ioannes est speculum, cui pro lemmate inscribitur *Omnia*: quandoquidem quæ felices efficiunt dispersa, tenet Præcursor unita. *Quis putas puer iste erit?* diverunt vicini & cognati. Laus latet, & responsio in ipsa interrogatione. Quis iste erit? Iste plane. Omnia prænunciant, proferentes *Iste.*

*Cur dictur speculum?*

Luc. 1. 66.

*Sui index.*

Paulin.

*Iste quidem tantus quantus potuit dare mundo*
*Qui nasci talem nova per miracula iussit.*

Dixit qui supr. v. 14. verùm unde tantus, si pueri exprimitur ortus?

2 Conferenda sanè sterilitas Sarai & Elisabethæ. Illa *Sterilis erat, nec habebat liberos*: de Præcursoris parentibus dicitur:

Genes. 11. 30.

*Non erat eis filius, eò quod esset Elisabeth sterilis.* Utraque stirpe carebat: cur igitur diversimodè Scriptura loquitur de utriusque sterilitate? Ne Elisabeth habebat filium, ut astruatur negatio sexus nobilioris? Minimè, cùm describatur sterilis: quare ergo non dicitur de Elisabetha, *Non habebat liberos*, sicut dicitur de Sara? *Quia singularis futurus erat, de talibus nascituros*: respondet ubi supr. Chrysologus. Non exprimitur negatio absolute prolis, quia Ioannes nasciturus erat singularis: meditanterque dicitur, *Non erat eis gnatus*; quoniam Ioannes in cunctis semper unicus. Iste puer magnus. Unicus Isaac, & unicus Ioannes respecto sterilis genitricis: verùm alius sicut Isaac potuit esse, sed non alius sicut iste. Nullus Ioanne maior inter natos mulierum: hinc unicus unicum servabatur ad partum.

Luc. 1. 7

Chrysol

*Singularis nascituris.*

3 Hæc sterilitatis genitricis novitas, in qua fulget Præcursoris singularitas. Novitas matris, quia concepit sterilis: & singularitas Ioannis, quia signum sterilitatis genitricis. Canit Ecclesia: *Ex utero senectutis, & sterili Ioannis natus est Præcursor Domini.* Verùm quomodò? Quia sterilis, non erat ei filius: qua lege adhuc sterilis, si Ioannes natus? Expellit uterus infœcunditatem, producens germen: & Ioanne in lucem edito, mater pristina sterilitate laborat? Utique: singularis futurus erat. Conceptus fœcundant matres, sed conceptus magni reddunt steriles. Haud Ioannes singularis esset, si conceptus fœcundam genitricem fecisset: quia concepit, fuit fœcunda: & infœcunda, quia Ioannem concepit: igitur fœtus tantus constituit matrem sterilem, quoniam concepit cum illo simul sterilitatem.

*Reddidit genitricem sterilem.*

4 Potita est voto aviditas sanctæ fœminæ, sicut Angelus promiserat Zachariæ. In sexto conceptionis mense missus est Gabriel ad Virginem, ut nunciaret ex illa salva integritate nasciturum Salvatorem: cuius portenti fidem astruit ex fœcunditate cognatæ sterilis, in assensum prolis mirabilioris. *Qui de sterilibus nati, magni fuerunt, & quasdam similitudines Domini pertulerunt, de virginitate nasciturj: quæ naturaliter sterilis est, & non parit*: ait Rupertus lib. 1. de *Gloria Filij Dei.* Et Iuvencus lib. 1. *Histor. Evang.* v. 100.

Rupert.

Iuvenc.

*Sic cognata tibi, sterilis quæ credita cunctis*
*Zachariæ coniux, mortali germine nuper*
*Æevo defessis auxit miracula membris.*

Unde Angelus dixit Mariæ: *Ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua, & hic mensis sextus est illi quæ vocatur sterilis.* Sterilis postquàm concepit?

Luc. 1. 36.

Quæ vocabatur, sit profectò : sed quæ vocatur ? Ambigitur. Nonne mensis textus, ex quo concepit Ioannem ? Utique, sed sterilis mansit, quippequàm Ioannem concepit. *Magnum nascitur in perniciem ex ipsa magnitudine sua causa* : dixit Stoicus lib.6. de *Benef.*cap. 31. Ususvenit fœminis nobili fœtu, quod arboribus ubertrimo fructu. Copia sterilescunt,fructu infructiferæ fiunt:& Elisabeth iurè vocatur sterilis Ioanne fœtâ, quia summè fœcunda. Promittitur sterili fœtus, qui quidem etiam coram Domino magnus. Nascitur in perniciem fœcunditatis,cui contingit excellentia magnitudinis, liquidem sicut nequit celsius nasci, radix fœcunda nequit ultra parturire. Est maior omnibus Ioannes,& mater vel concipiendo iure vocatur sterilis.

Senec.

*Ex excellentia germinis sterilitas radicis.*

5 *Vocatur sterilis*, & modò quæ fuerat, etiam vocatur. Idem effectus sub diversa causa. Pridem sterilis, quia infœcundas modò sterilis, fœcunditatis præstantia : igitur cùm produceret Ioannem, enervavit fœtus ubertate radicem : *Non erit*, dicitur, *infœcunda*, *nec sterilis in terra tua*. Non dum in terra Israel genuerat Elisabetha : quandoquidem fœcundata mansit sterilis, ex præstantiore magnitudine prolis.Tot diebus pubertatis & senectutis permansit effœta, & radix infœcunda ex ingenita sterilitate: nunc ex fructus magnitudine : & nunc vocatur sterilis, etiam cum pignore prolis ; quoniam excellentia conceptus ita sterilem reddidit, quasi numquàm concepisset. Inter homines (qui quidem arbores rationales)si ignorantur in actionibus sterilitas vel virtus, *Ex fructibus eorum cognoscetis eos* ; quippe haud proferent in germine, nisi quod habuerint in radice. Ita cognoscendæ sterilitas, & fœcunditas.Ex fructibus fœcunditas, sanè : sed sterilitas? Utique. Fit sterilis copia, ex ipsa magnitudine sua causa : unde radicum virtus, atque inutilitas causarum apprime ex fructibus cognoscuntur;quoniam parvi profectò, qui sterilem fœcundant matris radicem;& magna mater,quæ in partu parit cum prole sterilitatem.Pridem Elisabeth vocabatur sterilis,quia non genitrix:modò quia genitrix,sterilis etiam vocatur.Ex fructu infœcunditas radicis cognoscetur.Fructus sterilitati repugnat, fructus verò magnus non repugnat,sed conciliat: & cùm magnus sit fructus huiusmodi conceptionis, cum pignore prolis meritò & nunc Elisabeth vocatur sterilis.

Exod. 23.26.

*Sterilitas cognoscitur fructu.*

Matth.7 20.

*Fructus magnus conciliat sterilitatem.*

6 Perpendamus Evangelistæ verba, an ab ipso eadem proferatur sterilitatis causa. *Elisabeth* (ait) *impletum est tempus pariendi*, *& peperit filium*. Ly *Et* ut dixi in *Expos. lit.* num. 6. & alibi sæpe, non semper est particula copulativa,sed causalis. Ita patet hic v. 41. ubi *Benedicta tu inter mulieres*, *& benedictus fructus ventris tui*. Idest, *quoniam benedictus* &c. Eadem Ioann. 4. 36. & Isai. 64. 5. ac multis alijs in locis. Haud aliter in præsenti auctoritate illud *Et*. Unde sensus : *Elisabeth impletum est tempus pariendi,quia peperit*, quasi ultrà parere non posset,quia filium peperit.Longè aliud contigit Elisabeth, quam alijs fœminis usuvenit : igitur quia concipiunt vel steriles, concipiunt;quia parinnt,parient : at parto à genitrice sterili Præcursore; Elisabethæ impletum tempus pariendi ? Iuxta puerum partum sanè tempus pariendi conclusum. Haud qualem qualem puerum peperit, sed peperit Ioannem ; quem Guarricus Serm. 4. in *Eius Nativit.* plaudit, vocans *Cedrum paradisi*, *columnam celi*, *gloriam generis humani*, *atque miraculum mundi*. Singularis næ fructus in rationalibus, qui tot insignis est dotibus: & meditantes dicitur clausum pariendi tempus, dum prodit in lucem qui conceptus est magnus ; quippe si alius post Præcursoris ortum, Ioannes non esset orbis singulare miraculum.

Luc.2.v 57.

Et pro Quia.

*Nec potest concipi.*

*Baptista encomia*

Guart.

*Singulare orbis miraculum.*

*Ubi Ioannes Baptista, nil ultra.*

7 Gaudet fœmina, dum concipit prolem, quia etiam concipere potest conceptui similem : & Elisabeth impletum est, dum pareret, tempus pariendi ; quoniam nemo adhuc puero similis Ioanni. Si ultrà progredi valeret mater,partu non esset sterilis, nec clauderetur tempus naturalis conceptionis : & impletur in partu pariendi tempus, ubi Baptistæ describitur ortus ; siquidem iuxta Ioannis magnitudinem, emarcuit radix ad similis conceptionem. Sterilis est mater fœcunda, si laborat fructus copia ; igitur ubi non ultra, marcet concipiendi virtus, quæ inutilis prorsùm ad conceptus. Unde Elisabeth pariendi tempus est omninò completum ; quia eiusmodi singulare prodigium, unicum servabatur ad partum.

*Nemo ei similis.*

8 Quid si cognati proferunt cogitationis acumen, dum in circumcisione differunt erga Præcursoris nomen ? Aliqui intenderunt patris nomine insigniri,ut in gnato memoria remaneret mortuo patre : at Elisabeth institit auctoritate genitricis, dicens : *Nequaquam*, *sed vocabitur Ioannes*. Ergo respondent : *Nemo est in cognatione tua*, *qui vocetur hoc nomine*. Sane, sed interest ne causa prolata, ut de impositione nominis cadat, aut valeat sententia ? Quid quòd Ioannes vocetur, ut Zachariæ nomen in familia retineatur? Elisabeth iam non sterilis,

Vers.60 Vers.61



lis, licèt in tempore frigidæ senectutis : si blandimine erga patrem, eiusdem in nato volunt extendere nomen, familiæ insignia, dignitatum stemmata cum claritate paternarum dotium, alium Elisabeth fœcunda concipiet filium.Non concipiet:minimè quia nequit concipere, sed quia nequit alius concipi.Fructus magnus infœcundat radicem:& in Præcursore patris solicitant nomen ; quoniam si alium expectant,ut gentilitium portet inclytæ domus, non erit alius.Intrè certant, qui patris nomen in familia solicitant:igitur si Ioannem prætercunt, à desiderio propositi fraudabuntur: etenim fovebunt spem omnimodè vacuam, cùm matrem tanta fœcunditate reliquerit infœcundam.

9 Ut alium concipere mater posit; necesse erat, ut posit concipi alius. Nil est, ubi non est ultra : & Elisabeth parientis describitur vulva clausa,quia non surrexit maior Ioanne Baptista. Viderunt cognati miracula conceptionis, in nativitate signa futuræ virtutis, in circumcisione matrem signare propheticè nomen, idem patrem mutum scribere, manum Domini esse cum puero, qui quidem natus ex sterili utero, magnus quoque coram Domino ; & desperant alium fructum, videntes & mirantes puerulum, nuperque natum. Hinc persistunt stupore pleni, ut remaneat nomen Zachariæ in filio, qui natus est ; quia cum hoc filio nil plus. Vernaculè vigilantius. *Porfian que el nombre del padre se quede en el Precursor; porque saben admirados, que con este hijo no ay mas.* Sterilis peperit plurimos, igitur in unico quem peperit, sterilis mater mansit, quasi multos peperisset. Sterilescit genitrix multis fœtibus, ac enervatis fructu nimio fœcunditatis radicibus : unico fœtu ortus sterilitatis, signum patet singularis magnitudinis : & ut explicet magnum, quem concipit inter filios hominum ; sterilitas hæc unicum servabatur ad partum.

10 Claret modò Tautologiæ singularis expositio. *Lauda sterilis*, *quæ non paris.* Quem quidem stylum invenies *Iob* 24. 21. & *ad Galat.* 4. 27. Quid hoc ? Est ne sterilis, quæ pariat? Si parit, qua lege sterilis ? Quoniam multum fructum affert.Est sterilis, quæ nihil concipit ; & magis sterilis,quæ multum concipit. In utraque deficit virtus fœcunditatis, sed in hac dum deficit, deficit causa virtutis : & ut pateat sterilitatis discrimen; infœcunditas simul designantur & germen: quoniam illustris constat germinis magnitudo, si genitrix manet sterilis concipiendo.

Isai.54. 1. *Unde sterilitas in conceptio nes*

11 Dicat Evangelista : *Elisabeth impletum est tempus pariendi*, *& peperit.* Quid igitur circumplexio verborum, quæ videntur conficere pleonasmum ? Si impletum est tempus pariendi, sanè paritura conceptum: ad quid enim additur, *Et peperit filium*? Quia dum peperit filium, novum miraculum. *Nova per miracula nascit.* Ait Paulinus ubi suprà. Miraculum & novum ? Miraculum, quòd senex mater conciperet ; verùm non novum, quòd conceptum pareret : & insignitur tanquàm miraculum novum, quòd in tempore partus pareret: filium ? Utique. Miraculum est, ubi nascitur effectus ab opposita causa, sicut conceptus in utero sterilis, & sterilitas in flore fœcunditatis, igitur contrariæ causæ. Ecce miracula in conceptione & nativitate Baptistæ. Miraculum porrò quòd senili matri tempus impleretur pariendi ; & novum miraculum, etiam dum peperit filium : etenim cùm partus fœcunditatem non destruat, sed fructibus astruat ; dum peperit Elisabetha impleto tempore filium, novum apparuit miraculum : siquidem partu reliquit Ioannes sterilem, quam constituit conceptione mirabili genitricem.

Luc.1. 57.

Paulin.

*Et novum miraculum communi nativitati*

12 Usitatum in triumphis Romanorum, ut in curru veheretur etiam mancipium, quod quidem auri suggereret triumphantis, conditionem fragilem hominis, dicens illi, intrè plausus amicorum, & fugitivam blandam auram popularem : *Memento te hominem.* Ita Panvinius de *Roman. triumph.* & Uvolfangus Lazius de *Repub. Rom.* Multi arbitrati sunt huiusmodi vocem fuisse vanæ gloriæ, ac arrogantiæ Nemesim, ut inhæreret ( odiosa recordatione memoriæ, in firmitate inconstantiæ ) posse esse adverso Marte sub pedibus, qui erat in manu fortunæ : quæ quidem vesanè pro lusu conatur evertere pedibus, quod indefessè ac cæcè construxit manibus, tradens victo ignominiosè servum, quem extulit laureis urbis & orbis prodigium. Nullum sorti theatrum magis displicet, quàm quod summè placet : nec magis placet, quàm in momento temporis proculcare, quod molita longo tempore. Huiusmodi gloria fortunæ instar, igitur ut ait Plautus in *Amphitr.*Act.3.Scen.2.v.3.

*In curru triumphantis quare servus?*

Panvin.

*Fortunæ delicia ipsa quæ*

*Ea quæ sunt facta infecta refert, ac clamitat.*

Plaut.

Oritur sæpe arrogantia memoria ex ipsa reflexionis tia.

nis humanæ, ut sese respiciat, minimè faciem fortunæ; magis evanescit pectoris respiscentia, in ipsa hominis miserandi memoria: etenim plus intumescit sciendo se esse hominem, & pervenisse in hominis superiorem magnitudinem.

Ubi supr.

13 Ergo in præfatæ auctoritatis expositionem. *Elisabeth impletum est tempus pariendi, & peperit filium. Peperit filium?* Ne novum? Dicat, *Peperit filium masculum:* uti Apoc. 12. 5. siquidem hoc novum, sed minimè parere filium, cum conceptioni sit pro tempore necessarium. Haud Tautologicè Evangelista loquitur. Homo nascitur. Verùm quid in partu mirum? Etit ne novitas, si homines genitores Elisabeth, Zacharias? Quòd illa fœcundetur, quòd hic loquatur, quòd puer sit magnus, & manus Domini videatur in puero; patet sanè singularitas: sed quòd homo ex hominibus nascatur, erit in orbe novitas? Etiam. Operationes eleganter interpretantur naturam: & cùm ultra naturam in puero nato viderentur tot miracula, tot virtutum insignia, tot excellentiæ portenta; inter mira Textus exponit ut novitatem, quòd Ioannem mater peperisset hominem.

Maior Baptistæ commendatio, quòd esset homo.

Ioan. 1. 6.

14 Astipulatur Evangelista Ioannes, dicens de Baptista: *Fuit homo.* Aliqui iudicarunt ultra hominem: & ex minimo Textus Baptistæ conficit laudem, quasi nihil oriri posset magnum ex debilitate principiorum? Compactum est sanequàm æstimabilius encomium, dum exponitur principium: igitur cum conditio humana sit in tanta fragilitate; mirum omninò quòd tot mira micarent in homine; quòd tot miracula viderentur in mundo, nascente parvulo: quòd sicut cæteri esset in nativitate, qui non erat sicut cæteri: quòd esset similis nobis passibilis, qui erat miraculum orbis: quòd in his quæ non hominis esset homo, & minimè puer in puero: quòd homo esset conditione, quem nascentem etiam mirati sunt universi. Astruunt mirantes ipsa interrogatione. *Quis putas*, inquiunt, *puer iste erit?* Quis, vel quid? de hoc latè *Tautol.* 8. *Did.* 4. Quid, est dicendum, dum hominem nescunt. Haudquaquàm: Quis sit sciunt, & in scientia nesciunt. Sciunt hominem natum in mundo, & mirantur quòd sit homo: igitur haud capax videtur natura humana, quòd in illa exerceantur tot mirabilia. Stupuit orbis tot miraculis & signis, videns mundi prodigium, quod unicum servabatur ad partum.

Quid in illo mira bitur?

Luc. 1. 66. Dum Baptista cognoscitur magis nescitur.

*** *** ***

## DIDASCALIA III.

### *Virginitas etiam fœcunda est.*

Hieron.

1 ASTruit Hieronymus lib. 1. *In Iovinian.* An quia fœcunditas replet generationibus mundum, & virginitas sterilitate cœlum? Arctiori sensu Doct. Maximi exponam auctoritatem, iuxta illud: *Multiplicabis in anima mea virtutem.* Fœcunditas è cœlo semper pretiosa, ut patet in margarita, è cœlo fata, ac in concha nata: igitur semper sublime, ubi casta generatio cum claritate. Despectui ergo patet pectoris quodcunque nascitur ex voluntate carnis. Achates ut refert Guilielmus Paris. p. ult. de *Univers.* cap. 22. nequit portari nisi à virgine: hæc est claritas in casta generatione: etenim habet fructum in laudem, & nequaquàm perdit florem.

Psal. 37. 3. *Virginitas similis margaritæ.*

Guil. Par.

*Virginitas felix, quæ partu est digna Tonantis,*
*Et nova de terris proles ad astra volat.*

Venant. Fort.

Canit insignis Fortunati camœna: planè in orbe nova, igitur proles quæ videtur in ventre, micat in corde.

2 Substituit mirifica virginitatis conceptio, avido novitatis animo, & prodigij sitibundo. Almæ Gertrudi, mysterium nativitatis Sponsi è Virgine contemplanti, *Clarè visum in parte cordis mei* (ait ipsa lib. 2. *Divin. Insinuat.* cap. 6.) *tenerum quemdam puerulum, velut sub ea hora natum.* Natum? Virginitas sterilis est, minimè fovet conceptus, igitur quia *sterilis* Sara *non habebat liberos*: sanè, sed aliud in corde, aliud in ventre: aliter in filio, & aliter in sponso: siquidem ut ad astra, nova de terris volitaret proles; nascitur fructus ex fœcunditate cœlesti virginitatis. Appositè igitur cantabo:

*Templa Creatoris sunt membra pudica puellæ,*
*Atque habitat propius tale cubile Deus.*
*Quantum sponsa potest de virginitate placere,*
*Ipsa cui genitrix non nisi virgo placet!*
*Intemerata Deum suspendit ab ubere natum.*
*Et panem cœli munere lactis alit.*
*Hos ergo in Sponsa nunc viscere diligit ipse,*
*Quòd prius in matrem legit honore sacer.*
*Pectora liberius penetrat sibi cognita soli,*
*Virgineam cupiens inhabitare domum.*

Succinit qui supr. in *Excerpt.* ex lib. 8. de *Gaudijs & spe vit. ætern.* Quod cupit, tenet: quippequam uti natus ex nova fœcunditate virginitatis, ludit in corde Gertrudis.

Gen. 11. 30.

Id.

Et ibi quiescit.

3 Postquàm impleti sunt dies octo, ut circumcideretur filius Virginis, vocatum est nomen eius Iesus: *Quod vocatum est ab Angelo,*



Luc. 2. 21.

*gelo, priusquàm in utero conciperetur.* Perpende *In utero.* Si formatur conceptus, uterus sanè locus à natura destinatus. Quamvis Deus est, tamen in similitudinem hominum factus ex Virgine, & nisi in utero conceptus, careret similitudine: quare igitur dum Filius Dei sit in Virgine homo: enunciatur, quòd concipietur in utero? Est ne alibi officina conceptus, ut exprimatur sigillatim Virginis uterus? Est. Iuxta respectum conceptus designatur locus conceptionis, & iuxta conditionem concipientis. Virginitas Filium Dei concipit ut sponsum, Maria etiam virgo concepit ut filium: & designatur uteris genitrici, quia alia officina reservatur sponsæ: igitur si gignitur uti filius in Virginis ventre, tamquàm sponsus concipitur etiam in purissimo corde. Locus signatur à natura, quia distinctum habet gratia. Virginitas etiam fœcunda est: & sponsus concipitur in habitaculo cordis, ex fœcunditate nova virginitatis.

Ubi fœcunditas virginitatis?

4 Modò palàm fit, cur tam eximium amor castitatis à Parente, ac Duce Benedicto commendetur Monachis, dicente cap. 4. *Regul. Sanct. instr.* 63. *Castitatem amare.* Utique, & summo iure: igitur anima dote castitatis fit Conditoris sponsa, in qua nitet, dum concipit, summa gratia. Verùm quomodò summa in huiusmodi desponsatione? Ex muneris & consortij perpetuitate: igitur cùm perpetuitas felicitatis sit alia maior felicitas, & inhæreat virginitati fœcunditas; quicquid cor concipit caste, semper retinetur in corde.

S. Bened. *Amor castitatis quantùm bonum!*

Videamus hoc verbum, quod factum est, & Dominus ostendit nobis, ut traheremur in amorem & odorem castitatis. Salutatà Virgine Mariâ, Dei genitrice intemeratè futurâ, dixit Angelus aperiens Trinitatis arcanum: *Ecce concipies in utero, & paries filium.* Quare nativitatis signat præscriptum fœtibus tempus, si conceptionem necessariò sequitur partus? Si dicit *Concipies*, ad quid *Paries*? Cor purum ita Dei Filij magnes amoris, atque philtrum voluntatis, ut mirum non esset introitus, sed egressus: quandoquidem nihil illi iucundius in sedem, quàm invenire in pectore humano angelicam puritatem. *Paries*: signat Gabriel nativitatem, quia dixerat in utero conceptionem: igitur si esset in corde, conceptus maneret ibi. *Concipies in utero & paries.* Haud pareres, ni in utero concepisses: uterus concipier, & minimè cor, ideo nascetur ex te. *Paries*: in Virgine fuit conceptio materialis & spiritalis. Unde Leo Papa Serm. 2. in *Nativ. Dom.* Ait: *Virgo regia eligitur,*

Iesus in corde Gertrudis nascitur.

Luc. 1. 31. *Puritas cordis magnes Deitatis.*

*quæ sacro gravidanda fœtu, divinam humanamque prolem prius conciperet mente, quàm corpore.* Spiritaliter proles in corde concipitur; materialiter in utero generatur: & dicitur etiam Virginis partus, dum promittitur filius; ne iudicaretur huiusmodi materialis conceptio, sicut illa antequàm conciperetur in utero. *Paries*: quoniam in ventre habebis filium, quem in corde amplectebaris sponsum. Quem conceperis in utero, paries: non ita corpore, sicut mente concipies. In utero dum nascitur fœtus, expellitur: in corde satus, retinetur, ubi nascitur; & utique paries, quoniam utero concipies: equidem si conciperes, sicut priùs conceperas mente, conceptus sanè remaneret in corde.

Leo Papa.

Concipitur genitrice, puritate, semper manet in corde.

5 Animo sæpe volvi, cur Sponsus cœlestis, *Nusquam se convententius, quàm in Sacramento altaris, ac deinde in corde Gertrudis inveniendum;* pronunciavit. An quia in Sacramento Christus manet in homine, & homo in Christo? Dicat Amasius: *Magis in me, quàm in te vivis, & tanta est mihi pulchritudo tua, ut in te maximè inesse videar, & in te vivere.* Castanniza lib. 1. *Div. instr.* cap. 12. An quia accedens ad Sacramentum vivet propter Christum? *Unus cum illo spiritus Gertrudis erat.* Idem ibid. *Asserant qui experti sunt* (ait Bernard. apud eumdem Scholiasten) *mihi fateor impossibile videtur.* Fecit in illa magna, qui potens est: habitavit proprius tale cubile Deus, & requiescens in corde, vicit amore, quod videbatur hominibus impossibile. An quia panis Angelorum? Aptè: *Præ cunctis mortalibus in terris vitam angelicam duxit.* Ib. lib. 2. cap. 23. An quia Sacramentum miraculorum maximum? Patet in Gertrude plenitudine charismatum: sed unde patet? Lubitò exponam. In reliquis Sacramentis Christus confert gratiam, sed non permanet in illis: in Eucharistia manet, & collatâ gratiâ: unde nusquam Christus convenientiùs invenitur, quàm in sacramento altaris, & deinde in corde Gertrudis; quoniam conceptus Sponsus in pectoris puritate, numquam recessit à corde. In corde Gertrudis candore cœlesti concipitur; ergo in corde Gertrudis invenietur.

Charissima præclara Gertrudis.

Castan.

In eius corde semper sponsus.

6 In Virgine-Matre miramur & sequimur normam, igitur adducuntur Regi virgines post eam, & maximæ, quæ proximæ. Nunciatâ pastoribus Christi nativitate de cœlis, venerunt festinantes, & invenerunt Mariam & Ioseph, & infantem positum in præsepio. Omnes mirati sunt: *Maria autem conservabat omnia,*

cor-

Luc. 2. 19. *Mirabilia loquebantur Christi nativitatem.*

Gerd.

*Puritas terdit eum tenet, nec dimittit.*

Vers. 18

*Prodigium fœcundæ virginitatis.*

Cant. 8. 6.

*Cor semper sponsi sedes.*

Ps. 44. 1

Ioan. 1. 4.

*verba hæc, conferens in corde suo. Verba hæc*, ideſt, miracula: quæ appoſite dicuntur verba, quoniam pro nova nativitate Verbi, loquebantur, eſtò tacitè, eloquenter mirabilia. In corde conferebat verba hæc: verùm cum quo? Conferentia ſonat correlativum, aliàs eſſet ſoliloquium. Cum quo igitur confert miracula & verba, quæ videt & audit? *Verbum eſt*: ait N. Pacenſis de *Maria effig. Acad.* 15. num. 25. Verbum Patris, caro factum, ac in lucem publicam editum, iacebat in præſepio, minimè in utero ſacro: quæ ergo lege tunc nacta nativitate, verba cum Verbo conferebat in corde? Virgo-Mater concepit Verbum Dei ut filium, & ut ſponſum: ut filium in vulva, ut ſponſum in anima: ut ſponſum puritate cordis, ut filium virginea fœcunditate carnis: ut filium peperit, ut ſponſum etiam patiendo retinuit: cum illoque confert verba; quem concepit puritate; quia ſemel conceptus numquàm receſsit à corde. *Omnes mirati ſunt*, prænuntiat Evangeliſta. Quid ſi viderent arcana? Latet videntium pectus, quo caligaret oculus: igitur plùs miraretur quòd eſſet tunc in cordis ſacrario, qui iacebat in præſepio. Mirabile, quod naſceretur ex virgine, quòd decantaretur nativitas à militia cœleſti, quòd videretur Verbum Patris caro factum, quòd inter bruta iaceret continens mundum. Mirum utique, ſed magis mirabile, ut quem Virgo mater pepererat, conſervaret in corde.

Cant. 8. 6.

7 *Signaculum* eſt Sponſus *ſuper cor*, & *ſuper brachium*. Diſtat brachium à pectore (quod dilectionis ſedes) ut duobus adoretur ſimul ſponſus locis: & una occupantur ab uno diverſa loca, ſimulque abſcondita revelantur mirabilia; ſiquidem quem mater natum adoratoribus oſtendebat in ulnis, ſibi ut ſponſum ſervabat, tamquàm ſignaculum cordis. Aliter alijs, aliter ſibi: ſibi ſponſus, alijs filius: ſponſus ex corde, filius ex carne: & tamquàm ſponſus proceſsit de thalamo cordis, ſed ſemper manſit in tabernaculo pectoris. *Eructavit cor* Patris *Verbum bonum*, cum miſiſſet in mundum; quod quidem eructaverat verbum verum, dum genuit intellectionis ſpeculum filium: hoc erat in principio apud Deum. In noviſsimis diebus miſit filium ſuum, qui in Virgine factus eſt homo. Inquiro. Tunc apud Patrem non erat ſicut in principio? Erat. *Verbum erat apud Deum.* Nonne in mundum miſit? Utique, ſed non dimiſit. In ſubſidium hominum decreto Incarnationis concepit corde, quem in principio ſine principio conceperat mente. Mittere in mundum, videbatur ſeparatio, ut magis ejga homines exprimeretur dilectio; igitur decrevit Incarnationem propter nimiam charitatem: & ubi exponitur Verbum filius patris, uti bonum; dicitur meditanter, *Verbum erat apud Deum*: quippequàm quod Pater corde concepit, eſtò miſſum in terras ſemper in corde retinuit.

*Quod cor amare concipit, num quàm dimittit.*

Caſſian.

8 Neſcio, an Divinus zelator hoc intuitu, de ſe in Gertrudis corde concepto, dixerit: *Me tota affectione inter eius amplexus tamquàm captivum tradidi.* Ubi ſupr. lib. 1. cap. 4. De huiuſmodi captivitatis dulcedine, & poteſtate, loquemur hic *Tautolog.* 12. *Didaſc.* 4. Probavit eventus. Die nativitatis natus eſt Gertrudis in corde, quem conceperat mente: *Accepi puerum* (ait) *de præſepio, pannis involutum præcordijs meis impreſſum.* In die purificationis, infit: *Mater filiolum dilectum uteri ſui reddidi ſibi à me repetiit, accepit, & immaculata mater immaculatis manibus porrexit mihi virginalem parvulum, quaſi totis conatibus amplexus meos nitentem.* Ibid. cap. 14. & 15. A genitrice conatur filiolus avelli, ac in brachia Sponſæ fugere? Thronus Sponſi Dei vocatur Amaſia, iuxtà illud huic dilectæ addictiſsimi. *Gertrudis ſi corde manes, cor erit hoc thronus*: & inter genitricem, & ſponſam amantem, ut conſtaret amor erga Gertrudem; propter thronum ſponſæ reliquit matrem.

*Sponſi divini erga Gertrudem ſingulares fideiq; monſtrationes.*

*Thronus eſt Dilecti.*

9 Eiuſmodi amoris demonſtratio micat obumbrata in cœlo. Ibi ſignum magnum apparuit, ſcilicèt mulier, quæ Virginis-Matris ſignum, amicta Sole, ornata lumine, Lunam calcans, ſtellas illuminans, tamquàm centrum ſplendoris; igitur coronabat, dum coronabatur aſtris. Clamabat parturiens, & peperit filium regem regum, ſed *raptus eſt filius eius ad Deum & ad thronum eius.* Nonne blandiùs delectaretur inter ubera genitricis, quàm inter amplexus genitoris? Modò videt lucem, & fugit matrem? Fugit, ut in origine quieſcat, ac amorem ſuaviorem inter principia depromat. Originem habuit à matre, ſed in utero: originem etiam à patre, ſed ex intellectu: magis alliciunt principia, ubi nobiliora: & relinquit filius matrem: quæ illum conceperat corpore; propter patrem, qui filium concepit mente. Verbum eructavit cor patris, & humana carne indutum viſcera ſuderunt genitricis. Quaſi inter duas Cynoſuras trahebatur, & retrahebatur animus, bino amabili principio, ſed contrario; demulſus: quo ſe vertet? Ubi magis complacet: unde deſgrit, eſtò mirabilem, quæ con-

Apoc. 12. 5.

*Et ad illum rapitur.*



Eccli. 24. 11.

*Relinquit matrem propter Gertrudem.*

Idem.

*Qua causa?*

Matth. 19. 5.

concepit carne; & rapitur ad eum, qui conceperat corde.

10 Nota modò accuratam dicendi proprietatem, dum textus exponit comparationem: igitur ſæpe in Scriptura comparatio ſubauditur ſine comparationis notula, ut alibi dixi, & dicam opportuniori loco. Cur ergo, ſi ad patrem rapitur filius tamquàm in principium, ita rapitur ad thronum? Thronus non eſt genitrix, ubi quieſcit, qui in omnibus requiem quæſivit? *Creator omnium & qui creavit me* (inquit ipſa) *requievit in tabernaculo meo.* Pro Virgine dicemus quomodò, hic *Didaſc.* 10. Si Virgo Mater thronus excelſus, quare relinquit genitricem, & trahitur in alium thronum, ſicut rapitur ad patrem? Clariùs propoſito. Thronus dicitur Sponſa Gertrudis, thronus etiam Virgo genitrix: qua ergo cauſa conatur filius amplexus Gertrudis, ludens inter ubera matris, & quare ſicut hinc rapitur ad patrem, nititur etiam in dilectam Gertrudem? Enodanda brevi cuncta. Mater concepit & peperit filium, ſed concepit in utero, quem patet fœcundus concepit in intellectu. Mater in ventre, pater in mente: & rapitur filius ad Gertrudem, ſicut ad patrem, derelicta genitrice; quia tam pater, quàm Gertrudis ipſum conceperunt corde. Ex Virgine originem duxit, ſed cùm eſſet in utero, ortum etiam fœtus habuit. Si concepit cor, ſemel conceptus in æternum requieſcit: & thronus in ſæculum ſæculi efficitur anima, ubi in ea naſcitur, & non ex ea. Mater Virgo erat, quæ miro modo in utero concepit filium: Gertrudis ipſum in pectore concepit ſponſum: trahit ſua quemque voluptas, & ut pateat dilectionis excellitas; reliquit matrem, quæ conceperat ventre, propter Gertrudem, quæ conceperat corde. Mater erat, & ſingularis mater, ſed filius Gertrude viſâ non quieſcit. Vicit amor amorem, & charitas charitatem: etenim noviſsimus Adam valedicens matri, adhæſit ſponſæ.

11 Cauſam in Adamo perſcrutemur. *Propter hoc dimittet homo patrem ſuum & matrem, & adhærebit uxori ſuæ.* Patet magnum ſacramentum inter Gertrudem & cœleſtem ſponſum. Matrem dimittit, & Gertrudem quærit: etiam canitur:

*Qui vivit in ſinu Patris*
*Cinctus perenni gloria*
*Amanter ut ſponſus, tua*
*Recumbit inter ubera.*

Emphatica indico verba: *Propter hoc*, Quid eſt hoc, propter quod & pater & mater abdicuntur? Quia ex latere formata ſponſa? *Cor Gertrudis quaſi affixum apertura amatorij vulneris lateris Ieſu*: ait qui ſupr. lib. 1. cap. 27. An quia iam non duo, ſed una caro? *Iam non duo corpora, & unus animus, ſed unus homo in unum corpus, unumque ſpiritum commiſti ſumus.* Caſſiann. in cap. 4. lib. 1. An quia tunc ſola & nulla tunc inveniebatur ſicut illa? *Nulla tunc temporis creatura in terris Gertrude Sponſo acceptior, & gratior.* Id. ibid. Alia cogitabam & altiora. Vidit Adam in Sponſa propriam ſubſtantiam, licet in alia figura (innuitur aliter præter quam ſupra, inter cor Gertrudis & ſacramentum altaris convenientia) vidit aliud quid, & vidit ſe: cuncta ergo relinquenda propter hoc: dimittet homo & patrem & genitricem, ſi viderit in aliena ſubſtantia propriam imaginem. *Figura ſubſtantiæ humanitatis meæ* (plaudituri Gertrudis ab Sponſo divino) *tanta eſt mihi pulchritudo tua.* Ibid. lib. 1. cap. 6. & 12. Petit Virgo Mater filium, quem genuit, à Gertrude: accipit, ſed filius conatur oſculo Sponſæ: quid mirum, quòd ſatagat requiei in huiuſmodi pectoris throno, ubi propriæ humanitatis relucebat imago? Vidit ibi vivum pulchritudinis ſimulachrum, exemplar undecumque perfectionum elaboratam apprimè & è cœlo effigiem; & propter Sponſam dereliquit matrem.

*Cor Gertrudis hoc vocari coepit Sponſa.* Caſſian.

*Erat Sponſa Chriſto acceptior.*

*Sponſi vivida imago.*

12 *Cœlum* (dicebant Priſci) *nulla ſagitta ferit*, & obſervatur ab Aſtrologis in cœlo ſagitta. Vide Chriſtophorum Clav. in *Sphær.* Suſpitia Gertrudis arbitror ſigentia pectora nuda Dei, ut eius traheretur in pectus, ſagittis amoris ſaucius:

*Quem ſauciat.*

*Tranſfixum cor amor clàm teſtificatur amicæ:*
*Nam voce effectus plus in amore valet.*

Oth. Væn.

Canit Otho Vænius Embl. 24. *Amor.* O Virgo! O cœlum! Nec te quæſieris extra. Quid non intus habes? Tange felix venas, & pone in pectore dextram: igitur trahitur, imò rapitur à te de cœlo, dum eſſet rex in accubitu ſuo. Non mireris eſtò facta ſingularis: habet enim huiuſmodi fœtum pectus virgineum. Nubes, aëra, cœlos, Angeloſque transgrediens, Verbum Dei in ipſo ſinu Patris invenis, & toto pectore hauris.

*Et habet in cœlo.*

*Meritò Deus arſit in illa.* Ovid.

Igitur virginitas fœcunditatem non impedit, nec fœcunditas virginitatem adimit.

## DIDASCALIA IV.

### *Nihil doctore frigidius, qui verbis dumtaxat philosophatur.*

Chrysost.

1 EXclamat Chrysostomus, Homil. 1. in *Act. Apost.* igitur despicabilis doctrina, ubi totum vox, nihilque præterea. Frigidum itaque Doctoris verbum, quo non doctoris, sed histrionis relucet officium. Verba vana, etsi lucida, sunt verba; & procul momento stabili operum, omne verbum verbum nimicum; quia non de actione, sed de imitatione fit studiose propositum. Quàm aptè Ionæ dicitur: *Prædica prædicationem, quam ego loquor ad te.* Indutus sacco & silicio prædicat: subversionem urbis, ni respiscant, indicat: & hæc est prædicatio prædicanda, scilicet, prædicantis pœnitentia; quippe sine doctoris exemplo, nulla esset in prædicatione prædicatio. Est prædicatio, qua Deus in homine loquitur, & qua homo Dei nomine fatur: dicturque de prædicatione, *Quam ego loquor ad te*, in conversione propositæ urbis; quia Deus loquitur, ubi loquitur exemplum prædicantis. Verùm hoc *Tom. 6. Tautolog.* 8. in præfatum testimonium.

*In Concionatore movent opera, non verba.*

Ion. 3. 2

*Aliter nam prædicatur, dum præ dicatur.*

*In commune iubet si quid, censesque tenendum;*
*Primus iussa subi. Tunc obsecundantior æqui*
*Fit populus, nec ferre vetat, cum viderit ipsum*
*Auctorem parere sibi.*

Claud.

Canit Claudianus in *Paneg.* pro IV. Honorij Consul. v. 296. igitur minimè aures commoventur in homine, immoto capite. Aures subditi sunt, caputque Princeps: dum loquitur verbis, audiet auris: verùm in præscripta legum, immoto capite, Principe, nequaquàm commovebuntur. Bellinum est, aures excutere, dum caput iacet in quiete. Contrarium insigne est hominum, ut pateat, quantum valeant exempla regentum: siquidem aures in obedientiam moveri sine regentis motione, est omninò irrationale.

*Non moventur subditi, immoto regente.*

2 *Semel locutus est Deus, duo hæc audivi, quia potestas tibi est.* Quid est hoc? Si unum locutus est Dominus, qua lege duo percepit auditus? *Unum ad dicentem pertinet, ad audientem duo*: dicunt Rabbini. Perperàm planè; igitur nulla potestas erit in potestate Præsidis, si plus quàm ille facit, relinquit subditis. In unico verbo audiuntur duo, quia auditur mandatum & exemplum: igitur qui vult subditos se legibus sequi, oportet sanè præire. Duo subditi audiunt, dum cui potestas traditur, unum loquitur. Verùm quomodò audiunt, quod non locutum? Locutum est unum semel, & duo subditi percipiunt semel locutum: etenim si Princeps non aliter facit, quàm iussa præcipit; audiuntur semel verba, sed bis audiuntur, cùm audiuntur opera: quandoquidem ut subditi sint sub legum præscriptarum potestate, efficacior sermo in opere, quàm sermone. Ideo Deus dicitur loqui verbum, ubi duo à semel loquente audiuntur, scilicet, verbum & factum: quippequàm in potestate divina plauditur vox; si audiuntur simul & semel in exemplum duo hæc.

Ps. 61. 12.

R. Salom.

*Efficacior sermo in opere, quàm in transitu.*

3 *Ergo qui suscipit nomen Abbatis, duplici debet doctrinâ suis præesse*: inquit Gloriosus Christi confessor, & Monachorum Doctor *Regul. Sanct.* cap. 2. *Ideò, omnia bona, & sancta factis amplius, quàm verbis ostendere.* Perspicuè intelligitur convenientia operationum & verborum, in subditorum exemplum; quandoquidem urget in præclara facinora militem, videre ducem ducentem: attamen haud facilè percipitur duplex doctrina, facta & verba. Confirmabit sanè factis, quod Præses exprimit verbis; verùm non erunt verba, quæ ostendunt uti facta, ut à subditis in operibus inveniatur doctrina. Verba erunt exempla? Utique: & meditanter doctrina vocantur opera; quippe subditis Præses ampliùs & efficaciùs loquitur factis, quàm Herculis verbis.

S. Bened.

*Eloquentiùs loquantur opera, quàm verba.*

*Unde tibi frontem libertatemque parentis,*
*Cum facias peiora senex? Vacuumque cerebro,*
*Iam pridem caput hoc ventosa cucurbita quærat?*

Iuven.

Ait propositò Iuvenalis *Satyr.* 14. v. 37. Elleboro eget, qui contraria factis docet: igitur approbat & reprobat eamdem omninò sententiam, & simul capitis confirmat insaniam, quis enim nisi impos mentis, ita deturparet pulchritudinem rationis, ut quæ semper indistincta, sibi & alijs sint diversa? Quæ iure verba Præsidis plodunt, postea in ore suo complacebunt? Proh dolor! Plodunt & plaudunt; verùm signant vacuum cerebrum, pro capite cucurbitam vento plenam, atque doctrinam insanam.

*Et verba & facta contrariata sine prætio.*

*Amentia Præsulum.*

4 Ne averterent discipuli auditum à veritate, imò studerent perfectioni, spreto ex verbis ventosis pruritu aurium, ut nemo eos deciperet *in sublimitate sermonum*: monet Paulus instrui *in omnes divitias plenitudinis intellectus.* Quænam ergo intellectus plenitudo, ut huiusmodi copia innotescat intellectus evacuatio? Numquid est in potestate rationalis, instrui in plenitudinem intellectionis, cum quinque talenta credantur illi, duo, vel unum huic, Deo dividente singulis, prout vult? Si unicuique datur iusta mensura; erit nimia mensuram, si habuerit plenam: quo ergo studio insteuetur in intellectus plenitudinem, qui Christi sequitur legem, ne decipiatur sermonis sublimitate, sed ducatur intellectionis dulcedine? Doctores alloquitur Paulus, intendens ex prædicatione fructus; qui quidem evanescunt e sublimitate sermonum, uti folia crepitantium: etenim verba & verba sunt folia & folia sine utilitatis fructu, quæ à levi rapiantur vento. Nihil mihi concione frigidius, qua nec voluntas icta, nec intellectus. Haud omninò fallidiosum, si inter paleas, quem querit, amor invenit puerum; sed bilis porrò exacerbitas, sine puero invenire dumtaxat paleas. Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci: quæ plenitudo congruit concionantis in ellectui, ubi illuminando mentem, tranit illuminantio inflamare voluntatem.

Coloss. 2.

*Verba & verba folia & folia.*

5 Utiliora, ni fallor, intendit Paulus in divitijs plenitudinis intellectus. Quid igitur est plenitudo intellectus in doctore? Facere & docere. Qui docet in doctrina habet intellectum; sed non plenum, nisi fecerit quæ docet: & docet Paulus instrui doctorem in huiusmodi scholâ; ut plena sit doctoris intelligentia: igitur sine exemplo habet audientibus intellectum, sed plane vacuum; quoniam non vult intelligere opere, quod ingeniosè conceperat mente. Altè intelligere est intellectus conceptio, sed sine exemplo non est intellectus plenitudo: etenim quin pateat in moribus partum opus, minimè cogitatur in intellectu conceptus. Plenitudo intellectionis constat ex fœcunditate mentis, ac ex consensu cordis: ideo Paulus vocat divitias huiusmodi intellectionis plenitudinem, dum verbis doctor coniungit operationem: siquidem cùm displicent cordi, & placent menti thesauri sanæ doctrinæ; pleni opibus sunt deteriores pauperibus, cùm viri divitiarum nihil inveniant in manibus suis, quo respondere possint thesauris cogitationis.

*Tautilla prædicatio paucis concionantis exemplis.*

*Est acerba in auditorum & prædicantium.*

6 Exemplo & doctrinæ concionantis Doctor Gentium opponit sublimitatem sermonis, *Ut nemo vos decipiat*: ait. Decipere ne potest doctor, dum loquitur sublimia? Utique, si absunt exempla. Si vox & manus conveniunt, est intellectionis plenitudo, & non audientium deceptio: sed patet dolus; ubi vox Iacob, & manus sunt Esau: igitur impleant in doctrina opera & verba, cùm videantur in proferente lucide verba legis, opera opposita carnis. Decipiunt tunc doctores, & decipiuntur in prolatione sermonum. Decipiuntur, quoniam cogitant, salvos esse per verba; cùm opposita dicant verba quæ cogitant: & decipiunt, quippe audientes non faciunt quæ doctores dicunt, sed quæ faciunt; cogitantes haud aliter accipi legem ab audientibus, quàm uti accipitur ab ipsis prædicatoribus: qui quidem inveniuntur fallaces; quoniam collatis vitâ concionatoris, & verbis; dum sublimia cogitant, magis cogitationibus implicant: quandoquidem operationes legem interpretantes, inveniuntur in causa falsi testes. *Nemo vos decipiat*: igitur nisi per miraculum, nihil fit ex vi verborum. *Nemo vos decipiat*, dum aite cogitat: quippe frustè intellectus intimè pungitur, ac desiderio fraudatur; cùm in sublimitate concionis desiderat opes expandi virtutum, & tantummodò invenit thesauros inanium cogitationum. *Nemo vos decipiat*, quoniam in verbis tantùm non est auctoritas, sed doctoris frigiditas, qui dum magis verbis lucet, magis infeliciter alget. Arbor est quælibet orario in qua insunt folia verborum, & fructus opimi virtutum: sed arescit anima, ubi siculnea mentis solummodò profert folia: etenim carentia notatur fructuum, in cultu vano viridantium foliorum. *Nemo vos decipiat*: quippe quæ videtur oblectatio, est sub specie devotionis vera deceptio: siquidem pudor est mentis, ex arboribus scientiæ fructus solicitantis, invenire pro fructu frondes & flores. Ironiè Hieronymus *Epist.* 2. ad Nepotian. *Tacenti* (ait) *tibi in Ecclesia, non clamor populi, sed gemitus suscitetur. Lachryma auditorum laudes tuæ sint. Verba folzere, & celeritate dicendi, apud imperitum vulgus admirationem sui facere, indoctorum hominum est.* Non considerandum, quid planctus, sed quid gemitus. Ille, flores: iste, fructus: & evanescit fructus, ni fit planctus.

Theophl.

7 Denique: *Nemo vos decipiat.* Decipiet sanè; qui non loquitur intellectus plenitudine. *Ideò, in abundantia plenæ persuasionis*: ait Theophilactus hic. Nora persuasionem plenam, dum intendit Paulus tantam doctrinam. Ampliorem non obtinebit persuasionem, & intellectus plenitudinem, qui profert in concione sermonum sublimitatem? Nequaquam, sed deceptionem. Plenitudo intellectus scripturarum stat in opera-

Vers. 4.

*Efficacior sermo, per exemplum loquentis expositio*

tione legum : sermonum sublimitas in compositate vocum: illa in exemplo, hæc in eloquio: suadet hæc, sed non plene, quia dumtaxat agit voce ; & illa gaudet plena persuasione sermonum, quia sermonem locutum comitatur exemplum. Sublimitas in utroque est, sed suasio non conceditur plene sermoni, sed dicenti & operanti : equidem ad coërcendos hominum mores, nihil magis congruit quàm vita regentis; cum sublimior ac efficacior sit sermo, legum prolatarum per exemplum expositio. De Sara dicitur *Sterilis erat, & sine radice.* Congruit qui verbis tantum philosophatur : verum quomodò si utrent in verbis flores, erit sterilis? quia germinat flores. Arbores flores præmittunt, ut fructus e radice nascantur : cæterùm ut producant, necesse est quòd flores evanescant.

Sapient. 12.30.

8 De Cedro dicitur à Ravis. Textore in *Officin.* lib. 7. cap. 27. *Florifera fructum non facit.* Claret symbolum vividius prædicatoris, qui tantum studet verbis. Quàm cedrus exaltatur ad officium, ut feminet verbum Dei in cordibus fidelium vel instituimus eius flores sunt verba, fructus sunt opera, quæ invitant & allicunt audientes in ardua ac aspera prædicatæ virtutis ; sed florifera cedrus fructus non facit, ut non vocibus, sed exemplo studium concionator inclinet : igitur in paradiso Ecclesiæ decrates fructibus, quicquid humanis conciderit floribus. Aptè cadit quod de Cupresso canit Alciatus *Emblemat.* 198.

Rav. Tex. *Cedrus florifera, non fructifica.*

*Pulchra coma est, pulchra digestaque ordine frondes:*
*Sed fructus nullos hæc coma pulchra gerit.*

*Symbolum concionatoris.*

9 Nullus flos dicitur à Deo creatus, esto floribus rutilis coruscaret paradisus. Nullius ergo describitur elegantia & fragrans forma inter tot genera florum, nec creatio omnium arborum crearatum, licet omnia in cosmopœia à Conditore receperint esse, quo existunt pro Universi pulchritudine. Ita enim dixit : *Germinet terra* &c *lignum pomiferum faciens fructum.* Nonne hac voce germinarunt intrugiferæ arbores, & præstantissimi flores? Proculdubio sed facientium fructum præsefertur creatio ; quoniam quæ hominibus non prosunt, etsi sibi retineant, non habent fructum. Arbores scientiæ rutilant concionatores, in paradiso speciosо voluptatis. Sunt arbores floriferæ, & steriles ; sunt infœcundæ, licet habeant frondes : quorum creationem præterit meditanter silentium ; quoniam non numerantur, quæcunque non faciunt fructum. Sub manu causa. Orationes germinant floridæ, vernantis eloquij pulchritudine nitidæ ; cæterum quid ? Sunt flores, & manent flores. Si manent flores, non fructificant alijs: & non quæ flores referunt arbores, nec ipsi flores narrantur in creatione ; quoniam ornatus dumtaxat intendit in vanitatem, dum sicut flos propriam tantùm solicitat pulchritudinem.

Gen. 1. 11.

*Flores dispergi debent, ut fructi fiant.*

10 Rimemur in singulari auctoritate oratores flores, qui flores & etiam fructus faciebant. *Concepimus* (aiunt Synagogæ doctores) *& quasi parturiuimus, & peperimus spiritum.* Pro *Spiritum*, Syr. legit apte: *Ventum.* Non nova huiusmodi acceptio in Scriptura, cæterùm nova in materia. Si doctores & legum interpretes sublimia studio concipiunt, voce parturiunt, ut litera occisa in corde audientium generetur spiritus, quomodò ventus ? Subest causa : *Salutes,* aiunt, *non fecimus in terra.* In vento signatur vanitas, in spiritu virtutum omnium fœcunditas. Quæcunque oratio doctorum concipi debet in salutem animarum : & minime fructum faciunt, licet bonum semen & fœcundissimum ; quoniam non intendunt concionibus in animarum salutem, sed fovere solummodò studiorum vanitatem. Ventos pascunt, ventos concipiunt, ventos parturiunt & pariunt : siquidem minimè prædicant, ut præcepta per verba cordibus pareant, sed ut verba in auribus sine charitate floreant : parvipenderes animarum spiritum, modò concilient sibi ab auditoribus plausum.

Isai. 26. 18. Syr.

*Haud re ferunt fructum, quæ tenet plausum.*

11 Alij inter quos Forerius legunt: *Spiritum salutis non fecimus in terra.* Verbo Dei quod sanat omnia, debent doctores vulnerare pectora, ut sanentur peccatorum vulnera : igitur ut monet vel Ethnicus lib. 6. *Fastor.*

Forer.

*Sic agitur censura & sic exempla parantur,*
*Cum iudex, alios quod monet, ipse facit.*

Ovid.

*In vanitatem cor dis fructus opus fecitur prædicantis.*

Huiusmodi mutatio cordium attrahit ex prædicatione fructum : sed spiritum salutis non faciunt efficaciore verbo, vitiorum antidoto, vulnerum alexipharmaco ; quippequàm iniquitatum audientium gravis agitur censura, sed prædicantium non offenduntur exempla. Lovia, esto cordis vulnera, arbitratur audientium animus, quòs vivit incuriose vel obliviose medicus : unde prolato verbo Dei, quod sanat omnia ; alte sedent in cordibus putrida vulnera : igitur magis quàm verba, prædicantium audientes sequuntur opera. Si vis sanare crimina ægrum; Medice, cura te ipsum : etenim nullum præstantius alexipharmacum, quàm oratoris exemplum. Ingrediuntur fideles in Eccle-



Ecclesiam ; requirentes multoties in doctoribus, vulneribus medicinam ; sed exeunt, uti ingrediuntur, quoniam medicamen exhibitum, ulceri non est remedium : igitur vel conditur floribus diminutæ virtutis, vel concinnatur futilibus verbis, respicientibus obiectorum contemplationem, minimè vulnerum & medicinæ virtutem : quæ quidem salutis illicò parit spiritum, quem unà concipiunt vita & voces prædicantium.

*Efficacium remedium vulnerum eius exemplum.*

12 Innuit David : *Ecce dabit voci suæ vocem virtutis.* Illustre sanè testimonium. Quænam vox sine virtute, ut vox virtutis insit prolationi vocis? Virtus vocis nil aliud est præter significationem conceptus mentis : si vox (alias esset sonus, vel crepitus) habet significationem, quomodò virtuti vocis, qui profert, dabit virtutem? Videtur sæpe efficacior influxus ex exemplo prædicantis, quàm in eloquentia vocis : siquidem quod oculus non videt, citò transit : & datur vox virtutis significationi vocis ; igitur dum exemplum parit in audientibus virtutem, etiam virtus habet vocem. *Conversus sum, ut viderem vocem* : ait Ioannes : vox non videtur, sed auditur : & vox assignatur, quæ videtur; ut pateat vox exempli non in voce, sed in doctoris virtute: quandoquidem plus prædicant prædicantis virtutes, quàm voces significantes.

Psalm. 67. 34. *Plus præ dicant virtutes, quàm voces*

Apoc. 1 12. *Vox exempli videtur.*

Deinde. *Dabit voci suæ vocem virtutis.* In voluntate stat virtus huius vocis. In voce sine exemplo non inest significatio, quia aer tantummodò crepitans, & cymbalum sonans. Concionator vocem habet, dum loquitur : etiam habet vocem, dum operatur : hæc ex virtute, sine qua vox quæ prima sine voce, quia nihil dicit, dum dicit ; nec ducitur, ubi ducit. Ducere & duci intendit concionator & doctor, ne cum alijs prædicat, reprobus ipse efficiatur : & voci suæ dabit vocem insignem virtutis, si virtutem addit ad vocem prædicationis. Utraque vox necessaria est, ut homines desipientes per doctores convertantur ad cor : in aure audientium vox vocis, ut resonet in corde vox virtutis: igitur nec cœlestis doctrina penetrat corda, ubi vitæ prædicatæ non exhibentur exempla.

*Quando virtus in voce?*

13 Occurrit discutienda diversitas plausus, quàm habuit in baptismo ac transfiguratione Assertor N. & Dom. Iesus Christus. Baptizatur à Ioanne, vel renuente, qui assumpserat corpus in similitudinem carnis peccati : & ne humilitas tanta, quæ videbatur proiectio dignitatis, obsequio mirabilis dignationis, maneret occulta ; illicò insignita fuit laureâ : igitur rupto cœlo, admiratione abiectionis quasi attonito, vox Patris desuper patefecit, quod caro peccati occuluit : siquidem de cœlis intonuit : *Tu es filius meus dilectus, in te complacui mihi.* In transfiguratione ab eodem eadem vox auditur, & summè plauditur, facie rutilante sicut Sol, & ornatu vestis albescente quasi nix, collatis luce & albedine pro cœlestis commendatione doctrinæ, vel pro insignibus infulis doctoratus, quem exactè meruit erga homines studiosus. Unde laureâ accepta à Patre, dixit discipulorum corone : *Hic est filius meus dilectus : ipsum audite.* Si doctrina uti cœlestis audienda, ubi magis nova & singularis, quam in Iordane, sese ostendente impeccabili in speciem peccatoris ? Non hic audiendus, sed tantùm ubi gloriosus ? Non ubi iacet, & humiliter docet ? Non. *Ipse Iesus* tunc *erat incipiens.* Nullum fecerat signum : nullum doctrinæ præbuerat exemplum : & ubi nulla exempla virtutis patent auscultantium oculis ; nulla æstimatur doctrina, esto doctrina cœlestis. Ante transfigurationem probatus erat per multa, licet non per omnia, doctrinam firmans exemplis, sibi in nullo laborum parcens, officio incumbens, peccatores quærens, pœnitentes fovens, atque discipulos dirigens: tuncque proponitur è cœlis doctor summus auctoratus, in omnibus exaudiendus : siquidem ut per aures cœlestis doctrina ingrederetur in corda, virtuti vocis vocem virtutis oculis obiecerat per exemplo.

Luc. 3. 22. *Nulla doctrina, ubi nulla doctrinæ exempla.*

Matth. 17. 5.

Luc. Ubi supr. Vers. 23

*Exempla subiit minor doctrina.*

14 Hinc discipulis dixit : *Scitis quid fecerim? Vos vocatis me magister, sum etenim. Exemplum enim dedi vobis.* Brevi periphrasi delicanda auctoritatis sacramenta. Ubi dicit quid fecerit, dicit *Scitis*: igitur pulchrior & facilior doctrina per opera, quàm per verba. *Longum iter est per præcepta* (inquit Stoicus *Epist. 6.*) *breve & efficax per exempla.* Utique breve, igitur omnia præcepta continentur in actione. Per scientiam acquiritur magisterium, non per operum studium ; alias discipuli imitantes essent doctores : & dum exhibet opera, exhibetur etiam discipulis doctoris laurea; quoniam plus magister docet, dum docta facit, quàm ubi facienda docet. *Vos vocatis me magister, benè dicitis, sum etenim.* Cur non dicit : *Fui*, sed *Sum*? Nunc? Priùs non? Et priùs & nunc: sed sum modò, quoniam doctrinæ accessit operatio: priùs per scientiam cœlestem, cæterùm nunc per actionem: igitur in magistro non legum contemplationes, sed opera sunt interpretes. Magistrum me vocatis. Sum etenim: *Exemplum enim dedi vobis.* Ad quid exemplum, ubi sit de magisterio iudicium?

Ioann. 13. 12. 13. 15.

Seneca.

*Omnia præcepta continentur in actione Magistri*

Magistrum constituit scientia & eruditio. Hæc arbitrabatur homo, sed turpi errato; quoniam refugiebat opera, & venerabatur verba. In Christi schola, ut forma Christi servetur, non forma verborum, sed materia iuxta præscripta à magistris observatur: & Christus asserit bene se vocari magistrum, ubi doctrinæ novæ dedit exemplum; etenim non doctus, doctus contemplator legis, sed factor operis.

*Non magister, contemnitur legit, sed factor operis.*

15 Nota singularem exhibitam Ioanni visionem, ut discant prædicatores sequi magistri virtutem. In medio septem candelabrorum aureorum visus est similis filio hominis, cuius vox insignis, ac in indicem fructuosæ prædicationis, *Habebat in dextera sua stellas septem, & de ore eius gladius utraque parte acutus exibat.* Permutantur profectò astrorum, gladiique loca, ac æquè non eminent prædicationis insignia. Os origo verborum est, vel officina, qua ratio exprimitur verbis, scientiâ & eloquentiâ meritò lucidis. Manus apta offensioni, & defensioni, uti instrumentum corporis usibus agile. Quare ergo gladius in ore, ac in dextra manu stellæ? In ore gladius acutus, quem manui regere congruit; non erit loqui, sed verbis percutere, & sermone vulnerare. Hoc plerumque plaudunt audientes, studiosi novitatis: igitur si deficit manus ad vindictam iniuriarum; in ore concionatoris hærent & gladius & telum: Sæpe enim pro verbis vibrat sagittas, & pro rosis insulsè loquitur lanceas; quandoquidem quasi esset lichnus in audientes improperium; in suggestu impudens petulans audet, quod descendens non auderet. Unde corda obdurescunt compuncta à prædicatore, quæ emolliscunt, si compunguntur à crimine: etenim in eius ore & lingua loco divini verbi, residet utraque parte acutus gladius audaciæ. Zelo facit legis Dei? Creperum sanè: verùm si fecerit imprudenti, & stulta cogitatione; haudquaquam erit zelus, sed dumtaxat in verbis, seu proverbis gladius acutus. Non huc intendit visio. Ergo propositò.

Apoc. 1 16.

*Modestia in concionatore necessaria.*

16 Habebat doctor in dextera splendorem stellarum, ac in ore nitentem gladium acutum. Manus operationi deservit: & manus dum loquitur tantummodò lucet; quia doctor non clarescit rutilo splendore verborum, sed per virtutum exemplum. Gladius ineft ori concionatoris, ut trucidet monstra iniquitatum, gladio ancipite verborum, ne regnet peccatum in mortali corpore, in audientium mente, quod quasi serpens foveatur in sinu: tuncque stellarum septem lux collocatur in manu, destinata operi ex prædicatione verbi; quoniam ni in concionante verbi viderint audientes exempla, haud à cordibus expellet semel admissa peccata. Lux in prædicatoris manibus, quippe illuminat errantes nitidis operationibus. Optimè increpat & arguit, dum ita lucet: contraria facienti ipsis exemplis sagittat; & transfadigit, dum clamat: igitur cuspis haud acumine valentior in penetralia cordis, quàm vita consona verbis, & exemplis prædicantis. Aures uti gladius acutus penetrat verbum: exemplum patet ad oculum: ac in manu effulgurant stellæ eloquentiâ lucis, quoniam non predicat, qui philosophatur verbis: etenim ut canit Horatius de *Art. Poët.* v. 180.

*Exempla in concionatore illuminant errantes, & ipse lucet splendore operationis.*

Horat.

*Segnius irritant animos demissa per aures,*
*Quàm quæ sunt oculis subiecta fidelibus, & quæ*
*Ipse sibi tradit spectator.*

## DIDASCALIA V.

### *Nostrum Manna verbum Dei est.*

Origin.

1 PEr propriè & felicitèr enunciavit Origines Homil. 3. in *Numer.* Verbum Dei adinstar manna è cœlo defertur: igitur si ad quod quisque volebat, convertebatur; conditio verbi Dei, quasi panis, qui de cœlo descendit, uniuscuiusque deservit voluntati. Verbum indiferens est, est tantùm quod quisque vult: siquidem dum in corde seminatur, ad modum recipientis recipitur; ac sicut nobilissimum manna, alios compellit in nauseam, alijs confert vitam, aliorum est alimonia, & materia nutritionis; atque etiam alijs convertitur saxò in vermes: mors est malis, vita bonis, venenum, antidotum, Circes poculum, alexipharmacum, vomica pectoris, panchrestum cordis, radix amaritudinis, & omnis delectamentum suavitatis: in ruinam denique & resurrectionem multorum iuxta complexiones suscipientium: igitur ut canit Iuvencus lib. 1. *Evang. histor.* v. 237.

*Prædicationis sterilitas vel fœcunditas unde?*

Iuvenc.

*—— Ad populi casum datur. Iste renasci*
*Concedet populis, illi signum esse negabunt*
*Fœderis, hi contra cœlo venisse tenebunt.*

Chrysost.

2 Sermo divinus in terra pectoris, *Sicut margarita inclusa coeleis*: astruit Chrysostomus Homil. 24. in *Matth.* Semini confertur à Christo, margaritis à Chrysostomo: clarebit concors diversitas proprietatum, si conceptionem contemplemur unionum.

*Ubi*



*Conceptio unionis.*

*Ubi genitalis anni stimulaverit hora, pandentes sese quadam ofcitatione; impleri roscido conceptu tradant, gravidas postea eniti, partumque concharum esse margaritas pro qualitate roris accepti: si purus influxerit, candorem conspici: si verò turbidus, & fœtum fordescere, eumdem pallere cœlo minante conceptum. Inde nubilum trahit colorem, aut pro qualitate matutina serenum. Si tempestivè fatientur, grandescere & partu; si fulguret, comprimi conchas, ac pro ictuum modo minui. Si verò tonuerit, pavidas, ac repentè compressas efficere, specie modo inani inflatam sine corpore: hoc esse concharum abortus* &c. Hæc Plin. lib. 9. cap. 36. Eadem Athænæus lib. 3. Gulielmus Rondeletius de *Piscib.* p. 3. lib. 1. cap. 52. Aristotel. lib. 4. *Hist. Anim.* cap. 1. & 4. atque Ælian. lib. 13. cap. 36. Quasi *Ros* fluit *eloquium* è cœlo oris concionantis, ut confletur in concha pectoris pretiositas æstimabilis unionis: igitur quod in ore est roscida gutta, patet margarita in concha. Aliquando cœlum tonat, quia supplicia in peccatores minitat. Interdùm fulminat, quoniam pœnis corda & corpora gravat. Serenum fulget, dum virtutibus præmia proponit. Nubilum nitet, ubi etiam cordis imperfectiones igne purgandas ostendit. Ros in pectore pallet pro tempore vespertino pœnitentiæ, & candicat matutina qualitate. Grandescit virtus, si fatiatur tempestivè: minuitur, ubi cor alijs humoribus implicatur; ac denique si tantùm, recipitur aure, intumescit in speciem margaritæ, sed inanem prorsùs & inflatam sine corpore; quoniam momenta pretiositatis, non pro qualitate roris, sed pro qualitate roris accepti, dum concipitur in corde; etenim in illo pretiosum vel non pretiosum iuxta qualitatem recipientium.

Plin.

Deut. 32. 2.

*Roris, & prædicationis analogia.*

3 Patet similitudo roris & seminis apta, dum sermo Dei fœcundare hominum solicitat corda: quandoquidem sicut pretiosum vel vile non est ex rore; fœcundum & sterile non est ex semine: igitur iuxta conditiones telluris cordium, verbum Dei affert indiferens, parvum, multum, nullum fructum. Succinit floridè qui supr. lib. 2. v. 745.

*Fœcunditas vel non fœcunditas non est ex semine.*

Iuvenc.

*Ecce fatos proprio commendat semina ruri,*
*Illa cadunt diversa solo, fortemque locorum*
*Pro virtute ferunt.*

Genes. 11. 30. Arab.

De Sara dicitur *Sterilis erat & infœcunda.* Nonne laborat infœcunditate, quod est sterile? Non. Semen est verbum Dei: non est sterile, sed laborat plerumque sterilitate; igitur quod sumus fœcundum, est infœcundum pro sterilitate cordium.

4 *Semen mendax* dicitur ab Isaia. Argumentum difficile. Non potest esse mendax, quin sit aliud. Quo ergo pacto & aliud & ipsum? Dum est quod est, non est mendax, nec est mendax, si aliter quam excogitatur, est; igitur esse proprium est esse aliter. Qua igitur lege si semen verum, degener dicitur, & respondens conditioni, repugnavit veritati? Semen agnoscitur verum, si iuxta genus suum refert seminanti fructum. Ex fructibus cognoscitur, & mendax meritò dicitur; quoniam si semen triticum, fructus sunt solium. Ideo *Fructus mendax*, legitur ab aliquibus. Apte quidem quasi expositione: igitur ex semine bono ex selecto nobili grano, ex generosa stirpe, ita degener a semine, ut spectantibus plenissimè spicas, semen in fructum evanescat in herbas. De spinis minimè nascuntur uvæ, nec ficus producunt tribuli; sed tribulus sæpe producitur à sicu improbo labore culta, ac ex uva nascitur spina undecumque virulenta: etenim vel vinea electa expectata est, ut faceret uvas optimas, & fecit degeneri generatione labruscas. At hoc late de Monachis imperfectis hic *Tautol. 6. Didasc. 6.* à num. 7.

Isai. 17. 4.

*Semen verbi Dei verum, fallax in terra cordium.*

5 Causa inquirenda. *Plantarum, semina & hominum mores solum emulari*: dixi ex Cyro *Tom. 1. Tautolog.* 4. in *Expositi. lit.* num. 46. videntur quippe telluris conditione, fructus omninò à semine degeneres fieri. Vide Plinium lib. 18. cap. 10. Columell. lib. 2. cap. 9. & Alapid. in textum præfatum Evangelici Vatis. Hoc patet enodatio difficultatis de mendacio & veritate seminis. Semen verbum Dei est, quo intenditur modò animarum libertas, ac pòst in gloria pro fructu iucundissima felicitas. Evanescit sanè seminantis bonum semen, prædicationis propositum; ubi cogitat ex semine seminato legere fructum: vocaturque semen nobile, mendax, dum fructus fallax; quoniam bonum & purum seminatur in aure, & pravum valdè invenitur in corde.

*Qua de causa?*

Verùm unde seminis puri corruptio, ut tanta fiat in fructu degeneratio? A terra cordis audientis, & à pravicate cordis: igitur in pectore surdo, vel aures obturante, semen non est mendax, sed sterile; quia dum seminatur non suscipitur, imò propositò conculcatur. Semen inventur verum, si iuxta genus fert fructum, quia in sui naturam convertit tamdem tamdem fatum solum: & dicitur semen mendax, ubi fructus ita à semine fugax, quòd terra ubi suscipitur non convertatur in naturam seminis, sed semen transeat in conditionem telluris. Haud aliter mores. Corrumpunt grana, depra-

*Depravat semina.*

Magistrum constituit scientia & eruditio. Hæc arbitrabatur homo, sed turpi errato; quoniam refugiebat opera, & venerabatur verba. In Christi schola, ut forma Christi servetur, non forma verborum, sed materia iuxta præscripta à magistris observatur: & Christus asserit bene se vocari magistrum, ubi doctrinæ novæ dedit exemplum; etenim non doctus, doctus contemplator legis, sed factor operis.

*Non magister, contemnitur legit, sed factor operis.*

15 Nota singularem exhibitam Ioanni visionem, ut discant prædicatores sequi magistri virtutem. In medio septem candelabrorum aureorum visus est similis filio hominis, cuius vox insignis, ac in indicem fructuosæ prædicationis, *Habebat in dextera sua stellas septem, & de ore eius gladius utraque parte acutus exibat.* Permutantur profectò astrorum, gladiique loca, ac æquè non eminent prædicationis insignia. Os origo verborum est, vel officina, qua ratio exprimitur verbis, scientiâ & eloquentiâ meritò lucidis. Manus apta offensioni, & defensioni, uti instrumentum corporis usibus agile. Quare ergo gladius in ore, ac in dextra manu stellæ? In ore gladius acutus, quem manui regere congruit; non erit loqui, sed verbis percutere, & sermone vulnerare. Hoc plerumque plaudunt audientes, studiosi novitatis: igitur si deficit manus ad vindictam iniuriarum; in ore concionatoris hærent & gladius & telum: Sæpe enim pro verbis vibrat sagittas, & pro rosis insulsè loquitur lanceas; quandoquidem quasi esset lichnus in audientes improperium; in suggestu impudens petulans audet, quod descendens non auderet. Unde corda obdurescunt compuncta à prædicatore, quæ emolliscunt, si compunguntur à crimine: etenim in eius ore & lingua loco divini verbi, residet utraque parte acutus gladius audaciæ. Zelo facit legis Dei? Creperum sanè: verùm si fecerit imprudenti, & stulta cogitatione; haudquaquam erit zelus, sed dumtaxat in verbis, seu proverbis gladius acutus. Non huc intendit visio. Ergo propositò.

Apoc. 1 16.

*Modestia in concionatore necessaria.*

16 Habebat doctor in dextera splendorem stellarum, ac in ore nitentem gladium acutum. Manus operationi deservit: & manus dum loquitur tantummodò lucet; quia doctor non clarescit rutilo splendore verborum, sed per virtutum exemplum. Gladius ineft ori concionatoris, ut trucidet monstra iniquitatum, gladio ancipite verborum, ne regnet peccatum in mortali corpore, in audientium mente, quod quasi serpens foveatur in sinu: tuncque stellarum septem lux collocatur in manu, destinata operi ex prædicatione verbi; quoniam ni in concionante verbi viderint audientes exempla, haud à cordibus expellet semel admissa peccata. Lux in prædicatoris manibus, quippe illuminat errantes nitidis operationibus. Optimè increpat & arguit, dum ita lucet: contraria facienti ipsis exemplis sagittat; & transfadigit, dum clamat: igitur cuspis haud acumine valentior in penetralia cordis, quàm vita consona verbis, & exemplis prædicantis. Aures uti gladius acutus penetrat verbum: exemplum patet ad oculum: ac in manu effulgurant stellæ eloquentiâ lucis, quoniam non predicat, qui philosophatur verbis: etenim ut canit Horatius de *Art. Poët.* v. 180.

*Exempla in concionatore illuminant errantes, & ipse lucet splendore operationis.*

Horat.

*Segnius irritant animos demissa per aures,*
*Quàm quæ sunt oculis subiecta fidelibus, & quæ*
*Ipse sibi tradit spectator.*

## DIDASCALIA V.

### *Nostrum Manna verbum Dei est.*

Origin.

1 PEr propriè & felicitèr enunciavit Origines Homil. 3. in *Numer.* Verbum Dei adinstar manna è cœlo defertur: igitur si ad quod quisque volebat, convertebatur; conditio verbi Dei, quasi panis, qui de cœlo descendit, uniuscuiusque deservit voluntati. Verbum indiferens est, est tantùm quod quisque vult: siquidem dum in corde seminatur, ad modum recipientis recipitur; ac sicut nobilissimum manna, alios compellit in nauseam, alijs confert vitam, aliorum est alimonia, & materia nutritionis; atque etiam alijs convertitur saxò in vermes: mors est malis, vita bonis, venenum, antidotum, Circes poculum, alexipharmacum, vomica pectoris, panchrestum cordis, radix amaritudinis, & omnis delectamentum suavitatis: in ruinam denique & resurrectionem multorum iuxta complexiones suscipientium: igitur ut canit Iuvencus lib. 1. *Evang. histor.* v. 237.

*Prædicationis sterilitas vel fœcunditas unde?*

Iuvenc.

*—— Ad populi casum datur. Iste renasci*
*Concedet populis, illi signum esse negabunt*
*Fœderis, hi contra cœlo venisse tenebunt.*

Chrysost.

2 Sermo divinus in terra pectoris, *Sicut margarita inclusa coeleis*: astruit Chrysostomus Homil. 24. in *Matth.* Semini confertur à Christo, margaritis à Chrysostomo: clarebit concors diversitas proprietatum, si conceptionem contemplemur unionum.

*Ubi*



*Conceptio unionis.*

*Ubi genitalis anni stimulaverit hora, pandentes sese quadam ofcitatione; impleri roscido conceptu tradant, gravidas postea eniti, partumque concharum esse margaritas pro qualitate roris accepti: si purus influxerit, candorem conspici: si verò turbidus, & fœtum fordescere, eumdem pallere cœlo minante conceptum. Inde nubilum trahit colorem, aut pro qualitate matutina serenum. Si tempestivè fatientur, grandescere & partu; si fulguret, comprimi conchas, ac pro ictuum modo minui. Si verò tonuerit, pavidas, ac repentè compressas efficere, specie modo inani inflatam sine corpore: hoc esse concharum abortus* &c. Hæc Plin. lib. 9. cap. 36. Eadem Athænæus lib. 3. Gulielmus Rondeletius de *Piscib.* p. 3. lib. 1. cap. 52. Aristotel. lib. 4. *Hist. Anim.* cap. 1. & 4. atque Ælian. lib. 13. cap. 36. Quasi *Ros* fluit *eloquium* è cœlo oris concionantis, ut confletur in concha pectoris pretiositas æstimabilis unionis: igitur quod in ore est roscida gutta, patet margarita in concha. Aliquando cœlum tonat, quia supplicia in peccatores minitat. Interdùm fulminat, quoniam pœnis corda & corpora gravat. Serenum fulget, dum virtutibus præmia proponit. Nubilum nitet, ubi etiam cordis imperfectiones igne purgandas ostendit. Ros in pectore pallet pro tempore vespertino pœnitentiæ, & candicat matutina qualitate. Grandescit virtus, si fatiatur tempestivè: minuitur, ubi cor alijs humoribus implicatur; ac denique si tantùm, recipitur aure, intumescit in speciem margaritæ, sed inanem prorsùs & inflatam sine corpore; quoniam momenta pretiositatis, non pro qualitate roris, sed pro qualitate roris accepti, dum concipitur in corde; etenim in illo pretiosum vel non pretiosum iuxta qualitatem recipientium.

Plin.

Deut. 32. 2.

*Roris, & prædicationis analogia.*

3 Patet similitudo roris & seminis apta, dum sermo Dei fœcundare hominum solicitat corda: quandoquidem sicut pretiosum vel vile non est ex rore; fœcundum & sterile non est ex semine: igitur iuxta conditiones telluris cordium, verbum Dei affert indiferens, parvum, multum, nullum fructum. Succinit floridè qui supr. lib. 2. v. 745.

*Fœcunditas vel non fœcunditas non est ex semine.*

Iuvenc.

*Ecce fatos proprio commendat semina ruri,*
*Illa cadunt diversa solo, fortemque locorum*
*Pro virtute ferunt.*

Genes. 11. 30. Arab.

De Sara dicitur *Sterilis erat & infœcunda.* Nonne laborat infœcunditate, quod est sterile? Non. Semen est verbum Dei: non est sterile, sed laborat plerumque sterilitate; igitur quod sumus fœcundum, est infœcundum pro sterilitate cordium.

4 *Semen mendax* dicitur ab Isaia. Argumentum difficile. Non potest esse mendax, quin sit aliud. Quo ergo pacto & aliud & ipsum? Dum est quod est, non est mendax, nec est mendax, si aliter quam excogitatur, est; igitur esse proprium est esse aliter. Qua igitur lege si semen verum, degener dicitur, & respondens conditioni, repugnavit veritati? Semen agnoscitur verum, si iuxta genus suum refert seminanti fructum. Ex fructibus cognoscitur, & mendax meritò dicitur; quoniam si semen triticum, fructus sunt solium. Ideo *Fructus mendax*, legitur ab aliquibus. Apte quidem quasi expositione: igitur ex semine bono ex selecto nobili grano, ex generosa stirpe, ita degener a semine, ut spectantibus plenissimè spicas, semen in fructum evanescat in herbas. De spinis minimè nascuntur uvæ, nec ficus producunt tribuli; sed tribulus sæpe producitur à sicu improbo labore culta, ac ex uva nascitur spina undecumque virulenta: etenim vel vinea electa expectata est, ut faceret uvas optimas, & fecit degeneri generatione labruscas. At hoc late de Monachis imperfectis hic *Tautol. 6. Didasc. 6.* à num. 7.

Isai. 17. 4.

*Semen verbi Dei verum, fallax in terra cordium.*

5 Causa inquirenda. *Plantarum, semina & hominum mores solum emulari*: dixi ex Cyro *Tom. 1. Tautolog.* 4. in *Expositi. lit.* num. 46. videntur quippe telluris conditione, fructus omninò à semine degeneres fieri. Vide Plinium lib. 18. cap. 10. Columell. lib. 2. cap. 9. & Alapid. in textum præfatum Evangelici Vatis. Hoc patet enodatio difficultatis de mendacio & veritate seminis. Semen verbum Dei est, quo intenditur modò animarum libertas, ac pòst in gloria pro fructu iucundissima felicitas. Evanescit sanè seminantis bonum semen, prædicationis propositum; ubi cogitat ex semine seminato legere fructum: vocaturque semen nobile, mendax, dum fructus fallax; quoniam bonum & purum seminatur in aure, & pravum valdè invenitur in corde.

*Qua de causa?*

Verùm unde seminis puri corruptio, ut tanta fiat in fructu degeneratio? A terra cordis audientis, & à pravicate cordis: igitur in pectore surdo, vel aures obturante, semen non est mendax, sed sterile; quia dum seminatur non suscipitur, imò propositò conculcatur. Semen inventur verum, si iuxta genus fert fructum, quia in sui naturam convertit tamdem tamdem fatum solum: & dicitur semen mendax, ubi fructus ita à semine fugax, quòd terra ubi suscipitur non convertatur in naturam seminis, sed semen transeat in conditionem telluris. Haud aliter mores. Corrumpunt grana, depra-

*Depravat semina.*

pravant semina : igitur imitantes solum, dum semen optimum optimè satum ; verbum convertitur in pravitatem cordis, quod converti intendit cor in conditionem radicis. Araneam emulatur cordis concepta malitia, hauriens venenum ex rosa.

6 Celebris, etiò non perpensa, phrasis pravitatis cordis in Scriptura, quam quidem vividè expressit geminatione nova Ieremias, ubi sæpe malitiæ cordis jungitur pravitas. *Non audierunt* ( ait ) *neque inclinaverunt aurem suam ; sed abierunt in voluntatibus, & in pravitate cordis sui mali.* Non audierunt audientes, quoniam voci Prophetæ non incliuaverunt aures : igitur nec audit aure, qui audita sæpe renuit recipere corde. Semen verbi cadit secus viam, ubi audientes non audiunt : supra petram, ubi declinatione aurium, verbum intelligere nolunt : ac denique in spinis, ubi ambulaverint in pravitate cordis. Cæterum perpende. Si dixit : *In pravitate*, quasi summa malitiæ, ad quid *Cordis sui mali* ? Cor improbum non est malum ? Non erit malum cor pessimum ? Utique : Quid igitur Vates intendit geminatione, ingens pravitatem malitiæ, ac malitiam pravitati ? Ni fallor, impossibilem conversionem cordis, tumentis mœnia rationis, ariete malignitatis. Cor malum converti potest ab affectione malitiæ : cor pravum nequit converti. Malum potest esse bonum, verùm minimè cor pravum. Pravitas est, quæ bona corrumpit, & ita in sui conditionem retorquet (ad instar ignis in se convertens omnia, sed inconvertibili flammâ ) ut potiùs & prius extinguatur, quàm mutetur : additurque ubi intervenit malitia, pravitatis cordis forma : ut innotescat eius immutabilis natura : igitur malum transit ad bonum conversum in bonitatis oppositæ conditionem, & pravum convertit optima in affectus pravitatem.

Ier. 7. 24.

*Diversitas audientiũ verbum Dei.*

*Cor pravum inconvertibile.*

Clarius. Malum cor sæpe conteritur, pravum conterit : non convertitur, convertit. Malum sit bonum, si bonitatem induit ; pravum verò numquam pravitatem exuit. Quid mirum, quòd sanari nequeat medicinâ, si facit ipsa medicamina venena ? Quidquid venenosum, non dicitur alimentum ; quoniam in aliti non convertitur naturam : alimentum autem non venenum, quia in aliti permutatur substantiam : perperámque cibi generositate pectoris pravi intendetur mutatio ; ubi non est veneni, sed in venenum conversio. Bonitas cibi vincit frequenter in morbis malignitatem stomachi. Signum apparet salutis, ubi aliquid cedit efficaciæ medicaminis : sed respuit levem valetudinis indicem, dum bonitatem cibi affectio convertit in stomachi pravitatem.

*Facit ipsa medicamina, venena.*

7 Ulterius. Sermo Dei, quem refugiebat auditus, plauditur à Siracide *Panis vitæ & intellectus.* Modò notat Ieremiæ auctoritatem & stylum, ut scias unde cor inconvertibile ac pravum. Intellectus trahit res ad se, non trahitur : voluntas verò non trahit, sed tantummodò fertur. Intellectus res quasque trahit, quoniam quodammodò in se convertit. Voluntas non trahit, sed trahitur, quippequam in amata convertitur. Qui non audierunt, nec aurem ad sermonem inclinarunt, ducti pravitate cordis & affectionibus, *Abierunt in voluntatibus.* Ecce origo seminis mendacis, in satione uberi prædicationis, dum Dei verbum seminatur uti granum in terra cordium. Est panis intellectionis, & fit sermo voluntatis. Semen rutilat bonum, sed terra sata cor pravum ; quo fit mendax, fugas atque fallax, efficax & penetrabile verbum : siquidem cor non convertitur in verbum optatæ salutis, & semen vertitur statim in virulentam pravitatem cordis. Semen non trahit, sed trahitur ; & quò trahitur, convertitur, cùm trahere debebat conditionem telluris in seminis conditiones. Cor non fertur, quia verbi efficacitati restitit, & conversurum convertit. Transierunt in affectum cordis, quæ erant grana veritatis. Fit profectò toxicum, quod ministratur cœlicum alimentum : transit enim in pravitatem cordis, nobilis natura seminis, in homine malevolo omninò mendacis : quippe si intervenit in satione telluris pravitas, vel selectissimum granum convertitur in spinas.

Eccli. 15 5.

*Sermo Dei trahit ad se voluntatem audientis.*

Ubi sup. à.

*Quem depravat malignitas cordis.*

8 Semen, quod verbum Dei, & cecidit secus viam, supra petram, & insuper *inter spinas.* Unde, ut ait divinus N. Soter & Sator, *Simul exortæ spinæ suffocaverunt illud.* Difficile prorsùm. Si cecidit semen nobile super spinas ; quo pacto spinas dicit, simul cum semine natas ? Quid hoc ? Non super spinas cecidit, si cum illo natæ sunt. Non spinæ antequàm nascantur, non sentes ubi sationi præparatur solum. Quomodò ergo inter spinas cecidit, si non erant in satione ; vel si erant, simul exortæ cum semine ? Oritur quod seminatur : utique, sed hic non oritur, quoniam tellus vitiat semina, & depravat grana. Nascitur quod seritur in terra bona, & cum usura fructus, quia terra adtatur conditionis seminis, & minimè semen qualitati telluris. Unde hic meritò dicitur, quòd simul exortæ spinæ, quæ nequaquam seminatæ ; quoniam semina accipiente affe-

Luc. 8. 7

*Et convertit in vepres.*



affectione pravitatis, vel selectissima una convertit in vepres.

Senec.

9 *In hac arte vivendi turpior volentium culpa est* : exclamat Seneca *Epist. 95.* Semper lamentum inest erroris, sed amplius qualitatis, quoniam error est volentis : igitur semen nobile in fructus virtutum fœtificans animas à pravitate intentionis convertitur in spinas. Lapis Lydius est prædicatio, qua probantur corda, sicut in illo metalla. Infaustum tanè, quòd in pretiositate nulla inveniantur momenta. Læna est quæ catulos rugitu suscitat, ac in prælia audacter excitat. Clamor qui auditur à corde, & tonitrum indeclinabili fulmine. Proh dolor ! Quod resistit, fulmen vincit, & modo fulmen voluntariæ resistentiæ cedit. Ursa est, quæ catulos conceptos iterum parturit, ac ore perpolit, quia formas inertes, & fingit informes. Ita Otho Vanius Embl. 29. *Amor.*

*Symbola Prædicationis.*

*Ursa nocum fertur lambendo fingere fœtum*
*Paulatim, & formam, quæ deest, ore dare.*

Oth. Van.

*Sic animam, ut valde sit cruda, sit aspera, concio*
*Blanditijs sensim mollit, & obsequio.*

Verùm obdurantur *facies supra petram*, neque recipiunt formationis formam. *Supra petram*, ad instar Draconitis ( de qua Erasmus in *Simil.*) quæ nec cedit arti, nec vulneri : imò vulnerat artificem, si intenderit impressionem.

Ser. 5. 3 *Quid instar Draconitis.*

10 Habeat ergo fabula ficta locum, igitur improbi fabulam æstimant verbum. Verba famuli Midæ terræ mandata sunt, ut auricularum deformitas, quæ ferè conditio regentum, evanesceret per dexteritatis studium : quippe veritas Principibus ni ingrediatur per Symbola, diffanatur uti audacia. Verba in cordis tellure Midæ sepulta sunt. Verum quid ? Dixit floridè Propertius lib. 11. *Metam.* Fab. 5.

*Veritas in aula domitas nat per symbola.*

*Voce refert parva, terræque immurmurat hausta.*
*Indicium quæ vocis tellure regesta*
*Obruit, & scrobibus tacitus discedit opertis.*

Ovid.

*Creber arundinibus tremulis ibi surgere lucus*
*Cœpit, & ut primùm pleno maturuit anno,*
*Prodidit agricolam, lenti nam motus ab Austro*
*Obruta verba refert, Dominique coërguit aures.*

*Lamentabile, quod Dei verbum evanescat in herbas.*

Verba telluri credita, in arundines igitur sunt ad exemplum mutata. Haud satum semen arundinis, sed domtaxat verbum veritatis : & vitio deformium aurium ita depravatur verbum, ut pro fructu iuxta conditionem radicis, semen evanescat in herbas, in paleas, in arundines, & vepres. Nota *Arundines.* Eccum nomen equivocum : & significat cannas, & sagittas.

*Perque uterum sonitu, perque illia venit arundo.*

Virg.

Canit Virgilius *Æneid.* lib. 7. v. 499. de quo Nos alibi scriò. Malum quòd fructiferum salutareque verbum convertatur in sutilem, vacuam arundinem ; sed turpe, quòd quasi sagitta torqueatur in concionantem.

*Et mutatur in sagittas.*

11 Alijs etiam cauus ager cordis scatet herbis ; quippequam fructus seminis transit studio in fructum curiositatis.

*Aëris avidus dant nudam semina prædam,*
*His saxosus ager simili levitate virescit.*

Iuvenc.

Canit Iuvencus ubi supra. Non fructum ager affert, sed tantùm radice vivescit ; quia cor aures haud præparat ad Quod, sed per Quam, qui rapit cum admiratione cor. Taxet ergo concionantis vanitatem, & audientium puerilem admirationem Claudius Minos in Notis ad *Epist. 26. lib. 9. Plinij.* Ira enim vere Minos & censor in utrumque, nescio, quo spiritu, invehitur. *Si transieris per basilicam, & videris aliquem recitantem, & scies velis quidem, & ipsa dicat ; nihil est, quòd tribunal ascendas, nihil quòd præbeas aurem : illum autem scias pessimè dicere, qui laudatur maximè.* Hoc omninò insulsum & infructiferum, ubi in cordibus seminatur nobile cœleste verbum : quandoquidem fructus & fructus uberior, ubi in auditione verbi non auditur prædicator.

*Non fructus tanta quantitas solicitanda in exactore.*

Claud. Min. *Ubi plus admirationis, ibi magis frigidi tatis.*

12 Qui docuit seminare, etiam docuit audire. Post prolatam parabolam seminis, priusquam aperiret arcanæ interpretationis, audientibus ita dixit : *Qui habet aures audiendi audiat.* Quis non habet aures audiendi, qui accedit audire ? Quispiam accedit curiosè : igitur non intendit in semen, sed tantum in novitatem. Quicunque audit superbè, supercilioſè, vel satur : quippe ad audiendum non accedit auditor, sed Cato barbatus, stolidissimè centor. Qui accedit frigidè, habet aures : verum non aures audiendi : etenim magis rapiuntur sutilitate splendoris, quam nobilitate seminis. Accedunt multi audire, & creperum si habent aures audiendi. Accedunt audire non quid dicit prædicator, sed quis prædicator dicit : quasi semen esset aliud in Paulo, & aliud sanè in Apollo, quod minimè est doctrina, sed zyzania ; quibus fraudantur à perfectione verbi vanida corda. Non modos inquirendus, sed utilitas, si sagioare cupiunt pastu cœlico famelicas animas : & ne priventur huiusmodi utilitate, audientibus commendantur aures audiendi : quippequàm vel audiens delpicit semen ; qui dum audit,

Luc. 8. 8.

*Auditus dum in concione quid dicitur, non à quo.*

Senec.

dit, audit tantùm eloquenter seminantem. Claudat argumentum Marcus Seneca in *Fœcm*, lib. Controvers. ubi: *Nihil est iniquius his, qui nusquàm putant esse subtilitatem, nisi ubi nihil est præter subtilitatem.*

13 Patet modò in insigni prædicatore fructus prædicationis, & notitia veritatis. Hic est Ioannes Baptista, qui prædicatione mira ad Dominum convertit plurimorum corda saxea. Interrogatus in officio quis esset specie honoris, non amore veritatis intellectus allectericis: respondit adæquatè brevi periodo: *Ego vox clamantis in deserto.* Si Ioannis sermo utcumque efficax, cur non dicitur vox clamans? Vox sine clamore non est, aliter non esset vox: quare si clamat duritiem pertundens cordis, non est clamans, sed clamantis? Num qui clamans, esi sine voce vocali, & vox est sine clamore? Quid? Dicam. Prodromus Christi tellurem cordium præparabat, ut semine verbi Dei fœcundaretur ignobilis terra. Clamabat Deus per vocem Ioannis, qui tantùm fungebatur munere vocis: & ut semen ferret fructum in terra cordium; non dicitur vox clamans, sed clamantis in solitudine auriam: quoniam auris intendens ex auditu seminis utilitatē, ad clamantem attendit, & non ad vocem.

Ioan. 1. 23.

Vox clamantis, & minimè clamor vocis.

14 Deinde. Clamor vocis erat in prædicatore, vox clamoris in prædicato semine. Si vox Ioannes esset clamans, auris intenderet in loquentem, & non in semen; quòd quidem infructiferum, cùm intendere deberet in semen per Ioannis vocem: utilis debet esse prædicatio, non curiosa; ut ad meliora convertantur pectora. Non melius utique, quòd prædicetur prædicator, sed quòd semen prædicetur: igitur parvi penditur verbum, dum vocis fit magni studium. Unde cùm congruat audire prædicationem propter prædicationem, haud verò per prædicantem; dicitur prædicator vox clamantis, & non clamans, ut prædicatio fit efficax: siquidem verbum audiendum, quia Dei verbum, & nequaquàm per ministrum.

Non propter ministrum, sed quia Dei verbum.

15 Ulteriùs. Ioannes dicitur vox; & semen est verbum Dei: non datur clamor voci, sed vox creditur clamanti; quoniam cordi amplius oportet, audire verbum Dei, quod liberale semen, quam ingeniose ac argute seminantem. Qui fructus quærit propter flores & folia; fructus non quærit: vocem clamoris, & non clamantis inquirit; quæ nullum ostendit fructum, quia in tot verbis non est verbum: dicitur quæ concionator vox non clamans, sed clamantis, vox non loquens, sed loquentis; quoniam clamor à clamante, & non à voce: igitur sermo Dei corda clamore converterit, & prædicatoris vox in conversionem disponit. Vox transit, clamor permanet. In clamore inest utilitas, in voce curiositas: hic mulcedo & pruritus aurium, ibi dulcedo commoditissima cordium: & ut corda nanciscantur ex concione utilitatem; inclinanda prorsùm ad clamorem loquentem, & non ad vocem: igitur minimè inquirendus prædicator: sed quid loquitur, & quis loquitur in illo. Suppetat ratio. Vox est elegantia floridi vernantis pompositate sermonis: clamor autem sine fuco rethoricæ eruditio veritatis. Hic corda vulnerat, aures tantùm illa titillat: in conversione cordis clarescit fructus, in titillatione vocis delectatur auditus: & minimè auris ducenda in clamorem vocis, sed in vocem solummodò clamantis; quoniam prædicatio haud inquirenda per ductricem aurium curiositatem, sed propter prædicationem: haudquaquàm propter vocem, quæ aures novitate demulcet; sed propter verbum, quod corda in pœnitentiam convertit.

Intritu conversionis, non curiositatis.

16 Ex hujusmodi imperfectione audiendi Dei verbum, oritur alia quæ seminis internecat fructum: igitur fere nullus, si quod concipitur aure, ut radices mittat, non foverit à corde.

——*Viridem depromunt germinis ortum:*
*Sed quia nulla subest ficti substantia glebis,*
*Inserto arescunt radicum fila calore.*

Lavenc.

Succinit Iuvencus ubi supr. De Lia dicitur: *Conceptum genuit filium.* Si concepit, genuit: igitur conceptio supponit generationem. *Aluit*: ait Sanctius in Ierem. 31. num. 18. Apposite: quippe conceptum ni nutriret in utero, quali non esset conceptio. Alij, *Conceptum peperit filium*, ut videmus in *Expositi. lit.* num. 29. quoniam uterus fœtum non perducens ad partum, facit abortum. Similiter plane contingit cum semine verbi Dei, dum auditur in prædicatore vox. Concipit, quicumque conceptum nutrit: concipit etiam qui parit: quandoquidem ni in corde mittat radices, nullius momenti quòd semen concipiat auris.

Genes. 29. 32. Sanct.

Semen verbi Dei non excolit, quem non nutrit.

17 De Margaritis conceptis ab ostreolis, profert Americus Vesputius in *Epist.* ad Cæsarem: *Noverit Maiestas vestra, quod nisi præmaturi sint, & a conchylijs in quibus gignuntur per se exeant, omnino perfecti non sunt; quinimò in brevi ut sapiat experti sumus, evanescunt, & in nil redacti.* Verbum Dei, quod ros cadens in animas, diximus supra, fieri margaritas. Concipitur aure, nutritur corde, & nisi cordis calore perducatur ad partum, evanescit in

Americ. Vesp.

Fit Margarita, si fœcundetur corde, quod concipitur aure.



concha quicquid pretiosum. Elargitur cœlum rorem, ut per aurem concha cordis concipiat pretiositatem: cæterùm oscitatione levi dispergitur in auras, semen cœleste roris formandum in margaritas *Quærit* Prædicator *bonas* ex semine *margaritas.* Margaritæ nonne bonæ? Bonæ, quæ plenæ, pretiosæ quæ præmaturæ; quippe marcescunt, & evanescunt, ni introrsùs ostreæ calore foveantur. Ideo *Inventâ una pretiosâ* institor despicit alias. Hæc est pretiosa margarita: scilicet, quæ concipitur aure, & usque ad partum custoditur in pectore: alias quicquid fœtu & nutritione pretiosum, decursu temporis redigetur ad nihilum.

Matth. 13. 45. Vers. 46

Quomodo pretiositas evanescat?

18 Cœlesti rore, ait David, *Inflammatum est cor meum*: ne mireris, crescit flamma activo fomite roris. Attamen sopita ratione, *Ad nihilum redactus sum, & nescivi.* Ad nihilum redactum cor flammiferum? Ad nihilum sanè, cordis oscitatione. Ros qui sermo Dei, & semen divini verbi, ut in corde fieret margarita pretiosa, susceptus utique & ab aure stillicida. Evanescit formationis intuitus, si rorem flammâ cordis non fovet pectus. Videbatur sufficere susceptio auris, quin interesset operatrix flamma cordis: & redactum est ad nihilum, etiam cùm per aurem cor micaret inflammatum; quia quod auris in margaritam susceptit, cùm non foveret pectus, subitò vanuit. *Nescivi*, addit: iurè quidem. Nescit, qui verbum Dei solummodò ut audiat, audit. Nescit, qui semen nisi ad fructum concipit. Nescit, qui concipit, & non parit: ereinim margaritarum pretiosus ex rore fructus, defectu caloris cordis ad nihilum est redactus.

Psalm. 72. 21. 5.

Semen non susceptit, qui ad fructum non concipit.

19 Electatur cursus Didascaliæ ad fructum prædicationis Baptistæ. Baptizatur Iesus, quem postridie respiciens Ioannes, dixit discipulis: *Ecce agnus Dei.* Observa sequentia. *Audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Iesum.* Multa notatu digna in huiusmodi subtili admirabili sententia. Si Ioannes loquebatur coram discipulis, profectò verbum eius audirum: ad quid namque additur, quòd loquentem audierunt? Deinde, ioxta mentem Chrysostomi, Bedæ, & Euthymij hic, dum hæc loquebatur, plures discipuli erant cum magistro: quo igitur pacto audierunt loquentem ex discipulis duo? Denique, non dicitur, quòd Ioannes de Iesu loqueretur; sed dumtaxàt quòd *audierunt eum loquentem*: cur ergo de Iesu interpretantur, & unà sequuntur? Cuncta, ellò per indicem exponenda.

Ioan. 1. 37.

Chrysost.

20 Vox necessaria est, ut verbum seminandum perveniat in aures rationales audientium: & dum Ioannes in prædicatione loquitur, de verbo procul ambiguitate intelligitur; quippequàm tunc prædicatio trucifera, ubi verberata vocis fulmine corda non sequntur fulminantem vocem, sed per vocem fulminantem. Ita relinquitur prædicator, postquàm auditur: siquidem si semen est in prædicantis voce, fructus seminis dumtaxàt in recipiente. Hinc duo tantùm ex discipulis audierunt, cùm plures audissent loquentem vocem: Audit, qui tantùm audit, ut quærat utilitatem. Non audit, qui audit plantantem, vel rigantem grana; sed tribuentem seminibus incrementa. Adhæserunt discipuli voci, audientes vocem: & audierunt loquentem duo tantùm; quia derelicta voce quæsierunt verbum.

Auditor verbi Dei non quærat vocem, sed verbum.

21 Omnes Ioannem loquentem audierunt, & non audierunt omnes. Non audit loquentem, qui tantùm audit: opus est, quod foveatur calore pectoris, ros quem in margaritam concipit auris: & audierunt solummodò duo inter tot audientes magistrum, voce signantem, atque indice verbum; quia quod conceperant aure, ut firmaretur radice, alto sepelierunt corde. Aliter. Secuti sunt duo, & duo audierunt, sequelà comprobantes auditum. Alij secuti non sunt, quia tantùm audita vox. Duo haud morati sunt in splendore indicis, sed in utilitate datæ significationis: & illi tantùm audierunt, dum omnes audierunt; siquidem auditum condiderunt in pectore, cùm alij audientes sepelierunt in aure. Sicut manna est verbum Dei. Deservit audientium voluntati, & non fit margarita nisi in corde. Iuxta vota voluntatis fit conversio mirifica cœlestis roris. Ubi non est voluntas, non est pretiositas: quare in duobus suscipientibus corde, ros in margaritas est mirè conversus; & in alijs audientibus aure, ad nihilum est redactus.

Conlat in corde, quod concipit aure.

## DIDASCALIA VI.

### *Dum differtur vita, transcurrit.*

Senec.

1 A It Stoicus Cordubensis *Epist.* 1. Ad quid dicet Philosophus, quod demonstrat volatile tempus? Ut pateat insania perdentis prætentia, & vesanè expectantis ulteriora. *Perdis hodiernum. Quod in manu fortunæ est, disponis; quod in tua dimittis. Quò spectas? Quo te extendis? Omnia quæ ventura sunt in incerto ia-*

Gravior morbus cruditas animi.

*cant*: insit idem de *Brevit. Vitæ* cap. 9. igitur non est remedium, sed cordis afflictio, quicquid pendet ex crastino.

*Quid iuvat in longum causas producere morbi?*

*Cur dubium expectat cras hodierna salus?*

Prosper *Scimus correctis veniam non esse negandam:*

*Sed nulli nostrum est ultima nota dies.*

*Languescunt viri, quàdiu expectantur maiores.*

Canit D. Prosperus *Epigram.* 72. Apprehendere insania renuit, quod vel apprehensione fugit; & apprehendere conatur, quod non dum venit. Tempus igitur opportunum expectatur ad opus, & non est tempus; quasi qui vires ex tempore concipit ad remedium, & decursu temporis languescit firmitas invalida virium. *Dum adhuc vocat, & in hoc corpore sumus, currendum est*: ait Doctor verbis & exemplis Monachorum Sanctiss. Benedictus in *S. Regul. Prolog.* quandoquidem transcurrit vita, ubi in posterum proponitur corrigenda: & ni curramus, transcurrit, quin perficiatur opus; quoniam ad præteritum minime datur regressus. Perpende acumen Benedicti. *Dum adhuc vacat*, ait, *& in hoc corpore sumus.* Aptè, quippe in senectute, ad pœnitendum, quasi non simus in corpore. In senectute pœnitentia est pœnitentiæ excusatio, vel phantasia. Dicat, ut pudeant vanæ fiduciæ, vel Ethnicus in *Andr.* Act. 5. Scen. 3. v. 5.

S. Bened.

*In senectute sensus sine sensu.*

*Ita prædicant: O ingentem confidentiam!*

*Nunc cogitat quid dicat: Num facti pigет?*

*Num eius color pudoris signum?*

Vana ergo fiducia, quia pœnitentia vana. Verum quare? Dicit Alcimus Avitus lib. 5. v. 694.

*Pœnitet ambigue quem serò pœnitet. Ergo*

*Præsentis spatium nobis dum creditur ævi,*

*Dum patulam cunctis Christi clementia sese*

*Præbet, præteritæ plangamus crimina vitæ.*

*Pœnitet ambigue, quem serò pœnitet.*

Ale. Avit.

Genes. 31. 30.

Psalm. 34. 12.

2 De Sara dicitur: *Sterilis erat, & infœcunda.* Quæ non? Anima, dum ab illa differtur pœnitentia. Hinc protractio pœnitentiæ vocatur à Davide *Sterilitas animæ*: quoniam si nequit esse sterilis fœmina, quin sit infructifera; contingit aliter in pœnitente anima, pro tempore senectutis meditatà pœnitentiâ: igitur in illa pœnitudinis tarditas est sterilis fœcunditas. *Ego sterilis, & non pariens*: dicebat Ierusalem captiva. Quænam fœmina peperit, laborans sterilitate; aut sterilis, si peperit? Ipsa utique. *Filij sterilitatis tuæ*, dicitur à Domino, ut comprobet sterilem fœcunditatem exemplo. Sterilitas in fœcunditate? Haud implicant. Filios habuit, sed in senectute: & filios qui in senectute, non habuit; quoniam non iudicantur ut fœcunditatis fructus, fructus qui producuntur ultra tempus.

Isai. 49. 21.

Vers. 20

*Sterilitas animæ fructui pœnitudinis sera.*

3 Altiore igitur sensu, quoniam sermo metaphoricus. Filij sunt actus virtutis ex cognitione animæ à malo resipiscentis, ne procedat in dæmonis captivitatem, per criminum consuetudinem. Ubi illicò pœnitentia fit, filios quos concipit, parit fœcunditas: si protrahitur in longum pœnitentia, parturit sterilitas: fœcunditatis sunt filij, dum corpus potest portare mortificationem sensuum, in satisfactionem peccatorum: sterilitatis verò dicuntur fructus, ubi sensuum non est sensus: unde Ierusalem, animæ scilicet pœnitentis, numerantur filij, sed filij sterilitatis; quippe concepit & peperit in tempore senectutis. Subest causa. Sterilitatis vel exiguus debilis fructus omninò miraculosus. Quid si magnus? Igitur non coëunt fœcunditas & sterilitas, nec concilliantur in terra cordium ariditas & ubertas: quapropter sterile lignum ostenditur in anima floridum; ut pateat, quòd pœnitentia in senectute miraculum. Ergo si recensetur pœnitere inter miracula, in senectute omninò difficilis pœnitentia. Si miraculum, ultra naturalem cursum: & ita ultra, etiam dum fructus magnos concipit anima; ut iudicetur inter impossibilia, fructus quem serò pertulerit pœnitentia.

*Pœnitentia in tempore senectutis fructus sterilitatis.*

*Et fructus miraculosus*

4 Ius erat, ut conceptioni Verbi in carne, præcederet generatio vocis: ideo postquàm conceptum, quæsivit vocem ut indicem, rem verbi significantem. Hinc Virgo attonita de Verbi declinatione, quoniam miraculum, quòd declinabile indeclinabile divinum Verbum, quod erat in sinu Patris; instruitur ab Angelo conceptione vocis, scilicet Ioannis, Verbi Patris (caro facti) Præcursoris. *Ecce* (inquit Gabriel) *Elisabeth cognata tua: & ipsa concepit filium in senectute sua, & hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis; quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.* Si Elisabeth gaudet fructu præexcellente fœcunditatis, perperàm erit sterilis. Quo ergo pacto effœta, quæ fœtu fœcunda? Iam sex menses habet fructus, qui quidem fructus & magnus. Quæ lege in natura simul sterilitas & conceptus? Deinde. Iurè vocaretur sterilis ab ignorantibus conceptionem, & cognoscentibus ingenitam fœminæ sterilitatem; igitur pro conceptus novitate occultavit se mensibus quinque. Pòst audita est à cognatis vox conceptionis: quare igitur si sextus mensis transcurrit, Elisabeth vocatur sterilis? Sterilitas cum fœcunditate? Profectò. Concepit filium, sed in ipsa senectute: atque vocatur sterilis etiam calcato opprobrio sterilitatis;

Luc. 1. 36.

*Imò nullius.*

quo



quoniam quæ in senectute concepit, quasi numquàm concepisset. Vernacule. *Aguardar à la vejez à dar frutos, es lo mismo que no darlos.*

5 Ecce exemplum perspicuum pœnitentiæ, quæ fructum affert in frigida senectute. Fructum fert, & non fert fructum, igitur fructus qui signat sterilitatem, ultra fidem. Nota. Pro conceptione sine viro patranda, conceptionis sterilis senectutis profertur signum, & additur: *Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.* Quid ergo iuvat dum agitur de vetulæ fœcunda sterilitate, ac viriditate uteri; sermo Angelicus de Domini potestate? Multum protectò, ut quamcito relipiscat homo: quandoquidem in tempore senectutis utilis pœnitentia profertur omninò inter impossibilia. Falluntur sæpe procrastinantes, lactati tempore, quasi quod modò opportunum, non esset importunum, si non modò: dicituque non esse impossibile apud Deum in senectute animam fructus concipere pœnitentiæ; quoniam apud homines prorsùm iudicatur impossibile. Effectus causæ contrarius, omninò miraculosus: ergo etiam ex putaputa sterilitate fructus: etenim uti novum celebrabitur prodigium in tempore senectutis, quòd fructum & tandem tandem fecerint nativitatis. Proclive ne facere fructum, ubi fructus planditur quasi miraculum?

Ibid. v. 37.

*Impossibilia apud Deum.*

Ibid. v 37.

6 Larga seges in sterilitate fœcunda Elisabeth, obviat pro commendatione opportunæ pœnitudinis, ac pro redemptione irrevocabilis temporis. *Elisabeth* (dicitur ab Evangelista) *impletum est tempus pariendi, & peperit.* Videas perspicue animam, quæ fructus pœnitentiæ concepit in senectute. Ad quid igitur describitur nobilis partus, si ab illo præsupponitur in illa conceptus? Quia in partu novum miraculum. Novum? Utique. Impletum est tempus pariendi, & mater sterilis in senectute peperit: partuque singulare miraculum designavit; igitur impossibilis partus, quia impietum pariendi tempus. Flores apparent, dum hyems transit; evanescunt, dum venit. Nonne novum, quòd flores fugientes pectorum viridaria, ac refugientes cordium amœna, in iuventutis verno florivomo tempore sapparearent, lucarentve in hyeme, in frigore & nuditate?

*Miraculum singulare.*

P. Syr. *Frustra cùm ad senectutem ventum est, repetas adolescentiam.*

Dixit Publ. Syrus v. 183. Hic pretiosa fœcunditas. Ibi prorsùs invalida ætas. Patet prodigium, revocare gradum; & claret maius, revocare tempus; igitur si miraculum, quòd in senectute genuisset; & ultrà patet, quòd senectute peperierit. Nonnumquam celebrandus ut prodigium, qui puer & centum annorum.

*Proposita pœnitentiæ, fœtus manet in voto.*

7 Deinde. *Peperit.* Quid? Non concepit? Concepit utique, sed in senectute: proponiturque post conceptionem uti miraculum singularis parturitio; quippequàm pœnitentia in senectute plerumque manet in voto. Fit crebrò in vulva cordis conceptio: & evanescit partus; quoniam irrita voluntate fit abortus, & patet quod voluit esse, cæterum non est quod voluit: propositi sane signum, verum minimè propositum. Observa diligentius. *Peperit* & peperit *Filiam.* Si concepit filium, filium pariet. Neutiquàm. Tempora & mores depravant semen, quoniam in cordibus, quæ concepta, minimè radices habent. Cum gaudio suscipiunt, sed arescunt. Unde de Elisabetha uti miraculum dicitur, quòd filium concepit, & filium quem concepit, parturivit: quippe numquàm corda pariunt, quod concipiunt, si usque ad senectam conceptionem protrahunt. Concipitur latè a iuvenibus pœnitentia, cognoscentibus patrata crimina, usque ad senectutis tempus, ubi nullus fructus partus; quia defes omninò senectus sicut umbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario. Aliter fit, si fit, partus, ac conceptio: & dum filium Elisabeth quem conceperat, peperit; insigne celebratur prodigium, quoniam propositum partum haud secus quàm fuit in senectute conceptum.

*Rarè senectus parit, quod proposuit concipit.*

8 Ulteriùs. Peperit filium Elisabeth, & audientes vicini & cognati congratulabantur ei. An quia peperit? Quia peperit in senectute? *Quia magnificavit Dominus misericordiam suam cum illa*: dicit Lucas. Periodus insignis, atque phrasis singularis! Partus Elisabeth dicitur misericordia, & misericordia magnifica. Quàm longè sit partus pœnitentiæ à conceptu, patet in huiusmodi gratulatione: igitur partus, qui naturalis in tempore senectutis, non tam tribuitur naturæ, quam gratiæ. Quomodò obrinebitur fructus, ubi negatur conceptus? Facit Deus misericordiam, dum anima pœnitentiam concipit, facit etiam dum conceptam pro tempore parturit; verùm in senectute pœnitentia non tantùm relucet misericordia, sed misericordia magna. Deus errauti, atque facti pœnitenti veniam promittit, sed crastinum ad pœnitendum non spondet. Protrahit anima genituram, ac cunctando producit usque ad senectam.

Ib. v. 58.

*In senectute pœnitentia, Dei tantùm obtinetur misericordia.*

Alc. Av. *O si compunctæ humana superbia mentes*
*Ante obitum mutare, nec expetere suprema*
*Fata velit, quantò infelix felicior esset!*

Ait ubi supr. Alcimus Avitus. Haud concipit, tempus partui posse deesse; & etiam pœnitudinem deficere. Partum procrastinat, & nihilominùs qui offensus, clementer expectat. Senectus adest. Conatus pœnitudinis in sterili senectute vitescit? Armatur ad pugnam, ad ferrum pectus, ad flammam, ut portet de victoribus victus usquequaque victoriam? Hoc opus, hic labor est. Pauci potuere, nisi quos æquus amavit Iupiter, aut ardens evexit ad æthera virtus. Quod prídem concepit, modò anima in ipsa sterilitate parturit: & dum parturit, Dei benignitas exponitur, ac de illa animæ amici congratulantur; quoniam si signum divinæ clementiæ, ubi quomodocumque datur locus pœnitudini, in senectute animæ peccatricis pœnitentia, non tantùm est clementia, sed clementia magna; quia magnificat Dominus misericordiam cum illa.

*Et misericordia magna.*

1. Reg. 2. 5. 9 *Sterilis peperit plurimos*, dixit de se gratulabunda mater Samuelis. Patet quòd sterilis concepit, & peperit; verum quòd plurimos, minimè patet. Unus tantùm in lucem prodijt splendor generis, qui posset orbis: & pro plurimis plauditur, dum à genitrice videtur; quoniam filij ex sterilitate, vel in senectute, maioris habentur, uti omnino desperati. Ultra spem venit cordis lætitia, & quæ sunt ultrà, gratiora. Meritò plaudit, quem nec ipsa cogitatio concepit: quandoquidem meretur exiguitas magnitudinem; ubi quod non cogitatur, excedit cogitationem. Sterilis dicitur anima, dum ab illa in longum protrahitur pœnitentia. Concipit sterilis, quia in tempore senectutis: dicunturque plurimi fructus, ubi unus tantùm conceptus; siquidem si parum tulerit multum affert: quoniam etsi minimi, habentur, qui omninò desperabantur. Miraculum rutilat: mirum ne, quòd extollatur miraculum? Magnam quantumvis exiguus meretur laudem, dum obtinetur fructus, & ultra cogitationem. Plurimos parit, quæcumque in tempore pœnitentia ultra tempus producit: igitur ita senectus in criminum pœnitudinem sensum & sensus pœnitentis alligat; ut fructus & conceptos & productos, qui produxit, non agnoscat.

*Fructus tunc nec cogitatio concipit.*

10 Filij sterilitatis Ierusalem proponuntur luminibus genitricis, & illa respondet: *Quis genuit mihi istos? Ego sterilis & non pariens, transmigrata & captiva: & istos quis enutrivit? Ego destituta & sola & isti ubi erant?* Præ lætitia videns tot quæ nullos putabat filios, insanire videtur: quasi magna fortuna cum mente sana conciliari nequiret. Fructus insignes in senectute habes, & non cognoscis? Nescis quis enutrivit, dum uterus genuit? Vocaris sola & destituta, fructuum nobilium redimita coronâ? Sterilis & non pariens cum tantæ pignore prolis? Ubi erant qui tecum erant, inquiris? Es impos, vel compos mentis, dum ignoras quos agnoscis? Quid hoc? *Aliquid* (ait Sanctius hic num. 71.) *indicat magnum, insperatum & admirabile.* Utique: igitur filios nancisci in sterili senectute, pendet tantùm à mirifica Domini benignitate. Vulgo aptiùs: *Lograr frutos tan nobles à la vejez, es un milagro de Dios.*

Isai. 49. 21. *Etiam cognitio nescit.*

Sanct.

*Fructus non videntur hominis, ex pœnitentia in tempore senectutis.*

11 Videtur illhac in umbra fidelis anima, cuius sera pœnitentia. Per culpæ tyrannidem captiva iacuit, sed tunc è cordis petra minimè aquarum fontes elicuit. Recordata est finis sui, & pœnarum sine fine, ni cor tunderet in lachrymas virgâ mirabili pœnitentiæ. Cognovit tempus amissum, & postquam cognovit, percussit semur; liquefaciens cor illo tempore in servidas lachrymas, quo fonte manavit in iuventute nefas. Licet serò, parit fructus: & inquirit ipsa concipiens quis genuit; quoniam non videntur pœnitentiæ hominis fructus opimi ex sterilitate senecturis. Magnum sanè quàm videtur, dum etiam ipsa fructus quos parit, miratur. Senectus sterilis est, & non pariens: parit fructus, sed fructus nescientis; quippe non potest ut proprios agnoscere, quos numquàm cogitabat posse concipere.

*Quomodò fiat & non ille concipiat.*

12 *Quis genuit mihi istos? Quis enutrivit?* Deus: etenim in senectute pœnitentia non à viribus propriis, sed à gratia. Idem verbis signantibus admirationem, enunciat fœcundam temporis sterilitatem; ut sciat huiusmodi pœnitentiæ fructibus ignavus homo, illos deservire admirationi, & non exemplo: etenim haud facilè, licèt gignar, fructus potest enutrire pœnitentiæ, ubi in corpore virtus sine virtute. Quis genuit? Quis quos genuit enutrivit? Nonne illa? Non illa & illa. Illa, quia concepit; non illa, quippe serò parturivit. Illa quia fructu ostendit fœcunditatem; & non illa, quoniam in illa Deus renovavit iuventutem. Perpende *Mihi*. Quis enim istos & mihi genuit? O clementia divina! Quæris peccatores, ut pœnitentiam agant, & sibi consulant. Potiris voto, dum corda criminum comitatur pœnitudo. Gignis in pectore: & anima dicit, *Mihi*; quia labor tibi, verum fructus pœnitenti.

*Quantâ Dei studium erga pœnitentes!*

De-



13 Denique. Anima ex concupiscentia concipit dolorem, & parit iniquitatem. Resipiscit vel ex legis præscriptione, vel ultimulis conscientiæ; & pœnitens detestatur iniquitatem, ipsa usque in diem mortis, fructum eniteus in angustia temporis, qui quidem minimè numeratur ut partos, quoniam frequenter informis abortus. Fert fructus, sed serò fert; & reputatur pro nihilo quod sit serò. Unde haud conceditur natus, qui prodit in lucem filius; quoniam cùm creperum sit, an profit, matri negatur quasi non habuisset.

*Fructus in morte non dicitur frugifer.*

P. Syr. *Quotidie est deterior, posterior dies.*

Asserit P. Syrus vers. 59. Agnoscit esse destitutam & solam; ac arripit modò, quam pridem conceperat pœnitentiam. Renovat conatus: & cogitans vel cum fructu breve tempus, *Et isti ubi erant?* ait. O malesuada! O fotelatrix fiducia! Concepti dolores ubi erant? Erant iniquitates, & non dolores. Posterior à pectore fovebatur dolor, & quotidie erat deterior. Lactabat animam temporis fiducia, & ita conversus sum in erumnam meam, nec conscientiæ confringebatur spina. Quid si mors succideret vota, dum adhuc orditur fila? Quantum sine dolore dolorem! Quantam haberem sine pœnitentia pœnitudinem! O fascinatio mentis! Hem fluitæ cogitationes. Sine fructu in tempore senecturis? *Et isti ubi erant?* Et ego ubi eram sine istis? Vides & non agnoscis? Sane. Desperaveram & video: insanitque lætabunda præ gaudio; quippequàm omninò mirabile, ut quos conceperat in ætate florescente, videret in senectute. Dubia res est in corpore languido, in mortis periculo, & multoties articulo, ad Deum vera cordis conversio. Potest fieri: at si non potest? Potest esse, & potest non esse. Ex alea huiusmodi incertitudinis pendebit momentum æternitatis? Curris in incertum, quasi aërem verberans? In incertum sanè curris, igitur creperum, an pœnitentia ex pœnitudine cordis; quandoquidem inter dolores, conscientiæ & mortis anfractus, ignoratur, an sit fructus dignus, & an sit fructus.

*Gaudia summâ ex pœnitentia, etsi protracta.*

2. Reg. 8. 25. 14 Accidit animæ quod Michol, filiæ Saul. Sic itaque de illa profert sacra pagina. *Michol non est natus filius usque in diem mortis suæ.* Ideest nullum habuit. Ita sæpe intelligitur in Bibl. præpositio *Usque*, v.g. *A Solis ortu usque ad occasum. A summo cælo usque ad summum. Ab homine usque ad pecus. A maximo usque ad minimum* &c. & alibunde Theodoretus, & Procopius. Rabbini verò asserent huiusmodi phrasi indicari filium nactum, cuius partus genitricis summis doloribus conciliavit obitum. Isthæc omninò contraria. Quomodò pepertit, & non peperit? Quo pacto filius natus, & non natus filius? Quia non est natus nisi in die mortis genitricis: fructus ventris protractus usque in diem mortis; & huiusmodi fructus

*Usque includit terminû cui præponitur.*

*Sed dolor doloris.*

*Quia dolor duûs.*

natus est quasi non natus. Haud aliter usuvenit animæ, dum renuit iugum suave pœnitentiæ. Sæpe fructus cum dolore concipit, sed conctabunda non parit. Partum distrahit, & protrahit usque in diem mortis, fructum enitens in angustia temporis, qui quidem minimè numeratur ut partos, quoniam frequenter informis abortus. Fert fructus, sed serò fert; & reputatur pro nihilo quod sit serò. Unde haud conceditur natus, qui prodit in lucem filius; quoniam cùm creperum sit, an profit, matri negatur quasi non habuisset.

15 Fructus pœnitentiæ dicuntur exercitia, quibus in corpore vindicamus peccata: & occurrit, quòd filius Michol quem peperit moriens, nec habet nomen, nec dicitur, ad regiam perveniisse dignitatem; cum ille tantùm & à patre & à matre è regio Israelitico nobili genere. Eadem causa, qua fructus negatur filiæ regis, è rege parturientis; invenitur in anima, serò fœtum profetente doloris. Ibi dolores ut parturientis inveniantur, qui solùm dolores pariunt. Misserrimus omninò partus: igitur si opportunè fructus mulcent dolores in corde pœnitudine fancie; in morte dolores inveniuntur sine fructu. Gaudet anima quæ dolet, & quia dolet; pœnitere non pœnitet, quia iustos præbent stimulos moninenta doloris, vulneris causa, & fœditate criminis. Qui seminant in lachrymis, lachrymas minimè metunt, etenim exultationem pariunt, quam non concipiunt: infelixque dicitur partus animæ plorantis, ac in morte pœnitentis; siquidem pro exultatione conceptæ mœstitudinis parit dolorem doloris.

16 Ergo quæsito. Fructus huiusmodi sicut in Michol nec nomen habent, nec regnum obtinent. Occasio partus, sive importunitas, existentes inficias existentiam, fructum signat inhabilem ad coronam. Partum genitrix distulit usque in mortem, & non vidit filium regem. Ita ergo anima, prolongatâ pœnitentia siquidem si usque ad mortem fructum protrahit, fructus omninò evanescit. Potest esse filius *Benoni* fructus doloris: & potest non esse, etiam dum nascitur; quia in morte rarò mater voto potitur. Possibilis utique ubertas fructuum, sed ambigitur an apti regno cœlorum. Possibilis est conversio. Ergo conversio possibilis: verum homo non salvatur possibilitate, sed conversione. Non impossibilis conversio hominis in quocumque articulo temporis, sed periculosa prorogatio pœnitentiæ, usque in diem mortis suæ. Verum quare? Audi quem supr. Alcimum Avitum vers. 698.

Pa-

*Pœniteatque olim negligenter temporis acti,*
*Dum licet, & sano ingenioque animoque valemus:*
Alc. Avi
*Nam qui peccatum moriens dimittere, & ipsa*
*In serum tempus differt admissa fateri,*
*Non tam dimittit, quàm dimittatur ab illis.*

## DIDASCALIA VII.

### *Mundi gloria constans in levitate sua.*

Ovid. 1 HUnc florem excerpimus ex Ovidij viridario lib. 5. *Trist.* Eleg. 8. Hinc Psalmista dicit: *Transivi, & ecce non erat.* Psal. 36. 36. Non erat, cui præsens transierat: quoniam ni transiret, gloria inanis non transiret, sed in levitate permaneret: igitur tantùm tranlit transeunti, quia figura permanet permanenti. Haud dixit: *Transivit, & ecce non erat*; sed *Transivi.* Non transitus proponitur felicitatis, sed hominis, & in hoc summa felicitas, dum latet levitas: siquidem cùm vana sint omnia; ut oculos transeuntis alliciat, singulariter effulgurat, donec transeat. Est igitur gloria vana summa gloria speculanti, & summa gloria, vanissima transeunti. Sic translit gloria mundi, aliter gloria & gloriosi persistunt in levitate.

*Mundi summa gloria deficienti nulla.*

Greg. Nazianz ——*Quamquàm non illa, sed umbras,*
*Vanaque prospiciunt, vera simulachra remoti,*
*Lætanturque umbris & imagine lucis inani.*

Succinit Gregorius Nazianzenus in *Præcep. ad Virgin.* Simulachra omninò vana, quin resipiscentiæ hominum sint exempla. *Nullum habet malus malum occupatus homo* (ait Senec. Epist. 59.) *& bonis suis obsessus, quàm quòd amicos sibi putat, quibus ipse non est.* Senec. Alibi expositi politicè, verùm modò tropologicè. Fluxa fides in gloria mundana, & avida est, & alienæ aviditati exposita. Quò plus debet, magis odit, & fitientem ludit. Gaudet fitiri, cupit optari, sed ubi festiva, magis nocua. Allicit cor, verùm non est illi cuius est, quia dilecta tormentis gaudet amantis, & illudit ludens oculis. Erigitur obsequio, crudescit studio, infolescit officio, tumet adoratione, semper constans levitate. Unde nullum maius malum habet homo his ineptijs occupatus, & bonis obsessus, quàm invenire adversarios, quos cogitabat amicos: siquidem cùm suos arbitretur, qui sui non sunt, vel quibus ipse non est; falli fide est altum vulnus in corde. Aptiùs dicam. Paret levitas fidei felicitatis, quia tantùm apparet fides.

*Fal lit amantes, & reddit amentes.*

*Nulla illi fides.*

2 Ænigma proposuit Ovvenus 3. *lib.* medio *Epigram.* 82. huiusmodi acumine.

Ovv. *Dic mihi quæ in cœlis exstat vox integra, cuius*
*In terris tantùm syllaba prima patet?*

*Felicitas mundi qualis* Senec. Quod quidem prius Seneca, ut refert in *Florib.* seu *Loccis comm. Stoic.* Dionysius Gothofredus. *Doce, leve esse vanumque hoc quod felicitas dicitur, unam illi syllabam facillimè accessere. Qua autem illa syllaba? Fel.* Aptè, igitur *Extrema gaudij luctus occupat*: imò si initium *Fel letitiæ* est fel, non solùm occupat extrema, sed principia. Vide quæ diximus *Tom. 1. Tautolog 4. Didasc.* 16. num. 3. Quantum sola noces animis illapsa voluptas! Impia sub dulci melle venena latent.

Prov. 14 13. *Ita Dijs placitum, voluptatè ut mœror comes consequatur.*

Plaut. *Quin incommodi plus, malique illicò absit, boni si obtigit quid.*

Canit Plautus in *Amphitr.* Act. 2. Scen. 2. v. 5. Quem sequuntur Manil. *lib.* 5. v. 121. Senec. in *Thyest.* v. 595. Ovid. lib. 4. *Trist.* Eleg. 1. Horatius *lib. 1. Epist.* 2. v. 58. Silius Ital. *lib.* 15. v. 95. & Sev. Boetius de Consol. *lib.* 3. *metr.* 7. igitur bona sunt vicina malis, imò subtexta malis bona sunt, lachrymaque vota sequuntur, & simul felicitatem; ac demùm in cunctis servat fortuna tenorem. Sed hoc alias, & minimè strictim, pro aversione voluptatis, & contemplatione temporis: siquidem, ut ait Iuvenal. *Satyr. 9.* v. 114.

*Fellea vel amicia, in vera fallaci gloria.*

——*Festinat enim decurrere velox*
*Flosculus angusta, miseraque brevissima vitæ*
*Portio.*

Iuven. 3 *Fel* est prima syllaba in Felicitate. In nostro vulgari *Fe*: Latine nides. Ni fallor, aptissime ndes pro speculo mundanæ felicitatis. Fides est de non visis: & de felicitate syllaba prima tantùm patet in terris; quippe numquam hominum viderunt lumina, quam sequuntur furiosè aviditsima cordæ. Quicumque huiusmodi prolubio, falcinatus dulci philtro, currit post felicitatem; felicitatis solummodò sequitur fidem: quid novum? Argumentum est enim non apparentium. Fides tantùm habetur ex felicitate, & ratio captivatur in fide. Non potest esse prosperitas, ubi invenitur rationis captivitas: furenti dumtaxat quit exponi ut lenocinium, redigere in captivitatem intellectum. In fide captivatur ratio, & in fide felicitatis miser homo: igitur ducimur, dum seducimur, gloria mundi proferente fallaciam; quamvis ratio decernat in mundo non esse gloriam. Felicitas. *Fe.* Fides. Exordium felicitatis in mundo nanciscimur, quærentes felicitatem: & nequaquàm consequimur sequentes finem: quippe levitas gloriæ fulgurantis caret fine, & gloria volitans persistit in levitate. Fides tantummodò felicitatis, quà inescatur cor, est ipsa concepta felicitas, unde dolo & dolore crescit anxietas. Fides in principio, nihil in exitu. Fides in principio, verùm finis sine fide: igitur quodlibet incipiens summa felicitate, desijt infaustè plerumque in amaritudine. Ecce conditio mundanæ felicitatis. Tota gloria fides est, cuius fidei nulla fides.

*In mundo non est felicitas.*

*Non habet fidem.*

Genes. 11. 30. 4 Appositè conferenda Sarræ, eximiæ pulchritudine; sed infœcundæ & sterili. Afficit oculos, & fallit amasios: penetrat viscera, & percutit corda, quin habeat pectus ex conspectu nisi vulnus, suave tormentum, crudele gaudium, blandum oculeum, frigidum ignem, acerbam iucunditatem, & denique plagas & plagas, sicut supervenerunt in aulam Pharaonis, in detrimentum Principis, laudata venustate, quam extulerunt insipientes corde. Tota pulchra oculis, sed nullius utilitatis. Omninò sterilis, infœcunda, decora, venusta specie; quippe nullus fructus in tanta speciositate. Qui in pectore huiusmodi cogitationes extimæ pulchritudinis concipit, & fovet, & nutrit. *Pavit sterilem, quæ non parit.* Mundus aridus, glaber, sterilis: parit divitias, fastum, luxum; gloriam, & dignitates, gaudium ad speciem, sine specie gaudij, blandimen pectoris cordolio dulci: & cùm ita fœcunde pariat, dicitur sterilis & non pariens; quia pictæ felicitatis tantùm apparet species. Promittit flores & evanescunt: igitur cùm expectatur ab aviditate partus, fœtæ felicitatis nullus invenitur fructus. Non parit, cuius partus oppositus conditioni concipientis; quippe non partus rationalis, qui non hominis: unde summum ac turpe ludibrium rationis, spe concipere fructus, ac possessione percipere ventos; expectare divitias, & recipere plagas; quærere felicitatem, & amplecti felicitatis speciem, verum dolorem, veram imaginem, veram fallaciam, falsam lætitiam, spem, quæ semper spes, quæ numquàm res, & totum quod non est, est. Quàm feliciter Augustinus! *Non cessant nos inflammare ventura, corrumpere venientia, torquere transeuntia. Concepta* (ait Serm. 23. de *Verb. Apost.*) *inardescunt, adepta vilescunt, amissa vanescunt.* Singularis paret conditio bonorum temporalium, sine conditione bonorum: ibi ergo non datur bonum, cuius appetitus pudet, cuius possessionis tædet, cuius gaudium cordi dolet, cuius fugæ non piget, cuius amissione gaudet.

*Et parit non opposito conceptioni.*

Iob. 24. 21.

August.

*Vera felicitatis conditio.*

5 *Quasi qui apprehendit umbram, sic qui attendit ad visa mendacia*: allusit prognoine Ecclesiasticus. Quod de somnijs proferr observatis a stultis, aptè cadit in procos felicitatis: & quia universa bona in possessione vana sicut somnia, ex queis quæ vista non visa; & quia ni ratio dormiendo fulgeret quiescerret, phantasia somniando non vigilaret. Mens humana, quod optat, vigilans sperat, ac in somno, ut non sit requies, reddidit amica quies. Umbra ergo sit ex corpore interpositio luci. Non potest esse sine luce & corpore: unde erit lamentabilis fluctus, qui quærit umbram, ubi non est corpus. In speculo resultat imago, ex re obiecta, sed tantùm invenitur imago, quæ quidem evanescit vel subtracto corpore, vel extincta luce. Nihil tunc videtur ex visis. Haud aliter contingit in huiusmodi somnijs, infatuato corde cogitationis specie: ecenim qui umbram sine corpore inquirit felicitatis, non habet in intellectu minimam lucem rationis. Dumtaxat in phantasia corpus habet, quod non habet corpus: ergo dum titillat non visus, nec visibilis sine corpore vanitatis strepitus; qui vidit dormit, vel clausis oculis vidit.

Eccli. 34

*Qui illusus inquirit est insensatis & vacuis.*

6 Ultrò decipit subdololè cogitationes humanas lubrica mundi felicitas, & risu falso venti tinnitu, fulgore vanido, ore iucundo, larvata facie, lita dulcedine, certo discrimine, quin oculos aperiat frequens ludibrium, ut corda reddeant in meliorem sensum: prælligias patiur cor, cùm gloria mendacium sit, qua struitur artificium, ut appareat, & non appareat mendacium: siquidem qui magis apprehendit, dum amplectitur gloriam; apprehendit sine corpore corporis umbram.

*Ab illa prædit rationis ludibrium.*

7 *Mendacia visa* dicuntur eiusmodi phantasiæ simulachra. Verùm ubi visa? In phantasia. Officina sufficit ad despectum, quoniam ibi non veritas, sed mendacium: & corda philtro amatorio cæca, minimè cursus aviditatis revocant; quamvis quæ ibi videntur, nullibi videant. *Mendacia visa.* Excusationem haberet propositum, si lateret cognitionem mendacium: attamen summa patet ignominia rationis, erga obiectam speciem rutilam felicitatis cognoscere visa mendacia, & furenter inquirere mendacia visa. Quid est mendacium? Dictio utique contra propriam intellectum. Optimè quadrat in mundi gloriam, quæ corda pruritu titillat: quandoquidem essò floride pingat prolubium felicitatis consequendæ tabulam;

*Et mendacium.*

*In vitæ gloria damnat ineſſe figura.*

lam ; agnoſcet ratio , velit nolit , ſolùm eſſe picturam. Contra rationem æſtimatur gloria mundi , quæ quidem uti picta adverſatur rationi : igitur licèt alliciat hominem & genio & ſpecie motum , ratio in homine cognoſcit in veritate mendacium : atque contra mentem ire , ubi conatur appetere; cùm in huiuſmodi gloria , gloria ſit tantùm figuræ , veritas mendacij , lndibrium cogitationis , pœnitentia aviditatis , fructus ſterilis, pulchritudo coloris, imago inanis, umbra & umbra quarum colorum temperie homo infigitur in limo profundi ; ac dum quæritur figura , non eſt ſubſtantia.

*1.Cor.7 31.*

8 Innuit Paulus. Ut non utantur , ſeu potiùs, ut non aburantur ſenſu , qui utuntur hoc mundo ; infit : *Præterit enim figura huius mundi.* Adæquatè definit , ſicut qui foris & in cute novit. Cuncta ſubſtantia gloriæ mundi redigitur in figuram; quia cuncti gloria mundi non habet ſubſtantiam. *Figura mundi.* Pro mundi gloria deſcribitur ab illo figura. Subtiliter & ingeniosè. Figura eſt imago , & non amplius ; quam phantaſia concipit , ac parturit penicillus : & gloria mundi pertranſit elaborata in imagine ; quia eſſe quod habet , non habet eſſe , pendens à cogitatione, & à phantaſia pictrice. *Figura mundi.* Non forma , & vivide. Forma conſtat , figura muratur : & mundus conſtat formaliter in figura , quippe conſtat mobilis in immobili inconitantia. *Figura mundi.* Quaſi non ſufficeret , quod eſſet mundi , ut levis eſſet ; *Præterit* , ait : exprimitur ſubſtantia conditionis , & conditio levitatis. Quænam gloria figuræ , ſi non eſt formæ ? Quænam accidenti , ſi non ſubſtantiæ? Tantùm igitur habet figuram gloriæ: quæ ita vana, ita ventoſa , etiam dum phantaſia pro lubito pingit ; ut non ſit figura , quæ conſiſtit, ſed quæ præterit.

*Non habet eſſe.*

*Niſi in levitate.*

*Matth. 4. 8.*

9 Ductus eſt Ieſus , ut videret pro gloria lubricam ſcenam in mundo , ne fideles ſemel victo ducerentur à diabolo ; imò ſcirent huiuſmodi elevationem eſſe per dæmonem , & nullatenùs gloriam , ſed tentationem. *Aſſumpſit eum diabolus in montem excelſum valdè , & oſtendit ei omnia regna mundi , & gloriam eorum.* Quo igitur artificio ſi mundi figura ſphærica , potuit orbis manifeſtari forma? Aliqui dicunt in phantaſia Chriſti delineaſſe imaginem , pinxiſſe pulchritudinem, efformaſſe venuſtatem , ac elaboraſſe ſpeciem. Ecca mundi gloria , ſpecies nimirùm vana , intentionalis pictura, ſtorida imago , phantaſtica pulchritudo.

*Et appræſtone.*

10 Alij autumant ex cunctis orbis delectabilibus fuiſſe factam deſcriptionem , ut magis valerent ſimul pungere cupiditatem; atque artificiosè quaſi in uno corpore dæmonem conglomeraſſe univerſam gloriam, quod Philoſophi vocant Chimæram ; ut levi conditione adorationis , in ſumma felicitatis Chriſtus haberet collecta, quæ beatos efficiunt homines miſeros , inter ſingulos divita. Chimæra? Utique. Mundum oſtendere diabolus cupit , & chimæram oſtendit? Profectò. Veritate miſer intendit fallere miſeros, quo non potiretur , ſi aperirent oculos : & quaſi chimæra oſtenditur mundi gloria; quippequàm gloria mundi , non aliud , niſi chimæra. Chimæra nihil eſt : & idem fuit exponere coram oculis chimæram , ac univerſam mundi labilis gloriam ; quoniam licèt poſsit cunctæ felicitatis obtineri impoſsibile, niſi in voto propoſitum,cuncta felicitas in poſſeſsione redigetur ad nihilum. Totum eſſe vanum eſt , ac ſpecie rutila dæmon commiſcitur fictionem ; ut nectat incauta corda ingerens vanitatem : ſed haud ingenti meditata reflexione eſt opus , ut caveat à vafritie vigile pectus. Scintillæ rationis ſufficit lumen, ut homo in eſſe apparenti cognoſcat nullam adeſſe entitatem. Quaſi chimæra mundi conſtantis proponitur eſſe fictum; ſiquidem dum in conſpectum venit , tantùm venit ad conſpectum.

*Chimæri-ca.*

*Et figu-rati.*

11 Dicit textus : *Oſtendit ei omnia regna mundi , & gloriam eorum.* Oſtendere non tantùm ſignificat palàm facere , ſed occulta pretioſiora oculis appetentium objicere. Ibi magis oſtenſa patent in commendationem poſsidentis , quàm in gloriam avide deſiderantis : non dare ſignat , ſed videnda luci exponere , & amœnare oculos extima ſpecie. Unde qui gloriam mundi videndam expectat , numquàm videt ut habeat , ſed ut videat : igitur minimè oſtenditur in miſeri utilitatem , ſed in vanam gloriantis oſtentationem. Aptiùs. *Oſtendit* : vivide. Nec dæmon tegere poteſt fallaciam temporalium bonorum , vel dum molitur in decipulam mendacium : etenim quamvis cogitet vafrè dolum prætexere, quamvis meditetur ſubtiliter fallere ; ubi intendit oſtentationem floridam aridi mundi , totum eſſe & gloria eius manet in oſtentatione. Oſtentatio ſolùm eſt : ita brevis , ut non ſit inſtantis : quandoquidem cùm non ſit gloriæ forma , ſed vacua omninò inſtantanea figura ; etiam dum figura advenit , figura præterit.

*Et filiis tit.*

12 Meditemur diabolicam huiuſmodi oſtentationem , ut homines ſapiant , averſantes fraudem. Oſtendit igitur dæmon quicquid ſitire poteſt aviditas , vel commendare



*Tempora-lia bona dicitura mala.*

dare maieſtas in felicitatem hominum,ſplendore dignitatum : ſcilicet delicias , potius illecebras : honores , auratas amaritudines: imperia , vere cordolia : opes , & divitias, curas ſolicitatas : vitam longam , valetudinem firmam, uſum voluptatum , amplexum delectabilium , & ſine iugo legum. Preſsiùs dicam : compendium mendaciorum , cultu veritatis ſplendentium ; depoſitum fallaciarum bracteæ bonorum , atque in concepto gaudio fontem cruciaminum. Ne mireris ita adverſa in mundi gloria : haud aliter invenies , ſi ſiparium revelaveris. Hæc omnia dæmon dat , nec fide fluxa , ſiquidem hominibus ſolicitat nocua , & excogitat tormenta. Minimè largietur panem , ſi potuerit lapidem , vel ſcorpionem. Ad rem ergo.

13 Hæc omnia Chriſtò exhibita pro ſpecimine felicitatis : ſed ſcena verſatilis ita brevis, in maiore apparatu oſtentationis ; ut inſtar fulguris facta fuerit *in momento temporis.* Haud cautè dæmon in ſubtilliore dolo. *In momento* ! Si duratio urget voluntatem in votum , & poſtea premit in gaudium; quale gaudium ſine perſeverantia , quæ voluptatis eſt gloria ? Argolice cogitat , ut animas capiat. Mundi gloria eſt gloria vana, ldeſt , gloria tantummodò in apparentia. Si duplici oſtentatio eius conitaret momento; pateret , quòd gloria eſſet tantùm oſtentatio : puta pius temporis non eſſe , quippe negabatur poſſe : in ſecundo inſtanti videretur fallacia, & nequaquàm alliceret ſine gloria gloriæ figura : cuius in oſtenſionem elegit diabolus temporis tantùm momentum, ne fraudum in ſequenti agnoſceretur embolium , & pateret in volucrum. Vernacule. *En un momento de tiempo moſtrò la gloria del mundo , porque no ſe conociſſe el embeleco.* Quàm fatua mens hominum , vanitatem diligentium ! Omuis gloria mundi vertitur in temporis momento tamquàm in cardine : & pro momento temporis negligunt momentum æternitatis ; quantumvis agnoſcant mundi felicitatem , vanam eſſe undecumque oſtentationem: arborem cultam floribus , ſed nudam fructibus : morbum humani cordis , cuius medicina in cœlis : perſeverare uti terreum , pertranſireque uti mundum : vitrum fragile hiſcens ſplendens: ſpeculum , ubi dextrum ſiniſtrum : imò ſpeculum concavum , ubi arte miſtica inverſa conſpiciuntur ſimulachra : ac denique ſubſtantiam inanitatis ; qua cor humanum ſi potitur , potitur momento temporis.

*Momentanea gloria.*

*Et perpetua fallacia.*

14 Præterea. *In momento temporis.* Dominata ſunt lumina expoſitæ gloriæ, unico indiviſibili inſtanti ; vel dumtaxat orbis pulchri ſpectaculum exhibitum ad momentum. Splendor orbis redactus ad indiviſibile temporis ? Leve tribulationis momentum in hac miſera vita æternum pondus operatur in gloria , & pondus gloriæ orbis operatur dumtaxat momentum temporis ? Næ. Ita conditio huius perſpectivæ , ludicræ ſcenæ: non ultrà extenditur gloria , quia ſi mundi non eſt ultrà. Non potuit extenſi ad tempus : quippe non potuit extendi : & ut fugax in oſtenſione clareſcat , quin humana corda fulgore fallaci pungat ; connotatur momentum indiviſibile temporis , & non tempus , quia eſſentia gloriæ mundi non habet amplius. Quid ſi minus?

*Sine tem-momento.*

15 Obſerva in periodo proprietatem ſignificationis , pro conditione mundanæ felicitatis. Gloria orbis oſtenditur *in momento temporis.* Vivida ſententia , qua palàm mundi fallacia. Non affruit Lucas , in huiuſmodi ſpecie fuiſſe momentum gloriæ: ſed gloriam univerſi orbis tantùm oſtenſam in momento temporis. Optimè. Patuit tranſitoria vanitas , & infelix ex duratione felicitas : etenim ita velox pertranſivit gloria mundi : ut in momento temporis , non eſſet momentum gloriæ. Maiore brevitate adhuc mundi gloria brevior , vel dum oſtenditur fulgor : ſiquidem cor delectabilius ita vanidum , ut non conſtet quo conſtat levè momentum. Velocitas inſtantis , ſeu minuti tardior fuit gloria apparenti : igitur gloria mundi ita vana , etiam ubi oculis oſtenditur tamquàm gloria ; ut amplius ſit momentum temporis , quod non tempus , in tranſcurſu veloci, quàm totum tempus , quo durat in aurata gloria mundi. Quid hoc cæci videntes? Quid luminis clauſis oculis? Nec leve momentum ſpectabile cunctis theatrum ! Fugacius tempore beneficium cordium ! Levius inſtanti! Liquet profectò, gloriam mundi non eſſe momenti.

*Eius du-ratio minor mo-mento.*

16 Cuncta præterevnt tamquàm umbra & umbra vana ( vide *Sapient.* 5. à n. 9.) tamquàm navis, quæ ivit pondere peſſum , quin ad reſipiſcentiam ullum naufragij remaneret veſtigium. Tamquàm ſagitta , quæ tantùm agnoſcitur,dum tranſadigit præcordia. Tamquàm vox , cuius eſſe breve ſtat in pronunciatione. Tamquàm avis, quæ volando præterit,quin micet quò pertranſivit. Tamquàm ſpuma, quæ à procella conficitur , & à procella diſpergitur. Tamquàm fumus , quo ludit , & diffudit ventus commotus. Demum tamquàm mendacium verum , ſed nitore veritatis indutum ; quod tempus tandem tandem manifeſtat mendacium. Poteſt eſſe ſolida felicitas , quam formæ & informat ſa-

*Quàm fugax!*

Psalm. 118.37.

stosa vanitas? Quæ elabitur, dum apprehenditur? *Averte oculos meos, ne videant vanitatem:* dicebat Regius Psaltes. Vanitas ne videtur? Videtur in vanis: sed quæ vana? *In hac vita iucunda*: inst Genebrardus hic. Quæ in mundo iucunda, vocat vana; & appositè: à quibus lumina meditanter separantur, ne videant quæ non videntur; igitur cùm nulla sint, nulla sunt: & adhuc dum sunt in maiori gloria, tunc magis nulla.

Genebr.

17 Modò locum habet principale propositum num. 8. assignatum, cui libenter respondendum. Ostendit diabolus gloriam universi, qua humanum arsit cor, dicens: *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me.* Leviori pretio munerum sæpissimè adoratur dæmon. *Hæc omnia* inquit. *Ingentia spiritus est* (dicam cum Seneca *Epist. 66.*) *emittere hanc Dei vocem: Hæc omnia mea sunt.* Quid miram? Dæmonis est ostentatio, qui rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo. Verùm perpende: *Hæc omnia.* Superfluit, ni fallor, *Hæc.* Si dicit *Omnia*, ad quid *Hæc*, in clausulæ promissionis? Ut possit secure fallere interventu veritatis. *Hæc* dicit, quorum esse est in instanti: igitur si transit momentum, transit etiam adoranti promissum. *Hæc* quæ videntur, & non videbuntur amplius; siquidem si videntur, iam non hæc. Propter hæc adorat humanum cor: si præmium petit, dicit diabolus, *Quæ?* Hæc non sunt, quæ promisi: fidem servavi. Hæc sunt alia: non hæc ostendi, sed illa: illa evanuerunt, non sunt: & promissa non sunt *Hæc.* Constituit corpus orbis regula temporis: dæmon utitur tempore, ut potiatur meditata fraude: quandoquidem dum pollicetur *Hæc* ex mundi gloria; gloria mundi est futura, vel præterita.

Matth. 4.9.

Senec.

*Fallacia dæmonis in promissione felicitatis.*

Observa diligenter *Hæc omnia dabo.* Non *Tibi do*: ut dixit Petrus *Act. 3. 6.* sed *Dabo*: cui addit, *Hæc. Hæc* sunt oculis prætentia. *Dabo* designat futura: & industria signat *Hæc*, & dicit *Dabo*; ut stet fallacia, & promissio: promissio, quia signavit in futuro danda sic: fallacia, quia in futuro iam non hæc. Transierunt, & permanet cum fide verâ mendacium, dum missus à dæmone operitur promissum: siquidem si continuò gloria mundi mutatur, & hæc quæ præsens promittitur; dum magis datur, non datur mendacio locus; quoniam ad præteritum haud datur ullus regressus.

*Quanta instantia & industria!*

Tandem: Mundus consistit in varietate, quippe nunquàm in eodem statu permanet: & dum diabolica introducitur fallacia, offert oculis *hæc omnia.* Quænam omnia, & quænam hæc? Quæ diabolus objicit, & insensatus homo malacia sitit. *Hæc omnia*: non amplius, ut inescetur stultus. Posteriores glorias non promittit, præsentes sunt in instanti: si ex bonis hæc petit homo, transierunt in præterita: non sunt, quæ bona futura: & vafrè dum hominis insidiatur saluti, dicit diabolus *Hæc omnia*; quia hæc præsentia ita sunt, sicut posteriora, quæ non sunt, dum dicit, *Hæc.* Ergo omnia nihil: etenim in ampliore ostentatione diabolus pollicetur: quæ nequit dare; & homo expectat anxiè, quæ nequeunt esse.

*Et quàm decepta!*

18 In quæstionem vellem venire felicem (de his qui adinstar florum ut captent populares fatuæ auram, varijs colorum picturis usque in certamen luxuriant. Verùm hem! *Sunt quædam tristes voluptates*, profert Stoicus Cordub. *Epist. 67. sunt quædam vota, quæ non gratulantium cœtu, sed adorantium, venerantiumque celebrantur.*) ut scirem, an gaudium in tot glorijs abuisset plenum, vel invenisset in delicijs quandoque delicium? Si concedit, sufficit cogitatio pro supplicio: contraria sanè pronunciabit in eculeo. Si negat (quippe ita est) ubi ratio, & ubi cor? Est aliquid quò tendit? Quò molimina cogitatio dirigit? In fortunam? Insana est. In opulentiam? Animi commotio frequens, & subita. In gloriam? Evanescit ut fumus. In superbiam? Etiam sibi fastidium. In invidiam? Dic tormentum. In delicias? Voca pœnas. In gulam? Adest gravedo capitis. In luxuriam? Foculus plagarum corporis. In aulam? O miser! inque dies ultra miser! Huccine rerum venimus? Aulam?

Senec.

*Et extos fui.*

*Omnia mundi bona, mala.*

*Aula locus fortuna suos ubi lubrica ludos*
*Ludit, & illudit, nunc hos, nunc deijcit illos.*
*Curarij pelagus, vaga spes, vita plena periclj,*
*Splendida damna, quies irrequieta, dolor.*

Vveih.

Ait Eberardus Uveihe in *Aulico Politic. n. 20.* Cuius felicitatis vulneribus mederi volens nescio quis, canit:

*Cum dat olusc ula*
*Mensa minuscula*
*Pace quieta;*
*Ne pete grandia*
*Lautaque prandia*
*Lite repleta.*

19 Videamus ergo quid sint aulæ bona, quamvis Principis accedat lubrica gratia. Quæ non indagavit Mardochæus pro salute regis Assueri? Præmia crebrò sera in aula, ubi gesta præstantiora: verùm hoc habet virtus, & apud regem profanum, tandem tandem adspicitur præmium. Presse igitur subditi erga se scivit fidelitatis officia, nec



nec è vinculis beneficij exivit beneficentia: sed utut exactè cognovit, gratus notitiæ, de Mardochæo studuit bene mereri. *Quid pro hac fide honoris ac præmij Mardochæus consecutus est?* Regi interroganti dixerunt servi ac ministri: *Nihil omninò meredis accepit.* Contrarium ex textu constat: etenim clarâ fide, insidiantium confessione, *Præcepit ei rex, ut in aula palatij moraretur.* Perpende *Præcepit ei.* Obijcitur viro Religioso norma, ubi opus est superioris præcepto, ut moretur in aula: igitur exactè ibi vivit, quisquis non vivit sponte.

Esth. 6. 3.

Ibid. cap. 12. 5.

*Monachus in aula fit invitus.*

Patet ergo Maldochæus, estò haud adæquate, dignatus. Morari in aula apud Persas maximi honoris. Consule Barn. Brissonium de *Imper. Persar.* Quo pacto munus tantæ cùm accepisset spectabilis dignitatis, nihil accepit omninò mercedis? Pro verè Monacho, & Religiosi instituto facilis interpretatio: quandoquidem in habitatione aulæ non accepit mercedem, sed dirum cordi cruciamen: haud blanditur aula, desideranti fastidia; quoniam nihil molestius Religioso, huiusmodi vafano atque furibundo strepitu.

20 *Nihil* Mardochæus *mercedis accepit*, quamvis accepit aulæ honorem, amulatam dignitatem. In aula omnia vana, caduca, mendacia, mimica, lubrica. Utilitas personata cultu favoris, hamus larvâ generositatis, vindicta simulata obsequio, invidia gratulationis studio, superbia arte cultæ & comitate, ambitio compta perfida fide, odium adoratione, miseria superfluitate, lætitia oris, & commotio pectoris. Nihil verum cuncta ad speciem, & omnia ad ostentationem: apparentia lucida, sed intus vera cruciamina. *Isti quos pro felicibus aspicitis, si non quâ occurrunt, sed quâ latent videritis, miseri sunt*: ait Seneca de *Provid.* cap. 6. Hi sunt aulici inhiantes gratiæ Principis, & imagini honoris: & à Mardochæo dum ita dignatur, nihil honoris accipitur; quoniam quicquid in mercede fulgebat honoris, nil aliud erat quàm cumulus vanitatis. Summa felicitas hæc est? Respicat cor: siquidem quam summam pingit hominum cogitatio, nihil omninò. Apte dicere possumus:

*Embolismus aulæ.*

*Quicquid vocatur felicitas, omninò vanitas.*

*Magna tenet quem parva iuvant. Petit alter honores,*
*Divitias alij, prædasque sequuntur, & amplas*
*Inter opes inopes, placidi non munere somni.*
*Conscendunt alij magnorum limina regum,*
*Quos rota fortuna celeri vertigine raptos*
*Evehit, & summo sublatos vertice fixit.*
*Cumque putant manibus regũ se corda tenere,*

*Suppliciũ animi.*

*Sortis & immemores, cristæ & cornua sumunt*
*Instabilis rota fortuna mox ruitura eosdem*
*Deijcit, ut damno derisi dedecus addant.*

Tom. II. Taut.

21 Hæc de aula: aliquando exprimam, quàm vana cætera bona. Cor nostrum pyramidis instar, Deus constituit in pectore, cuius planum versùs cœlum, cuius conus versùs mundum: ut si constringat, aut premat, aut moveat usque in terram declinatio, aut inclinatio; dumtaxat tangat in puncto. Ideò, ita sit in tellure, ut aliter nequeat esse: igitur si necesse est esse in terra, conditione humana; sit tantùm, ut sit in terra: siquidem cùm punctum indivisibile sit, declinat, si non stat. State, dum statis in terra, ut ita sint sursùm corda: etenim humana felicitas, est labilis uti humana. Fauces indulcat, & post amaritudo patet, quod dulcorat. Omninò vanitas & levitas, quæ mutatur in horas.

*Cor cur instar pyramidis?*

## DIDASCALIA VIII.

### *Turpissima iactura, quæ per negligentiam venit.*

Senec.

1 INquit Seneca *Epist.* 1. igitur *Magna vita pars elabitur malè agentibus, maxima nihil agentibus, tota aliud agentibus. Quem mihi dabis, qui aliquod pretium tempori ponat? Qui diem æstimet? Qui intelligat se quotidie mori?* Proh dolor! Est de Monachis quæstus, & etiam planctus. Tempus est, ut incipiat iudicium à domo Dei. Si autem primùm à nobis, qualis sæcularium finis? Si iustus vix salvabitur, impius & peccator ubi parebunt? Incipiat ergo de Religiosis iudicium, ut clarescat, quid sit esse religiosum. Ut, sicut canit ex Augustino S. Prosper Aquit. *Epigram. 72.*

*Iactura status in Religiosi tamen habitu.*

*Cedant virtuti vanarum obstacula rerum,*
*Ne perdat voti tempora lenta fides.*

Prosp.

Perdet, quisquis pretium tempori non ponit: igitur semper infaustum intra penetralia Monachorum, inquirere non quid in hoc tempore faciendum, sed quid faciendum de tempore? Non dies æstimator, sed teritur: vita vehitur, non agitur; & sine vita non vivitur: quandoquidem magna vitæ pars elabitur nihil agentibus, maior aliud agentibus, & maxima male agentibus. Benè currebant: quis fascinavit? Spiritu cœperunt, & carne consummant! Denigrata est facies eorum, qui fuerunt candidiores nive, nitidiores lacte? O fastidium tineæ

Psalm. 118.37.

stosa vanitas? Quæ elabitur, dum apprehenditur? *Averte oculos meos, ne videant vanitatem:* dicebat Regius Psaltes. Vanitas ne videtur? Videtur in vanis: sed quæ vana? *In hac vita iucunda*: inst Genebrardus hic. Quæ in mundo iucunda, vocat vana; & appositè: à quibus lumina meditanter separantur, ne videant quæ non videntur; igitur cùm nulla sint, nulla sunt: & adhuc dum sunt in maiori gloria, tunc magis nulla.

Genebr.

17 Modò locum habet principale propositum num. 8. assignatum, cui libenter respondendum. Ostendit diabolus gloriam universi, qua humanum arsit cor, dicens: *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me.* Leviori pretio munerum sæpissimè adoratur dæmon. *Hæc omnia* inquit. *Ingentia spiritus est* (dicam cum Seneca *Epist. 66.*) *emittere hanc Dei vocem: Hæc omnia mea sunt.* Quid miram? Dæmonis est ostentatio, qui rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo. Verùm perpende: *Hæc omnia.* Superfluit, ni fallor, *Hæc.* Si dicit *Omnia*, ad quid *Hæc*, in clausulæ promissionis? Ut possit secure fallere interventu veritatis. *Hæc* dicit, quorum esse est in instanti: igitur si transit momentum, transit etiam adoranti promissum. *Hæc* quæ videntur, & non videbuntur amplius; siquidem si videntur, iam non hæc. Propter hæc adorat humanum cor: si præmium petit, dicit diabolus, *Quæ?* Hæc non sunt, quæ promisi: fidem servavi. Hæc sunt alia: non hæc ostendi, sed illa: illa evanuerunt, non sunt: & promissa non sunt *Hæc.* Constituit corpus orbis regula temporis: dæmon utitur tempore, ut potiatur meditata fraude: quandoquidem dum pollicetur *Hæc* ex mundi gloria; gloria mundi est futura, vel præterita.

Matth. 4.9.

Senec.

*Fallacia dæmonis in promissione felicitatis.*

Observa diligenter *Hæc omnia dabo.* Non *Tibi do*: ut dixit Petrus *Act. 3. 6.* sed *Dabo*: cui addit, *Hæc. Hæc* sunt oculis prætentia. *Dabo* designat futura: & industria signat *Hæc*, & dicit *Dabo*; ut stet fallacia, & promissio: promissio, quia signavit in futuro danda sic: fallacia, quia in futuro iam non hæc. Transierunt, & permanet cum fide verâ mendacium, dum missus à dæmone operitur promissum: siquidem si continuò gloria mundi mutatur, & hæc quæ præsens promittitur; dum magis datur, non datur mendacio locus; quoniam ad præteritum haud datur ullus regressus.

*Quanta instantia & industria!*

Tandem: Mundus consistit in varietate, quippe nunquàm in eodem statu permanet: & dum diabolica introducitur fallacia, offert oculis *hæc omnia.* Quænam omnia, & quænam hæc? Quæ diabolus objicit, & insensatus homo malacia sitit. *Hæc omnia*: non amplius, ut inescetur stultus. Posteriores glorias non promittit, præsentes sunt in instanti: si ex bonis hæc petit homo, transierunt in præterita: non sunt, quæ bona futura: & vafrè dum hominis insidiatur saluti, dicit diabolus *Hæc omnia*; quia hæc præsentia ita sunt, sicut posteriora, quæ non sunt, dum dicit, *Hæc.* Ergo omnia nihil: etenim in ampliore ostentatione diabolus pollicetur: quæ nequit dare; & homo expectat anxiè, quæ nequeunt esse.

*Et quàm decepta!*

18 In quæstionem vellem venire felicem (de his qui adinstar florum ut captent populares fatuæ auram, varijs colorum picturis usque in certamen luxuriant. Verùm hem! *Sunt quædam tristes voluptates*, profert Stoicus Cordub. *Epist. 67. sunt quædam vota, quæ non gratulantium cœtu, sed adorantium, venerantiumque celebrantur.*) ut scirem, an gaudium in tot glorijs abuisset plenum, vel invenisset in delicijs quandoque delicium? Si concedit, sufficit cogitatio pro supplicio: contraria sanè pronunciabit in eculeo. Si negat (quippe ita est) ubi ratio, & ubi cor? Est aliquid quò tendit? Quò molimina cogitatio dirigit? In fortunam? Insana est. In opulentiam? Animi commotio frequens, & subita. In gloriam? Evanescit ut fumus. In superbiam? Etiam sibi fastidium. In invidiam? Dic tormentum. In delicias? Voca pœnas. In gulam? Adest gravedo capitis. In luxuriam? Foculus plagarum corporis. In aulam? O miser! inque dies ultra miser! Huccine rerum venimus? Aulam?

Senec.

*Et extos fui.*

*Omnia mundi bona, mala.*

*Aula locus fortuna suos ubi lubrica ludos*
*Ludit, & illudit, nunc hos, nunc deijcit illos.*
*Curarij pelagus, vaga spes, vita plena periclj,*
*Splendida damna, quies irrequieta, dolor.*

Vveih.

Ait Eberardus Uveihe in *Aulico Politic. n. 20.* Cuius felicitatis vulneribus mederi volens nescio quis, canit:

*Cum dat olusc ula*
*Mensa minuscula*
*Pace quieta;*
*Ne pete grandia*
*Lautaque prandia*
*Lite repleta.*

19 Videamus ergo quid sint aulæ bona, quamvis Principis accedat lubrica gratia. Quæ non indagavit Mardochæus pro salute regis Assueri? Præmia crebrò sera in aula, ubi gesta præstantiora: verùm hoc habet virtus, & apud regem profanum, tandem tandem adspicitur præmium. Presse igitur subditi erga se scivit fidelitatis officia, nec



nec è vinculis beneficij exivit beneficentia: sed utut exactè cognovit, gratus notitiæ, de Mardochæo studuit bene mereri. *Quid pro hac fide honoris ac præmij Mardochæus consecutus est?* Regi interroganti dixerunt servi ac ministri: *Nihil omninò meredis accepit.* Contrarium ex textu constat: etenim clarâ fide, insidiantium confessione, *Præcepit ei rex, ut in aula palatij moraretur.* Perpende *Præcepit ei.* Obijcitur viro Religioso norma, ubi opus est superioris præcepto, ut moretur in aula: igitur exactè ibi vivit, quisquis non vivit sponte.

Esth. 6. 3.

Ibid. cap. 12. 5.

*Monachus in aula fit invitus.*

Patet ergo Maldochæus, estò haud adæquate, dignatus. Morari in aula apud Persas maximi honoris. Consule Barn. Brissonium de *Imper. Persar.* Quo pacto munus tantæ cùm accepisset spectabilis dignitatis, nihil accepit omninò mercedis? Pro verè Monacho, & Religiosi instituto facilis interpretatio: quandoquidem in habitatione aulæ non accepit mercedem, sed dirum cordi cruciamen: haud blanditur aula, desideranti fastidia; quoniam nihil molestius Religioso, huiusmodi vafano atque furibundo strepitu.

20 *Nihil* Mardochæus *mercedis accepit*, quamvis accepit aulæ honorem, amulatam dignitatem. In aula omnia vana, caduca, mendacia, mimica, lubrica. Utilitas personata cultu favoris, hamus larvâ generositatis, vindicta simulata obsequio, invidia gratulationis studio, superbia arte cultæ & comitate, ambitio compta perfida fide, odium adoratione, miseria superfluitate, lætitia oris, & commotio pectoris. Nihil verum cuncta ad speciem, & omnia ad ostentationem: apparentia lucida, sed intus vera cruciamina. *Isti quos pro felicibus aspicitis, si non quâ occurrunt, sed quâ latent videritis, miseri sunt*: ait Seneca de *Provid.* cap. 6. Hi sunt aulici inhiantes gratiæ Principis, & imagini honoris: & à Mardochæo dum ita dignatur, nihil honoris accipitur; quoniam quicquid in mercede fulgebat honoris, nil aliud erat quàm cumulus vanitatis. Summa felicitas hæc est? Respicat cor: siquidem quam summam pingit hominum cogitatio, nihil omninò. Apte dicere possumus:

*Embolismus aulæ.*

*Quicquid vocatur felicitas, omninò vanitas.*

*Magna tenet quem parva iuvant. Petit alter honores,*
*Divitias alij, prædasque sequuntur, & amplas*
*Inter opes inopes, placidi non munere somni.*
*Conscendunt alij magnorum limina regum,*
*Quos rota fortuna celeri vertigine raptos*
*Evehit, & summo sublatos vertice fixit.*
*Cumque putant manibus regũ se corda tenere,*

*Suppliciũ animi.*

*Sortis & immemores, cristæ & cornua sumunt*
*Instabilis rota fortuna mox ruitura eosdem*
*Deijcit, ut damno derisi dedecus addant.*

Tom. II. Taut.

21 Hæc de aula: aliquando exprimam, quàm vana cætera bona. Cor nostrum pyramidis instar, Deus constituit in pectore, cuius planum versùs cœlum, cuius conus versùs mundum: ut si constringat, aut premat, aut moveat usque in terram declinatio, aut inclinatio; dumtaxat tangat in puncto. Ideò, ita sit in tellure, ut aliter nequeat esse: igitur si necesse est esse in terra, conditione humana; sit tantùm, ut sit in terra: siquidem cùm punctum indivisibile sit, declinat, si non stat. State, dum statis in terra, ut ita sint sursùm corda: etenim humana felicitas, est labilis uti humana. Fauces indulcat, & post amaritudo patet, quod dulcorat. Omninò vanitas & levitas, quæ mutatur in horas.

*Cor cur instar pyramidis?*

## DIDASCALIA VIII.

### *Turpissima iactura, quæ per negligentiam venit.*

Senec.

1 INquit Seneca *Epist.* 1. igitur *Magna vita pars elabitur malè agentibus, maxima nihil agentibus, tota aliud agentibus. Quem mihi dabis, qui aliquod pretium tempori ponat? Qui diem æstimet? Qui intelligat se quotidie mori?* Proh dolor! Est de Monachis quæstus, & etiam planctus. Tempus est, ut incipiat iudicium à domo Dei. Si autem primùm à nobis, qualis sæcularium finis? Si iustus vix salvabitur, impius & peccator ubi parebunt? Incipiat ergo de Religiosis iudicium, ut clarescat, quid sit esse religiosum. Ut, sicut canit ex Augustino S. Prosper Aquit. *Epigram. 72.*

*Iactura status in Religiosi tamen habitu.*

*Cedant virtuti vanarum obstacula rerum,*
*Ne perdat voti tempora lenta fides.*

Prosp.

Perdet, quisquis pretium tempori non ponit: igitur semper infaustum intra penetralia Monachorum, inquirere non quid in hoc tempore faciendum, sed quid faciendum de tempore? Non dies æstimator, sed teritur: vita vehitur, non agitur; & sine vita non vivitur: quandoquidem magna vitæ pars elabitur nihil agentibus, maior aliud agentibus, & maxima male agentibus. Benè currebant: quis fascinavit? Spiritu cœperunt, & carne consummant! Denigrata est facies eorum, qui fuerunt candidiores nive, nitidiores lacte? O fastidium tineæ

cordium, rubigo mentium, atque languor animarum! Divinis interfunt laudibus, & dormitant? aut otiosa, vel etiam pernicioſa pertractant: ſedent ad librum & oſcitant: verbum exhortationis auſcultant, ſed auditis non auſcultant, quinimò audientes laborant: de paſcuis mutantur in paſcua, & tam iſta faſtidiunt, quàm illa: iugiter verſantur inter fercula vitæ, & moriuntur miſerrima fame. Vide Guerricum Serm. 1. in feſt. *Pentecoſt.* num. 4.

*Faſtidium ſui vitæ ſilium, peſſimum ſignum.*

2 De Sara dicitur: *Sterilis erat, & ſterilis.* Geminatur ſterilitas, quippe incapax non tantùm ad partum, ſed ad conceptum: quæ etiam habens ad fœcunditatem ſemen, genuit ſterilitatem. Ita quoque Monachi ſteriles & ſteriles: igitur ingredientibus in Monaſteria, ut anima virtutibus fœcundetur, & floreat; negligentia facit, quòd turpiſſimè areſcat. Dicit Pſalmographus, ubi pro nihilo habentur anni eorum, etiam multis intra clauſtrum. *Manè ſicut herba tranſeat, mane floreat & tranſeat, veſperè decidat, induret & areſcat.* Manè & veſpere accipe pro prius & poſteà: hinc intelliges, quàm turpis in Religioſis per negligentiam iactura. A ſæculo in Monaſterium tranſit homo, ut rutilè floreat; & non floret, quippe tranſit, ut tranſeat. Altiora nonnumquàm petenda ſunt, ut tranſitus vitæ uſque in perfectionem ſit. Non ſuffecit parturire, ſi abſtitit patere, quia Sion & *parturivit, & peperit*, ut poſſit dicere & floribus & fructu gloriosa: *Homo & homo natus eſt in ea.* Fervor prius inducit animum, ut à mari magno ubi reptilia quorum non eſt numerus, tranſeat; & tranſeat, ut floreat. Tranſit, negligentiâ decidit, iam non floret: unde qui tranſivit, ut plantatus in domo Domini floribus rutilaret; ignavè tranſit, paulatim induratur, & poſt areſcit.

Genes. 11. 30.

*Monachus non florens duplicitèr ſterilis.*

Pſalm. 89. 6. *Non tranſit benè, qui tantùm tranſit.*

Iſai. 66. 8. Pſal. 86. 5.

3 Expenderis, quæ dixerit Chriſtus de lilijs Eccleſiæ militantis, Monachorum floridis ſymbolis, ne qui Deo ſervire contenderent, temporalium ſatagerent. Cibum, potum, & cultum corporis gentes, ideſt, ethnici inquirunt: qui verò Deum cognoſcunt, dumtaxàt Deum. *De veſtimento quid ſolliciti eſtis? Conſiderate lilia agri quomodò creſcunt*: dixit Aſſertor, nec plenè intelliguntur quæ dixit. Quid ergo intereſt, creſcere cum ornari? Differit Chriſtus de nimia ſollicitudine erga corporis indumenta: quid quòd creſcant, vel decreſcant lilia? Opportunè ſignantur, dum agitur de pretioſitate & pulchritudine veſtis; igitur nec Salomon in omni gloria ſua coöpertus eſt, ſicut unum ex iſtis: cæterùm circa corporis ornatum, obijcere lilia agri quomodò creſcunt? Incognitum. Utique, ſed altiſſimum, & proprium. Monaſteria paradiſi adiuſtar ſunt amœniſſimæ arcolæ, pulcherrimis virtutum floribus ſcitiſſimè ornatæ, quò Sponſa anima dilectum invitat, ut paſcatur in hortis & lilia colligat. Iuſtus in huiuſmodi paradiſo germinat, & ornatur ſicut lilium. Ornatus decor eſt, ac pulchra veſtis: germinatio ſignum eſt vitalitatis: unde Chriſtus inſtruens Monachum, & ſignans corporis amictum, non dixit: *Conſiderate lilia*, quomodò ornantur, ſed *quomodò creſcunt*; quoniam Monachum non oportet agnoſci per extimam pulchram veſtem, ſed tantùm per intimam perfectionem.

Matth. 6 28.

*Monachus aggnoſcendus perfectione, non veſte*

4 Clarius & intimius. *Iſrael germinat ſicut lilium*, non erit ſicut lilium, ſi non germinat. Ornatur floribus & floret ornatu, ſi creſcit plantatus in Monaſterio. Flos vellis eſt, quaſi ſigillum inſtitutionis, germinatio teſtimonium vitæ radicis: & lilia conſiderantur quomodò creſcunt, & non quomodò veſtiantur; ſiquidem in Monaſterio non lilia, quibus veſtis pulchra, & radix mortua. Uteriùs. Si lilium haud creſcit, non florebit in horto, igitur flos obtinetur in augmento. Eadem lex præſcribitur Monacho per latam inſtitutionem, cùm ire incumbat de virtute in virtutem: & dum in horto ſeritur ſicut lilium, præſignatur à Chriſto in lilijs quomodò creſcunt; quippe non intenditur in Monachis cultus floris vernantis, ſed augmentum perfectionis.

Oſe. 14. 6.

*Lilium ſymbolū ſanctorum.*

*Lilia ſunt veſtis pulchra, & radix mortua.*

5 Prætereà. Paracmaſticon dicitur, quod definit in ætate vigere; quoniam in vegetabilibus non creſcere decreſcere eſt, non progredi regredi, igitur in deterius vergit, quod non viget. Monachi ſicut lilia creſcunt in florem; numquàm habebunt florem, ſi non creſcunt: dum magis creſcunt magis ornantur: & Chriſtus dum de ornatu differit, ornatum negligit, & incrementum inquirit; quoniam ni creverint ſicut lilium, in horto voluptatis non florebunt. Paracmaſticon erit, ut in herba areſcat, & numquàm floreat; ut ſic maneat, quin durare poſsit ſic: etenim cùm decreſcat non creſcendo lilij eximia pulchritudo; dolor eſt pectoris, quòd languida radice fervoris, à ſæculo in paradiſum tranſferatur, & non germinet: ſi germinat, quod non pullulet: ſi pullulat, quòd non creſcat, quòd non floreat, & ſic miſerrimè pereat.

*Florent pulchriores, dum amplius ſeparantur à terrenis.*

*Haud ſatis ornatur decor veſtis, ſed virtuti.*

6 Deinde. Flos in lilio, quia nulli florum cellitas maior, gratia eſt. In hanc vocati ſumus, in hanc conatur Monachi pectus; verùm ſi creſcit, ſi paulatim in altiora ſurgit: quippe ſi negligit uiteriora, flos in herba, virtor in foliis, & evanet pulchritudo cacuminis: etenim non preveniens in perfectionis cacumen, non habet florem. Quid luxuria viridantium foliorum, ſi non eſt lilium? Quid veſtis Monachi, ſi Monachi dumtaxàt videtur veſtis? Quid ornatus ſine virtutis ornatu? Quid crepitus inſtituti ſine morum inſtituto? Virtutibus Monachi creſcunt, veſtibus cognoſcuntur: & Chriſtus ut pateat perfectionis regula, pro Monachis dixit: *Conſiderate lilia*, in quibus idem eſt, an creſcant, vel an floreant: an ornentur, an augeantur: ſiquidem dum vivunt iuxta ſymbolicam veſtem, habent profectò perfectionis florem.

*Mirabile dum flos vitæ habitus foliji reſpondet.*

7 Denique. Si lilia Monachi ſunt conſideremus quomodò creſcunt, ut floreant, & florentes non areſcant. An quia ſemper conſervat virorem inter nimbos & grandines? Utique: creſcit virtus invicta oculeo perſecutionis. Lilium numquàm floret in terra, ſemper ſuprà: & Monachi florebunt ſicut lilium, pulchrum, ſpectabile, candidum; ſi ſurſum habuerint corda, ſepatata omninò à terra, in qua figitur neceſſariò pondus radicis, verum converſatio in cœlis. Relinquit igitur tellurem ubi radicem lilium ut ſurgeret, habet. Quo magis ſurgit, magis ſplendet: ita Monachis uſuvenit, quippe tantò mirabiliores, quantò altiores; tantò altiores, quantò magis ſeparantur à terrenis. Sicut fuga à principio, eſt lilij amplior pulchritudo; ita cellitas aptatur Religioſo, cui certocertius nocet levis in radicem inclinatio; ſiquidem ſignum eſt, quòd marceſcat lilij ſpecioſa veneſtas; ubi languido collo caput floris inclinatur in terras. Creſcit lilium, & ſemper ſurſùm: non extenditur, attollitur, & tendit paulatim in cacumen, quouſque feliciter nanciſcatur florem. O Monachi! Conſiderate lilia agri quomodò creſcunt, ut floreatis ſicut lilium: etenim, quilibet ſicut huiuſmodi flos ſpeciosè germinavit, dummodò quouſque obtineat perfectionem, aſcenderit. Aliter in horto voluptatis Domini mutilat ſpecies lilij, non Monachus in Monacho, ſed ſpecies.

*Lilium ſymbolū ſanctorum.*

*Florent pulchriores, dum amplius ſeparantur à terrenis.*

8 Margaritæ plauduntur Monachi à Philippo Picinell. *lib. 12. cap. 25. num. 236.* Congruè cadit collatio, ut rutilet amplius in utroque perfectio. Margarita vel iactata per undas, vel agitata in arenas, vel demerſa in profundum æquoris, nihil fugit à patria maris: igitur ſi vel guttulam acciperet, ros congelatus (qui unio) tamquàm aceto liqueſceret. Ita Monachus debet converſari magno pelago mundi, quandiù doraverit corticulus vitæ: ſiquidem quicquid in concha cordis fugit relluris, omittit pretioſitatis. Familiaritas illa cum Deo, cœleſtis, quam conciliavit oratio, vel cum guttula maris iam non unio: etenim tepefacto charitatis fervore, flammàque cordis languente; ros converſus virtutum exercitijs in margaritam, poſt tempus & tempus invenitur, uti deſcendit in concham. Haud videtur negligentibus diſpendium, & eſt ſummum: quippe omninò lamentabile in longa Monaſterij converſatione; ut gratia qua ho no vocatus in Monachum, ſit in exitu, ſicut erat in principio: quòd ros cœleſtis ſit ros tantum, & nullum in rore pretioſitatis momentum: quòd ſit poſtquam dia Monachus, ſicut erat imperfectus: quòd accipiat, ut liqueſcat, à quo fugit guttulam a naritudinis, ammittens formam unionis: quòd finis ſit introitus, & non plus: progreſſus, ſicut ingreſſus eſt ros: quandoquidem minimè Religioſus reſpondet inſtitutioni, nec morum converſionis promiſſa legi; dum collatæ gratiæ in pretioſam margaritam, oſtendit rorem cœleſtem, & non unionem: igitur paret & charitas languida, & flamma vocationis omninò extincta.

*Picinel.*

*Eorum hieroglyphicum margarita.*

*Quanti momenti deſeru ſe mundo.*

*Vndè fiamma vocationis extinguitur.*

9 Rursus. Dos maxima unionum ſtat in rotunditate, ut aſtruit Plinius ubi infr. Haud aliter perfectio Monachi. Rotundum ſi conſiſtit in plano, in puncto ſolùm conſiſtit: quod non rotundum in quolibet habet centrum, eſto non planum; quia non conſiſtendo ſedet, ſed ſedendo conſiſtit. Quia non in puncto ſtat; ſtat, quin ſine adiutorio poſsit moveri: quod in indiviſibili ſtat, movetur proclivè, & minimè ſecat motum uſque perveniat in centrum. Ecce in Monachis perfectionis, & imperfectionis origo; dum converſantur in mundo. In mundo citò gementes ſtant: & nullatenùs ſtant, ni in puncto quandiù ſteterint, ſtent. Vide *Didaſc.* præc. n. 21. Vivunt uti terriginæ, filij hominum in terra: verùm cùm vivere non debeant, quaſi qui in terra vivant; margaritæ exponuntur pretioſitates, ut Monachi ſtudeant cumulo perfectionis: ſiquidem ubi & quandiù vivunt in mundo, debent conſiſtere, ut conſiſtant, non ut ſedeant. Audi Magnum Anſonium *Eayll. 16.* apud Eliam Vinetum 8. & Horat. lib. 2. *Satyr.* 7. v. 86.

*Conſiſtat in mundo Monachus non ſedeat.*

*Vir bonus & ſapiens, qualem vix reperit unā*
*Millibus è multis hominum, conſultus Apollo,*
*Fortis & in ſeipſo totus teres, atque rotundus,*
*Externi ne quid valeat per læve morari.*
*Externæ ne quid labis per lævia ſidat.*

Anſoni. Horat.

*Nequid biet, nequid prot uberet angulus æquis*
*Partibus, ut vocat, nihil ut deliret amussis.*

*Et usquo pervenias, curat.*

Vel leve affectus tuberculum impedit in centrum congenitum motum. Habet quid fidat, & quo fedeat: federeque haud opportet peregrinum, dum dirigitur iter ad centrum cœlum. Quicquid mundi, externum est. Mundi nec audienda vox: si vel leviter consiliit, in perfectionem propositi serius perveniet, quòd currenti nocet: etenim in propositum virtutis scopum, perveniendum & quamprimum.

10 Insuper. Unio in concha sit ex candido candidior: ideft, ex rore puro margarita apparet purior. Ros est gratia Dei vocantis animas in Religiosa instituta. Ideo dicit: *Ero quasi ros*, qui patet decursu temporis margarita, descendens in corda: proponiturque ut forma Monacho, abrenuncianti in Religione sæculo; quia licet ingredientis purus & candidus sit affectus, ingreditur iustus, ut iustificetur amplius. Non ut fordeat, sed ut micet: quandoquidem ni sit melior, non respondet.

Ose. 14. 6. *Semper melior.*

Mercator hujus pretiositatis Christus est in mundi emporio, igitur ipse confertur

Matth. 13. 45. *quærenti bonas margaritas.* Homines in statu gratiæ iurè vocantur margaritæ: at perpende, non dicit tantùm *Margaritas*, sed *bonas*. Ne sunt margaritæ malæ, ut dum quæritur pretiositas, in bonas intendat negotiator margaritas? Inquirat pretiosiores; roseo nitore rubentes, quolibet motu diversimodè, sed vividiùs fulgurantes: inquirat magnas, sed bonas? Bonas utique, ut pateat intuitus in ipsa pretiositate. Margaritæ sunt fideles in mundo, bonæ margaritæ Religiosi in Monasterio: & exprimitur bonitas, ubi negotiator avidè solicitat margaritas; quoniam ni Monachi sint boni, magni & perfecti, non sunt Monachi.

*Non est Monachus, si non perfectus.*

11 Non sunt Monachi, sicut non sunt margaritæ, quæ malæ. Quid ergo? Dicit Plinius lib. 9. cap. 35. *Specie inani inflatam sine corpore.* Facies rutilat fulgida, diverso aspectui diversa, nitore ornata, sed vento pro pretiositate plena; amicta lumine sicut vestimento, sed inanis pulchritudo: corpus orbis roseo colore, vera pretiositate ad oculum mire præstantius; sed sine corpore corpus, sine pondere cum extima pulchritudine, magnitudo sine perfectione, candor fictus, quia species margaritæ, verùm non amplius. Pariformiter Monachus. Vestis indicat animi nitorem, virtutis magnitudinem instituti pretiositatem, morum amussim, perfectionis legem, ponderis humilitatis examen. Hæc sunt horum unionum momenta, etenim pro pulchritudine decorum quæque pretiosa: sed torquet animum inquirentem Monachum, & perfectionis nitorem; reperire tantùm vestem: speciem unionis sine corpore prætiositatis inflatam, ubi non quærit speciem, sed margaritam. Unde cùm margaritæ falsæ minimè sint margaritæ; non dicit Christus tantùm *Margaritas*, sed *bonas*, quippe non quærit margaritas falsas: species unionum inflatas, splendore ficto inanes; sed uniones.

Plin. *Nil valet extima species in momenta pretiositatis.*

12 Adhuc nota *Bonas margaritas.* Si margaritæ non bonæ non margaritæ; ad quid additur bonitas, dum exponit margaritas? Quia pretiosiores, puriores, magnitudine, candore, orbe, lævore, atque pondere præstantes inquirit: ideft; inter margaritas quærit optimas. Optimas? Grave occurrit argumentum, sed delicabitur pro stimulo Monachorum. Si margaritæ sunt fideles, & etiam addicti perfectioni Religionis, qui quidem instituto debent esse perfecti, dum illi boni; cur de sæcularibus non exprimitur, quòd sint bonæ margaritæ; & de Monachis dumtaxat, quòd sint bonæ? Utrumque utriusque signat obligationem, & ad perfectionem, & ad legem. Sæculares cùm impleverint præcepta, sunt magnæ pretiositatis: ni plus fecerint Religiosi, servi sanequàm inutiles: & meditanter bonitas subticetur in mundanis, & exprimitur in Monachis; quoniam sæculares ni boni, non Margaritæ, & Monachi non bonæ, ni sint perfecti.

*In Monachis ne cessaria perfectio.*

Clariùs igitur. Bonitas utriusque nitet per symbola unionum, tùm in mundo, cùm in Monasterio: & inter bonas margaritas, solum exprimitur Religiosi bonitas; quia Monachi ni optimæ sint margaritæ, non sunt margaritæ bonæ. Si status illustrior, haudquaquàm Monachus præstabit, ni sit perfectior. Si magnus uti cæteri, non magnus. Non pretiosa margarita, ni excesserit in pretio minuta grana. Non magnus, ni maior: non perfectus, ni perfectior: non pretiosus, ni pretiosior: igitur in rete extra mare mundi, in littore Monasterij, pisces homines (qui videntur iuxta Habacuc *quasi pisces maris*) haud reprobantur quia mali, sed quia non optimi.

Luc. 19. 26. *Ubi non incrementum, dispendium summum.*

Habac. 1. 14. Matth. 13. 48.

13 Priusquàm finiatur apodosis, seu collatio margaritarum & Monachorum, celebris contrapositio pulsat animum. Baltasar rex damnatur publicâ sententiâ, digitis vindicis superioris in pariete descriptâ, & exhibetur causa, igitur *inventus es minus habens*, appensus in Nemesis statera. Etiam ser-

Dan. 5. 27.



vus, cui Dominus, prænij nostri solicitus, commisit unum talentum, damnatur in barathrum. Diversa patent coram iudice acta, sed in utroque una damnationis fulminatur sententia: *Inutilem servum ejicite in tenebras exteriores.* Cur ergo hic servus multatur terribili pœna, dum minimè apparet culpa? Damnatur iure Baltasar, quippe minus quàm credita solvit: servus autem talentum creditum reddidit. *Ecce* (ait) *habes, quod tuum est.* Ex eo non perdidit quicquam: quo igitur iure condemnatur sicut Baltasar nequam? Iurè damnatur. Hic servus erat, & intra familiam creditoris, qui commisit talentum sicut cæteris; ut negotiaretur in sui commodum, he exensaretur, quia non habebat talentum. Baltasar erat profanus, seu sæcularis, cui incumbebat adimplere præscripta legis. Neutiquam respondet creditis Dei servus, quo respondet sæcularis vel profanus. Iuxta instituta commendantur opera, ac perfectioribus debent esse perfecta. Plus requiritur in uno quàm in alio, quippe sæculari sufficit, quòd sit bonus; & servus Dei debet esse perfectus: quod quidem nequit consequi, ni plus quàm facit sæcularis, fecerit. Hic peccat, si frangit legem; servus Dei si abdixerit perfectionem: & sæcularis damnatur, quia in creditis habet minus; & servus damnatur, quia non habet amplius.

Matth. 25. 30.

Vers. 25 *Si non habet amplius, habet minus.*

14 Non ad turbas, sed in discipulos à Christo dirigitur huiusmodi sermo: *Dico autem vobis.* Meritò dirigitur, ut Monachi in officijs instruantur: igitur cùm in culmen perfectionis anhelare, virtutem quousque consequantur, sequi, & mortem usque prosequi, constringant vota; aderit meritò pœna, si talentum restituitur sine usura. Illis dicit, queis plus committitur in negotiatione, ut studeant ambitiosè utilitati: quandoquidem erit æqua cum sæcularibus lanx, si non invenerit plus. Monachis dixit, quæ dixit Apostolis, igitur monasticum æmulatur institutum apostolicum. Servus Dei ingressus est cum talento serviturus Domino, ut lucraretur alia monastica disciplina. Talentum habet, sed otiosum, parvipendens quòd sine emolumento fieret dispendium: magis semper ac magis debet acquirere, ne inveniatur in iudicij statera minus habens: plus solicitare debet flammiferum cor, & otio negligit plus: unde discussa causa, peracta vitâ, patitur dirum cruciamen, quia invenitur cum eodem talento, quo ingressus est Religionem. Hisp. *Entrò con un talento à servir, y le castigan por faltar como se entrò.* Talenta adscribuntur iuxta aratem, & conversationis tempora, etsi multi consummati in brevi tempora expleverint multa. Non minus habet Monachus, quàm dum ingressus; & vapulat iurè, quia non habet amplius: igitur maxima culpa, habere talentum, & non habere talenta. Lucro talentum datur, & in negotiatore est dispendium quod non lucrum; siquidem ita ociosè inventus, quasi numquàm talento negotiaretur: unde integro & salvo talento, appenditur minus habens defes Monachus, quasi post tempora & tempora negotiationi propriæ non fuisset tempus. *Sed* (ut canit Iuvencus lib. 4. *Hist. Evang.* v. 236.)

*Negotiator qui plus non acquirit, parta perdit.*

— *Major quibus est concredita portio numi*
*Certatim duplis auxerunt munera donis:*
*Et nequam servus tenebras demersus ad imas*
*Perpetuos sletus pœnæ stridore frequentat.*

Iuvenc.

Gravis profectò intelicitas, perire, ubi salvantur reliqui. Gravior paupertas ubi alij inveniunt cumulatè divitias: sed erit potrò gravissima, nihil lucrari, ubi socij acquirunt plura talenta.

15 Etiam invenitur exemplum in symbolo propositi unionum. *Neque idem partus à diversis editur* (inquit Rondeletius p. 2. lib. 1. cap. 52.) *cùm in variis ostreis aliquando uniones reperiantur, aliquando nulli.* Ostrea, seu conchæ Monasteria sunt. Ibi è cœlo in corda descendit ros: æque spargitur, sed diversimodè accipitur; etenim pro qualitate recipientium, ita distat singulorum negligentiam propositum, ut sub eodem cœlo, in eodem salo vel solo, ex eodem rore interdum reperiantur uniones perfecti, & interdum vel nulli, vel falsi. Bonum semen seminatum fuit in agro pectoris: unde ergo habet zyzania? A negligentia cordis, quod convertit in lolium præstantissimum triticum. Hem! Nonne seminanti gravissima pœna, quòd grana electa pro lubito sint zyzania? Quòd sit margarita falsa, si esse potest margarita? Quòd in hoc nihil sit roris, dum in alijs inveniuntur pretiositates? Quòd hic prodeat acuminata spina, & ibi rosa pulcherrima: Quòd in diversis idem ros sit uniones & lentes, inanitas & pretiositas, fortuna & miseria, divitiæ & inopia? Unde tanta calamitas? *Pro lege eis est desideriorum voluptas* (ait SS. Confessor Domini Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 1.) *cùm quicquid putaverint, vel elegerint, hoc dicunt sanctum, & quod noluerint putant non licere.* Servant sæculo fidem, ingredientes Religionem. Corpus tradunt Monasterio, sed fidem mundo, ut habitu quo ostenditur fides, tegantur sæculares cogitationes. Sequuntur quam fugiunt patriam, nativitatis gle-

*Negligentia convertit bonum in malum.*

S. Bened.

*Amor sæculi origo relaxationis.*

glebam, dulcem insaniam, voluntariam amentiam (aptiùs dicam) seminarium criminum, fomitem iniquitatum, radicem amaritudinum, depositum pravorum affectionum, originem relaxationis, & zyzania, quæ super seminavit astutia dæmonis: quin dignandi titulo unionis, perpendant, impossibilem esse margaritam, nisi extra patriam.

*Cuius oblivio in perfectionem juvat.*

16 Margaritæ *Deserviisse iuvat mare*: ait Petra-Sancta de *Symb. heroye.* lib. 1. cap. 5. igitur tunc afficit & allicit oculos pretiositas splendoris, ac splendor insitæ pretiositatis: & Monachus margaritæ confertur, dum intra claustra recluditur; quoniam ut rutilet virtutis spectabile pretium, iuvat deserviisse mundum, oblivisci patriam, domum paternam, seu potiùs omnem sæculi affectionem; ut quam sequi dicunt, obtineant felicitatem.

*Hortus Hesperidum.* Plin.

Mala Hesperidum ab Antiquis symbola proferuntur summæ felicitatis, quia horti ubi nascebantur beatorum sedes: igitur iuxta Plinium lib. 19. cap. 4. *Antiquitas nihil priùs mirata est, quam Hesperidum hortos*: quos floridè describit Lucanus lib. 9. v. 360.

Lucan. ——— *Fuit aurea silva*
*Divitiisque gravis, & fulvo germine rami,*
*Virgineusque chorus nitidæ custodia luci.*
*Et numquam somno damnatus lumina serpes.*
*Abstulit arboribus pretium, memorique laborè*
*Alcides: passusque inopes sine pondere ramos &c.*

Aptè cadit non ut fabula in Christum, hominum infelicium exulum dilectorem, contra serpentem misanthropum dæmonem: quandoquidem ab illa aurea paradisi silva, divitijs gravi, & fulvo germine, relegato homini restituit felicitatem, & abstulit sanguine proprio consecutionis laborem, vincens & vinciens serpentem, ostia pandens, portas evertens: igitur superveniens forti fortior, eius arcus confregit, scuta combusit, abstulit arma, & distribuit spolia:

Senec. *Aurifera vigilis spolia serpentis tulit.*

Dicam ex Senec. in *Hercul. fur.* Act. 2. v. 238. Patet alexicaci, & malorum nostrorum depulsoris victoria: sed contemplemur, quà itur ad astra.

*Flumen Lethe in horto Hesperidum*

17 Huiusmodi locum, sive hortum circumit fluvius Lethes. *Ante oppidum fluvius Lethe, locus sacer, ubi Hesperidum horti memorantur*: ait Plinius lib. 5. cap. 5. quem fluvium *Stagnum* dicit, lib. 37. cap. 2. Diciturque *Lethe* (Hebraicè *Laadam*: ut observat Bernardus Aldrete in *Antiquitatib. Africæ* lib. 4. cap. 13.) vel à *voluptate* iudicium devorante vel ab *oblivione*: quod astruunt ferè Profani, & canit Lucan. ubi supr. v. 355.

Lucan. *Quam iuxta Lethes tacitus prælabitur amnis*
*Infernis, ut fama, trahens oblivia venis.*

Claret mythologia, ut excitetur ad labores qui cupit aurea mala, maximè dum habet ducem Alcidem, draconis ignivomi atque vatri victorem. Horti huiusmodi Monasteria sunt, ubi homines infelices, ne sint, currendo confugiunt; ut poma Solis & Lunæ, fructusque cœli conversatione Angelorum nanciscantur: sed transeundum est flumen Lethe, voluptatis index: quippequàm ingressus in huiusmodi hortum, seu cœlestem in terris paradisum, non debet dirigi ad capessendam voluptatem, sed corporis mortificationem: etenim non obtinentur aurea pretiosa poma, nisi voluptate transacta. Qui voluerit sequi Herculem, *Tollat crucem*: Manus stillare debent myrrham, & probatissimam; videlicet, valdè amaram: quia amplecti debet laborem, non voluptatem: igitur ut fungatur imitatione, & simul felicitate; animus indiget cruce.

Matth. 16. 24.

18 Nova luce etiam micat mythologia. In mundo degunt homines, & velint nolint, vel in delicijs agnoscunt amaritudines, blanda fraudum pabula, atque gaudia felle imbuta. Sitiunt gaudia vera, perpetua cupiunt pascua, & conantur in perpetuam felicitatem Hesperidum poma. Cutrunt à fraudulento mundo in Monasteriorum hortum, ubi vera & aurea mala effulgurant Hesperidum, in propriam ambientium utilitatem; & inveniunt ut transeant flumen Lethen, oblivionis indicem: igitur haud gaudebit ullus horti felicitate, ni obliviscatur penitùs gaudiorum mundi: quandoquidem *Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò*, aptus est regno cœlorum. Comprehenditur iuvenis fugiens manus ministrorum satanæ, & trudetur in carcerem, nisi dimiserit sindonem.

Luc. 9. 62.

Marc. 14. 52.

19 Panditur iter in propositum Didascaliæ, & auctoritatem N. Protoparentis Benedicti. In Monasterio tanquàm in horto bonorum cœlestium, aureorum pomorum, animæ gutturi dulcium, habitant plerique; verùm minimè gaudent felicitate, & sunt quasi non essent in beatorum mortalium requie. Cur ergo? *Pro lege eis est desideriorum voluptas*: & ubi appetituum voluptas, non est animæ felicitas: etenim fatagentes vero frui gaudio, fraudantur iure à desiderio suo; quippe sequuntur fatuè desiderij pravi voluptatem, cùm sequi debeant non voluptatem, sed legem. Voluptas illis lex

*Sine ulli vinet mundi Monachus ma gaudet felicitate*

*Non est felicitas in lege voluptatis.*

S. Ben.



Ibid. lex est: igitur *quicquid putaverint, vel elegerint, hoc dicunt sanctum*: & *quod noluerint putant non licere.* Unde nihil felicitatis in ipsa felicitate obtinent; quoniam sequuntur quæ volunt, nequaquam quæ proficiunt: sanctitatem quàm eligunt, non sanctitatem; legem voluptatis, & non legem, anxiè solicitantes frui voluptatibus in Religionis horto, quas estò velint, sequi possent, sed consequi nequirent in sæculo. Hinc ambitio, hinc fastus, hinc luxus, despectus æqualium, etiam Superiorum, qui ob intuitum beatitudinis, dignati sunt esse æquales. Ingrediuntur non ut aliquid redigatur ad nihilum, sed ut nihilum sit aliquid. Hisp. *No entran à dethacerse, sino à hacerse.* Scandalum ipsis, & etiam alijs, quia intruentur, & conantur in Religione tantummodò voluptatem, minimè legem, & appetitus mortificationem: utilitatem, non crucem: cùm sanè certum, quòd evanescat perfectio, imperterransito Lethe, voluptatis fluvio.

*Sed in voluptate legit.*

*Non obtinentur in Monasterio pretiosa, dum abest mortificatio.*

*Unde relaxativi*

20 Audiatur Petr. Damianus *Opuscul.* 21. *cap.* 2. ubi ita floridè fatur: *Qui numquam ad hanc potuit pervenire scientiam, ut perfectè Monachus videretur; nunc ipso die quo in prælatione constituitur, ita præsidentis induit speciem, ita dominantis exprimit maiestatem; ut non nuper electum, sed natum dicas Abbatem. Fit repentè severus in vultu, imperiosus in voce, ad corripiendum acer, ad iudicandum promptus. Ipse si offenderit, iam omninò satisfactionis ignarus, dedignatur accumbere nisi in oblegona sella, ita præparata, ac si senatoria Curulis in curia. Pro suæ voluntatis arbitrio hæc præcipit fieri, illa contestatorie interdicit, ligat, solvit, admovet, removet; & in his omnibus nequaquàm à nobis senioribus consilium quærit, sed sibi ipsi sufficiens, velut propriæ potestatis iura disponit. Devotis quidem & subditis pollicetur gratiam, repugnantibus autem Phalarica spirat animadversione vindictam; ut potius videatur in prefectorijs fascibus agere, quàm Ecclesiasticæ humilitatis officio deservire*, &c. In his etiam & alijs pluribus, quæ persequi longum est, ita subitò magister efficitur; ut in tota præfidendi regulâ veluti barbato prudentiæ Patri, sibi nec offendere videatur. Quàm doctè, quam imperiosè novit cuncta, velut quadam maiestatis auctoritate, præcipere; qui diutissimè subditus numquam novit suis præceptoribus obedire! O capita! O capitula!

*Effectus relaxationis.*

P. Damian.

Rimatur Bernardus de *Gradib. Humilit.* cap. 16. *Qui enim alios se præcedere putat, quomodò non plus de se, quàm de alijs præsumat? Primus in concentibus residet, in*

*Tanquàm Monachi descriptio.*



*consilijs primus respondet, non vocatus accedit, non missus se intromittit, reordinat ordinata, reficit facta. Quicquid ipse non fecerit, aut ordinaverit, nec rectè factum, nec pulchrè existimat ordinatum. Iudicat iudicantes, præiudicat iudicaturis.* Quid ergo dicemus ad hæc? Astruit Guericus de *Ultim. Cœn.* Serm. 3. *Multi hunc panem comedunt, quia Religionem quam prætendunt in verbo, non ostendunt in facto. Alijs lugentibus rident, alijs dolentibus gaudent, corpore claustrales, mente vagi, & numquam stabiles, pigri ad lectionem, tardi ad orationem, in Ecclesia dormientes, in refectorio vigilantes, extra chorum pro infirmitate frequentius remanentes. Quid aliud isti miseri agunt, nisi quòd panem intinctum comedunt?* Conversio corporis si sola fuerit, erit nulla: forma quidem conversionis est, non veritas, vacua virtute conversionis; gerens speciem pietatis. Sanctitatis vultus, sed sophisticus, nam religio simulatur in facie, quæ minimè geritur mente: sanctitas velle, non corde, agnus in publico, lupus in angulo, foris discipulus Christi, intùs discipulus diaboli.

Bernard. *Et negligentia flamm.*

Guerr.

21 Hæc ne conversio? Fit sanè à sæculo in Religionem: & sine religione amor dominatur sæculi? A peccatis ad pœnitentiam: & sine ullo amplexu pœnitudinis, gaudet animus criminibus geminatis? A vitijs ad virtutes: & in virtutis schola prævalent vitia? A voluptate ad continentiam: & sine continentia rationis, fræno carnis, prolabitur animus in desideria cordis? A superbia ad humilitatem: & pectus sequitur vana, ubi humilianda superbia? A vanitate ad veritatem: & vocatur sanctitatis veræ cumulus, dum species, & non amplius? A cupiditate ad charitatem: & plauditur charitas, ubi solummodò regnat carnalis cupiditas? A voluntate propria ad voluntatem Dei: & astruitur pro voluntate legis, lex propriæ virulenta voluntatis? A carne ad spiritum: & extollitur perfectio, ubi spiritu sepulto; patet homo caro & caro? Ab exterioribus ad interiora: & plaudetur Religio, si corpus in claustro, & mens in foro? A malis in perfectionem: erit ne perfectio virtutum, dirigi vitam in perfectionem malorum? Denique à creatura ad Creatorem: & gravi corde diligit Monachus vanitatem! Hæc non est conversio, sed Religionis subversio. Quanam ergo? Audite Anselmum Carm. de *Mund. contemptu & Monachor. vita.*

*Conversi finis propositum irritum.*

*Vovistis fratres, vovistis, vestra rogamus*
*Vivite solicti reddere vota Deo.*

*Verè conversi.*

*In maiestatem divinam peccat abundè*
*Quisquis, quæ non vult reddere, vota vovet.*
*Vovistis Domino vestros convertere mores:*
*Iam non peccetis, sit modus & vitijs.*
*Nunc humilis vivat, qui vixerat ante superbus:*
*Sit castus, quisquis luxuriosus erat.*
*Quærebat census aliquis? Captabat honores?*
*Huic iam vilescant census, honorque sibi.*
*Gaudebat dapibus, gaudebat diuite mensa?*
*Nunc tenuem victum sobria cœna dabit.*
*Hæc veniam fratres conversio vera meretur:*
*Hæc valet offensum flectere vita Deum.*

22 Aliter (ni fallor) concipiunt, qui aliter ampléctuntur Religionem, quærentes in sui abnegatione, quæ sua sunt, non quæ Iesu-Christi: non sic vetsi, sic indui, sic legere, sic psállere, sic corripere & corripi, cæteraque huiusmodi. Unde cum oppositum inveniatur, quàm fuit conceptum; tunc phlautiâ voluntas propria à se agitata, omninò percita (ut de *Conversi. ad Cleric.* cap. 6. inſit Bernardus) *exilit vetula furens & totius oblita languoris, procedit horrentibus comis, veste lacerata, pectore nudo, scalpens ulcera, frendens dentibus, & arescens, atque ipsum inficiens aëra flatibus virulentis, dicens: Unde hæc nova Religio? Facere iubes ut libet, sed invenietur qui novis decretis obviet, qui novis legibus contradicat.*

*Repugnantia voluntatis decreto legit.*

*Bernard.*

23 Haud aliâ causâ de his spiritu frigidis, in medio ignis algentibus, in motu & volatu desidibus, ait Dominus: *Convertam reversionem tuam.* Perpende *Reversionem.* Iam conversi erant, ut cognoscerent planè Deitatem: & dicit in ipsa conversione reversionem; quippe cognitione, miraculis, felicitate, atque summis bonis ipsa corda conversa reversa sunt ad idola. Pro *Reversionem*, Aquila, Symmachus, & alij legunt: *Convertam captivitatem tuam.* Appositè quadrat Monachis, qui ingrediuntur Religionem intuitu procul virtutis: igitur cùm non ut convertantur, corda convertant, sed ut specie Religionis genio licentiosè indulgeant; dum à vitijs quasi idolis ad veritatem magis convertuntur, magis ac magis vitijs quasi catenis ex calybe captivantur. Perquàm cautè N. Patriarcha *Regul. Sanct.* cap. 58. ait: *Noviter veniens quis ad conversionem, non ei facilis tribuatur ingressus.* Probetur priùs, an intuitus sit mentis, vel carnis: ne fictè quærens animæ conversionem, incidat in infelicem animæ captivitatem: ne spreto fervore novitio, pro conversione in idola fiat reversio.

*Ezech. 16. 53.*

*Aquil. Dum fidè convertuntur, magis vitijs illaqueãtur.*

*S. Bened.*

24 De regni pompa solicitus, de conservatione amplius, quia à tyrannide perculsus, ne quod industriâ peperit, iure, ac legibus periret; audito Magorum in urbe adventu, & novo regi gratulationis intuitu, Herodes turbatus est. Tyranno nonnumquam pavidam cor. Ille autem ut sciret, an notitia, rumor sive otium famæ, vel periculum coronæ; *Diligenter didicit ab eis tempus stellæ, quæ apparuit.* Ad quid ergo tempus solummodò inquiritur apparitionis, dum inquirere debuisset tabulas iuris? Ut vel ille meritò de tyranide timeret, vel Magorum vocationem despiceret: igitur si flamma vocationis duravit tempore parvo, lux quæ fulsit non è cœlo. Vocati sunt Magi ad veritatem ex superstitione: & diligenter observatur tempus stellæ; quippe si non è cælo, sed ex fervore prodiret, citò evanesceret. *Vidimus stellam eius in oriente.* Parum interest, si non videtur in fine. Vidimus, verùm modò in urbe non videmus. Qui conversi vident urbem, minimè retinent vocationis fulgorem. Vidimus & non videmus: si non fulget, evanuit: spem regni tyrannus concipit, dum lucem quam viderant, vocati non vident: & tantùm disquiritur vocationis tempus, & non amplius; quia verè conversa corda, si post tempus & tempus rutilat flamma.

*Matth. 2. 7.*

*Conversio vera, ubi vocationis continuatur flamma.*

25 In horto Hesperidum erat Lethe, apud aliquos invenio Lethe ut fluvium, apud Plinium ut suprà vidimus, uti stagnum. Lethe significat oblivionem, hortus Hesperidum summam felicitatem. In fluvio, vel stagno innuitur Monachorum imperfectio, vel perfectio, dum necesse est obliviscí sæculum, ut perveniant in felicitatis hortum. Nota. In flumine aqua prolabitur, in stagno detinetur: & divitem beatitudinis paradisum circumdat Lethe, oblivionis insigne; quoniam minimè obtinebunt Monachi felicitatem, si præterit, dum prætereunt mundi oblivionem: verùm erit in cordibus summa perfectio, si mundi labilis stagnatur oblivio. Nequit esse memoria cœli, quin maneat oblivio mundi: & in Monachis videntur imperfectiones, ubi ius erat effulgurare virtutes; & quia oblivionis mundi recordantur, & quia cœli memoriæ obliviscuntur. Non est conversio, ubi conversionis evanescit flamma, igitur torpescunt tempore corda: si latet in fine, lux quæ apparuit in oriente: quippe non iudicatur è cœlo, dum transit citò. Ita enim gustato fructu paradisi, aditus recludendus est sæculi; ut oblitæ voluptatis nec memoria sit possibilis.

*Memoria mundi apud veré Monachos evanescit.*

*Nec lanã guescit tempore.*

26 Inter miranda, seu potiùs incredibilia, quæ apud Sinas visa memorat Ioannes Nieuhovius in *Legation. Batav. ad Magnum Tartariæ Chanum.* p. ult. cap. 17. *Apud Lieucheu* (inquit) *in Provincia Quantung Mons Uboang, in quo fructus nusquam alibi conspecti, de quibus quisque quantum vult comedere potest, sed nullum secum auferre: quod qui faciunt, viam, qua descendunt, reperire nequeunt.* Quæ figmenta cogitationis, vera sunt in horto voluptatibus. Transeunt Monachi Lethen, mundi oblivionem, ascendere cupiunt in montem perfectionis, ut gaudeant fructibus felicitatis, & gustata suavitate fructuum, descendere nequeunt. Semper ascendendum in summa: & cum fructu viam non possunt invenire corda; quia Monachis descendere, non est via. In huiusmodi monte inveniuntur fructus numquàm alibi visi, quia mira & singularia sunt, quæ Deus præparavit diligentis se. Memoria mundi insidiatur huiusmodi fructus memoriæ, & mirabili suavitati: sed ita efficax fructus montis, perfectionis gratiâ; ut mundi penitùs aboleatur memoria: quandoquidem etsi velint, descendere nequeunt; quia evanescit iter, quo revertuntur in mundum.

*Fructus perenis Sinæ mirabiles. Nieuh.*

*Ni insit oblivio, evanescit perfectio.*

27 Inquirire possumus: Quomodò obscuratum est aurum, & mutatus color optimus? An quia errant Monachi in invio, & non in via? Quia inveuerunt singularem semitam relaxationis, cùm claudicarent in semitis suis? Singularem, inquam, semitam, quoniam oblivione requilierunt memoriam. Oblivione immundi mundi memoriam sæculi, & mali: igitur cum fructu perfectionis, haud iter coincidit voluptatis. Dum apparent flores, tempus putationis advenit, etenim non volat, qui ligatur vinculis. Non coëunt cœlestia & mundana: plerique ad missà tantùm memoriâ, qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora: parvipendunt quasi levem, mundi volitantis cogitationem, & amittunt tandem tandem avitam felicitatem. Hic opus est armis, ut arx expugnetur perfectionis, victa terrestrium cupiditate, & mundi Lethe. Hic opus est armis, hic, ut videatur Deus Deorum in Sion: igitur ut canit Arator lib. 2. in *Act. Apost.* v. 861.

*Nec lanã guescit tempore.*

——— *Nec cedite duris:*
*Virtuti damnosa quies, nullumque coronat*
*In stadio securus honor: sua gloria forti*
*Causa laboris erit: rarusque ad præmia miles,*
*Cui pax sola fuit: victoria semen ab hoste*
*Accipit, hinc oritur: Dominus plantaria vestra*
*Fœcundare volet, qui per sua dona venire*
*Ad sua dona facit.*

*Arat. Virtus numquã quiescit.*

Hæc sufficiant de nihil agentibus, & de aliud agentibus: de malè igitur agentibus, dicemus hic *Tautol. 6. Didasc. 6.*





## DIDASCALIA IX.

### *Virgo filium habet non sibi soli.*

1 ASTruit Ioann. Damascenus Serm. 1. in *Nativ. Virgin.* De humano genere Deipara nonnumquàm præclarè merita. Nubes iure plauditur, quæ pluit nobis Salvatorem, & panem de cœlo tamelicis descendentem: ita prævalente charitate in eius divinam cor: ut in suis quærat minimè, quæ sua sunt. Falsum est, quòd verum canit Terentius in *Andria*, Act. 2. Scen. 5. v. 16.

*Damasc. Maria semper humano generi consulit.*

*Omnes sibi malle melius esse, quàm alteri.*

*Terent.*

Quandoquidem dum cor flagrat charitate, cuncta dat pro dilectione. In nullo autem mysteriorum magis effulsit Virginis Matris dilectio, quàm dum filium habuit in utero: etenim expectabat suspirando, quem habebat, amplectens quem expectabat; quoniam filio contento intra claustrum virgineum, genus necdum fruebatur humanum, satagens anxiè insitæ benevolentiæ, quoniam filium, quem sola concepit, non habebat sibi soli. Ecca desiderij Virginis causa, ne sibi tantùm sui remaneret cœlestis gloria; siquidem animus purus, benignus, generosus (uti feliciter canit, licèt aliò Manilius lib. 4. *Astronom.* cap. 5. v. 41.)

*Et filiũ ostendit.*

——— *Victorque ad sidera mittit*
*Sidereos oculos, propiusque spectat Olympum,*
*Inquiritque Iovem, nec sola fronte Deorum*
*Contentus manet, & cœlum scrutatur in alvo,*
*Cognatumque sequens corpus, sic quærit in astris.*

*Manil.*

2 De uxore Abrahæ dicitur: *Sarai sterilis erat, nec habebat liberos.* Quoniam ergo habet liberos, & est sterilis; ut dicatur de Sara duplex fœtus sterilitas? Arbores nullum fructum afferentes, carent munere fœcunditatis: afferentes verò fructus inutiles, etiam dicuntur steriles; siquidem non est entitas, ubi nulla utilitas: & de Sara dicitur quòd erat sterilis, & sterilis; quippequàm fructus nec sibi, nec alijs. *Sterilis, nec habebat liberos*: igitur mater; quæ habet filium sibi tantùm, non habet filium. Virginitas sterilis est: ac Virgo virginum plauditur fœcunda virginitate, quoniam quem filium haber, non sibi soli.

*Genes. 11. 30.*

*Mater non habet filiũ, quæ sibi solummodò habet.*

3 Clarescat igitur propositum. Missus est angelus ad Mariam, ut notam illi faceret Trinitatis Sanctissimæ sententiam; in qua completa Virginis vota, & versa in gaudia suspiria: scilicet Verbum Patris adventurum in carne, assumenda de Virgine. Iam enim venerat plenitudo temporis, ut mitteretur in terras, & restauraretur humana felicitas, Deo homine facto (inusitato mysterio) quem verè mater & virgo *concipies in utero, & paries*: dixit Angelus. Ad quid ergo *Paries*, si iam dixerat *Concipies*? Partus sequitur conceptionem, & signat partum? Iurè. Conceptio filij fuæ dumtaxat signabatur gloriæ, partus humanæ naturæ: quippe ni conceptum parceret, homini misero quasi numquàm concepisset.

Luc. 1. 31. *Virgo habet pro gloria, gloriam humanæ naturæ.*

4 Ulteriùs. Incarnatio Verbi Dei subsidium erat nostræ conditionis, & partu Gabriel blanditur ingenio Virginis. Vota eius in nihil ampliùs intenderant, quàm invisionem Verbi Dei, hominis facti; ut homines servi diaboli per originariam culpam, liberentur, nanciscerentur per gratiam. Angelus Domini nunciavit Mariæ, quæ quidem nuncio tota exarsit amore. Descensus Verbi, & in eius viscera, virginea claustra, lætitia replevit cor; sed audito partu plus. Plùs? Utique. Deum hominem concipiebat sibi soli, cæterùm in lucem productura erat universæ naturæ: ibi cordis abundans lætificatio, sed in partu totius gaudij plenitudo. Unde ut magis inoleſceret pectoris virginei gaudium; addit Gabriel etiam partum, post Verbi Dei in gremio matris conceptum: siquidem gaudium maius Virginis genitricis, quòd filio gaudeant uti proprio, universi rationales.

*Magis illi placet alienum quàm proprium.*

5 Ultrà. Semper conceptus attribuitur genitori, tamquàm fructus in propria hæreditate: ideo frequens phrasis in Scriptura, *Pariet tibi*: Genes. 16. 15. 16- 18. 19.21. Levit. 18.11-2. Reg. 11. 27. & Luc. 1. 13. etiam apud Profanos. Seneca in Herc. Oetæo Act. 4. v. 1494.

*Tibi illa pariat quicquid ex nobis habet.*

Senec.

Si filius possessio generantis; cur filius qui à Virgine sola genitus, non dicitur possessio genitricis? Quia talis filius, & à Virgine tali conceptus. Cæteri hominum nascuntur in subsidium, atque solatium parentum: Christus verò in consolationem omnium hominum: & Angelus dicit, *Concipies & paries*: sed non *Tibi*, licet sola genitrix; quia huiusmodi fœtus non est matris, sed possessio dives inopis hominis. Sol oritur plenus radijs: ergo nascitur cunctis. Non attenditur à qua oritur, sed cui oritur: non cogitatur quæ parturit, sed cui peperit: lex humanæ facet naturæ, non genitrici: & minimè Virgo filium adstringit genitricis legibus, quippe Sol nascitur omnibus.

*Filium peperit humano generi.*

6 Hinc intelligitur illud Angeli ad Ioseph: *Quod in ea* (ait) *natum est, de Spiritu Sancto est: pariet autem filium.* Nativitas signatur filij in ea, & ex ea: in qua duplicis nativitatis expressione, erga humanam naturam amoris Virginis demonstratur insigne. Gloria Mariæ fuit, quòd in ea nasceretur Filius Dei. Si sibi retineret, quod in ea natum; suam quæreret utilitatem, & non hominem. Felicitas hominis est felicitas Virginis genitricis: & postquàm filius natus est in ea; *Pariet*, dicitur, ut eius rutilet gloria: etenim filium quem gloriosè concipit, non habet, ut retineat; sed ut hominibus pariat: igitur eius rutilat dilectionis vehementia, dum filium proprium, ut proprium habet humana natura. Magni facit, quòd Verbum Dei natum in ea, verum pluris quòd ex ea. In ea, sibi soli: ex ea, humano generi: & cessit honori hominis honor singularis genitricis; quoniam intendens in ampliorem honorem, dumtaxat cogitat propriam, hominis felicitatem.

Matth. 1.20.

7 Contemplemur diligenter Virginis votum, ut amoris singularis diluceſcat argumentum. *Quis mihi det* (ait) *te fratrem meum, sugentem ubera matris meæ, ut inveniat te foris, & deosculer te, & iam me nemo despiciat!* Floridè Mariana hic cecinit:

*In cuius voto mira dilectio.*

Cantic. 8.1.

*Quis daret fratrem mihi te esse quondam*
*Matris & mammis alitum benignæ,*
*Te in foro amplecti licitum feciſſet,*
*Nemoque carpat!*
*Id quidem votum, reliquum dolenti,*
*Te manu captum trahere in cubile;*
*Ædibus nostris tacitam docebis*
*Quæ tibi grata.*

Mariana

*Quis daret?* Vota innuit: sed quæ vota? Si in utero habet, quid quærit? Ut quid fratrem, si ut filium habet? Quem non amisit, inveniet? Quem possidet, cupit? Foris inquirit, quem intra viscera claudit? Quid coram oculis spinther pectoris? Quodnam in voto Virginis iam matris studium? Nostrum emolumentum. Perpenderis cuncta, haud levi pede lustranda.

*Quamobrè Virgo desideraret, quod habebat.*

8 *Quis mihi det* (gemit) *ut inveniam te foris!* Quis mihi det? Sed tu Domine usquequò? In utero habeo, quando te Dilecte videbo? Quis daret, ut te viderem, & mihi daret! *Mihi.* Tibi? Supervacua postulatio. Si per partum cupis, ante partum habes. Tecum est, intus est: quid est hoc? Quod cupis, renuis. Parere est expellere. Expellere intendis, quod tibi fitis? Post partum, hominis est; non tui: qua ergo lege tunc desideras tibi, quod habent cæteri? Si foris est, tibi non est: tandiù erit tibi, quandiù habueris in ventre: & tibi arrogas, ubi filium dilectum expellis foras? Utique. Ita enim studiosa erga genus humanum Virgo gloriosa, ut propria arbitretur generis emolumenta. Verbum Patris habebat uti proprium ante partum, cæterùm homines habebant post ortum: & dum foris potiuntur homines Verbo Dei, homine facto; tunc potitur mater virgo: quippequàm gaudia hominum conditione mœrentium, est genitrici potissimum gaudium.

*Tunc magis filium continet, dum hominis tradit.*

9 Illa mulier quam Ioannes prospexit amictam Sole, conculcata Phœbe, atque redimitam astris; signum magnum apparuit Matris Virginis: igitur varietas lucis, singularitas ornatus, pulchritudo cultus, & speciositas vestium, portendebant cuncta mysteria Reginæ cœlorum. Expectationis arcanum exprimit Ioannes, & infit: *In utero habens clamabat parturiens, & cruciatur, ut pariat.* Non in partu uti fœminæ cruciatur, sed pro partu: idest, *Mente*, uti hic *Concept. 9.* Ioannes Haye luculenter observat: hinc dumtaxat cruciatur, ut pariat. Unde igitur habent originem tantus clamor & cruciamen? In partu non patitur, quippe fuit sine dolore, uti conceptio sine voluptate. Si pro Verbo est, secum haber. De quo dolet? Habere secum, arbitratur incommodum. Verum utique, Virginem habere claustram universam cœli gloriam: & etiam verum hominem minimè potiri gloriâ, quandiù mater habebat in clausura. In ortu hanc gloriam homo feliciter nanciscetur: & ut pariat genitrix anxiè cruciatur; quia habet ut cruciamina, quæ maxima sibi gaudia, modò non habeat humana natura.

Apoc. 12.2.

Haye.

*Quæ non habet humana natura, non esset gaudia.*

10 Nota igitur amorem, dum mentis exprimit Virgo pro partu cruciamen. Dum Verbum concepit ventre, amicta fuit Sole: & cruciatur ut pariat, & Solem in lucem edat? Solem à se expellere, erat privari luce; siquidem tamquam per crystallum per corpus Virginis pellucebant radij Solis: & intendit parere? Intendit: Dum Christus erat in Virginis claustro, lucebat Virgo; sed cæcutiebat homo. Necesse erat, ut homo visum reciperet, quòd iux Solis à genitrice Aurora recederet: & cruciatur ut pariat, quantumvis lucem amittat; quia ob vehementiam dilectionis, splendor Virginis Matris pendet dumtaxat à splendore generis. Prius enim iucunde dicebat: *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Cherubim respiciebant se mutuò: fulgebat in cordibus redamatio: & modò foras dilectum desiderat, quoniam superemineantiorem viam amor demonstrat; patiturque filij absentiam ab utero, ut homo truatur amantissimè dilecto. Amor qui quærit dilectum sibi, amor est, verùm non magnus: erit inliguis, si sibi quærit, dumtaxat dum quærit alijs: & ut ostendat in homines amorem insignem, undecumque vehementem; Solem quasi lucida Aurora genitrix virgo producit in lucem.

*Splendor eius ab hominis splendore.*

Cantic. 2.16.

*Unde inæquis amor Virginis.*

11 Scrutemur verba, & pectoris vota. *Quis mihi det te fratrem meum sugentem ubera matris meæ!* Quis mihi det, *ut inveniam te foris!* Quis utique posset Dilecte in brachia te trahere è carcere uteri! Utinam! Mutarentur vincula, & quæ viscera, dulcius facerent brachia. O quis! Quando inruear in solamen cordis, suspensum ab ubere matris! Ut ampliùs delecter, ab ubere *Matris meæ*. Desiderij vehementia videtur pervertere verba, quia comprimit corda: & hic patet in variatione vocum, variari sensum. Nota: *Matris meæ*. Si ipsa Virgo mater est, proferat sanè: Quis mihi det inter brachia, sugentem ubera mea! quippe tunc dilectus inter ubera commorabitur: at *inter ubera matris meæ*. Quænam hæc mater, dum illa genitrix & sponta? Natura humana. Omnis homo filius est humanæ propaginis, & est etiam filius genitricis. Genitrix Virgo prout habet humanam conditionem, naturam humanam respicit ut genitricem: & optans faciem videre filij Virgo mater, ob naturæ gloriam: non se vocat genitricem, sed naturam: quia dum sibi filium quærit, non quærit sibi Virgo, sed magis generi humano.

Ubi supra.

*Filium quærit, ut tradat homini.*

12 Ipsa profert: *Quis mihi det te fratrem meum!* Frattem? Utique: aliquid innuit magni, ubi mater minimè se vocat matrem, sed sororem. Fratris tantùm est desiderium. Frattem exoptat, quem habet filium? Dum officium cedit genitricis, ingentis amplexitur dilectionis. In Christo igitur inerat duplex inspectio, & hominis, & filij: ut filius respiciebat Virginem matrem, ut homo intendebat in naturam genitricem. Ut homo respicit omnes tamquàm fratres, ut filius solummodò viscera Virginis: ac inter geminam inspectionem, genitrix solicitat filium uti fratrem; quoniam mavult gratiam filij toti generi, quàm sibi soli. Fratrem nominat, quem potest filium, fatagens mater de utilitate hominum: igitur renuntiat charitas auctoricati matris; & remanet genitrix inter homines tamquàm

*Et se plaudit sororem, dum matrem.*

unus

unus ex illis. Quid mirum ? Dum pectus flagrat, prodigia cogitat : & Virgo, quem habet in utero, optat filium dilectum in medio uberum ; ut introducat in domum genitricis matris omnium.

*Cur amor Dei præstantior in mysterio Eucharistiæ, quàm in Incarnatione?*

13 Quæstio iucunda substituit animo, videlicet, Amor divinus an tenerior in Incarnatione condienda, vel in Eucharistia? Verbum infans, sine maiestate maiestas, mortalis immortalitas, adstricta immensitas, passibilis impassibilitas, temporalis æternitas, impotentia omnipotentis, depressio Creatoris, atque exinanitio Deitatis in formam servilem, ut impossibilia gravant humanam cogitationem ; & amori superanti impossibilia, conceditur iure laurea. Cætera ergo prodigia pendenda, esto magna, quasi nihili, ex suppositione primi miraculi. Nihilominùs tamen D. Thom. *Opusc.* 57. plaudit Eucharistiæ Sacramentum *Miraculorum maximum* : igitur divitias Christus Dominus erga nos amotis effudit, dum in hoc omnium *Mirabilium memoriam fecit*. Si in Incarnatione vel impossibilia vincuntur, quomodò Eucharistia miraculum maximum ? Incarnatio Verbi divini opus utique singulare, decor humanæ naturæ, tamquam nexus cœli & terræ ; cæterum gratia hypostaticæ unionis, omnimodè mira, unicæ humanitati fuit collata : in Eucharistia sumit unus, sumunt mille, tantum isti, quantum ille, quia donum universale : ex dono, & modo, amoris cognoscitur magnitudo : & ampliùs plauditur Eucharistiæ, quàm Incarnatio ; quippequàm gratia maior notis insignibus, quæ datur omnibus. Hinc voto Virginis, ut filium videret foris. In utero sibi, extrà nascebatur generi. Intendit amor in genitricem naturam, & filij gloriam : siquidem gratia eius adventus cognoscitur vera, ubi generalis gratia.

D. Thom.

Psal. 110. 4.

*Agnoscitur magnitudo amoris ex extensione liberalitatis.*

14 Ad vitam revocato filio viduæ Naimitæ, fama miraculi crevit, quam audiens Baptista in carcere vinctus, misit duos discipulos ad Dominum, dicens : *Tu es qui venturus es, an alium expectamus* ? Si non audisset miraculum, interrogatio haberet effugium : sed audientis miracula, fides ambigua ? Non potest dubitare, quod dubitari non potest. Quod illi minime creperum, exprimit dubium ? Ille vel ab utero cognovit, & modò ambigit ? Utique. Aliquid rimatus est in miraculo dudùm patrato, ut pectus percelleretur scrupulo. Sol Christus ortus est cunctis, quorum sanitas in pennis divini Solis. Extendit alas in gratiam, & unicum tantùm è tot mortuis revocavit ad vitam. Favor illius, uti Solis, universalis hominibus cunctis. Contraxit amoris favorem, cùm ingrederetur civitatem : quod audiens Ioannes, & sciens illum esse, interrogat, an sit ille : quoniam illius gratia semper extenditur to i generi.

Luc. 7. 19.

*Liberalitas Christi erga homines quotid.*

15 Inde quomodò intuitu Baptistæ responderit. *In ipsa autem hora* (subdit Lucas) *multos curavit à languoribus & plagis; & spiritibus malis, & cæcis multis donavit visum : & respondens dixit illis, Euntes renunciate Ioanni quæ audistis, & vidistis.* Nulla est infirmitas pertinax cœlesti medico : cuncti valent sine morbo, quoniam antidotum descendit de cœlo. Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, & *Mortui resurgunt*. Hæc renuncianda sunt ? Sanè, verùm quorsùm ? Ioannes inquirit de Salvatore mundi, non de miraculorum ostentatione : an ille sit, quem cognovit Salvatorem, an ne aliam supersit posthac sperare salutem ? Hoc inquirit, & Christus tot miraculis adæquate respondit. Favor omnibus, Salvatoris erat signum, quod eius è cœlo signaturum adventum : & non dicit interroganti Ioanni, quòd sit ille ; sed quòd omnibus favor extenditur gratiæ : siquidem ex universitate ingenitę generositatis, agnoscetur plane, an sit gratia Salvatoris. Dudum uni tantùm restituit vitæ spiraculum, quod origo quæstionis : modò mortui resurgunt, quod quidem enodatio difficultatis. Ioannes haud dubitat, an ille sit, qui semper est ; sed gratia an sit illius, quam non susceperat universum genus : & Christus cunctis hominibus gratiam ostendit insignem, ut sese mundi ostenderet Salvatorem.

V. 21. & 22.

Ibid.

*Gratia communis propria Salvatoris.*

16 Proin addit Sponsa : *Ibi me docebis*. Quid docturum os infantis ? Magnitudinem amoris. Cùm fuxeris matris ubera, ibi me docebis magna. Quærit amor dilectum sibi, dicitque dilectio : Gloriam meam alteri non dabo : & dum infans fugit ubera, docetur Sponsa, quomodò crescit charitas, quin evanescat in pectore ex dilecti absentia parta felicitas : quandoquidem gratia maior ostenditur, dum extenditur gratia ; & fit eadem pluris & maioris, causa universalitatis. Vota Mariæ Verbum divinum traxerunt in uterum, quod quidem Virgo toto pectore hausit, vel dum in ipso sinu Patris invenit, in cuius utero habitu inventum, ut homo. Ibi erat dum raxat matri, & mater non quærit ibi. Foris solicitat, ut foris homo dilectum inveniat : igitur haud satiantur desiderata charitatis, ni Salvatoris gratia comprehendat omnes : ni nascetetur mundo, & nati gratiam participaret homo : igitur salutare Dei expectabat omnis caro : gratia tanta quasi nulla, quippe gratia quæ non prodest, non est gratia : & satagit amor genitricis, in utero cœli gloriam habentis, nativitatis infantis ; ut homo extensionem gratiæ cogitans in beneficio, gratiam cognoscat advenisse de cœlo : Filium quem habebat in purissimo ventre, esse Salvatorem mundi ; atque per natum hominem, homines conspectores Deitatem.

Cant. 8. 2.

*Nitor gratiæ fit in gratiæ extensione.*

17 Accipit Virgo ut meliora reponat. Multa optat, nihil sibi servat. Ut alij accipiant cuncta, requirit omnia, etenim amoris magnitudine, tenero corde, quasi interesset sua, quærit nostra. Feliciter eius charitas cantat & incantat, apud Guilielm. Hesium in *Embl. Sacr* lib. 3. Embl. 11.

*Sua Virgo consideranti nostra commoda.*

Hesius.

*Sol mihi verus amor, habeat Sol nomen amoris.*
*Qui solidi verum numen amoris habet.*
*Atque utinam, nostri saltem in solatia mundi,*
*Orbis amor parvi Sol novus esse velit!*



## DIDASCALIA X.

### *Virgo Maria mater ad templum.*

Ambros. *Ductrix virginum & doctrix Virgo-mater.*

1 Intonat Ambrosius lib. 2. de *Virginib.* O novam gloriam! Novam, ut afferantur Regi virgines post eam, trito iam itinere devio naturæ in virginitate, ut sequantur agnum quocumque ierit. Melius quàm Dianam imitabuntur Mariam : igitur quod fictum, factum.

Venant.

*Inde Dei genitrix, pia virgo Maria coruscat*
*Virgineoque agni de grege ducit oves.*
*Ipsa puellari medio circumdata cœtu*
*Luce pudicitiæ splendida vestra trahit.*
*Felices, quarum Christi contingit amore,*
*Et quascumque facer vexit ad astra pudor.*

Succinit camœna Venantij Fortunati lib. 8. carm. de *Gaudijs vit. æter.* v. 25. De Sara dicitur : *Sterilis erat, nec habebat liberos.*

Gen. 11 30.

Illustris omninò, sed fugit filiorum honos. Alij ut vidimus in *Exposit. lit.* legunt : *Non erat mater, quia non erat ei filius.* Haud censenda in clausulis Tautologia : siquidem coruscat in Virgine prærogativa, quod sine pignore prolis nitor singularis resplendeat maternitatis. Vide, ut fileas, supra quæ cogitas. Vide ut loquaris, & miteris. Ad templum ducitur trimula, tenera, pupa, quasi avulsa à dulcedine uberum ; sed vel tunc mater ad templum.

*Maria semper mater Christi.*

2 Attipulatur Ambrosij cogitationi Caius Sedulius lib. 5. *Carmin.* vers. 359.

Sedul.

*Hæc est conspicuo radians in honore Mariæ,*
*Quæ cum clarifico semper sit nomine mater.*

Mater, & semper ! Utique. Verum quomodò ? Huiusmodi sane miraculum fugit omninò cogitationem hominum. Florem exprimit virginitas ; fructum maternitas : qua ergo lege matris gloria, dum adhuc messis in herba ? & floret, & parturit ? Mater fuit ubi in thalamo virgineo Verbum Divinum assumpsit humanitatem, & protulit virga florem. Deinde : Modò Soror Sponsa parvula, non habet ubera : quomodo aderunt sine mensura temporis gaudia matris ? Ecce potissima gratia, & gloria singularis Mariæ, scilicet quòd sit mater sine fructu, & sine tempore.

*Quo pro digio?*

3 De nato Baptista, eius magnitudinem commendantibus miraculis, ita encomium conficitur à vicinis : *Quis putas puer iste erit* ? Si modò coruscant miracula, ad quid futuri temporis memorantur prodigia, & designantur momenta ? Ut rutilet Baptistæ amplissima gloria. Quid fit, modo inquirunt, & quod erit, dicunt modò : erit magnus ? iam est magnus : vox Verbi erit puer hic ? & iam est vox : si intenditur Præcursoris maior laus, & est quod erit ; nil plus. Hispan. *Publicaron el mayor blasón, diziendo, que era todo lo que avia de ser.* Si amplior desideratur Baptistæ gloria, & quod erit, est modò, non pius ultra.

Luc. 1. 66.

*Baptistæ gloria in quo maxima?*

4 Haud aliter cogitandum de prærogativa Virginis, ubi adducitur in templum Regis. Gloria eius eximia futura ex maiore dignitate, scilicet, habituræ gaudia matris cum virginitatis honore. Est modò parvula, mater erit ætate matura. Minime congruit penè infanti, quod aptè futuro tempori. Laus ex maiore excellentia conficienda : cæterùm excellentia humanæ cogitationi objicitur ut futura ; qua nec habebit similem, nec sequentem : & ut amplius gloria rutiler, est modò quod posthac erit ; quandoquidem mater & virgo, trimula sistitur templo. *Tunc Verbum concepit corde* : ait Rupertus in Isai. cap. 31. Tunc concepit ? Utique : ergo mater. Nonnumquàm igitur modo conceptionis adhæret honor insitæ maternitatis.

*Maria est modò, quæ futura mater.*

Rupert.

5 In flore ætatis, pulchritudinis, & pudoris, Virgini ab Angelo nunciatur restauratio humani generis ; & quomodo illa fuerit electa à Deo ex qua & in qua Verbum Patris fieret caro : ut cùm fieret, virginis antiquæ facinus nova Virgo pararet ; & unde culpa dedit mortem, pietas daret inde salutem. Turbata est Maria in huiusmodi sermone, præ profunda humilitate (quodnam

pec-

unus ex illis. Quid mirum ? Dum pectus flagrat, prodigia cogitat : & Virgo, quem habet in utero, optat filium dilectum in medio uberum ; ut introducat in domum genitricis matris omnium.

*Cur amor Dei præstantior in mysterio Eucharistiæ, quàm in Incarnatione?*

13 Quæstio iucunda substituit animo, videlicet, Amor divinus an tenerior in Incarnatione condienda, vel in Eucharistia? Verbum infans, sine maiestate maiestas, mortalis immortalitas, adstricta immensitas, passibilis impassibilitas, temporalis æternitas, impotentia omnipotentis, depressio Creatoris, atque exinanitio Deitatis in formam servilem, ut impossibilia gravant humanam cogitationem ; & amori superanti impossibilia, conceditur iure laurea. Cætera ergo prodigia pendenda, esto magna, quasi nihili, ex suppositione primi miraculi. Nihilominùs tamen D. Thom. *Opusc.* 57. plaudit Eucharistiæ Sacramentum *Miraculorum maximum* : igitur divitias Christus Dominus erga nos amotis effudit, dum in hoc omnium *Mirabilium memoriam fecit*. Si in Incarnatione vel impossibilia vincuntur, quomodò Eucharistia miraculum maximum ? Incarnatio Verbi divini opus utique singulare, decor humanæ naturæ, tamquam nexus cœli & terræ ; cæterum gratia hypostaticæ unionis, omnimodè mira, unicæ humanitati fuit collata : in Eucharistia sumit unus, sumunt mille, tantum isti, quantum ille, quia donum universale : ex dono, & modo, amoris cognoscitur magnitudo : & ampliùs plauditur Eucharistiæ, quàm Incarnatio ; quippequàm gratia maior notis insignibus, quæ datur omnibus. Hinc voto Virginis, ut filium videret foris. In utero sibi, extrà nascebatur generi. Intendit amor in genitricem naturam, & filij gloriam : siquidem gratia eius adventus cognoscitur vera, ubi generalis gratia.

D. Thom.

Psal. 110. 4.

*Agnoscitur magnitudo amoris ex extensione liberalitatis.*

14 Ad vitam revocato filio viduæ Naimitæ, fama miraculi crevit, quam audiens Baptista in carcere vinctus, misit duos discipulos ad Dominum, dicens : *Tu es qui venturus es, an alium expectamus* ? Si non audisset miraculum, interrogatio haberet effugium : sed audientis miracula, fides ambigua ? Non potest dubitare, quod dubitari non potest. Quod illi minime creperum, exprimit dubium ? Ille vel ab utero cognovit, & modò ambigit ? Utique. Aliquid rimatus est in miraculo dudùm patrato, ut pectus percelleretur scrupulo. Sol Christus ortus est cunctis, quorum sanitas in pennis divini Solis. Extendit alas in gratiam, & unicum tantùm è tot mortuis revocavit ad vitam. Favor illius, uti Solis, universalis hominibus cunctis. Contraxit amoris favorem, cùm ingrederetur civitatem : quod audiens Ioannes, & sciens illum esse, interrogat, an sit ille : quoniam illius gratia semper extenditur to i generi.

Luc. 7. 19.

*Liberalitas Christi erga homines quotid.*

15 Inde quomodò intuitu Baptistæ responderit. *In ipsa autem hora* (subdit Lucas) *multos curavit à languoribus & plagis; & spiritibus malis, & cæcis multis donavit visum : & respondens dixit illis, Euntes renunciate Ioanni quæ audistis, & vidistis.* Nulla est infirmitas pertinax cœlesti medico : cuncti valent sine morbo, quoniam antidotum descendit de cœlo. Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, & *Mortui resurgunt*. Hæc renuncianda sunt ? Sanè, verùm quorsùm ? Ioannes inquirit de Salvatore mundi, non de miraculorum ostentatione : an ille sit, quem cognovit Salvatorem, an ne aliam supersit posthac sperare salutem ? Hoc inquirit, & Christus tot miraculis adæquate respondit. Favor omnibus, Salvatoris erat signum, quod eius è cœlo signaturum adventum : & non dicit interroganti Ioanni, quòd sit ille ; sed quòd omnibus favor extenditur gratiæ : siquidem ex universitate ingenitę generositatis, agnoscetur plane, an sit gratia Salvatoris. Dudum uni tantùm restituit vitæ spiraculum, quod origo quæstionis : modò mortui resurgunt, quod quidem enodatio difficultatis. Ioannes haud dubitat, an ille sit, qui semper est ; sed gratia an sit illius, quam non susceperat universum genus : & Christus cunctis hominibus gratiam ostendit insignem, ut sese mundi ostenderet Salvatorem.

V. 21. & 22.

Ibid.

*Gratia communis propria Salvatoris.*

16 Proin addit Sponsa : *Ibi me docebis*. Quid docturum os infantis ? Magnitudinem amoris. Cùm fuxeris matris ubera, ibi me docebis magna. Quærit amor dilectum sibi, dicitque dilectio : Gloriam meam alteri non dabo : & dum infans fugit ubera, docetur Sponsa, quomodò crescit charitas, quin evanescat in pectore ex dilecti absentia parta felicitas : quandoquidem gratia maior ostenditur, dum extenditur gratia ; & fit eadem pluris & maioris, causa universalitatis. Vota Mariæ Verbum divinum traxerunt in uterum, quod quidem Virgo toto pectore hausit, vel dum in ipso sinu Patris invenit, in cuius utero habitu inventum, ut homo. Ibi erat dum raxat matri, & mater non quærit ibi. Foris solicitat, ut foris homo dilectum inveniat : igitur haud satiantur desiderata charitatis, ni Salvatoris gratia comprehendat omnes : ni nascetetur mundo, & nati gratiam participaret homo : igitur salutare Dei expectabat omnis caro : gratia tanta quasi nulla, quippe gratia quæ non prodest, non est gratia : & satagit amor genitricis, in utero cœli gloriam habentis, nativitatis infantis ; ut homo extensionem gratiæ cogitans in beneficio, gratiam cognoscat advenisse de cœlo : Filium quem habebat in purissimo ventre, esse Salvatorem mundi ; atque per natum hominem, homines conspectores Deitatem.

Cant. 8. 2.

*Nitor gratiæ fit in gratiæ extensione.*

17 Accipit Virgo ut meliora reponat. Multa optat, nihil sibi servat. Ut alij accipiant cuncta, requirit omnia, etenim amoris magnitudine, tenero corde, quasi interesset sua, quærit nostra. Feliciter eius charitas cantat & incantat, apud Guilielm. Hesium in *Embl. Sacr* lib. 3. Embl. 11.

*Sua Virgo consideranti nostra commoda.*

Hesius.

*Sol mihi verus amor, habeat Sol nomen amoris.*
*Qui solidi verum numen amoris habet.*
*Atque utinam, nostri saltem in solatia mundi,*
*Orbis amor parvi Sol novus esse velit!*



## DIDASCALIA X.

### *Virgo Maria mater ad templum.*

Ambros. *Ductrix virginum & doctrix Virgo-mater.*

1 Intonat Ambrosius lib. 2. de *Virginib.* O novam gloriam! Novam, ut afferantur Regi virgines post eam, trito iam itinere devio naturæ in virginitate, ut sequantur agnum quocumque ierit. Melius quàm Dianam imitabuntur Mariam : igitur quod fictum, factum.

Venant.

*Inde Dei genitrix, pia virgo Maria coruscat*
*Virgineoque agni de grege ducit oves.*
*Ipsa puellari medio circumdata cœtu*
*Luce pudicitiæ splendida vestra trahit.*
*Felices, quarum Christi contingit amore,*
*Et quascumque facer vexit ad astra pudor.*

Succinit camœna Venantij Fortunati lib. 8. carm. de *Gaudijs vit. æter.* v. 25. De Sara dicitur : *Sterilis erat, nec habebat liberos.*

Gen. 11 30.

Illustris omninò, sed fugit filiorum honos. Alij ut vidimus in *Exposit. lit.* legunt : *Non erat mater, quia non erat ei filius.* Haud censenda in clausulis Tautologia : siquidem coruscat in Virgine prærogativa, quod sine pignore prolis nitor singularis resplendeat maternitatis. Vide, ut fileas, supra quæ cogitas. Vide ut loquaris, & miteris. Ad templum ducitur trimula, tenera, pupa, quasi avulsa à dulcedine uberum ; sed vel tunc mater ad templum.

*Maria semper mater Christi.*

2 Attipulatur Ambrosij cogitationi Caius Sedulius lib. 5. *Carmin.* vers. 359.

Sedul.

*Hæc est conspicuo radians in honore Mariæ,*
*Quæ cum clarifico semper sit nomine mater.*

Mater, & semper ! Utique. Verum quomodò ? Huiusmodi sane miraculum fugit omninò cogitationem hominum. Florem exprimit virginitas ; fructum maternitas : qua ergo lege matris gloria, dum adhuc messis in herba ? & floret, & parturit ? Mater fuit ubi in thalamo virgineo Verbum Divinum assumpsit humanitatem, & protulit virga florem. Deinde : Modò Soror Sponsa parvula, non habet ubera : quomodo aderunt sine mensura temporis gaudia matris ? Ecce potissima gratia, & gloria singularis Mariæ, scilicet quòd sit mater sine fructu, & sine tempore.

*Quo pro digio?*

3 De nato Baptista, eius magnitudinem commendantibus miraculis, ita encomium conficitur à vicinis : *Quis putas puer iste erit* ? Si modò coruscant miracula, ad quid futuri temporis memorantur prodigia, & designantur momenta ? Ut rutilet Baptistæ amplissima gloria. Quid fit, modo inquirunt, & quod erit, dicunt modò : erit magnus ? iam est magnus : vox Verbi erit puer hic ? & iam est vox : si intenditur Præcursoris maior laus, & est quod erit ; nil plus. Hispan. *Publicaron el mayor blasón, diziendo, que era todo lo que avia de ser.* Si amplior desideratur Baptistæ gloria, & quod erit, est modò, non pius ultra.

Luc. 1. 66.

*Baptistæ gloria in quo maxima?*

4 Haud aliter cogitandum de prærogativa Virginis, ubi adducitur in templum Regis. Gloria eius eximia futura ex maiore dignitate, scilicet, habituræ gaudia matris cum virginitatis honore. Est modò parvula, mater erit ætate matura. Minime congruit penè infanti, quod aptè futuro tempori. Laus ex maiore excellentia conficienda : cæterùm excellentia humanæ cogitationi objicitur ut futura ; qua nec habebit similem, nec sequentem : & ut amplius gloria rutiler, est modò quod posthac erit ; quandoquidem mater & virgo, trimula sistitur templo. *Tunc Verbum concepit corde* : ait Rupertus in Isai. cap. 31. Tunc concepit ? Utique : ergo mater. Nonnumquàm igitur modo conceptionis adhæret honor insitæ maternitatis.

*Maria est modò, quæ futura mater.*

Rupert.

5 In flore ætatis, pulchritudinis, & pudoris, Virgini ab Angelo nunciatur restauratio humani generis ; & quomodo illa fuerit electa à Deo ex qua & in qua Verbum Patris fieret caro : ut cùm fieret, virginis antiquæ facinus nova Virgo pararet ; & unde culpa dedit mortem, pietas daret inde salutem. Turbata est Maria in huiusmodi sermone, præ profunda humilitate (quodnam

pec-

pectus non pavidum, ad filium Dei suscipiendum?) sed innuit Angelus, gratiæ plenitudinem expellere foràs timorem; parcere formidini, quia qui invenit gratiam, nescit timere. *Ecce* (ait) *concipies in utero.* In utero? Ad quid uterus? Patet proculdubio pleonasmus. Si hominem Virgo concipit, ubi nisi in utero habitationem habebit? Hæc est officina, fœtus formationi à natura destinata: cur ergo Gabriel, dum nunciat Virgini, concepturam filium; quasi posset alius esse, signat conceptionis locum? Quia Virgo virginum bis felix concepit Verbum: & dum in Incarnatione concepit, & dum votum virginitatis emisit. Hic divinè, ibi humanè. Hic mente, ibi corpore. Hic corde, ibi denique carne: & Angelus signat ventrem, quando enunciat corporalem conceptionem; quippequam iam habebat honorem maternitatis ante maternitatem temporalis conceptionis.

Luc. 1. 31.

*Maria hic concepit Divinum Verbum.*

Eugen.

*Fœmina mente Deum concepit, corpore Christum.*

Cecinit Eugenius III. Archiep. Toletanus. In Christo erat unica persona, & duplex natura: & intellectualis, & corporea: & divina, & humana. Iuxta numerum naturarum, Christum Virgo amplexabitur conceptum. Locus singularis unicuique conceptioni in Virgine Matre: & Angelus exprimit locum; cum profert Verbum Dei, ubi hominem concipiendum: siquidem naturæ divinæ locus, Virginis animus; naturæ verò humanæ, Virginis uterus. De mente in ventrem Virginis descendit Incarnatione Verbum Patris. Haud mutavit subiectum, sed solij locum: igitur inventa est habens in utero, quem iam conceperat intellectu. Minimè situm reliquit: thronum, sicut cœlum extendit: & occupavit Verbum Patris carni unitum, ambitum ampliorem, quem nequibat uti Verbum.

*De mente Virginis descendit in claustra ventris.*

6 Antequam Angelus Virginem de conceptione firmaret, huiusmodi salutationem præfetulit: *Dominus tecum.* Aliquibus (sed rigoroso sensu, heteroclisice: verò Theologico explicandis, quippe non nobis Catonis ferula, estò in doctrina sana; nec aduncus nasus, sed reverentiæ interpretis vultus, maximè florentibus & eruditione, & sanctitate) placuit, vel non displicuit; huiusmodi salutationis verbis, perfectum mysterium Incarnationis. *Dominus tecum, hoc est, Dei Verbum nunc tecum est*: & continuans orationem, infit: *Ecce concipies in utero.* Quis igitur illhæc inhibulabit? *Concipies* futurum est, *Nunc* præsens: quomodò præsens ostendit, quod futurum exponit? Quia ut clareret mysterium, iam in Virgine præsens, quod futurum. Tecum Dominus est, sed aliter Verbum Dei habebis tecum: tecum est mente, sed habebis carne: igitur quem concepisti placidissimè in animo; concipies post assensum iucundissimè in utero. Expandat nunc fides splendentis uteri pulchra tentoria, & dilecta tabernacula. Flammeus rotæ fulgor anheleat, albedo lilij puritate candicet, violæ purpura præstet, ligustri pulchritudo coruscet; ut Christi, humanæ naturæ sponsi, spectabilis thalamus, omnium virtutum rutilet varietate depictus. Descendat igitur filius Patris in uterum, qui Virginis occupavit intellectum. O clara genitrix mater Alcidis! Tecum est, & tecum erit: quem concepisti, concipies: etenim manebit in uteri sacri habitaculo, de præparato habitaculo suo. Cœlum cœli utique Domino.

Ibid. v. 28.

Virgo in Incarnatione sui Verbo Dei cœlum extit.

Vers. 31

7 Deinde. *Concipies in utero*, ait; cùm dixisset *Verbum Dei nunc tecum est*, vel *Dominus tecum.* Si dum dixit *Fiat mihi*, Dei genitrix mox futura, concepit Dominum; quomodò conceperat, quando protulit nuncius *Dominus tecum?* Antequàm conciperet, non concepit: repugnat sanequàm sine conceptione conceptio: quo ergo pacto priusquàm in utero conceperat, concepit in utero? Proclivè. Conceperat ante conceptionem conceptionis modum, licèt in utero non haberet conceptum. Modus, quo Dominum conceptura Maria, erat planè virginitate illæsa, atque integritate salva. Conceptura erat in utero, quem priùs conceperat intellectu. Intellectus quin amittat virginitatem, verbum producit in lucem. Virgo quod concipit, virgo parit: & ita Virgo Maria priusquam in utero concepisset, in utero singulariter concepit: quoniam cùm Dominus esset cum illa in purissimo intellectu, expresit similitudinem corporis, quam habiturus in clausto. Singularitas mysterij exigebat modi singularitatem, & uniendi carni Verbi singularem in carne conceptionem. *Concipies in utero*, cùm ad huiusmodi conceptionem iam Dominus tecum sit. Concipies, sed iuxta exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Patet acumen: *Missus est Angelus à Deo*, qui dixit Mariæ: *Dominus tecum.* Quomodò si missus à Deo, in Virgine invenit à quo missus? Dubitat Bernard. Homil. 3. super *Missus est*. Facilis sanè enodatio: Missus est, ut Virgo conciperet mente, quem invenit in illa conceptum corde.

*Concepto fuit Christi corpus, ad similitudinem verbi mentis.*

Isai. 66. 7.

Luc. 1. 26.

8 Adhuc, ni fallor, latitat auctoritatis acumen. *Dominus tecum* iuxta præfatos con-



ceptionem sonat: *Concipies in utero* clarius generationem signat. Cur ergo si longe distat conceptio mentis & carnis, in conceptione carnis præmittitur ab Angelo conceptio mentis? In solamen Virginis, futuræ matris. *Concipies in utero* audivit, & expavit. Virginitas vota est. De illa cum maternitate actum. *Quomodò fiet istud?* Quomodò concipiam in utero, *Quoniam virum non cognosco?* Quomodò auctoritas matris, & honor virginis? Quomodo fiet istud? Sicut cùm *Dominus tecum.* Conceptione conceptionem expressit, ne anxia quasi de opposita virginitate sarageret. Virgo Verbum concepisti in animo, virgo concipies in utero. Ecce quomodò, quin cognoscas virum, fiet singulare miraculum: etenim intemerata concipies in carne, sicut concepisti in corde. Ideo à PP. dicitur Virginem concepisse, & ante conceptionem; quia in virginalem conceptum habebat similitudinem. Hæc sufficiant pro vero theologico sensu Damiani scilicet, Serm. 1. de *Nativit. Virgin.* Augustl. lib. 2. de *Symb. ad Catechum.* Ildephons. Serm. 3. de *Assumpt.* Laurent. Iustin. Serm. de *Annunciat.* D. Thom. 3. part. quæst. 30. artic. 4. & tot PP. in Concil. Chalced. Act. 1. apud Pet. Alexand. in lib. de *Deitate.* Aliqui, ni insurgant in PP. sibi videntur indocti, & videntur dum insurgunt, quippe non intelligentes doctrinam, lacessunt perperàm.

Ib. v. 34

*Et Virgo concipit in carne, sicut sua exposcat mente.*

9 Virgo Maria contemplabatur Verbum divinum in carne, dum ab Angelo nunciatum mysterium in eius ventre; transeunte filio Dei de mente in uterum Virginis, quasi transiliente colles. Non nudè contemplabatur Verbum, sed in carne futurum, in subsidium hominum. Mirabatur Deum hominem, solidantem generis fragilitatem. Deum suscipientem aliena, minimè amittentem propria: igitur nec Dei formam servi forma violavit; nec quod erat, esse destitit, ubi carnem assumpsit; in se immutabilis persistendo, & hominem in homine renovando. Hæc Virgo in contemplatione *Cogitabat*: & quæ cogitabat, Angelus Virgini nunciat; quippe sicut Deum hominem habebat in mente, ita habituram in carne. Perpendit proprietatem verborum. *Cogitabat qualis esset ista salutatio.* Haud pendebat salutationem, sed salutationis qualitatem. Substantiam conceptionis noverat, modum, sive qualitatem nesciebat: & gaudet consentiens Virgo: quia eodem modo, animi more, fiet in utero conceptio.

*Quando Virgo cogitabat, dum salutavit Angelus?*

Ibid. 29

10 Cogita vividam Davidis auctoritatem. *Homo & homo natus est in ea.* Ideft,

Ps. 86. 5.



Conceptus, seu genitus, ut observat hic Lorinus. De Maria planè intelligitur. Ideo Septuag. legunt: *Mater dicet*: quam quidem fundavit Altissimus; cuius amplior gloria præstat in eo, quòd fundaret fundatorem, ut in suo tabernaculo requiesceret, qui illam studiose creavit. *Homo & homo conceptus est in ea.* Quid hoc? Semel concepit, aut bis? Bis utique, ut idem modus rutilaret in gemina conceptione. Non est dubium, quod conceptio mentis rutilat fulgore virginitatis. Novum est, atque inauditum, quòd fœtus in matre sit, & virginitatis minime decidat flos. Quod non audierat natura humana, spectandum in Maria: & dum concipit integerrima Virgo; dicitur meditanter, *In ea conceptus est homo & homo*: siquidem eodem modo, quo Filius Dei conceptus fuit homo in mente, ita fuit homo, conceptus ex matris carne. Ibi igitur virginitatem non amisit, hic fecavit.

Lorina

Septuag.

*In ventre sacro vir, quâ virginitatem in animo ſi amiſit.*

11 In argumentum Didascaliæ, seu tituli honorifici Matris in Præsentatione Mariæ, cogita, quòd *Homo & homo natus* dicatur *in ea.* Ex ea enim nihil natum, donec peperit filium suum primogenitum. Si in ea antequam nasceretur, natus est filius; ante conceptum in utero, florebat fœtus: quippe non potest nasci, quòd non concipi: & dicitur in ea Filius Dei & natus carne, & natus corde, in singulare prodigium; ut mater Dei cognoscatur ad templum: quippequam fœtus facet exprimens in puella nativitatem, præsupponit conceptionem.

*Concepit Virgo, priusquâ conciperet.*

Propheta vaticinatur Evangelicus. *Antequam parturiret peperit: antequam veniret partus eius, peperit masculum.* De Maria intelligit testimonium eius Doctor Rupertus ubi supr. num. 4. Peperit, priusquam pareret? Quis audivit unquam tale? aut quis vidit huic simile? Negat Vates, quod supponitur, & concessum inficiatur. Si Sol necdum natus in orbem, quomodò Aurora prodoxit in lucem? Nondum ortus, & iam natus? Sane. Priusquàm Filium Dei, & filium suum conciperet corporeè; concepit intellectivè: antequàm in utero, concepit animo: animo, in Præsentatione ad templum: utero, dum miniſtravit corpus. Nativitas congruit fœtui pro modo conceptionis: conceptio honorem indicat genitricis: & Virgo iure mater vocatur ad templum: cùm iam peperisset, quem conceperat filium. Si pater filij nativitas, nequit Virginis occultari maternitas.

Isai. 66. 7.

Rupertus

*Peperit antequâm pareret.*

12 Affine est acumini proposito, quod Angelus nunciat Iosepho, de conceptione Virginis anxio. *Noli timere* (ait) *accipere*

Matth. 1. 20.

*Mariam coniugem tuam, quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est, pariet autem filium.* Hic intelligitur *Natum*, ideſt, *Conceptum*. Sed fœcunditas in voce eſt, & non incongruè in cogitatum it. Qua lege natum naſceretur? poteſt ne homo in ventrem matris ſuæ iterùm introire, & renaſci? Quomodò pariet quod natum? Eodem modo quo conceptum. Quod natum eſt ex carne, caro eſt; quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt. Ideo *in ea* Verbum eſt natum, *& ex illa* naſciturum. Duplex fuit Verbi conceptio: & conceptio unita carni corporeæ, & ſpiritalis in anima: dicturque vere ex Virgine naſciturus filius Dei, quem conceperat corpore; quia iam nativitatem habebat in ea, cum concepiſſet in mente. Si illum concepit, antequàm conciperet; antequàm pareret, peperit. In ea natus eſt filius, ſicut conceptus. Quid mirum, ſi lactea pupa, dum templo iſtitur, mater plaudatur; dum illi ſæpe filius, priuſquàm in utero conciperetur? Hoc novum in eius gloriam, nimirum, quòd eſſet priuſquàm.

*In ea filius Dei natus antequam naſceretur ex ea.*

Drotz.

13 Arbor fructifera pro ſymbolo perfectionis depingitur ab Orozzio *lib. 2. Embl.* 40. cum lemmate: *In tempore ſuo.* Exigua namque perfectio, atque ſine magnitudine magnitudo: quandoquidem non magnum, dum tempus expectatur in fructum. Arbores in voluptatis horto fructificant à principio; quippe magis delectant, ſi menſuram temporis vel conterunt, vel præoccupant. In paradiſo idem eſt fructificare & exiſtere. Nulla oliva, quin ſit fructifera, in domo Domini: etenim exiſtit rationalis natura, virtutis & perfectionis exiſtentia.

*Fructus in tempore ſuo, fructus exigui.*

Marc. 11. 13.

14 Fructum à ficu petijt Servator N. ſed abnuit ingrata petenti: *Quia non erat tempus ficorum.* De fructibus in hominibus fatagit, qui extra tempus in arbore requirit. Extra tempus, & quærit? Impoſsibile ſane. Minimè: non extorquet impoſsibilia, ſed perfecta: & non erit obſequium, ubi tempus menſuratur ad fructum. Nihil in caſſum agit, dum extra tempus fructus arboris requirit: ſiquidem haud ſollicitaret ſine tempore fructus; ni plures rationalium afferrent uberrimos ante tempus. Ficus nullatenùs attendit petenti, ſed importunitate fefellit ſpem eſurientis, procul larvâ excuſationis; quia dum petit Salvator tempus eſt, eſtò non tempus.

*Ultra ſtatum, gratior.*

Aliquid ſingulare volebat, ubi in ficu frondoſa cibum ſollicitabat: igitur magis mulcet eſurientis palati aviditatem, quod extra vel ultra communem naturalem expectationem: parum etenim affert voluptatis, qui fructus temporis. Gratiam petebat Creator. Iuxta antelationem æſtimatur obſequium: unde nulla excuſatio, tempus non eſſe ſicarum; quoniam anteferre petita, erat propriſsime gratiæ. Dum in templum ducitur Virgo, mater plauditur. Non eſt tempus maternitatis, tempus quod floris: & gratia Virginis rutilat ampliùs, quoniam fructum benedictum pertulit ante tempus.

*Gratia magis grata, ſi præcox.*

*Virgo ſuperat tempus.*

Boet.

*Nunquam purpureum nemus*
*Lætiùs violas petas,*
*Cùm ſævis Aquilonibus*
*Strident campus inhorruit.*

Canit Boëtius lib. 1. de *Conſ. Philoſop.* Met. 6. v. 7. ſed floret venuſtior campus, ubi flores ante tempus. Tempus erat florum, non fructuum, propter ætatem, adhuc in puella non florescentem: & iure tunc extollitur ſicut mater ad templum; quippe ſimul oſtendit florem & fructum. Videamus igitur ſi flores fructus parturiunt.

15 In Sanctuario collocatur virga Aaron, quæ illicò & floruit germinans, & fructificavit pullulans; quin ad tantum, ſubitamque venuſtatem, ullam in terra ſtirparet radicem. Mirum omninò & in ſubſtantia, & in modo. In ſubſtantia, quia non habebat radices: in modò quippe protulit unà fructum & flores: de quo Nos hic *Didaſc.* 12. num. 7. *Invenit* (Moyſes) *germinaſſe virgam Aaron: & turgentibus gemmis eruperant flores, qui ſubito dilatatis, in amygdalas deformati ſunt.* Huiuſmodi virga Virginem portendebat, iuxta Hraban. hic, & Bernard. Homil. 2. ſuper *Miſſus eſt*, & puella ætate arida turget in florum pulchritudinem, & flores elicit in fructuum dulcedinem? Quando? Dum ſiſtitur tabernaculo. Flores indicant virginem, fructus denotat matrem: & protectò mirificum, quòd ducatur ad templum cum excellentia præſtantiſsima matris, ubi tantùm florere poterat commendatione integerrimæ virginis. Virginitas Verbum Patris concepit, & illicò ut concepit, parturivit: unde nacta eſt ſingulariter genitricis honorem, ſimulatque in templo obtulit virginitatem.

*In quo Dilecta ſimilis Aaronicæ virgæ.*

Num. 17. 8.

Vers. 4.

*Nec eſt genitricis nomen, ut virtutis virginitatem.*

16 Aptiùs promam. Floruit virgo: fructificavit in ſanctuario, & in temporis momento. Vel tempus eſt floris, vel fructus, ut appareat in ſignis quale tempus. In triennio flores tantùm apparent in terra noſtra: næ, verùm cuncta ſimul in terra virginea. Iam illi tempus fructuum, dum alijs florum. Flos exprimit ætatem, quippe in trima dumtaxat emicat ætatis flos. Fructus perfectionem, ultra quam non lans, nec lex: & ducitur Virgo mater ad templum, ſublimaturque titulo

*Et præproperè.*



titulo inſigni, dum ingreditur ſanctuarium; ut conſtet palàm Virginis ſummum encomium: ſiquidem in flore tenuiſsimo temporis, perfectionem obtinuit maternitatis. Perfectio ſumma in maternitate ſtat, quin decidat è ſinu decor, partheneius flos: at in ætate breviſsima nanciſcitur perfectionem, ultra quam nulla? Non habet corpus, & continet Chriſtum? Inter tot mira miraculorum maximum.

D. Th.

17 Ita plauditur à D. Thoma Sacramentum Euchariſtiæ, *Opuſc.* 57. Summa eſt gratiarum, epitome mirabilium; compendium potentiæ amoris, cumulus ſingularis charitatis, tabula, in qua lucet auctoris ingenium, *Miraculorum ab ipſo factorum maximum.* Multa multi dixere: aliquid ergo inferam cum novitate. Schola Thomiſtica cum Angelico Præceptore 3. p. q. 77. art. 4. aſtruit; eſſentiam Sacramenti verificari non tantùm in qualibet materiæ, vel quantitatis parte; ſed etiam in quovis indiviſibili: ita ut corpus Chriſti poſsit continere, quod non habet corpus. Hoc eſt miraculorum maximum. Quàm apte à Ioannе Geometra extollitur *Maria*, *Sacramentum Verbi Dei*: ita *Hymn.* 1. igitur fuit arcanum, ſeu ſacrum ſecretum, in quo latuit maximum miraculorum: quandoquidem dum ſanctuarium ingreditur, & votum virginitatis ab illa primùm exprimitur; ferè corpus non habet, & Chriſtum continet. Chriſtus in Euchariſtia micat vinum germinans virgines flores: Virgo ducta in templum, flos rutilans germine fœcunditatis. Ille, fructus florens & germinans. Illa, flos pulchrè fructificans, quippe venter eius notâ ſingularitatis, acervus tritici vallatus liliis. Omnia nova, ſed præſtantiſsimum inter obviantia ſibi miracula; non habere quantitatis molem, & ita prævalere virtutem, ut virguncula in flore floris ætatis & temporis, gauderet meritò titulo maternitatis.

*Corpus Chriſti in Euchariſtia ſalvatur in indiviſibili quantitate.*

Ioann. Geom.

*Virgo, Mater ad templum, miraculorum maximum.*

18 *Soror noſtra parva, & ubera non habet, quid faciemus ſorori noſtræ in die qua alloquenda eſt?* Ita Angeli dicebant de Virgine in die Præſentationis: & vocant propter corpus ſororem, quoniam habuit vel cum corpore Angelicam puritatem. Inſignis diſquiſitio! Si dicerent, Quid faciemus nunc, quia nunc alloquenda? negotium illis articulus faceſſeret: verùm in die qua alloquenda eſt, ut Incarnationi Verbi conſentiat; non erit parvula, iam habebit ubera. De quo igitur fatagunt? De Incarnatione, circa quam illam alloquetur Gabriel. Quid ampliùs faciemus, dum habeat ubera, ſi modò genitrix adhuc ſoror noſtra parva? Si modò concipit, & parit filium quem habebit, habebit filium? Utique, ſed in ventre, quem modò portat in corde: rutilante honore præpropero genitricis, in commendationem maieſtatis; eò quod gauderet in templo huiuſmodi gloria, virgo corpore parva, nec habens ubera. Si adoleviſſet, tunc pateret debitum temporis, quod nunc prodigium virtutis. Vel ducta in templum, eminebit ut prodigium: & nullum malus in huiuſmodi infantula, quam quòd filius dilectus inter ubera matris habitaret, cùm ubera non haberet.

Cant. 8. 8.

*Et gloria eximia.*

19 *Flores mei fructus* proclamat ipſa apud Siracidem. Implicat in terminis. Qua lege fructus, ſi proponit flores? Quia proprij. *Flores mei*, ait: qui ita vernant in pectore Virginis, ut fructa gaudeat vel in flore temporis. *Eliſabeth impletum eſt tempus pariendi, & peperit filium.* Virgini verò, antequàm impleretur, impletum. Conſummata in brevi implevit tempora multa; igitur habuit filium, etiam dum parva ducebatur in templum. Supra naturam, ſupra ætatem habuit honorem: & tempus ſignatur infantiæ in huiuſmodi excellentiam, quia non virturis, ſed temporis tantùm agnovit infantiam. Tantùm agnovit, quippe tantùm habuit: ſiquidem ad prolem parvula, ætatis impedimenta neſcivit, & fructum tulit amplum, vel dum floreret.

Eccli. 24. 23.

Luc. 1. 57.

*Fruitiſcavit, etiam dum floruit.*

20 De cedro aſſerit Ioann. Raviſ. Textor in *Officin.* lib. 7. cap. 17. *Arbor procera eſt, nec tamen onerоſa, materiæ æternitas, ideoque ex ea ſimulachra Deorum, & in ea antecedentem fructum ſtatim novus occupat.* Appoſitè occurrit ſimilitudo argumento, cùm Virgo dicat: *Sicut cedrus exaltata ſum in Libano.* Arbor utique Virgo procera, nec parva in ætate parva, quæ fabricata quaſi æternitatis materia, ex qua imago Patris, Divinum Verbum, appareret caro factum. Huius proceræ arboris fructus virginitas fuit, virginitatis fructus Verbum Dei. Verbum concepit oblata templo, & ipſum Verbum nunciante Angelo. Anteceſsit, ſed non anteceluit, conceptus conceptum, & fructus fructum. Novus & idem occupavit antecedentem, qui iam conſtituerat matrem. Idem, quia fructus Verbum Dei: novus, quia novo modo conceptio fuit: igitur, nuncio cœleſti, Dei Verbum continuit in utero caro factum, cùm iam ipſum concepiſſet in corde, deducta in templum. Numquàm cedrus ſine fructu: numquàm Virgo ſine Verbo. Nec ætas offuit, ne ſine ætate conciperet, quod iam ætate concepit.

Eccli. 24. 17.

*Numquàm cedrus ſine fructu.*

*Nec Virgo ſine Verbo.*

Feliciùs, quàm Poëta lib. 8. *Metam.* Fab. 1. dicam, cùm conciperet parva, & perfectione procera:

Ovid. ——— *Meritò Deus arsit in illa.*

## DIDASCALIA XI.

### *Maria refugium peccatorum, & hospitium.*

Ephr. 1 MEritò Virginem salutat eiusmodi encomio, ab illa dignatus Ephræm *Orat.* ad Virgin. igitur laurus excelsa & constituit patronatum, & excludit ictus fulminum.

*Fulmina si metuas nati, venerare parentem:*
*Oppositu Matris fulmina nulla cadent.*

Psalm. 44. 10. Hieron. *Astitit regina à dextris* iudicis *in vestitu deaurato*: & ut legit Hieronym. *In fcutulatis*: ut arcum conterat, ut arma confringat, ac impediat scuto bonæ voluntatis, sagittæ ne cadant in corda inimicorum regis. Haud timeant, qui resipiscunt, iustitiæ vindictam, comitantem offensam: etenim si in illos stringit ultrix percita gladios,

Virgo scutum bominum. *Tum spissa ramis laurea fervidos*
Horat. *Excludet ictus.*

Dicam ex Horat. *lib.* 2. *Od.* 15. v. 9. quamdoquidem scutum, quod habet Virgo, nullo unquàm penetrabile ferro. Naufragantur poudere iniquitatum, cymbà levissimà corporis; sed non illidentur, quasi in procella navis: quippequàm ne tempestas aquæ gravatos crimine, ellò iuste, submergat; in fluctibus maris, ambulat. Stella hinc dicitur maris non mundi, quoniam ibi tutamen, ubi discrimen.

Laurus. Stella maris.

2 De Abrahæ pulcherrima coniuge, ut Sæpe vidimus, profertur: *Erat Sarai sterilis, nec habebat liberos.* Alij cum Oleastro: *Non erat mater, quia non erat ei filius.* Ad quid eiusmodi causalis? Sine termino nequit esse relatio. Sine filio non est maternitas in fœmina, nec maternitatis gloria. Cur igitur si Sara auctoramine carebat maternitatis, siguatur etiam carentia termini, genitricem respicientis? Potest num sine filijs esse mater? Potest. Quænam ergo? Dei Genitrix, ut clareat insigne protectionis erga homines aberrantes. Unde de Sara dicitur: *Non erat mater, quia non erat ei filius*; igitur in Virgine micaturum portentum maternitatis singularis non filiorum. Non est filius, qui peccator, non est gnatus, sed nothus, qui transgressor: & Virgo respicit peccatorem, transgredientem legem; ut

Genes. 11. 30. Oleast. Quomodò Virgo dicatur refugium peccatorum?

ille Virginem respiciat in angustijs veram matrem.

*Materno fragiles pendemus ab ubere nati;*
Iacob. Masen. *Lacte ovis, at Virgo pascit amore suos.*

Canit Iacobus Masenius. Sublimis exponitur, sed non sublimior Virginis honos. Aptiùs diceret: *Virgo pascit amore nos suos*: siquidem cùm peccatores sint filij alieni, in malis inveterati, claudicantes in semitis suis; ut convertantur ad cor, & ad semitam lucidam legis, visceribus plenissimæ charitatis, sic Virgo Deipara refugium peccatorum, & hospitium. Utrumque itaque lustrandum pro nostro emolumento, & Virginis patrocinio,

Pascit non suos.

3 In templo Salomonis *Erat lapis errantium*, ut ait Rab. David, & Novarinus lib. 2. *Schediasm.* cap. 18. Ita igitur vocabatur, quia pignora amissa ibi ab inventoribus reponebantur; & inveniebat, qui per incuriam amiserat. Illustris cogitatio pro restitutione bonorum; attamen congruior modò pro reparatione cœlestium. Huiusmodi lapis mysticus est Virgo in lege gratiæ, in subsidium labilis fractæ naturæ: quandoquidem illi nullum maius elogium, quàm esse lapis errantium. Hispan. *Tiene sus mayores aplausos, en hallar à los hombres, que andan perdidos.* Minimè inveniuntur opes thesaurorum, sed thesauri gratiarum: & homo ita felix vel felicitate amissa; ut illi per Virginem restituantur omnia bona.

Nova: rin. Quinam in templo lapis errantium?

4 Salutavit Mariam, mox Dei genitricem futuram, Archangelus gratiâ plenam; ut quæ ad gaudia terræ, polique nata, corredemptricis exerceret munus, & repararet genus humanum, quod tulit Eva ferox.

*Quid sumus, aut fuimus? Quos merserat Eva profundo,*
Venant. *De limo in cœlum nos facit ire sinu.*

Succinit Venant. Fortunatus de *Partu Virginis*. v. 340. Turbata est igitur humilis, quippe acriorem humilis cogitat sagittam laudis: & Nuncius exeutere insinuat è pectore pavido, pleno dilectionis, intrusionem formidinis; quoniam non est formido, ubi perfecta dilectio. Hinc dixit: *Ne timeas Maria, invenisti enim gratiam apud Deum.* Invenisti quod quærebas, & anxie. Invenisti, quod nemo ante te potuit invenire. Invenisti thesaurum, invenisti gratiam apud Deum. Quam ergo gratiam? *Dei & hominum pacem, mortis destructionem, & vitæ reparationem?* Ita Bernard. Homil. 3. super *Missus est.* Claret iam & quid sumus, & quid fuimus: etenim quos mors barathro mancipavit, in paradiso iam nova vita tenet.

Repara- tio natu- ræ humæ næ per Virgi- nem. Luc. 1. 30.

Bernard.

*Inve-*



Habuit per sortem, quod amiserat per Evam.

5 *Invenisti gratiam? Invenisti?* Si gaudet gratiâ, quæ rutilat plena; cur Gabriel non dicit, quòd habet, sed quòd invenit? Invenitur quod amissum, vel non habitum: si numquàm habitam amisit, imò nonnumquàm habuit, quæ plena gratiâ, atque in ipsa concepta; quomodo vocat inventionem, ipsam sanctificationis plenitudinem? Blanditur Angelus memoriæ Virginis in ordine ad hominem, dum ut homo fieret, Verbum Dei Virginem elegit matrem. *Res habita ut propria custoditur, inventa, illis restituitur, qui amiserunt*: infit Hugo Carens. hic. Custoditur proprium habitum, & restituitur amissum: meritòque dicitur Virginem invenisse gratiam, quam amiserat genus humanum per Evam; quoniam in lapide errantium habituri qui amiserunt.

Hug. Card.

6 Subinde. De Esther speciosa dicitur: *Adamavit eam rex plusquàm omnes mulieres, habuitque gratiam coram eo.* Illa uti Virginis figura, gratiam habuit: Virgo & habuit, & invenit. Habuit propriam, & invenit alienam; quippe flamma dilectionis in eius corde, ægrè fert, quòd gratiam non habeant cæteri. Quod habetur, gaudio retinetur ut propriam: quod invenitur, etiam habitum iudicatur amissum, vel non habitum: quia minime possidentis est possessio, sed defraudati bono: & plauditur Virgo Mater, insignis petra, ubi reponuntur amissa bona, quæ continentur in gratia; quoniam si reliqua corona sanctorum habet gratiam Dei, ut habeat; Deipara habet, ut hominibus restituat. Sinum suum misericordiæ omnibus aperit, ut de plenitudine eius accipiant universi: captibus redemptionem, æger medicamen, desperatus salutem, tristis consolationem, peccator veniam, & iustus invenit gratiam. Hæc omnia venerunt pariter cum illa, igitur in huiusmodi lapide inveniuntur omnia bona. Quis quæque amisit, non habuit? Quis ploravit, molestè ferens dæmonis servitutem, quin obtineret per Virginem libertatem? Quis confusus laboravit in labyrinthis criminis, & non invenit patrocinia matris? Quis non respiravit afflicto corde, si suspiravit oppressus iniquitate? Deficiet ne eius clementia, dum vel lupis ostendit misericordiæ viscera? In nullo alio magis eminet matris auctoritas, & virginis charitas; quàm dum inter tetricam caliginem criminis, recognoscit ut filios, vel peccatores.

Esth. 2. 17. Restituit Virgo mundo gratiam Dei. Etcætera bona amissa.

7 In trita Interpretibus auctoritate, singulare aliquid latet de singulari hominum auspicatrice. In Sponsa habuit Virgo huiusmodi potestatis imaginem, ne insignis novitas subitò expelleret fidem. Ita siquidem magna potestas apud illam nonnumquàm eminet; ut Virgini, quasi ipsa vel dignata nescire, diceret Amasius: *Si ignoras te, ò pulcherrima inter mulieres, egredere & abi post vestigia gregum, & pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorum.* Elogium audivimus, mysterium requiramus; quandoquidem auctoritas nec habet verbum, quo non indicet singulare prodigium.

Cant. 1. 8.

Nec clam est, quòd peccatores signentur in Scriptura per hœdos, sicut iusti per agnos: Matth. 25. 33. Modò ergo stirps quæstionis est, cur si ostendere vult Amasius Sponsæ dotes, ita ut ipsa cognoscat excellentiam potestatis; iubet abire *Post vestigia gregum*, qui quidem tantùm hœdorum? Per vestigia ultio divina insequitur peccatores, legem Dei audacter usquequaquè proterentes: & abire iubetur Virgo post vestigia gregum, ne transgressoribus inferatur supplicium: igitur ipsa fungens auctoritate matris; delet ne appareant vel vestigia criminis.

Delet vestigia criminis.

8 Deinde. Inter gratias, quæ possidet Sponsa, est regere agnos in gratia, & dirigere hœdos, ut revocentur à culpa: & hos, & non agnos respicere iubetur Sponsa cœlestis; ut mundo fiat palàm eius excellentia potestatis: etenim numquàm magis patet eius imperium, quàm in frequenti patrocinio peccatorum. Pugnat orbis terrarum contra insensatum audacem, ut cuncta vindicent Conditoris offensionem. Terra expellit, cœlum urget, conscientia premit. Non est, quò vertat lumina, ubi non impendat pœna: & Virgo abijt post peccatoris vestigia; quia solummodo favet, & fovet; quos mundus angit.

Et fovet fugientes.

Egregiè addit: *Egredere.* Peccatores hircorum adinstar semper capitones errantes, iuxta placita protervæ inclinationis: & non dicit Sponsus, quòd Amasia illos suscipiat; sed ut egrediatur, & post abeat. *Egredere & abi.* Abire post; est illos aberrantes solicitè quærere. Suscipere, est illos venientes expectare: & abit illicò cum festinatione; quia ita prævalet amor in huiusmodi Sponsam, ut egrediatur in invia illos invitans ad gratiam. Frequenter caperatâ fronte sequuntur devia, pœnæ immemores, & premente angustia. Rarus revertitur quærens medicinam in salutem, cùm parent sagittas in criminis defensionem: verùm si revertitur, illicò latè suscipitur. Perpetim pes abrupta incedunt, & cerebrum quatiunt: Sponsaque egreditur in deviam præraptam

Im à quærit.

viam;

viam; ut constet, quòd inter gratiam, & gratiam, si amoris est signum illos blandè suscipere; summum omninò, quod egrediatur quærere.

9 Hœdi sunt, & alieni, quippe non grati. Quo ergo pacto, hœdi destinantur Sponsæ, quasi sint proprij? Hœdi cum morte & inferno pepigerunt pactum, ut non Sponsæ essent, sed dæmoniorum: & ut explicetur matris pietas & genitricis auctoritas, hœdos vocat Sponsæ proprios, qui pascit dumtaxàt agnos: igitur rutilat imperium Sponsæ, dum illos educit de potestate Satanæ. *Hœdos tuos.* Tuos? Tinniunt aures. Sunt ne tenebræ lucis? Haudquaquàm, cæterum nemo est qui foveat: & dicitur apte grex eius grex peccatorum; quoniam in Sponsa dumtaxàt patrocinium inveniunt. *Et sola.*

10 Cæterò. Posquàm egressa quæsivit, invenit, & revocavit caperatæ frontis gregem, audit à Sponso, ut pascat; seipsam ipsis exhibeus nutricem. *Pasce hœdos.* Si est iuxta tabernacula pastorum, pascant pastores, gregis propriissimè ducesi & minimè pastoribus, sed revocanti Sponsæ creduntur; quoniam ni ipsa pascat, denuò in prava capitones egredientur. Qui ovem errantem quærendo, labori non parcit, & feliciter invenit; ut perflat firmiter in ovili legis, portet in humeris; igitur qui revocantur refractarij magis retinentur amore, quàm rete. Ars summa adhibenda est, ut amore capti placide quiescant; ne cervicosi & alogi iterùm iuga confringant, & montium petant. *Etiam pascit.*

11 Nobiliori proposito, fit Sponsæ eiusmodi commendatio. *Pasce hœdos.* Ad quid ergo pastus Sponsæ & nutricis vigilis cura, si peccatores hirci iam gaudent eius tutela? Ovem, dicitur, si lactaverit hœdum, mutare in agnum: & Sponsæ Mariæ incumbunt alimenta peccatorum, & pascere gregem rebellum ubique cervicum; quoniam pastu reddit solicita agnos, quos suscipit hircos: igitur gratia singulari & lacte artificiosi genitricis pectoris, vel scelesti relaxatioris vitæ & mutant pilos, & mores. *Pasce hœdos.* Pasce qui naturam rationalem in belluinam commutarunt pro lubedine, & libidine, imitantes Nabuchum & causa & transformatione: etenim si alimenta à te exhibita habent inditam virtutem, ut disponant in cordibus metamorphosim; per conferendam libentissime gratiam, etiam mutabunt naturam. *Pasce hœdos.* Haud minoris efficacitatis erit per te pastus salubris, quàm vitiorum pestis. Haud tepidioris virtutis Virginis vinum, quàm Circes poculum. *Pasce*: siquidem bestias convertens in homines per dapes pastas, dum illa homines transformabat in bestias. *Pasce*: quandoquidem cor vel frigidum, tamquàm aqua, & charitati gelidum, tuo interventu converteretur in vinum. *Pasce*: Exere vires tuæ mirificæ virtutis, generositate favoris; quippequàm erunt agni, qui errabant lupi. *Et convertit.*

12 *Hœdos tuos*, addit etiam. Mei non sunt hœdi, sed tui; & tibi creduntur, ut sint mei. Non mei, quia lubitò gratiam amiserunt, & pastorem vocantem conculcarunt, fodientes sibi cisternas, quæ non valent continere aquam, relinquentes fontem elicientem aquam vivam. Si tui, mei erunt absdubiè, quia pascentur dilectione; & per charitatis dulcedinem, commutabunt conditionem. Denique: *Pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorum*, ut mirentur virtutem, qui ducunt gregem. Ducere possunt & dirigere illi, sed non mutare; quoniam liberare à putredine peccatorum non est illorum virtutis, sed effectus Deitatis: sicut suscipiunt, conservant; & non insignis virtutis, quòd ita maneant. Unde Virgini Sponsæ grex creditur delinquentium, coram oculis pastorum; ut absorpti venerentur patrocinium: etenim ita prævalet vel in solutiores nutricis gratia, ut convertat naturam, mores & corda, & reddat summo pastori proprios, quos non respiciebat, quia respiciebat alienos. *Facis Dei proprios, filios adoptivos.*

13 Verùm qua arte? Dixit Angelus nuncius, antequàm filius Dei esset ex illa homo factus. Filium Altissimi Virgo intemerata concipies novo miraculo, sed *concipies in utero.* Ubi ergo, si concipitur ut homo? Potest concipi homo nisi in utero fœminæ? Potest utique. Ubi? In corde. Sunt filij per adoptionem, & per sanguinem. Ideo illa dixit: *A generationibus meis implemini*, & non *A generatione.* Ut exprimat filiorum in Virgine differentiam, signat filij concipiendi tunc officinam: igitur filio naturali congruit uterus, cæteris pectus, ubi flamma prolifica charitatis uti filios agnoscit omnes homines. *Spiritalis mater facta est multitudinis magna filiorum*: ait Richardus à S. Victor. lib. 1. p. 1. Mater itaque & magnæ multitudinis, ut beatam dicant omnes generationes. *Hominem concepit in corde.* Luc. 1. 31. Eccli. 24. 26. *Et facit suos.* Richar. Luc. 2. 7.

14 De illa dicitur prægnante: *Peperit filium suum primogenitum.* Hac etiam voce usus est Matthæus cap. 1. 25. cuius vocis & phrasis proprietatem videbimus, (fata si iuvant Deo bono) *Tom. 5. Tautolog. 3. ad illud Eccli. 24. 5. Primogenita ante omnem*



*omnem creaturam.* Dum Aurora integerrima Virgo concepit iustitiæ Solem; ut orbis videret luminis de lumine matrem, mundo peperit filium tuum primogenitum, qui de cœlo descenderat, ut cœlum utique subleva- *Quo ingenio?* ret mundum. *Primogenitum*: Unigenitum & patris, & matris fuit. Dissona viderur vox. Helvidio utiquæ, sed non est. Christus fuit Virgini solus, sed non unicus. Cogitationem sine scrupulo promam. Fuit solus, quia solum illum genuit mater in utero non fuit unicus, unicus matri; quia alios genuerat in pectore, patre amore. Fuit solus quoad naturam genitricis, non unicus respectu adoptionis matris. Hinc illi dicitur à filio moriente, de Ioanne: *Mulier ecce filius tuus*: igitur quem non habebat per proprietatem, habitura profectò per adoptionem. Quicquid erga Christum gessit Virgo per naturam, operata est erga homines per gratiam: & filium sine læsione virginitatis unigenitum partum, non vocat unigenitum, sed primogenitum; quoniam esse, quod hominibus esse negavit, amor Virginis adoptivè concessit. O summa charitas! Habet genus humanum acceptione amoris, quod ambire nequibat ex vi originis. *Ioann. 19. 26.*

Filios iræ, filios gehennæ, & iustæ pœnæ invenit Virgo mortales. Tantùm specie vocabantur homines, igitur similitudo in imagine abolita (qua nota fiebat rationalis natura) & perseverebat, etiò deturpata imago trunca rationalitatis, tamquàm lubricum miseræ deturpationis. Vidit Virgo & commota sunt omnia viscera super hominem lapsum, in carcere appetitorum inclusum, dæmonis servum; & cogitavit, quomodo in pristinum restitueretur statum. Concepit corde, quos non potuit carne. Ignis sacri pectoris consumebat, quod in imagine Dei crimen devenuti averat. Vi charitatis voluntariæ genitricis evanescebat imago criminis, & micabat pulsatim in homine similitudo hominis. Lineamina reformando formabat cum pietate dilectio; & relucebat Deitatis proposita imago: ut conformati homines in filios cum filio, quem in utero genitricis habebat solum; pareret, dum pareret, feliciter primogenitum.

15 Propter nimiam charitatem, qua dilexit nos Deus, adhuc cum peccatores essemus, filium suum misit in similitudinem carnis peccati, ne peccatum regnaret in nostro mortali corpore. Obfoevit in rationali natura imaginis similitudo à gratia concessa; & in hominum reformationem, & operis pene deperditi venustatem, *Prædestinavit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.* Plures in auctoritate quæstiones, quàm verba insunt periodis auctoritatis. Si Dei filius est Patri unicus, quomodò signabitur primogenitus? Quomodò habebit Pater cœlestis hominem secundogenitum, si hominum esse non cœleste, sed humanum? Si natura Verbi Dei divina est, & ad generationem, opus est perquirere naturæ similitudinem; sine naturæ lineamentis & coloribus, qua lege erit filius primogenitus in multis fratribus? O amoris potentia! Fecit amore, quod negavit esse. Non potuit Deus homines facere filios naturales, quia homines. Non potuit bonitas communicare, quod communicari non potuit; sed cogitavit amoris eius ingenium propriam mirificam artem, qua qui non filij, filij haberent similitudinem. Non est maior similitudo, quàm gratiæ, igitur participatio & physica divinæ naturæ, ut est ens à se infinitum, & illimitatum. Hac fiunt homines conformes imaginis filij sui, quippe etiò participativè habent cum filio idem esse. Unde cum amore communicet gratiam, cum qua etiam divinam naturam; filium quem Pater habet solum & unicum, iurè vocat cum fratribus primogenitum. *Ars amoris, ut homines faceret Dei filios.* *Gratiâ qui mirificat.*

16 Ultrà. Ostendere intendit Paulus viscera pietatis Patris cœlestis erga homines, ut fierent conformes, qui vitio Adami evaserant omnino à Creatore dissimiles, atque à formatione degeneres: & usus est huiusmodi florida eleganique phrasi; ut conflaret Dei pectus vinctum superiore amore. Patris unicum demonstrat primogenitum. Unigenitum in natura: primogenitum in ordine ad homines, quos adoptavit gratia. Si qui solus, dumtaxat vocaretur unigenitus; homo non esset per amorem Dei filius: & Dei per filium rutilavit conatus, ut filij Dei nominemur & simus. Quapropter iam revelatur primogenitus, qui in sinu Patris recumbebat unicus; ut palàm fiat, quòd viscera- *Hebr. 2. 6.* ribus Patris, dignitate filiorum feliciter gaudeant homines.

Sicut vidimus gloriam unigeniti à Patre, gratiâ pleni; ita eiusdem unigeniti matris plenæ gratiæ, ut micet cordis genitricis ingenium, & nobile patrocinium. Christus dicitur ex se *Primogenitus Patris*, & etiam *Primogenitus matris.* Hinc dicitur ut videmus: *Peperit primogenitum suum.* Non habet à natura plus quam unicum, & nominat Evangelista *Primogenitum*; Meritò, & in obsequium matris, & in felicitatem hominis. Non habent viscera nisi unigenitum, & ad fratres extenditur matris studium. Plus *Luc. ubi supra.*

qua-

*Maria quem habuit unicum, hominibus ostendit primogenitum.*

quærit amoris gratia, quàm genuerunt viscera. Plures solicitat filios, ut colant matrem; sed impediunt crimina, quam percupit adoptionem. Adhuc insistit, & gratia perpolit imaginem, ut blandimine amoris ingerat similitudinem; quæ conformes fiant filij primogeniti imaginis, & illa exerceat in illos officium optabile genitricis: igitur ni homines ut filios admitteret in patrocinium; filium quem habet unicum, non haberet primogenitum.

17 De similitudine per gratiam satagit Virgo, ut fiat per illam adoptio: igitur si est refugium peccatorum, solummodo recipit peccatores ad hospitium. Ideo Ephræm meditanter dicit: *Refugium, & hospitium peccatorum*: quippequam tantum fovet ut hospites, qui ad illam fugiunt transgressores legis. Est mater peccatorum, non criminum. Si solummodo esset refugium, minimè converteretur; & est hospitium etiam, quippequam tantùm suscipit, ut convertantur. Suscipit, ut illos non inveniat divina iustitia: & illos fovet, ut inveniat gratia: ut faciat ambulare viam, quam nesciunt per noxam; & patrocinio ab errore educat, & ducat in viam: quoniam cùm in tenebris ambulent, & abiit ab eis gratiæ spectabilis lux; illic iter quo ostendat illis Virgo salutare Dei. Unde primò est refugium peccatorum, post hospitium; etenim ruptis vinculis criminis & scelerum catenis, transfert hospitio miseros de morte ad vitam, & de indignatione ad gratiam.

*Ephr.*

*Est refugium peccatorum, non criminum.*

18 Bonum latronem constat esse conversum ob Virginis patrocinium: igitur audivit à Iudice iuxta in cruce pendulo, *Hodie mecum eris in paradiso.* Ita placuit Stephano Binetto lib. de *Bono Latrone.* & Theophilo Raynaudo libel. de *Latrone mutat. in Apost.* Huiusmodi fausta fors illi contigit; quia iuxta se illam, mediam inter suam crucem & Christi, atque mediatricem habuit. Suscepit latronem ut filium, & fecit etiam agnoscere primogenitum. Verùm si mater peccatorum est, cur duos non salvat, cùm ibi essent hinc & hinc? Quia petsimus quærebat in Virgine refugium, & habitationem scelerum, non hospitium; ut contesis criminibus, exprimens cordis dolorem, & amaritudinem, inveniret adoptionem: & petit miser & coram Maria, despecto interventu, & gratia; quippe nullum ei patrocinium optabile Virginis, qui malitiose ac improbè perseverat in peccatis. Crimina præmebant alterius latronis pectus: hinc dixit, *Nos digna factis recipimus.* Iustitiam agnoscens fugiebat ultricem, & confugit ad peccatorum matrem. Illa fovit, illa defendit, illa duxit: & latro invenit feliciter cœlum; quia eius refugium cogitavit hospitium. Non mansionem, ubi in peccatis maneret; sed diversorium, ubi peccata diluerent: & per illam tamquam matrem pro peccatoribus pendentis in cruce, transiret peccator de hospitio in habitationem gratiæ.

*Luc. 23. 43.*

*Non invenit ut eius patrocinium, qui odio non habet peccatum.*

*Vers. 41*

19 Ita etiam filius hospitio recipitur in domo Matthæi publicani, etiam in domo Zachæi. Recipit ut pater adulteram adductam ad iudicem, & cum gratia remittit. Loquitur ad eor Samaritanam; & transit. Quid hoc? Qui quæris cordium habitationem, ut maneat, non manet in habitatione peccatorum? Si non manet, ad quid quærit? Ut gratia maneat, & ille fugiat, ut alios quærat. Minime peccatores in illo manerent, si manerent peccatores: & tantùm desiderat hospitium, quia non est refugium iniquitatum, sed pœnitentium: ut per eius insitam cordi clementiam, transeant ab hospitio ad gratiam. Haud aliter Virgo mater. Est mater peccatorum, non peccantium. Est mater corde contrito, ut tempus redimant lachrymis: ut solicitet eis pœnitentiæ spatia, & non moriantur sine salutari pœnitentia. Non est mater quærentis securitatem in peccato, sed surgere ab illo conantis, Virginis patrocinio. Hinc sub umbra, quam desideramus, sedebimus; si peccata dolotibus caligamus, & effugimus iudicis vindictam, dum per illam & pœnitudinem pervenimus usque ad gratiam.

*Matth. 9. 10. Luc. 19. 7. Ioan. 4. 4. & 8, 11.*

*Est mater contriti cordis, non subsistentis iniquitati.*

20 *Quasi platanus exaltata sum iuxta aquas in plateis*: dicit de se Virgo. An quia platanus habet folia *instar scutorum & peltarum*? Ita Alapide hic. Haud patrocinio alienum, igitur vere Pallas pro hominibus habet scutum. Platanus non in plateis, sed in hortis: & Virgo dicitur platanus in plateis; quippe dum pœna premit, refugium quam celeriter occurrit. Nimis amens erit æger laborans angustiâ, dum habet medicinam in platea. *Commendatio* platani *nullâ alia maior* (ait Plinius lib. 12. cap. 1.) *quam Solem æstate arcere, hyeme admittere.* Apta & insignis proportio, ut rutiler mater Virgo: quandoquidem sicut Musa Catholica cantat:

*Suavius in platani numquàm requiescimus umbra,*
*Sub patrocinio, quam bona Virgo, tuo.*
*Frigoris hæc frangit vires, hæc temperat æstus:*
*Æstus amor, frigus crimen, & umbra parens.*

*Eccli. 24. 19.*

*Alapid.*

*Prompta eius gratia.*

*Plin.*

*Meliores eius, quàm platani umbra.*





*Nulla fœmina ei similis.*

## DIDASCALIA XII.

### *Sola Maria habuit gaudia matris cum virginitatis honore.*

*Sedul.*

1 CAnit Sedulius lib. 2. de *Christ. miracul.* v. 69. succinuitque Bernardus Serm. 4. in *Assumpt. Virgin.* Sola sine exemplo fuit, & digna quòd fuisset sola, cuique diceret Deus:

*Maria sola mater & virgo. Ovid.*

——— *Tu mihi sola places.*

*Singularis inter fœminas*

Sunt quædam dotes, quæ simul haberi nequeunt, propter oppositionem, vel implicationem facultatum: & in Virgine, ut magis eluceſcat per oppositas; videntur collecta, quæ fœminas faciunt felices, pro tempore & successione divisa: etenim sic gaudet de fœcunditatæ prolis, ut de amissione non doleat virginitatis.

*Reluctent in illa opposita.*

*O virgo excellens vincens super omnia matres,*
*Cuius fructus adest, & flos non perdit honores!*

*Venant.*

Modulatur Venant. Hon. Fortun. de *Part. Virgin.* v. 103. & priùs Sedul. ubi supr. lib. 5. v. 359.

*Paulin.*

Cantat, & decantat Paulinus Consul. Carm. de *Ioann. Baptist.* v. 117. Hæc est enim casta generatio, & cum claritate; numquàm concessa fœminæ, nec visa in orbe: quippe non esset generatio clara, si esset mater sicut cæteræ; virginitate corrupta. Hinc illa dixit Angelo: *Quomodò fiet istud?* Nec modum novi, neque audivi. Non esset cum exemplo singulare; sed Deo, quod hominibus, non erit quod decretum, impossibile. Ignoras modum: & ego, quamtunvis mihi insit nobilior, atque præstantior naturæ conditio. Nescio, sed sciens scio, sibi referaſſe genitale secretum, & tibi servaturum virginale signaculum. Tua dum interest, interest sua: siquidem clarebit divinæ magnitudinis summitas, ut floreat in fœmina virginalis maternitas.

*Eius Generatio pura.*

*Vers. 34*

*Nulla est, quod indicabatur impossibile.*

2 De Sara dicitur *Sterilis erat, nec habebat liberos.* Ad quid igitur huiusmodi geminatio? Ut commendetur altiùs inauditum Marianum privilegium: quandoquidem si sterilis virginitas, & inflorida maiestas; ostendenda nova, virginitate fœcunda. Alij legunt: *Non erat virgo, nec habebat liberos*: innoitur repetitione sententiæ, novum miraculum futurum in orbe: etenim Maria & habuit prolem, & non amisit unquàm virginitatem. Ex diversis versionibus ampliùs clarebit occultum prodigium, in geminatione auctoritatis, licèt occultè, signatum. Onkala legit: *Non erat virgo.* Haye: *Non erat mater.* Optimè, quippe futura fœmina, quæ simul mater & virgo, gaudia continens genitricis cùm honore præstanti virginitatis. Haud cogitabile in commendatione plus. Sola est. Emissiones habet fons signatus, & flores parturiunt fructus. Ubi Virgo gaudet maternitate, matres obscurat honore.

*Genes. 11. 30.*

*Obscurat matres honore virginis.*

*O. K. Hay.*

3 *Benedictam inter mulieres*, salutavit Virginem-Matrem cognata eius Elisabeth; quam etiam Angelus salutavit gratia plenam, ac etiam in mulieribus benedictam. Illa sola benedicta inter mulieres, ubi tot dextrâ fortunâ felices? Non benedicta quæ apud Profanos felicior, mater regis, regis filia, & regis Sponsa? Haud defuit eiusmodi gloria Virgini, nec tanto privata honore. Ubi benedicta, nec habuit similem, nec habitura sequentem. Aliæ fœminæ vel sunt honore matres, vel integritate virgines: & Elisabeth iure salutat cognatam, inter mulieres singularem, & præ cunctis benedictam; quia nulla hucusque potita fuit gaudio matris, & honore speciosо integerrimæ Virginis.

*Luc. 1. 42.*

*Vers. 42*

*Prompta eius gratia.*

——*O toto quem Solis circulus ambit,*
*Quæque fuere priùs, quæ sunt, quæ deinde sequentur,*
*Virginibus cunctis felicior orbe puella,*
*Magno lecta Deo, mater dicaris ut eius,*
*Cuius & ille pater! Felix age concipe pondus,*
*Impolluta viro, coitusque immunis ab omni,*
*Verbo fœta Dei.*

Cecinit floride Anonymus:

*Partus & virginitas discordes tempore longo;*
*Virginis in gremio fœdera pacis habent.*

*In qua Deus eius ruit magnitudo.*

*Fuit in Virgine gaudium plenum.*

De rore cœli, & de pinguedine terræ fuit Virgini benedictio. Ros cœli signatur virginitas, felicitas mundi maternitas: & rutilat Maria plena gratiâ, & benedictione plena; quippe in illa fulsere matris decus & virginis honos. Gaudium plenum, quòd verè gaudium: igitur quasi lapis angularis fecit utraque unum.

*Ubi sup.*

5 Quantum auguror, in ipsis verbis, queis Virgo magnum exprimit Patrem, indicat privilegij celsitudinem: *Fecit* (ait) *mihi magna; qui potens est.* Intende. Concepit Virgo, & signat potentem Patrem, & non omnipotentem. Si opus Incarnationis opus ad extra, & potentia Patris iudicatur ad intra; cur virtutem exprimit Altissimi potentis genitoris, non Patris omnipotentis? Protulit ubi supr. Paulinus:

*Paul.*

——— *Mater dicaris ut eius,*
*Cuius & ille Pater.*
*Qui voluit,*
*Filius esse tuus, Domini cum filius esset.*

*Venant.*

Et Vænantius ubi dudùm.

*Unus in Ambabus naturis, verus in ipsis*
*Æqualis matri hinc, par Deitate Patri.*
*De Patre natus habens divina, humanaque matre*
*Spiritus, atque caro, Christus utrumque genus.*

*Et potentia Patris æterni.*

Potentem, & non omnipotentem Patrem dicit; quia illa genitrix, sicut Pater, pater. Pater solus genuit Verbum. Virgo sola genuit filium. Generatio Verbi Dei ad potentiam Patris spectat: & dum mater filij Pater Virgo fit, potentiam Patris designat; quippequàm virgo mater est, & virum in generatione non cognoscit, sicut Pater cœlestis ad prolem fœminam nescit. *Nemo si virgo concepi, miretur*: insit Titus Bostrensis hic. Admirationem concitant omnia: at ex suppositione potentiæ quænam miracula? Pater genuit filium sine concursu fœminæ, & fœmina sine patre. Hinc beatus venter, qui portavit, & ubera quæ filius suxit: etenim in admirationem orbis, in stuporem carnis, Virgo benedicta, & fœmina inter mulieres gloriosa,

*Tit. Bostr.*

*Ipse tuus partus virginitatis erat.*

*Ovven.*

6 Iste & sic, quia illius, & tibi non aliter. *Sicut cedrus exaltata sum in Libano*: profert ipsa fœcundâ virginitate, atque cœlesti gravidata prole. Sicut cedrum vidimus aliàs virtutum proceritate: quare nam modò superexaltatam, & elevatam sicut cedros Libani? Per flores? Per fructus? Dissona similitudo profectò, cùm longè latèque procedat Virgo. *Florifera fructum non fert, fructifera non floret*: ait Rav. Textor in *Officin.* lib. 7. cap. 17. Patet quàm longè, pariente virginitate. In reliquis fœminis, quæ florent virginitate, non pariunt; quæ fructificant, non florescunt: & Virgo virginum exaltatur inter fœminas lectissima cedrus, quia in auctoramen singulariter habuit flores & fructus.

*Eccli. 24. 17.*

*Fuit lectissima cedrus.*

*Rav. Textor.*

Modò ad quæstionem. Si cedri naturam refugit excellentia Virginis-Matris, quomodò cedrus Libani symbolum fiet perfectum exaltationis? *Cedri Libani habent fructum in flore*: ait Fracastorius *Syphil.* 2. In reliquis regionibus vel in cedris fructus florem expellit, in Libano verò etiam fructus florem continet: unde Maria exaltatur sicut cedrus in Libano plantata, ut constet eius, & non alterius prærogativa: quandoquidem & genitricis dignitatem obtinuit; & virginalem pudicitiam non amisit.

*Fracast.*

*Cum flore, & fructu.*

7 Scrutemur in symbolis miraculum, sive miraculi signum. Germinavit virga Aaron inter reliquas virgas; quoniam nihil mirabile, si vel aliæ florerent, vel illa non floreret, sicut aliæ. *Turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis in amygdalas deformati sunt.* Fructus floridi? Flores fructiferi? Sanè. In hoc constitit tota moles novitatis: igitur tulit fructus & simul flores. Perpende. *Refer* (ait Deus Moysi) *virgam Aaron in tabernaculum testimonij, ut servetur ibi in signum.* In signum referenda? Aptiùs in miraculum: imò in signum: etenim in novissimis temporibus futura erat fœmina, quæ uti Aaronica virga, fructus haberet matris, & florem virginis.

*Num. 17. 8.*

*Vers. 10*

*Sicut virga Aaron*

Tota Mariæ excellentia volvitur in huiusmodi signo, & spectatissimo cunctis miraculo. Illa sicca protulit germen; & virgo non habuit ad conceptionem radicem; quoniam virum non cognovit, & de Spiritu Sancto fœcundata concepit. Si tantùm floreret virga, maneret sine fructu virginitas: si dumtaxat fructus ferret, videretur sine flore virginitatis maternitas: utrumque magnum: & Mariæ Deiparæ conceditur huiusmodi privilegium; siquidem illius maternitas peperit virginitatem, & virginitas constituit genitricem. Flores etiam cum fructu in virga amœnabant intuentium lumina, ut obstupescerent mirabilibus corda. Flos perpetim decidit, dum fructus in virga prodit. Decor fructus impellit florum ornatus: & floribus Mariacolitur, dum è virga oritur filius; quoniam nulla illi vel sublimior exaltatio, ni cum fructu præstanti maneret virgo. Sciagraphiam in diversis obumbrabat Deus, ut ostenderetur magnus: & nova cogitans, nova demonstravit in Maria: et-

*Prærogativa singularis.*



enim novum, quòd fructum haberet in flore, filium in virginitate.

8 Noranda studiosè aliqua in auctoritate expositoribus obvia. *Creavit Dominus novum super terram*: inquit Ieremias. At quid? *Fœmina* (insit) *circumdabit virum.* Septuag. *In plantationem novam.* Apte quadrat cogitationi num. anteced. propositæ: novum utique, videre in arbore flores fructificantes, atque fructus florescentes. *Fœmina circumdabit virum*: & hoc novum? Næ, quippe tunc videbit orbis novum hominem, novam matrem, & novam generationem. Novum hominem, in homine Deo: novam matrem, scilicet virginem: & novam generationem, quia in fœmina erit infantis conceptio, sed sine viro. Non est mirabile, quòd fœmina concipiendo circumdet infantem; sed quod sola concipiat, circumdans prolem.

*Ier. 31. 22.*

*Quæ mirata in Verbi Incarnatione?*

*Verf. 22*

*Maria concepit intacta, & peperit incorrupta.*

9 Intende in contextum. *Revertere virgo*: dixit, & subdit: *Novum super terram, fœmina circumdabit virum.* Virum circumdare, est in fœmina concipere. Virgo non concipit: quo ergo pacto & exprimit conceptionem, & virginea appellat concipientem? Fœcunditas contradicit puritati, virginitas genitrici: & ino novum, quod utique peregrinum: quamquidem & concepit intacta, & peperit incorrupta. Nasci ex corrupta, quid est commune: impossibile naturæ, virginem parere; quippe matris thalamus est virginitatis intemerata tumulus: & ut clareret novitas; germinat in fœmina, infœcunda virginitas: etenim Deus dedit Virgini sterili partum, qui ei fœcundæ etiam virginitatis inspiraverat votum. Quodnam privilegium, si fructus detur pars venustatem floris, & filius matri adimeret ardorem virginitatis? Moliendum aliquid num: & virgo concipiens circumdat virum? ea quæ sonant in fœmina implicationem habent in Virgine pacem. Mittitur ad Virginem Angelus, ut novus mundo pateat formatus conceptus: qui quidem minime novus iam fœminæ nunciat conceptionem, ni referretur ad virginem. Minime novus, ni ventri in quo acervus tritici panis cœlestis, rutilat lilijs vallatus virginitatis.

*Luc. 10. 42.*

10 *Maria optimam partem elegit.* Ingemuit Assertor de Magdalene: PP. fere pertinuit eius accommodant genitrici. Quid bonum, quid melius, ut cognoscamus optimum fœminam esse matrem, exprimit bonitas ampliorem verò esse virginem: cæterarum testis virginisque testimonium & est optimus & maximum. Ita excellæ dotes nitent, qu impossibilem illarum unionem humana p

*Optima fuit & maxima.*

*Tom. II. Taut.*

*Matth. 1 8. Generatione vivifica.*

11 Auroram pingebant Ethnici facem habentem, quasi prævenientem Solem; uti astruit Chartar. de *Imagin. Deor.* fol. 67. Quantumvis elevetur cogitationibus scientia humana, semper micat stultitia: etiam fulgor umbra est, qua languescit rutilans, & caligine erroris deturbatur speciosius. Prævenientem Solem roseo colore Auroram, cogitationis summitas finxit; sed simul exiitere etiam fingere non potuit: reservatum itaque quasi potestatis specimen, ei qui fecit Auroram & Solem. *Aurora* effertur Maria: locum habet, scilicet virginitatem: ut Aurora gignit Solem: & videntur lux Auroræ & simul Sol, tamquàm novum miraculum, & singulare prodigium: siquidem cum Sole gaudet auctoritate matris, ac luce Solis, splendore integerrimæ virginis.

*Aurora cum face*

*Cant. 6 9.*

*Quare Virgo specialis Aurora?*

12 In templo Matris Deorum rimatur attentio prodigij simulachrum, & prærogativæ Virginis nobile signum. *In templi culmine* (sit qui supr. in imagin. *Magnæ Matris* fol. 150.) *virgo erat efficta, quæ ulnis infantem continebat: Iupiter enim à Vesta nutritus ferebatur.* Salus constat ex inimicis nostris pro purificatione Virginis-Matris: igitur Iovem summum Deum lactavit Maria, ubere de cœlo pleno: & licèt purificetur in templo, permanet puerperio virgo. Ergo ad rem. Si Vesta nutrivit ubere Iovem, qua lege fingatur virgo ulnis continens infantem? Matris est quod fidelis Ecclesia credit, & colit, quam quod Gentilitas finxit. In commendationem Deorum inanium cogitabant fictiones, & etiam quas finxere, superant in Ecclesia veritates: igitur Mater Dei, Aurora refulgens profert iustitiæ Solem infantem, lucis perennis fontem; nanciscens genitricis reverentiam, & virginis singularissimam gratiam.

*Chartar.*

*Purificationis Virginis lucida umbra.*

*In illa matris reverentia, & virginis gratia.*

13 Deindè. Iuter encomia Vestæ, non in-

*Magna Mater, quæ & cur apud Ethnicos?*

infimæ æstimationis epitheton *Magnæ Matris*. Ita videris apud Vinc. Chartarium ubi supr. & Natal. Comit. *Mytholog.* lib. 2. Verùm unde magnitudinis commendatio? Ex eo quòd esset Dei summi mater & virgo. Mater fœmina, quin sit virgo, minimè est prærogativa: in virginitate fœcunda fiat fœminæ excellentia: & licet fictitiè, obtinuit verum honorem; quoniam virgo cùm esset, habuit infantem. Undè hoc nisi de nostris sacramentis? Vel in tenebris micant fulgores lucis: quippequam videtur mysterij singularis obumbratio, ubi plauditur fœmina mater & virgo.

*Quid ignis in templo Magnæ Matris?*

14 Denique. Magna Mater templum, quo colebatur, spectabile habebat: ubi ignis illius imaginem prælignabat hinc & hinc. Quid ignis splendentis rutila forma, ut per illam Divum mater hominibus micet magna? Ut per ignem tamquam per speculum clarescceret in illa, & notesceret quid magnum. Consule Francisc. Pomey in *Pantheo Mythic.* p. 2. Lil. Girald. *Syntagm.* 1. Tull. Cic. lib. 2. de natur. Deor. Livium *lib.* 5. *Decad.* 1. Valerium Max. lib. 5. cap. 4. & Nat. Comit. ubi supr. effectus ignis virgineus, sine corruptione caulæ, sine dispendio splendoris, lux lucis, flammæ flamma, sed illæsæ, & denique purum lumen de lumine. Hinc Ovidius lib. 1. *Fastor.* de igne canit:

Ovid. *Iurè igitur virgo est.*

Quapropter aptè Verbum Dei procedens à Patre dicitur lumen de lumine: igitur geniti fuit fœcunda mente productio, genitoris ingeniti procul dispendio. Ignis ergo claret Magnæ Matris signum; ut celebretur in Iovis vera genitrice miraculum: igitur si ignem habet, ut simul virginitas cum fœcunditate lucereț in Deipara tantùm vere rutilavit singulare prodigium: quandoquidem illa sola obtinuit genitricis gloriam, & virginitatis lauream.

*Maria sola mater virgo.*

15 Audità à discipulis Satoris nostri de semine sine expositione parabola nova; interrogarunt eum studiosè, Quæ esset hæc parabola? Illicò oritur quæstio? Cur si in parabolis Christus loquitur, de hac dumtaxat exquiritur expositio? *Cùm esset singularis interrogaverunt*: infit Marcus. Singularis? Utique. Quamnam includebat parabola singularitatem, ut qui adhuc ex discipulis, sine intellectu erant, haberent intellectionem? *Incarnationem Verbi in virgine, quippe semen verbum Dei*: ait Vincent. Ferrer. Serm. 2. in *Sexages.* n. 8. & 9. Terra Virgo erat, ubi Verbum Dei de cœlo descendit, ac matrem virginem conceptione reliquit: & interrogant parabolæ latens mysterium, quoniam genitrix virgo numquàm auditum. Interrogatio ignorantiam designat: & Apostoli interrogant, quod ignorant; quippe non intellectus obiectum, sed admirationis, filius virginis & integritas matris. Needum autem revelatum erat mysterium, & exhibuit filius in paraboli signum: quid in genitrice gloria, cùm esset etiam singularis vel in parabola? Singularis sanè, etenim oppositionis consortium tantùm in Virgine: quæ quidem & purum servavit pudoris claustrum, & terra salutaris tecit centesimum fructum. Non mirum, quod inquirirent parabolam, ubi mysterij nullam habebant notitiam: siquidem filius Virginis in parabola expressit, quod nec oculus vidit, nec auris umquàm audivit.

Marc. 4. 10.

Vinc. Fer.

*Cuius pri vilegium cognitationi subtrahi ligno tum.*

16 Fovebat flammam rubi materia fragilis, quin fragilitatem vis consumeret ignis; cum explorarent curiosa lumina virescentem, & flammam ignis quasi ventum roris flantem. Vidit Moyses, & obstupuit, quippe rubus flagrabat, & flamma virebat. *Vadam* (ait) *& videbo visionem hanc magnam*. Magnam, tamquam nihil ultrà pateret oculis obijci, & intellectum admirationi ligare. Cur ergo nil cogitatur ultrà, ubi in rubo ita mitis coruscat flamma? An quia, ut astruit Philo de *Vit. Mosis* lib. 1. *è medio prominebat forma quædam pulcherrima, nulli visibili similis, divinum planè simulacrum, luce fulgens clarissima, ut suspicari posset Dei imaginem*? Minimè proposito opportunum: quandoquidem imago Patris formam servi accipiens, requievit descendens in terram, in virginem scilicet quæ edidit humanam formam: ita ornantibus pellam monili pudoris, & auctoramine artis; ut nulli staret visibili similis.

Exod. 3. 3.

*Non hæc buit simile.*

17 Aliter ecclesia catholica cogitat: igitur in flamma bi qui apparuit, designatur Verbum Dei factum in Virgine homo, vel cuius genitrix virgo. *Rubum* (canit) *quem viderat Moyses combustum, conservatam agnovimus tua laudabilem virginitatem, Dei Genitrix*, rerùm unde ex rubo flammante, & incombusto vel igne proximo, patet integritas virginis, & fulgurat honor matris? Ex igne, da rubus flagrabat, & non ardebat. Sicut igne inveniuntur conditiones ardendi & lucendi, ita in fœminis inest vel auctoritas matris, vel reverentia virginis. Ardet profectò reverentia virginis, ubi lucet in illis auctamen grave matris: & dicitur huiusmodi vbi, vitio magna, in qua vivide prælignatur via; quippequam in fœmina (apparente ro in ignis flamma) peregrina omninò notas, quod luceret maternitas, & non arderet virginitas. Verè Deus apparuit in flamma rubi, dum apparuit orbi: etenim dumtaxat in mundo, apparente Dei Verbo, poterat videri & mater & virgo. Divinus est fructus, ubi candor virginitatis illæsus. O felix, imitari nescia Virgo! O fœmina! salve: etenim in auxilium hominum, & orbis prodigium, felicem gestas uteri fœtum humanitate fœtum. O terque quaterque beata! Floride Venantius ubi supr. v. 140.

*Non arsit virginitas, ubi lucuit maternitas.*

*Gaudia quanta sinus hilaris tuus ille vehebat,*
*Cum tua membra premens, plus relevabat onus?*

Venant.

*Qualiter illa novum tenuerunt viscera lumen?*
*Quod decus intus erat, quisve honor inde foras?*
*Quis te nunc sensus, Domini pia mater habebat,*
*Cùm tibi talis erat fœtus honore novo?*

*Arbor singularis.*

Excedit sensum singulare miraculum, quippe nisi in te non visum. Tantùm igitur in te conciliata matris gaudia, & virginitatis gloria. Cæteræ arborum venustatum, in tententia Plinij lib. 16. cap. 25. *Pariunt, cùm florent.* Tu verò arbor insignis, flores dum paris: etenim si virga dominationis egressa fuit pulchrè de incorrupta radice virginitatis, in partu utcumque mirabili flos non decidit, sed ascendit de radice.

Plin.

18 Audite Bernardum mellifluè loquentem in *Vigil. Nativit. Domin.* Serm. 1. *O nativitas illibata sanctitate, honorabilis mundo, amabilis hominibus collati magnitudine beneficij, investigabilis etiam Angelis sacri profunditate mysterij, & in his omnibus admirabilis singulari excellentia novitatis, utpotè quæ nec primam similem visa est, nec habere sequentem!* O *partus solus sine dolore, solus nescius pudoris, corruptionis ignarus, non reserans, sed consecrans virginalis uteri templum! O nativitas supra naturam, sed pro natura, miraculi excellentia superans & reparans virtute mysterij! Generationem ipsam quis enarrabit? Angelus nunciat, virtus obumbrat Altissimi, supervenit Spiritus, Virgo credit, fides concipit, virgo permanet. Quis non miretur? Nascitur Altissimi filius, Deus de Deo genitus ante sæcula, nascitur verbum infans. Quis vel satis miretur?* Iure dicit Propheta: *Consideravi opera tua, & expavi.*

*Quanta miracula in Christi nativitate!*

Bernard.

19 Venantius Fortunatus ubi supr. canit floride.

Habac. 3. 2.

*In Deitate Patri æqualis, sed corpore matri,*
*Et sine peccato de genitrice cavo.*
*Factor dans legem, factus sub lege minister,*
*Ipse pater mundi, filius ipse tibi.*

*Ordo conceptionis.*

*Vnde tuum mater generas natum, atque parentem,*
*Hinc prolem, inde patrem, hoc Deus, illud humus.*

Venant. Fort.

*Non sua confundens, sibi nostra, sed omnia nectens,*
*Quem sine peccato gignit uterque virum.*

Iam visa in orbe quæ expectata, & numquàm visa. Iam Maria adnitar margaritæ cœlo fœcunda parente. Acumen expressit Masenius succinens:

Masen.

*Unio, quem rutilo pariunt conchylia Sole,*
*Conceptus tenui rare parente fuit.*
*Sic fœcunda suum peperit dum virgo Tonantem*
*Sol Deus, Iesus unio, conchus parens.*

TAU-

# TAUTOLOGIA TERTIA.

*BENEDICAM TIBI, ET MAGNIFICABO nomen tuum, erisque benedictus.*
Genes. 12. 2.

## EXPOSITIO LITTERÆ.

1 OCCURRIT, & volupè, gratèque pater fidei nostræ Abrahamus, pater patrum, vir genitus laudi, & natus gloriæ: *Homo cœli, & homo Dei*: uti inquit Philo de *Gigant.* de quo iurè Ambrosius lib. 2. de illo cap. 2. *Magnus plane vir, & multarum virtutum clarus insignibus; quem votis suis philosophia non potuit æquare.* Gratè, inquam, tanti Patriarchæ occurrit historia; quoniam Patriarchæ N. Benedicti micat lucidè umbra: etenim uti canit Marcus Monachus:

Phil. Ambros.

Marc.

*Quicquid antiqui cecinere vates,*
*Quicquid æternæ moniment a legis,*
*Continet nobis celebranda summi*
*Vita Monarchæ.*
*Ipse virtutum cumulis onustus,*
*Celsior nostri Patriarcha cœtus*
*Isaac, Moses, Abraham sub uno*
*Pectore clausit.*

1. Benedict. omnium iustorum spiritu plenus.

Quid mirùm? *Vir iste spiritu iustorum omnium plenus fuit:* ait Gregorius Magnus lib. 2. *Dialog.* cap. 8. Quod quidem argumentum late sequitur hic N. Benedictus Hactenus in *Comment.* & Nos *Didasc.* 12.

Greg. Mag.

Iosue.

2 An Abraham fuerit idololatra sub lite est. Astruunt Genebrardus ex traditione Hebræorum, Philo lib. de *Abrah.* & Andreas Masius in *Iosue* cap. 24. v. 2. ubi: *Trans fluvium habitaverunt patres vestri ab initio; Thare pater Abraham & Nachor: servieruntque diis alienis.* Verùm locus meliori sensui patet, & ex Iudith. cap. 5. 7. contrarium liquet: *Hic primùm* (dicitur) *in Mesopotamia habitavit, quoniam noluerunt sequi deos patrum suorum, qui erant in terra Chaldæorum: deserentes itaque cæremonias patrum suorum, quæ in multitudine Deorum erant; unum Deum cœli coluerunt, qui præcepit eis, ut exirent inde.* Videsis Augustinum lib. 16. *Civ. Dei* cap. 13. Sanctium, & Alapide, in *Iudith.* loc. cit. & Pererium in *Genes. disput.* 17. à num. 256. Proin Marius Victor. lib. 3. *Gen.* v. 327.

Abraham non fuit idolatra.

Iudith.

Mar. Vict.

*——— Nam primò à limine vitæ*
*Verum mente Deum venerans, gentilia sacra*
*Aversatus erat: quem postquam morte parentis*
*Iussa sequi iam posse Dei sine fraude licebat,*
*His Dominus famulum monitis dignatus adire est, &c.*

3 In Ur erat Chaldæorum, dum illi à Domino de oblivione omnium sermo fit: & ne forte desperaret, coacervata præcepta præmia sequuntur & magna: igitur qui vocavit in perfectionem, ut sibi acquireret populum acceptabilem, bonorum operum sectatorem; dixit illi: *Benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, erisque benedictus.* Illustri elegantique periphrasi expositi Victor ubi supr.

Genes. 12. 2.

*——— Toto te solum invenimus orbe*
*Quem sincera fides iuvat, & reverentia nostri.*
*Linque procul sedes patrias, terrasque nocentes,*
*Pollutamque domum: cognatio tota profana est,*
*Et fugienda tibi. Terræ melioris in agros*
*Ad ducè pervenies, ne sis pars gentis iniquæ,*
*Qui sanctæ caput esse potes. Tunc sacra dicabo,*

Idem.

Qua



*Quem maneant benedicte tibi, nomenque per omnes*
*Magnificum reddam populos.*

4 Huiusmodi formula apud Hebræos est magnæ promittentis, vel expectantis. Patet Genes. 22. 17. ubi Abrahæ, post intentam immolationem Isaac, dicitur: *Benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum.* Hebr. Chald. & Septuag. *Benedicens, benedicam tibi, & multiplicans multiplicabo semen tuum.* 1. Paralip. 4. 10. *Si benedicens benedixeris mihi.* Psalm. 131. 15. *Viduam eius benedicens benedicam.* Ita Hebr. 6. 14. & similiter alibi sæpe. Omnia igitur & affinia testimonia exponenda genuinè, præmissis acceptionibus Benedictionis.

Benedictio pro re magna.

5 Apud Priscos Christicolas, pro Eucharistia, seu Eucharistico pane Benedictio accipiebatur. 1. Cor. 10. 16. *Calix benedictionis*, uti hic observant Anselmus & Chrysostomus. Unde Cyrillus Alexandr. lib. 4. in Ioann. cap. 17. inquit: *Si vitam æternam consequi volumus, ad recipiendam benedictionem libenter curramus.* Et Tertulianus de *Pudicitia*, cap. 14. in propositum idem astruit: *Quæ diabolo proijciebatur, ut sacramento benedictionis exaucloraretur, numquàm in castra Ecclesiæ reversura.* Ubi Pamelius num. 119. *Sacramento benedictionis, nempe Eucharistia.* Sic etiam alij PP. & DD.

Pro Eucharistia.

Cyrill. Tertul.

Pamel.

6 Sæpe *Benedicere*; pro Salutare, fausta, felicia, prospera precari, Valedicere, vel Laudare. Genes. 47. 10. *Benedicto rege, egressus est foras.* Iosue 22. 6. *Benedixit eis, & dimisit.* Rom. 12. 14. *Benedicite persequentibus vos:* idest, *Salutate.* Quo sensu S. P. Benedictus *Regul. S.* cap. 25. *Neque à quoquam* (inquit) *benedicatur transeunte.* & cap. 63. *Ubicumque autem sibi obviant fratres, iunior à priore* (putà, seniore qui prior in Congregationem venit) *benedictionem petat.* Ita Ambrosius lib. 7. in *Luc.* cap. 10. Vox quippe usitata in salutationibus, ut patet. 1. Reg. 15. 13. *Benedictus tu Domino:* idest, Salve: Prosperè veneris: Idem Luc. 1. 28. 42. *Sacerdos quippe* (ait Petrus Damianus *Opusc.* 30. cap. 2.) *super hominem verbis invocat; sed ipse super eum Dominus benedictionem efficaciter format.* Apud Ethnicos sæpe fiebat inter bibendum. Docet Athenæus lib. 2. cap. 1. *Iovis præterea Servatoris nomen invocare constituit memoria gratiâ bibentium, quòd sic bibentes salutem sine dubio consequerentur.* Apud Latinos autem moris fuit, inter pocula sibi benè precari solemni verbo benedicendi. Plautus in *Stico.* Act. 5. Scen. 4. v. 26. & in *Persa.* Act. 5. Scen. 1. v. 20.

Pro bono homine.

S. Bened. Idem.

Pet. Damian.

*——— Tibi tutè inde si sapis,*
*Bene nos, benè vos, benè te, benè me, benè nostram etiam Stephanium.*
*Bibe si bibis. Benè mihi, benè vobis, benè amicæ meæ.*
*Benè omnibus nobis. Hoc mea manus tuæ poculum donat,*
*Ut amantem amanti decet. Cedo, accipe. Benè ei, &c.*

Tibullus *lib. 2. Eleg. 1.* & Ovidius lib. 2. *Fastor.*

*Sed benè Messalam sua quisque ad pocula dicat:*
*Nomen & absentis singula verba sonent.*
*Larga precaturi sumite vina manu.*
*Et benè nos, benè te, patria pater optime Cæsar.*
*Dicite suffuso per sacra verba mero.*

Describit morem Horatius lib. 1. od. 27. & lib. 3. od. 19. v. 10. Ordinem bibendi, & cyathorum numerum ex litteris nominum (unde ortum adagium *Græco more bibere*, vel *Pergræcari*) Martialis lib. 1. Epigram. 72.

*Nævia sex cyathis; septem Iustina bibatur,*
*Quinque Lycas, Lyde quatuor, Ida tribus.*

Plura videris apud Iust. Lipsium lib. 3. *Lect. Antiq.* Adrian. Turneb. *Advers.* lib. 16. c. 11. & in huiusmodi morem Senecam *Epist.* 83. Horatium ubi supr. lib. 1. & Ioann. Satisber. in *Policrat.* lib. 8. cap. 6. Nos aliqua dicemus *Tautolog.* 4. in *Exposit. lit.* maximè à num. 32.

7 Etiam benedictio accipitur pro munusculis. 1. Reg. 30. 26. *Accipite benedictionem de præda hostium.* & 4. Reg. 5. 15. *Obsecro, ut accipias benedictionem à servo tuo.* Xeniola isthæc vocantur *Eulogiæ* à S. Benedicto ubi supr. cap. 54. Et etiam *Benedictiones*, quippequàm benedicebatur, antequàm susciperentur. Consule N. Benedict. Hæftenum *Comment.* in Regul. S. Benedicti lib. 4. Tract. 7. Disquisit. 4. n. 1. & plura testimonia sensui attestantia apud Ludov. de La-Zerd. in *Advers. sacris*, cap. 24. num. 7. cap. 66. num. 10. & cap. 118. num. 2. Hinc Gregorius Magnus lib. 2. *Dialog.* cap. 31. profert: *Vocatis fratribus, cum introrsus tolli, ut benedictionem acciperet, præcepit.*

Benedictio pro xenijs.

S. Bened.

Greg. Magn.

8 De his igitur Benedictionis acceptionibus sermo in præsentiarum non sit: qua propter ut scopo accedamus, propriores in medium statuemus *Benedictio* in Sacra Pagi-

ns

Benedictio pro sanctitate, vel gratia gratum facientc.

na pro sanctitate, & *Benedictus* pro homine grato Deo, accipitur: tuncque nomen substantivum est. Genes. 24. 31. *Ingredere benedicte Domini* ubi Haye in *Arbor vit.* subdit: *Quasi dicat gratiosum Domino, & cui Deus favet.* Quo sensu Tob. 13. 15. *Benedicti erunt, qui ædificaverint te.* Isai. 65. 23. *Semen benedictorum Domini est.* Marth. 25. 34. *Venite benedicti Patris mei.* Eccli. 24. 4. *Inter benedictos benedicetur.* Nimirùm, inter gratos gratior erit. Unde de Abraham dixit, ut vidimus supr. num. 3. Mar. Victor: *Sacra, quæ manent benedicte tibi.*

Haye.

Tertul.

Pro prima acceptione sunt etiam plura testimonia. Marc. 14. 61. *Tu es Christus filius Dei Benedicti?* idest, sanctissimi, vel per essentiam sancti. Haud aliter Luc. 1. 42. *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui:* Hoc est, Sanctissima, & Sanctissimus: quo titulo Nos Summum Pontificem nominamus: quod quidem fecit Tertullianus de *Pudicitia*, cap. 13. ubi infit: *Bonus Pastor, & Benedictus Papa concionaris*: de *Præscriptionibus adv. Hæretic.* cap. 30. *Sub episcopatu Eleutherij benedicti*: idest, beatissimi (uti notant Quintinus, Rhenanus, & Pamelius loc. cit.) *Benedicti Patriarchæ*; de *Exhort.* ad Castit. cap. 6. Vide alia plura testimonia apud Benedict. Hæftenum *Prologom.* 16. in *Vit. S. Benedict.* His ergo encomijs efferebantur, qui vel quæ destinatæ erant ad martyrium, ut patet ex ipso Tertull. *ad Martyr.* cap. 1. & 3. & de *Cult. fœmin.* cap. 4. 5. 9. & 13. *Benedictæ* ergo dicuntur, quæ à Cypriano designatur *Beata*, in Epist. ad *Martyr.* Hinc Benedicti, pro laudandis, vel dignis laudibus, sicut de Abrahamo protulit Melchisedech: *Genes.* 14. 19. de Iahel, Angelus: *Iudic.* 5. 24. de Deo autem frequenter fit huiusmodi mentio laudis in Scriptura, maximè Psalmis.

Martyres olim vocabantur Benedicti.

Cyprian.

9 Pro beneficentia, seu felicitate, aliquando accipitur in Sacr. pagina Benedictio. Proin Abrahæ dicitur Genes. 12. 3. *In te benedicentur universæ cognationes terræ*: hoc est, per te & in te felices erunt. Liquet ibid. cap. 18. 18. Numeror. 23. 11. & testimonijs num. præcedentis. Unde patet expositio Deuteron. 11. 26. ubi: *En propono in conspectu vestro hodie benedictionem, & maledictionem.* Q. d. felicitatem, vel infelicitatem: hanc, si proteritis iura; illam vero, si sequimini præcepta. Oritur hinc, quòd cùm fœcunditas apud Hebræos summa censeretur felicitas; benedictionem accipi frequenter pro fœcunditate. Psalm. 106. 38. *Benedixit eis, & multiplicati sunt nimis, & iumenta eorum non minoravit.* Iosue 17. 14. *Filij Ioseph dixerunt: Quare dedisti mihi possessionem sortis, & funiculi unius, cum sim tanta multitudinis, & benedixerit mihi Dominus?* & Malach. 3. 10. pro fœcunditate telluris dicitur: *Si non aperuero vobis cataractas cœli, & effudero vobis benedictionem.* Quòd quidem optimè exprimitur Genes. 49. 25. ubi Iacob Ioseph benedicens, & valedicens alloquitur ita: *Deus patris tui benedicet tibi benedictionibus cœli desuper, benedictionibus abyssi iacentis deorsum, benedictionibus uberum & vulvæ.* Sic oppositio sensu maledictio: uti Genes. 3. 17. & 5. 20. *Maledicta terra*: idest, sterilis. Et Deuteron. 28. 18. *Maledictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, armenta boum tuorum, & greges ovium tuarum*: hoc est, omnia tibi sint sterilia, & infœcunda, ut tibi non sint.

Pro beneficentia, & felicitate.

Pro fœcunditate,

10 Deinde, interdùm sumitur pro speciali gratia, aut favore: 2. Reg. 6. 12. *Nunciatum est regi David, quòd benedixisset Dominus Obededon.* Genes. 30. 27. *Experimento didici, quia benedixerit mihi Deus propter te*: nimirùm, singulariter faverit. Eodem sensu ibid. cap. 39. 5. *Benedixit Dominus domui Ægyptij propter Ioseph.* Quo intelligitur illud Bernardi Serm. 3. de *Annunt. Virgin.* cui iure dicit: *Consecuta est benedictionem* (specialissimum scilicet privilegium) *ut nec sterilis maneas, nec dolore parturias.* Unde sicut maledictio accipitur pro exemplo seu imagine detestationis, ita benedictio pro forma summæ proponitur felicitatis. *Sicut eratis maledictio in gentibus* (dicitur filijs Israël Zachar. 8. 13.) *sic salvabo vos, & eritis benedictio.* Quapropter sicut quod odit Dominus in maledictionem tradit, ut locutus est per Ieremiam cap. 26. 6. *Urbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terræ*; pariter quod diligit in benedictionem ostendit: ideo Pagn. Rabb. Ionathas, Oleaster & Caietanus legunt: *Benedicam tibi, erisque benedictio*, ubi abstractum pro concreto, more Hebraico, ut præmissimus *Prolog. Galeat.* §. 4. num. 10. & 11.

Pro speciali favore. Bernard.

Pagnin.

11 Modò igitur ut clarior sit expositio Tautologiæ, ad singula erit operæ pretium descendere. *Benedicam tibi*, dicit Dominus Abrahæ. Quia benedictio nomen generale est, intendendum est in sententiam præcedentem, vel subsequentem, in qua materia describitur benedictionis, ut constet sententiæ sensus: igitur præut signatur benedictionis argumentum, seu beneficium collatum, aud conferendum intelligitur. Sæpe monui *Tom.* 1. *Tautolog.* 1. in *Expositi. litter.* num. 4. *Tautolog.* 6. num. 37. & hic *Tautolog. præc.* num. 6. par-

Expositio prima.



particulas &, *Quæ* & alias huiusmodi, non semper copulativas esse; sed interdum rationales, seu expositivas. Unde plerumque fiunt per Exergasiam, seu expolitionem, quæ clariorem reddit sententiam, exprimens signanter materiam circa quam: qua regula, sine aclivitate exponuntur testimonia. Genes. 1. 22. & 28. dicitur: *Benedixit eis dicens: Crescite, & multiplicamini.* Q. d. Hæc est Domini benedictio, specierum multiplicatio. Psalm. 84. 2. *Benedixisti Domine terram tuam.* In quo subditur illicò: quia *avertisti captivitatem*, ut unusquisque è Babylonia rediret ad propria. Psalm. 106. 38. *Benedixit eis, &* (nimirùm) *multiplicati sunt nimis.* Constat etiam in ipsis Tautologijs ad præfixam spectantibus. Psal. 131. 15. *Benedicens benedicam, pauperes eius saturabo panibus.* Hoc est, clarebit mea benedictio, in eo quòd minimè esurient, licèt læva sors fecerit inopes, quoniam nullo modo quærent solicitè panes. Ita Hebr. 6. 14. *Benedicens benedicam, &* (scilicet) *multiplicans multiplicabo.* 1. Paralip. 4. 10. *Si benedicens benedixeris mihi, &* (hoc est) *dilataveris terminos meos, & fuerit manus tua mecum, & feceris me à malitia non opprimi.* Hic ut vides, perspicuè exponitur materia benedictionis, & humanæ cupitæ felicitatis. Haud aliter dicitur Abrahæ: *Benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum.* Ubi ly *Et* particula expositiva est, ostendens in quo benedictio, nimirùm, quòd esset pater multarum gentium, dives, nomine gloriosus, beatus, Deo acceptus, felix, prosper, laudabilis; in quæ omnia anxiè tendit humana cupiditas, ut per illiusmodi bona in homine micet quasi quædam Deitas, uti canit Horatius lib. 1. *Epist.* 1. v. 106.

Et pro ideò.

Exergasia sæpe in Biblia.

*Ad summum sapiens uno minor est Iove, dives,*
*Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum.*

Horat.

12 Aliter interpretari quimus huiusmodi testimonium per Hendiadym, qua figura una eademque sententia veluti dividitur in duas, de qua egimus *Tom.* 1. *Tautolog.* 6. num. 36. ut illud Virgilij *Georgic.* lib. 2. v. 192. & Lucani lib. 7. v. 531.

Secunda tum positio.

*Hic laticis qualem pateris libamus & auro.*

Virgil.

Ideſt, aureis pateris. *Chalybem fræno fque momordit*: chalybeos, videlicèt, frænos. *Gnidiosque nodos*, ut canit Ausonius *Epist.* 5. ideſt, nodosos calamos, uti protulit Persius *Satyr.* 3. v. 11.

Auson. Pers.

*Inque manus chartæ, nodosaque venit arundo.*

In Scriptura videtur interdum huiusmodi schema. 1. Machab. 11. 58. *Dedit eis potestatem bibendi in auro*: hoc est, *Vasis aureis.* Colos. 2. 8. *Videte, ne quis vos decipiat per philosophiam, & inanem fallaciam.* Ideſt, per fallaciam inanis philosophiæ. Sic plura. Proinde *Benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum*, &c. idem erit, ac dicere, in magnificentia nominis, rebusque alijs, summa stabit benedictionis: haud quoniam duæ res sint nominis fama, & benedictionis forma; sed quia bona promissa erunt benedictionis materia.

Hendiadys interdum in Scrip.

13 *Magnificabo nomen tuum.* Nomen, ideſt, te; quippe in Biblijs *Nomen*, & *Facies* plerumque accipitur pro cuius facies, vel nomen. Psalm. 8. 2. *Quam admirabile est nomen tuum!* Ideſt, tu. Genes. 4. 16. *Iste cœpit invocare nomen Domini*: hoc est, Dominum. Similiter Isai. 49. 1. Ezech. 20. 39. Cant. 1. 3. Apoc. 3. 4. & Act. 1. 15. ubi: *Erat turba hominum* &c. Græc. legit: *Nominum.* Usitatum est etiam apud Profanos. Nomen Romanum pro Romanis passim invenies apud Corn. Tacitum. Videsis lib. 1. *Annal.* cap. 43. lib. 2. cap. 55. *Histor.* lib. 3. cap. 45. in *Vit. Agricol.* cap. 23. Consulendus est etiam Fridericus Taubmannus in *Comment. Plauti Amphitruon.* Act. 2. Scen. 2. ubi plura & selecta. Unde nomen magnificum Abrahæ, nihil aliud signat, quàm Abraham gloriosum fore; quandoquidem nomen pro gloria & fama sæpe usurparum, uti dicitur Davidi inter pastores quasi nomine carenti: *Feci tibi nomen grande iuxta nomen magnorum, qui sunt in terra.* 2. Reg. 7. 9. Quapropter hic non solùm nomen bonum, sed gloriosum, inclytum significari intenditur. Pertrita est nominis acceptio apud Ethnicos. Ovidius lib. 3. de *Pont.* Eleg. 2. canit: *Nomen, honosque. Trist.* 3. Eleg. 4. *Nomina magna.* Epist. 21. *Nomen in orbe.* & lib. 10. *Metam.* Fabul. 7. *Magnum, & memorabile nomen.* Virgil. lib. 2. *Æneid.* v. 89. *Nomenque, decusque gestimus*: puta nomen decorum. Propert. lib. 1. Eleg. 5. *De nomine tanto.* & lib. 3. Eleg. 1. *Nomen maius.* Tacitus de *Morib. German.* cap. 45. & de *Orat.* inquit: *Hodie si nobis quid notitiæ, ac nominis est.* Senec. de *Tranquil.* cap. 9. *Nomen marmore, atque ebore captanti.* Quibus astipulatur Boërius lib. 1. *Metr.* 7. ubi invenies *Nomen* pro gloria, & *Fama* pro nomine, seu decore. Hinc quod fœdum, sine nomine dicitur, sicut de Priamo succinuit Virgilius lib. 2. Æneid. v. 557.

Nomen pro persona cuius est nomen.

Tacit.

Taubmann.

Pro fama gloria & decore.

Ovid. Virgil. Propert. Senec. Boet.

——— *Iacet ingens littore truncus:*
*Avulsumque humeris caput, & sine nomine corpus.*

Virgil.

Promittitur igitur Abrahæ gloria insignis, fama celebris, & nomen magnificum, æmulabile cunctis; quippe in illo benedicendæ omnes nationes.

*Pro familia vel gente.*

14 Nomen quoque in Scriptura accipitur pro Gente. Deuter. 9. 14. *Deleam nomina eorum de sub cœlo.* 1. Machab. 8. 1. *Audivit Iudas nomen Romanorum.* Idest Gentem. Quo intelligitur illud Ecclesiæ de Christo:

*Qui nomen Israël regat,*
*Teneatque David regiam.*

Quo sensu Ovidius lib. 1. de *Pont.* Eleg. 10. canit:

Ovid. *Si modò non census, nec clarum nomen avorum.*

Virgilius lib. 6. *Æneid.* v. 756.

Virgil. *——— Dardaniam prolem quæ deinde sequatur*
*Gloria, qui maneant Italâ de gente nepotes,*
*Illustres animas, nostrumque in nomen ituras.*

Catullus in *Nuptijs Iuliæ, & Manlij,*

Catull. *Ludite ut lubet, & brevi*
*Liberos date: non decet*
*Tam vetus sine liberis*
*Nomen esse.*

Horatius denique lib. 3. *Carm.* Od. 5. vers. 10. de Romano milite, quem intelligit sub *Marsus & Apulus* vocibus, ait:

Horat. *Ancilliorum nominis & togæ*
*Oblitus, æternæque Vestæ.*

Similia habent Historici. L. Florus de Antonio triumviro lib. 4. cap. 11. *Patriæ* (inquit) *nos minis, togæ, fascium oblitur.* Tit. Livius lib. 1. *Per seipsum Cecinum nomen impetum fecit.* Idem protulit Tacitus lib. 1. *Annal. cap.* 53. *Haud indignus Sempronio nomine. Sempronio* pro familia Sempronia. Quare dum Abrahæ dicitur: *Magnificabo nomen tuum,* benedictio intelligenda est de numerosa prole, in quam ab illo derivandum inclytum nomen; quippe, ut placet aliquibus, Hebræi ab Abraham dicti; quandoquidem alibi dicitur illi: *Futurus in gentem magnam.* Hinc cap. 22. 17. ubi iteratur huiusmodi benedictio pro magnificentia nominis exhibetur multiplicatio seminis, dicente Angelo: *Benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum.*

Flor. Livius. Tacit.

Gen. 18. 18

15 Ni eiusmodi magnificentiam nominis intelligere velis de grandi nomine *Abraham,* cùm Abram pridem vocaretur. Unde illi dicitur Genes. 17. 5. *Nec ultra vocabitur nomen tuum Abram, sed appellaberis Abraham; quia patrem multarum gentium constitui te.* Nomen novum à Deo inditum nonnumquàm speciale privilegium: ut patet Isai. 62. 2. & Apocal. 3. 12. Verùm in nomine *Abraham* gratia singulatior fuit: igitur ex nomine Dei ineffabili *Tetragrammaton* Literam *Hem,* communem fecit Deus (quæ quidem scribitur per *He*, sed per A legitur, sicut Galli econtrà scribunt per A, ut *Fema*; & pronunciant per E. *Feme*: & apud Latinos diphthongum Æ, per E pronunciant, & A V in compositis in E commutant, v. g. *Obedio.*) ut huiusmodi favore constaret, quanti apud Deum Abraham fieret.

*Mutatio nominis specialis gratia.*

16 Olim Heroës nomina propria ob commendationem, quos amabant, imponebant servis, & illis nominibus gloriabantur, quasi essent ex genere. Astruit Ioannes utrumque 1. Epist. 3. 1. *Videte* (ait) *qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filij Dei nominemur, & simus.* Rebus ut conveniant nomina sæpe suis, patet in N. Glorioso Protoparente, de quo Gregor. Magn. lib. 2. *Dialog.* cap. 1. profert: *Fuit vir vitæ venerabilis, gratiâ Benedictus & nomine.* In Iacob. Genes. 32. 28. in Ioseph 41. 45. & in Petr. Ioan. 1. 42. *Præclari & insignes viri* (inquit Plato *Dialog.* de *Sapient.*) *nomina sua virtuti, & claritati respondentia habent*: igitur, subdit Aristoteles *Metaph.* 4. text. 28. *Nomina debent exprimere naturam.* Argumentum huiusmodi sequuntur Dionys. Areopag. de *Cœlest. Hierarch.* cap. 7. & 8. Philo lib. de *Agricult.* & Euseb. Cæsar. de *Præp. Evang.* cap. 3. 4. & 11. Ita ergo Abraham magnificatus est nomine novo, quasi insigni virtutum, cum præferret vel in nomine illustre commendationis testimonium.

*Exoressio amoris vel novi muneris.*

Greg. Mag

17 Nomina speciosa semper parentes imponebant filijs, quasi prognosticon gloriæ, cui responderent facta; vel quasi calcar in gloriosa facinora, ut urgente in egregia nominis memoria, utcumque illustris, nomen non haberent dumtaxàt ad memoriam, sed gestis præclaris nominis implerent sortitam consultissimè mensuram. Iccircò Ioann. Andreas in cap. *Cùm secundum Apost. de Præbend.* meritò dixit: *Quòd si nomina, ut pleraque*

*Unde nominum impositio*

Ioan. And.



*quæ alia, in foro venditarentur; pulchra quidem parentibus esse magno pretio emenda, ut filijs imponerent.* Hinc *Nerva* à nervis, sive fortitudine. *Evergetes,* & *Eleutherius* à libertate. *Ptolomæus* ab audacia. *Philadelphus* à fraterno amore. *Philothea* à charitate in Deum. *Misanthropus* ab odio in homines: ita pariter *Felix, Faustus, Augustus, Theodorus, Adeodatus, Bonaventura,* &c. Aliquando nomina sortita ab aliquo eventu, quod fere apud Hebræos, ut patet in Sacra pagina, & astruit Hieronymus de *Nominibus Hebraic.* Haud aliter vocatur Posthumus, qui in lucem prodijt mortuo patre. Proculus, qui absente natus. Seneca, qui è sene patre, Cæsar, quippe cæso utero matris natus. Agrippa ab ægro partu. Pyrrhus à rufo colore. Nigidius ab atro. Albinus ab albedine. Natica ab adunco naso. Suilla à naso sursùm repando. Simon a simis naribus. Pansa à pausis capillis. Capella à capillis hirtatis. Lappa ab inculto capite. Longinus, qui corpore procer. Crassus, qui obesus. Vopiscus, qui superstites ex gemellis. Ita multa. Interdùm à virtute nomen, quasi organum rei, fingebatur, uti Herculeus (quæ autem sibi accumulabant duces Romani, vel Cæsares à gentibus redactis sub iugum imperij, potius agnomina, cognominave, quàm nomina dicenda) & plures alij. Consulens Cœlium Rhodiginum lib. 24. cap. 5. & 6. Non à casu, vel eventu nomen sortitur Abraham, sed à virtutibus, pro quibus nomen novum, igitur ipse iam alter. *Solemne est* (subdit hic Caietanus) *ut quos Dominus ad singulare munus eligit, novum eis nomen indat: per hoc significans oportere eos, alios prorsus esse, quàm fuerint. Patrem hinc originem sumpsisse, quòd & Pontifices & Reges cum ad tam dignitatem assumuntur, nomen immutent.* Sic itaque magnificatur Abraham, præferens in nomine substantiam nominis, & signaculum felicitatis; ut ipse per se in se clarescceret, & in filio dato à Domino, cognosceretur que semen Abrahæ servi eius.

*Nomina speciosa filijs imposita. ab eventu,*

*A virtut & gestis.*

Caietan.

18 Priusquam ad alia transeamus, inferere hic congruum videtur usum Scripturæ, ubi significatio nominis à Vulg. pro ipso nomine describitur, & exponitur. Quod quidem propter inscitiam Sacrarum literarum nescientes concionicaltri, vel mesoconcionatores, toc congeminatas ineptias proferunt, quot testimonia, præut iacent, interpretantur; obvijs nasibus amplectentes fabulas Rabbinorum. Hinc scioli intuentes in pluribus vocibus retentam vocem Hebraicam v. g. *Abel* (quæ significat vanitatem, vel luctum) *Adam,* &c. quoties prætermittunt transcribi pro nomine nominis explicationem, arbitrantur loco nominis sententiam, & econtrà. Genes. 15. 7. dicitur Abrahæ: *Eduxi te de Ur Chaldæorum.* Idest, de Civitate, cui nomen *Ur.* 2. Esdr. 9. 7. ita legitur: *Qui elegisti Abraham, & eduxisti eum de igne Chaldæorum.* Ubi significatio nominis pro ipso nomine ansam nescijs dedit somniandi Abraham, & Aram patrem Loth, Deos Chaldæorum adorare nolentes, & pluralitatem Numinum inficiantes, fuisse iniectos in ignem: ex quo Abraham miraculosè eductus, cùm combureretur Aram, quia non habuit sicut ille plenam fidem. Quapropter ut Abraham esset perfectus, & ambularet coram Domino, illi obijcitur pro materia gratitudinis: *Eduxite de Ur,* idest, *de igne Chaldæorum.* Præclarum ratiocinium!

*Abrahamus non fuit intellectus in ignem à Chaldæis.*

19 Similiter quia *Adam,* nomen Primiparentis (quod sonat *Hominem,* quasi diceremus *Homo* ab humo) ab *Adama,* hoc est, terra, legitur Iosue 14. 15. ubi: *Adam maximus ibi inter Enacim situs est.* autumant Adam fuisse gigantem, apud Moysen Barcepham lib. 1. de *Paradis.* cap. 14. non intelligentes per vocem *Adam* sæpe in scriptura hominem significari. Genes. 5. 2. *Vocavit nomen eorum Adam.* 2. Reg. 7. 19. *Lex Adam.* Eccle. 3. 21. *Spiritus filiorum Adam,* Ierem. 32. 19. *Via filiorum Adam:* & Osee 11. 4. *Funiculi Adam:* idest hominum. Ineptiunt etiam (legentes 1. Paralip. 4. 22. *Qui flare fecit Solem:*) Elimelech virum Noëmi, patrem Maälon, & Chelion, propter prævaricatores legis, ut tanto prodigio reverterentur ad cor, iussisse Solem stare, sicut Iosue iussit: cùm in Hebræo ly *Solem* non inveniatur, sed duntaxàt *Qui fiare fecit*: igitur non considerant significationem nominis pro ipso nomine transcribi. Unde in Hebræo legitur *Iokim*: à Septuag. & Pagn. *Iecbimi* idest *Stator,* vel *Qui stare fecit.* Sicut apud Romanos Iupiter dicebatur *Stator,* eò quòd stare fecit in fugam versos à Samnitibus, quod quidem notavit M. Cicer. in *Orat. ad Senat.* priusquàm pelleretur à patria, & cecinit Ovidius lib. 4. *Fastor.*

*Adam prò homine sæpè in Script.*

Ovid.

*Tempus idem Statoris erit, quod Romulus olim*
*Ante Palatini condidit ora iugi.*

Ita pariter quisquis fuit ille, vel hostes fecit stare, vel cives fugientes in certamina reverti. At magis placet expositio prima: nimirùm pro nominis voce exprimi interpretationem nominis. Liquet ex contextu: igitur subditur, *Viriique Mendacij & Securus & Incendens:* ubi Hebr. & alij legunt: *Et viri Chozebath* (vel *Chozebath.*) *& Ioas & Seraph.* Etiam v. 23. *Hi sunt filij habitantes in Plantationibus, & sepibus:* pro quo Pagnin. *Habitato-*

*Nominis ex positio prò ipso nomine*

Pagn.

*res Methatien* (Haye *Nethatim*) *& Gbederath.* V. 21. pro *In domo iuramenti* : idem vertit, *In domo Abrab.* Ibid. cap. 2. 55. pro *Canentes, atque resonantes, & in tabernaculis commorantes. Hi sunt Cinai, qui venerunt de Calore patris Domus Rechab.* Pagnin. legit : *Thirhatim, Seatim & Suchatim, qui venerunt de Chamath.* Tigur. *Qui venerunt de Hamath.*

20 His patet via in plurium auctoritatum intelligentiam. Psalm. 75. 3. *Factus est in pace locus eius &c.* Ideſt, *in Salem*, quod Pax: q.d. *Factus est in Salem locus eius, & in Sion habitatio eius.* Cant. 6. 3. *Pulchra es amica mea, suavis & decora sicut Ierusalem.* Per ly *Suavis* intelligenda est *Thirsa* vel *Thersa*, quæ regia Ephraim (quousque Amri ædificavit Samariam, ut patet 3. Reg. 16. 24.) sonatque *Suavis* : significatum scilicet pro Urbe. Quam ob rem sensus elogij Sponsi ad amasiam (quod verſatur in comparatione binarum urbium, regiarum Israel, & Iuda) erit perspicuus: nempè, *Pulchra es amica mea, ut Thersa & decora, sicut Ierusalem.*

*Diversa interpretationes.*

21 Dilucidatur eiusmodi testimoniorum, & aliorum expositio, ex eo quòd alibi nullo tenus invenitur pro proprio nomine significatio nominis. Matth. 2. 18. dicitur: *Vox in Rama audita est* : & Ierem. 31. 15. *Vox in excelso audita est* quippequàm Rama excellum sonat. 2. Reg. 5. 20. *Venit ergo David in Baal pharasim*: Isai. 28. 21. *In monte divisionum* quoniam *Baal-pharasim* significat vallem segregationis, seu idolorum, aut virorum divisionem. Ita enim intelligitur Genes. 26. 20. *Nomen putei vocavit Calumniam*: Pagnin. *Hesech.* quod Calumnia. V. 21. *Appellavit eum Inimicitias*: Pagnin. *Sthnah*, vel *Satam.* Iudic. 15. 9. *Nomen loci illius, Fons invocantis de maxilla*: Ar. Montan. *Heu baccare Aser bailebi.* Et Prov. 30. 1. *Verba Congregantis, filij vomentis*: Hebr. *Verba Agur, filij Lake.* Sufficiant igitur testimonia, pro utili proposito in alia, argumento leviter tacto. Quod decorum cantavit Propertius *lib. 2. Eleg. 19.*

Pagnin. Ar. Mont.

Propert.

——*Ego in assidua* (ideſt, vulgari) *mutem tua nomina lingua.*

Iudicium ergo traductionis vide apud Deltrium in *Medea* Act. 5. v. 923.

22 Inter Hebræos diversis benedictionibus bona imprecabantur pueris ante & post circuncisionem, quippe tunc nomen Deo dabant. Vide Novarinum in *Virg. Umbr.* cap. 44. Alios ritus videris apud Pinedam in Iob. 1. 5. n. 23. Ioann. Ferdinand. in *Thesaur. Script.* verb. *Benedicere.* Gretserum lib. 1. cap. 1. de *Benedict.* & M. Antonium Marsilium Columnam *Hydrag.* sect. 2. cap. 1. Etiam fiebat olim apud Christicolas. Audi Chrysostomum in *cap. 4. Epist. 1.* ad Cor. *Nomen sancti alicuius imposituri, cereos complures accendebant, suum cuique nomen assignantes: eius demùm qui ceteris extinctis, superaccrevit, quasi longioris ævi arripientes, puero imponebant.* In Hispania quoque ritus huiusmodi observabatur, ut accidit pro filio Iacobo, Petro Aragoniæ regi: igitur cereus cui nomen Apostoli Iacobi maioris inerat, cæteris fuit superstes. Refert itaque Marin. Siculus de *Rebus Hisp.* lib. 10. cap. 13. De Hibernis (sed cum nominibus cognatorum, vel affinium iam fato functorum) idem astruit Novarinus ubi supr. *Excurs. 127. num. 1173. & cap. 44. num. 1414.*

*Varij ritus nominum imponendi.*

Chrysost.

Mar. Sicul

23 Nomen ergo, quod notamen habentis, impellit in gesta communicantis, ut quisquis habuerit, glorietur factis, vel illum pudeat inditi nominis. Proin Senec. Epist. 11. ait: *Elige cuius tibi placeat & vita & oratio, & ipsius animum ante te ferens & cultus, illum tibi semper ostende vel custodem vel exemplum. Opus est, inquam aliquo ad quem mores nostri se ipsi exigant*: ut nomen sortitum, quod per alium (à quo bonum omen) magnificum invectum, communicatum per communes virtutes amplificetur. Hinc claritas nominis, & inclytum nomen transiens à claritate in claritatem, & decorans vel memoria numerosam progeniem. Quapropter nomen Abrahæ in benedictionibus Hebræorum semper adhibitum; ut pateret per cunctos & cuncta magnificatum. Genes. 28. 4. Quid mirum, dum quasi duntaxat illius esset Deus, passim in Scriptura plaudatur *Deus Abraham?*

Senec.

*In communi nomine, conveniant facta communia.* Genes.

24 *Erisque benedictus.* Quid hoc, si benedixit? Quia iuravit Dominus veritatem, & non frustrabitur eam. Absolutè decretum datum: efficax est enim verbum Dei, quia quæ processerunt de labijs eius, haud fuerunt irrita; igitur promissa non fuerunt conditionata, sicut liquet de regno Sauli à Domino gratis collato, in quem 1. Reg. 13. 13. dicitur: *Quod si non feciſſes, iam nunc præparaſſet Dominus regnum tuum super Israël in sempiternum.* At de hoc late *Tom. 6. Tautolog. 2.* ad illud Ierem. 31. 18. *Converte me, & convertar.* Patent ergo etiam merita futura Abrahæ, & perseverantia in vocatione, ut certa fieret per opera bona, & remunerata merita; quandoquidem receptarum gratiarum, & conferendorum beneficiorum nec indignus erat, nec futurus indignus. Quo circa *Benedicam tibi, erisque*

*Expositi. 1.*

*Promissio felicitatis Abrahæ absoluta.*



*erisque benedictus*: idem est, ac Non tantùm diceris benedictus, sed eris: etenim mihi gratus, & ego de te præclarè meritus, in quo summa benedictionis, apexve felicitatis. Multæ & crebræ apud homines benedictiones sunt, verùm non felices quippe quæ benedicuntur; siquidem *Et iniquus benedicitur.* Psalm. 9. divis. v. 3. Ideo dicitur per Malach. 2. 2. *Maledicam benedictionibus vestris, & maledicam illis.* Verum hoc in Didascalijs.

*Benedictiones maledictæ.* Psalm. Malach.

25 Aliter idiotismus exponi potest per *Epitasin*, seu exaggerationem: ita ut iteratio sententiæ infirmitatem, seu confirmationem promissorum astruat, uti diximus in *Prolog. Galeat. §. 4.* late. Haudquaquàm deaurata titulo felicitas tibi, sed vera. Extrema gaudij non occupabit luctus, sicuti in prosperitate temporali usuvenit, quandoque sicut fœnum velociter arescit; sed erit secura felicitas, nova, solida, & diuturna in vita & post vitam, in re, & in semine tuo: ut sis & videaris a me benedictus, ideſt, reapsè benedictus, siquidem verba mea facta sunt, & benedicere est benefacere. Ideo Pagnin. pro *Eris benedictus* legit: *Et esto benedictio.* Quod quidem confirmant Chald. & Septuag. *Certè multiplicabo semen tuum* &c. Hinc patet, quòd illa repetitio loco Adverbij apponatur, uti observavi loc. cit. num. 4. quandoquidem Chald. vertit *Certè* pro iterato verbo *Benedico*: quo patet ad alia testimonia Tautologica, & ad varietates lectionum: etenim Arab. *Benedicam tibi benedictione.* Hebr. *Benedicens benedicam.* Maluend. *Tibi benedicam, & erit Abram in benedictiones.*

*Expositi. 5.*

*Geminatio pro Adverb.*

26 Deinde, & aptiùs. Benedictio accipienda est pro ubertate, & abundantia. 2. Cor. 9. 6. *Qui parcè seminat, parcè & metet: & qui seminat in benedictionibus* (hoc est, *largè*) *de benedictionibus* (ideſt, *copiosè, abundanter*) *metet.* Ita intelliguntur in Scriptura benedictiones cœli, fructus Solis, Lunæ, pinguedo terræ, quasi cumulus fructuum, & omne genus felicitatum, igitur huiusmodi vocibus signatur optatorum abundantia, atque possessorum copia. P. Damian. *Opusc. 30. cap. 2. Benedictio* (ait) *aliquando multitudinem, aliquando significat ubertatem.* Idem asserit Clemens Alexandrinus lib. 2. *Pedag.* ubi Gentian. Hervet. *Significat benedictio boni additionem seu multiplicationem.* Ita duabus sententijs exprimitur unicum intentum tùm hic, cùm Hebr. 6. 14. *Benedicere benedictione, & multiplicare multitudine*: q.d. secura multiplicatio, in qua sita benedictio, ut supra diximus num. 11. Quod indicavit Maluenda legens: *In benedictiones multas.* Et Genebrardus in Psalm. 131. 15. *Copiosis, magnisque beneficijs.*

*Expositi. 4.*

*Benedictio pro abundantia.* P. Damian Clement. Alex.

Maluend. Genebr.

27 Cæterò. *Benedicam tibi, erisque benedictus*, continuationem potest designare gratiarum. Q.d. Benedictus es, non solum modò, sed nonnumquam benedictus: ita ut ex collatis beneficijs alia beneficia; atque gratiarum copiam continuò sequatur gratia, quasi prima, qua te vocavi, seminarium apparebat benedictionum, & gratiarum germinantium. Non sterilia coruscabunt beneficia, sed tamquam è radice rami, & alij atque alij ex his procedunt, haud aliter semen tuum vinea à me plantata extendet palmites suos usque ad mare, & usque ad Euphratem propagines eius. Prosper vocaberis & à filijs & ab exteris, igitur universis nomen tuum notescet, ut ad illos perveniat benedictio à me tibi collata, & ab eis desiderata. Quam ob rem Iacobo Isaac, ut vidimus, dixit: *Det tibi* (Dominus) *benedictiones Abrahæ.* Et ipse Iacob Genes. 48. 16. super Ephraim & Manassen: *Invocetur super eos nomen meum, nomina quoque patrum meorum Abraham & Isaac.* Ex quibus locis liquet, quòd ly *Eris benedictus* idem astruit, ac *Eris in benedictionem*; ut ab hominibus optentur merita tua, opera & præclara gesta, quibus digni fiant, ut sicut tu, benedicantur à me.

*Benedictio pro felicitatis continuatione.*

*Expositi. 6.*

*Et felicitate optabili.*

28 Ni altiùs cogitare velis cum D. Paulo huiusmodi benedictiones; ut *Pater esset* Abraham *Fidei nostræ*, per Isaac & alios in quibus illius verè vocatum fuit nomen. Quapropter illi dicitur Genes. 17. 5. *Appellaberis Abraham, quia patrem multarum gentium constitui te.* Hebr. *Et eris in patrem multitudinis gentium.* Caietanus hic infit: *Ad insinuandum, quòd huiusmodi paternitas foret magis spiritalis, quàm carnalis. Fuit enim carnalis in principio & in medio, sed in consummatione fuit, & est spiritualis. Generatio siquidem Isaac & deinceps usque ad Messiam, carnalis fuit: generatio autem per fidem Messiæ, qua multitudo Gentium filia est Abrahæ, est spiritualis.* Ex ipsa verbi proprietate roboratur propositum: siquidem v. 4. illum alloquitur Deus dicens: *Eris pater multarum gentium*, modòque v. 5. *Patrem multarum gentium constitui te.* Perpende *Constitui*, quasi non ex natura pater, sed ex gratia & dono Dei. Accinuit ingeniosè & elegantèr Marius Victor ubi supr. v. 342. & 608.

*Expositi. 7.*

Hebr. Caiet. *Pro beatitudine.*

M. Vict.

——*Per quem benedictio fusa*
*Spargetur tribubus cunctis, ævoque renato,*

*Et*

*Et tu non Abram, sed nomine clarior auctò*
*Abraham populis posthàc vocitere futuris.*

Galat. Hinc Doctor Gentium ad *Galat.*4.23. Filius *qui de ancilla, secundùm carnem natus est, qui autem deliberatione promissionem: quæ sunt per allegoriam dicta.* Utique per allegoriam, quo tropo aliud dicitur, & aliud significatur; igitur in Christo benedicto, qui venit in nomine Domini, & cum ipso & per ipsum omnes gentes benedicendæ: ut qui aliquando non populus, nunc populus esset Dei, & qui non consecuti misericordiam, nunc misericordiam consecuti, ac vocarentur (sicut Zachæus, qui non erat per carnem) filij Abrahæ, cum illoque recumberent in perpetuum.

*Vocatio Gentium præsignata in Abraha benedicendo.*

29 Ergo iam Tautologiarum expositioni ad prætactam expectantium, quoniam ex his genuine clarebunt. *Germinans germinabit*: ideſt, valde germinabit, sane, sine dubio, semper, abunde, vehementer. In Scriptura florere, & germinare idem significant, ut patet ibid. cap.27.6. *Florebit, & germinabit Israël.* Unde hic Syr. Pagnin. & Forerius legunt: *Florere florebit.* Maluenda. *Efflorescere efflorebit.* Et Hebr. ad cap.17.8. Numer. pro *Iuvenit germinasse virgam Aaron:* vertit, *Floruit virga ſiorem. Flores* ergo apud illos, quod florere, activum est, ut constat dictis, sicut *ridere risum, Lachrymari lacrymas, Germinare germen*; uti observat Corn. Atapid. in eccli.49.19. ad illud, *Florete flores.*

Isai. 35.2.

Florere verbum activum.

30 In quo testimonio *Flores* apponitur per Metonymiam, effectus scilicèt pro causa, *Flores florete*: nimirùm *Campi*, vel *Arbores florete*: tuncque florere verbum activum est: quapropter Bibl. Complut. *Producite flores.* Septuag. *Florete, florem diffundite.* Proinde exponi potest idiotismus per Adverbia, ut supr. dixi mus num.25. *Florete floret*, hoc est, citò florete viridaria, pulchrè, decorè, venuste florete: siquidem *Florere* pro Eminere, Vigere, Præstare, & Claresceresæpe accipitur in Scriptur. Daniel. 4.1. *Florens in palatio meo*: puta, in ampliore gloria. Idem Psalm.71.16.91.13.14. & Ierem.48.9. Apud Profanos passim. Tacit. lib.16. *Annal.*c.33. *Obsequio florentem Soranum celebraverat.* Florus in Præfat. *Flos iuventæ*, lib.4. cap.2. *Sanguinis tuscici.* Apul. lib.9. *Metam. Flos ætatis.* lib.11. *Virtutis flos.* Cicer. de *Amicitia* eodem sensu: *Magna Græcia florebat institutis & præceptis.* Vide plura attestantia apud Martin. Delr. in *Hyppolit. Senec.* Act.2. v.617. Sensus igitur erit: *Florete flores*: q.d. germinate floride, pullulate pulchrè, florete nitidè. Ideò additur *Quasi lilium*: de quo Plinius lib.21. cap.15. *Nulli florum celsitas maior, nec pulchritudo.* Hinc dicitur florida imago, vestis, flamma, verbum, ædificium, & sic alia; ut notentur pulchra: sicut econtra quod præstabile non est, defloratum designatur, vel non floridum.

Eccli. 49. 29.

*Floridum pro pulchro.*

Tacit. Flor. Apulei.

Plin.

31 Haccine interpretatione intelligitur Habacuc 3.17. ubi *Ficus enim non florebit*: scilicèt, marcescet, nullum referet fructum; sicut mentietur opus olivæ: quandoquidem proprie de ficu nequit dici, quippe fici nullos flos, ut observat Vallesius de *Sacr. Philosoph.* cap.1. ex Plin. lib.16. cap.25. & Ioann. Ravis. Textor. in *Officin.* lib.7. cap.17. Quapropter Ambrosius in *Luc.* lib.7. cap.13. ait: *Hæc sola ab initio germinat poma pro floribus.* Isthæc arbor pro floribus ficus producit, qui vocantur ficus præcoces. Mich. 7.1. *Præcoquas ficus.* Et Osee 9.10. *Prima poma ficuinea.* Latine *Grossi.* Hebr. *Bicurath.* Punice, *Albacoras.* Hispan. *Brevas.* vel *Higos-flos.* Hinc illud Plinij ubi suprà: *Sic & hominum multis Fortuna sine flore est*: etenim ficus minimè floret. Quare Propheta per ficum non florentem indicat sterilitatem; quippe sine flore nullus fructus, igitur sine illis nullus fœtus, in quo nititur spes, quæ evanet, dum nullus flos. *Arborum* (inquit Plin. ibid.) *flos est pleni veris indicium, & anni renascentis, flos gaudium arborum. Tunc se novas, aliasque quam sunt, ostendunt: tunc variis colorum picturis in certamen usque luxuriant.*

Hab.3.17.

*Ficus habet fructus pro floribus.*

Ambros.

*Non floridum, pro sterili.*

Plin.

32 Ex his omnibus Abrahæ fortuna clarescit, dextraque fors: igitur benedictus à Domino, & prosper floruit florens, & faustus germinans germinavit, atque exultavit lætabundus, à quo bona cuncta procedunt, assatim laudans; quandoquidem & plenus dierum, fortunæ, naturæ, ac gratiæ bonorum. Semen multiplicatum in filijs, quin adversetur, quod dicitur ad *Hebr.6. Multiplicans multiplicabo te*: etenim vivunt parentes in filijs, iuxta illud Ezechielis 7.13. *Adhuc in viventibus vita eorum.*

*Abrahæ semini felix.*

Heb.6.14.

33 In lectionibus aliquantula distinctio apparet, sed expositioni clariori, uti vidimus, deservit. *Benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, eritque benedictus.* Arabic. *Benedicam tibi benedictione.* Chald. *Benedicens benedicam, & multiplicans multiplicabo*, &c. Pagnin. *Eris benedictio.* Idem Oleaster & Rab. Ionathas. Caietanus verò, *Sis benedictio.* Hebr. *Benedixi tibi, & magnificabo nomen tuum, & esto benedictio.* Maluend. *Tibi benedicam, & eris Abram in benedictiones multas.* Targum Ierosolimitanum: *Benedicent se in te omnes familiæ terræ.* Arab. *Per te.* Syr. *In nomine tuo,*

Var. lect.

ADI-



ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. Excurs.

1. *Benedicam tibi.* Apparebit benedictione vera prosperitas; quoniam quæ in mundo lucet, falsa felicitas.
2. *Benedicam tibi.* Etiam per adversa benedicam; quippequàm labor amplexabitur fortunam.
3. *Benedicam tibi*: *& eris benedictus*, quamvis videaris abiectus.
4. *Eris benedictus*, quippe quod eris, vocaberis.
5. *Eris benedictus. Benedicam*, quia vocavit *Erisque benedictus*, quia statim respondisti vocationi.
6. *Eris benedictus. Esto benedictio*: Etenim obtines exordio, quod alij in exitu.
7. *Benedicam tibi*, egredienti à patria corpore: *Erisque benedictus*, si egressus mente.
8. *Benedicam tibi*, si deseris stultissimam sapientiam: *Erisque benedictus*, si intenderis in sapientem ignorantiam.
9. *Benedicam tibi*, si egrediens moriaris temporalium vanitati: *Brisque benedictus*, si moriaris tibi.
10. *Benedicam tibi*, si tentationem fugeris: *Erisque benedictus*, dum venientem superaveris.
11. *Benedicam tibi*, summa felicitatis: *Erisque benedictus*, si prolpexeris in terra terram visionis.
12. *Benedicam tibi*, & benedictione; quippe virtutum omnium rutilabis plenitudine.

# DIDASCALIA PRIMA.

## *Nemo confidat nimiùm secundis.*

Seneo.

1 INsignis gnome à Seneca iurè prolata in *Thyest.* Act.3. v.614. igitur quicquid in altum fortuna tulit, ruitura levat.

*Nemo desperet meliora lapsis.*
*Misset hæc illis, prohibetque Clotho*
*Stare fortunam. Rotat omne fatum.*
*Memo tam Divos habuit faventes,*
*Crastinum ut possit sibi polliceri.*
*Res Deus nostras celeri citatas*
*Turbine versat.*

*Mala & bona casu tenuta.*

Idem ibid. infit. Neminem illæsum fata transmittunt. Ima permutat brevis hora summis. Summa commutat imis brevis hora. Non subsistunt, evanescunt, vertuntur: evanescunt ut fumus, non subsistunt tamquàm umbra, & vertuntur uti rota.

*In mundo omnia labrica.*

2 Sic: at *Quare via impiorum prosperatur*? Iustus quidem tu es Domine, si disputem tecum: verumtamen iusta loquar ad te. Nemo dicere potest, Cur ita facis? Cùm tibi liceat facere quicquid volueris: cæterùm cum iustus sis, ut vincas, dum iudicaris; incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestare mihi, ne dedigneris. Ut possim aliquantulùm mihi in afflictione indulgere (ne iraſcaris) pace tua, disquirere vellem, ait Ieremias: *Quare via impiorum prosperatur? bene est omnibus, qui prævaricantur, & iniquè agunt?* Eadem querela, sed contraria fortuna invenitur in Iobo. *Non peccavi* (dicit) *& in amaritudinibus moratur oculus meus.* Si quicquid feci, rectum est, tibique placuit, si cor purum, si pectus immaculatum, quare corpus ita luridum? Comprimit dolorum gravitas, ex vulneribus anxietas, in corde amaritudines, à planta pedis usque ad verticem livores, & plagæ tumentes: *Indica mihi, cur me ita iudices?* Incomprehensibilia nobis tua patent iudicia: at si floret innocentia, cur ita? Investigabiles viæ tuæ: verùm si homines iniqui, felicia quare?

Ier. 12. 1.

*Cur boni mala & malis contingant bona?*

Ibid.

Iob.17. 2.

Ibid.10. 2.

3 Huiusmodi voluptatis, doloriſque perspectivam inter bonos, & malos (quia bonis mala, & malis contingunt bona) contemplantes, qui in Deo summam ac vigilem providentiam agnoscunt; in querelas vi doloris, aut miseriâ humanæ fragilitatis erumpunt: uti David pluribus in locis, maximè *Psalm.* 72. Iob. 21.7. & Habacuc 1. 13. Etiam Ethnici, sed allucinati sunt, arbitrantes ex eiusmodi varietate, vel Deos non esse (ut Plinius lib. 2. cap. 7. & Stoici; ut refert Cicero lib. 2. de *Natur. Deor.*) vel humana non curare, & ut exigua negligere.

*Ex impiorum felicitate, in pijs oriuntur querelæ.*

——— *Sunt nobis nulla profectò*
*Numina: cum caco rapiantur fæcula casu.*
*Mentimur, regnare Iovem.*

Lucan.

Canit Lucan. lib.7. v.447. Ita etiam Hercules apud Ovidium lib.9. *Metam.* Fabul. 3. & alij plures, quos vidimus *Tautolog.* 1. in *Exposition. lit.* num. 4.

4 Ex ignorantia divinæ providentiæ in Ethnicis, & ex abundantia tristitiæ in Catholicis, vel ex confidentia rectæ conscien-

tiæ

*Et tu non Abram, sed nomine clarior auctò*
*Abraham populis posthàc vocitere futuris.*

Galat. Hinc Doctor Gentium ad *Galat.*4.23. Filius *qui de ancilla, secundùm carnem natus est, qui autem deliberatione promissionem: quæ sunt per allegoriam dicta.* Utique per allegoriam, quo tropo aliud dicitur, & aliud significatur; igitur in Christo benedicto, qui venit in nomine Domini, & cum ipso & per ipsum omnes gentes benedicendæ: ut qui aliquando non populus, nunc populus esset Dei, & qui non consecuti misericordiam, nunc misericordiam consecuti, ac vocarentur (sicut Zachæus, qui non erat per carnem) filij Abrahæ, cum illoque recumberent in perpetuum.

*Vocatio Gentium præsignata in Abraha benedicendo.*

29 Ergo iam Tautologiarum expositioni ad prætactam expectantium, quoniam ex his genuine clarebunt. *Germinans germinabit*: ideſt, valde germinabit, sane, sine dubio, semper, abunde, vehementer. In Scriptura florere, & germinare idem significant, ut patet ibid. cap.27.6. *Florebit, & germinabit Israël.* Unde hic Syr. Pagnin. & Forerius legunt: *Florere florebit.* Maluenda. *Efflorescere efflorebit.* Et Hebr. ad cap.17.8. Numer. pro *Iuvenit germinasse virgam Aaron:* vertit, *Floruit virga ſiorem. Flores* ergo apud illos, quod florere, activum est, ut constat dictis, sicut *ridere risum, Lachrymari lacrymas, Germinare germen*; uti observat Corn. Atapid. in eccli.49.19. ad illud, *Florete flores.*

Isai. 35.2.

Florere verbum activum.

30 In quo testimonio *Flores* apponitur per Metonymiam, effectus scilicèt pro causa, *Flores florete*: nimirùm *Campi*, vel *Arbores florete*: tuncque florere verbum activum est: quapropter Bibl. Complut. *Producite flores.* Septuag. *Florete, florem diffundite.* Proinde exponi potest idiotismus per Adverbia, ut supr. dixi mus num.25. *Florete floret*, hoc est, citò florete viridaria, pulchrè, decorè, venuste florete: siquidem *Florere* pro Eminere, Vigere, Præstare, & Claresceresæpe accipitur in Scriptur. Daniel. 4.1. *Florens in palatio meo*: puta, in ampliore gloria. Idem Psalm.71.16.91.13.14. & Ierem.48.9. Apud Profanos passim. Tacit. lib.16. *Annal.*c.33. *Obsequio florentem Soranum celebraverat.* Florus in Præfat. *Flos iuventæ*, lib.4. cap.2. *Sanguinis tuscici.* Apul. lib.9. *Metam. Flos ætatis.* lib.11. *Virtutis flos.* Cicer. de *Amicitia* eodem sensu: *Magna Græcia florebat institutis & præceptis.* Vide plura attestantia apud Martin. Delr. in *Hyppolit. Senec.* Act.2. v.617. Sensus igitur erit: *Florete flores*: q.d. germinate floride, pullulate pulchrè, florete nitidè. Ideò additur *Quasi lilium*: de quo Plinius lib.21. cap.15. *Nulli florum celsitas maior, nec pulchritudo.* Hinc dicitur florida imago, vestis, flamma, verbum, ædificium, & sic alia; ut notentur pulchra: sicut econtra quod præstabile non est, defloratum designatur, vel non floridum.

Eccli. 49. 29.

*Floridum pro pulchro.*

Tacit. Flor. Apulei.

Plin.

31 Haccine interpretatione intelligitur Habacuc 3.17. ubi *Ficus enim non florebit*: scilicèt, marcescet, nullum referet fructum; sicut mentietur opus olivæ: quandoquidem proprie de ficu nequit dici, quippe fici nullos flos, ut observat Vallesius de *Sacr. Philosoph.* cap.1. ex Plin. lib.16. cap.25. & Ioann. Ravis. Textor. in *Officin.* lib.7. cap.17. Quapropter Ambrosius in *Luc.* lib.7. cap.13. ait: *Hæc sola ab initio germinat poma pro floribus.* Isthæc arbor pro floribus ficus producit, qui vocantur ficus præcoces. Mich. 7.1. *Præcoquas ficus.* Et Osee 9.10. *Prima poma ficuinea.* Latine *Grossi.* Hebr. *Bicurath.* Punice, *Albacoras.* Hispan. *Brevas.* vel *Higos-flos.* Hinc illud Plinij ubi suprà: *Sic & hominum multis Fortuna sine flore est*: etenim ficus minimè floret. Quare Propheta per ficum non florentem indicat sterilitatem; quippe sine flore nullus fructus, igitur sine illis nullus fœtus, in quo nititur spes, quæ evanet, dum nullus flos. *Arborum* (inquit Plin. ibid.) *flos est pleni veris indicium, & anni renascentis, flos gaudium arborum. Tunc se novas, aliasque quam sunt, ostendunt: tunc variis colorum picturis in certamen usque luxuriant.*

Hab.3.17.

*Ficus habet fructus pro floribus.*

Ambros.

*Non floridum, pro sterili.*

Plin.

32 Ex his omnibus Abrahæ fortuna clarescit, dextraque fors: igitur benedictus à Domino, & prosper floruit florens, & faustus germinans germinavit, atque exultavit lætabundus, à quo bona cuncta procedunt, assatim laudans; quandoquidem & plenus dierum, fortunæ, naturæ, ac gratiæ bonorum. Semen multiplicatum in filijs, quin adversetur, quod dicitur ad *Hebr.6. Multiplicans multiplicabo te*: etenim vivunt parentes in filijs, iuxta illud Ezechielis 7.13. *Adhuc in viventibus vita eorum.*

*Abrahæ semini felix.*

Heb.6.14.

33 In lectionibus aliquantula distinctio apparet, sed expositioni clariori, uti vidimus, deservit. *Benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, eritque benedictus.* Arabic. *Benedicam tibi benedictione.* Chald. *Benedicens benedicam, & multiplicans multiplicabo*, &c. Pagnin. *Eris benedictio.* Idem Oleaster & Rab. Ionathas. Caietanus verò, *Sis benedictio.* Hebr. *Benedixi tibi, & magnificabo nomen tuum, & esto benedictio.* Maluend. *Tibi benedicam, & eris Abram in benedictiones multas.* Targum Ierosolimitanum: *Benedicent se in te omnes familiæ terræ.* Arab. *Per te.* Syr. *In nomine tuo,*

Var. lect.

ADI-



ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. Excurs.

1. *Benedicam tibi.* Apparebit benedictione vera prosperitas; quoniam quæ in mundo lucet, falsa felicitas.
2. *Benedicam tibi.* Etiam per adversa benedicam; quippequàm labor amplexabitur fortunam.
3. *Benedicam tibi*: *& eris benedictus*, quamvis videaris abiectus.
4. *Eris benedictus*, quippe quod eris, vocaberis.
5. *Eris benedictus. Benedicam*, quia vocavit *Erisque benedictus*, quia statim respondisti vocationi.
6. *Eris benedictus. Esto benedictio*: Etenim obtines exordio, quod alij in exitu.
7. *Benedicam tibi*, egredienti à patria corpore: *Erisque benedictus*, si egressus mente.
8. *Benedicam tibi*, si deseris stultissimam sapientiam: *Erisque benedictus*, si intenderis in sapientem ignorantiam.
9. *Benedicam tibi*, si egrediens moriaris temporalium vanitati: *Brisque benedictus*, si moriaris tibi.
10. *Benedicam tibi*, si tentationem fugeris: *Erisque benedictus*, dum venientem superaveris.
11. *Benedicam tibi*, summa felicitatis: *Erisque benedictus*, si prolpexeris in terra terram visionis.
12. *Benedicam tibi*, & benedictione; quippe virtutum omnium rutilabis plenitudine.

# DIDASCALIA PRIMA.

## *Nemo confidat nimiùm secundis.*

Seneo.

1 INsignis gnome à Seneca iurè prolata in *Thyest.* Act.3. v.614. igitur quicquid in altum fortuna tulit, ruitura levat.

*Nemo desperet meliora lapsis.*
*Misset hæc illis, prohibetque Clotho*
*Stare fortunam. Rotat omne fatum.*
*Memo tam Divos habuit faventes,*
*Crastinum ut possit sibi polliceri.*
*Res Deus nostras celeri citatas*
*Turbine versat.*

*Mala & bona casu tenuta.*

Idem ibid. infit. Neminem illæsum fata transmittunt. Ima permutat brevis hora summis. Summa commutat imis brevis hora. Non subsistunt, evanescunt, vertuntur: evanescunt ut fumus, non subsistunt tamquàm umbra, & vertuntur uti rota.

*In mundo omnia labrica.*

2 Sic: at *Quare via impiorum prosperatur*? Iustus quidem tu es Domine, si disputem tecum: verumtamen iusta loquar ad te. Nemo dicere potest, Cur ita facis? Cùm tibi liceat facere quicquid volueris: cæterùm cum iustus sis, ut vincas, dum iudicaris; incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestare mihi, ne dedigneris. Ut possim aliquantulùm mihi in afflictione indulgere (ne iraſcaris) pace tua, disquirere vellem, ait Ieremias: *Quare via impiorum prosperatur? bene est omnibus, qui prævaricantur, & iniquè agunt?* Eadem querela, sed contraria fortuna invenitur in Iobo. *Non peccavi* (dicit) *& in amaritudinibus moratur oculus meus.* Si quicquid feci, rectum est, tibique placuit, si cor purum, si pectus immaculatum, quare corpus ita luridum? Comprimit dolorum gravitas, ex vulneribus anxietas, in corde amaritudines, à planta pedis usque ad verticem livores, & plagæ tumentes: *Indica mihi, cur me ita iudices?* Incomprehensibilia nobis tua patent iudicia: at si floret innocentia, cur ita? Investigabiles viæ tuæ: verùm si homines iniqui, felicia quare?

Ier. 12. 1.

*Cur boni mala & malis contingant bona?*

Ibid.

Iob.17. 2.

Ibid.10. 2.

3 Huiusmodi voluptatis, doloriſque perspectivam inter bonos, & malos (quia bonis mala, & malis contingunt bona) contemplantes, qui in Deo summam ac vigilem providentiam agnoscunt; in querelas vi doloris, aut miseriâ humanæ fragilitatis erumpunt: uti David pluribus in locis, maximè *Psalm.* 72. Iob. 21.7. & Habacuc 1. 13. Etiam Ethnici, sed allucinati sunt, arbitrantes ex eiusmodi varietate, vel Deos non esse (ut Plinius lib. 2. cap. 7. & Stoici; ut refert Cicero lib. 2. de *Natur. Deor.*) vel humana non curare, & ut exigua negligere.

*Ex impiorum felicitate, in pijs oriuntur querelæ.*

——— *Sunt nobis nulla profectò*
*Numina: cum caco rapiantur fæcula casu.*
*Mentimur, regnare Iovem.*

Lucan.

Canit Lucan. lib.7. v.447. Ita etiam Hercules apud Ovidium lib.9. *Metam.* Fabul. 3. & alij plures, quos vidimus *Tautolog.* 1. in *Exposition. lit.* num. 4.

4 Ex ignorantia divinæ providentiæ in Ethnicis, & ex abundantia tristitiæ in Catholicis, vel ex confidentia rectæ conscien-

tiæ

tiæ oriuntur plerumque huiusmodi querimoniæ. Si fortunæ iuvant in malum, quare impijs Domine à te, qui rectus, conferuntur fortunæ? Si fovent opes, criminum aspides, & bibunt homines venena ridentes, quibus incidunt in insanias falsas; quare abundantes in sæculo obtinuerunt divitias? Si abuntur beneficijs, urgente in iniquitates bonorum copiâ; quare elargiris aurum, ut ab illis convertatur in idola provocantia? Si per iniqua, & indigna in dignitates ascendunt, ut titulo iuris fiant omnia ex plenitudine potestatis, conspurcatis legibus, exaltatis voluptatibus, per fas & nefas, sine respectu æqui aut iniqui grassantes, innocentiam opprimentes, ut regnet aucta tyrannide pravitas; quare Domine illis conceditur dignitas? In labore hominum non sunt, & cogitant crimina, quæ non hominum: quare non extendis manum, ut vexatio det vecordibus intellectum? Ideo tenet eos superbia: contere, ne prævaleat irrequieta malitia, ut attriti succedentibus malis, minimè transeant in affectum cordis. Si felicitas vagatur per lasciva, & blandimina geni; cogitat tantùm philautia, euntibus in adinventionibus suis, quin resipiscant vel tempore senectutis; dies pleni inveniuntur in eis? Venumdati sunt sub peccato, gaudentes servitute, & libertate: & pateris? & sustines? Ne taceas, neque compescaris Deus. Ecce inimici tui sonuerunt, & qui te oderunt, extulerunt caput. Exitus ex discrimine maiora fovet, ex periculo impudencia in pericula ruit cum dedecore familiarum, cum turpedine domorum, devenustans propria, labefactans aliena, contentiones quærens, atque in malignis persistens. Est ne nescientia in excelso? Dormis tamquàm poteus crapulatus à vino? Reliquit terras Astræa? Manet ne detruncata iustitia? Si fœminarum cultus verecundiam proterit, & pudorem interficit, gestu deciplà pedum, vultu amaritudine luminum, vel templis profanatis, oblivione honoris, studio curiositatis, retorto intuitu cogitationis in lecticas, in theatra, in pantomimica ornamenta, in voluptatis ludibria, in muliebrem mundum, patrimoniorum impendium, & rationis monstrum, cuncta cogitantibus præter te, columbis seductis non habentibus cor, plenis das lilia manibus, & reples bonis, multiplicans inundationes quasi Iordanis in tempore messis? Si ita à pessimis tua causa prosternitur, quare via impiorum prosperatur?

*Querimoniæ impiorum sibi.*

5 Si iustus ita apud te magni fit, igitur nihil habes, quo magis delecteris, quare vitam illius in amaritudine ducis, tua in illo præcordia torquens, & quasi de malis gaudens? Spem in alio præter te numquàm ponit, sollicitè te in cunctis inquirit. Sine causa iustificat cor? Aërem verberat? Sequitur umbram? Cur labor est ante illum, & manet flagellatus tota die, dispositis pœnis, ut fagittent in occulto rectos corde? Non es solicitus prodesse bonis, nocuisse malis? Si quem diligis, flagellas; si quem odis, felicitas; & commutantur erga probos & improbos pœna & prosperitas; cur ita iudicas? Ah! Rotat omne fatum. Nemo gaudet duplicì gloria: qui habet in mundo, non habebit in cœlo: verùm florebit sine tempore in cœlo, quisquis immeritò iactatur in mundo.

*De infelicitate bonorũ.*

6 Fortuna (quæ seriò nulla, sed divina providentia) confertur per Alapide in *Genes.* 28. Scalæ Iacob, quam *vidit stantem super terram, & cacumen illius tangens cœlum: Angelos quoque Dei ascendentes, & descendentes per eam.* N. Rupertus hìc, non Angelos, sed homines vocat: *Homines* (inquit) *ad ima delapsu, & ad suprema consensu gradientes.* Perpende *Ad ima delapsu, & ad suprema consensu*: quippequam Legislator N. Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 7. secùs concepit motum: igitur describit gradum ad ima consensu, & ad suprema delapsu. *Non alio sine dubio* (ait) *descensus ille & ascensus à nobis intelligitur, nisi exaltatione descendere, & humilitate ascendere.* Gloria ibi inerat, & alij à terra per gradus scalæ ascendebant in gloriam; alijque à gloria descendebant in terram. Si gloria est cumulus felicitatis, & mundus centrum amaritudinis, quasi infernus temporalis, quo catenati labores; quo pacto alij descendunt à gloriæ felicitate in infernum dolorum, & alij ex inferni mansione ascendunt in gaudia prosperitatum? Scala sortis est, invertitur: impossibile prorsùm stare fortunam; quia stat in rota, & ad gloriam & ad pœnam. Unde exaltati proteruntur, & proculcati exaltantur; igitur inversâ rotâ, etiam volvitur fortuna.

*In morte iustorum, & impiorũ ima summa, & summa ima.*

*Cap. 1. 2.*

*S. Bened.*

*Herculis via.*

*Felicitas & infelicitas in rota.*

7 Aptiùs promam. Per vana mundi gaudia, vel ad gaudia per scelera, ascendunt impij, suo iudicio potituri gloriâ. Per acerva cruciamina descendunt infontes, sequentes studiosè virtutes, deiecti pessundati, omnium peripsema, aversante, & adversante fortunâ, quasi nati pœnis, qui pleni bonis. Vita illorum plauditur vita. Horum vita æstimatur insania. Illi proferuntur in felicitatis exemplum: isthi habentur in derisum. Sitiunt, esuriunt, nudi sunt, & nudantur, maledicuntur, & blasphemantur, ut purgamenta mundi patiuntur despectus, qui

*Matth. 7. 14. Vers. 13.*

*Ambros.*

*Via virtutis & voluptatis.*



quibus dignus non est mundus. Illi ad gloriam per scalæ gradus scandunt, iusti verò per eosdem gradus in miseriam descendunt: & ascensus impiorum designatur decubitus, descensus insontium indicatur ascensus; quoniam inversa scala, & mutatà fortunà, qui pœnis descendebant, elevantur ad gloriam: qui gloria ascendebant, detruduntur in pœnam.

*Quæ tamdiu tamdem volvitur.*

8 Permansuram cum clavo cupitam sortem iudicant felices, per iniqua in thronos ascendentes; & iustorum abiectionem, descendentium in pœnam, minimæ rotæ volubilitate mutandam: illos nonnumquàm fauste prosperitate donandos, ac pereuntes in æternum perituros; quasi non haberet felicem exitum meditata virtus, & inultum subterfugeret minimum scelus. Volvitur rota, invertitur scala, & quæ ima apparent suprema: quæ dolor, voluptas; quæ mœror, prosperitas; quæ gaudium, toxicum; quæ exultatio, ex imo corde suspirium; igitur brachium maligni & peccatoris Dominus conterit, & iustus in miserijs non subsistit. Hinc cùm qualibet iniquitate iacta sint semina cladis futuræ; lassati in via perditionis, mirantur *In subitatione insperatæ salutis*: siquidem iusti qui abiecti attolluntur in altum, dum illos traducunt ex adverso iniquitates ipsorum. Sanè in *Subitatione*, quoniam horum cogitatio subvertitur in momento. Exitus non prævisus semper novus. Novitas admirationem nutrit, ac stuporem fovet: miranturque subitationem insperatæ salutis; quippe summum novitaris, quòd illi in ima proijcerentur ascensu, & iusti ascenderent usque in suprema delapsu.

9 Duæ viæ proponuntur Herculi, arcta, spinis septa, quæ ducit ad felicitatem; florida, lata, quæ ducit ad mortem. Unde hoc nisi de nostris sacramentis? Quare una à Christo vocatur *Porta angusta*: & altera, *Porta lata & spatiosa*; quas Ambrosius in *Psalm.* 1. ita describit: *Duæ sunt viæ, una æquitatis, altera iniquitatis. Iustorum angustior; iniustorum latior:: Hic libertas cupiditatum, illic servitutis iniuria; hic convivium, illic ieiunium; hic intemperantia gaudiorum, illic perseverantia lachrymarum; hic saltatio, illic oratio; hic cantus dulces, illic gemitus graves.* Via stricta nimis in ingressu (quæ via virtutis) lente diducebatur in spatiosos campos felicitatis. Via lata, & valdè concurrentium pedibus trita (quæ decursus perditionis) sensim arctabatur in præceps cupiditatis. Felicitatem, vel perditionem probabant exitus, etenim ante obitum nemo miser, nec beatus. Floridè Virgilius *Carm.* de *Pythagoræ litteris*, ideſt, Y.

*Nam via virtutis dextram petit ardua callẽ,*
*Difficilique aditum primũ spectatibus offert,* Virgil.
*Sed requiem præbet sessis in vertice summo.*
*Molle ostendit iter via lata; sed ultima meta*
*Præcipitat captos, voluitque per ardua saxa.*

Videris Vincent. Chartarium de *Imagin. Deor.* in *Minerva* fol. 249. Abrahæ dicit Dominus: *Benedicam tibi, erisque benedictus.* Ad quid igitur astruitur iterum assertum benedictionis? Ut, ni de cœlis, nemo confidat nimium secundis: igitur quæ de cœlo, quamtumvis per adversa, vera prosperitas, & quæ lucet per prospera ex mundo, falsa felicitas, magis in præcipitium, quàm in ascensum.

*Genes. 12. 6.*

10 Illustrem ingeniosamque invectivam in Rufinum profert Claudianus, & miro artificio rationis pro Numinis providentia concludit, impunes minimè reos. Obsequium, imò servitus fortunæ desiderijs impiorum, cum fastidio virtutes insequentium, crebrò liberam premebat cogitationem, quia *Sæpe*, inquit:

*——— Mihi traxit sententia mentem,*
*Curarent Superi terras, an nullus inesset*
*Rector, & incerto fluerent mortalia casu.*

Claud.

Nexus sphærarum cœlestium, oppositio conformis constellationum cursus vagus Planetarum, circumvolutio cœlorum, splendor diversus & unus ignium, Sol origo lucis, Luna illuminata, illuminatrix noctis; ignis præcellens aërem, aër & aquam & tellurem, hæc ornata floribus, fructibus & animantibus; illa insulis, margaritis, & piscibus; mare inclusum intra arenam, totus orbis intra aquam; indicant næ universa minimè fluere, sed providenti à mirificè gubernari.

*Ordo Macrocosmi mirificus.*

*Nam cùm dispositi quæsissem fœdera mundi,*
*Præscriptosque maris fines, annique meatus,*
*Et lucis, noctisque vices; tunc omnia rebar*
*Consilio firmata Dei, qui lege moveri*
*Sidera, qui fruges diverso tempore nasci,*
*Qui variam Phœben alieno insserit igne*
*Compleri, Solemque suo: porrexerit undis*
*Littora: tellurem medio libraverit axe.*

Ideæ.

*Microscosmi perperus.*

Cæterùm intuitu huius mundi rationalis, & politices hominis microcosmi, extra rationem ita, ut perperàm definiatur per animal rationale; quandoquidem inditam de cœlo rationem, tantùm habet ad speciem, contradicens operibus, quod astruere conatur intellectionibus, Sole intelligentiæ pelago cupiditatum summerso, vel illarum obscuritate non orto.

*Sed cùm res hominum tanta caligine volui,*
*Inspicerem;*

*Monstra in regimine.*

Malignitatem principari, lasciviam ætatis, excusatione foveri, è rapto vivi, vinci pietatem, oggrassari addulationem, extra tribunalia exulare consilium, & introduci commodum, Iustitiam affligi per quos debebat florere; retorqueri leges glosâ utilitatis, iura frangi speciosо velamine iuris, atque religionem religionis specie, urgente vel inhabilitatem ambitione; merita crimina, crimina merita; Religionem politicen, politicen Religionem; voluntatem legem, insolitum, dignitatum auctoramen; fidem perfidam, calumniam deauratam, pœnam & metum à cordibus sceleratis abesse, quasi flagitia vagarentur sine vindice; quasque recondiderat, Stygijsque advoverat umbris, effodi opes, irritamenta malorum, ut vigeat idololatria divitiarum in templo cordium; iamque nocens ferrum, ferroque nocentius aurum; non hospitem ab hospite tutum, ram quoque gratiam fratrum, filios parentum exitium, & qui genuerunt, filiorum:

——— *Latosque diu florere nocentes,*
*Vexarique pios; rursus labefacta cadebat*
*Religio, causaque viæ non sponte sequebar*
*Alterius, vacuo qui currere semina motu,*

Idem. *Affirmat, magnumque novas per inane figurat*
*Fortuna, non arte regi: quæ Numina sensu*
*Ambiguo vel nulla putat, vel nescia nostri.*

Igitur nec malis mali sapiunt, nec læsis credunt: quandoquidem, ut canit Hilarius in sua *Genesi* ad Leon Pap. v. 180.

*Nec tamen ista malos revocant: furor impius orbem*

Hilar. *Obsidet, & laxis rabies defertur habenis:*
*Bella placent, cædesque simul periuria, fraudes,*
*Mentirique libet, rapere est amor, abdere furta,*
*Nulla fides populis, nulla est iam veritas usquam.*

Ecce siparium scissum: verùm quid? Dimissi in desideria cordis, prosperantur. *Quoties processerit domo, per sceleratos illi, avaroſque & prodigos, & impudentes, & ob ista felices, incedendum erit*: ait Seneca lib. 2. de *Ira* cap. 7. Haud luet pœnas Sylla, cuius dignata scelera fortunæ gratiâ? *Qui*, ut infit Stoicus de *Consolat. ad Martiam* cap. 12.

Senec. *Nec odia hominum veritus, quorum malis illius nimis secundæ res constabant, nec invidiam Deorum, quorum illud crimen erat:*

Id. *Sylla tam felix.* Dum horum fortuna permittitur, providentia divina in sui dispositione forsitàn fallitur? Neutiquàm.

*Mali felicis.* *Abstulit hunc tandem Rufini pœna tumultu;*
*Absolvitque Deos. Iam non ad culmina rerum*
*Intuſtos creviſſe queror: tolluntur in altum,*
*Ut lapſa graviori ruant.*

Quid mihi homo? Lento enim gradu ad vindictam sui divina procedit ira, tarditatem; quæ supplicij gravitate compensat. Seræ videntur flagitiosis pœnæ, sed numquàm irritæ. Quid quòd divitijs affluant? quid quòd honoribus floreant? O miseri! In hoc altius tolluntur, ut decidant altiùs. Saginantur ut victimæ, coronantur ut hostiæ, sacrificandæ tandem tandem subtiliori pœnæ. Deijciuntur, dum allevantur: & allevantur unde altior casus fortunæ, & impulsæ præceps immane ruinæ: igitur è sublimiore fastigio, gravior deiectio, securior allisio, cruciamen maximum, quia ignotum, & improvisum.

*Ubi altius culmen, grauius dif. crimen.*

11 Pacem habent peccatores terræ, quæ quidem ita titillabat appetitus voluptate, quòd penè moti Davidici pedes, ut transirent in affectum cordis: verùm suggestionis evanuit illecebrosum periculum, dum intellexit in novissimis eorum: quandoquidem, ut succinit Iuvenalis *Satyr.* 10. v. 172. Felicitatem, vel lævam sortem

Iuven. ——— *Mors sola fatetur.*

Scrutatus est legum prævaricatores, & ob ista, primo iactu luminum, quovis felices; sed nequitiæ ac divitijs abundantibus, in culmina potestatum ascendentibus, *Propter dolos* (ait) *posuisti eis.* Intellige occasionaliter, non intentive. Sed unde doli, & muscipula, dum in sinum cadunt nonnumquàm prospera? Quia prosperantur, falluntur, & inde corrunt, unde sublimes fiunt. In sublimiore gradu prosperitatis deauratur dolus, igitur lubricum latet præcipitium, ubi cogitatur ascensus. Eadem fiduciâ qua priùs, procedunt impij, plana iudicantes præcipitia, & faustè potita vota: vocanturque meritò fraudes, quos concipiunt honores; quoniam fallente pede, vacuo cacumine, quò altiùs præstare conantur, inde fortiùs deiecti colliduntur.

Psalm. 72. 18.

*Iadem li miseri unde fausti.*

12 Deinde. Surgere facilè potest humo, qui cadit in plano. Parva utique, inanisque ruina eius, qui vix elevatur à terra. Levis claret ictus adversæ sortis, ubi necdum videtur facies felicitatis. Inimici Domini deficiunt, mox ut honorificati fuerint, & exaltati: unde exaltationes iurè signantur doli; quippe honoribus & voluptatibus tolluntur in altum, assumuntur in fastigium, neutiquàm ut ascendant, sed ut lapsu graviore è sublimioribus ruant.

*Fortuna tes sievat, ut allidat.*

Aptè pro dolis legit Hebr. *Blandicias, Adulationes*: Chald. *Tenebras*: Grec. *Tergiversationes*: Hieron. *Lubrica*. Syrenum adinstar improbos ducit: ut illiciat, allicit Fortuna, & cæcos cæca urget in edita. Ne suspiciosa videatur exordio, refugit, & deviat,



*in curiam vehi, in quo curru sella esset, supra quam considerent, quæ ob eam causam Curulis appellaretur.* Potiùs, ni fallor, invitabant honorem conferentes pœnitudini, quàm honori: igitur parùm sulta dignitas, quæ bolvebatur per rotas, etsi plerique modò munere gaudeant, nihili faciunt, quòd munere ruant. Hispanicè: *Como logren las pueſtos, no reparan rodar con los oficios.* Proximus est præcipitio, qui stat in globo.

*Ambitio si vltò præcipitium, ambiuat.*

Eiusmodi sella indignis ac iniquis subdolè præparatur à fortuna. Multos videmus peccatores, & ob crimina florentes. Vel impossibilia à cupiditate parta, nihil eis abnuit vel irata fortuna, nunquàm etiam ad flagitium renuit manum, nec avertit vultum: felices exitus habuit terrum horribile facinus; & meruit præmia virtutis, scelus: corona, iniquitatum fulget auctoramen; verùm nec ulli præstat fortuna fidem. Ascendunt, pœnas assumunt, volant ut quiescant; sed ubi? In sellam Curulem, quæ leviter mota, aëre tantum agitata commovet volubiles rotas, & felices illatenus, è fastigio præcipites, corrunt in flammas.

*Blanditur, & insidiatur.*

*Volant, ut decidant.*

Comp. Bib. Ambros.

13 Perpende: *Propter dolos posuisti eis.* Quid? Complutens. Bibl. *Mala.* Ambrosius, *Bona.* Quomodò bona & mala? Quia verè in perniciem, quæ construebant in tellicitatem: siquidem specie bonorum inescata voluntas, & blandita successibus turpior cupiditas sequebantur interitum, dum amplectebantur commodum. Vocantur itaque proprijssimè doli mala micantia prosperitatis specie; quippequàm ex improviso mittuntur in saxa, qui tollebantur ad sidera. Dolus nil aliud est, quàm dolor oppositus cogitatis, atque amaritudo mentis, illectæ larvâ dulcoris. Felicitas vera induitur miseriæ vestibus, miseria verò rutilat beatitudinis coloribus, diversæ omninò & vultu & animo, quoniam species mentita tantùm species, qua miserrimè falluntur, qui interius non intuentur. Ascensiones in corde disponit, cui per mala, fortuna favet, & decipit. Ducitur improbus & seducitur blandè: ascensioneſque in culmen vocantur doli; quoniam qui habebat summa, subitò mota rotâ tendit in tartara.

*Fovet, ut eneet.*

14 Videtur huiusmodi prævaricatoribus, malis pro tempore impunibus, matrimonium cum fortuna nec morte dirimi, atque Deum conniventem non videre. Non dormitat, neque dormit. Sella Curulis (thronus Ædilium & Imperatorum, ut videris apud Dempster. *in Rosinum* lib. 7. cap. 25. & lib. 10. *Paralip.* ad *Cap.* 29. quam coronis Romani ornabant) pro fulcris constabat rotis. *Senatores*, ait Aul. Gellius lib. 3. *Noct. Attic.* cap. 18. *qui Curulem magistratum gessissent, curru solitos honoris gratia*

*Sella Curulis apud Romanos*

Aul. Gel

*Ampleæ Eluntur ignem, ambientes fulgorem.*

Ex flamma ignis construitur thronus, cuius rotæ ignis accensus. Si rotæ in throno, malum omen ipsa præsidis inauguratio: quandoquidem non eligitur ut in solium ascendat, sed ut è fastigio ruat. Thronus ferè in præruptis: quid non periculi superpositus rotis? Gloria eminet, pondere imminet. Clavo iustitiæ, signo fortunæ, indiget ut rota currus consistat, aliter labat: igitur si iniquitas evellit è trono clavum,

*Ex summa felicitate in flammas ruunt inferni.*

alliduntur statim sedens & solium. Fortunæ exitus claret hieroglyphicum, dum assumuntur iniqui in altum per gradus scelerum. Cùm parta fuerint feliciter prima, aggregant summis maiora: & minimè quiescunt, quousque perveniant in cupitum thronum: qui quidem ignis & impositus rotis; quoniam ex gradu sublimiore fortunæ, in flammas subitò præcipitantur inferni.

*Felicitas humana quasi Luna.*

16 Semina flammæ condita servant in malis, ut ardeant tempore mortis: igitur lapsu & motu excitant tartari pro vita lopitum ignem, quo omnia flagrant, noxa ministrante fomitem. Ad instar Lunæ fulgent laboriosa ac gravi felicitate. Crescunt, ut decrescant: illuminantur, ut obscurentur. Qui in vita orbe pleno, in morte penitùs vacuo. Duobus hemicyclis constat corpus, aut orbis huius lunaris felicitatis. Micat rutilus? In morte apparebit oppacus. Nonne sicut tenebræ eius, ita & lumen eius? Utique: de tenebris tribulationis oritur lumen felicitatis, quoniam pro introitu in gloriam, oportet pati quamlibet in mundo pœnam. Ex lumine mundanæ prosperitatis tenebræ gignuntur exteriores: igitur non videbit gloriam Domini, qui vidit mundi: fæpe enim in illo felicitas suspiciosa, quæ comitatur indefessè crimina.

Luc. 11 35.

17 Ne fontes glorientur in malefactis, & iusti desperent in igne tribulationis, Assertor N. protulit: *Vide, ne lumen quod in te est, tenebræ sint.* Quid hoc? Quæ participatio luci ad tenebras? Quæ societas iustitiæ cum iniquitate? Si gloria mundi, dignitates, fastigia, imperia, & cætera huiusmodi vocantur splendores; quo pacto oriri quibunt à tenebris? Si iniquitates, scelera, ut animæ maculæ, meritò dicuntur tenebræ; quomodò influere possunt in splendorem, ut pateant lumen? *Quia interdum culmen prælationis accipiunt, qui in charitate Dei & proximi perfecti non sunt*: inquit Gregor. Maga. lib. 4. in *Reges*, cap. 10. Plerumque vitam turpiorem protegit auctoritatis cacumen, & splendent dignitate, qui pollent crimine: quandoquidem assumuntur ad regimen; nullâ sui habentes moderationem, venundati sub delicto, verum fulgentes in solio. Quoties iniquitatem comitatur dignitas, insidiosa iudicanda maiestas. Vana sanè pulcritudo, genita nævo. Perperàm cadit, dum in vitio decor est: & Christus monet; ut videant, ne lumea tenebræ sint; quippe si scelere fulget thronus, latet caligo subpedibus eius: igitur quos circundat culminis claritas, tandem mittuntur in tenebras. Videant, ne lumen dignitatis tenebræ sint: ne nitatur fulgor noxâ, quæ semper lubrica: etenim in tenebras inferni præcipitat honore fulgentes, quia ascenderunt in thronos per gradus iniquitatis.

Gregor. Pap.

*Deiosa in aitstar quam genuit iniquitas.*

*Cur Romanis cessit imperium orbis.*

18 Cogitabam aliquando, Cur apud varias nationes imperia floruerint, & maximè, quare Romanis cesserit imperium orbis? Virtutibus moralibus tribuit Augustinus lib. 5. de *Civ. Dei* cap. 12. Quem sequuntur plures Expositores ad illud Deuteron. 7. 10. *Reddens odientibus se statim, protinùs eis restituens quod merentur.* Ubi Chald. *Non differt facere bonum inimicis suis, pro bonis quæ faciunt coram eo; sed in vita eorum retribuit eis*: igitur nullum malum inultum, nec bonum non remuneratum. Sit ergo: verùm Iudæi qui imperium Romanum viderunt nasci, & Christiani, qui florere; non solùm exercuerunt animum in militia moralium virtutum, sed meruerunt sub vexellis supernaturalium, habentes spem solidam, fidem vivam, ac charitatem accensam: cur nam hi electi populi sæpe mancipati servituti, & Gentiles semper fausti?

Chald.

Arist.

*Specie felicitatis mundanæ.*

19 Clarius lucebit expositio ex duorum regum imperio. Regnarunt Iobus & Salomon. Hic apostata, nimis criminosus, atque malitiosè improbus: ille verò vel invidiæ sine nævo, oculus cæco, pes claudo. Prisci, ut differit Aristoteles lib. 1. cap. 5. *Art. Rhetor.* in varias classes diviserunt felicitatem, nimirùm, in nobilitatem (conciliantem concivium æstimationem) liberorum multitudinem, divitias, gloriam, honorem, sanitatem, pulchritudinem, ætatem longævam; amicitiam, & fortunam prosperam. Hæc omnia planè & plenè visa in Salomone. Vid. 2. Reg. 13. 25. 3. Reg. 3. 13. 18. cap. 10. 11. cap. 11. 4. 43. & cap. 13. 25. Secus verò in rectissimo Iobo: cap. 1. 12. 19. cap. 2. 8. 13. c p. 17. 1. cap. 19. 13. & cap. 29. 18. igitur huius individuus comes erat miseria, & partes Salomonis nonnunquàm sequebatur fortuna. Hoccine credibile florentibus certatim æquitate & iniquitate? Si Iobus non peccavit, nec cognovit crimen; si Salomon Dei protrivit auctoritatem, ita ut depravatum cor eius sequeretur Deos alienos, supplantans populos; cur vita Iobi *in amaritudine* ducitur, & inauditus conquerirur, dum Salomon prosperatus, *magnusque* apud cunctos *efficitur*? Cur tanta mala bono? Cur bona tanta malo? *Videtur enim* (subdit Alapide in Deuter. 17. v. 16.) *illi gloriam terrenam concessisse, ut privaret cœlesti.* Elargitus est Dominus Salomoni huiusmodi fluxam, debilem felicitatem; quoniam sciebat moriturum impœnitentem.

Iob. 17. 2. Eccle. 1 16.

Alapid.

*Infelix felicitas.*



tem. Bona temporalia fuerunt virtutis præmia, quippe in exitu indignus æterna vitæ & lobum vulnerat, macerat, verberat, tanquàm in fornace probat; quia in gloriam sempiternam præparabat. Unde felix miser, & miser felix; quippequàm nulla pœna, nec gloria, quæ non æterna.

*Mors designat veré mala, & veré bona.*

20 Sunt ergo primi novissimi, & novissimi primi. Prosperitas in vita malum prognosticon, afflictio autem catholicis grande solatium. Tormentum iusti vitâ finitur, æque verò peccatoris gaudium; igitur tunc incipit mori, & sine fine pati. Iste luget, ille rident. Ubi fortuna? Ubi gloria?

Ovid.

——— *Scilicèt ultima semper*
*Expectanda dies homini est, dicique beatus*
*Ante obitum nemo, supremaque funera debet.*

Canit vel Ethnicus lib. 3. *Metam.* Fabul. 3. Mors facit, quod Iacob benedicens nepotibus, nimirùm, *Commutat manus*: longitudo dierum in dextra eius, & in sinistra illius divitiæ & gloria: & in articulo consultò decussat brachia; & patet miser, qui floruit prosperitate; floretque prosper, qui plorabat miser.

Gen. 48 14.

21 Quàm felix iudicabatur Epulo dives! Quam miser Lazarus, & ad ianuam epulonis! Infelix virtus? Absit. Ille induebatur purpura & bysso. Pretiosior purpura similior flammæ, & dives finis præscius, induebatur colore. Lazarus nudus & ulceribus plenus. Mensa divitis opipara, esca pauperis vel nulla, vel obvia. Ille vel iacens exultabat, iste vel sedens iacebat. Fortunam videres diviti, & miseriam natam pauperi: verùm finem habent omnia, quæ mortalia: *Factum est, ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autem & dives, & sepultus est in inferno.* Scena versa est. Pauper Gloriosus, dives in inferno sepultus? Hic non fuit felix? ille non miser? Quia miser & felix. Unde in oppositis tanta sortis differentia? Mors quæ finis, decussavit brachia: & infelicem beatificat, dum faustum cruciatibus aggravat; quoniam quæcumque ministrat fortuna, ut malos tollat in solium, deserviunt certatim, ut inferno spelliantur. Qui cecidit stabili non erat ille gradu.

Luc. 16. 22.

*Res secundæ in morte infaustæ.*

*Vis ne salutari sinut Seianus, habere*
*Tantundem, atq; illi summas donare Curules?*

Iuven.

Doceat casus: discatque humana conditio, prosperitatis ambitiosa, quòd felicitas falsa, vere miseria.

*** *** )(*)( *** ***

## DIDASCALIA II.

### *Quantum possit amor, qui vitam in morte ministrat!*

Achi. Boc. *Læta duris mista.*

1 EXclamat Achiles Bocchius lib. 1. *Symb.* 7. Latet in vulnere vulneri virtus, ac punctione valescit tumidum pectus.

*Læta duris mista.*

Canit Seneca in *Oedip.* Act. 2. v. 208. & meritò, etenim non est ad astra mollis, è terris via. *Habet has vicissitudines conditio mortalium, ut adversa ex secundis, ex adversis secunda nascantur. Occultat utrorumque semina Deus & plerumque bonorum, malorumque causæ sub diversa specie latent:* ait Plinius in *Paneg. Traian.* Utinam mortales saperent, & novissima providerent! verùm illectis crebrò falsa voluptate, nemo ex illis est, qui recoguet corde.

Senec.

Plin.

*Sub diversa specie adversa & prospera.*

2 Vidimus mala sub felicitatis specie *Didasc. præced.* modò ostendemus subsistantiam beati udinis sub specie adversitatis; igitur Deus occuluit utriutque semina, ut ad gloriam retorqueretur pectrita via, scilicet a Virtute in Honorem, non ab Honore ad Virtutem.

*Sors sequitur qui felicia, damna propria.*

Bocch.

*Mens namque verum capta oculis bonum*
*Dum nescit usquàm cernere, fallitur,*
*Semperque vitans expectanda*
*Insequitur sua damna præceps.*

Succinit Achill. Bocch. ubi supr. *Symb.* 20. In manu Iobis erant calices doloris, & voluptatis. Fugiat fabularum vanitas, ubi successibus aperitur veritas. Comes voluptatis semper dolor: amaritudo haudnumquàm habet voluptatem à tergo. Calices in manu Dei sunt: & inclinavit ex hoc in hoc, liquidem adversa dulcescunt in felicitatem, & felicia vertuntur in sortis amaritudinem. Exteriora æstimat valdè cæcutiens mundus, spectaculo sui maximè lætus; sed fallitur. Intùs omne bonum & gloria, igitur non egere felicitate, felicitas maxima. Multa incidunt tristia, dura, horrenda & horribilia, verùm animus adversùs omnia. Spectaculum utique Deo dignum, dum mala patientiam superant; quòd virtus supra patientiam. *Intrinsecus est gloria nostra* (ait Augustinus lib. 1. de *Serm. Dom. in mont.*) *& beatitudo*: etenim licet animam Deo gravam tumdat persecutionibus mundus; non tantùm gloria, sed omnis gloria filiæ regis ab intus. Perserutemur.

*Patet in exitu.*

*Iatus habet adversitas bonum.*

Augustin.

Be-

Gen. 12. 2.

3 *Benedicam tibi, erisque benedictus*, quasi cumulus fortunæ prosperæ promittitur Abrahæ. Relinquere commoda patriæ, imò se relinquere, è suis egredi, exulem vivere, atque huc illucque vagari, micat summa in felicitatem benedictio? Apthiùs patet sortis aversio, vel fortunæ supplantatio. Nullo modò. Larva aliquando picta, cum epigraphe: *Vera latent*. Ita videsis apud Silv. à Petra-Sanct. lib. 6. de *Symb. Heroi.*

Petra-Sancta.

Specie aliena incedit entitas felicitas, & per adversa graditur summa virtutis. Species persecutionis solummodò species: & dum aspera proponuntur Abrahæ, repletur benedictione; quippe non est respectus ad falsa, quæ foris terrent, sed ad vera, quæ ad tempus sub larva latent. *Benedicam tibi, erisque benedictus.* Nova videtur felicitatis forma, per adversa: ideo felicitas nova: verèque omni felicitate benedicam, quoniam perpetuò labor amplexabitur fortunam. Haud cædit, dum cædit Deus, sed medetur vulneri: consulit saucio pectori, ut iungat sibi: amor studet vulnere, medicamini; & præstat iurè in ipsa vita ministrata à morte.

*Gl riavir tutis su b ſpecie ad vtrſitati.*

4 Accidit Iasoni Thessalonico desperato à medicis (quoniam exhausta in opere pharmaca artis, insidijs vomicæ sub corde latentis, irrito effectu, & incognità causà, igitur ipsa medicamina, maiora vitæ pericula) subitò cuspide inimicæ manus invadi, quà latebat virtus vomicæ. Exclamavit diro vulnere Iason, & terram ore momordit. Ictu iudicatus est mortuus, sed fecit gladius, quod debuit arte chirurgus: igitur egrediente per doloris ostia putrido sanguine, apparuit casu virtus de infirmitate, vita de morte. Ita refert Ravis. Text. in *Officin.* lib. 7. cap. 53. Quoties contingit animæ, quod semel corpori! Moribunda, imò mortua apostemate iniquitatum, & sine dolore iacet; cùm minimè pericliteretur, si doleret. Medici spirituales, agnoscunt signis periculum; verùm, ubi non dolet, cassum arbitrantur pharmacum: etenim ni pateat os, ut expellatur foras culparum virus, veneno interno suffocatur animus. Periret sanè anima, ni vulneraretur corpus. Hoc gravatur morbis, repletur malis; aggravatur manus Domini valido vulnere, quod monet de vulneribus animæ dolore. Erit ne gravis manus, ita ictibus comprimens corpus? Neutiquàm. Illustrem utique celebrabis medicinam: quandoquidem anima invenit salutem, ubi corpus validum amisit per vulnera fauniratem. Ita corpus arte petere, non est severitas; sed summa benignitas. Studium est gratiæ, dum mors animæ arcetur corporis vulnere: igitur amor in dilectione præstat; si in morte vitam obsequiose ministrat infer pœnam, ut graviorem auferat, doletreque facit animam, ut minimè doleat.

*Iaſonis vulnus.*

Rav. Tex.

*Ex vulnere ſalus.*

*Quod maximum di lectionis ſtudium.*

5 Scitur itaque, paradisum esse symbolum gloriæ, ad cuius ostium expulso Adamo, Dominus benignus & iustus, *Collocavit Cherubim, & flammeum gladium, atque versatilem. Versatilem*, quippe in motu continuo homini, qui sponte recessit à Deo: *Gladium*, ut concidat; flammeum, ut urat. Sit: verùm quorsùm huiusmodi studium? Si improbi, estò appropinquent usque ad portas mortis, non accessuri ad hortum voluptatis, ad quid custodia? Clauditur ianua. Si bonis patet introitus, quare gladio, igne, atque custode præclusus? Custos prohiber, ignis arcet, gladius expellit. Quomodò tutè ingredientur, ubi tot obicibus præpediuntur? Ad quid gladius, ad quid flammeus, ad quid custos, ante gloriæ paradisi ianuam? Ut boni securiùs ingrediantur in gloriam. Boni etiam, & Deo grati vel indulgentiâ, vel levitate naturæ habent imperfectiones, & plures, quæ ut evanescant ante ingressum, exigunt ignem: habent quoque plurimas superfluitates petentes ensem: videlicet, pectus inflamatum philautiâ, cor languidum voluntate propria, dolorem pleuritidis in sanguine, pro suis iugiter pungente, pedes in aliorum commoda laborantes vinclis podagræ, gravedinem pro arbitrijs, in oculis affectum curiositatis, in auribus blandinem adulationis, linguam præcipitem, & manuum otiositatem: quæ quidem omnia deposcunt vel ensem, vel adustionem. Nihil coinquinatum intrat in gloriam: & ut securè portas paradisi pertranseant, qui recti corde; utitur custos Cherub & gladio & igne: gladio, ut vanæ inutilesque superfluitates stirpitùs resecentur: igne, ut animæ vulnera candente ferro iurantur.

Gen. 3. 24.

*Tribulationes mittuntur in bonum.*

6 *Quatuor fabros* pro restauratione urbis & templi vidit Zacharias à Domino missos. Solatium est animæ, incommoda vel iurè patienti, quòd tribulationes à Domino missæ. Angelos arbitratur Sanctius hic num. 81. Contuitus utique pectoris levant acerbitatem doloris: igitur placidè suscipitur pœna, quamtumvis amara; dum intenditur ab inferente utilitas ædificationis, & nullatenùs dolor acervitatis. Fabri in huiusmodi restauratione Angeli vocantur, & prudentes Superiores hoc emblemate ostenduntur: siquidem conditionem imitantes Angelicam, etiam dum sauciant, ædificant. Iam enim à malo in bonum, à simulachris in

Zach. 1. 20.

Sanct.

*Superiores debent eſſe ſubditis fabri.*



in veri Dei cultum, à culpa in sanctificantem formam, quasi à Babylone in patriam reversi fuerant filij Israel, celebrantes libertatem, & plodentes servitutem, ut sicut ad amussim artis saxa coäptabantur in insigne delubrum, ipsi lapides vivi coædificarentur in templum vivum, & ad unguem legum. Ad quid igitur fabri, si iam conversi?

*Tunsionibus, pressuris*
*Expoliti lapides,*
*Suis coäptantur locis*
*Per manus artificis.*

*Labor animas purificat*

Aliquid licèt non grave remanserat è pristina servitute, devenustans pulchritudinem imaginis, maculis imperfectionis. Aliquid, sed exiguum deturpabat decorem rutilantis gratiæ ex affectuum indulgentia, vel pulveris conditione. In templo gloriæ nulla imperfectio obtinet introitum: evanescet vel per ignem, vel per gladium: & mittuntur Angeli fabri in huiusmodi opera; ut animæ appareant Domino sine macula.

*Manuſam abſtergat qui non habeat.*

7 Altiora cogitemus. Angeli purificant homines, uti materiam artifices. Apte Angeli ministri fiunt purificationis hominum, qui gratiâ Dei salutis hæreditatem capiunt; etenim satiùs & promptiùs maculas abstergit, qui non habet. Angeli fabri sunt. Cuius nam artis? Ferrariæ autumat Hieronymus hìc, cui astipulatur Sanctius ubi supr. subdens: *Cum malleo, incude, limâ.* Ferrea plerumque sunt hominum corda; & mittuntur in ignem, ut emolliscant tribulationis flammâ. Cum malleo accedit, ut homo purificetur, & vel fugillans minister voto potitur. Difficile iam facile opus, quoniam minister Angelus: crebris ictibus amaritudinum quatit rationale ferrum; ut non deficiat ictibus, & mundetur à sordibus: igitur percutit tali prudentiâ, quòd rubiginem excutiat; & altera manu simul tenet, ne ictu cadat. Prudentia indicatur Præsulibus necessaria, quoniam subditi, uti homines vasa lutea, imò vitrea, quorum regimen indiget arte; siquidem franguntur & frigore & igne. Fragilis exhibetur materia, in qua reluceat artis regiminis summa: quandoquidem Angelorum Præsidum continuum debet esse vigile studium; ut ictibus mallei inferiores mundentur, & tunsione ne frangantur. Aliter, ut canit Poëta lib. 3. de *Pont.* Eleg. 7.

Hieron. Sanct.

*Curando fieri quædam maiora videmus*
*Vulnera, quæ melius non tetigisse, fuit.*

Ovid.

Illustrius prorsùm documentum Patriarchæ N. Benedicti *Regul. Sanct.* cap. 64. *In ipsa autem correctione prudenter* (Abbas) *agat, ne dum nimis cupit eradere æruginem, frangatur vas.* Non erit moderamen cautum prudentiæ, si medicina nocet: totumque intentum increpationis teritur, ubi vas pectoris turbine frangitur. Sed hoc *Tautolog.* 4. *Didasc.* 1. 2. & 3.

*Modus correptionis & correctionis prudentiſſimus.*

S. Bened

8 Simul feruntur incus & maleus. Quo ergo intuitu, si canduit ferrum? Durum, ferreum erat cor: lenivit ignea lex, maleus flexit; sed in incude ignitas favillas quasi iacula mittit. Quid mirum, quòd videris hominem igne concepto, vel pressum inter malleum & incudem, scintillantem; si tunditur ut flectatur vel contra, vel ultra legem? Sæpe ita homines ut ministri, aliter Angeli cœlestes fabri. Quid perfectionis habeant animæ fidelium, patet in incude ferrea frequentium persecutionum. Ferrum frigidum levi ictu tundentis resonat, dum fugillatur fugillat: candens cedit estò cæsum, nil lædit etsi percussum: Angelique animas, ut probentur, mittunt sub incude, an conservent patientiam tacito corde. Dum affabrè perficitur animæ templum, malleus & securis non audiuntur: quandoquidem moles elevatur augustè, si parcitur querimoniæ. Debent lucere simul & ardere; quia ardere parum est, ardere & lucere perfectum. Sibi ardent igne charitatis in fornace diræ persecutionis: & tunduntur in incude, qua ictus mallei foris favillas excitant; ut alijs in exemplum quandoque luceant. Ut silices ictu flammescunt, pariunt malleo, quod concipiunt: etenim minimè patet, mirantibus notam amaritudinis, nisi materia splendoris. Frangitur uti vitrum, quod tunditur ficut ferrum; & splendet licèt fractum. Quid quòd conchylia frangantur, si ictu uniones exhibentur? Semper datur decori locus, quamtunvis quassetur pectus; siquidem disponitur splendori, quod parabatur cruciamini.

*Ægrè fertur uti à pacifico exorbitantia.*

*Dum urget tribulatio, clarescit animæ perfectio.*

*Cedit in ſplendorem diri us cruciamen.*

9 Incudi & malleo in animæ perficiendæ meditata opera, additur consultò lima. Fit palàm vividum hieroglyphicum, ut in purificatione imitentur Superiores instrumentum. Lima lustrando mordet, morsu terit, terendo aptat, & aptando collustrat. Ubi maior resistentia, maiora tollit; ubi lenis materia, lenis pertransit: non tollit nisi superflua: & in exemplum Præsidum signatur lima; quia non terit, ut terat, sed ut perficiat. Insipiens iudicaretur artifex, si pro qualitate materiæ haud uteretur commoditate limæ. Opera sanè perderet & instrumenta: unde pro correptione subditorum exponitur commoda lima: quoniam ni opportunè & opportuna, subditus Præsidem mordet, & Præses subditorum superflui-

*Lima ſymbolum prudentis id crepationis.*

*Medicina quæ opportunitas.*

fluitates non destruit. *Alium quidem blandimentis, alium verò increpationibus, alium suasionibus; & secundum unusquisque qualitatem, vel intelligentiam se omnibus conformet, & aptet*: ait Dux ordinis Monastici, ubi supr. cap. 2. Industria & sagacitate indiget, ut subditos Præses in perfectionem aptet: siquidem ni lima congruâ vastitatem triverit; in formatione meditata deformabit, & conformatione destruet. Nimis igitur delicatulæ sunt hominum conditiones, maximè si micat philautiæ, vel levis macula criminis; quandoquidem vel non nota, vel si nota, non reputatur ut macula. Hoc opus, hic labor est. Ingeniosè tunc utendum est artificio: proponenda & increpanda in tertio, vel ita lima abstergenda, ut non cognoscatur correptionis lima.

S Bened.

*Sine prudentia disciplina defruit, quæcumque instruit.*

10 Primi exemplum patet in parabola Nathan ad David, & in plerisque N. Servatoris. Secundi strictim exponam. Polluta erant labia Isaiæ, & fatetur pollutus: proximior est sanitati, quisquis studet criminis confessioni. Haud petivit medicamen, & ad illum volavit unus de Seraphim. Commendatur gratia, igitur nec postulata conceditur medicina; & apparet in ægro promptum levamen, antequàm invocaret adiutorem: *Promptum* iurè dixi, quippe in remedium facer minister non tantùm cucurrit, sed & volavit. Polluta sunt labia: quid apponendum ad linguam dolosam? Potentis sagittæ? Carbones desolatorij. Ita ergo tulit unus de astantibus in throno forcipe calculum ignitum, antidotum sordium linguarum, & tactu labia urens dixit: *Ecce tetigit hoc labia tua*. Perpende. Propheta ignorare poterat, quòd pruna adurebat labia? Nullomodo. Ad quid ergo animadversio? Ut commendetur Seraphicæ increpationis modus, qui apprimè & meditanter sapientissimus: quandoquidem ira Prophetam blandè corripit, dum urit; ut quem urit, urentem increpationem ignoret. Capienda est mens hominum, ut sibi displiceant vel umbræ criminum, quod quidem tunc benè cedit inclytum opus, dum evadit subditus & correctus & gratus, quia exoneratur gravamine, negligenter contracto incuriosa imperfectione. Quid nonnumquàm increpatio magnum habet, dum vel ustus non intelligit: laudat modum, & fugit excessum: etenim punctus compunctus abdicit ignem, & intendit per ignem in correctionem.

*Gratia promptior gratior.*

Isai. 6. 7

*Optimus increpationis modus, ubi correctus correptio ne fit gratus.*

11 Præterea. Unus de Seraphim Prophetam tangit ignoto calculo, & urit: cæterùm in ustione non asserit, os Vatis Evangelici urere, solummodò tangere. Ustio tactu fit: cur ergo in duplici ministerio exprimitur, quòd pruna labia tangat, & non urat? Ut constet in ipsa obiurgatione modus singularis imitabilis prudentiæ: etenim quandoque necessarium, ut unica actione Præses alium urat, alium tangat. Iuxta complexionem pectoris erit modus medicaminis: quippequàm alius aliter haud corrigetur, nisi ustus; & alius non aliter resipiscet, nisi tactus. Hinc additur: *Auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur*. Unde scit sordem iri mundatum, & iniquitatem abolitum? Quia urendo tetigit, & non usit: facileque mundatur ab inquinamine pectus, si tangitur & non amplius.

*Unde modus, & in quo?*

Ibid.

*Cauta correptio fit.*

12 Ni velis dicere, studium summum prudentiæ in applicatione fuisse: igitur prudens consilium, imò miraculum, ita cautè ignem obiurgationis adhibere; ut ignis tangat labia immunda sine ustione: etenim ars hoc artificio constat, ut qui patitur ignem, nihilum sentiat. Ita cuidam vulnerato dicitur: *Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum?* Quanta prudentia! Ipse vulnera palpat, & ignorat: de vulneribus cruciamen oritur, & de dolore non queritur. Verùm unde cautio tanta in calculi applicatione? *Forcipe tulerat de alteri*. Non manu propria prunam, ut labia mundaret, tenuit; sed forcipe tulit. Non est passus, quæ pati intendebat subditum, ob immunditiam labiorum; cæterùm non ignorabat, sine forcipe manum ignem applicantem fore patientem: & cautè cum igne accedit; prudenter cogitans, quid si quod subditum increpatione urit, increpantem leviter quandoque tangeret? Plerique subditis imponunt onera gravia & importabilia, sed renuunt digito movere ea. Quid non refugiet humerus, dum digiti removetur futilis tactus? In labore hominum non sunt, & ambiunt pro maiestate quietem, cùm maceria depulsa humerorum fortium exigat applicationem. Vident discipulos laborantes tota nocte, & stant in littore, quia prunam surripiunt forcipe. Si laborem ex proprio agnoscerent, alijs indulgerent, ut sibi parcerent. *Suam fragilitatem semper suspectus sit*: ait qui supr. & ubi, Patriarcha N. Ex propria si cognosceret alienam fragilitatem, fugaret subditorum amaritudinem: unde cœlestis Præses, quia calculum manu non tulit, subditi haud usit ora, sed dumtaxat tetigit; quippequàm minimè vulneri igne increpationis medebitur, quisquis priusquàm urat, quoniam urit, non uratur.

Zach. 13. 6.

Ubi sup. v. 6.

*Ex cruciamine propria alienum patet cruciamen.*

13 Ergo proposito. Labia erant immunda, sed citò purganda. *Auferetur* (dicitur) *iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur*. Et igne excusso? Et flammante calculo? Et vibrante ministro? Austeriras haud audaciam compescit, sed nimis auget: ita Tragicus in *Thyest*. Act. 1. v. 29.

*Iustus à Deo corripitur, ut non corripiatur.*

S. Bened. *Præsul agrè accedat increpationi.*

Ibid. *Audacia austeritas non compescit.* Seneca.

——— *Nec vacat cuiquam vetus*
*Odisse crimen, semper oritur novum,*
*Nec unum in uno: dumque punitur, scelus*
*Crescit.*

*Pharmacum modò efficacius medicamine.*

Quomodò ita facilè iniquitas aufugit, & peccatum velociter evanescit? Ignis materia pœnæ acrioris, & amplioris cruciaminis. Sanè, sed applicatur amore. Plenitudinem charitatis Seraphim sonant: & labia minimè refugium flammam, quia placidè fertur tormentum, quamvis sit ignis; dum rutilat in ustione specimen charitatis. Non semper virtus in medicamina: si aliqua, maior in applicatione: siquidem dulce tormentum, & efficax vulneri pharmacum, quod applicat dolenti condolentis amor: & irritum, aptum, quod adhibet inconsultò, etsi iurè, prælidis furor. Patet. Propheta corripitur, & igne corripitur: sed non queritur? Ustus tacet? Utique. Non plectitur, ut plectatur, sed ut mundetur. Qui intentum introspicit iudicis, facilè revocatur in lucem mentis: ignorat in tormento tormentum, dum cruciamen amplectitur beneficium: grateque vel ustus refert, quia cognoscit, quantum interest: etenim etsi ferò, sapit non vibrari ignem fulminis in cruciamen, sed cruciamen ignis in purificationem.

*Quid deliquit, corrigitur si pleditur ut mundetur.*

14 Non est invidenda humana felicitas igitur voluptas & dolor invicem cedunt, sed brevior illa. Extrema gaudij luctus occupat, & à tergo dolorem sequitur gaudium. Felicitas, & summa, & demerentium! Væ impio in malum. Qui beatum prædicant, sanè decipiunt. Calamitas & gravis, & sine crimine! Dicite iusto, quoniam benè. Benè, dum teritur oppressus tribulatione? Benè. Scit Dominus, quòd iustus fr abundaret divitijs; etiam vitijs: & subtrahit opes, ut arceat iniquitates, & irritamenta humanæ fragilis inclinationis. Scit illâ vel illâ occasione peccaturum; & omnia ei coöperantur in bonum: siquidem removet alta providentiâ crimen, dum removet per obicem occasionem. Scit, amicos, uxorem, filios futuros illi in scandalum, vel saltem in compedes, ne quærat quærendum: & tollit ab oculis, oppressis amarim time instantis acerbitatis; ut expeditus cu is, inteudat sollicite in bonum, à quo bona cuncta tamquam à fonte procedunt. Sauciat, ne sauciet: mortificat, ut vivificet: semper enim iustum, quem diligit, quasi sub ictu habet; & amicus etiam,





dum vulnus infligit: siquidem non exerceat molestiâ hominem, ut mortificetur; sed ut macula criminis mortificatione abluatur.

15 Per aquam & ignem ira Dei demonstratur sæpe in Scriptura. *Intraverunt aquæ usque ad animam meam*: dicitur à Davide, ideòst, tribulationes. *Ignis succensus est in furore meo*: dicit Dominus per Moysen. Utrumque amplectitur Petrus *Epist*. 2. cap. 3. v. 6. & 7. Per aquam & ignem semper purificationes fiebant; ut observat Pier. Valerianus lib. 46. cap. 30. Quæ videntur tamquàm in elementis oppositis summè contraria, sunt maximè congruentia: etenim qui magis incurribus sunt afflicti, effulgurant, ut magis purificati. In aqua videtur ira, & supplicium, & dellnquentium tormentum. Iurè fulminatur uti sententia amoris; dumtaxat in odium commissi criminis: quippe si per aquam signantur tribulationes; magis ac magis purificant, dum homines magis usque ad animam suffocant. Ignis si accenditur, videtur furor: igitur qui excitavit flammas; penetrat usque in medullas. Mittitur in ossibus ignis, & cognoscit tribulatus cathedram eruditionis: siquidem tribulatione satiùs quàm chymica arte, pretiosum summè sepacatur à vili. Probantur tamquàm aurum in fornace: & luceat auri pretiosissimi grana, quoniam igne apparuerunt auri momenta.

Psal. 68. 2.

Deut. 32. 22.

Pier. Valer.

*Purificatur anima, quæ patitur corpus.*

16 Nota purificationem. *Transivimus per ignem & aquam*: hoc est, inist Genebrard. *Varia & contraria pœnarum & calamitatum genera*. Si aqua frigiditate nocet, ignis allicit: si ignis urit; aqua ustum uti contraria refrigeratione fovet. Hinc de Cyceno. Phaëthonte de cœlo tacto, canit Ovidius lib. 2. *Metam*. Fab. 4.

Psal. 65. 12. Geneb.

Ovid.

——— *Ignemque perosus,*
*Quæ colat, elegit contraria flumina flammis.*

*Delicia mundi fallaces.*

Et simul aqua & ignis designantur ut tormenta in ipsa refrigeratione; quoniam in delicijs mundi non inveniuntur deliciæ. Sæpe videtur iustis, calamitatibus quasi igne exterminari, ac pœnis tamquàm aquâ præcludi: & dum fortiùs sustinentes circumdant, transeunt per ignem & aquam: igitur haud tormenta diversa ministrantur ut pereant, sed ut transeant. Per ignem & aquam purificationes fiunt: & à Genebrardo per aquam & ignem tormenta varia signantur; quoniam minimè transibunt animæ in patriam cœlestem, nisi per tribulationem. Patitur improbus, sed non transit; vel si transit, est à dolore in dolorem. Patitur bonus, & transit in refrigerium; quia educitur de dolore in voluptatem. Magnum discrimen

*Tribulatio gradus in gloriam.*

ineſt patientibus ; & doloribus: quippequàm peccatores comprimuntur, ut pereant ; & iuſti ſingulariter affliguntur, donec tranſeant : gratique ſponte per ignem & aquam amplexantur cruciamen ; quia non datur in cruciamen, ſed in purificationem. Quid de fortuna querimini homunculi ignavi? Non eſt fortuna, ſed divina providentia. Dicetis cum Firmiano Simphoſio,

Simphoſ.

*Fortuna potens quàm variabilis,*
*Tantum furis atrox, quæ tibi vindicta?*
*Evertiſque bonos, eligis improbos,*
*Nec ſervare potes muneribus fidem.*
*Fortuna immeritos auget honoribus,*
*Fortuna innocuos cladibus afficit:*
*Iuſtos illa viros paupertà gravat,*
*Indignos eadem divitiis beat,*
*Hæc aufert iuvenes, & retinet ſenes:*
*Iniuſto arbitrio tempora dividens:*
*Quod dignis adimit, tranſfert ad impios.*
*Nec diſcrimen habet, rectave inditat,*
*Inconſtans, fragilis, perfida, lubrica.*

Quid vobis videtur? O iuſti! O iniuſti! Quid? Ipſe reſpondeat.

*Nec quos clarificat, perpetuò fovet:*
*Nec quos deſeruit, perpetuò premit.*

Ignem Chriſtus venit mittere in terram, & hanc cupiebat concipere flammam, non ut terram cordium conſumeret; ſed ut noxia perderet. *Dùm oppreſſa dumis* (ait Chryſologus *Serm.* 164.) *cupiens novalia purgare, ignem mittit primùm maximus magiſter in terra, ut quicquid naturalis ſqualeſcerat luxus, quicquid arteſcerat brumalis rigor, artificì depurgat, & conſumit incendio.* Lucet tunc, quod urit in terra cordium.

Chryſol. Uritur terra rationalis ut vitiis careat, & virtutibus fœcet.

——— *Omne per ignem*
*Excoquitur vitium, atque exſudat inutilis humor.*

Virgil.

Canit Virgilius *Georgic.* lib. 1. v. 87. Magna infligitur vel pœnitenti pœna; ſed in inflicta maior apparet miſericordia: quandoquidem ne afflictum finis afflictionis lateat, amor iudicis & vindicis vitam in morte miniſtrat.

## DIDASCALIA III.

### *In Chriſtianorum pœna latet futura gloria.*

Gregor. Naz.

1 PRofert ingeniosè Gregorius Nazianzenus *Orat.* 12. Altè cogitat, ne Chriſtianus perſecutiones fugiat: etenim quæ videtur pœna, latitat gloria; & nequaquàm evaneſcit, quia in perſecutione latet.

*Nec te quæſiveris extra.*

Perſ. Ibi gloria, ubi pœna.

Cecinit Perſius *Satyr.* 1. v. 21. Exteriora diſſona apparent, quoniam oppoſita & pati & frui: ſed conſonant interiora, igitur inter oppoſita nulla micat differentia. Species immutantur, verùm non immutant veritatem ſpecies. Contraria invenies, ſi quæſiveris extrà; nullum diſcrimen, ſi perſpexeris intrà. Silenorum adinſtar (de quorum imaginibus egimus *Tom.* 1. *Tautolog.* 3. *Did.* 10. num. 13. & *Tautolog.* 5. *Didaſc.* 20. num. 10.) homo interior & exterior (hic exteriori cultu, ille *abſconditus cordis homo*, ut ait Petrus) ſiquidem ſi primo aſpectui luminum imago occurrebat rudis, ad intrà coruſcabat plena radijs. *Puta itaque Deum dicere* (inquit Seneca de *Provid.* cap. 6.) *Alijs bona falſa circumdedi, & animos inanes, velut longo fallaciſque ſomnio luſi. Auro illos, argento, & ebore ornavi; intùs boni nihil eſt. Permiſi vobis metuenda contemnere, cupienda faſtidire: non fulgetis extrinſecùs: bona veſtra introrsùs obverſa ſunt.* Feliciter prorsùm: quandoquidem dum urget mala fortuna, latitat gloria; quoniam bona pœnæ uti obverſa, ſunt ad intrà: & quouſque hominis cordis, uti Silenorum, aperiatur penetrale, apparent ſine ſplendore: ſed ibi introrsùs coruſcat, licet ob corporis velum extrinſecùs non appareat.

Silenorū imagines.

1. Petr. 3. 4.

Seneca.

Bona vera in mundo intrinſecùs obverſa.

2 Pro ſymbolo gloriæ apparuit Dominus in flamma ignis; & pro ſigno anguſtiæ populi in Egypto, ut moveret in ſubſidium profugum Moyſen, hic attonitus vidit rubum flammantem. Rubus ardebat, ſed non comburebatur, ut pateat, quòd tribulationes mittuntur iuſtis, ut luceant, & non ut ardeant. *Vadam*, ait, *& videbo viſionem hanc magnam.* Acceſſit Moyſes ultrò, ut potiretur voto; ſed ſtatim audita eſt vox: *Ne appropries huc.* Tunc ergo *Abſcondit Moyſes faciem ſuam.* Plura occurrunt diſquirenda. Si intendit videre viſionem inſignem, quomodò abſcondit ſolicitè faciem? Si gloria fulget vivenda, & viſioni gloriæ Moyſes appropiat; quare arcetur progreſſus, ut clariùs videat? A longè minimè clarè videtur & ſine oculorum miniſterio nullatenùs fit ſenſatio. Si ergo viſioni exponitur ignis magna ſingularis ſcena, ut in flamma mitificà rutilet incognita gloria; videtur, ut non videatur? Nullo modo. Indicatur ubi collocanda lumina, & ubi quærenda gloria.

Exod. 3. 3.

Verſ. 5. & 6.

Gloria quæ quæritur extrà, ex tribulatione invenitur intrà.

Quomodo Moyſes lumina claudit, ut videat.

3 Perpenderis. Preſſus Moyſes dira tyrannide aberrabat extra patriam, dum alij filij Iſrael extremam patiebantur anguſtiam. Qui hic patiuntur, etiam hic glorificantur, gloria quorum ſignum apparebat in rubo,



rubo, radijs ignis illuſtrato, ſed non conſumpto. Viſio profectò magna, quòd gloria includeretur in paſſione non condigna. Stupuit Moyſes, & dum intendit in gloriæ viſionem, retorquens lumina in pectus, abſcondit faciem: igitur aptiùs totus ſplendor inerat, in pectore quo latebat. In corde tribulationum reſidet, quæ quæritur extrà, patientiæ & fortitudinis gloria. Rubus ignibus lucens, ſplendoris dumtaxat erat ſpeculum: gloria in corde habebat ſolium: & à rubo lucida, quam videre conatur, avertit vultum; ut clariùs gloriam quærat in pectoris throno, cuius ſignum tantummodò apparebat in rubo.

Gloria quæritur intrà.

4 Cauſa liquet. Bona quærebat Moyſes inter tot corporis & animæ amaritudines. Apparet rubus ignitus, gaudetque viſione lachrymans oculus; ſed in pectus dirigit luminum aciem, ubi proponit magnam videre viſionem; quippe cum bona vera introrsùs obverſa ſint; iele quærit & anxiè, an gloriam videat in ſe. Vera gloria iuxta Nazianzenum, oculos fugit.

Gloria virtutis occulta, verè gloria.

Gregor. Nazianz.

*Quam decor occultus decorat, quam tecta venuſtas.*

Ita loquitur in *Præcept. ad Virgines*: igitur eſtò floreat virtutibus pectus ut hortus, hortus concluſus; etſi ebulliat aquis vivis charismatum, fons ſignatus. Gloria quæ florebat ad oculum, allicere debebat cum cogitatione lumina: & oculos avertit Moyſes à viſione magna; ut experiatur, an illa, quæ videt bona, ſint vera: an habeat virtutis ſolidæ ſimilitudinem, quæ gloria in rubo emittebat ſplendorem: quandoquidem animo religioſo ſuſpicioſa, ni haberet intrà, quæ lucebat extrà.

Quæ dicenda ad extra, gloria vana

5 Hinc patet ad principale quæſtionis propoſitum. Gloria æterna deſignata fuit in rubo flammante, lucido igne, interminato ſplendore, cuius ſpe eveheretur animus Moyſis in patientiam tribulantis, ut Iſraëlem de domo educeret ſervitutis. Hic ineſt ſanè pœna, & pœna ſumma. Hic lucet viſio gloriæ, & viſio magna; quia gloria niter in pœna: quam videre cupiens Moyſes, meditanter versùs pectus, eius abſconditur facies; ut videat in proprio throno, quæ conſpiciebat in rubo: igitur ſi extra patebat, in pectore latitabat. Haud facile creditur thronus beatitudinis in loco tribulationis: & ut conſtet tribulationem occulere beatitudinem: Moyſes versùs pectus dumtaxat luminis dirigit aciem: etenim non inquireret in pectore, ni perſecutionibus gloriam haberet in corde.

Gloria quæritur intrà.

6 Aſtruit intentum, dùm vox progredienti in viſionem truncat conatum. Scrutari ſolicitabat Moyſes illud ſingulare quid, & audit: *Ne appropies huc.* Ut intelligat myſterium, exhibetur oculis rutilans ignis, & procedit anxius in captum miraculi ſingularis: quandoquidem novum, quòd in extrema pœna lateret lucidior fulgore gloria, & ſub ornatu acerbiſsimi prorsùs doloris regnum conſtaret inauditæ voluptatis, militis planctu & fletu, perſecutione & gaudio, amaritudine denique & felicitate; quæ omnia inveſtiganda (ut oppoſita) in rubo flammante ſingulariter illæſa. Pedem movet, & vox motum interdicit. Ad quid greſſus, ſi viget animus? Dirigat in penetralia pectoris faciem, & intelliget viſionem: etenim illa quæ in rubo ad extra gloria fulgebat, in pectore Moyſis intrinſecus latitabat.

Ex. 3. 5.

Frustrà quæritur longè quod eſt in pectore.

7 In Elia etiam viſum. Illum Iezabel perſequebatur ad mortem uſque, & fugit minas, ſed obdormivit diſcrimine. Quid hoc? Fruſtra acriores perſecutiones gravant, quem dolores mortis incuriosè ſoporant. Perſecutionem paſſus mortem fugit, & gloriam Domini in Horeb felix invenit. Ante eius oculos tranſitura gloriæ viſio: *Quod cum audiſſet Elias, operuit vultum ſuum pallio.* Oculos claudit, ut videat? An quia deſpicitus voluntarie temporalia, ſpeculatur cœleſtia? An quia qui cæcè obedit, plus in obedientia videt? Planè: igitur quicumque iudicium ſequuntur proprium, oculos habent, ſed non videbunt. Ideo obvoluto capite, *Egreſſus ſtetit in oſtio ſpelunca.* Firmiter procedit, quem cæcè obedientia ducit. Non ceſpitat clauſis oculis, qui lumen habet privatione luminis. Intendite in Lazarum, ſeu obedientem perfectum. Aufugit voluntas propria, quia *Facies illius ſudario erat ligata*: & ſepulto propriæ interventu fallacis, & amicæ voluntatis; non offendit etiam ligatur pedes & manus iuſtitiis. Hinc Elias ut videat, clauſis luminibus prodit; quoniam ſi videret extrà, gloriam illam non videret.

3. Reg. 19. 13.

Ibid.

Obedientia plus videt, dum minus videt.

Ioann. 11. 44.

8 Ergo ad rem. Gloriæ oſtendendæ optabilis magnitudo, & oculos obtruit qui viſurus, pallio. Meritò quidem, ut pateat, quam patiendo, obtineat felicitatem. Gloria perſecutionem non tantùm ſequitur, ſed individuè obſequioſè comitatur: & operit pallio faciem, dum Elias patitur perſecutionem; ut gloriam, quam in oſtio conſpecturus ſpelunca, reflexione luminum ſcrutaretur in corde: quandoquidem gloria quæ ex pœna, futura; præſens in pœna: & ſecum affictus habet, quod extrà videre cupit.

Gloria futura ex pœna, non futura.

ineſt patientibus ; & doloribus: quippequàm peccatores comprimuntur, ut pereant ; & iuſti ſingulariter affliguntur, donec tranſeant : gratique ſponte per ignem & aquam amplexantur cruciamen ; quia non datur in cruciamen, ſed in purificationem. Quid de fortuna querimini homunculi ignavi? Non eſt fortuna, ſed divina providentia. Dicetis cum Firmiano Simphoſio,

Simphoſ.

*Fortuna potens quàm variabilis,*
*Tantum furis atrox, quæ tibi vindicta?*
*Evertiſque bonos, eligis improbos,*
*Nec ſervare potes muneribus fidem.*
*Fortuna immeritos auget honoribus,*
*Fortuna innocuos cladibus afficit:*
*Iuſtos illa viros paupertà gravat,*
*Indignos eadem divitiis beat,*
*Hæc aufert iuvenes, & retinet ſenes:*
*Iniuſto arbitrio tempora dividens:*
*Quod dignis adimit, tranſfert ad impios.*
*Nec diſcrimen habet, rectave inditat,*
*Inconſtans, fragilis, perfida, lubrica.*

Quid vobis videtur? O iuſti! O iniuſti! Quid? Ipſe reſpondeat.

*Nec quos clarificat, perpetuò fovet:*
*Nec quos deſeruit, perpetuò premit.*

Ignem Chriſtus venit mittere in terram, & hanc cupiebat concipere flammam, non ut terram cordium conſumeret; ſed ut noxia perderet. *Dùm oppreſſa dumis* (ait Chryſologus *Serm.* 164.) *cupiens novalia purgare, ignem mittit primùm maximus magiſter in terra, ut quicquid naturalis ſqualeſcerat luxus, quicquid arteſcerat brumalis rigor, artificì depurgat, & conſumit incendio.* Lucet tunc, quod urit in terra cordium.

Chryſol. Uritur terra rationalis ut vitiis careat, & virtutibus fœcet.

——— *Omne per ignem*
*Excoquitur vitium, atque exſudat inutilis humor.*

Virgil.

Canit Virgilius *Georgic.* lib. 1. v. 87. Magna infligitur vel pœnitenti pœna; ſed in inflicta maior apparet miſericordia: quandoquidem ne afflictum finis afflictionis lateat, amor iudicis & vindicis vitam in morte miniſtrat.

## DIDASCALIA III.

### *In Chriſtianorum pœna latet futura gloria.*

Gregor. Naz.

1 PRofert ingeniosè Gregorius Nazianzenus *Orat.* 12. Altè cogitat, ne Chriſtianus perſecutiones fugiat: etenim quæ videtur pœna, latitat gloria; & nequaquàm evaneſcit, quia in perſecutione latet.

*Nec te quæſiveris extra.*

Perſ. Ibi gloria, ubi pœna.

Cecinit Perſius *Satyr.* 1. v. 21. Exteriora diſſona apparent, quoniam oppoſita & pati & frui: ſed conſonant interiora, igitur inter oppoſita nulla micat differentia. Species immutantur, verùm non immutant veritatem ſpecies. Contraria invenies, ſi quæſiveris extrà; nullum diſcrimen, ſi perſpexeris intrà. Silenorum adinſtar (de quorum imaginibus egimus *Tom.* 1. *Tautolog.* 3. *Did.* 10. num. 13. & *Tautolog.* 5. *Didaſc.* 20. num. 10.) homo interior & exterior (hic exteriori cultu, ille *abſconditus cordis homo*, ut ait Petrus) ſiquidem ſi primo aſpectui luminum imago occurrebat rudis, ad intrà coruſcabat plena radijs. *Puta itaque Deum dicere* (inquit Seneca de *Provid.* cap. 6.) *Alijs bona falſa circumdedi, & animos inanes, velut longo fallaciſque ſomnio luſi. Auro illos, argento, & ebore ornavi; intùs boni nihil eſt. Permiſi vobis metuenda contemnere, cupienda faſtidire: non fulgetis extrinſecùs: bona veſtra introrsùs obverſa ſunt.* Feliciter prorsùm: quandoquidem dum urget mala fortuna, latitat gloria; quoniam bona pœnæ uti obverſa, ſunt ad intrà: & quouſque hominis cordis, uti Silenorum, aperiatur penetrale, apparent ſine ſplendore: ſed ibi introrsùs coruſcat, licet ob corporis velum extrinſecùs non appareat.

Silenorū imagines.

1. Petr. 3. 4.

Seneca.

Bona vera in mundo intrinſecùs obverſa.

2 Pro ſymbolo gloriæ apparuit Dominus in flamma ignis; & pro ſigno anguſtiæ populi in Egypto, ut moveret in ſubſidium profugum Moyſen, hic attonitus vidit rubum flammantem. Rubus ardebat, ſed non comburebatur, ut pateat, quòd tribulationes mittuntur iuſtis, ut luceant, & non ut ardeant. *Vadam*, ait, *& videbo viſionem hanc magnam.* Acceſſit Moyſes ultrò, ut potiretur voto; ſed ſtatim audita eſt vox: *Ne appropries huc.* Tunc ergo *Abſcondit Moyſes faciem ſuam.* Plura occurrunt diſquirenda. Si intendit videre viſionem inſignem, quomodò abſcondit ſolicitè faciem? Si gloria fulget vivenda, & viſioni gloriæ Moyſes appropiat; quare arcetur progreſſus, ut clariùs videat? A longè minimè clarè videtur & ſine oculorum miniſterio nullatenùs fit ſenſatio. Si ergo viſioni exponitur ignis magna ſingularis ſcena, ut in flamma mitificà rutilet incognita gloria; videtur, ut non videatur? Nullo modo. Indicatur ubi collocanda lumina, & ubi quærenda gloria.

Exod. 3. 3.

Verſ. 5. & 6.

Gloria quæ quæritur extrà, ex tribulatione invenitur intrà.

Quomodo Moyſes lumina claudit, ut videat.

3 Perpenderis. Preſſus Moyſes dira tyrannide aberrabat extra patriam, dum alij filij Iſrael extremam patiebantur anguſtiam. Qui hic patiuntur, etiam hic glorificantur, gloria quorum ſignum apparebat in rubo,



rubo, radijs ignis illuſtrato, ſed non conſumpto. Viſio profectò magna, quòd gloria includeretur in paſſione non condigna. Stupuit Moyſes, & dum intendit in gloriæ viſionem, retorquens lumina in pectus, abſcondit faciem: igitur aptiùs totus ſplendor inerat, in pectore quo latebat. In corde tribulationum reſidet, quæ quæritur extrà, patientiæ & fortitudinis gloria. Rubus ignibus lucens, ſplendoris dumtaxat erat ſpeculum: gloria in corde habebat ſolium: & à rubo lucida, quam videre conatur, avertit vultum; ut clariùs gloriam quærat in pectoris throno, cuius ſignum tantummodò apparebat in rubo.

Gloria quæritur intrà.

4 Cauſa liquet. Bona quærebat Moyſes inter tot corporis & animæ amaritudines. Apparet rubus ignitus, gaudetque viſione lachrymans oculus; ſed in pectus dirigit luminum aciem, ubi proponit magnam videre viſionem; quippe cum bona vera introrsùs obverſa ſint; iele quærit & anxiè, an gloriam videat in ſe. Vera gloria iuxta Nazianzenum, oculos fugit.

Gloria virtutis occulta, verè gloria.

Gregor. Nazianz.

*Quam decor occultus decorat, quam tecta venuſtas.*

Ita loquitur in *Præcept. ad Virgines*: igitur eſtò floreat virtutibus pectus ut hortus, hortus concluſus; etſi ebulliat aquis vivis charismatum, fons ſignatus. Gloria quæ florebat ad oculum, allicere debebat cum cogitatione lumina: & oculos avertit Moyſes à viſione magna; ut experiatur, an illa, quæ videt bona, ſint vera: an habeat virtutis ſolidæ ſimilitudinem, quæ gloria in rubo emittebat ſplendorem: quandoquidem animo religioſo ſuſpicioſa, ni haberet intrà, quæ lucebat extrà.

Quæ dicenda ad extra, gloria vana

5 Hinc patet ad principale quæſtionis propoſitum. Gloria æterna deſignata fuit in rubo flammante, lucido igne, interminato ſplendore, cuius ſpe eveheretur animus Moyſis in patientiam tribulantis, ut Iſraëlem de domo educeret ſervitutis. Hic ineſt ſanè pœna, & pœna ſumma. Hic lucet viſio gloriæ, & viſio magna; quia gloria niter in pœna: quam videre cupiens Moyſes, meditanter versùs pectus, eius abſconditur facies; ut videat in proprio throno, quæ conſpiciebat in rubo: igitur ſi extra patebat, in pectore latitabat. Haud facile creditur thronus beatitudinis in loco tribulationis: & ut conſtet tribulationem occulere beatitudinem: Moyſes versùs pectus dumtaxat luminis dirigit aciem: etenim non inquireret in pectore, ni perſecutionibus gloriam haberet in corde.

Gloria quæritur intrà.

6 Aſtruit intentum, dùm vox progredienti in viſionem truncat conatum. Scrutari ſolicitabat Moyſes illud ſingulare quid, & audit: *Ne appropies huc.* Ut intelligat myſterium, exhibetur oculis rutilans ignis, & procedit anxius in captum miraculi ſingularis: quandoquidem novum, quòd in extrema pœna lateret lucidior fulgore gloria, & ſub ornatu acerbiſsimi prorsùs doloris regnum conſtaret inauditæ voluptatis, militis planctu & fletu, perſecutione & gaudio, amaritudine denique & felicitate; quæ omnia inveſtiganda (ut oppoſita) in rubo flammante ſingulariter illæſa. Pedem movet, & vox motum interdicit. Ad quid greſſus, ſi viget animus? Dirigat in penetralia pectoris faciem, & intelliget viſionem: etenim illa quæ in rubo ad extra gloria fulgebat, in pectore Moyſis intrinſecus latitabat.

Ex. 3. 5.

Frustrà quæritur longè quod eſt in pectore.

7 In Elia etiam viſum. Illum Iezabel perſequebatur ad mortem uſque, & fugit minas, ſed obdormivit diſcrimine. Quid hoc? Fruſtra acriores perſecutiones gravant, quem dolores mortis incuriosè ſoporant. Perſecutionem paſſus mortem fugit, & gloriam Domini in Horeb felix invenit. Ante eius oculos tranſitura gloriæ viſio: *Quod cum audiſſet Elias, operuit vultum ſuum pallio.* Oculos claudit, ut videat? An quia deſpicitus voluntarie temporalia, ſpeculatur cœleſtia? An quia qui cæcè obedit, plus in obedientia videt? Planè: igitur quicumque iudicium ſequuntur proprium, oculos habent, ſed non videbunt. Ideo obvoluto capite, *Egreſſus ſtetit in oſtio ſpelunca.* Firmiter procedit, quem cæcè obedientia ducit. Non ceſpitat clauſis oculis, qui lumen habet privatione luminis. Intendite in Lazarum, ſeu obedientem perfectum. Aufugit voluntas propria, quia *Facies illius ſudario erat ligata*: & ſepulto propriæ interventu fallacis, & amicæ voluntatis; non offendit etiam ligatur pedes & manus iuſtitiis. Hinc Elias ut videat, clauſis luminibus prodit; quoniam ſi videret extrà, gloriam illam non videret.

3. Reg. 19. 13.

Ibid.

Obedientia plus videt, dum minus videt.

Ioann. 11. 44.

8 Ergo ad rem. Gloriæ oſtendendæ optabilis magnitudo, & oculos obtruit qui viſurus, pallio. Meritò quidem, ut pateat, quam patiendo, obtineat felicitatem. Gloria perſecutionem non tantùm ſequitur, ſed individuè obſequioſè comitatur: & operit pallio faciem, dum Elias patitur perſecutionem; ut gloriam, quam in oſtio conſpecturus ſpelunca, reflexione luminum ſcrutaretur in corde: quandoquidem gloria quæ ex pœna, futura; præſens in pœna: & ſecum affictus habet, quod extrà videre cupit.

Gloria futura ex pœna, non futura.

Ezech. 3.

9 Quàm aptè silici & adamanti conferuntur persecuti! *Ut adamantem & ut silicem posui faciem tuam*, dicitur Ezechieli. Ignis latet in silice: & ictus qui ad fractionem, tendunt in lucem; quippe dum magis persecutio tundit, pectus adinstar silicis magis flammescit. Haud quaquam lucem ictus silici præstat, duntaxàt signat, quæ latitat: & occasio ministratur fulgoris sub specie acerbitatis. Adamanta imitatur pectus, cui pretium summum dat vulnus. Splendor non apparet in infecto, verùm habetur artificis manu: congruèque adamanti confertur, qui persecutionem patitur; quoniam labor artificis minimè confert, sed duntaxat latentem splendorem ostendit: etenim haud fulgeret ad extrà, ni lumen haberet intrà. Franguntur ictibus lagenæ corporis, & apparent coruscantes lampades; quippe inde non abest splendor, sed latet fulgor, quem officiosè persecutio demonstrat, ubi recludere tentat, & ministris cruciatibus, rutilant thesauri gloriæ vasis fictilibus.

*Cur Martyres silici & adamanti similes?*

Iud. 7. 20.

10 Pro summa felicitate accipitur in Scriptura Domini benedictio: unde Abrahæ dicitur. *Benedicam tibi, erisque benedictus*: quasi diceret, felix, & faustus. Quomodò cuncta prospera, dum Abraham patietur gravia? Felicitatem promisit, quam nemo illatenus novit. Felix tunc homo censebatur secundis, minimè adversis: & Dominus geminat consultò benedictionem; ut Abraham duplicem obtineat felicitatem. Prosper eris felicitate, & etiam persecutione. Etiam abiectus, erit benedictus; atque felicior, dum magis abiectus: siquidem in acriori corporis pœna, rutilabit, quæ latet, futura gloria. Sit ergò, verùm claret contradictio. Si futura gloria est, ibi non latet: si ibi latet, non futura: quo ergo pacto est, & erit ibi gloria? Etiam in persecutione fulget: ibi latet, quæ apparebit.

Gen. 22. 2.

*Etiam felicitas in persecutione.*

11 Beatos plaudit Assertor N. discipulos, etiam inter vitæ miserrimæ tractus, igitur per gradus tribulationis & pœnæ, in scala vitæ statuit cacumen gloriæ. *Beati estis* (inquit) *cùm maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint.* Nota. *Estis* & *Maledixerint*, &c. esi dissona concordantia, atque tempora incongrua. Persecutio construit meritum, per quod pervenitur ad gaudium: at non est gaudium in merito, sed de merito, quod ministrat persecutio. Beatitudo non tantùm est gaudium, sed gaudium plenum, uti perfecta aggregatio bonorum omnium, quæ quidem obtinebitur post persecutionem, dum nacti fuerint perpetuam felicitatem; quomodò ergo sunt beati, dum describuntur miseri dirâ pœnâ? Quia in pœna, futura latitat gloria: & intrat feliciter in Domini gaudium, dum illos tyranni mortem usque persequuntur.

Matth. 5. 11.

*Est gloria in summa miseria.*

12 Vividius proman. *Beati estis, cùm persecuti vos fuerint.* Hoc, futurum patet: *Beati estis* præsentem beatitudinem innuit. Persecutione erunt beati. Utique: sed sunt? Proculdubio. Hoc habet mirificum tribulatio. Adhuc in vita micat, quæ futura beatitudo: & dicuntur propriè beati, dum illos persequuntur; quia vel in misero mundo sunt, quod erunt. *Beati estis.* Ni gloria lateret in pœna, remaneret præsens pœna in hoc mundo sine gloria. Si latet ibi, & est præsens, & futura. Haud ambigitur de futura beatitudine media persecutione; sed de præsenti, dum comprimuntur tyrannorum cruciatuine: & gloriosi ac felices plauduntur, dum acerrimè cruciantur; quia iam habent in via, quibus gaudendum in patria. *Beati estis.* Eritis. Utrumque verum. Relucet iam beatitudo futura: quæ hic effulgurat, continuatur in patria. In patria tantùm invenitur gaudium: in persecutione illud gaudium, & tormentum: unde iunguntur tempora omninò contraria, præsens & futura gloria; siquidem in persecutione præsens gloria, quæ futura. *Estis. Eritis.* Haud quaquàm præmium distinctum. Dum illos persequuntur, erunt sanè, quod sunt; quia sunt, quod erunt. Erunt in patria qui gloriosi etiam in via; quia sunt in mundo, qui futuri cœlo.

*Adhuc in vita micat, quæ futura beatitudo.*

*Præsens gloria quæ futura.*

13 Locum hic habet quæstio, quam excitat D. Thom. 1. 2. quæst. 69. art. 2. scilicet: *Utrum præmia, quæ attribuuntur beatitudinibus, ad hanc vitam pertinent?* Augustinus lib. 1. de *Serm. Domin. in mont.* astruit, ad hanc miseram vitam pertinere. Ambrosius *lib. 5. in Luc. cap. 6.* ad gloriam duntaxat spectare. D. Thomas ex Chrysostom. Homil. 6. in *Matth.* ad hanc & ad illam attinere vitam. Ex huiusmodi solutione oritur argumentum gravissimum. Si præmium obtinetur in hoc mundo, ih futuro non est premium. Quo igitur pacto evanescent gloriosa cœlorum præmia, cùm ibi designetur merces, & merces copiosa? Est in cœlo, & est in mundo. In mundo latet, in cœlo apparebit: & iurè præsens signatur præmium futurum post tutam persecutionum; quia cum cœlum susceperit, ibi apparebit gloria, quæ in mundo latet. Ideo David tot persecutionibus vexatus, tot laboribus attritus, licet suavitatem gustaverit tribulationum in anima; *Satiabor* (ait) *cùm apparuerit gloria.* Perpenderis verbi propri-

D. Th.

Augusti.

Ambr.

*In cœlo apparebit, quæ in mundo latet.*

Psalm. 16. 15.



Matth. ubi sup.

*Etsi in mundo latet, lucet.*

D. Th.

*In mundo gloria inchoativè, in cœlo completivè.*

Psalm. 4. 10.

prietatem in gloriæ continuationem: *Cùm apparuerit*, non *cùm venerit.* Quod apparet, iam exstitit: & de gloria profertur, *Cùm apparuerit*; quippequam consecabit in patria, eadem gloria, quæ latebat in via.

Ergo claret textus præfati opportuna interpretatio, ubi iustos premit tyrannorum persecutio. *Beati estis*: dicitur, pro *Beati eritis, cum persecuti vos fuerint.* Quomodò erunt beati, si modò in sæculo sunt? Quia sunt, quod erunt: igitur apparebit in gaudio gloriæ, gloria quæ latens occludebatur in pectore. Minima apparet nota contradictionis in Ambrosij & Augustini varijs sententijs. Præmia persecutionum ad futuram vitam pertinent, & etiam ad præsentem miserrimam vitam attinent: quoniam futura gloria, quamvis latet, lucet vel in misera vita.

14 Diversimodè conditionem huius felicitatis astruunt Interpretes. D. Thom. ubi supr. & in *Matth.* cap. 5. asserit: *Ea quæ ponuntur tanquàm præmia, possunt esse vel ipsa beatitudo perfecta, & sic pertinent ad futuram vitam: vel aliqua inchoatio beatitudinis, & sic præmia pertinent ad præsentem vitam.* Quo iurè videbitur inchoatio beatitudinum in valle lachrymarum, & dolore acerbo persecutionum? *Propter spem.* Inquit ibid. art. 1. Ubi spes, timor est, & minimè bonum; quia non rectè & verè bonum, bonum futurum? & adhuc in laboribus huius ærumnosæ temporalis vitæ, proponitur gloria, atque præmium æternæ; quoniam in spe beatitudinis, expectatione perpetuæ felicitatis, queis dolens gaudet homo in ipsa persecutione, invenitur possessio boni futuri.

15 Ad Dominum David cùm tribularetur, clamavit, & Dominus clamorem misericors exaudivit. Invocatus assuit prestò, ne cor afflictum absorberet tribulatio; igitur secundùm multitudinem tribulationum, consolationes lætificarunt animum, & dilacarunt cor pressum. Causam solaminis gratus profert, & ita ingeniosè canit: *Quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me.* In spe gloriæ constituitur, igitur per pœnam pervenitur ad gloriam: verùm nescitur in spe singulare quid, ut singulariter constituatur in spe. Spes est de bono non habito à sperante, quod astruit David anxius in ipsa tribulatione: quæ igitur erit singularitas spei in urgente tormento, bono non habito? Ipsa boni sperati dulcis possessio, quin implicent quæ videntur oppositæ, uti diversæ conditionis signa. Spes huiusmodi est de beatitudine, oriunda quippe ab ipsa persecutione. Communis spes excludit possessionem: singularis admittit futuram post transitum beatitudinem. Communis concipit felicitatem inchoandam, singulares non inchoandam, sed complendam. Communis respicit bonum non habitum, sed habendum; singularis habendum, & habitum: & dum Psaltes regius patitur iniuste tribulationem, in spem elevatur singularem; quoniam in solamen persecutionis, quam sustinet, gloriam habet, quam habebit.

*Gloria habetur, & spe erit.*

16 Deinde. Spes semper respicit bonum, tribulatio verò supponit malum. Propter huiusmodi malum, speratur ab anima futurum bonum: & spes prædicatur singularis vel in articulo mortificantis passionis; quippequàm in spe singulare bonum, ut sit præsens, quod futurum. In tribulatione positus nullam consolationem David habebat præter spem, quæ futurum bonum respicit, & animam aggravat, quia futurum: verùm cùm futura ex tribulatione gloria subsit in præsenti angustia; singulariter in spe perfectus constituitur, siquidem gloria, quæ speratur, possidetur. Hinc pro muneris commentatione, dixit Domino: *In tribulatione dilatasti mihi.* Tribulatio cor non extendit, sed pondere comprimit: non explicat, sed coarctat: & David pressus non comprimitur, imò tribulatione dilatatur; igitur per spem in ipsa perfectione singularem, gloriæ futuræ iam habebat in animo possessionem. Si gloria spes & portio in terra viventium; ius erat, quod spes & portio gloriæ esset in terra mortalium. Spes, quippe gloria non completa: portio, quoniam inchoata: siquidem si gloria latet, dum pœna præmit; micat & habetur possessio beatitudinis in articulo angentis persecutionis.

*Quomodò?*

Ibid. Vs. 2. *Perfectio præsens non comprimit, sed extendit.*

17 *O Domine* (exclamat Augustinus in *Psalm. 93.*) *venale habeo regnum cœlorum! Quo emitur? Dolore gaudium, labore requies, vilitate gloria, morte vita.* Perpende *Venale*, non secundùm rationem emptionis perfectam, cùm non sint condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam. Regnum cœlorum intra nos est, si venale proponitur & exponitur. Quod emitur in ius transit emptoris, & in hac commutatione, summa cum felicitate: quandoquidem, ut N. Venerab. Beda Serm. 18. de *Sanct.* inquit: *Pro terrenis cœlestia, pro temporalibus sempiterna, pro modicis magna*: unde permutato dolore, labore, vilitate, morte; obtinetur procul patriâ, gaudium, requies, gloria, vita. In hac vita glo-

Augusti.

*Regnum cœlorum exponitur exiguo pretio venale.*

Beda

ria? Si emitur pretio persecutionem, abs dubio quæ futura, manet nobiscum.

Rom. 8. 18. 18 Ingeniosè, nervosèque Paulus: *Non sunt* (ait) *condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.* Exultemus cruciatibus, gaudeamus persecutionibus, gratulemur nobis de tormentis, atque gloriemur in inimicitiatibus nostris: igitur in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus; quasi morientes sumus, & ecce vivimus: ut castigati, & non mortificati: quasi tristes, semper autem gaudentes: tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. Quomodò igitur vera tot contraria? Quia revelabitur in nobis futura gloria? Utique. *Manifesta fiet gloria, quæ nunc occulta*: inst Cajetanus hic. In nodum incidimus. Si revelanda gloria, iam non est gloria futura; quoniam in revelatione, rei revelandæ præsupponitur esse, & in huiusmodi articulo non gloria, sed futura revelatio. Qua ergo lege esse iam habet in mundo æternum gaudium, quod promittitur in cœlo? Obtinentur etiam hic magna præmia beatitudinis per passiones huius temporis. Leve tribulationis momentum æternum gloriæ pondus hic operatur: & de gloria futura dixit Paulus: *Revelabitur*; quoniam persecutionibus, quæ futura, iam habetur. Revelatione fit palam, quod fugit vel visum, vel cognitionem: & astruit Paulus revelandam beatitudinem; quippe gloria, quæ adhuc in tenebris tribulationis nitet, minimè revelaretur, ni lateret. Non est gloria tota & completiva, sed est gloria. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cognoscimus, quia latet; prophetamus, quia apparebit. Cognoscimus quoniam iam habetur: & prophetamus, quippe revelabitur: igitur haud alia videtur per persecutionem in mundo, quam quæ per gaudium possidebitur in cœlo.

Cajet. *Martyres gloriam habent, dū persecutionem sustinent.*

In cœlo revelatur gloria, quæ latet in mundo.

19 Ipsemet Doctor Gentium ibidem astruit: Intende: *Revelabitur in nobis.* Non ait: *Gloria nobis revelabitur*, tamquam possessio æternæ beatitudinis; sed dumtaxat *Revelabitur in nobis.* Proprijssime quidem. Gloria felices facit. Si diceret *Nobis*, indicaret, tunc per gloriam revelatam incipere esse felices. *In Nobis*, per gloriam latentem, in ipsa persecutione iam habuisse beatitudinem. *Nobis*, tunc concedi: *In nobis*, tunc habitam revelari: & iurè dicit, *In nobis*; siquidem gloria, revelanda in fine passionum, & consummatione temporum, non alia, quàm quæ latebat in corde persecutorum. Hinc *Beati* dicuntur, *qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.* Cui muneri, tamquam insigni præmio; Monachos S. Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 4. *Instrum.* 33. iubet studiosè incumbere. *Persecutiones* (ait) *pro iustitia sustinere.* Quare ergo dicuntur beati in medio cruciaminum? *Quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Alijs erit, istis est; igitur iam ab illis gloria habetur, quæ revelatur in illis. Non alia mihi videtur causa, cur Christus caput Martyrum post gloriam, vulnerum retinuit signa. Allicere discipulos conabatur ad gaudia: & relinquit è vulneribus in corpore glorioso signa passionis; quoniam vulnera sunt signa revelandæ beatitudinis. Sustinuit crucem proposito sibi gaudio. Gloriam gignit persecutio, & latet illa, ubi pater pœna. Mundus luget, cœlum gaudet, & ridet ex eo quod flet. Succinit vel Ichnicus lib. 4. de *Astronom.* cap. 1. v. 114.

Matth. 5. 10. S. Ben.

*Vulnera beatitudinis signa.*

*Sic hominum menti tanto fit gloria maior,*
*Quòd cœlo gaudente venit.*

Manil.

## DIDASCALIA IV.

### *S. Benedictus gratiâ benedictus & nomine.*

Gregor. Mag. 1 ITa Patrem plaudit filius Papa Gregorius Magn. lib. 2. *Dialog.* in *Præfat.* Possumus quoque concinere, quod de Abrahæ magnifico nomine Marius Victor lib. 3. *Genes.* v. 338.

M. Vict. ——*Tunc sacra dicabo,*
*Quæ manuant Benedicte tibi, nomenque per omnes*
*Magnificum reddam populos.*

*Umbra benedictionum S. Benedicti Abrah.*

An quia sicut Abrahæ, ita gloria Benedicti? Profitetur *Serm.* 3. Iacobus de Voragine. *Faciam te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, erisque Benedictus.* Omnia prospera, & æqua. *Faciam te in gentem magnam*: quandoquidem, ut ait Card. Iacobus de Vitriaco *Histor. Occident.* c. 20. *Nulla alia Religio tot Sanctos viros habuit, nec tanto tempore in sanctitate & rigore disciplinæ permansit, multosque ex se prælatos in universo mundo genuit, qui præeminentis conversationis exemplo, & sanctæ prædicationis verbo multas animas abstulerunt diabolo, & varias illustraverunt regiones.* Retulit etiam Baronius ad Ann. 476. & ad 529. *Quæ* (ait) *ex Benedictio diversorum ordinum sint progressa agmina Monachorum, qui licèt diverso nomine in Ecclesia Dei, circumamictu varietate, censeantur; instituti tamen S. Benedicti, & ab ipso progredi gloriantur?* Ius est dicere de Religione, quod de Dea Syria, vel Helena: *Pro omnibus una.* Si licuit Manilio lib. 4. v. ult. dicere:

Baron. Odo. Bernard. V. Bed. P. Diac. Brun.

Manil. *Cœlum replet ste llis.*

——*Augusto crescit sub principe cœlum.*

Quid sub regula Benedicti? Multiplicatur semen eius sicut stellæ cœli. Canit Bertharius in eius *Vit.*

Berthar.

*Nascitur cæco Benedictus orbi,*
*Mox salutaris, referens, fugatis*
*Nubibus, lucem per aperta cœli*
*Astra serenis,*
*Qualis est Titan, ubi post dierum*
*Plurium nimbos radiosus ore*
*Prodit illustri: mare, terra, cœlum*
*Ridet & æther.*

2 *Benedictam tibi.* Claret tot virtutibus, tot insignibus. *Vitæ institutor religiosissimus* (plauditur à Zacharia Pap.) *gratia Dei ornatus, cordis munditiâ clarus, corporis castitate decorus, Lucifer, sive stella matutina, venerandus pater, studiosissimus Dei famulus, philotheus, gloriæ osor, verus Dei servus, Deifer, passionibus vacuus, ad altitudinem angelicæ gloriæ sublevatus, pater magnus, signifer, & pater benedictionis.* Bonifacius IV. in cap. *Sunt nonnulli.* extollit *Monachorum præceptorem almificum.* A Stephan. III. ita præconizatur: *Ave Christi discipule, ave veri sponsi amice, ave prædicator veritatis, & doctor gentium, ave legislator universalis, ave Abba Abbatum, ave Archimandrita Oecumenice, ave columna Orthodoxiæ.* A Petr. Damiano *Opusc.* 13. cap. 6. *Organum Spiritus Sancti.* à Cardin. Gotfrido: *Templum Spiritus Sancti gratiâ repletum, pastor, medicus, & magister Monachorum.* A Baronio ad Ann. 523. *Magnus Catholi orbis splendor, sanctissimus Monachorum Patriarcha, & Christi athleta.* Ab Odone: *Princeps Dei, spiritualis disciplinæ magister, & excellentissimus legislator.* A Bernardo: *Dux, magister, legifer.* A Ven. Beda Serm. de *S. Scholastic. Doctor doctorum dulcissimus.* A Paulo Diacon. *Fulgida lux sæcli, astrum mundi, flos paradisi, psalmicen novus, cœlestis tramitis index.* Quò vehar? A S. Brunone effertur *In portentum orbis natus. Ecce plusquàm Salomon hic.* Quid plura? Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum.

Bonif. Steph. Zachar. Gregor. Magn. P. Dam. M. Vict. Baron. Baron. *Varia S. Benedicti à variis encomia.*

*Nomen dulcissimum.*

3 *Magnificabo nomen tuum.* Tantum nomen virtutibus summis æquavit, & mensuram nominis solus implevit. Aptius quàm Martialis *lib. 9. Epigram.* 12. & 14. dicam:

*Nomen cum rosis violisque natum,*
*Nomen nectare dulcius beato,*
*Nomen nobile, molle, delicatum,*
*Nomen Actiâlia meruit quod arundine pingi.*
*Quod decet in sola Cæsaris esse domo.*

Mart.

Si *Felix* idem, ut vidimus in Expos. liter. num. 9. & 27. quod *Benedictus*; non absre canam cum S. Paulin. *Natal.* 1. v. 1. & *Nat.* 2. v. 1.

*Inclyte Confessor meritis & nomine Felix.*
*Felix hoc merito, quod nomine: nomine & idem*
*Qui merito.*

Paulin.

Et Damasus in *Elogijs Sanct.* v. 93.

*Corpore, mente, animo pariterque nomine Felix.*

Nomen è cœlo datum. Videant (inquit Odo Cluniacens. *Serm.* de S. Patriarch.) *& gaudeant, quàm propriè vocetur Benedictus, quem adeò Deus benedixit in omni benedictione. Fateor enim quòd eiusdem Patris dilectoribus adeò placet tali vocabulo censeri, quod solet maximè post divinum nomen in ore Christiano versari.* Nomen *Abrahæ* celeberrimum, quia Deus (ut notavimus in *Expos. liter.* num. 15.) literam nominis propriæ fecit communem, & Abram, ut Abraham fierem, literæ fecit consortem. Amplius in Benedicto, quia totum. Plena lucet magni nominis umbra. *Benedictus* nominatur Deus interdùm in Sacra Pagina. Marc. 14. 61. Magnificus sanè (canit Aimonius in *Vit.* S. Patr.)

*Habet cum Deo commune.*

*Quem Deus æterna faciens de sede potentem,*
*Heredem proprij nominis esse dedit:*
*Nam fuit, est, & erit Benedictus iurè vocatus.*

Aimon.

Tres huiusmodi benedictionis partes illustri epigrammate descripsit Corvinus canens:

*Quam sanctus fuerit Benedictus; vita probavit:*
*Quam doctor erat, Regula scripta docet.*
*Quos tulerit fructus, Ecclesia tota fatetur,*
*Quamque vides hominum religiosa cohors.*
*Sanctus sancta facit, Doctor docet, ut Pater orbem*
*Replet, virtutes tot Benedictus habet.*

Corvin.

4 Sequitur ergo pro benedictionis plenitudine: *Erisque Benedictus.* Si nomen magnificandum, improprium videbitur verbum essentiæ, seu substantivum. Dicat igitur, *Vocaberis*, sed *Eris*? Haud nomen magnum, si tantùm patet magnitudinis signum. *Benedictio* gratia, *Benedictus* gratiosus dicitur: & non dicitur *Vocaberis*, sed *Eris*; in commendationem excellentioris virtutis: siquidem minimè obtinebit magnitudinem, qui dumtaxàt virtutis habuerit nomen. De umbra in veritatem fit libentissimè transitus; quo clareat, unde claret

Gen. 12. 2.

*Non nomen magnum, si dumtaxàt magnitudinis signum.*



Bet

S. Benedictus priùs habuit gratiam, quàm nomen.

Benedictus : igitur folummodò gaudet nominis nobilitate, qui plauditur gratiâ Benedictus & nomine. Haud caſſum arbitror, *Benedictam tibi, eriſque Benedictus.* Ad quid Benedictum vocavit, ſi benedictum ſua efficaci benedictione ſupponit ? *Benedictus* nomen eſt : *Benedictio* gratia : & nomen deſignatur conſultò ſignatâ formâ ; quoniam habuit Benedictus gratiam inſignem, antequàm haberet nomen.

Ubi ſup.

Sanctificatus in utero matris.

5 Aſtruit Gabriel Bucelinus in *Monolog.* SS. O. N. die 21. Martij, cap. 1. *Eum* ( inſit ) *præventum in utero Numinis gratiâ, ſicut Baptiſtam ſaltus, ſic hunc cantus prodidit. Pſallere in utero auditum ; ut facilè parentes in Benedicti nomen conſentirent.* Miraris ? Iurè. Privilegium eſt : ſed quadrat Textus ad unguem : *Benedicam tibi, eriſque Benedictus.* Es, quod eris. Labis originariæ levamen altruet Benedicti nomen. Es Benedictus, & Benedictus eris. Es Benedictus, & Benedictus vocaberis. Iam gratia micat. Erit nomine, quod erat : quippequàm iam erat ſanctificatus, antequàm vocaretur Benedictus. *Benedictus*, uti vidimus in *Expoſit. Lit.* num. 9. idem eſt, ac gratus Deo per ſanctificantem gratiam, ſeu liberatricem formam : & *Benedictus* meditanter vocatur poſt collatam à Domino benedictionem inſignem ; quoniam nactus eſt feliciter gratiam ſanctificantem, antequàm habuiſſet nomen.

Bucel.

Ibidem Deo grata.

Gregor Mago.

6 Neſcio, an quis hucuſque acumen auctoritatis Magni Gregorij perpenderit. De N. enim Patriarcha ait ubi ſupr. *Fuit gratiâ Benedictus & nomine.* Cur non dixit : *Nomine Benedictus & gratia*, ut claro nomine virtutis magnæ præferret inſigne, quaſi oraculum futuræ ſanctitatis, & teſseram perfectionis ? Alte cogitat, dum chariſmata Benedicto conceſſa narrat. Si priùs deſcriberetur nomen, quàm gratia ; eximior Benedicti evaneſceret gloria ; quæ quidem rutilat ſingularitate fulgoris, eò quòd ſanctificatus fuerit in utero matris : iureque, ac meditanter nomini præponit gratiam, ut iuſtificantem formam ; quippe gratiam obtinuit, antequàm inter natos nomen haberet. Clareat acumen. In Baptiſmate gratia renatis conceditur, & nomen imponitur : verùm priùs nomen inditur, quàm gratia iuſtificans per Baptiſma conferatur : & Gregorius ut huiuſmodi deſignaret privilegium ; flexit propoſito ſtylum, vocans *Gratiâ Beditum & nomine* : quandoquidem privilegio ſingulari gaudebat gratia, antequàm propter nomen perveniret ad Baptiſma. Conſonat, quod de Abrahamo, ut benedictus eſſet, Victor ingenio-

Quid ſignet Benedictus gratia & nomine.

sè decantavit, lib. 3. *Geneſ.* verſ. 327.

*Vir dignus cœlo : nam primo à limine vitæ*
*Verum mente Deum venerans....*
*Dominus famulam dignatus adire.*

Mar. Vict.

Eum quæſivit Dominus, qui vocandus Benedictus gratiâ & nomine ; quoniam Dominum agnovit à primo limine vitæ : & minimè magnitudinem tunc agnoſceret Conditoris, ni ſanctificatus fuiſſet in utero geniticis.

7 Oſtenditur amplior via in confirmationem ſingularis gratiæ, & commendationem Benedicti : igitur patet origo laudum, queis N. Patriarchæ maius formatur encomium. Apeat Eccleſia illud Eccleſiaſtici : *In plenitudine ſanctæ admirabitur* ( Tigurin. *In ſanctæ multitudine miraculo erit.* ) *& in multitudine electorum habebit laudem, & inter benedictos benedicetur.* Si electus eſt, & electus laudabilis ; ſi eſt benedictus, & benedictus donum ſupponit benedictionis ; quid mirum, & quid novum, quòd gaudeat laude, & ſimul benedictione ? Quod novum, ſanè mirùm : igitur ſingulatiter electus, novo ordine Benedictus. Benedicti ( ut vidimus ) dicuntur homines Deo grati & accepti, illorum animas formâ ſanctificante. Benedicuntur dum huiuſmodi formam in baptiſmate recipiunt, facti gratiâ Dei filij, qui naturâ erant filij pœnæ, filij gehennæ : & Patriarcha N. ut adæquatè plaudatur, inter benedictos benedicitur ; ſiquidem formam ſanctificationis habuit, antequàm ad baptiſmum perveniret.

Pſal. 104.

Quia gratia præventus.

Eccliæ 24.44.

Cur inter benedictos benedictus.

Miraculum eſt ſpecialiſſimum gratiæ.

8 Ideo præponitur : *In ſanctæ multitudine miraculo erit.* Deficit à miraculo communis ordo. Haud ſignatur novitas in multitudine, ſed in multitudine ſancta, grata Deo, per formam, quæ accipitur in baptiſmo. Unde ut pateat miraculum ſpecialiſſimum gratiæ ; plauditur uti benedictus in iuſtificata multitudine : quandoquidem omninò miraculoſum, atque admiratione dignum ; quòd præter ordinem iuſtificandi communem, nanciſceretur infans iuſtificationem. Alij, imò cæteri in baptiſmate iuſtificantur : Benedictus in ordine ad baptiſmum, quoniam nequit eſſe renatus, qui non natus. Mirabile cunctis eſt, quod licet in ordine, præter ordinem fit : & N. Patriarcha in ſancta multitudine patet miraculo, quoniam obtinuit in genitricis utero, quàm cæteri gratiam conſequuntur ſacramento. In gratia iuſtificante nulla micat differentia ; ſed in gratiæ collatione lucet ſumma. Nomen dedit Deo, antequàm haberet nomen : & numeratur inter ſanctos iurè mirabilis, habens antequàm haberet fructum baptiſmatis :

Fuit ſumma gratia in eo, latuit gratiæ.



Greg. Mago.

tis : igitur accepit gratiæ benedictionem, priuſquàm proditet in lucem.

Ante baptiſma præditus gratia.

9 Liquet, cur mirabilis, vel miraculum, cui benedictus inter benedictos : ergo delicandum, cur habeat laudem etiam in multitudine electorum ? *Præveniſti eum in benedictionibus dulcedinis*, dicitur à Davide : quod quidem aptatur Benedicto à Guarrico *Serm.* 2. Benedictio dulcedinis gratia eſt, iuxta Bernardi Serm. 60. in *Cant.* Ibi præventus, ubi conceptus : init Genebrard. hic. Modò ad rem. Ad alios gratia venit, alios prævenit : ergo mirabilis Benedictus, gratiâ præventus. Venit gratia, uti regenerans, poſt ortum : prævenit, ſi præceſſerit partum : & Benedictus inter electos obtinuit laudem, quoniam iuſtificationem ante nativitatem. Venit gratia ; dum oculis mortalium palàm humana natura : prævenit, ubi oculos, & cogitationem fugit, quem prævenit ; quippe nequit nominari, qui nequit noſci : & Pater Sanctus, vixdum eſſet, præſtat obiectum laudis ; quippe præventus gratiâ in utero genitricis. Denique gratia venit, dum anima in baptiſmate liberatur à culpa : prævenit, ſi anteceſſerit baptiſma. Electi iurè dicuntur, qui gratia ſanctificantur : & inter tot iuſtorum commendationem Sanctiſsimus Patriarcha habet ſingularem laudem ; igitur non eſſet laus ſpecialis in tanta multitudine electorum, ni in ordine iuſtificationis habuiſſet Benedictus ſingulare privilegium.

Acidalius fôs.

10 Succinit S. Bertharius in *Vit. S. Patr.* dicens :

Virgil.

*Eſſdem ergo fugiens probavit*
*Signa primæva nova ſanctitatis.*

Unde illud *Ergo* ? Quid miraculo provabit ? Signa nova ſanctitatis primævæ ? Primæva gratia dicitur, & non prima. Meditanter. Primævum eſt, quaſiquod cum eſſe ſimul : & coruſcat meritò ut ſingulare miraculum, quòd vix habens eſſe, iam floreret ſanctitate. Primæva : ſed cur non prima ? Prima confertur natis, primæva tantùm conceptis : & Benedicti dicitur primæva ſanctitas ; quoniam iuſtificationem ſubſecuta fuit nativitas. Gratia prima ad regenerationem neceſſaria, non eſt nova, quia communis ; igitur conceditur cunctis renatis. Novum dignoſcitur, quod non plus, quam aliquando videtur : & Benedicti gratia apte dicitur nova ; etenim inſigne portentum, quòd ſanctitatem habuiſſet ante baptiſmum.

Bertharius.

Cur tam non dicitur gratiæ prima, ſed primæva ?

Cur nova ?

Cur Benedictus crevit in utero matris ?

11 Ergo perpendamus acumen auctoritatis : *Signa primæva ſanctitatis nova.* Primum miraculum notum nobis, quod fecit urbem fugiens, ut aſtruit Gregorius ubi ſup. c. 1. dicens : *Quatenus præſentes & ſecuturi omnes agnoſcerent, à quanta Benedictus puer converſationis gratia & perfectione cœpiſſet.* Huiuſmodi portentum eſt ſanctitatis ſignum ? utique, ſed unde novum, ſi ſupponitur primum ? Fuit primum, & non fuit primum. Primum neſcientibus Benedicti in utero matris muſicam, non primum, mirantibus in illo primævam gratiam : unde huiuſcemodi poſt ortum magnum prodigium, ſignum vocatur ſanctitatis novum ; quoniam priùs in utero geniticis dederat ſignum primæ ſanctitatis : ſiquidem fauſtè habuit iuſtificationem, & ante nativitatem. Novum hic ut patet, idem ſonat ac ſecundum. Non fuit primam poſtquàm effuſus in uſuram lucis : ergo intra viſcera matris ; quandoquidem ibi gratiam accepit benedictionis, augendam poſtquàm natus formâ baptiſmatis.

Brun.

12 Fons Acidalius illuſtris in Bæotia Veneri facer Gratijs & Muſis : quapropter Venus ( pulchritudo apud Antiquos, ſeu gratia ) Acidalia plauditur à Virgil. lib. 1. Æneid. v. 724.

*——— Memor ille*
*Matris Acidaliæ.*

Quart plauditur præ-tentum orbis.

Vide Suidam, & Servium hìc. Haud extra propoſitum, quòd ſacer Gratijs & Muſis : ſiquidem Benedictus vel in clauſtro materno, ordine miro prorupit in muſicam, quia habebat gratiam. Ad hoc *Didaſc. ſeq.* Acidalius vocabatur eiuſmodi fons à Græcis ; quia in eius aqua lavabantur Gratiæ. Gratia quæ putiſsima abluitur ? Quid in Benedicti baptiſmate contigerit, adumbratur. Alij in fonte renati lavantur à primo crimine : in baptiſmo Benedicti lavantur gratiæ ; quippe illi iam ſanctificato augmentum, quod alijs gratiæ principium. *Natus eſt Benedictus in portentum orbis* : aſtruit Brunus ubi ſupra num. 2. & iurè portentum ; quòd gratiæ nanciſceretur nitorem, ubi gratiarum alij conſequuntur originem. In portento effectus communis videtur, ſed communis cauſa omninò neſcitur : demonſtretur igitur ut portentum, novum in puero ſanctificationis ſignum : etenim obtinet gratiâ. Numinis in utero, quòd alijs mirificè conceditur ſacramento. Fons illi baptiſmi per propriè Acidalius eſt, quippè aquam ſalientem in vitam æternam priùs primus dederat fons ; ut in ipſo vitæ limine, cùm coruſcaret mirabilis, pateret portentum orbis : igitur à primo fonte iam habebat ſanctitatem, priuſquàm baptiſmi perveniret in fontem. Gratiæ ut decorentur, in Acidalio lavantur. Non abluitur gratia, ut appareat, ſed ut fulgeat. Non naſcitur, ſed augetur : & ut portentum

*Ab utero genitricis altiora cogitavit.*

Benedictus plauditur ubi baptismate abluitur ; quia prorsum singulare, quòd fulgeret nova gratiâ, ubi alij fonte liberantur à culpa. Semper in altiora processit anima non solùm ab uberibus nutricis, sed etiam ab utero matris. Ubi non est culpa, nitet gratia. Ubi gratia regnat, altiora cogitat : & qui sanctificatus intra viscera materna, deportatur ad baptisma, quo tamquàm fonte Acidalio ablueretur Benedictus ; ut qui iustus in utero matris erat, iustificaretur amplius.

*Paulus antequàm baptizaretur, habuit gratiam.*

3 Inter miracula Dei maxima & nova numeratur Pauli conversio & ab Augustino, tùm *Serm.* 9. & 10. de *Verbis Apost.* cùm tract. 27. *in Ioann.* & à Bernard. *Serm.* 1. in *Convers. Paul.* Exponamus ergo in quo miraculum, & in quo summum. Errabat cæcus & obcæcatus & furens ; legem novam atque cultores conterens ; sed circumfulgens lux de cœlo, ut aperiret oculos, obstruxit aditus. In terram lumine percussus cecidit, verùm ut surgeret, & citò surgeret de culpa ad gratiam ; quandoquidem tunc ductus in cœlum, visionem habuit beatificam, qua minimè donaretur, ni gratus Domino. Ita placet pluribus (Augustin. & Hieronym. in Psalm. 67. v. 28. D. Thom. Lyre, Dionys. Carthusian. in *Act. 9. 9.* & in *Epist. 2. Cor.* 12. 2. Ruperto lib. 4. de *Operib. Spir. Sanct.* cap. 19. raptum. Pauli in tertium cœlum contigisse triduo illo. Cui sententiæ astipulantur carmina Damasi in *Elogijs Sanctor.* v. 6.

*Et dignatus fuit visitant bra vifica.*

*Post tenebras meruit verum cognoscere lumen*
*Auribus aut Domini vocem, lucemque recepit.*
*Mutatus postquam placuit de nomine Paulus,*
*Mira fides rerum! subitò trans æthera vectus,*
*Noscere promeruit, possint quid præmia vitæ,*
*Confecendit carus martyr penetralia Christi,*
*Tertia lux cœli tenuit paradisus euntem.*

Damas.

Cecidit, & subitò surrexit & ad gratiam & ad gloriam. Hoc est miraculum ; sed prodigij summitas inerat, in eo quòd surgens Paulus, *apertisque oculis nihil videbat* : postque *visum recepit*, & *surgens baptizatus est*. Perpendantur mira in Paulo, ut astruantur, & clareant, quæ in Benedictio.

*Act. 9. 8. 18.*

14 Nihil videt Paulus apertis oculis, sed iam surrexerat : hoc est, iam illi gratia inerat : iccircò dicitur, *Surrexit Saulus, apertisque oculis.* Nota : surgit, & oculos aperit. In vulva legis erat. *In vulva* : phrasis est Augustini Serm. 20. de *Sanct.* & effulgurat in miraculo summum, dum describitur singulare miraculum, quòd gratiam sanctificantem haberet, antequàm mundo oculos aperiret. *Surrexit* ; cæterùm mirè : quoniam surrexit, ubi nemo surgit. *Surrexit*, & ibi surrexit, ubi utcumque anima iacet : ibi unde alij, sed non ubi. *Surrexit* : etiam Baptista. Profiteor, at *inter natos mulierum non surrexit maior* : igitur gratiæ obtinuit influxus, priusquàm aperiret oculos.

*Gratia prærogativa summa.* August.

*Baptista gratia.*

Matth. 11. 11.

15 *Surgens baptizatus est.* Si per baptisma gratia confertur, & gratiâ collatâ surrexit : ad quid Paulus denuò surgit? Ut rutilet amplius iustificatio Pauli, quasi in Acidalio fonte : quippequàm gratiæ concessæ ostendit nitorem, ubi alij atque alij spelibeant crimen. Non novum in singularitate miraculi, quòd singulares sese gerant uti cæteri. Baptista in utero sanctificatur, & post ortum circumciditur. *Venerunt circumcidere puerum* : ait Lucas. Paulus surrexit à culpa, collatâ gratiâ : & etiam surgit ad suscipiendum baptisma ; ut adderet iustificationis gratiæ, splendorem Sacramenti. Per baptismum conceditur alijs gratia prima. Iam surrexerat Paulus primâ gratiâ : & surgit denuò ad lavacrum, ut gratiæ innotesceret augmentum, & non principium : quandoquidem dignatus fuerat formâ sanctificante, priusquàm accessisset fonti. Astructum iam privilegium Benedicti, & tanti suppetit alia causa privilegij.

*Luc. 1. 59. Amplior speciositas gratiæ, accedente splendore Sacramenti.*

16 Demonstrat Bernardus Serm. de *S. Benedict.* Ita igitur arcanè profert : *Secundùm magnitudinem gratiæ magnitudine gloriæ exaltatus.* Hic *Didasc.* 11. agemus de magnitudine gloriæ, modò verò de magnitudine gratiæ. Est gratia, est magnitudo gratiæ, & est plenitudo gratiæ. Gratia communis non est plena, imò nec magna : magnam plena continent, sed magna plenitudinem excludit. Communis conceditur nomen Christo dantibus, magna aliquibus, plena uni soli. Communis in batismate, plena in conceptione, magna ante nativitatem. Communis in baptismate cunctis, quoniam tunc nanciscuntur formam iustificationis. Magna aliquibus ante nativitatem, quoniam lucem gratiæ experiuntur priusquàm lucem. Plena in conceptione uni soli, quippe tantùm data Virgini-Matre, ob cuius prærogativam, iurè salutat Angelus *gratia plenam* : igitur nullum ei esse in natura, quin floreret plena gratia. Non esset plenum, si aliquando vacuum : & plenitudo gratiæ comitata fuit semper Virginis esse, quia gratia plena vel à primo instanti. Hæccine stabilitur gratiæ concessio, magnitudo, & plenitudo : & Pater meus Benedictus non plauditur gratiâ præditus ; quippequàm magis

*Ubi supr. v. 15*

*Bernard.*

*Quæ gratia magna, & gratia plena?*

*Luc. 1 28.*

*Maria semper plena gratiâ.*



*Benedictus gratiâ magnus.*

gis dignatus. Non plenitudine gratiæ ; quoniam non habuit ab ipsa conceptus animatione : sed magnitudine gratiæ fit illustris & plausibilis ; quia gratiam habuit adhuc in utero matris.

*Luc. 1. 13.*

17 Nuncius mittitur Gabriel Zachariæ de suscipienda prole, cui nomen *Ioannes* imponendum, nobilius stemma insignium. *Vocabis* (dicitur) *nomen eius Ioannem. Ioannes* gratiam sonat, & nomen imponitur puero, quod gratiam signat ; ut sanctificatus intra viscera materna esset nomine, quod gratiâ. Gratia futurus erat nobilior, siquidem inter natos ex muliere nullus maior. Quoties opus à nomine nobili deviat ; dedecorat, non illustrat : & nomen Baptistæ inditur, quo nostra iustificatio signatur ; ut qui clarus vel ab utero commendatione gratiæ, clarior esset gratiâ, & nomine. Nomen imponitur frequenter post pueri nativitatem, & ante sacramenti susceptionem. Si sacramentum institutum collationi gratiæ, & nomen grande operum grandium præfertur insigne ; meritò *Ioannes* (quod gratia) Baptistæ imponitur nomen, quoniam gratiam habuit ante sacramentum, & ante nativitatem.

*Ioannes Baptista hoc nomine fuit quod gratia.*

18 Sanctificatur ergo Ioannes in utero. Sit, est, verùm unde hoc *Ergo*? Fige in Nuncij verba mentis aciem, & intueberis clarè sanctificationem. *Erit enim magnus coram Domino, & Spiritu Sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ.* Si Spiritu Sancto repletus, erit gratia plenus : cur ergo non prædicitur plenus, sed dumtaxat gratiâ magnus? Verbum in carne plauditur *plenum gratiæ* : qua igitur causa vox Verbi, Ioannes repletus, tantummodò extollitur magnitudine? Plenitudo gratiæ dicitur : ubi in esse non est instans temporis sine gratia cogitabile. Magnitudo, dum est aliquod momentum iustificatione vacuum, vel per aliqua tempora existit pueri anima procul sanctificationis formâ : & Christus Dominus unctus signatur plenitudine gratiæ, Præcursorque solummodò magnitudine ; quippequàm Christus gratia ornatus à momento conceptionis, Ioannes verò post tempus animationis in utero genitricis. Ad obiectionem de Virgine & filio patet exitus. Conceditur gratia vel in primo instanti sic & sic. Maria dicitur gratiâ plena, quia vel tunc ornata gratia : & filius plenus etiam aliter, quia ornatus & gratiâ & gloriâ. Si vis, quod gauderet quoque gloriâ Mater-Virgo, non erit obiectio.

*Ioan. 1. 14.*

*Fuit gratiâ magnus.*

*Cur virgo gratiâ plena, cùm sit puerpera tura?*

19 Plenus gratiâ Christus Assertor demonstratur ab Evangelista : ita *de plenitudine*

*Vers. 16*



*eius omnes accepimus.* Præ particibus unctus est Dominus. Alij accipiunt formam sanctificantem, alij cum forma gratiæ magnitudinem : & Prodromus Christi prædicatur gratiâ magnus, magnus etiam Benedictus quoniam uterque nactus fuit gratiam sanctificationis, adhuc ex utero matris. Audite Virginem Deiparam apud S. Birgittam lib. 3. *Revelat.* cap. 20. *Benedictus imitans illum, qui nondum natus exultando intra viscera materna, cognovit adventum fui piissimi Redemptoris.* Similia facinora exigunt similia præmia : hinc Benedictus confertur Ioanni Baptistæ magnitudine gratiæ, quia Deo gratus & iustus, & nondum natus.

*Benedictus similis Ioanni Baptistæ.*

*Birgit.*

20 De Nerone refert Dio ob præsagium imperij nascentem sub auroram, radijs Solis illustratum. Suetonius cap. 6. *Tamquàm quòd exoriente Sole, pene ut radijs prius quàm terra contingeretur.* Serviat vel invite quòd in blandimen Principis fictum, ut clarescat radijs Solis verum miraculum. Princeps Monachorum Benedictus gignitur, & in Principem nascitur. Si abluitur lux Solis, antequàm terram attingeret, uti cæteri in lucem cæcus procederet : & radijs lucis abluitur, priusquàm nascatur ; quoniam in utero genitricis adeptus est radios iustitiæ Solis, qui contulit in signum imperij, gratiæ splendorem, antequàm videret lucem.

*Nero ab ortu.* Suetonius.

*Benedictus illuminatus, priusquàm natus.*

21 Patet in Baptista exemplum, cuius Benedictus secutus est institutum. In genitricis ventre, fuit illustratus Solis iustitiæ splendore : igitur arripuit gratiam, antequàm corpus conspiceret terram. Ideo infans *exultavit in utero.* Commune est, prius infantes esse extra uteri carcerem, quàm videre lucem : recipi à terra tamquàm generali nutrice, quam illuminari à Sole : & exultat Ioannes in utero matris, adhuc vinctus viscerum involucris : quoniam priusquàm publicam lucem, vidit Solem : verum hoc *Didasc. seq.* Carcer obscurus dicitur venter maternus : ibi infans lumine orbus, ubi chaos tetrum : & liquet mirum, quòd in utero micans exultet, ubi alij in tenebris iacent.

*Luc. 1. 41. Baptista vidit Solem, antequàm lucem.*

22 Ecce Confessor magnus. Sic effulsit, *quasi stella matutina in medio nebulæ.* Quomodò stella matutina, dicemus *Dicasc.* 5. num. 6. modò de articulo fulgoris, & conditione lucis. Huiusmodi elogium tribuitur ab Ecclesia Benedicto. Quomodò enim si quasi Sol fulsit orbi, commendabile erit encomium de stella matutina in medio nebulæ? Nebulâ stellæ obscurantur, & oculos

*Eccli. 50. 6.*

no-

nostros vel splendidiores fugiunt: unde tamquam miraculum novum innotuit, quòd ubi alij obscurantur, ille fulgeret. Ergo clarius. Nebula peccatum originale signat, quod omnem hominem venientem in hunc mundum illico maculat. Medium autem nebulæ denotat genitricis ventrem, igitur noxa originaria contrahitur per traducem: & ut splendor designetur Benedicti, haud commendatur nitor radiantis stellæ, nec matutinæ, sed fulgor in medio nebulæ: siquidem liber extitit à labe originariæ luis, etiam in utero matris. Lux in tenebris lucet: ideo Benedictus in medio nebulæ splendet: quandoquidem magnum nanciscì nitorem gratiæ, superioris lucis: dum alij culpa, tamquam in medio nebulæ iacent in tenebris.

*Benedictus luxit in utero matris.*

23 Hic Deus mysticè fecit, quòd die primo inter lucem & tenebras mirificè in orbe novo patravit. Tenebræ erant super abyssi faciem, & fecit lucem: sed in excellentiam bonitatis *divisit lucem à tenebris.* Ubi simul? In Abundantiæ claustro materno, mirabili prole fœcundo: igitur ibi animam Benedicti Dominus, lumine gratiæ, divisit à tenebris originariæ noxæ. In utero matris habuit Benedictus lucem & tenebras. Per tenebras notatur culpa, per lucem verò gratia. Lux constituit diem, tenebræ noctem: & nox sicut dies illuminata foit; quia gratia in nocte uteri genitricis sanctificatus est. Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius: siquidem exortum est in tenebris lumen, quoniam in carcere materno habuit sanctificationem. Aliter cogitabo. In primo die Dominus divisit lucem à tenebris, in ventre Abundantiæ univit. Venter genitricis in Scriptura exprimitur nomine tenebrarum, sicut nomine lucis explicat ortum: Psalm. 138. 11. 12. 15. Frequenter designant tenebræ, quels iacet infans, primæ transgressionis tenebras: & Dominus in alvo Abundantiæ, carcere Benedicti, lucem & tenebras iunxit; etenim in tenebricoso carcere naturæ, exortum est Benedicto lumen gratiæ.

Gen. 1. 4.

*Sicut tenebræ eius, ita & lumen*

24 Iure dicere quibant gemelli canentes, Benedictus & soror eius Scholastica: *Deus qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ.* De tenebris lucem splendescere, ideò, *gratiam post tenebras culpæ*: Altruit Augustinus lib. 1. *Controv. adverss. leg.* cap. 8. sed quid ly *Illuxit Deus ad illuminationem*? Alto acumine, ut post tenebras noxæ demonstretur ante publicam lucem lumen gratiæ: siquidem gratiâ Deus in cordibus adhuc in ventre matris illuxit, ut pòst in Baptismate etiam illuminaret. Cæteri illuminantur baptismo, quo renascentibus confertur sanctificatio, iuxta illud Apostoli ad *Ephes.* 5. 14. *Exurge à mortuis, & illuminabit te Christus*: sed his miris gemellis in cordibus illuxit ad illuminationem; quoniam ante baptismum contulit illis formam sanctificantem. Hinc additur: *Illuxit ad illuminationem scientiæ.* Quænam scientia in pupis? Scientiam habent vocis: igitur eorum resonuit in genitricis ventre canora musica, illicò quam Spiritus Sanctus gratia implevit eorum corda. Cæterùm hoc seq. Didascalia.

2. Cor. 4. 6.

*Illuminetur ut fiat ut illuminetur.*

*Ille & Soror in utero matris scientiam habuerunt vocis.*

Augustin.

## DIDASCALIA V.

### *S. Benedictus psalmicen novus.*

1 HUiusmodi encomio plauditur Pater Sanctus à Paulo Diacono, Carm. de *S. Benedicti*. At unde novus, & unde psalmicen? Apud Priscos mos fuit puerum in terra collocare, sed antequàm vocem vel fletu possit exprimere: *Apud quos* (inquit Ioannes Schildius in cap. 6. *Augusti* Sueton. Tranq.) *infantes partu editi non priùs vocem edebant, quàm attigissent terram.* Ergo Patriarcha Monachorum Benedictus vocatur meritò psalmicen novus: psalmicen, quoniam erupit in psalmos, dum alij in fletus: novus, quippe vocem dulcissimam edidit, antequàm terram attingeret. Psallebat plena genitrix, & queis plena etiam psallebant.

Paul. Diac.

*Recentes nati ante aliam vocem credebantur tellari.* Ioann. Schi.

*Benedictus musicus novus.*

——— *Matresque sequuntur*
*Currum lasciva fidera fulva choro.*

Dicam aptiùs, quàm Tibullus *lib.* 2. *Eleg.* 1. Mater siderum nox dicitur; & mirum plauditur, quòd in nocte & tenebris materni uteri, canentem filij (fidera fulva) choro mirabili sequerentur matrem.

Tibull.

2 Benedictio Abrahæ delicanda. Illi dicitur à Domino: *Benedicam tibi, erisque benedictus.* Duplex hic proponitur benedictio: sed quibus meritis duplex? Vocavit Deus: & illicò subditur, *Egressus est itaque Abram, sicut præceperat ei Dominus.* Quid mirum, quòd duplex felicitas exponatur, ubi duplex amoris demonstratio interseritur? Unde Abraham benedicitur, quia executus est præceptum; & benedicitur, quia in præcepto secutus est etiam modum. Benedicitur, quippe egteditur, & benedicitur denuò, quia egressus, uti præcipitur. Ut constet plenè plausus, loquitur Abrahæ Dominus:

Gen. 12 2.

Vers. 4.

*Remuneratur fides verbi dicentis Plinè.*



minus: *Benedicam tibi, erisque benedictus. Benedicam*, quia vocavi: *Erisque benedictus*, quoniam statim respondisti vocationi. Haud alio nomine, quàm Benedicti, præmium exprimitur perfectioni. Ubi & quando sit vocatio, obedientiæ rutilat perfectionis plenitudo: & benedicitur Patriarcha N. cumulo felicitatis; quoniam vocatus à Deo in utero genitricis: & etiam denuò geminatur benedictio, ut clarescat vel ab utero pueri perfectio: siquidem ubi & quando vocatus, ibi respondit vocationi Benedictus.

*Respondit benedictus sine voce ubi vocatus.*

Gen. 13 16. & cap. 22. 17.

3 Deinde. Duplex Abrahæ felicitas patet in duplici genere benedictionis; quod quidem diligenter observandum, ut rite Patriarchæ Benedicti prosequamur argumentum. In Abraham benedicendæ universæ gentes, & gentium cognationes: verum diversimodè conferuntur duplici benedictione. Primò semen eius signat benedictio: *Pulverem terræ*: Secundò *Stellas cœli.* Quod Abrahæ geminata benedictione promittitur; in utero Abundantiæ, genitricis Benedicti & Scholasticæ, stupentes miramur. Malè coeunt stellarum splendores, & parva momenta pulveris: sed ut miretur, quæ hucusque natura nescivit; pulverem & splendorem materna viscera continent: quandoquidem filij vix concreti ex carnis pulvere, fulgent ut sidera cœli.

*Musica astrorum.*

4 At in quo fulgent? Sideribus & cœlorum motibus insitam esse musicam, placuit Platoni lib. 1. de *Legib.* Aristot. lib. 8. *Physic.* Ciceroni in *Somn. Scipion.* Plin. *lib.* 2. *cap.* 3. & 22. Tertullian. de *Pallio* cap. 2. Ambros. *Præfat.* in Psalm. Sev. Boëtio lib. 1. de *Musica* cap. 2. Anselm. lib. 1. de *Imag. Mund.* ac Philoni libell. de *Sonis*: vide *Didasc.* 12. num. 8. Musica inest astris & superioris motibus orbis. Unde Benedictus & Scholastica plaudantur meritò fulgentia sidera; quippe vix in matris alvo habuerunt formam, dum eruperunt in cœlestem musicam. *Benedictum in alvo matris sancta præcinere audium*: ait Bonifacius Simonetta lib. 4. *Perfec. Christian.* Epist. 20. Gabriel Bucelin. uti vidimus *Didasc. prec.* num. 5. *Psallere in utero auditum.* Confirmat Bertharius in *Vit. S. Benedict.* Hæc enos *Prologom.* 14. in vit. S. Patriarch. Arnold. Ubio, Tom. 2. *Lign. vitæ*, & etiam exteri videndi apud Hæften. ubi supr. Canebat mater Abundantia, Deo referens grates pro pignore prolis: & currum laudum sequuntur adhuc in utero, fulva sidera choro; ut in ipsa vocum modulatione rutilarent uti stellæ.

*Benedictus in ventre matris psallit.* Simon. Bucelin

5 *Ubi erat, cùm me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei?* Dominus ita alloquitur Iobum. Astruit Pineda hic, huiusmodi plausum fuisse canticis expressum. Verùm cur magni habitam vocem laudis non à vespertinis, sed dumtaxat à matutinis stellis? Ingeniosè respondet Sanctius num. 22. *Vocari possunt astra matutina, quia manè, ideò, in principio lucis & creationis: vel quia simul atque esse cœperunt, quo potuerunt modo, divinam sapientiam celebrarunt.* Laus non ex laude commendatur, sed ex tempore: & plausus stellarum æstimatur sublime præconium; quia in ipsis idem fuit esse, & gratias Conditori canticis agere. Post vesperam laudarunt, atque laudant nomen Domini cunctæ aureæ linguæ firmamenti: musica pollent, quæ in firmamento fulgent: & magis placuit auribus matutinarum stellarum sonus suavis modulaminis; quoniam à principio lucis & creationis. In matutinis incepit conditio illarum, quâ priùs erat esse, quàm operari: & plaudantur, quæ plaudunt matutino tempore; quippequàm concinuerunt in Conditoris laudem, illicò ut acceperunt conditionem: igitur illarum oppidoquàm audita est modulatio, Deum celebrantium quo potuerunt modo.

Iob. 38. 7.

Pined.

*Astra matutina quæ* Sanct.

*Gratet pius faciem beneficij.*

*Magnâ, magna operari vel in ipsa excellentiæ exceptione.*

6 *Quasi stella matutina in medio nebulæ*, fulsit Benedictus Pater. In utero matris Conditorem plaudit canticis, & celebrat hymnis: semper in eius ore Dei laus; sed cum musica infantis nihil plus: & extollitur ut matutina stella, dum in utero auditur eius musica; siquidem suavior & dulcior vox concepti modulaminis, quod fit à principio lucis. *Matutina.* Manè exprimit conditionis principium, vespere lucis occasum: & celebrantur Benedicti cantica, uti æstimantur in stella matutina; igitur consonantia musicæ delectabilior ex tempore: & resonuit dulciùs modulatio, quia resonuit in principio. *Stella matutina.* Summitas cantus non stat in cantico, sed in modo Stella tacet, & loquitur cùm splendet: unde plauditur musica Benedicti, quasi musica stellæ: vel quia loquitur luce, vel quia canit sine voce. Singularis est modus, & etiam tempus. *Stella matutina* dicitur, quæ quidem fulget, & canit ante ortum Solis: *Quia manè apparet, ante, videlicet, quàm oriatur Sol*: subdit ubi supr. Sanctius. Et musica Benedicti in choro uteri materni, confertur musicæ non stellæ, sed stellæ matutinæ; igitur habuit lucis canentis nitorem, & ante lucem.

Eccli. 50. 6.

*S. Benedicti dulcior modulatio, quia à principio*

Sanct.

7 *Quasi stella matutina* fulget, sed additur

Ubi sup.

ditur etiam fulgor stellæ matutinæ in *medio nebulæ*. Magnus sanè nitor radiorum vincens obscuritatem tenebrarum. Matutinum exprimit ortum lucis, nebula verò obicem splendoris: si splendor rutilus astrorum dicitur canticum, non solum ut stellam matutinam celebremus Benedictum; sed in medio nebulæ, quæ locus uteri: quandoquidem & ante lucem, in Conditorem omnium direxit carmen. Alij Sancti & Iusti plaudantur ut stellæ matutinæ: verùm Benedictus ut stella matutina in medio nebulæ: etenim prorupit in modulamina vocis, ab utero genitricis. Alij stellæ matutinæ, quia à principio etsi post ortum: Benedictus in medio nebulæ, quoniam antelucanum: siquidem fuduit claritati musicæ, adhuc in tenebris habitaculi materni.

*Ficit tenebras in utero genitricis, splendore vocis.*

8 Iusti fulgent uti stellæ, aliter tamen & aliter, canentes virtutibus simul & laudibus. Alij post ortum Solis intelligentiæ, ettò in principio ætatis; unde vocantur stellæ matutinæ. Alij post tempus & tempus in Solis fervore, quærentes cum Sponsa, ubi dilectus cubet in meridie. Alij in cœlo post obitum, ubi modulantur novum canticum: attamen Benedictus in medio nebulæ, ut clarescerent magis quàm voce, musicæ tempore: igitur cecinit in splendoribus Sanctorum ex utero ante luciferum. Quatuor vigiliæ, quæ signantur in Evangelio, conditioni ævi hominum commode aptantur. Prima ante lucem, secunda post nativitatem, tertia ante finem, quarta post mortem. Primæ & quartæ non fit mentio; quippe canticum in prima negatur, in quarta supponitur: sed mirum planè, quòd Benedictus operetur ante nativitatem, quod alij faciunt post mortem. Sponsum in cœlo animæ sequuntur laudibus: priùs Benedictus consulit modulationibus; quippe canit quæ alij in cœlo, priusquàm nascerentur mundo. Expediti ergo vinculis corporis Sancti, tunc explicant gaudium in canticis: & hi magni Benedicti musica; quoniam auditur in prima, quæ expectatur in vigilia quarta: siquidem quæ auscultanda cœlesti gloria numeris metricis, suavitate modulaminis, auditur apprimè in utero genitricis.

*Musica illius singularis.*

*Luc. 11. 38.*

*Et cœlestis.*

9 In vigilia quarta, seu in cœlo, naturalis videtur modulatio: etenim ut canit Venantius Fortun. de *Gaudijs vitæ ætern.* v. 4.

*Cœtibus Angelicis hominum sociata propago*
*Reddit honorificum laudis amore sonum.*
*Alternis vicibus divina potimata psallant,*
*Atque Creatori mystica verba canunt.*

*Venant.*

In prima, vel musicis competunt tantùm silentia: ideo dicuntur in utero infantes, imò nec infantes dicuntur, sed *Infantissimi infantium* (ut ait August. *Epist.* 20.) quia impossibile eloquium. Quæ novâ semper magna: quid si impossibilia? In utero matris, pulsantur à Benedicto organa canora vocis. Iurè plauditur mirabile, quod videtur impossibile.

*August.*

*Dulcissima.*

10 Cantat igitur Benedictus *canticum novum*. Mirabilia utique Dominus facit, ubi puer & infans concinit. At unde Benedicti novum canticum? Ex mensura atque proportione cæterorum. Ad consonantiam musicæ requiritur tempus, quia cum proportione numerus: & celebratur uti novum, canticum Benedicti; quoniam novum est canticum sine tempore. In alijs canticum est, verùm non novum, quia fit cum temporis proportione: in Benedicto novum & mirabile; quippe vocem elicuit in Conditoris carmen, quin ad carminis formam haberet vocem. In alijs canticum, quia formatum in labijs, postquàm illuxit: & in Benedicto novum, quoniam formatum antequàm illucesceret. Canticum in alijs, igitur iubilus ex visione lucis: novum in Benedicto, quippe prolatum in tenebris. Canticum, quia post obitum, & novum, quia ante principium. Post obitum alij, quia quem vident, laudant Solem: ante principium Sanctissimus Benedictus; quippe minurizavit dulcius voce modulamen, priusquàm prodiret in lucem. Nova videnda in singulari miraculo, ut paterent quæ Deus mirabilia fecerat in matris utero. Cantent alij, exultent: at Benedictus singulariter concrepet: igitur lux illi in utero matris apparuit, orto iam Sole; cùm alijs uterus genitricis essent tenebræ.

*Psalm. 97. 1.*

*Novus.*

11 Pateat novus sensus sententiæ Venantij *lib.* 2. ubi camœnâ dulci sacrorum Vates ita canit:

*Pontificis monitis clerus, plebs, psallit & infans.*

*Venant.*

Si infanti negatur vox, quippe non fatur; quomodò vox in numeros reflectetur? Quo pacto concinnabit verbum in canticum, quem fugit verbum? Si psallit, infans non est; & infantis psallentis auditur vox? Mirabile prorsùm. Arbitror ità, sed in exemplum, ut miremur modulantem Benedictum: siquidem pupus possidens linguam infantem, solvit in musicem. *Clerus, plebs, psallit & infans.* Ecce prodigium. Hostiam laudis sacrificant & clerus & plebs, ubi etiam infantis auditur vox: sed huius & non illorum plauditur carmen, dum omnes exprimunt vocem; igitur novum, ut quod clerus

*Prodigio sa.*



rus concinit in choro laudis, formetur à puero infante in utero genitricis.

*Musica muta quæ*

*Cassiod*

12 *Musica muta* apud Priscos celebris fuit, de qua videtis Ludovic. La Zerd. in *Adversf.* cap. 178. num. 11. Quapropter Rex Theodoricus apud Cassiodor. lib. 1. *Var.* Epist. 20. inquit: *Hanc partem musicæ disciplinæ mutam nominavere Maiores: scilicèt, quæ ore clauso loquitur.* Apud Græcos *chiragogia*. Si carminis artifex novit, quas quibus moras vocibus tribuat, ut quod canitur succedentibus ac decedentibus sonis pulcherrimè currat; subtilius ac dulcius artificium inest Benedicti cantico: quandoquidem vel in utero materno constituxit musicen & mutam & eloquentem.

*Musica muta tur magis consona.*

*Quomodò in Benedicto*

Uterus maternus silentio dedicatur, musica verò vocum reflexione cognoscitur: & non plauditur pueri Benedicti musica, quia musica consona; sed quia musica muta: igitur in claustro genitricis, ubi alij tacent, in carminibus laudum exercet vocem. Musica est; quippe vox metrice auditur, & muta, quia auditur, ubi non vox. Unde mirabilis sonus, igitur loquitur mutus. Quid quòd Baptista in mundo existeret, priusquàm Verbum caro factum in gremio Virginis esset? *In mense sexto* à conceptione pueri, missus est ad Virginem Angelus Gabriel. Cur non simul concipiuntur, vel priùs qui erat omnimodò maior? Puer ex Virgine Verbum est, puer ex Elisabetha Verbi vox: & priùs concipitur Præcursor Baptista; ut latens mysterium per distincta innotesceret tempora: igitur cunctis prodigium, quòd vox esset, priusquàm verbum. Verba nullo modo efformari possunt intra viscera materna, quoniam illotunc infantium lingua captiva, & vinculis genitricis, & vinculis conditionis. Aliquid videndum singulare in Benedicto: & ibi auditur in laudem Creatoris modulatio, reflexio vocis minurizantis linguæ, etiam in linguæ captivitate; siquidem minimè esset singulare miraculum, ni esset vox antequàm verbum. Astruit mira Benedictus antequàm natus: igitur diversis vocibus in gremio matris eius conficitur musica, & priusquàm quiret articulare verba.

*Psal. 64. 2. Hieron.*

*Luc. 1. 36.*

*Vox illius mirabilis, quia fiat verbo.*

*Vox sine voce mira.*

13 Ex fœcunditate verbi auditi gignitur vox in infante; ideo muti permanent, qui à nativitate surdi. Quod præter, vel supra naturam est, semper miraculo fit: & in musica Benedicti infantis, micat specimen mirabilis perfectionis; quippequàm voce melodus edidit canticum, & priusquàm audisset verbum. In utero genitricis nihil auditur, infans ibi numquàm loquitur: & Benedicti ibi celebratur armonia; quia illius musica, musica muta: musica, quia voce; muta, quippe taciturnitate. Musica, in vocum modis; muta in artificio carminis: musica, audito cantico; muta, deficiente verbo: musica muta Conditori magis grata, quoniam formæ consonantiæ præ tempore nulla forma.

*Mirabilior silentiosa.*

Huiusmodi musices artificium numquàm auditum, nonnumquàm desideratum. Planibilior decet in musica vox, cui competit summa laus. *Te decet hymnus Deus in Sion:* canit David. *Tibi silentium laus Deus in Sion*: legit Hieronymus. Laus & silentium? Silentium excludit voces, igitur nullum verbum in sphæra taciturnitatis: hymnus in musicam institutus, metricis constat pedibus, & pedes vocibus. Qua igitur lege erunt silentia carmina, & cum vocibus silentia? Quæ vocibus implicant, magis in musica consonant: proponunturque hymnus & silentium in summa suavitate canticorum; quoniam Deo in vocibus magis grata, quæ musica muta. Musica sine voce non fit: muta erit; si auditur, & non est vox. Ubi nulla vox, regnat silentium: & Deum decet silentiosum canticum; quoniam melos suavissimum musicæ, ubi voces audiuntur sine voce.

14 Ad argumentum descendamus. Musica percipitur, ubi canitur: muta erit, si cantatur, & siletur. Mancipantur profectò taciturnitati, quiqui infantes necdum orti. Benedictus in utero matris hymnodiam succinit; & Deum huiusmodi musica, uti artificiosior, decet; siquidem audit hymnum, ubi numquàm auditum nisi silentium. Musica muta fit ore clauso, sicuti vidimus ex Theodorico: ore clauso non est vox, quoniam ex percussione aëris ad palatum sonus fit: & Deo placet, quod Benedictus concinit; igitur non habens vocem, exprimit vocibus carmen. Muta linguâ loquitur, etiam dum sub silentio detinetur. Musica in laudem Deo placet, quoniam in hominibus gratitudinis signum; verùm post silentium infantiæ non est novum: placent magis nova: & Deus delectatur Benedicti musicâ mutâ; quippe ad musicæ armoniam non erat corpori forma. Alij cantant, cæterum dum ora laxantur. Nonne, dum os occluditur, mirum? Laudant extra silentium, quod arctè observat natura intra viscera materna: vox ibi silentiosa & taciturna; sed omninò mirabilis, quoniàm vox sanè ultra naturam vocis: & ubi Deo cogitatur & dirigitur nova atque singularis modulatio, illum magis decet, & placet hym-

hymnus Benedicti sub silentio : quandoquidem resonuit vox armonica laudis, sub silentio gravi ex utero genitricis.

15 Denique. Silentium proponuntur & hymnus, ut constet consonè Domini plausus. Non designatur ab hominibus maximum, nisi quod cogitationi videtur implicatorium. Hymnus laudem Domini musicâ notat : silentium naturam per infantem designat ; siquidem non numeraret infantem, si haberet verbum, aut vocem : & ubi Benedictus deprimit canticum, decent Deum laus & silentium ; quia laus eius celebranda difficiliore, atque suaviori musicâ : & nulla suavior, neque difficilior, quàm qua vox resonat jubilo, & verbum sepelitur sub silentio.

*Nulla vox suavior in musica.*

Huiusmodi artis armoniam tantummodò Deus audit, quia solus voces in hac musica cognoscit. *Quæ habitas in hortis* (dicit Amasius) *amici auscultant, fac me audire, vocem tuam.* Canere iubet Sponsam : verùm si eius vox erumpit, adstantibus aliis, in carmen ; quo pacto solus cantantis exaudiet vocem ? Quia musica muta, quæ magis artificiosa ; igitur constituitur modulatio, cùm voces sunt sub silentio. *Voces*, quia promittur laus : *Sub silentio*, quia supra naturam vox : & ut constet Sponsæ musica dulcior, ita canere in delectamen iubetur ; quod vel amici qui auscultant, in voce vocem non audiant. Audiunt auscultantes, cùm post infantiam in carmen aptantur organa vocis : voces non audiunt, eò auscultent ; dum voces infantium intra viscera latent : cæterùm tunc musica exaudienti magis grata ; quippe dissonè consona musica muta. Consona, quia suavissimè succinitur : dissonè verò, quia vox corpori, vocis organo, pro tempore non aptatur : igitur Echus adstar eorum vox, nihilque præterea. Deo placet, quod magis decet : & placet illo articulo Sponsæ metricum canticum ; quoniam Dominum decet laus, & silentium. Patet acceptio Domini ex voluptate Benedicti mutæ musices, ubi vocem eius audit in utero matris.

Cant. 8. 13.

*Nec magis Domino grata.*

16 Vox igitur infantis in gremio genitricis, tanquàm effectus causæ incognitæ auditur, & nos miramur : verùm quid ? Quam nactus est Benedictus adhuc in utero gratiam Dei. Si profano licuit canenti dicere, lib. 6. *Fastor.*

Ovid.

*Est Deus in nobis agitati calescimus illo :*

Benedictus demonstravit musicâ, Deum esse iam in illo collatâ gratia. Gratiæ sanctificantis effectus clarescit cantus. Adveniente Spiritu Sancto, factus est de cœlo sonus : & pro insigni sanctificantis formæ, *apparuerunt* discipulis *dispertitæ linguæ* ; prominentibus per linguarum musicam suavem, cordium laudantium miram sanctificationem. Linguæ apparent, & linguæ ignitæ : igne calescunt, linguis loquuntur. Ergo Deus in illis per gratiam, linguis indicantibus cœlestem formam, & concordiam musicæ : quandoquidem *repleti Spiritu Sancto, cœperunt loqui.* Linguam, quam non noverant, fantur, voces illatenùs inauditas loquuntur : & mittuntur linguæ tamquàm ignis, in signum clarius sanctificationis ; etenim corda verba minimè mitterent in muta labia, ni Deo agitata calescerent intrà. Infans numquàm loquitur, quæ non audierit : teste Plinio *lib. 11. cap. 51.* & Benedictus in utero matris canit ? Ubi quæ canit, audivit ? In gratia planè. Gratia & propter gratiam canit : *De excelso misit* Dominus *ignem & erudivit* : ignem & linguam : linguam in musicam, ignem in gratiam : igitur in infante astruunt gratiæ splendorem voces ignotæ.

Act. 2. 3

*Dei gratia urget habentem in verba.* Vers. 4.

*Mira quæ tempus ante tessellit.*

*Canit Benedictus quia in utero matris sanctificatus.* Thren. 1. 13.

17 Liquet ergo *canticum novum*, dum psallentem audimus sine voce Benedictum. Culpa originalis transgressionis exprimitur fletu, gratia liberatrix cantu. Dæmon latro insidiatur ingredientibus in mundum, & extorquet à captivis censum connaturalem lachrymarum : viam vitæ incipit percurrere in utero infans, & primævæ noxæ tacitus persolvit latroni pœnas : verùm ut coruscaret gratiæ infantis Benedicti nitidus fulgor ;

Psal. 97. 2.

*Cantavit vacuus coram latrone viator.*

Iuvenal.

*Cantare* (inst Augustinus Serm. 256. de *Temp.*) *amantis est. Vox huius cantoris fervor est sancti amoris.* Amor voluntatem exprimit, voluntas intellectionem supponit ; quoniam homo non diligit, quod non cognoscit : quapropter vox huius cantoris infantis, est fervor gratiæ & effectus amoris, atque admirationis singularis : igitur mirum, quòd pœne nihil in utero genitricis & Creatorem agnosceret, & canticis celebraret.

*Felicissima.*

*Eius mira compatta à gratia.*

18 Inarticulati sonus vocum Ieremiæ, cùm adhuc esset in genitricis ventre, fuit musica insignis, & signum admirationis, ut notavimus *Tom. 1. Tautolog. 4. Didasc.* 14. num. 16. Sonos audiamus musicæ mutæ, & quæ continentur voce. *A, à, à, Domine Deus. A, à, à*, musica est : & mirùm sanè quod caneret, priusquàm in lucem Prophetà prodiret : igitur loqui musica feliciter nactus, qui nondum in mundo cognitus. Quæ continentur in huiusmodi musica sunt ampliora : *Domin. Deus.* Deum cognoscit ; & loqui, quia in utero matris, nescit. Musica magna, quoniam musica muta ; sed qua Pro-

Ieremi. 1. 6.

*Cognitio Dei ante nativitatem fecerat humanam cognitionem.*



Propheta canit, artem musicæ vicit : etenim ante editionem in publicam lucem, Dei perfectam demonstravit cognitionem.

Ioann. 20. 28.

19 *Domine Deus.* Nota : eadem Thomas protulit. *Dominus meus, & Deus meus* : stupens dixit. Elogia à Domino accepta, quippe à ratione victâ, & voluntate grata ; verùm Thomæ non fit magni, & admirationem elicit idem plausus Ieremiæ. Cur igitur similem non obtinent laudem, ubi de eodem eandem proferunt vocibus cognitionem ? Uterque profectò cognitione devovetur Deitati ; verùm non fuit Deitatis cognitio in eodem tempore. Thomas profitetur, sed ultra mensuram temporis : Ieremias vel in flore teneræ ætatis : & minimè magnum, quòd ætas antecellat cognitionem ; & iure mirum, quòd Dei cognitio præcedat ætatem. Perfectio, quæ mensuratur tempore, potiùs est perfectio temporis, quàm mensura perfectionis : laus non est addicta tempori, sed virtuti : & plauditur meritò elogium Ieremiæ ; quia ubi tempus cognitionem præcurrit, tempus præcurrens cognitionem superavit. Sed hoc late *Didasc. seq.*

Vers. 19

20 Intende. *Quia vidisti me Thoma, credidisti* (subdit Assertor) *beati qui non audierunt & crediderunt.* In cognitione Deitatis felicitas inest : & Dominus Propheræ confessionem magni facit ; quippe felix, quem non vidit, in alvo matris perfectissimè cognovit. Cognoscit Thomas, verùm confessionem non comitatur felicitas, quoniam cognitio non ex perfectione, sed ex tempore : æstimatio, atque momenta æstimationis fiunt iuxta temporis circumstantias : & vel pupus infans, ut merito felix, extollitur Ieremias, eò quòd in utero genitricis, quin videret, agnovisset ; quem Thomas tot annis cognitionis non cognovit.

*Beatus qui cognoscit, & in musicam trumpit.*

21 Modò locus est musicæ infantis, ex miraculo vocis, & celeritate temporis. *A, à, à*, muta musica est. *Domine Deus* exprimit Deitatis cognitionem, in quam dirigitur gutturis modulamen. Prodigia geminantur, ut in Propheta miremur necdum natum Benedictum : cognoscit Deum, & laudem eius quem cognoscit metrice canit. Magna & mira cuncta. Magnum, quòd in utero Deum cognosceret, sed magis mirabile, quòd celebraret musicâ, quem iam cognoverat intra viscera materna. *Beatus qui antè Dei spiritum meruit intonare, quàm hominis vagire in fletu* : ait Abb. Bonifacius Serm. de *S. Benedicti*. Fletu probatur culpa : signaque (ut aliò Prophanus)

Bonif.

*Infantem vagisse negant, nam fronte serena Conspexit mundum, cui commoda tanta ferebat.*

Claud.

Si noxa astruitur per fletum ; ante fletum Benedictus elicuit canticum, ut inhabitantem per gratiam promeret spiritum : siquidem haud esset singulariter felix, ni gratiam sanctificantem signaret cithara vocis.

*Memnonis statua.* Tacit.

22 In statua Memnonis, quæ collocata in templo Serapidis, singulari artificio ; adumbratur Benedicti modulatio. *Germanicus* (inquit Cornel. Tacitus lib. 2. *Annal.* cap. 61.) *miraculis intendit animum : quorum præcipua Memnonis saxea effigies, ubi radiis Solis ictа, vocalem sonum reddens.* Iurè numeratur inter miracula, quòd vocem redderet statua muta : sed magis in statua insigne, quòd radijs Solis, resonaret actutum musicis numeris. Perpropriè fœtus in matrum gremio appellantur statuæ. Oculos habent, verùm minimè vident : aures habent, & non audiunt : os habent, & non loquuntur. At Benedictus loquitur, quæ non audierat ? Cognoscit, quæ non viderat ? In statua muta vox est ? Radijs illustravit Sol : & per sonum vocalem admirabilis musicæ, coruscavit in statua fulgor gratiæ.

*Benedictus per musicam detexit gratiam.*

23 De nostris miraculis sumptum fere quod à Priscis fictum. Acidalius fons, ut vidimus *Didasc. præced.* num. 12. dicatus Gratijs etiam sacratus fuit Musis. Gratia in anima numquàm otiosa. Amor, ignis & gratia nusquàm occlusa. Ideo canit puer Benedictus, vel dum infantem venter continet maternus. Canit pupus Domino laudes : & qui sacer est Gratijs, deditur illico Musis ; ut per constructam in utero matris musicam, audientibus vel illic signaret gratiam. Qui Deo pleni, carent vocum libertate. Unde Cassandra apud Senecam in *Agamemn.* Act. 3. v. 714. dum tacere conatur, in voces urgetur :

*Acidalius fons.*

*Gratia nequit occludi.*

Seneca.

——·—— *Verba nunc occluso malè*
*Custodit ore Manas impatiens Dei.*

Perperàm latebit sub custodia silentij, dum Deus habitat in corde. Nititur in contraria natura, sed premit gratia.

Virgil.

*— Phœbi nondum patiens, immanis in antro*
*Bacchatur vates, magnum si pectore possit*
*Excussisse Deum : tantò magis ille fatigat*
*Effera corda domans, fingitque premendo.*

Canit Virgilius lib. 6. *Æneid.* v. 80. In antro ventris iacet Benedictus : ut moduletur voce suavi, non est tempus. Pugnat conditio tunc rudis, ex cutere, vel arcere à pectore magnum Deum : at cùm gratia magis urgeat, ubi natura occulere tentat ; exauditur quasi enthusiasmicè Benedicti modulatio, ut pateat vel in ventre genitricis plenus Deo.

*Benedictus in matris utero plenus Deo.*

Ovid. *Incaluitq; Deo, quem clausum pectore habebat.*

24 Gratiæ supernaturalis insita claritas linguas infantium fecit disertas : igitur Benedictus & Soror præter naturæ cursum, hymnodias Creatori apprimè modulabantur. Peccatores in communi habitaculo frigore culpæ silent, cæterùm hi gemelli fervore gratiæ, cicadæ adinstar minimè silent, dum ardent. Ad instar cicadæ, propositò dixi : quippe iuxta Plinium *lib.* 11. cap. 26. carent ore, & linguam habet in pectore. Hæc cinæ musica mutaverùm si sit in corde, profectò à gratia.

*Non silet, dum ardet.*

Verbum Christi abundanter habitare in pectore discipulorum sagaci mirificæ charitate Doctor Gentium. Omnia per musicam instruenda quasi per indicem, hominem interiorem vocum suavitate demonstrantem. Verbi Christi habitatio : *Psalmis, hymnis, & canticis.* Abundantia habitationis : *In gratia canentes in cordibus vestris Deo.* Canere in corde, novum utique : sed proponit in exemplum singulare ; quippe non habet meritum, ni cordi conformetur ex ore canticum. Huiusmodi musicæ consonantium, ut cantica efforment in psallentibus delectabilem musicam, concinnat N. Patriarcha *Regul. Sanct.* cap. 19. dicens: *Sic flemus ad psallendum, ut mens nostra concordet voci nostræ.* Ecce meriti armoniæ, & suavioris acceptabilis musicæ consonantia : quoniam minimè placet musica vocis, sine musica pectoris.

Coloss. 3. 16.

S. Bened. *Musica dulcis voce, & pectoris.*

*Canentes in cordibus* : Apostolus ut originem exponit gratiam, describens hanc cinæ musicam. Vivide prorsùm, ubi Benedicti & Sororis auditur canticum : siquidem ni gratia inesset pectori, non esset carmen in ore. *Gratia canentes in cordibus* : idest, *Afflatu Spiritus Sancti* : subdit hic Chrysostomus. Quomodò quirent in ventre matris concinere, ni viverent Deo pleni ? In corde minimè invenitur vox, sed impulsus ad vocem : in ore & gutture vocum efformatur modulamen : & vox quæ invenitur in infantibus, est vox canentium in cordibus ; quippequàm à gratia impellebatur cordium, quod resonabat ore musicæ canticum. Musica in ore, uti naturalis delectat, cæterùm autes non innovat : musica pectoris, sine proportione vocis, deservit admirationi ; non auditui ; quippe plus significat, quàm dicit : & in corde parvulorum gratia musicam struit ; etenim iam verbum Christi in cordibus habitabat, dum lingua commota à corde laudes vel mutæ canebat.

Chrysost. *Divina gratia clauuit in Benedicti mirifica.*

25 Ulteriùs. Gratia non solùm verbis Christi habitabat in pueris indice musicæ, sed abundanter. Abundat gratia ; ubi foras prorumpit, quod intùs latet. In cordibus non est vox, licet sit laus : cantus sine voce non fit : & dum audiuntur voces in utero diversis modulaminibus, designatur & aptè cantus in cordibus ; siquidem abundantia gratiæ cordis, diffudit gratiam in labijs. Musica illo in articulo non valebat à natura habere principium, dum infantibus constituit pro conditione silentium : & ubi meritò vocantur infantes, vox quæ auditur, designat gratiã canentes ; etenim haud possent pupi erumpere in musicam, ni infantes haberent gratiam. Innuit Paulus : *Docentes* (ait) *psalmis, hymnis, & canticis.* Quid sine voce docturi infantes in utero genitricis? Abundantiam gratiæ, & miraculum insigne : quandoquidem quam gratiam vel in illo statu habebant ; psalmis, hymnis & canticis explicabant. Gratiam canunt, & etiam in cantione prodigium : etenim si tunc gratiam sanctificantem confertri, magna fuit gratia ; canticis demonstrari, universa mirabilia.

*Gratia vocis cordis diffusa in labijs.*

Ubi supr.

26 Isthæc Vates Regius intendit enarrare, plaudens Dominum corde. *Narrabo* (ait) *universa mirabilia tua.* Quodnam erit argumentum, in cumulo innumerabilium mirabilium ? Faxò subdit : *Lætabor, & exultabo in te, & psallam nomini tuo.* In carmine, in exultatione, & lætitia insunt universa miracula ? Utique : sed intendite, quàm singularis musica Benedicti. Tres hic numerantur species gaudij. Lætitia à dilatatione cordis : exultatio ab exterioribus signis : musica à quibusdam lætitiæ signis specialibus, vel affectibus. Ita D. Thom. 1. 2. quæst. 31. art. 3. ad 3. Lætitia cordis à gratia, exultatio à speciali gratia, musica à specialissima gratia. Gratia datur cordi, qui iure gaudet ; & percipitur abundanter concessa, dum cor lætificantum exultat: siquidem quasi non valens continere intra penetralia pectoris ; demonstrat cunctis, corporis exterioribus signis. Patuit in Ioanne ( de quo Venant. de *Part. Virg.* v. 54.

Psal. 9. 2.

Vers. 3. *Demonstravit musice, quod possidebat in pectore.*

D. Th.

*Infans personuit munere præco novus.*)

in ventre genitricis sanctificato : *Exultavit in gaudio infans in utero.* Gaudium ex gratia concessa: sed ibi specialis gratia; quoniam exultatio subsecuta fuit lætitiam, qua fruebatur per collatam gratiam. Ubi gratia communis, gaudium manet in corde purificato: & Ioannes infans præ gaudio etiam exultat in utero; quoniam specialis concessa in utero matris gratia, urgebat pectus in exteriora signa. Alibi de illo dicitur *Gaudio gaudet*: modò,

Venant. Luc. 1. 44.

*Gratia ejus singularis.*

Ioan 3. 29.



dò, *Exultavit in gaudio.* Ibi lætitia communis: in utero genitricis gratia omninò singularis: quæ quidem non appareret, ni in alvo genitricis exultaret ; designante saltibus corpore, quam gratiam Ioannes possidebat in pectore.

*Tres singularissimæ.*

27 Ultrà procedamus, ut resplendeat Benedictus. Gaudet in utero matris, exultat, sed exultat in modulatione musices. Primum, lætitia est : secundum exultatio ; tertium utriusque perfectio. Prima gratia ex qua lætitia, & in utero, miraculum. Abundantia gratiæ, ex qua exultatio, maius portentum : verùm exultationem erumpere in vocem summum prodigium : & dum in lætitia & exultatione additur musica, mirabilia Dei proponuntur universa ; quippequam psallere in utero genitricis Benedictum, haut ritè exponitur, ni recenseatur cumulus miraculorum. Magnum nè quòd gratia impellat corpus, ut gestu explicet, quod corde continet ; quia motibus loquitur, ubi voce loqui nullo modo permittitur : at inauditum, uti maximum, infantem præ gaudio promere vocem : unde David meditanter lætitiæ & exultationi etiam addidit infantis nobile carmen ; quoniam sine voce vocibus musica consona, universa Domini mirabilia.

*In una musica visa Dei mirabilia universa.*

28 De quodam puero infante, inter prodigiosa refert Ioannes Ravisius in *Offic.* lib. 7. cap. 53. quòd semestris proclamavit triumphum. Miraculum naturæ est, verùm non summum. Summum arbitror, quod refert Livius *lib.* 24. & recolit August. lib. 3. cap. 31. de *Civit. Dei.* scilicet, Infantem in utero. *Iò triumphe* clamasse, *Iò* plausus victoriæ est. Hinc. Ovid. lib. 4. *Trist.* Eleg. 2.

*Puer in utero Iò triumphe proclamavit*

Augusti.

Ovid. *Tempora Phœbea lauro cingentur, Ioque*
*Milet Iò magna voce triumphe canet:*
*Ipse sono, plausuque fimul, &c.*

Horatius lib. 4. Od. 2. v. 48.

*Tumque dum procedis, Iò triumphe*
*Non semel dicemus, Iò triumphe*
*Civitas omnis*

Horat.

Eadem Valerius Martial. *lib.* 5. *Epigr.* 26. lib. 7. 5. & lib. 8. 4. *Iò* dixit puer in matris utero, pro triumpho alieno. Benedictus, *Iò triumphe* de proprio : igitur cecinit adhuc in utero prodigiosa musice, victoriam partam à gratia de peccato originali. Tacuerunt pueri missi à Nabuchodonosor in ignem : nullam laudis depromebant vocem: sed ut vincula fracta, soluta sunt ora, explicantibus per vocem, quam à cœlo feliciter acceperant libertatem. *Quasi uno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deum.* Quod accidit pueris in ignis forna-

Dan. 3. 61.



ce, gratiam astruit Benedicti : iacebat ligatus, compedibus noxæ constrictus ; verùm illico ut ignis gratiæ combusit vincula culpæ, melos auditum in ore, canente insignem novam victoriam, quàm infans in utero acquisiverat per gratiam. Sacrificavit hostiam laudis per organa vobis, & nomen Domini oppidoquàm invocavit ; quia Dominus misericors vincula culpæ dirupit. Claret meritò novus psalmicen, dum in matris viscеribus intonuit carmen, soluto involucro cordis, & permanentibus infantis corporis vinculis. Macte puer summâ in puero felicitate. Euge vel à pupo eximie. Clares gratiâ, clarebis & nomine. Euge maximè: dicito *Iò triumphe* : igitur monstra superasti originis, & antequàm nosses, & nosceteris.

*Culpa pati vincula fragilia, audita mirifica.*

*Quæque ibis manibus circumplaudere tuorum,*
*Undique iactato flore tegente vias.*
*Inde petes aream, & delubra faventia votis;*
*Et dabitur merito laurea vota Iovi.*

Ovid.

## DIDASCALIA VI.

### *S. Benedictus ab ipso pueritiæ tempore ætatem transijt.*

1 CLamat Gregorius Magnus in *Præf.* ad vit. Benedicti lib. 2. *Dialog.* Non amplectitur communem regulam temporis vita singularis, nec in modio ætatis absconditur lucerna perfectionis. *Noli dicere puer sum* : præcipitur Ieremiæ vel in matris vulva. Non puer, qui præ teneritudine nequit formare verba? Ætas perfectionis non mensuratur ætate, sed virtute : & quem velut non perfectum continet mater, non est puer : quippe qui ætatem transit per virtutis perfectionem, vel infans habet perfectissimam ætatem. *Felix ingenium* ( inquit Seneca *Epist.* 95.) *salutaria in transitu rapuit. Quidam ex hominibus egregiam sortiti indolem, in ea quæ tradi solent, perveniunt sine magisterio. Unde ista tam rapacia virtutum ingenia, vel ex se fertilia? In bonum pronos citius eduxit ad summa.* Benedictio pro felicitate usurpata, vita est in *Littera Exposit.* num. 9. & Abraham plauditur his faustis, dicente Domino: *Benedicam tibi, eritque benedictus.* Felix, quia nacta perfectio : & iterùm felix ; quippe quod alij in exitu, nanciscеris in principio. *Eris Benedictus* Hebr. *Et esto benedictio.* Varietas lectionis apicem declarat felicitatis. *Eris*, futurum est tempus : *Esto*, præsens : & patet summa felici-

Gregor. Mag.

Ieremiæ 1. 7.

*Status perfectio quæ à principio*

Seneca

Gen. 12. 2.

*Summa; præsens, quæ futura.*

Ovid. *Incaluitq; Deo, quem clausum pectore habebat.*

24 Gratiæ supernaturalis insita claritas linguas infantium fecit disertas : igitur Benedictus & Soror præter naturæ cursum, hymnodias Creatori apprimè modulabantur. Peccatores in communi habitaculo frigore culpæ silent, cæterùm hi gemelli fervore gratiæ, cicadæ adinstar minimè silent, dum ardent. Ad instar cicadæ, propositò dixi : quippe iuxta Plinium *lib.* 11. cap. 26. carent ore, & linguam habet in pectore. Hæc cinæ musica mutaverùm si sit in corde, profectò à gratia.

*Non silet, dum ardet.*

Verbum Christi abundanter habitare in pectore discipulorum sagaci mirificæ charitate Doctor Gentium. Omnia per musicam instruenda quasi per indicem, hominem interiorem vocum suavitate demonstrantem. Verbi Christi habitatio : *Psalmis, hymnis, & canticis.* Abundantia habitationis : *In gratia canentes in cordibus vestris Deo.* Canere in corde, novum utique : sed proponit in exemplum singulare ; quippe non habet meritum, ni cordi conformetur ex ore canticum. Huiusmodi musicæ consonantium, ut cantica efforment in psallentibus delectabilem musicam, concinnat N. Patriarcha *Regul. Sanct.* cap. 19. dicens: *Sic flemus ad psallendum, ut mens nostra concordet voci nostræ.* Ecce meriti armoniæ, & suavioris acceptabilis musicæ consonantia : quoniam minimè placet musica vocis, sine musica pectoris.

Coloss. 3. 16.

S. Bened. *Musica dulcis voce, & pectoris.*

*Canentes in cordibus* : Apostolus ut originem exponit gratiam, describens hanc cinæ musicam. Vivide prorsùm, ubi Benedicti & Sororis auditur canticum : siquidem ni gratia inesset pectori, non esset carmen in ore. *Gratia canentes in cordibus* : idest, *Afflatu Spiritus Sancti* : subdit hic Chrysostomus. Quomodò quirent in ventre matris concinere, ni viverent Deo pleni ? In corde minimè invenitur vox, sed impulsus ad vocem : in ore & gutture vocum efformatur modulamen : & vox quæ invenitur in infantibus, est vox canentium in cordibus ; quippequàm à gratia impellebatur cordium, quod resonabat ore musicæ canticum. Musica in ore, uti naturalis delectat, cæterùm autes non innovat : musica pectoris, sine proportione vocis, deservit admirationi ; non auditui ; quippe plus significat, quàm dicit : & in corde parvulorum gratia musicam struit ; etenim iam verbum Christi in cordibus habitabat, dum lingua commota à corde laudes vel mutæ canebat.

Chrysost. *Divina gratia clauuit in Benedicti mirifica.*

25 Ulteriùs. Gratia non solùm verbis Christi habitabat in pueris indice musicæ, sed abundanter. Abundat gratia ; ubi foras prorumpit, quod intùs latet. In cordibus non est vox, licet sit laus : cantus sine voce non fit : & dum audiuntur voces in utero diversis modulaminibus, designatur & aptè cantus in cordibus ; siquidem abundantia gratiæ cordis, diffudit gratiam in labijs. Musica illo in articulo non valebat à natura habere principium, dum infantibus constituit pro conditione silentium : & ubi meritò vocantur infantes, vox quæ auditur, designat gratiã canentes ; etenim haud possent pupi erumpere in musicam, ni infantes haberent gratiam. Innuit Paulus : *Docentes* (ait) *psalmis, hymnis, & canticis.* Quid sine voce docturi infantes in utero genitricis? Abundantiam gratiæ, & miraculum insigne : quandoquidem quam gratiam vel in illo statu habebant ; psalmis, hymnis & canticis explicabant. Gratiam canunt, & etiam in cantione prodigium : etenim si tunc gratiam sanctificantem confertri, magna fuit gratia ; canticis demonstrari, universa mirabilia.

*Gratia vocis cordis diffusa in labijs.*

Ubi supr.

26 Isthæc Vates Regius intendit enarrare, plaudens Dominum corde. *Narrabo* (ait) *universa mirabilia tua.* Quodnam erit argumentum, in cumulo innumerabilium mirabilium ? Faxò subdit : *Lætabor, & exultabo in te, & psallam nomini tuo.* In carmine, in exultatione, & lætitia insunt universa miracula ? Utique : sed intendite, quàm singularis musica Benedicti. Tres hic numerantur species gaudij. Lætitia à dilatatione cordis : exultatio ab exterioribus signis : musica à quibusdam lætitiæ signis specialibus, vel affectibus. Ita D. Thom. 1. 2. quæst. 31. art. 3. ad 3. Lætitia cordis à gratia, exultatio à speciali gratia, musica à specialissima gratia. Gratia datur cordi, qui iure gaudet ; & percipitur abundanter concessa, dum cor lætificantum exultat: siquidem quasi non valens continere intra penetralia pectoris ; demonstrat cunctis, corporis exterioribus signis. Patuit in Ioanne ( de quo Venant. de *Part. Virg.* v. 54.

Psal. 9. 2.

Vers. 3. *Demonstravit musice, quod possidebat in pectore.*

D. Th.

*Infans personuit munere præco novus.*)

in ventre genitricis sanctificato : *Exultavit in gaudio infans in utero.* Gaudium ex gratia concessa: sed ibi specialis gratia; quoniam exultatio subsecuta fuit lætitiam, qua fruebatur per collatam gratiam. Ubi gratia communis, gaudium manet in corde purificato: & Ioannes infans præ gaudio etiam exultat in utero; quoniam specialis concessa in utero matris gratia, urgebat pectus in exteriora signa. Alibi de illo dicitur *Gaudio gaudet*: modò,

Venant. Luc. 1. 44.

*Gratia ejus singularis.*

Ioan 3. 29.



dò, *Exultavit in gaudio.* Ibi lætitia communis: in utero genitricis gratia omninò singularis: quæ quidem non appareret, ni in alvo genitricis exultaret ; designante saltibus corpore, quam gratiam Ioannes possidebat in pectore.

*Tres singularissimæ.*

27 Ultrà procedamus, ut resplendeat Benedictus. Gaudet in utero matris, exultat, sed exultat in modulatione musices. Primum, lætitia est : secundum exultatio ; tertium utriusque perfectio. Prima gratia ex qua lætitia, & in utero, miraculum. Abundantia gratiæ, ex qua exultatio, maius portentum : verùm exultationem erumpere in vocem summum prodigium : & dum in lætitia & exultatione additur musica, mirabilia Dei proponuntur universa ; quippequam psallere in utero genitricis Benedictum, haut ritè exponitur, ni recenseatur cumulus miraculorum. Magnum nè quòd gratia impellat corpus, ut gestu explicet, quod corde continet ; quia motibus loquitur, ubi voce loqui nullo modo permittitur : at inauditum, uti maximum, infantem præ gaudio promere vocem : unde David meditanter lætitiæ & exultationi etiam addidit infantis nobile carmen ; quoniam sine voce vocibus musica consona, universa Domini mirabilia.

*In una musica visa Dei mirabilia universa.*

28 De quodam puero infante, inter prodigiosa refert Ioannes Ravisius in *Offic.* lib. 7. cap. 53. quòd semestris proclamavit triumphum. Miraculum naturæ est, verùm non summum. Summum arbitror, quod refert Livius *lib.* 24. & recolit August. lib. 3. cap. 31. de *Civit. Dei.* scilicet, Infantem in utero. *Iò triumphe* clamasse, *Iò* plausus victoriæ est. Hinc. Ovid. lib. 4. *Trist.* Eleg. 2.

*Puer in utero Iò triumphe proclamavit*

Augusti.

Ovid. *Tempora Phœbea lauro cingentur, Ioque*
*Milet Iò magna voce triumphe canet:*
*Ipse sono, plausuque fimul, &c.*

Horatius lib. 4. Od. 2. v. 48.

*Tumque dum procedis, Iò triumphe*
*Non semel dicemus, Iò triumphe*
*Civitas omnis*

Horat.

Eadem Valerius Martial. *lib.* 5. *Epigr.* 26. lib. 7. 5. & lib. 8. 4. *Iò* dixit puer in matris utero, pro triumpho alieno. Benedictus, *Iò triumphe* de proprio : igitur cecinit adhuc in utero prodigiosa musice, victoriam partam à gratia de peccato originali. Tacuerunt pueri missi à Nabuchodonosor in ignem : nullam laudis depromebant vocem: sed ut vincula fracta, soluta sunt ora, explicantibus per vocem, quam à cœlo feliciter acceperant libertatem. *Quasi uno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deum.* Quod accidit pueris in ignis forna-

Dan. 3. 61.



ce, gratiam astruit Benedicti : iacebat ligatus, compedibus noxæ constrictus ; verùm illico ut ignis gratiæ combusit vincula culpæ, melos auditum in ore, canente insignem novam victoriam, quàm infans in utero acquisiverat per gratiam. Sacrificavit hostiam laudis per organa vobis, & nomen Domini oppidoquàm invocavit ; quia Dominus misericors vincula culpæ dirupit. Claret meritò novus psalmicen, dum in matris viscеribus intonuit carmen, soluto involucro cordis, & permanentibus infantis corporis vinculis. Macte puer summâ in puero felicitate. Euge vel à pupo eximie. Clares gratiâ, clarebis & nomine. Euge maximè: dicito *Iò triumphe* : igitur monstra superasti originis, & antequàm nosses, & nosceteris.

*Culpa pati vincula fragilia, audita mirifica.*

*Quæque ibis manibus circumplaudere tuorum,*
*Undique iactato flore tegente vias.*
*Inde petes aream, & delubra faventia votis;*
*Et dabitur merito laurea vota Iovi.*

Ovid.

## DIDASCALIA VI.

### *S. Benedictus ab ipso pueritiæ tempore ætatem transijt.*

1 CLamat Gregorius Magnus in *Præf.* ad vit. Benedicti lib. 2. *Dialog.* Non amplectitur communem regulam temporis vita singularis, nec in modio ætatis absconditur lucerna perfectionis. *Noli dicere puer sum* : præcipitur Ieremiæ vel in matris vulva. Non puer, qui præ teneritudine nequit formare verba? Ætas perfectionis non mensuratur ætate, sed virtute : & quem velut non perfectum continet mater, non est puer : quippe qui ætatem transit per virtutis perfectionem, vel infans habet perfectissimam ætatem. *Felix ingenium* ( inquit Seneca *Epist.* 95.) *salutaria in transitu rapuit. Quidam ex hominibus egregiam sortiti indolem, in ea quæ tradi solent, perveniunt sine magisterio. Unde ista tam rapacia virtutum ingenia, vel ex se fertilia? In bonum pronos citius eduxit ad summa.* Benedictio pro felicitate usurpata, vita est in *Littera Exposit.* num. 9. & Abraham plauditur his faustis, dicente Domino: *Benedicam tibi, eritque benedictus.* Felix, quia nacta perfectio : & iterùm felix ; quippe quod alij in exitu, nanciscеris in principio. *Eris Benedictus* Hebr. *Et esto benedictio.* Varietas lectionis apicem declarat felicitatis. *Eris*, futurum est tempus : *Esto*, præsens : & patet summa felici-

Gregor. Mag.

Ieremiæ 1. 7.

*Status perfectio quæ à principio*

Seneca

Gen. 12. 2.

*Summa; præsens, quæ futura.*

licitas, dum ludit ætas; quòd illi possessio sit, ubi aliorum collocatur spes: igitur cunctarum cumulus felicitatum, iam præsens bonum gratiæ, bonum futurum.

2 Minimè eiusmodi felicitas fugit, dum Benedictus almus in lucem prodijt. Ad rem Angelus Mantique cecinit in *Poëm.*

Mantiq

*Vix Benedictus erat Benedicti nomen adeptus.*

*Tempus & mensura.*

*Cùm, veniente Deo, bis Benedictus erat.*

Multipliciter felix, habens, vel in primo flore ætatis, perfectionem, quæ aliorum decursu temporis. Tempus & Mensuram in eadem ara collocarunt Prisci, ut ait Orozius *lib.* 2. *Embl.* 44. siquidem operationes egregiæ, sine mensura temporis, prudentiæ nonnumquàm suspiciosæ, & ad perfectionem deviæ; quia *minus prosperè*, quod *nimis properè*: inquit Bernardus Serm. de *Div. Benedict.* Festinandum, cum temporis pernici rota, cæterùm lentè cum sorore mensura; ne qui assumit pennas, amittat plantas. Prudens utique consilium gradatim in culmen proficiscentibus, sed non volantibus. In illis aptè tempus & mensura: in his nescit tarda molimina gratia. Qui gratiam accipit ultra temporis mensuram, mensuram refugit temporis; igitur ab ipso pueritiæ tempore transit ætatem, ut brevi acquirat volatibus perfectionem. Laus magna Benedicto esset, si iuxta temporis mensuram, operaretur paulatim in nominis gloriam: sed bis erat Benedictus, etiam dum pueritiæ in illo florebat tempus: etenim adeptus duplicem benedictionem & felicitatem; ubi ita properè, & prosperè virtutis acquisivit perfectionem: quandoquidem præsens erat illi vel in temporis initio, alijs futura perfectio. Tempus sine mensura: ultra mensuram gratia, quæ quidem transiens mirificè ætatem, perduxit puerum usque ad virtutis cacumen.

Orozz.

Bern.

*Ab ætate transfocola virtus*

3 Perfectionis apicem intenderat adolescens optimæ indolis, cùm Redemptori exposuit impulsus flagrantis cordis. Præcepta observari, quasi initium virtutis, ab Assertore præcipitur, sed *dicit illi adolescens: Omnia hæc custodivi à iuventute mea.* Implicatoria videtur responsio è circulis ætatis, ut adimpletio dati consilij crederetur posibilis. Prior est infantia, quàm pueritia, posteriorque iuventus adolescentia: ita Henric. Stephanus *lib.* 4. *Schediasm.* 22. Si ille adolescens, non ætate iuvenis: quomodò à iuventute legem observare poterat, si non venerat? Haud æstimabilia momenta virtutis iuxta, sed ultra mensura temporis: & qui adolescens tempore, iuvenis erat virtute; quippe ut adipiscereturperfectionem, morum volatu pertransivit ætatem. Supra ætatem virtus relucet magna, temporis proculcatâ mensurâ: ad amussim perfectionis creditur in virtute magnitudo: & claruit virtutis adolescentis perfectio; dum quod alij in iuventute, obtinuit feliciter in adolescentiæ flore.

Matth. 19. 20.

*Quam feliciter superat.*

4 Ad magna gignitur Baptistæ, & patri ab Angelo promittitur magnus. Ut vera constet nascituri magnitudo, *Erit magnus coram Domino.* Magnitudo Ioannis tot insignibus constat, ut nesciatur in quo maximè consistet præstantia. An quia sanctificatus in utero matris, adventum cognovit Redemptoris? Quia deserti loca à puero petijt, in specum se abdidit, secum vixit, & alia mira, queis perfectio constat magna? Nullo modo. Quia maior patre, vel a principio vitæ: cecinit Paulinus Consularis in *Carm.* de Baptist. v. 54.

Luc. 1. 15.

*Vitæ ætate.*

*Magnitudo virtutis ex victoria temporis.*

——*Puer qui primo protinùs ævo*
*Te maior: sacras invicto in pectore vires*
*Auctoris dono plus quàm genitoris habebit.*

Paulin.

Pater Baptistæ, dum illum habuit, erat ætate, atque virtute perfectâ: igitur lege observata, iustus ante Dominum signatur à Luca. Magnitudo virtutis præstabat in patre, quippe perfectus: nihilominùs tamen infans exponitur magnus; quoniam virtus senis respondebat ætati, & ætas pueri superabatur virtute.

Luc. 1. 14. *Parentis gaudiũ, vinci à virtute filiorum.* Ovid.

5 Præterea. *Te maior.* Perfectione, non ætate. *Te maior.* Maior senè? Utique. Quotidie à iustis aliquid acquiritur perfectionis, gradatim ascendentibus cacumen usque virtutis: & dum confertur perfectioni perfectio, infantis vix formati extollitur manitudo; siquidem virtus magna, & gratiæ gloria, quòd vix attingens ætatem, virtute vinceret senem. *Puer primo protinùs ævo, te maior.* Magnus, quia te maior, etiam puer. Magnus, quia non solùm tuam à puero perfectionem æquabit, sed sine mensura vincet: & ut magis rutilet magnitudo; vincet à puero, & ab ævo primo, quin præpediat tempus, quòd palàm protinus.

*Id quòd fuerat in infantia, quòd rutilat in senecta.*

*Virtus magna, quæ superiores superat.*

Commendatur iure Baptistæ perfectio, & ab ætatis exordio, quoniam incepit à summo. Summa in ætate summâ laudabilis est, sed non perfectior: & virtus Baptistæ virtute patris prænunciatur maior; quoniam in brevi circulo temporis, virtus summè laudabilis, habens maiorem ab infantia perfectionem, quàm pater habet perveniens in senectutem. A circunstantijs, maximè temporis, pendent momenta virtutis: & mi-

*Et sit maior in infante, quàm in sene.*



mirum profectò, quòd floreret in infante, virtus perfecta, quæ rutilabat in sene. Virtuti in cacumine montis semper præparatur thronus, siquidem petit ardua virtus: & cum perfectione senis collata perfectione virtutis, conceditur puero magnitudo perfectionis; quoniam meritò magnum, quòd ascendente sene, puer vel infans requiescere in cacumine. Minimè maior patre foret infans, ni gratia adderet conatibus alas: quandoquidem plusquàm senex tot annis, obtinuit puer in momento, & à principio temporis. Tempus plerumque compedes conijcit festinanti, verùm non magni, qui cedunt ætate tempori. Ultra tempus magna virtus: & puer Baptista uti magnus, ætatem transijt; ut adhuc infans in apicem perfectionis perveniret.

6 Aliquid discutiendum diligenter latet. *Magnus* patri promittitur, sed magnus censetur, quia *patre maior.* In commendationem geniti abundanter sufficeret, quòd parentem excederet: & plures essent, ut essent pluris, virtutes acquisitæ, quàm creditæ sanguine. Hinc dum filij Zachariæ designatur excellentia, patri virtute prolis vincendo, magna exponitur lætitia, *Gaudium tibi erit & exultatio:* quippe ut canit Poëta lib. 15. *Metam.* Fabul. ult.

*Et vinci gaudet ab illo.*
*Sic & Saturnus minor est Iove, Iuppiter arces*
*Temperat æthereas, & mundi regna triformis.*

Cæterùm proposito, perpende *Magnus* & *Maior.* Quomodò maior erit, quem Nuncius magnum supponit? Ut sit magnus sufficit, quòd præcedat cæteris; ut sit maior, quòd ancellat magnis. Maior magnus est, verùm magnus non est maior. Quo igitur pacto magnorum præcellentia necessaria, ut Ioanni inesset magnitudo perfecta? Cum patre erat comparatio, qui quidem senex iustus describitur coram Domino. Zacharias magnus perfectione erat, quia cæteros virtute, & ætate superabat; sed ætatem non superabat virtus: & filius, quia parente maior, dicitur magnus; quippequam minimè obtineret magnitudinem, ni superaret ab infantia superiorem. Iccircò non tantùm magnus, sed *magnus* dicitur *coram Domino.* Magnus coram hominibus, qui præstat cæteris: sed magnus coram Domino, qui maior magnis. Zacharias ante Dominum, iustus: filius prænunciatur magnus. Iustus viam carpit perfectionis à principio virtutis: magnus ab initio finis: & Ioannes adhuc infans magnus extollitur coram Domino, quoniam ætatem transiens cœpit à summo.

Luc. 1. 15.

Vers. 15

7 A pluribus DD. Benedictus adhuc puer confertur Baptistæ. D. Thom. *Quolib.* 5. quæst. 11. art. 1. ad 1. & *Opusc.* 17. *cap.* 13. Aimonius de *Gest. Franc.* lib. 2. cap. 22. Birgitta *Revelat.* lib. 3. cap. 20. Unde Stephanus III. in *Panegyr.* plaudit: *Ave veri Sponsi amice.* Puer proficit ætate, sed magis adolescit in perfectione: igitur habuit, ætatem transiens, magnitudinem virtutis ab infantia, quàm alij, ettò perfecti, necdum obtinuerunt in senecta. Magnus est coram Domino, quippe in flore ætatis, fructus coruscabant senectutis, diruptis vinculis temporis: siquidem eius proterens mensuram, & intuens collatam gratiam; ut rutilaret perfectionis excellentia, perfectionem senum adeptus est ab infantia: ab ipso pueritiæ tempore, quo flamma maior sepelitur ætate. *Filius unius anni erat Saul, cum regnare cœpisset.* Potiùs quàm ætatem, numerari arbitror perfectionem. Iam vir erat; & quod videtur elogium, patet virtuti propudium; igitur si pudet, virtutem superari per ætatem, & placet, ætatem subijcere per virturem; tædet, quòd vir esset infans unius anni in ætate virtutis; & plauditur, quòd infans Benedictus esset vir summæ virtutis in puerilitate ætatis. Priùs à Gregorio Magn. ubi supe. nominatur vir, quam puer. *Fuit vir vitæ venerabilis, ab ipso pueritiæ tempore cor gerens senile.* Aptè *Senile*, quia cùm esset iunior, nihil tamen puerile gessit in opere. Vir, & senex, cùm esset puer. Summa perfectionis obtinetur in his ætatibus: & vir & senex puer Benedictus plauditur à Doctoribus; ut constaret quòd pueri senis perfectio non haberet principium à principio, sed à summo.

*S. Benedictus pitia similis.*

1. Regũ 13. 1.

Gregor. Magn.

*Incepit à summa virtutis.*

D Thom.

8 Astipulatur D. Thom. *Opusc.* 13. cap. 7. & 2. 2. quæst. 189. art. 1. ad 2. ubi infit: *Quod summum & infimum tripliciter accipi possunt. Uno modo in eodem statu & in eodem homine: & sic manifestum est, quòd nemo repentè fit summus, quia unusquisque rectè vivens toto tempore vitæ suæ proficit, ut ad summum perveniat. Alio modo per comparationem ad diversos status: & sic non oportet ut quicumque vult ad superiorem statum pervenire à minori incipiat. Tertio modo quantum ad diversas personas: & sic manifestum est, quòd unus statim incipit non solum ab altiori statu, sed etiam ab altiori gradu sanctitatis, quàm sit summum ad quod alius pervenit per totam vitam suam. Unde Gregorius dicit in 2. Dialog. Omnes agnoscant à quanta Benedictus puer conversationis gratiâ & perfectione cœpisset.* Repentè igitur Benedictus fit summus,

*Et ab altiori gradu sanctitatis.*

mus, uti coram Domino magnus; non solùm incipit ab altiori statu perfectionis, sed etiam à gradu sublimiori sanctitatis: equidem habuit originem, ubi perfectus habet consummationem.

Idem. 9 Asserat quoque excellentiam D. Thomas ibid. quæst. 161. art. 6. & quæst. 62. art. 4. ad 4. Ibi enim inter duodecim gradus humilitatis assignat ultimum Timorem Dei: & S. Benedictus Pater Monachorum, Timorem Dei describit ut primum gradum. *Primus itaque humilitatis gradus est* (inquit cap. 7. *Regulæ Sancti.*) *si timorem Dei ante*

S. Ben. *oculos semper &c.* Quomodò igitur intelligendum summum esse imàmum, & primum postremum? Præceptor Angelicus qui quæstionem excitavit, ubi supr. respondit. Non est aliqua ejusmodi varietatis difficultas, *quantum ad diversas personas*: & quod ut summum proponitur à Doctore Angelico, ut exordium signatur à Benedicto; quoniam in illo primus gradus perfectionis est ultimus sanctitatis. Unusquisque rectè vivens proficit toto tempore vitæ, ut perveniat paulatim ad summum gratiæ: & dicitur perfectionis inchoatio, quæ constat etiam sanctitatis perfectio; quippe patuit in Benedicto minimum, quod aliis maximum. Singulari prærogativâ dignandus erat, quem ut miraculum mundi gratia Domini præparaverat: & sanè miraculum, quòd in puero esset perfectionis flos, gratia quæ in aliis electis erat maximum quod sic.

Illi perfectionis inchoatio, quod aliis summa perfectio.

Psalm. 18. 7. 10 De via Solis dicitur à Davide: *A summo cœlo egressio eius & occursus eius usque ad summum eius.* Sol Occidentis celebratur Benedictus: igitur quasi Sol refulgens, sic iste effulsit in templo Dei. Idem claret argumentum de cursu Solis, ac de Sole mirabiliore Occidentis. Egressio principium est: summum est finis, quippe cursus meta: & initio cursus pueri finis conceditur forma; quoniam habuit ab infantia perfectionis, summam perfectionem finis. Summum in rebum est, supra quod nihil cogitatur ultra, igitur in fine non est semita: & dum Benedicti Solis describitur in virtutem egressio, cursus incipit à summo; siquidem dum cogitavit egressum, ab initio transvolavit perfectionem aliorum.

Et abinfantia.

Gaeb. *A summo egressio*: idest, *ab ultimo Orientis puncto*: subdit Genebrardus hic. Implicant voces in periodo brevissimæ auctoritatis. Si orientis signatur punctum, erit primum, non extremum: & vocatur ultimum punctum orientis, quod primum in cursu Solis; quippe perfectio Benedicti habuit nativitatem, ubi aliorum perfectio consummationem. Non cursui communi conferenda singularis virtus: cum via Solis æquandus Solis rationalis egressus. Magna micat in Benedicto velocitas, cùm Sol, ut cursum peragat, assumat alas: & ab orientis ultimo puncto, in admirationem orbis, Benedicti figitur Solis egressio; quoniam insigne miraculum inter electorum numerum, quòd primum momentum perfectionis orientis, esset ultimum virtutis.

Cur plaudatur Occidentis Sol?

Idem. *Ab ultimo orientis puncto* (insit idem) *à maxima elevatione ideſt meridiei.* Magnum, quòd à summo egressio; magnum, quod esset in egressione exaltatio; & magnum etiam, quod exaltatio in ultimo orientis puncto: sed maximum, quod omninò singulare in cursu sanctissimi pueri: igitur si meridies signat elevationem Solis, & orieus cum fulgore principium lucis; cursum Benedictus consummavit, dum incepit: quandoquidem quam alij in meridie, habuit exaltationem in oriente. Dicit Va es Regius. *A summo usque ad summum.* Ultra summum non est quid: implicant summum & plus. Semitam ignorat avis, ubi occurrit finis. Qua ergo lege summum erit, dum summum restat? Quia virtus magna progreditur ultrà. Summum virtutis cogitatur iuxta gradus perfectionis: & in Benedicto summum invenitur ultra summum; quoniam aliorum virtutis maximum, illius virtutis principium.

In oriente habuit meridiē.

Ecclı. 18 6. 7.

Homo nō pro hominis cōditione, sed pro nobilitate.

Imperfectionis exaltatione.

Sap. 8. 1. Syr.

11 Sortitus est Benedictus cursus Sapientiæ, quæ res agnoscit per altissimas causas. *Attingit* (ait Salomon) *à fine usque ad finem, & disponit omnia.* Graphicè Syrus: *Extendit enim animam suam à finibus usque ad fines verè.* Quomodò verè, si non est finis in fine? Si ultra finem finis est, non est finis; sed principium à quo cursus: quo ergo pacto quod principium erit terminus? Si anima non graditur trito virtutum itinere, sed per fontitas Sapientiæ: unde anima Benedicti Patris in principio virtutis habuit perfectionem finis; quia ibi virtus eius fuit concepta, ubi aliorum perfectio consummata. Summum, quod finis, non accipiendum, ut dixit ubi supr. D. Thomas, in eodem statu & in eodem homine, quippe tunc in principio non est summum: sed per comparationem ad diversos status hominis, in quibus dantur principium & finis. Principium, à quo progreditur cursus: finis ultra quem nil amplius: & Benedictus moribus transiens ætatem, non à principio, sed à fine tangit finem; igitur principium eius ineluctæ virtutis, fuit aliorum consummatio perfectionis.

Et in principio finem.

In-



Bern. Innuit Doctor Mellifluus de *Grat. & liber arbitr.* ubi subdit in propositum, rationi grave argumentum. *A fine usque ad finem: hoc est, ab ortu creaturæ ad finem, in quem viget natura, vel accelerat gratia.* Si ab ortu, qua lege à fine? Si à fine, ubi consummata perfectio, quomodò finis erit in principio? Quia accelerabit in principio gratia usque in finem destinatum à natura. A natura virtutis designatur per ætatem: à gratia tempus mensuratur per virtutem: & patet Benedicti principium aliorum finis, ubi virtus perfectio; quoniam ætatem transiens, cœpit à summo. Magnus fuit ab ipso pueritiæ tempore, nescius impedimenta pueritiæ: siquidem nonnumquàm magnum, quòd principium virtutis à fine sit perfectionis aliorum.

Accelerante gratia.

12 Locum habet interpretationi testimonium difficile. *Cùm consummaverit homo, tunc incipiet* (ait Sirachus) *Quid est homo, aut quæ gratia illius?* Ut constet quid sit homo, à principio & à fine pendet cognitio. *Homo* hic non sumitur pro conditione hominis, sed pro nota nobilitatis. Hinc Psalm. 86. 5. *Homo & homo*: idest, homines insignes. Eccle. 12. 13. *Deum time & mandata eius observa: hoc est enim omnis homo*: & sic alia. Genuina patet expositio, dum hominis demonstratur perfectio: siquidem insignis, si incipit; ubi alius cursum perfectionis consummaverit. In ludo Promethæi (quo cursus accensis lampadibus) extincta flammâ currenti abnuevarut locus: sed cursum alter incipiebat lucidè, unde prior immotus fumo lucernæ. Vide Dionysium Lamb. in illud Lucretij lib. 2. de *Rer. natur.* v. 82.

Ludus Promethæi.

Lucret. *Et quasi cursores vitai lampada tradunt.*

De quo Nos alias & cum pipere. Pater ludus argumenti exemplum lucidum: quippe in hominis conditione semper magnum; quòd in cursu vitæ videretur accensa, ubi aliorum flamma fœdebatur extincta.

Benedictus singulariter in cursu virtutis.

13 Aliter cogitabo. *Quid est homo?* Alij: *Quis est homo?* Interrogatio huiusmodi nota admirationis est, & indicium novitatis. Consummatio hominis, maximè insignis, designat finem, quem qui incipit, attingere nequit, nisi per longam ætatem: & dum consummata describitur cursus ætatis perfectio, præ admiratione dicitur, *Quis est homo?* quoniam uti mirabile videtur ultra hominem, quòd virtus eius obtineat nativitatem, ubi aliorum habet finem. *Cùm consummaverit homo, tunc incipiet.* Quisnam ergo? *Quis est homo?* Benedictus, qui incipit virtutis cursus; in virtute consummatus: qui magnus fuit, vel à pueritiæ tempore: quandoquidem pectoris flamma est accensa, ubi pro fectio non ultra.

Illius flamma virtutis accensa, ubi alio rum extincta.

14 Perpende sequentia: *Quis est homo, aut quæ gratia illius?* Aptè interrogatur de gratia, cùm tanta in puero rutilent mirabilia. Perfectionis eximia exponitur in consummatione magnitudo: & adhuc cum gratia præ novitate inquiritur, Quis sit homo: etenim omninò novum in homine, etiam virtutis cupido, quòd tanta esset vel à pueritia fluminis gratiæ inundatio; ut homines consummatos in virtute, superaret in otiente. Gratia facit alios gratos, & eorum in culmina perfectionis dirigit gressus: in Benedicto non direxit gressus; sed volatus: quandoquidem ut citò & protinùs perfectionis cacumen ascenderet, fecit pennata, quòd puer ætatem transiret. Canit in *Poem. Bened.* Paulus Diaconus:

Fulsit in oriente perfectio.

*O puerile decus transcendens moribus annos!*
*Exuperansque senes, ò puerile decus!*

15 Priscis videbatur sine temporis proportione, nihil in homine insigne, quasi egregia essent sub virtute temporis, & minime sub potestate virtutis. Unde fictum, pueros gratiâ Numinis repentè virtute viros. Canit Ovidius lib. 9. *Metam.* Fab. 10.

Ætas à virtute victa.

——— *Petet ::: supplex*
*Ab Iove Callirhoë natis infantibus annos*
*Addat.*
*Iupiter his motus privignæ dona, nurusque*
*Præcipiet, facietque viros impubibus annis.*

Ovid.

Cedant fabulæ miraculo gratiæ; quæ quidem prodigiosa in pueritia Benedicti: igitur præcurrentes velociter annis, æquavit meritis, & in principio cursus; ut effulgueret vel in limine gloriosus: siquidem qui puer ætate, vir erat iam perfectione. Exultavit ut gigas ad currendam viam, elatus in superiora per Numinis gratiam; etenim puer gigas præfabat in culmine perfectionis, & vir impubibus annis. Adinstar Ioannis cursus, in virtutem Benedictus dirigit gressus. Iunior erat, Petrus senex: ille in tramite ætatis: hic in limite virtutis: & patet perfectionis magnitudo, quia cùm *currerent duo simul*; iunior *præcucurrit citius* sene *Petro.*

Benedictus vir perfectionis, puer ætate.

Ioan. 20. 4.

16 Nota in auctoritate acumen, dum videtur primo luminum iactu ostendere implicationem. *Currebant duo simul, & ille alius discipulus præcucurrit citius Petro.* Currere & præcurrere contrarietatem sonat: præcursus currentis antelationem signat: quomodò simul currere poterant, si unus præcesserit; vel præcucurrit citiùs ille alius, dum simul cursus? Ut clareret stemma nobi-

Ubi sup.

*Mirifica in pectore iuvenis perfectio senis.*

bile perfectionis virtutis puerilibus annis. Per Petrum signatur & ætas & virtus in limite: per Ioannem utraque in tramite. Per hunc in perfectionem cursus: per illum autem perfectionis terminus: & cùm duo simul cursum in consummationem peragerent, astruitur ante seniorem currere iuvenem; in demonstrationem gratiæ, & magnitudinem pectoris icti charitatis vulnere: siquidem dumtaxàt amor, dum utrumque stimulabat, efficere quibat, non solùm iuvenem æquare virtute senem, sed præcurrere iuniorem. Currebant simul, quia utrinsque in idem intentum: sed præcucurrit alius, ut amplioris amoris pateret cursus: igitur invenis culmen nactus est auxilio gratiæ, ad quod alius pervenerat senectute. Currebant simul, ut esset in ætate iunioris perfectio senis: sed alius præcucurrit, ut nitor gratiæ luceret: equidem non esset maior, ni in perfectionem perveniisset prior. Currebant simul: sed iuvenem tæduit cursus, quem gratia invitabat in volatus. Cor gratia in maiora impellit: & cursum senis, qui correbat, præcucurrit: ut qui vincebat ætate, victus esset perfectione. Currebant simul. Mirùm, quòd flos ætatis curreret simul in itinere senis: sed magis mirùm, ut quòd ætas concesserit, ætate vinceret. Ætate? Utique. Præcedentia, non simultatem cursus solicitabat, in quam gratia pectus iunioris urgebat: & seniorem antecelluit, cùm simul curreret; quippe nequibat citiùs pervenire in ætatis perfectionem, ni perfectione superaret ætatem.

*Quid si victrix?*

17 Speculum perfectionis Benedicti constat, ubi virtus Ioannis elata præstat. Cedrus insignis est. *Frugifera non floret*; ait Plinius de Cedro, *lib. 13. cap. 5.* Etiam florem ætatis negavit florem, cùm pro floribus ferret fructum mirabilem. Generosioris arboris planta statim cum fructu est: inficiatur fructum vel nitidior flos: & vicit Benedictus moribus decreta ætatis, ne fructum impedirent in puero momenta floris. *Ficus enim non florebit.* Quod videtur sterilitas: est fruticis æstimabilior præciositas; siquidem gaudet duplici fructu, quolibet anno: unum habet cum reliquis arboribus pro tempore & alium profert pro flore. *Ficus non florent*: subdit Plinius lib. 16. cap. 25. *Sic & hominum multis fortuna sine flore est.* Prudens utique sententia, si ubi dicit *Fortuna*, diceret *Gratia*: equidem in Benedicto, adhuc puero gratia effecit, ut florem ætatis sine flore transiret; igitur fructum acquisivit perfectionis, in flore venusto temporis, quo alij atque alij fructum fecerunt nativitatis.

*Plin. Cedrus frugifera non floret.*

*Habac. 3. 17.*

*Plin.*

*Ita virtus fert Benedicti.*

18 Pro summa novitate objicit occupatis mentis Dominus per Ieremiam: *Prægnans, & pariens simul*: igitur si semen pectoris virtus, quod lente in fructum maturat tempus: novum sanè etiam in fœcunda virtute, perfectionem esse sine temporis opportuni perfectione: quandoquidem excellit fructus virtutis perfectus, adhuc in ipsa formatione fructus. Non mirùm, quòd anima fœta conceptum in lucem proferat; sed quòd proferat simul, quod simul esse non potest. Primum est fœcundari, post eniti: unde in virtutis portentum, dicitur anima *prægnans & pariens simul*: prægnans, respecta ætatis: pariens respectu perfectionis in penetratione temporis: prægnans & pariens anima, non est novitas: simul utrumque, sine dubio felicitas: etenim opus erat, ut transiret ætatem, ut in formatione fructus obtineret formationem. *Prægnans & pariens simul.* Minimè singulare, quòd conciperet, sed tantùm mirabile, quòd pareret, ut concepit. *Immatura perfectio germinabit*: vaticinatur Isaias de statu felicissimo gratiæ, & exemplum exhibet precox fructus Benedicti. Virtus eius in pueritia est perfectio, & immatura: perfectio, quia fructus uber, opimus: immatura, quia extra tempus: perfectio quoniam fructificavit: immatura, quia dum floruit: igitur in flore ætatis uti cedrus fructifera sine flore transivit ætatem, ut citra maturum tempus virtutis acquireret perfectionem. Alij ut arbores speciosæ *germinant germinantes*; alij ut speciosiores fructificant florescentes. *Florete flores*, dicitur iustis viam incipientibus virtutis, in vere ætatis. Splendor virtutis in illis tempus expectat, sed Benedictus proculcat, & in altiora transvolat: quippe dum flos in pueritia splendet, minimè floret, habens in vere ætatis fructus florentes.

*Ier. 31. 8.*

*Fructus pro floribus præstitit.*

*Isai. 18. 5.*

*Isai. 35. 1. Eccl. 39. 19. Tempus ad fructus non expectavit.*

19 Hic virgæ in similitudinem Aaronicæ, impatiens urgentis gratiæ, dum præmebat tempus, erupit una in frondes, in flores, & fructus. *Vides ramos* (ait Bernardus Serm. de *S. Benedicto*, num. 6.) *foliis virentes vernantes floribus, onustos fructu.* Cuncta Benedicti mira, uti amori impatienti, simul omnia: igitur simul in illo frondes infantiæ, flores pueritiæ, & fructus senectutis in viriditate perfectionis. *Fructum quidem multum tulit, sed in tempore suo* (inquit Bernardus de eodem) *neque enim credebat tempus esse fructificandi.* Illustris pro gratia Benedicti auctoritas: sed proclivis difficultas. Si tempus non erat fructificandi, quo pacto suo tulit fructum in tempore? Quia maturus fructus? quia in puero magnus? quia irregularis? quia omninò sublimis? Nihil, & omnia:

*Bernard.*

*Tempus ad vitæ perfectionem extra tempus.*



omnia: mira in illo operabatur gratia. Verùm quæ? Tempus non suum vocat suum: etenim non tempus fructificandi, erat tempus Benedicti. *Nondum venit hora mea*: respondetur petitioni cuiusdam miraculi. Miraculum fit, & hora non est? Excellentia favoris oritura non tantùm ex patratione miraculi, sed ex tempore: equidem ut fieret specialissimè gratia; quoniam non venerat, iam venerat hora. Perpende. *Non venit hora*: & dicit *Mea*. Quid hoc? Tempus non proprium, est proprium benefactori insigni, gratijs hominum incessanter studenti: & Assertor dicit Matri, non solùm *Hora*, sed *Mea*: igitur hora erit proprie ad miraculum mea, dum non est hora. Perfulsit favoris lux, quoniam favor ultra spem.

*Ioan. 2. 4.*

*Quàm in geniosus amor Christi in gratiarum largitione?*

*Isai. 49. 20.*

20 *Filij sterilitatis meæ* dicebat exultans Ierusalem. Sterilitas ignorat fœcunditatem & filij matrem sterilem: qua ergo lege laborabit sterilitate, fœcunda innumerabili prole? Facilis sensus literalis, dum Ierusalem vidit filios in catenis. Sine filijs septuaginta annis permansit, quasi numquam peperisset: & aptè dicuntur filij, & ex sterilitate; quia posthiminiò cognovit, quos desperabat videre. Allegoricè clarior sensus, quem Benedicti interpretabitur virtus. Filij dicuntur operationes hominum, quæ à corde tamquàm à genitore procedunt. Sterilitas est tempus infantiæ vel pueritiæ, in quibus non tam intenditur in operari, quàm in esse; quod quidem sterile est, quia ferre fructum non valet, ubi videtur nec flos. Filij, qui fructus, attinent ad operationem; sterilitas autem spectat brevis temporis ætatem: & fructus Benedictinæ virtutis dicuntur meritò filij sterilitatis; quippequam Benedictus in sterilitate pueritiæ, obtinuit fructus destinatos perfectioni. Spes concipitur fructus, ferendi ætate matura, dum viget viridis virga: quicumque illo in articulo fructus, non absre designabitur sterilitatis fœtus: unde summa in Benedicto virtutis dicitur meditanter fœtus sterilitatis; quoniam in pueritia, ubi non micabat flos, tulit fructus perfectionis, & magnos, & ultra spem.

*In flore ætatis Benedictus fructus tulit ultra spem.*

21 Ipse Benedictus indicavit, ubi fructus vel ipse non cognovit. *Multum tulit in tempore suo: neque credebat, tempus esse fructificandi*: dicebat Bernardus. Fructificandi utique erat, & non tempus. Non erat tempus, quoniam tempus pueritiæ: tempus erat fœcunditate singularis gratiæ. Fructum tulit sibi conscius: & rutilavit in pueritia magnus; equidem quem fructum mirè portabat, idem ipse non credebat.

*Bernard.*

Quis putas puer iste erit? *De fructu eius sunt sanctitas eius, iustitia eius, pietas eius. Sanctitatem miracula probant, doctrina pietatem, vita iustitiam.* Hæc Bernardus ubi suprà: quæ quidem videbimus seqq. Didascalijs. Quis putas puer ille erit? Quis cuius perfectio incepit à summo? Quis cuius (canit de Baptista ubi supr. Paulinus Consularis v. 221.)

*Iam mens plena Deo tardos prævenerat annos?*

*Bernard.*

*Paulin.*

## DIDASCALIA VII.

### *S. Benedictus mundum cum flore despexit.*

*Gregor. Mag.*

1 INsit ubi iam Gregorius Magnus. Pater hominum à paradiso exulavit invitè: Pater Monachorum recessit sponte, ut astrueret è corde mundi despectum, dum voluntarium eligebatur exilium. Nulla spes redeundi, nisi post longa tempora adhæsit Adamo: secùs verò penè infanti Benedicto: & mundum utrò procucavit floriscentem, quoniam fugit floribus ad coronam invitantem. Floribus olim ornabantur sepulchra: unde illud.

*Floribus olim ornabantur sepulchra.*

*Cineres quoque flore tegantur.* *Faust.*

Vide, si lubet, Prudentium in *Cathemer.* Hymn. 7. & Virgilium *Æneid.* lib. 6. v. 883. qui v. 708. etiam de fato functis canit:

*Floribus insidunt variis, & candida circum Lilia funduntur, strepit omnis murmure campus.* *Virgil.*

Patet igitur extincta Benedicto vita mundi, si relinquit in flore. Mundus sæpe despicitur, & sæpe flos retinetur. Retinetur, dum non recedit animus, unde profugit corpus: & Benedictus mundum cum flore despicit, ubi in mundo mundum fugit; quoniam recessit mente, unde recesserat corpore.

*Quid flos in mundi despectu?*

2 Ut Benediceretur, vocavit Deus Abraham. *Benedicam tibi* (ait) *eris que benedictus.* Cur igitur duplex felicitas exponitur? Quia bis vocatur. Perpende. *Egredere* (dicitur) *de terra tua.* Quid? Iam enim egressus fuerat. *Tulit Thare Abram filium suum, & Lot, &c. & eduxit eos de Ur Chaldæorum, ut irent in terram Chanaan: venerunt que usque ad Haran, & habitaverunt ibi*: astruitur cap. anteced. v. 31. Quomodò igitur inde egredi iubetur, si non erat ibi? Aptè. Ibi remanserat, unde discesserat: & iteratur edictum, etiam post exitum; ut egrederetur mente, unde egressus fuerat corpore.

*Gen. 12. 2. Vers. 2.*

Minimè florem cum mundo despexit, dum terram propriam reliquit; igitur florebat in ariditate pectoris, mundus qui evanuit ab oculis. *Egredere* iam egressus, ut sis verè Benedictus: qui quidem inter mundi florida amœna gaudia, ut semel & simul relinqueret omnia; adhuc in paradiso vernantis pueritiæ, despexit mundum cum florum hilaritate. Succinit Paulus Diaconus in *Poem.* de S. Benedicto:

*Ad Dei servitium, ante quod relinquitur, relinquendum.*

*Flos paradisi tuus despexit florida mundi.*

Paul. Diacon *Virtus habitu peregrino.*

3 Virtutem Ethnici *peregrino habitu induerunt* (ait Vinc. Chartarius de *imag. Deor.* in *Minerva*) *ut quæ apud nos diversorio non invento, in alias regiones migret.* Quapropter cùm natura rationalis tuaptè vehatur in splendorem virtutis, ut minimè lateret satagentes habitus, & custoditet peregrinam pectus; adumbrata fuit floridè laminis æreis subtili cælro, & scripta marmoribus nobili scalpro. Virtutis comes Fortuna, & etiam Fama, quasi virtutis vita, quarum symbolis Ægypti plena templa: igitur haudquaquam viterent ad æmulationem exempla virtutis, si facinora iacerent sepulta in terra oblivionis. Ne inter Hebræos periret memoria habitationis solitudinum, institutum est festum Tabernaculorum: Græcè *Scenopegia*, quippe subdio, vel extra domos figebantur tabernacula. *Ut discant posteri vestri, quòd in tabernaculis* (alij *in Tugurijs*) *habitare fecerim filios Israel, cum educerem eos de terra Ægypti.* Ita Levit. 23. 43. Hinc ad memoriam thyrsus rutilabat compactus ex palma, citro, myrto, & salice. *Sumetisque vobis* (dicitur) *die primo fructus arboris pulcherrimæ, spatulasque palmarum, & ramos ligni densarum frondium, & salices de torrente.* Palma nota quidem. Arbor pulcherrima Citrus indicatur, de qua Lorinus hic, Alapid. Ribera de *Templ.* lib. 5. cap. 13. Abulens. quæst. 24. Alcazar 2. tom. in *Apoc.* in Append. post Cantic. tract. de *Malis-medicis*, & Ioann. Baptista Ferrarius in *Hesperid.* tot. lib. 2. Lignum densarum frondium, Myrtum signat, præter præfatos, liber 2. *Esdr.* cap. 8. 15. atque Salicem, quæ ibid. vocatur *lignum nemorosum.*

*Festum Tabernaculorum.*

Levit. 23. 40.

*Solemnitas.*

4 Primo igitur luminum iactu videtur dumtaxat fasciculus frondium, & latebat mysticè reticulum virtutum illustrium: equidem palma victoriam, citrus sapientiam, myrtus vivam mortem, atque salix perpetuam desiderabat castitatem. Ita Hieronymus in cap. 14. *Zachar.* 16. Lorin. in *Levit.* 23. & Pierius *Hieroglyph. Ægypt.* lib. 50. cap. 1. & 24. lib. 52. cap. 23. 24. & in *Append. ad Hieragl.* lib. 2. cap. 34. & seqq. Huiusmodi ritus, verùm depravare imitati sunt Ethnici in superstitiosa Numinum religione. Hinc Papin. Statius lib. 8. *Thebaid.* v. 800.

Stat.

*——— Geminas ergo illicèt aras*
*Arboribus vivis, & adulto cespite texi*
*Imperat, innumerosque Dea sua munera flores,*
*Et tumulos frugum, & quicquid nova integer annus*
*Addidit*

Quid fig. in *flore.*

Etit igitur haud dissimilis plausus, pro tempore quo deserta lustravit, & illustravit N. Patriarcha Benedictus. Palma, citrus, myrtus, salix; victoria, sapientia, mors viva, & invicta castimonia in testo Sinagogæ rutilant quasi in umbra: veritas micabit splendore virtutum; siquidem vox exultationis, & lætitiæ in tabernaculis iustorum. Transibimus enim hinc seqq. Didasc. detecto primo fulgore virtutis, in locum tabernaculi admirabilis, & usque ad domum Dei; patefacta cœli gloria degenti in hac miserabili vita.

*Symbolæ virtutum Benedicti.*

5 Palma igitur prima est arbor thyrsum Hebræorum ornans in Tabernaculorum festivitate, quæ quidem signum victoriæ. *Apoc.* 7. 9. & Pier. Valer. *lib.* 50. *cap.* 7. In eiusmodi intentum dicitur aptè non *folia*, sed *spatulas palmarum*; quia folia habet palma in similitudinem gladiorum: siquidem ni resecentur effræni pectoris appetitus, marcescet, vel evanescet triumphi pulcherrima laurus. *Spatulas palmarum*, quia *quasi victores terrena calcamus*: ait Hieronymus ubi supr. Iccircò decrescente Luna, symbolo temporalium, incipiebat solemnitas Tabernaculorum: quippe numquàm obtinetur palma, ni proculcentur transituta terrena. Victor itaque plauditur Benedictus, vel agens pueriles annos. Mundum floribus tridentem proculcavit, spe arridentem in flore ætatis despexit: & dum sprevit pompam, obtinuit palmam. Mundum sprevit, imò reliquit: quo pacto si erat in mundo? Quia non erat. Brevi demonstravit Gregorius in *Præfat.* vit. Benedict. *Dum in hac terra adhuc esset; quo temporaliter liberè uti potuisset, despexit iam quasi aridum mundum cum flore.* Perpende: *Dum in hac terra adhuc esset.* Quid? Post non erat in terra? Non. Mundum cum flore iudicavit aridum. Aridum cum flore? Utique. Haud arbitreris Benedicti cognitionem defectuosam, sed mundi definitionem adæquatam. Flos mundi est eius gloria: ariditas mundi eius essentia. Versatilis, fallax, fed amœna oculis scena mundi (vulgò *Tramoya.*) constat ex ariditate & flore: ideo ut alliceret, ostendit Dia-

Levit. 23. 40.

*Vnde Benedicto victoria ex mundo.*

Hieron. Vers. 34

Gregor. Mago.

*Vivitur extrà, si eius gloria concipitur falsa.*



Matth. c. 8. *Non erat ubi erat.*

bolus & mundum & gloriam: igitur sine specie, aut larva bractcata gloriæ, nihil est mundi. Modò ad rem. Est in mundo, qui intendit in gloriam mundi: non est in mundo, qui negat mundo vel speciem gloriæ: & Benedictus dum in hac terra adhuc esset, fuit extra mundum; quia mundum floridum iudicavit aridum.

Ioann. 8. 23.

6 Ut ad meliora revocarentur Pharisæorum corda saxea; ita illos alloquitur Redemptor N. *Vos de mundo estis, ego non sum de hoc mundo.* Præter excellentiam originis, & expressionem Deitatis, intendit Dominus demonstrare differentias affectuum cordis. Unde illud: *Ego non sum de hoc mundo*, idem est, ac *Non sum in hoc mundo*: sicut dixit discipulis Ioann. 15. 19. *De mundo non estis.* Quod quidem astruit Augustinus Tract. 38. in *Ioann.* ubi infit: *Si autem te delectat mundus, habitet in te qui mundat, & eris mundus: si autem foeris mundus, non manebis in mundo.* Ergo occurrenti quæstioni, in testimonio latenti. Quisquis est homo, est in hoc mundo, quippe est de mundo. Si Christus & Pharisæi degunt in mundo; quomodò hi sunt, unde sunt; & Salvator, extra manet, ubi est? Idem est locus. Sanè: verùm non idem affectus. Haud pendet mansio à loci circumscriptione, sed ab amore in visceribus latente. Christus mundum introspexit aridum, dum se oculis ostentabat floridum: Pharisæis depravato affectu cordis blandiebantur flores ariditatis. Christus despexit mundi apparentem in blandimina pompam. Pharisæi volitantem, fallacem adamabant apparientiam. Est in mundo, cui mundus placet: extra mundum est, cui displicet: & Christus Dominus non est in mundo ubi est; quia mundo & floribus eius nec curiosè adhæsit cor.

Augusti.

*Homo, mundo despecto, non est in mundo.*

Ulteriùs. Pharisæi intendebant in gloriam mundi, Christus mundi minimè videbat gloriam, vel quia in illo nulla, vel quia æstimatione vacua. Est in mundo, qui habet cor, ubi figitur pes: extra mundum, qui collocat affectus cordis, ubi cor calcat, & minimè pedes. Est in mundo, qui in inanibus concipit veram gloriam: est extra mundum, qui gloriam, quam videt & non videt, concipit falsam: gloriam nempè adinstar floris, oculos amœnantis, nihil pulchritudinis habentis præter colores. Qui his floribus delectatur, est in mùdo vacuo gloriâ: qui vacuum arbitratur, est intra mundum, & extra. Unde Christus Dominus cùm esset in mundo, erat extra sphæram mundi; quoniam cor cœlestia cogitans, mundum despexit cum flore.

7 Quis, estò Benedictus vitam ageret cœlestem, non arbitraretur in mundo habere mansionem? *Extra mundum fuit*: ait Gregor. Magnus lib. 2. *Dialog.* cap. 35. Extra mundum! Ubi erat? Ubi mentem collocarat. Ibi ubi: & arte mirifica, cùm esset in mundo, & extra. De mundo erat, igitur homo: & mirum in Benedicto, quòd ibi non esset, cùm esset de mundo: illi igitur mundi florentis evanuit flos; quo arescente, in mundo extra mundum fuit. *Extra mundum.* Despexit quasi aridum, qui oculis pueri ut caperet, se ostendebat speciosum. Mundus constitui: quem habet, exulem, si videt à corde expulsam æstimationem: & Benedictus mundum floridum despiciens, vivebat in mundo & extra; quoniam quem prospiciebat, introspexit sine gloria. Aliter pronam. Est extra mundum, qui mundum aspicit, quasi esset extra. Dialecto vernacula vigilantius: *Está fuera del mundo, quien mira al mundo como de parte de fuera.* Mundum extrà oculus aspicit, si fugientem mundus fugit. Unde Benedictus in mundo, erat extra ambitum mundi, quoniam mundum, in quo erat, aspiciebat à longè.

Gregor. Magn.

*Benedictus in mundo extra mundum fuit.*

8 Astruit Propheta Evangelicus de Iusto. *Oculi eius cernent terram de longè.* Videtur itaque omninò difficile. Si mundus terra est, & habitat in superficie terræ, qua lege oculi eius cernent terram à longe? Non supra terram vivit, sed in terra: quomodò si apud illum, terra procul? Quia procul à corde, quam crebrò proterit pede. Oculi terram proximam cernunt à longe, dum oculi tantum cernunt: siquidem quæ cor despicit, non videt; & quæ non videt, dum cernit, cernit de longè. Tollt oculos cor trahitur in amplexum spectorum, ante cogitationem, ut alliciant, volitantium: & longe patent phantasmata gloriæ picturatæ à pectore, dum proximam cernunt etiam oculi de longè. Si longè mundi gloria; nihilne novum, quòd non videretur iuxta: affectus cordis elongant, vel trahunt obiecta: & ut pateret, quàm despectus mundi fastus; à longè videt oculus, quem elongavit affectus. In terra, & longe a terra. Procul proxima tellus. Quomodò eminùs, dum lamina eminùs? Ostendit, ut victoria potiretur, Benedictus. Iuxtà, quoad mentis lucem; procul, quoad æstimationem. Vivitur in mundo, qui quidem terra, nihil non penditur, uti terra, mundi gloria. In mundo non est habitanti locus, nisi gloriæ sit contemptus: cùm ergo propior eius vanitati, sit in mundo, & extra cui displicet eiusdem lenocinatio; extra mundum & intra, dum vixit, habitavit Patriarcha. Intra, quoniam

Isai. 33. 17.

*Gloria mundi evanescit despicientis.*

*Benedictus in terra, longè à terra.*

erat in mundo, & non in cœlo. Extra, quia cùm proximus esset gloriæ floridæ mundi; quoad æstimationem, eius oculi terram viderunt à longè. *Habitavit secum*: infit Gregorius ubi supr. *cap.* 3. Ubi erat? in mundo. Et secum habitat? sanè: non erat in mundo; igitur est extra mundum, qui habitat secum. Secum habitavit, quia mundum in quo habitabat, despexit. Habitationi debebatur locus, qui quidem non erat mundus; quoniam deficit mundus, si proculcatus.

Gregor.

9 Secuti sunt Salvatorem Apostoli, relictis omnibus, sperantes missi mundi mercedem in cœlestibus: verùm cùm præmium urgeat in ardua virtutis, & allevet mœstitudinem pectoris, dixit Assertori Cephas: *Quid ergo erit nobis?* Haud protrahit gestis præmia, qui fecit, ut florerent meritoria: unde illicet omnibus respondetur: *Vos qui secuti estis me, in regeneratione vt sedebitis*, &c. *In regeneratione*: idest, *in iudicio universali*: subdit Hieronym. hic. Eadem & aliter dum despicitur mundus, refert Marcus. Eadem, quippe præmium defiguratur virtuti: aliter, quia quod in iudicio generali futurum est, dicit, *Nunc in tempore hoc*. Sententia planè distincta, sed mysteriosa. In hoc tempore, & in iudicio universali? Num iudicij sunt indicia, huius temporis momenta? Nunc in tempore hoc, quo mundus ne sit, stat? Nunc in hoc tempore, & dum floret patet ruinæ: quæ quidem in forma eius, necessaria; si despicitur forma. Spreverunt discipuli; gloriam mundi videntes à longe, vel non videntes, testimonio inclytæ renunciationis. Tunc iudicium erit mundi, quia peribit eius gloria incendij voracitate: nunc, quia inflammatur fastidiorum igne. Tunc, quoniam pompa consumpta: nunc, quia despecta: unde in mundo modò claret, quod de mundo posteà fiet; quoniam quibus mundus perit, nunc in hoc tempore, est tempus iudicij mundi. Hispanicè brevius: *Del mundo se biue juicio por acabado, pues para quien le abandona, no ay mas mundo.*

Matth. 19. 28.

Hieró.

Marc. 10 30.

*Mundus fugit at despectui favilla.*

10 Hinc in mundo secum habitat Benedictus, quoniam illi non est mundus. Perit mundus per defitionem sui, & displicentiam cordis. Defitione, eius expirante machinâ: displicentiâ, dum cogitatur gloria, vana & caduca: & cùm Benedicto nullus mundi inhæreret affectus, vel in hoc tempore, cùm staret, non erat mundus. Ut mundi explicetur finis, designatur finis temporis. *Tempus non erit amplius*. Ecce mundus. Tempus est quasi infusa mundo vita; igitur in tempore, & ad tempus lucet concessa gloriæ apparientia. Cum tempore mundus vivit, sine tempore occidit. Unde in Benedicto magnum, quòd tempore florentem, mortuum respexerit mundum: igitur de eius pompa, imò fallacia, ab illo iam actum est, & nunc in tempore hoc. Potior igne patet abstractionis virtus; quandoquidem perseverat transiens tempus, & non mundus. Cùm mundus periret, iudicium mundi sequetur, quasi oratio funebris in exequijs post conflagrationem orbis: & in tempore Benedicti erat tempus, & iudicium mundi; quoniam in illo tempore fecit iudicium de universi vanitate. Suppetit causa. Arripuit à mundo essentiam, dum cognovit vanitatem eius formam. Mundus perit, dum cordi displicet: & cogitavit, tunc tempus esse iudicij contra vanitatum luxus, patiens à Benedicto urentes flammas despectus.

Apoc. 10. 6.

*Benedict. ita perijt mundus ante ipsum.*

11 Astipulatur veritati Redemptoris auctoritas: *Nunc iudicium est mundi*, dixit Iudæis, audientibus Ethnicis secuturis sententiam Præceptoris. *Nunc*? Iudicium mundi, post mundi excidium, & vanitatis exitum: qua ergo causa tunc iudicium? Quod venturum, necdum venit: quomodò factum, quod fiet? Si adhuc perseverat fabrica vanitatis, quo pacto etiam tunc redacta in cineres? Mundus utique non Phœnix: si stat modò, quomodò evanuerat mundus? Propter pectorum despectus. Mundus erat, cæterùm Christo periverat. Iudicium erit, cùm luce funesta cinerum, ostendat columina vanitatum: cùm in feram respiscentiam cordis, speciem amantis, demonstret languidos superbiæ flores; ut legar in flammis, & globis ignis, quod non intellexerat in amaritudine & mœrore voluptatis. Finem habebit mundus in consummatione: etiam contemptus finitur in tempore: & inter spem fallacem, & gloriam mundi ridentem, dum à Christo deficiente tunc clarebat vanitatum proculcatio; tempus illud, quod iam venerat, erat tempus iudicij misero mundo. Iccircò relinquentibus omnia, sedes à Christo promittitur iudiciaria. *Sedebitis iudicantes*. Quid iudicaturi modò? Quòd ante consummationem pateat orbis consummatio. Num decidit? Non subsistit? Næ: verùm subsistendo, perit; stando cadit. Erant in mundo, cæterùm mundo despecto: & non est mundus, ubi fugit æstimatio. Erant in mundo, sed cogitatio extra mundum: & modò iudicant tempus tamquàm mundi finem; quoniam mundus ultra illorum cogitationem. Erant in mundo sine æstimatione, & pretio pretiosi mundi: & tunc

Ioann. 12. 31.

*Sine æstimatione non est gloria in gloria mundi.*

*Habet in hominis corde iudicium universale.*

Matth. 19. 28.

*Nec mundus.*



tunc mundi perijt esse; quoniam forma & esse mundi stat in æstimatione.

*Perit mundus, vbi mundo perit homo.*

12 Pateat corde insipientibus veritas, vel ut aptiùs dicam, gloriolæ falsitas. Ut Iudæi conformarentur incredulitatis propudio, vel resipiscerent erroris, diffamato miraculo; dixit negantibus fidem, Assertor N. *Venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei.* Sanè protervitas, dum mortui audiunt, & illi audientes non credunt. Articulum iudicij universalis, post ecpyrosim orbis, exhibet oculis Dominus; sed dignum admiratione signatum tempus. *Venit hora, & nunc est.* Quomodò nunc, quod pòst, & futurum præsens iam? Quomodò venit hora; quæ veniet lapsis annorum millibus; & nunc, quod novissimis temporibus? Quomodò iam iudicium mundi, si destinatur superventuro tempori? Quia nunc mundus iudicatur, est hora iudicij mundi. *Nunc.* Non faciunt mundi iudicium (transeat phrasis, ob utilitatem acuminis) qui vivunt mundo, & in mundo. Rectè cogitant de mundo & vanitate; quando mundo vivunt mortui. Rutilat mundi apparentia; & dum cognoscitur apparentia, iudicij iam venit hora: quippequàm habet in hominis corde, quam habebit sententiam in novissimo die.

Ioan. 5. 25.

Præterea. Geminatur iudicium mundi, & in utroque perit. Erit iudicium universale: est etiam aliud iudicium ab humano corde. In illo, finito tempore, flammis extinguetur mundus: in hoc, perit modò, & ante tempus; siquidem patitur ab humano corde, quicquid patietur in iudicio universali. Universale veniet, quando mortui fuerint vivi: modò, quando vivi fuerint mortui: & habet mundus despectus, antequàm veniat finis, subitum finem, & consummationem ante consummationem; quoniam morimur mundo, ubi moritur affectus. Quòd finiretur in fine, non mirabile: novum utique, quòd marcesceret in flore, & nunc, contemptionis gratiâ, horam interitus præveniret hora. Hora venit, in qua mundi abiectio rutilaret; & nunc est, dum ille stat: siquidem illicò ut eius gloria calcatur, pompa proteritur: & dum penditur nihili, telis despectus sagittatur à corde.

13 Iam mundi vanitatem cognoverat, qui mundi vel puer fugiebat. Sed ubi, in mundi florentis gloria? Fugiebat extrà. *Renunciatio est vinculorum terrenæ hulus, ac temporalis vitæ solutio, & cordis humani ad cœlestem conversationem translatio*: ait Basilius in *Regul. interrogat.* 8. Finis mundi venit hora, & nunc est; dum Benedictus in

Basil.

*Quid temporalium renunciatio?* Paulin.

*Ignotus, notusque suis sit civibus idem.*

Est in mundo, qui in illo cernitur: & abest, si non cernitur à mundo. Est in mundo, qui vivit in carne; sed fugit, ubi ipse in carne non ipse. In mundo, qui notus illi, & extra, qui cognitus ut ignotus. In mundo, cui propè pes, & extra, cui longè cor. In mundo, qui incuetur ut delectationem vanam eius pulchritudinem, capedijs oculorum florescentem: extra mundum, qui huiusmodi paradisum arbitratur vanitatem. Cor est mundi, si mundus floret in corde. Cor & extra mundum floret, si in illo mundus arescit. Luxta affectus sunt iudicia: & habent perspectivas vana apparentia, quorum odio vel amore furgunt, vel gravantur corda: siquidem plus derineatur in mundo pondere affectionum inanium, quàm ratione viventium: unde Benedictus dum in mundo, fugit extra; quoniam eius amori, nihili quæ pretiosiora.

*Quomodò in mundo non est, qui vivit in mundo?*

14 Ut lumina cæci nati clarerent luce, Archiater cœlestis collyrium concinnavit singulare: Oculis orbo, ut videret orbem, *Fecit lutum ex sputo, & lenivit lutum super oculos eius.* Quæ videtur affectioni contraria, est efficax medicina. Numquàm cæcus natus viderat mundum: audierat, & formam contemplari peribat: culcum, varietatis ornatum, theatrum mirabilis pulchritudinis, & floralia venustatis, quæ quidem magis excitarent in animo stuporem, quàm in oculis innatam ad nova curiositatem, etenim ut acuerent animum in vana pronum, omnia in phantasia cæci volitarent ut miraculum: & ut videat qui non viderat, conficitur medicamen ex terra; quoniam mundi deliciæ tantùm phantasmata. Cogitantur, & tunc sunt, sed non in re; igitur dum magis irritant in blandimen, numquàm videntur extra cogitationem.

Ioan. 9. 6.

*Mundi species tari, vera falsitas.*

Deinde. *Lutum fecit*, ut captus lumine, videret lumen, & oculos aperiret in cognitionem. Oculos ad orbis intuitum aperire, est eiusdem obiecta iudicare; siquidem signum fuisset amentis, duci cogitatis, cæcis oculis, maximè cùm species mundi blandientes nocent, ubi subdolè genium ad voluptatem invitant. Morbus tæpe oculorum, est iudicij; dum mundus cogitatur aliquid magnum in iudicio cæci: unde lutum disponitur ut aperiat oculos, & pateat in quod

*Gloria mundi ei detur à cæci.*

quod (si quid) tendant cordis affectus: etenim quod clausis oculis iudicabatur gloriosum, apertis oculis despicabile lutum.

Ultra. Amor sequitur iudicium cogitationis, etiam de entitate falsissima vanitatis; & dum sequitur falsum, non est iudicium. Non est iudicium, ubi non rectum, & minimè rectum, ni vanitatum splendores, mentes per oculos fascinantes, decreverit apparentes. Numquam adæquante extensionem nimiam cogitationis, adhuc in ambitu latissimo falsitatis; quippe multa & grandia gaudia phantasia allucinata promittit, sed veritas nec apparet, nec respondet. Longè pollicetur eximia, propè fugiunt etiam obvia. Cognovit in fonte cùm videret, qui numquàm viderat, non videns quæ concupierat: siquidem cùm arbitraretur, apertis oculis, spectaturum miraculum; nihil vidit in mundi florescentis theatro præter lutum. Lutum & non amplius, ut reliqueret affectus: lutum & luti pretium, cùm nihil sit in mundo æstimatione condignum.

*Videtur, cùm nulla vide-tur.*

15 Modò siste. Lutum, ut videret cæcus, linivit Christus super nubilos oculos. Lutum ut videret cæcus, & non videretur mundus. Quid ut videat Benedictus? *Omnis mundus ante oculos eius adductus est*: inquit Gregorius ubi supr. *cap.* 35. In oculis Benedicti totus mundus apponitur, & mundi pretium. In oculis cæci lutum. Non est differentia in medicina, ut constet quid mundi gloria: igitur in oculis Benedicti quicquid mundo miraculum, dumtaxat lutum. Lutum, non pulvis, ne gloriaretur mundi pompa, quòd à Benedicto æstimaretur ut terra. Lutum & ex sputo, ne clàm constaret de pretio: siquidem licèt flabellum mundus extenderet vanitatum, & pingeret gloriâ florum; mundum lutum cognovit, & solummodò cognovit, ut expueret.

*Gregor. Magn.*

*Benedicto mundi pretium tantum lutum.*

16 Mundus ante oculos eius adductus; ut pateret, quòd mundus eiusdem non rapuit oculos. Cognovit ut despiceret: ut fugeret, torve aspexit. Æstimavit, ut fastidiret; magni duxit, ut nihili faceret; ac in eius fastidium despexit etiam despectum. Non ut Crates qui divitias contempsit, & contemptum æstimavit. Non ut Diogenes (de quo Erasmus in *Apophthegm.* lib. 7.) qui superbiam Platonis ampliori proculcavit superbia. Non ut plerique, qui victi sunt à victoria. Quapropter Prosper Aquitan. lib. de *Ingratis* v. 4. ait:

*Victoria vinci, iur-pe.*

*Ne post confectum celebris victoria bellum,*
*Securos animos incauta pace resolvat:*
*Ceu metus elisо tam nullus ab hoste superstit,*
*Nec caput attriti viro sum palpitet anguis,*

*Prosp.*

In cœlo pavimentum erat ex auro; quippe tunc vere despicitur, ubi sub pedibus teritur. Verum observa, quòd huiusmodi aurum dicitur vitrum. *Aurum mundum tamquàm vitrum perlucidum.* Vitrum, & aurum? Utique. Aurum in pavimento signat despectum divitiarum, factum in mundo. Qui vitro incumbit, profectò cadet: & aurum pavimenti, quod calcatur, est aurum, sed tamquam vitrum; quoniam ne labatur cor, in despectu non nitendum. Calcatio lucet victoria; sed æstimatio ex victoriæ gloria, ruina: igitur quod abiectione pretiosum, vanitatis vento confringitur uti vitrum. Vitrum dum premitur, frangitur: ergo premendum aurum, non vitrum: quod quidem frangentem vulnerat, dum divitiarum proculcatio vulnera sanat. Unde in corde omnino nudo, mundi victore, iurè ploratur ut lamentabile; quod altiùs vulneretur à victoria, quàm ab hoste. Modò hæc stricтim, quoniam alibi latè. Vide aliqua *Tom. S. Did.* 2.

*Apoc. 21. 21.*

*Despectus divitiarum est mundari, & despectus.*

17 Mundus adductus est ante oculos Benedicti, dum terram cernunt de longè. Despectus gloriam puer intuebatur, unde terram. Terra longè est à pectore; & ante lumina renunciatio proponitur à phantasia. In victoriæ clade stat victoria: & dum mundus adducitur ante oculos Benedicti, non tantùm terra, etiam despectus à longè. Dum aspexit, despexit: & quod despexit, non vidit. Vellet Benedictus, ut quem tamquam nihil dimisit, esset in contemptum aliquid: sed rimuit, ne aliquid esse, cogitaret mundus; si experiebatur despectus. Aspexit, quia plus relinqui non potest: despexit, quia minùs quam mundus pessundari nequit. Aspexit & despexit: igitur cùm totus mundus adduceretur ante oculos Benedicti, oculi eius mundum crevere de longe. Cæcus erat, dum oculis cuncta lustrabat. Cæcus videns: cæcus, ne videret; & videns, ut proculcaret.

*Isai. 35. 17.*

*Oculi Benedicti, ut videret mundum, cæci & perspicui.*

18 Subdatur causa. Relinquere mundum, quin aliquid relinquatur in mundo præter spem, vel desideria; patet virtus, sed non magna. Verùm relinquere mundum, dum totus ad gaudium objicitur oculis; est tanequam tota perfectio virtutis. Relinquere mundum prorsùs arentem vel fortunâ lævâ, plenâ amaritudinis, & vacuâ prosperitatis; est necessitas, quæ potest esse perfectio, sed non ex habito: verùm corruscabit ut mirabile, habere mundum in flore, & relinquere, quin delibetur vel floseulus levis mundi. Longè abest à mundi prosperitate anima, quoniam sæpe fugit prosperitas lumina. Necessitas parit sub hac ipse-

*Non adhæsit mundo vel unima cogitatio.*

*Cur Benedicti cogitationibus avsit ubi mundum in vim blandimenti ſiguit.*



specie coronam, & tenix lauream: verùm omninò inter celsiores præstantem, gloriæ mundi renunciare, dum illa plane renunciabat principem. Contuentur oculi Benedicti gloriam mundi, & fortunas florescentes, quin fruatur divitijs, quæ coram oculis. Cæteri habent mundum, quoniam non habent: *Nihil habentes, & omnia possidentes.* Alij qui mundum habent in re, voluntariè *quasi non habentes sunt.* Benedictus gloriam mundi ante oculos habet, & cernunt longè, quasi nihil haberet. Ars fuit in renunciatione bonorum, & in sui abnegatione mirabilius artificium. Aspexit mundum, & aspiciendo despexit. Aspexit ne aspiceret. Æstimatione utique magis sprevit: igitur gloriam, quam mundus oculis obtulit, non despexit ut haberet; sed habuit, & aspexit, ut proculcaret.

*1. Cor. 6 10.*

*1. Cor. 7 30.*

19 In statua Nabuchi ficta, vel conficta à somniantis phantasia, lucet tamquam crystallino speculo vera renunciationis imago. Corpus eius constabat ex diversis pretiosis metallis, idolum cui corda humana offerunt ex intimo adorationes, in votis incensum, ac in animo holocaustum. *Huius statuæ caput ex auro optimo erat.* Verùm observa, non deferibi comam. Haud videtur parvum ornamentum capiti, quippe turpe sine crine: ideo ibid. cap. 7. 9. sedentis in throno designantur capilli, & *Cant.* 5. 11. etiam comæ recoluntur Sponsi. Hic tantum aureum describitur caput, non capilli. Ne ideo turpe, sed magis sine ornamento spectabile. Forma pulchritudinis est coma, sed sine coma huiusmodi imagini non deficit gratia. Symbola cogitationum sunt capilli, aurum compendium divitiarum sæculi: & in tanta pretiositate opum, in copia inaudita fortunarum, sed absque ulla æstimatione, Benedictum contemplor tamquam statuam Nabuchi. Sine capillitio, quia avolavit cogitatio. Actu exhibuit, quod Rex incuriose somniavit. Statua rationalis antea speciosa inter mundi opes, sed cogitationes inopes. Aureum caput, sed sine crine; ut materia pretiosa cederet formæ: quandoquidem ex capite, cogitationum origine, in fortunæ majestate, cupiditatum fomite, in divitiarum compendio, non adhæsit gloriæ mundi vel minima cogitatio.

*Dan. 2. 32.*

20 Rationem promere, erit operæ pretium. Icti à salamandra pereunt comæ. *Quacumque parte corporis humani contacta, toti defluunt pili*: affirmit Plinius *lib.* 10. *cap.* 67. Eorum, qui amant mundum, capilli sicut in Nabucho crescunt: sed defluunt cœlestia amantium. Si cogitationes designantur capillis; in pectore Benedicti potens flamma charitatis; igitur arripuit superfluas cogitationes. Amor evanescit, cuius cogitatio fugit. At ubi fugit cogitatio Benedicti, si esse non potuit sine cogitatione? In Scythia Agathyrsi populi abundant auro, sed sine avaritia vivunt, sine amore in metalla pretiosa, cùm sint illis quasi terra. Mirum sanè, inter divitias sine affectu vivere. Verùm quare, quod alij ambiunt per mare, per terras, tam longo climatum tractu, gaudet neglectu? *Cæruleos capillos habent*: ait Ravisius Textor in *Offic.* lib. 7. cap. 48. ex Plinio lib. 4. cap. 12. Perperam avaritia regnaret in animo, si cogitationes, indicatæ capillis, erant in cœlo. Non novum, maximè dum despectus connotat animum; siquidem Berenices coma collocata est inter astra. Despexit Benedictus orbem, avertens oculos, ne videret vanitatem. Aspexit cultus, dum venit mundus ante oculos: cæterùm in mari spatioso divitiarum, & procellà irruentium cogitationum, nec levis quidem, pectoris concussit quietem, nec cordis pacem. Nulla ex tanta perturbatione valuit commotio; igitur aufugerat cogitatio: & si aliqua latuit, vel vanitas gennit, dum florerent species sensibiles; subitò evanuit, quoniam in illo etiam cœlestes cogitationes. Palmam obtinuit, qui victor insignis terrena calcavit, & mare voluptatum convertit in voluntatem aridam cogitationum. Nos alio mentes, alio divisimus aures: cæterùm Benedicto ob egregia (arripiam à Catullo in *Carm. nuptial.* v. 11.)

*Ikius Salamandræ condicio.* Plin.

*Dan. 4. 30.*

*Agathyrsi cæruleos capillos habent.*

Rav. Tex. Plin.

*Berenices coma inter astra.*

*Palma parata.*

*Benedicti cogitatio erat in cœlo.*

Catull.

## DIDASCALIA VIII.

### *Recessit à mundo S. Benedictus scienter nescius, & sapienter indoctus.*

*Gregor Magn.*

1 INgeniosè Gregorius Magnus profert ubi supr. de fuga Benedicti. Romam fugit, & à mundo recessit. Nihil in parte, & toto diversitatis: idem omen & plausus orbis & orbis. Intuitum fugæ perpenderis: *Ne si quid de scientia eius* (mundi, scilicet) *attingeret, ipse quoque in immane præcipitium totus iret*: ibidem subdit Gregorius. Fatuus esset, si quid de mundi scientia attigisset: igitur licèt transcenderet mundum, sapientia huius mundi stultitia est apud Deum. Unde inter sapientiam falsam, & sapientiam; elegit quod insensati per-

*Deffluxus, quia nulla di nescius.*

quod (si quid) tendant cordis affectus: etenim quod clausis oculis iudicabatur gloriosum, apertis oculis despicabile lutum.

Ultra. Amor sequitur iudicium cogitationis, etiam de entitate falsissima vanitatis; & dum sequitur falsum, non est iudicium. Non est iudicium, ubi non rectum, & minimè rectum, ni vanitatum splendores, mentes per oculos fascinantes, decreverit apparentes. Numquam adæquante extensionem nimiam cogitationis, adhuc in ambitu latissimo falsitatis; quippe multa & grandia gaudia phantasia allucinata promittit, sed veritas nec apparet, nec respondet. Longè pollicetur eximia, propè fugiunt etiam obvia. Cognovit in fonte cùm videret, qui numquàm viderat, non videns quæ concupierat: siquidem cùm arbitraretur, apertis oculis, spectaturum miraculum; nihil vidit in mundi florescentis theatro præter lutum. Lutum & non amplius, ut reliqueret affectus: lutum & luti pretium, cùm nihil sit in mundo æstimatione condignum.

*Videtur, cùm nulla vide-tur.*

15 Modò siste. Lutum, ut videret cæcus, linivit Christus super nubilos oculos. Lutum ut videret cæcus, & non videretur mundus. Quid ut videat Benedictus? *Omnis mundus ante oculos eius adductus est*: inquit Gregorius ubi supr. *cap.* 35. In oculis Benedicti totus mundus apponitur, & mundi pretium. In oculis cæci lutum. Non est differentia in medicina, ut constet quid mundi gloria: igitur in oculis Benedicti quicquid mundo miraculum, dumtaxat lutum. Lutum, non pulvis, ne gloriaretur mundi pompa, quòd à Benedicto æstimaretur ut terra. Lutum & ex sputo, ne clàm constaret de pretio: siquidem licèt flabellum mundus extenderet vanitatum, & pingeret gloriâ florum; mundum lutum cognovit, & solummodò cognovit, ut expueret.

*Gregor. Magn.*

*Benedicto mundi pretium tantum lutum.*

16 Mundus ante oculos eius adductus; ut pateret, quòd mundus eiusdem non rapuit oculos. Cognovit ut despiceret: ut fugeret, torve aspexit. Æstimavit, ut fastidiret; magni duxit, ut nihili faceret; ac in eius fastidium despexit etiam despectum. Non ut Crates qui divitias contempsit, & contemptum æstimavit. Non ut Diogenes (de quo Erasmus in *Apophthegm.* lib. 7.) qui superbiam Platonis ampliori proculcavit superbia. Non ut plerique, qui victi sunt à victoria. Quapropter Prosper Aquitan. lib. de *Ingratis* v. 4. ait:

*Victoria vinci, iur-pe.*

*Ne post confectum celebris victoria bellum,*
*Securos animos incauta pace resolvat:*
*Ceu metus elisо tam nullus ab hoste superstit,*
*Nec caput attriti viro sum palpitet anguis,*

*Prosp.*

In cœlo pavimentum erat ex auro; quippe tunc vere despicitur, ubi sub pedibus teritur. Verum observa, quòd huiusmodi aurum dicitur vitrum. *Aurum mundum tamquàm vitrum perlucidum.* Vitrum, & aurum? Utique. Aurum in pavimento signat despectum divitiarum, factum in mundo. Qui vitro incumbit, profectò cadet: & aurum pavimenti, quod calcatur, est aurum, sed tamquam vitrum; quoniam ne labatur cor, in despectu non nitendum. Calcatio lucet victoria; sed æstimatio ex victoriæ gloria, ruina: igitur quod abiectione pretiosum, vanitatis vento confringitur uti vitrum. Vitrum dum premitur, frangitur: ergo premendum aurum, non vitrum: quod quidem frangentem vulnerat, dum divitiarum proculcatio vulnera sanat. Unde in corde omnino nudo, mundi victore, iurè ploratur ut lamentabile; quod altiùs vulneretur à victoria, quàm ab hoste. Modò hæc stricтim, quoniam alibi latè. Vide aliqua *Tom. S. Did.* 2.

*Apoc. 21. 21.*

*Despectus divitiarum est mundari, & despectus.*

17 Mundus adductus est ante oculos Benedicti, dum terram cernunt de longè. Despectus gloriam puer intuebatur, unde terram. Terra longè est à pectore; & ante lumina renunciatio proponitur à phantasia. In victoriæ clade stat victoria: & dum mundus adducitur ante oculos Benedicti, non tantùm terra, etiam despectus à longè. Dum aspexit, despexit: & quod despexit, non vidit. Vellet Benedictus, ut quem tamquam nihil dimisit, esset in contemptum aliquid: sed rimuit, ne aliquid esse, cogitaret mundus; si experiebatur despectus. Aspexit, quia plus relinqui non potest: despexit, quia minùs quam mundus pessundari nequit. Aspexit & despexit: igitur cùm totus mundus adduceretur ante oculos Benedicti, oculi eius mundum crevere de longe. Cæcus erat, dum oculis cuncta lustrabat. Cæcus videns: cæcus, ne videret; & videns, ut proculcaret.

*Isai. 35. 17.*

*Oculi Benedicti, ut videret mundum, cæci & perspicui.*

18 Subdatur causa. Relinquere mundum, quin aliquid relinquatur in mundo præter spem, vel desideria; patet virtus, sed non magna. Verùm relinquere mundum, dum totus ad gaudium objicitur oculis; est tanequam tota perfectio virtutis. Relinquere mundum prorsùs arentem vel fortunâ lævâ, plenâ amaritudinis, & vacuâ prosperitatis; est necessitas, quæ potest esse perfectio, sed non ex habito: verùm corruscabit ut mirabile, habere mundum in flore, & relinquere, quin delibetur vel floseulus levis mundi. Longè abest à mundi prosperitate anima, quoniam sæpe fugit prosperitas lumina. Necessitas parit sub hac ipse-

*Non adhæsit mundo vel unima cogitatio.*

*Cur Benedicti cogitationibus avsit ubi mundum in vim blandimenti ſiguit.*



specie coronam, & tenix lauream: verùm omninò inter celsiores præstantem, gloriæ mundi renunciare, dum illa plane renunciabat principem. Contuentur oculi Benedicti gloriam mundi, & fortunas florescentes, quin fruatur divitijs, quæ coram oculis. Cæteri habent mundum, quoniam non habent: *Nihil habentes, & omnia possidentes.* Alij qui mundum habent in re, voluntariè *quasi non habentes sunt.* Benedictus gloriam mundi ante oculos habet, & cernunt longè, quasi nihil haberet. Ars fuit in renunciatione bonorum, & in sui abnegatione mirabilius artificium. Aspexit mundum, & aspiciendo despexit. Aspexit ne aspiceret. Æstimatione utique magis sprevit: igitur gloriam, quam mundus oculis obtulit, non despexit ut haberet; sed habuit, & aspexit, ut proculcaret.

*1. Cor. 6 10.*

*1. Cor. 7 30.*

19 In statua Nabuchi ficta, vel conficta à somniantis phantasia, lucet tamquam crystallino speculo vera renunciationis imago. Corpus eius constabat ex diversis pretiosis metallis, idolum cui corda humana offerunt ex intimo adorationes, in votis incensum, ac in animo holocaustum. *Huius statuæ caput ex auro optimo erat.* Verùm observa, non deferibi comam. Haud videtur parvum ornamentum capiti, quippe turpe sine crine: ideo ibid. cap. 7. 9. sedentis in throno designantur capilli, & *Cant.* 5. 11. etiam comæ recoluntur Sponsi. Hic tantum aureum describitur caput, non capilli. Ne ideo turpe, sed magis sine ornamento spectabile. Forma pulchritudinis est coma, sed sine coma huiusmodi imagini non deficit gratia. Symbola cogitationum sunt capilli, aurum compendium divitiarum sæculi: & in tanta pretiositate opum, in copia inaudita fortunarum, sed absque ulla æstimatione, Benedictum contemplor tamquam statuam Nabuchi. Sine capillitio, quia avolavit cogitatio. Actu exhibuit, quod Rex incuriose somniavit. Statua rationalis antea speciosa inter mundi opes, sed cogitationes inopes. Aureum caput, sed sine crine; ut materia pretiosa cederet formæ: quandoquidem ex capite, cogitationum origine, in fortunæ majestate, cupiditatum fomite, in divitiarum compendio, non adhæsit gloriæ mundi vel minima cogitatio.

*Dan. 2. 32.*

20 Rationem promere, erit operæ pretium. Icti à salamandra pereunt comæ. *Quacumque parte corporis humani contacta, toti defluunt pili*: affirmit Plinius *lib.* 10. *cap.* 67. Eorum, qui amant mundum, capilli sicut in Nabucho crescunt: sed defluunt cœlestia amantium. Si cogitationes designantur capillis; in pectore Benedicti potens flamma charitatis; igitur arripuit superfluas cogitationes. Amor evanescit, cuius cogitatio fugit. At ubi fugit cogitatio Benedicti, si esse non potuit sine cogitatione? In Scythia Agathyrsi populi abundant auro, sed sine avaritia vivunt, sine amore in metalla pretiosa, cùm sint illis quasi terra. Mirum sanè, inter divitias sine affectu vivere. Verùm quare, quod alij ambiunt per mare, per terras, tam longo climatum tractu, gaudet neglectu? *Cæruleos capillos habent*: ait Ravisius Textor in *Offic.* lib. 7. cap. 48. ex Plinio lib. 4. cap. 12. Perperam avaritia regnaret in animo, si cogitationes, indicatæ capillis, erant in cœlo. Non novum, maximè dum despectus connotat animum; siquidem Berenices coma collocata est inter astra. Despexit Benedictus orbem, avertens oculos, ne videret vanitatem. Aspexit cultus, dum venit mundus ante oculos: cæterùm in mari spatioso divitiarum, & procellà irruentium cogitationum, nec levis quidem, pectoris concussit quietem, nec cordis pacem. Nulla ex tanta perturbatione valuit commotio; igitur aufugerat cogitatio: & si aliqua latuit, vel vanitas gennit, dum florerent species sensibiles; subitò evanuit, quoniam in illo etiam cœlestes cogitationes. Palmam obtinuit, qui victor insignis terrena calcavit, & mare voluptatum convertit in voluntatem aridam cogitationum. Nos alio mentes, alio divisimus aures: cæterùm Benedicto ob egregia (arripiam à Catullo in *Carm. nuptial.* v. 11.)

*Ikius Salamandræ condicio.* Plin.

*Dan. 4. 30.*

*Agathyrsi cæruleos capillos habent.*

Rav. Tex. Plin.

*Berenices coma inter astra.*

*Palma parata.*

*Benedicti cogitatio erat in cœlo.*

Catull.

## DIDASCALIA VIII.

### *Recessit à mundo S. Benedictus scienter nescius, & sapienter indoctus.*

*Gregor Magn.*

1 INgeniosè Gregorius Magnus profert ubi supr. de fuga Benedicti. Romam fugit, & à mundo recessit. Nihil in parte, & toto diversitatis: idem omen & plausus orbis & orbis. Intuitum fugæ perpenderis: *Ne si quid de scientia eius* (mundi, scilicet) *attingeret, ipse quoque in immane præcipitium totus iret*: ibidem subdit Gregorius. Fatuus esset, si quid de mundi scientia attigisset: igitur licèt transcenderet mundum, sapientia huius mundi stultitia est apud Deum. Unde inter sapientiam falsam, & sapientiam; elegit quod insensati per-

*Deffluxus, quia nulla di nescius.*

perperàm vocant insaniam : etenim in mundi universitate magis doctus, magis nescius.

*Indoctus sapienter, & inscius esse scienter Constituit, Musis proposuitque Deum.*

Corvin. Succinit Corvinus.

2 *Vocatione Abrahæ* ( inter Chaldæos Mathematicæ, Astrologicæ, atque Geometricæ disciplinæ peritissimi ) *indicatur* ( ait Lyra in *Genes.* 12. 1.) *in Religionem vocatio hominis literati* : Cui, ut constat, dicitur: *Egredere de terra tua*, ubi floret scientiarum schola; & *veni in terram, quam monstravero tibi* : ut scias egrediendum, sed non ubi. Nescire terminum, & scire eundum; videtur ignorantia : manere in scholis ad usum scientiæ, videtur scientia : & iubetur egredi unde cognoscit, & ingredi ubi penitus nescit ; ut inter mundi contemptus & plausus esset scienter nescius, atque sapienter indoctus. Hinc illum beare conatur duplici felicitate. *Benedicam tibi* ( ait ) *eris que benedictus.* Benedicam, si deteris stultissimam sapientiam : & eris benedictus, si intenderis in sapientem ignorantiam : igitur in scientiarum schola dumtaxat vere sapit, qui sapit vera.

Lyr. Gen. 12. 1. Dumtaxat vere sapit, qui sapit vera. Vers. 2.

3 Hac doctrina floruit N. Patriarcha: siquidem introivit in potentias Domini, quoniam non cognovit literaturam. Minimè sinistro iudicio arbitreris idiotam. *Plus philosophiæ scivit, quàm Aristoteles* : inquit Vincentius Ferrerius in Serm. de *S. Bened.* Plus Theologiæ, quàm Salomon ; asserit Bruno Serm. 2. de *S. P.* Quid mirum, dum à Stephano III. in eius *Paneg.* extollatur *Doctor Gentium* ? Fuit in omnibus scientijs autodidactus; vel accepit cœlitus, ut posset dicere doctrinam propriam non suam, sed à cœlo delapsam. Nec quia defuit imbuens informem pueritiam principijs scientiarum, defuit scientia. A meliore schola commendabilior doctrina. Non habuit huius sæculi sensum, qui plauditur à Beda *Doctor Doctorum.* Quid quòd non haberet humanam scientiam, si habuit infusam ? Quid quòd fugeret intellectum habitus, per demonstrationem acquisiti, sublimitas ; ubi nacta sapientia, quæ res agnoscit per altissimas causas ? *Ad litterarum studia mittitur* ( infit Card. Petrus Damianus *Opusc.* 45. ) *sed mox ad sapientem Christi stultitiam revocatur: & quia scholam pia rusticitate mutavit, hoc descriptum reliquit in capisterio mulierculæ, quod de se mundi sapientes exprimere nequeunt in mensâ Geometricæ, vel Astronomicæ disciplinæ.* Iccircò in festo Tabernaculorum fructus arboris pulcherrimæ, designans in sententia Hieronymi, uti vidimus, scientiam ; ornabat ex contempta mundi partam palmam. Scientia mundi, uti fulgor apparens, perfert pro fructibus flores: verum nitent fructus arboris pulcherrimæ, cum exhauritur sapientia ex fontibus ignorantiæ.

Benedictus fuit autodidactus. Vinc. Fer. Brun. Magister cœlicus. Bed. Doctorum doctor. Pet. Dam. Lev. 23. 4.

4 Sit igitur : verùm hem. Si Benedictus in desertum fugit, quænam schola in deserto ? Unde discit, vel quis docet ? Qua arte solitudo universitas ? Quomodò loquetur rosas, quæ non audivit præter avium linguas ? Ubi cathedra? Ubi sella? Ubi gymnasium, ad discentium exercitium ? Ubi moderator ? Ubi doctor ? Ubi rector ? Ubi libri ? Mundus totus post eum abijt. Industria mundum ut librum præbuit, in quo Benedictus Creatorem videret, & intelligeret. Ideo *omnis mundus ante oculos eius adductus est* ( vidimus dudum ) ut legeretur scientia in stultitiæ, seu pestilentiæ cathedra. Si Ethnico licuit promere (vide Causinum *lib. 1. symbol.*)

*Mundus liber quo legitur Deus.* Gregor. Mag.

*Iupiter est, quodcumque vides:*
*Iupiter est, quocumque moveris.*

Lucan. In cunctis Deitatis umbra rutilans lucet, & animus ex his quæ novit, surgit ad incognita, quæ non novit.

*—— Ideo facitem cœli (non invidet orbi*
*Ipse Deus, vultusque suos, corpusque recludit.)*
*Sæpe volvendo, sæque ipsâ inculcat, & offert,*
*Ut bene cognosci possit, doceatque videndo,*
*Qualis eat, doceatque suas attendere leges:*
*Ipse vocat nostros animos ad sidera mundus.*

Lucan. Manil. Canit Manilius lib. 4. *Astronom.* cap. ult. v. 50. etenim invisibilia Dei, per ea quæ sunt facta : conscipiuntur intellecta.

5 Ergo audiamus lectiones ex cathedra inconcussæ veritatis. Contemplabatur Benedictus ima & summa, inferiora & superiora, præut discebat in cœlorum aula. Liber erat globorum rutila lux, motus sphærarum vox, astra linguæ aureæ, quæ erudiunt multos sicut splendor firmamenti. Stellas speculabatur esto lucidas, trementes : Planetas etiam in cœlo pugnantes : defectus Lunæ, Solisque labores. Si eclipsim patitur Sol in throno superiore, quid in vitæ curriculo levis Sol intelligentiæ ? Etiam terra dabat fructus, ut fluderet animus. In arborum foliis ictus legebat deciduæ vanitatis : siquidem ludibria venti, quæ luxuriabant in frutice. In flore, fugitivam pulchritudinem, & caducam, vel nascentem, venustatem : etenim marcescit vespere, resplendens manè. In rivulo, spectatissimam scientiam inter floralia oberrare, inter procliva præcipitem ire, atque præcipitio frangi. Fontis liquidum contuens crystallum, bibebat pectore & oculis documentum. Dulcis nascitur, in mari

Dionys. Cur theologia mystica dicatur sapientia stulta? Brun. Quid & quomodo fugiens mundum, in mundo didicit Benedictus? Greg. Mag.





mari moritur. Ad mortem sic vita fluit, & fugax circulis tendit : quandoquidem si vivere dulce, amarissimum est mori. In basilisco, ut educeret è veneno theriacem, legebat in fœminam pulchram iactus luminum discrimen ( astruxit cura, vel dum phantasia depinxit imaginem) igitur quo afficit, inficit, & aspis inter rosas subdole serpit. Propinat ridendo venenum, ac miscet inter vincula iocum. Lucet, & nocet : à cauda pungit: dum blanditur, insidiatur : equidem suavi vulnere, & blandimine lethali, si mulcet; decipit : toxica intromittit, si genium allicit : etenim sub dulci melle cordis latet acerbitas, & mortem dat ambienti ipsa perfida, chara voluptas. Demùm ut in igne inesset ignis, in eius flamma legebat flammam amoris. A nubibus oculi didicere flere, in tonitruis tubam audivit iudicij, in universo circumspiciebat dolum; quippe dolus pro Alcide sustinet mundum.

*Est ne Dei sedes nisi terra, & pontus, & aer,*
*Et cœlum, & virtus?*

Lucan. Vel fanaticus dixit apud Lucan. lib. 9. v. 578.

6 Celebris utique ex universo universitas. A sæculo inter mundi sapientes non est auditum simile oraculum. Subtilis sanè materia, nobilis cathedra, singularis scientia! Sed quænam ? dices : Divina theologia, cuius cathedram moderatur ignorantia, sed ignorantia doctissima. Theologiam mysticam definit, de *Div. contemplat.* Dionysius, *irrationalem mentem, stultamque sapientiam.* Quilibet definitionis terminus videtur implicatorius. Si intellectus & sublimis, qua regula irrationalis ? Si præexcelsa sapientia, quo iure stulta ? Quia eiusmodi scientia multis incognita. Est sanequàm sublimior perfectio, quam in vitæ cursu adipisci potest homo : & dicitur intellectus, quia subtiliter concipit ; & irrationalis, quia intelligentia semetipsum excedit. Dicitur sapientia, quoniam erudire docet ; & stulta, quoniam animalis homo minimè percipit.

7 Modò sonat accordis dissonantia duplicis auctoritatis, & similis sententia sub specie oppositionis. Gloriosus Patriarcha Benedictus in sententia Brunonis, plus quam Salomon scivit : quapropter ut supr. vidimus, dicit: *Ecce plus quàm Salomon hic.* In Magni Gregorij sententia, fuit scientia, quæ vita omnino imperitia : siquidem Benedictus recessit à literis *scienter nescius, & sapienter indoctus.* Quo pacto si Benedicti scientia menti claret insignis magnitudinis ; Gregorius destruit contradictione nominis? Non destruit sed explicavit : non confundit, sublimitatem expressit. Fuit sapientia & doctissima, quam percipere non valuit humana vana sapientia : unde indoctus vocatur, & erudite à Doctore ; quia à sapientibus mundi nequit comprehendi.

*Benedicti sua sapientia stultitia?*

8 Cognovit Baptista Christum Dominum, cum veniret ad baptismum. *Vidit* ergo *Iesum*, & cognovit,, cùm proficeret : *Hic est de quo dixi : Post me, venit vir, qui ante me factus est.* Vidit igitur, cognoscens obvium, & subdit : *Ego nesciebam eum.* Si Christum Salvatorem mundi Ioannes fignat, non ignorat : quomodò enim nescit, quem intuitive cognoscit ? Si habet de objecto nobili scientiam, scientiam vocat ignorantiam ? Et adæquatè. Erat Christus ratio; & sapientia Patris, clarum speculum mentis : & Baptista tatetur scire, ac in scientia ignorare ; quoniam ni rationem intellectus comprehendat, scientia humana, etiam quæ videt, ignorat. Erat Verbum Patris sapientia divina, quæ descendit in mundum, in captivitatem redigens omnem intellectum : & per ignorantiam propriæ scientiæ, adæquate sublimioris explicat definitionem: quippequàm hæc excedebat humanam capacitatem.

Ioan. 1. 31. *Divina sapientia exprimitur ignorantia.*

9 Mors & perditio, quæ huiusmodi non perceperunt scientiam, audierunt famam. Intendite. Operato miraculo cæci nati, quo obstupuerunt vel averti ; diversis oppositionibus patuit spatium, quo magis ac magis extenderetur prodigium. De auctore inauditi illatenus operis, ortum est grave litigium inter sæculi sapientes. *Nos scimus* ( dixerunt ) *quia Moysi locutus est Deus : hunc autem nescimus unde sit.* Mentiuntur apertè : illis dixerat cœlestis Præceptor : *Et me scitis, & unde sim scitis.* Quomodò igitur sciunt, & nesciunt ? Quomodò ignorant, quem auctorem agnoscunt ? Quia non comprehendunt. Erat uti sapientia divina, minimè per humanam scientiam demonstrabilis; & dicunt vere : *Nos scimus, & hunc nescimus* : igitur cùm esset plus quàm percipere posset scientia ; huiusmodi scientia à doctis definitur ignorantia.

Ioan. 9. 29. Ibid. c. 7. 28. *Scientia & nescitia est.*

10 Astruxit, qui fuerat cæcus, quod cognoscere nequibat, vel nolebat sensus à malitia depravatus. *Hunc nescimus unde sit.* Quid dicit illuminatus ? *In hoc enim mirabile est, quia vos nescitis unde sit ?* Quia nesciunt ? Mirabilia iure laudantur à cognoscentibus, & minimè ab ignorantibus; quippe pluris, vel minoris pendere nequeunt, quæ non cognoscunt. Docti in lege non erant tincti scientiâ, sed imbuti: quo

Cap. 9. 30.

*Cognoscitur deficientia insipientiæ, quia ignorata nobis.*

ergo pacto à nescientia sapientum opus mirabile? Non esset insignius, Auctoris habere scientiam? Nequaquàm. Adæquarent sapientiæ magnitudinem, iuxta intellectus limitati cognitionem. Plus erat, quàm cognoscere valerent: & dicit cæcus mirabile, quòd nescirent; quia cum haberet extensionem ultra humanam, quantumvis subtilem, capacitatem; prodigij mirabilius rutilavit stemma, ex eo quòd docti ignorarent huius doctrinæ principia.

11 Ignorantia in scientia abundantis sensus cordis humani, docetur in deserti schola, magisterio Benedicti. *Per hanc sapientem stultitiam, Dei sapientia videtur, quam videre nequeunt, qui sibi sapientes videntur. Relinquamus noxam sapientiam, discamus laudabilem fatuitatem.* Hæc Magn. Gregorius lib. 27. *Moral.* cap. 27. Quantum saperet, si Adamus nesciret! Innuit Alcimus Avitus de *Origine Mund.* lib. 1. v. 310.

Greg. Magn.

*Hîc operis dulci studio secura quiescat,*
*Delicijsque fruens longævo in tempore vita.*
*Est tamen in medio nemoris, quam cernitis arbor,*
*Noritiam recti, pravique in germine portans,*
*Huius ab accessu vetitum restringite tactum,*
*Ne vos fortè premat temeraria discere cura,*
*Quæ prohibet doctor: melius nescire beatis,*
*Quod quæsisse nocet.*

*Scire vetita, est stultitia.* Alc. Avit.

Scientia mundi scientia non est. Ideo Zachæus in ficum fatuam scandit, & superioris ætatis errata correxit: igitur qui sapiens in hoc sæculo, non erit sapiens, sed omninò nescius; ni fiat stultus. Qui sequuntur sæculum, stulti sunt à scientia: qui verò tendunt in cœlum, docti sunt à stultitia: & æstimabilior, ac pretiosior patet scientia ex ignorantia, quam à sapientia sapientia. Verum hoc plenè *Tom. 5. Tautolog. 9.* ad illud 1. Reg. 28. 1. *Scieni scito.*

*Pretiosior scientia ex ignorantia.*

12 Sed quid hoc? Dicit Paulus. *Quia in Dei sapientia non cognovit mundus per sapientiam Deum; placuit Deo per stultitiam prædicationis salvos facere credentes. Græci sapientiam quærunt.* Floridè & nervosè interpretatur Leo in *Nativit. Domin.* Serm. 5. dicens: *Quia mundus de vanitate suorum dogmatum superbiebat, in eo constituit Dominus salvandorum fidem: quod & magnum videretur & stultum, ut & deficientibus omnibus opinionum præsumptionibus, sola Dei gratia revelaret, quod comprehendere humana intelligentia non valeret.* Non in fabrica mundi, in qua Dei relucet sapientia, auctor est cognitus, & decrevit sui cognitionem per stultos. Stulti, qui credentes deducebant in cœlestia? Næ. Opposita erant mundi & cœli dogmata. Mundi sensus ab hominibus dicebatur, & plaudebatur sapientia: cœli sententiæ ignorantia, quia abiectè vivere, crebrò pati, divitias contemnere, maiestatem fugere, sese abnegare, inimicos diligere, dolum in corde non tenere, illam non perfecere (& alia perfectionis instrumenta) plana sapientibus sæculi videbatur stultitia; quippe quæ gratia revelabat, humana intelligentia comprehendere non valebat. Quæ comprehendebat animalis homo, erat indulgere genio, vivere sine ratione, ad placitum sine lege, dignitates ambire, alios proterere, & alia rationalitatis probra, eius sapientiæ principia. Hoc iudicabatur magnum, illud stultum: & gratia revelavit sapientibus dogma salutis, per stultitiam novæ prædicationis; ut qui peribant sapientia, salvarentur stultitiâ.

1 Cor. 1 21. 22.

Leo Pap.

*Illa est scientia, quæ salvatur animæ.*

13 Scintillæ testimonij effulgurent. Huiusmodi adversæ genio lectiones à sapientia dictantur: & quasi insipientium prædicationes inferuntur; quoniam tunc apparet lectionum verâ sapientia, cùm hominibus videtur summa ignorantia. Mundus de vanitate suorum dogmatum superbiebat, dum opposita cœlo hominibus revelabat; quin posset obtinere salutem, dummodò nollet cognoscere vanitatem: & ut deficerent omnium opinionum præsumptiones; stultitiæ cognitæ subijciuntur sapientes: ut cognoscentes suam sapientiam ignorantiam; stultitiam præcognitam venerarentur sapientiam. Ideo consultò dicitur à Paulo *Credentes*: igitur si per fidem huiusmodi sapientiæ conclusiones; erit argumentum falsum, apparentium rerum argumentum.

*Quòd mundus non intelligit, insipientiam desinit.*

*Conclusiones Benedicti in schola deserti.*

*Obtinetur vera scientia, ubi sapientia cognoscitur ignorantia.*

*Per stultitiam*, subditur, *prædicationis.* Per stultitiam, dum *Græci quærunt sapientiam*? Doctrina Apostolica Græcis videtur ignorantia, & ipsorum ignorantia sibi videtur elevata sapientia. Error est, & cum errore evanescunt conclusiones scientiæ. Unde quærentibus scientiam, offert Paulus stultitiam; quoniam non verè scientia quæ mentis, sed quæ voluntatis: igitur per hanc anima diligit, per illam verò cognoscit: & non est scientia quæ cognoscit, ut cognoscat, sed quæ comprehendit, ut diligat. Illis sapienter fatuis placebat, uti scientia, fœcunditas dumtaxat intelligentiæ; ingrataque prorsùm ut stultitia, sapientia quæ inhærebat voluntati. Et pro illa optata sapientia, exponitur ab eorum scientia exprobata stultitia; quippe ni discant in hac schola stultitiam, numquàm invenient inquirentes sapientiam.

*Non est scientia qua cognoscitur, sed qua diligitur*

Pra-



14 Praxim in virtute Benedicti miremur. Spuere mundum, & illius sub pedibus tumida gloria; videtur mundo stultitia: & est nobilior scientia, qua lucet intellectus, quoniam illam ut scientiam ignorat mundus. Scit, & nescit. Scit, quia scientiam cognoscit: & nescit, quia non comprehendit. Scit, & nescit, siquidem illi est scientia & ignorantia, ubi huius sapientiæ speculatur principia. Scit, quippe non disquirit, An sit, vel non? Nescit, quoniam ignorat, Quid sit. Est scientia mundo sublimior, quam per se non attingit vel intelligentia clarior: & cùm ignorent sapientes sæculi huiusmodi scientiam, insipienter definiunt per ignorantiam. Benedictus docet homines, mundum relinquere; verùm studium hominum, est mundum sequi. Benedictina doctrina illis videtur ignorantia, & patet ignorantia illorum scientia. Est ignorantia scientia hominum, quoniam sapientia mundi: & est scientia, Benedicti ignorantia; quippe doctrina cœli. Clarius delicabo. Fundatur ignorantia, quæ scientia, diversis principijs; quæ quidem omninò cæcæ lumina mentis. Defendit scientia mundi, divitias esse divitias: & hic propugnatur, vel commentitias pretiosas. Astruit mundus maiestatem solij per imperium, hic esse somnium. Dictat mundus esse ignorantiam Benedicti scientiam; & docet Benedictus eius scientiam ignorantiam stultissimam.

*Sap. 7. 9*

15 Elegit Salomon inter pretiosa sapientiam. Divitias nihil esse duxit in comparatione illius; igitur æstimabiliores opes mentis, quàm opes, quæ frequentes faciunt rationis inopes. *Nec comparavi illi lapidem pretiosum: quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua, & tamquàm lutum æstimabitur argentum in conspectu illius.* Nihil videtur addi æstimationi posse, pro commendatione sapientiæ; & Iob adinvenit aliud extremum, igitur ait: *Non adæquabitur ei aurum vel vitrum.* Singularis æstimatio! Vitrum & aurum? Si despicitur pro nihilo aurum, quodnam pretium, quanticumque fulgeat, habebit vitrum? Conferri possunt simul, dum extrema designanda pretiosa, vitri & auri momenta? Possunt, in hominum documentum, ut sciant quid dictet stulta sapientia mundi, & docta stultitia cœli. Patet in collatione & simultate avaritia, qua cæcè opes in mundo æstimantur, & cognitio qua in schola paupertatis proteruntur: igitur si in mundo iudicantur divitiæ, quæ cor post oculos fallunt pretiositatis imagine; in respiscentiam cordium, scientia ostendit ut vitrum, quod in mundo in-

*Iob 28. 17.*

*Divitiæ temporales non divitiæ.*

sipientes iudicant aurum. Docet schola, sapientiæ & erroris discrimen, iuxta divitiarum despectum, vel æstimationem. Divitiæ sunt aurum pretiosum sitienti, verùm vitrum proculcanti. Nihil ultra cogitationem habent pretiositatis, quippe sunt vel non sunt perspectivâ cupidinis, qua prope nihil apparet, quòd longè pellicit: & dicitur aurum & etiam vitrum iuxta cupientis, vel negligentis animum; siquidem quod aurum cordibus, vitrum est pedibus.

16 Occurrit solutio principali testimonio. *Aurum vel vitrum* à Iobo proponitur: *Argentum & lutum* à Salomone signatur. Haud cogitandum, quòd vilibus, aut pretiosis conteratur sapientia; sed quòd illa discernit vilia & pretiosa. Describitur differentia sapientium & insipientium in Lydio lapide cordis ad momenta metallorum: sapientia dicit vitrum, quod stultitia denominat aurum, in signum pretij destinati à mundo, & constituti à cœlo: igitur quod stulta sapientia vocat argentum, sapiens stultitia iure reputat lutum. Ideo additur: *Non comparavi illi lapidem pretiosum.* Lapis pretiosus, vel preciosus ad speciem, exploratur per utilitatem. Iure gradibus datur dignitas, & graduum pretio pretiositas. Ut appareat tantùm, fuco colorum in vitro fit commentum industria artificum; & quæ dumtaxat est vitrea bullula inflata, unionum coloribus picta, atet ad oculum margarita pretiosa. Ecce divitiæ exploratæ à sapientia, & stultitia: igitur dum dilector sæculi exhibet lapidem mundo pretiosum, apud sapientem stultum non habet pretium. Unde stultitia docta arguit sapientiam stultam; quoniam reputat unionem, crystallum falsè nitentem. Ergo pudeat sapientes, & sæculi conquisitores, quòd lapis pretiosus super aurum, & topazion, pretij æstimator demonstret fragile vitrum.

Ubi fatuitas.

*Aurum vitreum, argentum lutum.*

Ibid.

*Lapis pretiosus sine pretio.*

17 Cuncta ergo definijt Salomon, dum gauderet cunctis. *Do tibi* (dicitur ei) *divitias, & gloriam, ut nemo fuerit similis tui in regibus.* Sit ergo, sed additur illico. *Evigilavit Salomon, & intellexit, quòd esset somnium.* Ergo omnia in somnis. Sanè, insomnia omnia, & à phantasia confecta. Non dicitur somnus, sed somnium. Somnus est quies, somnium, verò quòd simulachris fictis sæpe deturbat commoda quietis, cùm id videre dormientes videmur nobis: & quæ ab hominibus desiderantur ut gloria summa, dicuntur in somno somnia; quippe tantummodò habent formam, & esse in phantasia & a phantasia fictrice, expulsa quiete, commoto corde, non ex his quæ videntur, sed

3. Reg. 3. 13. Vers. 15.

*Et omnia somnia.*

quæ videntur videri. Fuit quidam in Abydo qui correptus amentiâ, procederet in Theatra, vacua tunc histrionibus, sicut eius cerebrum rationis imaginibus: unde plaudebat cantores, & saltatrices, acclamabatque interdum: *Mirè, Admirabundè.* Ita Causinus (ex Aristotele de *mirab. auscult.*) lib. 4. *Symb.* 1. Evigilavit, & cùm nullum videret simulachrum, intellexit, quòd esset somnium, & se omninò mentis impotem, & summè amentem. Hoc morbo laborant, qui terrena sapiunt, & sæculi gloriam, sapientiam, atque divitias sitiunt. Illis videtur, habere imperij maiestatem, sapientiæ regimen, divitum felicitatem: & non videntur, quia tantummodò somniantur. Ipsi sibi somnia fingunt: igitur quæ amentiâ vident, ad oculum nec apparent: & serò cognoscunt esse defectum mentis, quam somniabant ut formam prosperitatis.

*Amentia celebris.*

Causin

*Mundi bona prorsus vana.*

18 Perpende in materia felicitatis propositæ, quàm longe sit felicitas à veritate. *Evigilavit, & intellexit quòd esset somnium.* Cùm intellexit somnium, intellexit. Evigilavit. Ergo dormiebat: ibi in somno bona viderat. Clarent bona vana, vel nulla; quippe non habent esse, quæ esse habent sopita, vel soporata ratione. Isthæc æstimantur cùm videntur; & videntur, cùm somniantur. Felicitas vera est, quæ ratione probatur, non quæ fingitur: & dum vigilat, visam negat obiectam felicitatem; quoniam si vigilat, priùs non habebat rationem. Divitias negligere, maiestatis auctoritatem non quærere; mundo sapienter stulto videtur insania: huiusmodi solicitudo verè sapientibus videtur summa stultitia. In vigilia vel sopore rationis, patent tamquàm in examine sapientes vel insipientes. Ideo dicitur: *Evigilavit* Salomon, *& intellexit*: igitur dormit ratio, dum quæ videntur in somnis, stulti iudicant vera: verùm evigilat, ubi sapientes arbitrantur insomnia.

*Deficit rationalitas, ubi in mundo solicitatur felicitas.*

19 *Quòd esset somnium.* Gaudet imperio, & dumtaxat imperij patet imago. Verè possedit maiestatis falsitatem, & imperij gloriæ speciem. Vera non fuit gloria, ubi verum diadema? Quamtumvis sophistice arguat ambitio pectoris, in throno non invenitur nisi bractea maiestatis. Mundus quas plaudit coronas, hæc scientia, mundo ignota, signat præstigias: sceptrum sortis ludum, vel fortunæ spectrum. Est laurea dormientibus, verùm somnium vigilantibus. Corona stultis sciolis, minimè discernentibus inter verùm, & falsum: somnium sapienter indoctis, distinguentibus inter malum & bonum. His, quippe dumtaxat intuentur speciem: illis, quia speciem venerantur veritatem. Sunt idola phantasiæ, quæ eriguntur in altare cordis, prolubio imaginationis; quin fortunam videat obviam, nisi dum somniat fortunam. Sunt & non sunt. Sunt mundo idololatria civilis, quia respicit vana, ut bona: cæterum insomnia cælo, quoniam despicit ut falsa.

*Quæ coelum ut falsa despicit, mundus quasi vera sitit.*

20 Demùm pallàm fiat, quid sit sæculi sapientia. Floruit insigni Salomon, ita ut nemo ei antecesserit: Disputavit à cedro, quæ est in ambitu Libani, usque ad hyssopum, quæ egreditur de pariete: cæterùm dum proponit studium, exponit studij cordis propositum. *Dedi* (ait) *cor meum, ut scirem prudentiam, atque doctrinam, erroresque & stultitiam.* Alij: *Insanias, nugas, furores.* Incumbere studijs scientiarum, videtur in scholis: cæterùm stultitiæ! Tot tantique in multorum scriptis sunt errores, ut iudices, nec obliquè, auctores furere; studio nugari, vel propositò insanire: igitur ambientes ludicris studijs insaniam, nihil videntur studuisse, nisi stultitiam. At si sub Sole nihil Salomonem latuit, si cuncta curiosè scivit; quo pacto huiusmodi insignis scientia, ab ipsomet designatur stultitia? Si sapiens propter scitum, scitum non est stultum: si stultum, erit insipiens, & minimè sapiens. Cur ergo vel ipse etuditionem omnigenam, vocat sapientissimè insipientiam? Quoniam scientia fuit mundi, cuius cathedra non muneratur, nec numeratur in schola sapientiæ: & cùm sapientior in huiusmodi scientia sit indoctior, & prudentior, stolidior; quicquid Salomon didicit per insipientem scientiam, nil fuit præter stultitiam. Fuit scientia, & ignorantia. Scientia mundo, quoniam stupuit orbis: ignorantia cœlo, quippe cœlo fuit inutilis. Aptè dixit: *Antecedebat me ista sapientia, & ignorabam.* Sic claudit hemistichium Biblia Antiqua. Plausum Salomoni conciliavit mundi scientia, cui præ omnibus concessa meritò laurea: sed præstabat stultus, ubi ab omnibus laureatus; quoniam huiusmodi studijs quò magis sapiebat, plus de sapientia ignorabat. Fuit Salomon insipiens, quia cognovit insipientiam, & scivit; verùm fuit sapiens, ubi scitam sapientiam, ut sapientiam non cognovit.

Ecel. 1. 17.

*Sapientia mundi stultitia.*

Sap. 7. 12.

*Et qui plus sapit, plus despit.*

21 In eisdem testimonijs patet veritas. *Dedi cor meum, ut scirem prudentiam, atque doctrinam, erroresque & stultitiam.* Prudentia opponitur stultitiæ, & doctrina contradicit errori. Priùs error erat, quoniam stultitia plaudebatur sapientia, atque sapientia stultitia. Studium sæculo, studium; prudentia cogitatio, vanitatum; consilium, mundum ludentem quærere; ingenium, temporalibus facietatem usque frui. Cæterùm frugi factus, agnovit quàm insipienter stultus: igitur quæ doctrina, modò vita est insipientia; quæ veritas, fatuitas; prolubium voluntatis, error mentis; prudentia, insania; ignorantia, quæ sapientia; nugæ verè utilitates, & denique quæ argumenta sapientiæ mentis furores. Unde cordis, & intelligentiæ tanta mutatio? Ex stultitiæ argumento. *Antecedebat me* (ait) *ista sapientia, & ignorabam.* Sapientia ignoratur? Sapientia stultescit intellectus? Utique. Non dicit absolutè *Sapientia*; sed *ista*: quæ quidem ut cœlestis, vera sapientia. Istiusce sapientiæ officium, non est mundana scire, sed penitùs ignorare: & exprimit cum sapientia ignorantiam, ut definiat ignorantiam veram sapientiam: quandoquidem ille profectò sapit, qui sapientiam mundanam non cognoscit.

Philip. 3. 8.

Apoll.

22 Ecce Benedicti cathedra, qua divinum silentio legitur ius. Ecce plus quàm Salomon hic. Fuit priùs insipiens Salomon, quoniam nescienter fuit doctus: at Benedictus sapiens, quoniam scienter nescius. Ignorantur à sapientibus sæculi huius, sapientiæ principia; quia illis placet errorum ignorantia: nec vacant respiscentiæ, quoniam retractatio pugnat cum intelligentiæ elevatione. Malunt torreri in perpetuum uturis, quàm fateri intellectionis errores. Iam habent præceptorem, sapientem fatuitatem ostendentem; ut fugiant insipientes fatuitatem: igitur quicquid mundus stultus plaudit scientiam, Benedictus esse ostendit plenissimam ignorantiam. Ornetur ergo palma despectus mundi, malis aureis arboris pulcherrimæ. Sacri servantur adhuc in arbore fructus, dum scientiam dictat sapienter indoctus: quippe in sapientia mundi nil lucri, nil scientiæ, *propter eminentem scientiam Iesu Christi.* Audiatur ergo doctrina, quippe æmulantibus

*Aurea servantur flaventia mala decora.*

*Benedicti mundi sapientiam demonstravit stultitiam.*

*Ubi supr.*

*Plus mundum cognoscit, qui nescit.*

## DIDASCALIA IX.

### *S. Benedictus dum mundum fugit, in arctissimum specum se tradidit.*

Gregor. Magn. *Benedicti eremitas.*

1 REfert Gregorius Magnus ubi supr. *cap.* 1. Delicias renuit amplecti, ut rutilaret flos campi. Fecit novum paradisum, petens vacuam non tantùm hominibus, sed volucribus eremum ut pro hominis vita sufficeretur angelica.

*Ut flos in septis secretus nascitur hortis,*
*Quem mulcent auræ, firmat Sol, educat imber.*

Catull.

Alio cecinit Catullus in *Carm. Nuptial.* Aptè flore fit collatio, ubi huiusmodi deliberatio videtur in puero: etenim qui intendit floris pulchritudini theatrum, priùs quærit flori sepulchrum. Minimè emineret luminibus speciosus, ni sepeliretur priùs. Unde Benedictus vivens sese tradidit in sepulchrum, ut flores in animo germinarent perfectionum.

2 Myrtus thyrso Hebræorum in Tabernaculorum solemnitate adhibita (qua iuxta Hieronymum in 14. *Zachar.* 19. designatur *vita mortua*) apud Ægyptios voluptas, & genij hilaritas: de quo Pierius Valer. *lib.* 50. *cap.* 24. Apud Romanos mors atra; igitur eius floribus & foliis ornabantur sepulchra. Idem lib. 52. cap. 23. Contrarietas symbolorum astruit Hieronymi propositum, & in Benedicto exemplum: siquidem dum corpus animatum in specu condidit, omnes corporis voluptates sepelivit. In morte deficiunt concupiscentiæ motus, in quorum obiecta tendit effrænis animus. Vitâ valent, sed vita mortuâ non prævalent: unde vita Benedicti in specu per myrtum designatur dicata morti; quoniam cum illo etiam appetitus inordinati sepulti. Puerum (detorqueatur in propositum Virgilius lib. 6. *Æneid.* v. 443.)

Levit. 23. 40. Hieron. Pier. Val.

*Vita Benedicti sensibili tati mortua.*

*Secreti celant calles, & myrtea circum*
*Silva tegit.*

Virgil.

Igitur voluptatibus sæculi penè mortuus, sensibilium genius omninò sepultus, illecebræ sine efficacitate, procul à corde deliciæ, anima quasi longè à corpore, & sensus in Deitate. Utique æmulator Ioannis in desertis. Audi Paulinum Consularem in *Carmin. Baptist.* v. 225.

*Tecta igitur sancti, quamquam immaculata, parentis*
*Deserit, ac turbas hominum, cœtusque nocentes.*
*Effugit, ac solas loca tendit ad invia terras*
*In queis se tantùm mens impolluta videret,*
*Liberaq; à curis sæva ad præcepta vacaret.*
*Vestis erat curvi setis conserta cameli,*
*Contra luxuriem molles duraret ut artus,*
*Arceretque graves compunctio corpore somnos*
*Præbebant victum facilem silvestria mella,*
*Pomaque & incultis enata cautibus herba,*
*Arentemque sitim decurrens unda levabat.*

*Vita Baptista in deserto.*

Paulin.

Ecce vita, & ecce mortua: equidem quasi non sufficeret corporis diri cruciatus, etiam in antro sepelivit corpus.

3 Verte igitur oculos in speluncam, ubi quasi alter Moyses in foramine petræ iacebat:

*Descriptio speculi S. Benedicti.*

bat : ita confert Hildegardis *lib. 2. Vision. 5. Angustus adeo locus, ut nec erectio corpore fluxe, nec in genua quis se erigere posset, in longum tamen sit porrectus, quantum humani corporis longitudo : locus ipse ubi S. Benedictus orationi continua se prostravit, triennium ibi agens, politissimus est, & præ nimia æqualitate lubricus, cum tota reliqua spelunca pars tam intus, quam extrà saxum sit longè asperrimum.* Hæc Thomas Stapleton. in *Promptuar. moral. Domin. infr. octi. Nativ. Christ. text. 5.* Num istud habitaculum, vel sepulchrum? Sepulchrum sanè viventis, ut adhuc super terram esset in terra oblivionis.

*Thom. Staplet. Non habitaculi, sed sepulchrum.*

4 Benedicitur Abraham : & cùm præmium sit ad amussim virtutum ; signum est, quòd restabat alia & superior perfectio ; dum benedictioni additur benedictio. *Benedicam tibi, erisque benedictus.* Quænam ergo perfectio necessaria, ut frueretur Abraham benedictione plena? Duplex est mors etiam in hac vita mortali, in eo qui intendit studere perfectioni ; qua non mortuus à defectu defectibilis vitæ, sed mortuus tantùm à corde. Prima fiat in fuga sæculi, secunda in despectu sui. Felicitas conceditur à largitore virtuti, sed perfectior perfectioni: unde Abrahæ promittitur post benedictionem benedictio; quoniam amplior in virtute felicitas, & perfectio, cor vel in mundo mori sibi, quàm mundum mori despicienti cordi. Mori mundum cordi, virtus est; quia vanitati sepulchrum fabricat cor : sed minimè eximia virtus, dum sibi vivit animus ; quoniam intra se habet sæculum, quantumvis habeat sepultum: & sibi mori apponitur post hominis claram virtutem ; quippequàm maxima, semet ipsum sepelire viventem.

*Gen. 12 2.*

*Mori sibi, virtutis perfectio.*

5 Perpende virtutem Abrahæ, & perfectionem Benedicti pueri. Abraham petijt à filijs Heth speluncam, vel ius sepulchri, ut ibi conderet Saram. *Date mihi* (ait) *ius sepulchri vobiscum, ut sepeliam mortuum meum.* Obiter nota, non Saram vocari, postquàm fato cessit. Eximia namque pulchritudo post mortem, nec nomen habet. Ergo ne nomina deleat ætas, tempus, vel oblivio, scribat in cœlis virtutibus pulchritudo : igitur quamdiù speciositas venustatis non floret, nec nomen memoriæ occurrit. *Ut sepeliam mortuum meum* : Ad quid ergo nisi mortuis sepulchra? Ad quid nisi cadaveri monumenta? Aliud habent officium, cùm rogat Abraham sepeliri mortuum. Virtus est, mortuos terræ mandare ; sed perfectior, vita mori : & mortuum dicit, ubi cadaver uxoris humare satagit ; siquidem si incumbit virtuti, in spelunca sepelire mortuum; est perfectionis, sepelire vivum.

*Gen. 23 4.*

*Pulchritudo dilataxat quamdiù floret, nomen habet.*

*Magna virtus, vitâ mori.*

6 *Esto perfectus* : dixit Dominus Abrahæ. Perfectus, quoniam metam communem transcendit nobilis virtus. Iam mundo mortuus, dum patriæ valedixit, erat Abrahamus : restabat, quòd sibi viveret mortuus : & perfectionem commendat, postquàm mundi vanitatem reliquerat; quia si felicitas comitatur mortem vanitatis temporalium, perfectio est felicitatis, sibi in se præparare sepulchrum. Si perfectio, mori mundanæ felicitati ; amplior felicitas apparebit, sibi mori. Qui cœpit à summo, à perfectione cœpit : unde perfectus dum instituitur Abrahamus, designatur benedictus ; etenim dumtaxat Benedictus, ut subitò obtineret perfectionem, in mortali vita coniunxit mortem vitalem. Sibi mortuus iacebat, postquam mundus iacuit mortuus. Altiora virtutis petijt, ubi in desertum fugit, & in spelunca latuit : igitur si speluncam petit Abraham, ut sepeliat corpus mortuum; speluncam petit puer, ut se sepeliat, & mundum.

*Gen. 17 1.*

*Et eximia, mori sibi.*

7 Specus erat sepulchrum viventis; quippe puer vivebat moriens ; quin mors terreret, dum quotidiè minitaret. Canit Bertharius:

*Nulla nix illum domuit, nec Eurus,*
*Non fames, æstus, sitis, aut cubile*
*Saxeum vicit, neque disciplinæ*
*Flagra severæ.*

*Bertha.*

Lex Adamo & filijs est : *Morte mori.* Videtur adhuc in amaritudine levissima pœna: verè acerba est, mori vitâ ; igitur voluntaria in corde mors, magis gravat, quàm mortali data lex. Datur animæ, immersæ sensibus, pro temporali vita corpus, ut dira custodia. Carcer est potentiarum usus sensuum : verùm vincula esse voluntarie in vinculis, numquàm visum. Ioannes in vinculis audit mirabilia Redemptoris : Benedicti pueri etiam auditus in vinculis. Ioannes in vinculis, sed non in vinculis sensus: vel sensus ligatos habebat in spelunca Benedictus. Dum ligatur corpus, vagatur sensus : ut dirior esset sensuum in sensibili corpore pœna ; sensus oppressit, dum corpus in spelunca, sub arctiore custodia. Dumtaxat ligatur corpus, dum evolat animus : & in specu quamvis non fugerat vita, iacebat corpus sub terra. Posuit in pulvere os suum, & quia ligatus sensibus se levavit super se : igitur in corpore vivo cuius conditionis sensibilitas, non apparebat nisi mortua vitalitas.

*Gen. 3. 17.*

*Benedicti vita sepulta.*

*Beatitudo vivebat mortua.*

8 Doctorem Gentium audiamus. *Quasi morientes, & ecce vivimus.* Quinqui profitemur

*2. Cor. 6. 9.*

*Et sensibus quasi mortua.*



mur perfectionem in schola magistri cœlestis (tractis vinculis sæculi, & mundanæ vanitatis, quæ mundi mens pro lubito cæca, non contemplatur ut vincula ) nosmetipsos abnegamus, quandoque viventes morimur. Morimur mundo, vivimus cœlo. Vivimus cum vitæ affectibus, procul affectibus vitæ: sed hoc gratiæ. Vivimus intra affectus corporis, & morimur propter corporis affectus ; quoniam bellum inter spiritus repulsus, & crebros impulsus carnis : tunc que morimur viventes ; igitur vivere in huiusmodi discrimine, non est vivere, sed mori. Morimur satagentes de subiectione huius terræ portionis, atque rebellis ; quæ continuò illecebram machinatur, qua effugiat frænum rationis, maximè si frangitur mulcedine indulgentiæ, vel voluptatis tyrannide : tunc que temporis quo contendentes morimur, vivimus; quoniam dumtaxat vivimus, quamdiù triumphamus. Morimur, à nosmetipsos negamus, & in illa morte vivimus; quippe vita cœlestis, ubi expediti sumus, blandis licèt, inimicis.

*Triumphus insignis, ubi vivimus moriendo.*

9 Qui morti proximus haud curat de terrenis, quoniam ultrà, affectus cordis : & qui perfectioni student, huiusmodi vitam gerent : igitur attingunt in tempore æternitatem, memoriæ mundi sepelientes oblivionem. Non morientes vivunt, sed quasi morientes. Modificatio exprimit sensuum mortificationem, & rationem appetitui dominantem. Mortui non sentiunt, morientes sentiunt, sed obiecta sensibilia non percipiunt : unde qui voluntarie ante mortem vitam mancipant sepulchris ; vivunt, sed vivunt quasi morientes: etenim ita in urgentia sensibilia, sensuum fractæ vires prævalent, quasi minimè sentirent. Mortui sepeliuntur, morientes mortificantur : in mortuis abest sensus, meriti artifex : in morientibus comprimitur, ubi patientia victrix : & in hoc mortali sæculo funestæ vitalitatis, vivunt, sed quasi moricutes ; quoniam ut habeant triumphum & meritum, antequàm sepeliantur, sepeliuntur. Vita patet holocaustum iuge : & martyrium sine sanguine, quo cor afflictum, in vita mortuum, corpus consumptum, iuxta arbitrium electionis iacet in oculeo cupitæ tyrannidis, amore iudice, & charitate tortore. Est hæc vita, & cœlestis? Ita vivitur? Ita moritur. Sanè, cæterùm tormentum est animo lenocinium: igitur corpus recipit albam togam, priusquàm infantilè portetur in sepulturam. Est in mundo, & mundus longè, & non est sibi, quia sui: vivit secum, & sine se, quippe simul vita & mors: affectus mortui, appetitus sepulti, quia subiecti : & denique corpus, in quo sine sensu sensus.

*Et exemplar vitæ perfectionis in Eucharistia.*

10 Huius miræ abstractionis perfectio lucet perpicue in maiori miraculo, ( quod panis Christi descendens sursùm de cœlo) ut homines quasi morientes vitam agant, dum panem vivum manducant. *Qui manducat hunc panem vivet.* Aliam quam communem vitam elargitur Redemptor victori, ubi vitam promittit vitam habenti. An vitam gratiæ? Concedit Augustinus Tract. 27. in *Ioann.* An vitam gloriæ? Aitruit Doctor Angelicus *Opusc.* 57. Aliquid singulare inest vitæ singulari. *Qui manducat me, ipse vivet propter me.* Ideò, vitam quam habeo habebit, quisquis panem hunc de cœlo gustaverit ; ut maniatur in mortali, vita gratiæ, & pignus conferatur gloriæ futuræ. In Sacramento est vivus Christus, verùm vivit quasi mortuus. Habet sensus, sed non sentit ; igitur nec gustat, nec audit, nec videt : & qui vult in vita cœlestem vitam, æmulari debet hanc vivendi exactissimam formam ; quoniam qui vivit cœlo, mori omninò debet mundo: secum scilicèt vivens, & sine se quasi moriens : ita à sensibus & etiam sensibilibus abstractus, quasi non haberet sensus.

*Ioan. 6. 58. Vita Eucharistiæ mirabilis.*

*Vers. 57*

*Ibi sensus sine sensu.*

*Et motus sine motu.*

11 Hæc est vita cœlestis, in qua exponitur imitabilis modus perfectionis. Perfectio, maximè Monachi veri, stat in corporis clausura, in obedientia, in cordis puritate, & omnium temporalium bonorum renunciatione : & Christus modum essendi in Eucharistia proponit in vitæ formam; siquidem dumtaxat qui æmulatur, habebit in vita vitam. Continetur ibi Christi corpus quasi in clausura accidentium ; igitur ubi non sunt sacræ species, non est corpus. Ita purum, quasi cœlicum: ita pauper, ut non sit in specie ulla substantia panis, sed ad oculum species : ita obediens voci hominis, ut descendat in mundum ex vi verborum. Ecce forma, & nobilior in vitali morte vita : igitur si propria vilis, & aliena in propria vita mirabilis; vita supra vitam additur, ut perfecta vita sit, quia qui sibi moriens vivit, iam non vivit propter se.

*Exemplar vitæ perfectionis in Eucharistia.*

12 Quod delictum in Vestali virgine afferebat incommodi, virtus cogitavit in cruciamen Benedicti. Quæ in incesto fuisset deprehensa ( refert Vincentius Chartar. de *Imag. Deor.* in *Magna Matre.* ) *viva adhuc feretro imponebatur, & tamquàm mortua efferebatur, cum propinquorum suorum luctu, sequentibus mœsto cum silentio pontificibus & sacerdotibus. Prope portam locus fuit subterraneus, in quem scalis quibusdam descendebatur : in eum locum solam virginem demit-*

*Ritus supplicij Virginis Vestalis incestuosæ.*

*demittebant, & scala auferebantur, locusque ipse occludebatur. In quo ne fame necari videretur, panis non nihil apponebatur.* In spelunca abditur Benedictus : & notat Gregorius ubi supr. cap. 1. *Ad specum iter non erat* : igitur alijs iter Benedicti non iter; sed illi, etsi per aspera, planum, quod cæteris invium. Vivus adhuc in feretro collocatur, dum in specu sepelitur, arcto pane & aqua decurrente, ut mortem imminentem arcerent, & arcendo non delicias, sed tormenta ministrarent. Mortuus sepultus, non novum : novum sanè, mortuus vivus : & Benedictus vivens adhuc collocatur in feretro, dum infertur in spelunca sepulchro ; ut pateret uti novum quòd iam vivens amisisset vitalitatem, cùm sepulchrum eligeret habitandum ante mortem.

Gregor.

Benedictus meritur ante mortem.

13 Executioni mandavit, quod Soter Natu perfectionem ostendit. *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & sequatur me.* Se abnegare ? Impossibile prorsum. Se abnegare est se relinquere, & se fugere, quod nequit esse cum esse. Sine esse non se negabit, quia non esse est planè mori. Qua ergo lege ut sequatur, erit vivus; & ut se deseruquat, erit mortuus ? Contilium qui exactè implevit, nodum quæstionis dissolvit. Latens in spelunca Benedictus ingenio vitæ respondit difficultati. Esse quo gaudet in lucem editus homo, quoad usum pendet à gaudentis arbitrio ; quoniam esse sine libertate non est esse, sed sub tyrannide mori. Qui amittit libertatem, illo in iactu admittit mortem : & cum mors, quæ simul cum vita est, sit acerbissima mors ; Benedictus mortuus est in curriculo vitæ, dum in sepulchrum sese intulit voluntariè. Si se abnegare, est esse moriens & vivens, Benedictus in specu vivebat moriens. Vivit moriens, & est vivens sine esse. Moritur, quoniam vivit in sepulchro : & vivit procul esse, quoniam non homo. Homo mortuus non est homo, sed hominis turpe cadaver : & sanè prodigiosum ; quòd in specu homo, ut homo non sit, iaceat cadaver vivum. Excludit mors halitum vel ex parte vitalem, sicut vitalitas mortem ; abnegatio sui utrumque extremum amplectitur : & Benedictus sese abnegando voluntariè moritur ; ut in vitali morte, vel morte vitæ, ferret secum ut moriens vel amiculum ferale. Hispana dialecto : *Sepultase en vida, porque en la vida muerta, la muerte viva previnieße à un cadaver viviente la mortaja.*

Matth. 16. 24.

Dum in specum se recludit.

Coniunxit vitam & mortem.

14 Vel in Gentilium superstitione invenitur documentum, præcipue dum ratio ab eorum symbolis relegat supersitiosum. Apud Græcos ut scribit Pansanias in *Attic.* Venus inter Gratias & Parcas colebatur. Huius cogitationis perspicacis ingenium exprimit usum, potiùs abusum Gratiarum quandoquidem quot Veneres, tot cordi insidiantur mortes : quin Parcarum toxicum cognoscatur lethale, quippe introducitur sub Gratiarum specie. Nescio an hoc intuitu sagittæ & Gratiæ manus ornabant Apollinis : siquidem humana corda plùs, & altius vulnerantur gratijs, quàm sagittis. Vide Macrobium lib. 1. *Saturnal.* cap. 21.

Venus inter Parcas & Gratias.

Paus.

Sol cum Gratijs & sagitta.

Macrob

Apud Romanos Venus inter Parcas natu maxima, eò quod *Libitina Venus* (inste Viac. Chartarius in *Pluton.*) *esset in cuius templo sepulchralia insignia custodirentur.* Alba togâ in templo Veneris (cuius insigne speciositas) pulsat animum, ut mens incauta in pulchritudine præsentiat insidias : igitur haud habet Venus amicula, queis homines compte ornentur, sed fecalia dumtaxat, queis corpora sepeliantur. Hæccine merces Veneris, pretium cadaveris. Latet in prudenti meditato symbolo profundior virtutis significatio. In templo in quo Gratiarum & Parcarum Venus regina, insignia funeris exponuntur venalia. Optimè disponuntur officia, & imagines in templo Veneris, quamvis videantur diversissimæ imagines. Multi emebant sindones cadaveribus, alij hominibus: hoc est, muneribus sepulchralibus ornabantur corpora, & etiam cadavera. Sindon vivis, & mortuis : mortuis ad feretrum, vivis in feretrum : alijs sepulchro, alijs in sepulchrum ; quippe ante mortem sibi & secum ferale habebant velamen. Unde benè Venus Libitina inter Gratias & Parcas collocatur; iuxta tempus quo corpus sindone induitur: igitur Parca est post mortem ; & gratia, corde habente vitalitatem. Parca, si accipiuntur in morte mortis insignia : gratia, si in vita recipitur alba toga ; igitur vitæ mundi fastidium tantùm à gratia ; cuius summa pulchritudo, dum non cadaver, sed sepelitur homo.

Sepulchralia insignia in Veneris templo.

Quod ut ventis videtur impropriumest virtutis portentū.

Mercedi Veneris pretium cadaveris.

Luc. 7. 12. Novar.

Sepelirī in vita, nō mori, sed gratia.

Et nō cuique

15 *Ingredieris in abundantia sepulchrum*, dicitur Iobo. *In abundantia*, hoc est feliciter, subdit hic Sanctius in *Paraphr.* Nemo sepulchrum ingreditur, sed in tumulum nesciens deportatur : & dicitur *Ingredieris*, pro nota felicitatis : igitur cùm voluntas sit voluptas ; erit vera prosperitas, & delicium mortui viventis cordis, si antequàm in sepulchrum infereris, ingrediaris. Qui portatur, sepelitur, sed invitè : qui ingreditur, sepelitur voluntariè : & Iobo dicitur : *Ingredieris*, non *portaberis* ; ut moriatur vivas, & sepeliatur felix, antequàm mor-

Iob 5. 26.

Est summa felicitas.



mortuus. Felix, quia si fortuna ante mortem mundo mori ; haud obtineret, ni ingrederetur vivens habitacula sepulchri.

In voce *Abundantia* notatur Benedicti singularis sepultura. Abundantia nomen erat matris Benedicti, quæ illicò ut puerum peperit, expiravit. Nota modo : *Ingredieris in Abundantia sepulchrum.* Ex Abundantia nascitur, & illa in sepulchrum defertur. Differentia declaratur sepulchri in morte genitricis, & vita infantis, cùm in sepulchro unà iaceant infans & genitrix illa deportatur hic ingreditur: hic placide, illa funestes quoniam dum mater sepelitur mortua, pueri sepelitur vita. Videtur sepulchrum improprium, & est virtutis portentum ; dùm ingreditur cum Abundantia sepulchrum: igitur feliciter moritur, ingrediens sepulchrum ; antequàm deportaretur. Nonne mirum in vita festiva pueri, quòd tumulus præparetur uti cadaveri? Mirum utique : quandoquidem si funestum est in tumulum ferri, summa felicitas in sepulchrum ingredi.

16 Flebat mater filium mortuum, de quo Lucas : *Ecce defunctus efferebatur, filius unicus matris suæ.* Ad quid ly *Ecce*? Subdit Novarinus hic n. 379. *Ecce, particula admirationis est, novum aliquod signat.* Hic latet prodigium, & prorsus novum. Novum ne quòd puer duodecim, aut tredecim annorum (ita Pagninus) pateat oculis Parcæ ludibrium ? Novum, cùm delicium sit mortis transvolare diffantes ? Novum, cùm tempus putationis præveniat, si flos ætatis appareat? Ubi ergo fulerum novitatis, & materia admirationis ? Non novum tactum, sed signum: ideo *novum aliquod signat*, ac admirationi demonstrat. Sed quid hoc aliquid: Portentum virtutis Benedicti: siquidem novum, & portentum, quòd fiat in ætate floreseentis vitæ, quicquid exercetur cum cadavere. Cadaver efferetur : Benedictus sepelitur : in hoc claret exemplum, in illo portenti signum: igitur virtus viventem puerulum ducit, ubi fato iam functos Parca reponit. *Defunctus efferebatur*, ut terrâ in fovea reconderetur: sed deerat novitas, quòd quasi cadaver sepeliretur vitalitas.

Luc. 7. 12.

Mors præviſa excitauit mediocritatem.

Augusti.

17 In cæco à nativitate patet consilium, dum gratis invenit medicum. Hic enim expuit in terram, fecit lutum ex sputo, linivit lutum super oculos eius, & dixit illi: *Vade, lava in natatoria Siloem.* His aquis designabatur baptismus, quo nova vita & novus homo, sepultus in morte Christi, exutus homine veteri. Unde Augustinus in *Ioann. Tract.* 44. & Chrysostomus hic. *Homil.* 58. inquiunt: *Vade feliciter, ingredere in lavacrum*

Ioan. 9. 7.

Tom. II. Tant.

*peccatorum, sepulchrum criminum.* Ingressus in sepulchrum pro medicina exhibetur & cæcus sanè curatur : siquidem mors prævisa cæcæ menti confert illuminationem, & prævalet contra cordium languores efficacius medicamen. *Ingredere in sepulchrum, & lavacrum.* Tunc lavacrum, dum vivus ingreditur in sepulchrum. *Ingredere* : *vade* : & addit Augustinus *Feliciter.* Unde cum morte felicitas ? Quia sepelitur vitalitas. Filius viduæ ploratur, cum eidem dicatur : *Noli flere.* Cur igitur funus hoccine funestum, & cæci à nativitate tantum? Hic in sepulchrum ingreditur : ille ab alijs efferebatur : & distat funus a funere, quod vitalitas à morte : etenim si felicitas ingredi; est plorabile deferri. Felicitas, & calamitas : calamitas, quia dum moritur, moritur : felicitas, quoniam sepultus antequàm moreretur : igitur semper tantum, quòd perfectio virtutis viventes ducat, ubi mors indiscrete morientes collocat.

Chryſoſt.

Luc. 7. 13.

Mors ad te mortem quã felix.

18 *Vade feliciter. Ingredere.* Quis dulci Minervâ in sepulchrum ingreditur? Benedictus igitur in arctissimum specum se tradidit, & se vivum in antro sepelivit. Paret falsum, quod de filio latente in Hectoris sepulchro, protulit mater ut verum, apud Senecam in *Troade*, Act. 3. v. 509.

— *Fata si miseros iuvant,*
*Habes salutem : fata si vitam negant,*
*Habes sepulchrum.*

Senec.

Igitur Benedictus in sepulchro vitam habuit, & in morte non miser vitam invenit. Qui moriuntur in mundo efferuntur, ut filius viduæ Nain : Benedictus ingreditur, antequàm impellat mors. Illi collocantur in obscuris, sicut mortui sæculi : Benedictus sepelit semetipsum cum claritate. Illi portantur, Benedictus verò ingreditur : unde quod in illis sepulchrum indicat mortem, in Benedicto singularem & miram signat virtutem: etenim cogitavit in obsequium voluntas, quicquid factura necessitas. Dat cadaver sepulchro ut tributum, annos victos : qui ingreditur vivens, annos tempore vivendos. Illud, tempora præterita, quæ numquàm illi futura: hic futura cedit sponte quasi præterita. Illud, tempus quo uti nequid obvia morte, hic, vitam blanditam tempore. Illud ut cadaver, corpus mortuum : hic uti homo, corpus vivum : & si primum mortalitatis necessitas ; secundum næ perfectionis singularitas : siquidem novum ingredi in vita sepulchrum, propter amoris obsequium. Vernaculè : *Novedad, por obrar la fineza, de irse al sepulchro, y morirse en la vida.*

Quanta obſequia mortis.

19 Occurrit causa. Qui sepelitur post mortem, mundum relinquit ; dum relinqui-

*Unde ob sequium aquæ.*

tur à mundo. Qui verò in sepulchrum ingreditur, mundum relinquit, dum sequitur mundus. Primum est videre, post relinquere: secundum, antequàm videatur, renunciare. Est despicere, antequàm gloriæ falsæ evanescat apparentia; quippe patet oblivio, priusquàm adveniat memoria: & mundus ignoratur, dum renunciari videtur; igitur si tædium est, illud uti perfidum recognoscere, recognitum proculcare; fastum erit proculare, antequam possit videri, & fallacias, atque officias recognosci. Verùm hoc haud brevi *Didasc.* 11. *n.* 27.

*Cur mortis mundum ignorare, quam de relinquere?*

Observavit Plinius lib. 7. cap. 8. *Ritu naturæ capite hominem gigni, pedibus efferi. In pedes procedere nascentes, contra naturam est. Quo argumento eos appellavere Agrippas, ut ægrè partos: qualiter Marcum Agrippam feruntur genitum, unico propè fœlicitatis exemplo, in omnibus ad hunc modum genitis.* Felicitas est, ita nasci. Contraria objiciuntur rationi: igitur si infelix dum nascitur homo, quia illum comitatur mortalitatis conditio, & nasci pedibus est in sepulchrum efferi: perperam erit felicitas, nasci morti. Imò summa, dum videtur felicitas felicitati contraria: igitur homo obtinet nativitatis horoscopum, quasi deportaretur pedibus in sepulchrum. Singularitas eiusmodi partus claret speculum perfectionis Benedicti, quoniam illius proprium, quantumcumque singulare. Homines, seu potiùs hominum cadavera pedibus deferuntur in sepulchra, verùm pedes homines non deferunt, ni pedibus singulariter nascantur: & Benedictum in antrum deferunt pedes, dum pedibus deferuntur alij homines; ut pateat felix funus, eius qui vivebat mortuus: igitur sponte sepeliebatur, antequam ab hominibus sepelirerur. Plura alia loco cit.

*Plin.*

*Benedictus sepelitur, antequam sepeliatur.*

*Pſal. 45 9. Lorin.*

20 Venite & videte opera Dei, & *quæ posuit prodigia super terram.* Quæ igitur prodigia? *Solitudines.* Legit Lorinus hic. Solitudines sunt prodigia? Sanè: siquidem ibi videntur mors viva, & vita mortua. Prodigia in solitudine, quoniam ibi videtur vivum cadaver:

*Marc. Monac.*

—— *Puer dulcis patriæ penates*
*Linquit, & solus latuit silenti*
*Conditus antro.*

*Tibull.*

Nonne in solitudine prodigium, excogitatum funus ante tempus, dum sepelitur solus? Solus, quoniam mens in cœlo. Solus, quia nec secum cogitatio. Si per myrtum signatur vita mortua, videtur in spelunca:

*Et gerit insigni myrtea serta coma.*

*** *** ***

## DIDASCALIA X.

### *S. Benedictus nulli animum voluptati dedit.*

1 SUbdit eius insignis Historiographus in *Præfat.* Perpropriè ad eius festa, dum recolimus deserti Tabernacula, additur alijs floribus, atque frondibus reticuli, *& salices de torrente.* Per salicem designatur cogitatio, uti hìc observatur à Radulpho. Per torrentem verò omnimodam voluptatem: & Benedictus in deserto salici comparatur de torrente; quippe inter tot mundi invitantis voluptates, ulla cogitatio nulli. *Quasi salix iuxta præterfluentes aquas* Benedictus germinavit, quia nec cogitatio de voluptatibus floruit. Erant illi aquæ præterfluentes, & transivit transeuntes.

*Greg. Magn.*

*Levit. 23. 40. Benedictus voluptates præterèa tes præterivit. Iſai. 44. 4.*

*Quis locus hìc vitijs, aditâ quem prava cupido*
*Invenit hæc inter sacra ac penetralia mentis?*
*Quò pecces, qui nil cupiat? Quò tendat iniqui*
*In latebras sensus, quisquis non indiget ullo?*

*Paulin.*

Paulinus Consularis in Carm. de *Baptist.* cecinit, & propositò. Latuit ibi anguis adhuc sub arida herba, licet suspenderit *in salicibus organa*: igitur cordi estò surdo in eremo Romæ tesonuit cantus, tamquàm esset auditus *in medio eius.* In pumice Venus invenit delicioſa fomitem, cùm vix haberet tenuem, quæ tegeret ossa cutem! Quid quòd lignum incendat, dum aqua flagrat?

*Pſ. 136. 2.*

*Nullus in mundo locus à tentatione vacuus.*

2 Perpende theatrum, ut notes & mireris nobile triumphum. *Tanta autem carnis tentatio* (ait Gregorius Magnus cap. 2. lib. 2. *Dialog.*) *avi recedente secuta est, quantam vir Sanctus numquàm fuerat expertus. Quamdam namque aliquando fœminam viderat, quam malignus spiritus ante eius mentis oculos reduxit: tantoque igne servi Dei animum in specie illius accendit, ut dum in eius pectore amoris flamma vim caperet, etiam penè deserere eremum voluptate victus deliberavit.* Magna prorsùm tentatio ubi nec sui conscius, nec sui nescius: tanta gravatus est, ut penè cederet, penè discederet: mens ergo in ancipiti impulsus & repulsus articulo.

*Tentatio carnis fuit in Benedicto gravissima. Greg. Magn.*

*Errat ut à ventis discordibus acta phaselus*
*Dividumque tenet alter, & alter amor.*

*Ovid.*

Quid mirùm? Totus Cocyti, ductrice Venere, totus Acherontis, ductore Cupidine, concitatus exercitus; sed Benedictus solus. Se, ne præceps iret, quærebat: & se minimè inveniebat; quia sensus quos iudicabat minis-

*Urgentis tentationis descriptio.*



stros, sensit à Cypride falsa voluptate corruptos; ac in necessario officio potiùs insidiari, quàm servire. Deficiunt à fide data, estò ad horam libertate promissa: & dum officium vel invitè faciunt, magis officiunt. Muros habet hostis, & circùm haud videtur nisi ignis & ignis.

*Senec.*

——— *Pectus vapor*
*Amorque torret, intimas sævus vorat*
*Penitus medullas, atque per venas meat*
*Visceribus ignis mersus, & venis latens,*
*Ut agilis flamma percurrit.*

*Referxio vel in p.ª plicitate.*

Pluunt Cupidines in aream pectoris, ludunt tela figentes, & circumvolitantes, ut cantent victoriam, qui inexpugnabilem constituebant pugnam; igitur pectus flammis ignivomè æstuabat, & cupiditas ne periret, accedendo deperibat. Venus pro corpore, ratio pro mente: phalanx demùm invadit, sed tota ruit. Sensit. Sed non consensit, quamvis mœnia casti pectoris Avernus facibus studiosè circumdedit. Hostis tenuit cordis mœnia, verùm non ruit alto à culmine Troia. Stat immobilis puer, estò totus irruat æther: etenim ut vidit quasi oppressos rationis conatus, & partes hostiles perfidè sequentes sensus:

*Ovid.*

*Non tulit ulteriùs: sed ut intabescere flavæ*
*Igne levi ceræ, matutinisque pruinæ*
*Sole tepente solent; sic attenuatus amore*
*Liquitur, & tecto paulatim carpitur igni.*
*Et nequè iam color est mistò candore rubori,*
*Nec vigor & vires:*

*Victoria.*

Sed sumpsit à corpore (à quo & in quo intestinum bellum, & militum transfugarum præsidium) per castitatis munimen, & Numinis arcem; quoniam ultima salus, nullam per Venerem sperare salutem: igitur impulsu cœlesti ut evaderet volatu, unde egredi nequibat progressu, & victoria celebrarctur illustris, si naucisceretur inermis; Benedictus contra Benedictum pugnans, contendens, vires proprias contra vires in exercitum ducens, impetè corpus nudum præcipitavit in dumetum horridum. Nudum se in spinarum aculeos, & urticarum proiecit globos: unde per carduorum acies, acies retudit Veneris. Traxit voluptatem in dolorem, qui propulit Cupidinis voluptatem. Vulnus recepit, ne vulnera acciperet. Veneno aperuit ossia, dum aperuit vulnera: igitur virus exiit, ubi vulnus eduxit. Quia cetsit viribus, vicit. Æstuavit, sed ignem ignibus urticarum extinxit. Vidit triumphum, quia mutavit incendium. Aptiùs diceres vulnus Cupidinis, quàm corporis: siquidem puduit, & avolavit Venus, ubi apparuit Benedictus pulcher & sanctus.

*Parta sanguine*

*Ignè igni vicit.*

*Nec quidquam nisi vulnus erat, cruor undique manat,*

*Ovid.*

*Deiectique patent nervi, trepidæque sine ulla*
*Pelle micant venæ salientia viscera posses,*
*Et pellucentes numerare in pectore fibras.*

*Per vulnera carnis vulnera cordis.*

3 Languit corpus, sed amore languit? Languit corpus, ne langueret. Languit corpus, sed valuit animus. Vulneribus vulnera ingeniosè sanavit; & quod ignis concepit, igne restinxit, & flammas flammis compescuit. Corpus tradidit tribulis lacerandum, ut pectus servaret ab uredine integrum. Si noluisset esse corpore, fuisset pectore. Validior fuit ignis, qui foris usit, quàm qui intùs Venus accendit. *Novum belli genus* (ait Chrysostomus Homil. 34. in *Matth.*) *& insolitum prælianti morem intelligant, cùm discipulos Dominus mittit nudos; inexplicabilem virtutem proferens.* Novum est, & mirum saluti sanitatem amittere, & novum artificium lucrandi, iacturam facere. Impia sagitta Benedictum tetigit, non prostravit. Inter spinas delecit, ut validior surgeret. Antæum pugil Benedictus figurabat, qui nimis victor, cùm cecidisset, erat. Fuit uriique impugnatus, propugnatus, verùm minime expugnatus: igitur quæ tela à Venere tulit, fortius in Venerem retulit. Ideo post myrtum, salix additur Tabernaculorum festivitati: *Ramos ligni densarum frondium, & salices de torrente.* Per myrtum designantur *vulnera Veneris*: ait Pierius lib. 50. cap. 29. per salicem, *victoria castitatis*: idem lib. 52. cap. 26. Aptum itaque symbolum, ut Benedicti deseribatur trophæum: quoniam non tutilaret fulgor candoris, nisi inter vulnera Veneris. Hæc vel vincit, vel vincitur: & ut caderet victa, cordium vulneratorum non numquàm victrix; ictus icit ictricem retusis armis.

*Chrysost. tom.*

*Singulare medicamen.*

*Levit. 23. 40.*

*Rutilat fulgor ex flictis inter vulnera Veneris.*

*Et quæ spectavit vulnera, vulnus habet.*

Plus igitur pene victus victor fecit, quàm pro victoria hominis contemplatio cogitavit. Luceat fictum, ut pateat verum.

*Ovid.*

*Tela Cupidinis varia.*

4 Puellæ subitò obviavit vagus Cupido, qui quidem specie stupuit, & vulnerare pectus virginis decrevit: sed improviso consilio, mutato telo, sibi arripuit aureum, & puellæ plumbeum: ita ornatur Cupidinis pharetra, ut canit Ovidius lib. 1. *Metam.* Fabul. 9.

*Ovid.*

——— *Duo tela pharetra*
*Diversorum operum: fugat hoc, facit illud amorem:*
*Quod facit, auratum est, & cuspide fulget acuta:*
*Quod fugat, obtusum est, & habet sub arundine plumbum.*

*Unde ob sequium aquæ.*

tur à mundo. Qui verò in sepulchrum ingreditur, mundum relinquit, dum sequitur mundus. Primum est videre, post relinquere: secundum, antequàm videatur, renunciare. Est despicere, antequàm gloriæ falsæ evanescat apparentia; quippe patet oblivio, priusquàm adveniat memoria: & mundus ignoratur, dum renunciari videtur; igitur si tædium est, illud uti perfidum recognoscere, recognitum proculcare; fastum erit proculare, antequam possit videri, & fallacias, atque officias recognosci. Verùm hoc haud brevi *Didasc.* 11. *n.* 27.

*Cur mortis mundum ignorare, quam de relinquere?*

Observavit Plinius lib. 7. cap. 8. *Ritu naturæ capite hominem gigni, pedibus efferi. In pedes procedere nascentes, contra naturam est. Quo argumento eos appellavere Agrippas, ut ægrè partos: qualiter Marcum Agrippam feruntur genitum, unico propè fœlicitatis exemplo, in omnibus ad hunc modum genitis.* Felicitas est, ita nasci. Contraria objiciuntur rationi: igitur si infelix dum nascitur homo, quia illum comitatur mortalitatis conditio, & nasci pedibus est in sepulchrum efferi: perperam erit felicitas, nasci morti. Imò summa, dum videtur felicitas felicitati contraria: igitur homo obtinet nativitatis horoscopum, quasi deportaretur pedibus in sepulchrum. Singularitas eiusmodi partus claret speculum perfectionis Benedicti, quoniam illius proprium, quantumcumque singulare. Homines, seu potiùs hominum cadavera pedibus deferuntur in sepulchra, verùm pedes homines non deferunt, ni pedibus singulariter nascantur: & Benedictum in antrum deferunt pedes, dum pedibus deferuntur alij homines; ut pateat felix funus, eius qui vivebat mortuus: igitur sponte sepeliebatur, antequam ab hominibus sepelirerur. Plura alia loco cit.

*Plin.*

*Benedictus sepelitur, antequam sepeliatur.*

*Pſal. 45 9. Lorin.*

20 Venite & videte opera Dei, & *quæ posuit prodigia super terram.* Quæ igitur prodigia? *Solitudines.* Legit Lorinus hic. Solitudines sunt prodigia? Sanè: siquidem ibi videntur mors viva, & vita mortua. Prodigia in solitudine, quoniam ibi videtur vivum cadaver:

*Marc. Monac.*

—— *Puer dulcis patriæ penates*
*Linquit, & solus latuit silenti*
*Conditus antro.*

*Tibull.*

Nonne in solitudine prodigium, excogitatum funus ante tempus, dum sepelitur solus? Solus, quoniam mens in cœlo. Solus, quia nec secum cogitatio. Si per myrtum signatur vita mortua, videtur in spelunca:

*Et gerit insigni myrtea serta coma.*

*** *** ***

## DIDASCALIA X.

### *S. Benedictus nulli animum voluptati dedit.*

1 SUbdit eius insignis Historiographus in *Præfat.* Perpropriè ad eius festa, dum recolimus deserti Tabernacula, additur alijs floribus, atque frondibus reticuli, *& salices de torrente.* Per salicem designatur cogitatio, uti hìc observatur à Radulpho. Per torrentem verò omnimodam voluptatem: & Benedictus in deserto salici comparatur de torrente; quippe inter tot mundi invitantis voluptates, ulla cogitatio nulli. *Quasi salix iuxta præterfluentes aquas* Benedictus germinavit, quia nec cogitatio de voluptatibus floruit. Erant illi aquæ præterfluentes, & transivit transeuntes.

*Greg. Magn.*

*Levit. 23. 40. Benedictus voluptates præterèa tes præterivit. Iſai. 44. 4.*

*Quis locus hìc vitijs, aditâ quem prava cupido*
*Invenit hæc inter sacra ac penetralia mentis?*
*Quò pecces, qui nil cupiat? Quò tendat iniqui*
*In latebras sensus, quisquis non indiget ullo?*

*Paulin.*

Paulinus Consularis in Carm. de *Baptist.* cecinit, & propositò. Latuit ibi anguis adhuc sub arida herba, licet suspenderit *in salicibus organa*: igitur cordi estò surdo in eremo Romæ tesonuit cantus, tamquàm esset auditus *in medio eius.* In pumice Venus invenit delicioſa fomitem, cùm vix haberet tenuem, quæ tegeret ossa cutem! Quid quòd lignum incendat, dum aqua flagrat?

*Pſ. 136. 2.*

*Nullus in mundo locus à tentatione vacuus.*

2 Perpende theatrum, ut notes & mireris nobile triumphum. *Tanta autem carnis tentatio* (ait Gregorius Magnus cap. 2. lib. 2. *Dialog.*) *avi recedente secuta est, quantam vir Sanctus numquàm fuerat expertus. Quamdam namque aliquando fœminam viderat, quam malignus spiritus ante eius mentis oculos reduxit: tantoque igne servi Dei animum in specie illius accendit, ut dum in eius pectore amoris flamma vim caperet, etiam penè deserere eremum voluptate victus deliberavit.* Magna prorsùm tentatio ubi nec sui conscius, nec sui nescius: tanta gravatus est, ut penè cederet, penè discederet: mens ergo in ancipiti impulsus & repulsus articulo.

*Tentatio carnis fuit in Benedicto gravissima. Greg. Magn.*

*Errat ut à ventis discordibus acta phaselus*
*Dividumque tenet alter, & alter amor.*

*Ovid.*

Quid mirùm? Totus Cocyti, ductrice Venere, totus Acherontis, ductore Cupidine, concitatus exercitus; sed Benedictus solus. Se, ne præceps iret, quærebat: & se minimè inveniebat; quia sensus quos iudicabat minis-

*Urgentis tentationis descriptio.*



stros, sensit à Cypride falsa voluptate corruptos; ac in necessario officio potiùs insidiari, quàm servire. Deficiunt à fide data, estò ad horam libertate promissa: & dum officium vel invitè faciunt, magis officiunt. Muros habet hostis, & circùm haud videtur nisi ignis & ignis.

*Senec.*

——— *Pectus vapor*
*Amorque torret, intimas sævus vorat*
*Penitus medullas, atque per venas meat*
*Visceribus ignis mersus, & venis latens,*
*Ut agilis flamma percurrit.*

*Referxio vel in p.ª plicitate.*

Pluunt Cupidines in aream pectoris, ludunt tela figentes, & circumvolitantes, ut cantent victoriam, qui inexpugnabilem constituebant pugnam; igitur pectus flammis ignivomè æstuabat, & cupiditas ne periret, accedendo deperibat. Venus pro corpore, ratio pro mente: phalanx demùm invadit, sed tota ruit. Sensit. Sed non consensit, quamvis mœnia casti pectoris Avernus facibus studiosè circumdedit. Hostis tenuit cordis mœnia, verùm non ruit alto à culmine Troia. Stat immobilis puer, estò totus irruat æther: etenim ut vidit quasi oppressos rationis conatus, & partes hostiles perfidè sequentes sensus:

*Ovid.*

*Non tulit ulteriùs: sed ut intabescere flavæ*
*Igne levi ceræ, matutinisque pruinæ*
*Sole tepente solent; sic attenuatus amore*
*Liquitur, & tecto paulatim carpitur igni.*
*Et nequè iam color est mistò candore rubori,*
*Nec vigor & vires:*

*Victoria.*

Sed sumpsit à corpore (à quo & in quo intestinum bellum, & militum transfugarum præsidium) per castitatis munimen, & Numinis arcem; quoniam ultima salus, nullam per Venerem sperare salutem: igitur impulsu cœlesti ut evaderet volatu, unde egredi nequibat progressu, & victoria celebrarctur illustris, si naucisceretur inermis; Benedictus contra Benedictum pugnans, contendens, vires proprias contra vires in exercitum ducens, impetè corpus nudum præcipitavit in dumetum horridum. Nudum se in spinarum aculeos, & urticarum proiecit globos: unde per carduorum acies, acies retudit Veneris. Traxit voluptatem in dolorem, qui propulit Cupidinis voluptatem. Vulnus recepit, ne vulnera acciperet. Veneno aperuit ossia, dum aperuit vulnera: igitur virus exiit, ubi vulnus eduxit. Quia cetsit viribus, vicit. Æstuavit, sed ignem ignibus urticarum extinxit. Vidit triumphum, quia mutavit incendium. Aptiùs diceres vulnus Cupidinis, quàm corporis: siquidem puduit, & avolavit Venus, ubi apparuit Benedictus pulcher & sanctus.

*Parta sanguine*

*Ignè igni vicit.*

*Nec quidquam nisi vulnus erat, cruor undique manat,*

*Ovid.*

*Deiectique patent nervi, trepidæque sine ulla*
*Pelle micant venæ salientia viscera posses,*
*Et pellucentes numerare in pectore fibras.*

*Per vulnera carnis vulnera cordis.*

3 Languit corpus, sed amore languit? Languit corpus, ne langueret. Languit corpus, sed valuit animus. Vulneribus vulnera ingeniosè sanavit; & quod ignis concepit, igne restinxit, & flammas flammis compescuit. Corpus tradidit tribulis lacerandum, ut pectus servaret ab uredine integrum. Si noluisset esse corpore, fuisset pectore. Validior fuit ignis, qui foris usit, quàm qui intùs Venus accendit. *Novum belli genus* (ait Chrysostomus Homil. 34. in *Matth.*) *& insolitum prælianti morem intelligant, cùm discipulos Dominus mittit nudos; inexplicabilem virtutem proferens.* Novum est, & mirum saluti sanitatem amittere, & novum artificium lucrandi, iacturam facere. Impia sagitta Benedictum tetigit, non prostravit. Inter spinas delecit, ut validior surgeret. Antæum pugil Benedictus figurabat, qui nimis victor, cùm cecidisset, erat. Fuit uriique impugnatus, propugnatus, verùm minime expugnatus: igitur quæ tela à Venere tulit, fortius in Venerem retulit. Ideo post myrtum, salix additur Tabernaculorum festivitati: *Ramos ligni densarum frondium, & salices de torrente.* Per myrtum designantur *vulnera Veneris*: ait Pierius lib. 50. cap. 29. per salicem, *victoria castitatis*: idem lib. 52. cap. 26. Aptum itaque symbolum, ut Benedicti deseribatur trophæum: quoniam non tutilaret fulgor candoris, nisi inter vulnera Veneris. Hæc vel vincit, vel vincitur: & ut caderet victa, cordium vulneratorum non numquàm victrix; ictus icit ictricem retusis armis.

*Chrysost. tom.*

*Singulare medicamen.*

*Levit. 23. 40.*

*Rutilat fulgor ex flictis inter vulnera Veneris.*

*Et quæ spectavit vulnera, vulnus habet.*

Plus igitur pene victus victor fecit, quàm pro victoria hominis contemplatio cogitavit. Luceat fictum, ut pateat verum.

*Ovid.*

*Tela Cupidinis varia.*

4 Puellæ subitò obviavit vagus Cupido, qui quidem specie stupuit, & vulnerare pectus virginis decrevit: sed improviso consilio, mutato telo, sibi arripuit aureum, & puellæ plumbeum: ita ornatur Cupidinis pharetra, ut canit Ovidius lib. 1. *Metam.* Fabul. 9.

*Ovid.*

——— *Duo tela pharetra*
*Diversorum operum: fugat hoc, facit illud amorem:*
*Quod facit, auratum est, & cuspide fulget acuta:*
*Quod fugat, obtusum est, & habet sub arundine plumbum.*

Cæcus est, dum percutit; quid si percutitur? Dum lumina cæcus intendit, minùs videt. Ista puella sensit odium, & ne promeret, in errorem reflectens (ut vinceret) telum aureum; cogitat saltare, quem non poterat Cupidinem fugere. Fingit se victam ante pugnam, ut naufragatur victoriam. Cæcus credidit, sagittas demittit, pharetram ante pedes virginis projicit: & parta occasione, dum Amoris inermis insidiantì, sed mulcenti patuit cor; cinis Cupido factus, qui sagittis seu fulgure prana fuit: & cujus manus traxerant in incendium victrices flammas, in tenues ierum cor, arcus, tella, favillas. Contentionem succinuit Achilles Bocchius *lib. 1. symb. 6.*

*Art in Cupidinem.*

*Aurea dum precibus miseri exoratur amantis,*
*Tenderet in dominam tela Cupido truces,*
*Illa dolos sensit, petosque retorsit ocellos,*
*Et videns pueri tela ferocis, ait:*

Achil. Bocch.

*Nil opus est pharetra, sinuosa nil opus arcu,*
*Congredere, & vires experiare meas.*
*Dixerat: hæc tenero placuit sententia Amori,*
*Tanta fuit dominæ gratia, tanta Venus.*
*Ast ubi sunt arcus positi, positaque sagittæ,*
*Has rapit ultrices protinus illa manu.*
*Nec mora protendens arcum furialiter acrem;*
*Incauti figit pectora nuda Dei.*
*Ictus amor totus subitò inflammatus amore,*
*Victricem in dominæ se dedit ipse manum.*

5 Ecce supra fictum, Benedicti memorabile factum. Accepit introrsum Veneris tela, igitur cessio videretur suspecta, & longè a Benedicto quamvis ficta. Cor erat Cupidinum scopus, qui fuerunt nacti feliciter ictus, ex quibus & brachia lassa, cum tot iecerint in pectus molle sagittas, ut conterquerent etiam pharetras vacuas. Hydræ sanguine iacula imbuta, & cuncta letalia: etenim corpus sauciabatur vulneribus, viscera ignibus, cutis sagittis, pectora flammis. Quid inter ignes Benedictus? Phœnix. Si aggravat animam corpus, quod corrumpitur; paliuri mucronibus corrumpatur: si deprimit sensum multa cogitantem; nil cogitandum de sensibus. Pereat corpus, ne pereat. Viscera pateant. Equis pernicibus Veneris & voluptatis (*Pernicibus*, cum antequam veniat, fugiat) vehebatur currus Cupidinis: qui quidem erigere iam conabatur ex aliena trophæum, cum vidit nudum. Ast Benedictus, divinâ gratiâ, dum ad semetipsum reverteretur respectus:

*Amor vi Benedicto.*

*Et præcipitatur.*

Ovid.

*Intonat, & dextra libratum fulmen ab aure*
*Misit in auriga, pariterq; animaque, rotisque*
*Exuit, & sacris compescuit ignibus ignes.*
*Consternantur equi, & saltu in contraria facto,*
*Colla iugo eripiunt, abrataq; lora relinquunt.*

Haud depositi sunt arcus ab amore: Benedictus coëgit dimittere, quia depositi potentem de sede.

Bocch.

*Ictus amor totus subitò inflammatus amore,*
*Victricem in dominæ se dedit ipse manum.*
*Quoniam portendens arcum furialiter acrem,*
*Incauti fixit pectora nuda Dei.*

Gen. 12 2.

6 Benedicitur Benedictus in Abraham: iccircò dicitur, *Benedicam tibi, erisque Benedictus.* Benedicam, si tentationem fugeris: erisque benedictus, dum venientem superaveris. Fulgi tentationem, fugiens Chaldæam; cùm venientem tentationem non fugeris, faciam te in gentem magnam. Ubi claruerit huiusmodi facinus, eris tunc benedictus; quoniam Benedictus, & vincet fugiens, & vincens vincet: fugiens vincet mundum, vincens vincet semetipsum. *Exivit vincens ut vinceret.* Felix cui creditur pugna, tamquam victoria. Felix, cui pro victoria tunc vulnera. Vicit, qui iam vicerat, quippe ad penam victoriam alia victoria reluctabat. Vicit diabolum, vicit mundum, utriusque conculcando fallacias & vanitatem; verùm restabat, quod superaret Cupidinem. Vicit alios, desideranatur victoria sui: & ut caro se contra fragilis demonstraret fortitudinem, vulneribus vicit carnem. Vicit vulneratus, qui vulneribus reputabatur ut victus: & dicitur, *Exivit vincens ut vinceret*; quippe pro victoria modo contrario pugnavit. Victoria de Venere fugam amat, & Venerem fugat: exivitque Benedictus vincens, ut vinceret; quoniam vicit non fugiens, sed contendens. Exit, qui sine læsione, Veneris culpide: & singularem triumphum modus certaminis attrait; quippequam victor & vulneratus exivit. Exit aliquando vincens, sed ut vincatur, quia exit: igitur sibi non cavet, & qui non timet, succumbit. Vincere intendit Amorem tenaci pugna, cùm ipse vincat obice resistentiæ; uti canit Senec. in *Hippolyt.* v. 572. Act. 2.

*Contra Venerem curBenedicti singularis pugna, & victoria.*

Senec.

*Sæpe obstinatis induit frænos Amor.*

Et ut novum Venus in Benedicto obstupuit; quòd ubi nemo pugnâ laureatus & victor exit, victor exiret. Magnum utique, sed magis singulare; quòd tot sagittis confossus rutilaret perspicue candor illæsus.

Exod. 3 3.

7 Curiosos oculos amœnabat Moysis rubus Phœnix. *Vadam* (ait) *& videbo visionem hanc magnam.* Ad stuporem sufficeret portenti vilio: quò non animum percelleret magnitudo? Unde ergo magnitudo visionis singularis, ut suspenderet mentem novitas lucis? *Videbat quòd rubus arderet, & non combureretur.* Ecce certaminis Benedicti lu-

Vers. 1.



*Ardere & non comburi singulare.*

Ibid.

lucidum speculum, & virtutis singularis theatrum. Corpora humana fragiliora rubo. Inflammat igne turpi Cupido, flat cogitatio, faces ministrant sensus, quibus ardet in Venerem fragile corpus. Si longè ignis, secura etiam materia fragilitatis. Non comburitur, quod non ardet: & uti magnum oculis cogitationis demonstratur; quòd corpus igne Cupidinis ardens, minime combureretur.

*Flamma ignis de medio rubi.* Alij *flamma ignis de corde rubi.* Celebretur ut mirabilis pugna & victoria, de victrice Veneris flamma: igitur omninò magnum, & numquam inter fragiles visum; quòd non combureretur levis cogitatio mentis, cùm arderet Cupido in medio debilis cordis. Cor humanum apta materia voracitati flammarum, quoniam tovetur focus Veneris combustibili cordium: & utique magnum, quòd inter ignes flaret illæsa & integra, quasi non esset ignis fragilitatis materia. Igni inest splendor & ardor: ardor notatur per incendij vehementiam: splendor verò per flammam: & dum ardet, tantummodò flamma describitur ignis in medio cordis; quoniam faces Veneris magis fummissæ, ut castitas Benedicti luceret, quam ut lucem ignibus impetuose suffocaret. Lucet pectoris candor, ubi sagittat ignibus Veneris furor. Comburitur, dum proiternitur: ubi lædituv, deficit; ubi ardet illæsus, lucet: & dum ardet in medio cordis Benedicti Veneris flamma, magna atque plausibilis oculis exhibetur scena: liquidem novum, quòd tot sagittis penitus, inter flammas micaret candor illæsus.

Bibl. Max.

*Lucet Benedictus, ubi cinis inter ardentes candor illæsus.*

8 Audi Philonem. *Totus* (inquit lib. 1. de *Vita Moys.*) *a radice usque ad cacumen flammâ stetente, manebat integer, & illæsus, quasi non esset incendij materia. Ecce flamma suapte natura urens, ut lignum uritur: lignum verò cremabile urit.* Decepta fuit Venus, flammas vibrans in Benedicti corpus: igitur dum expectavit ex ardore pabulum ignis; ignis fuit esca splendori candoris. Flamma combulsit flammas, & illuminavit tenebras. Unde si magnum, quòd ignis in pectore arderet, & non combureret; magis singulare, quòd ignis tantus vinceretur ab igne.

Phil.

*Compescuit ignis amoris amoris ignes.*

Ovid.

*Ecce puer Veneris fert eversumque pharetram,*
*Et fractos arcus, & sine luce faces.*

Vitreum corpus erat. Vitrum igne fit, & igne frangitur. Ita tactum, ita fractum: igitur expulit per vulnera cutis, quæ futura, si cederet, vulnera mentis.

9 In rubo apparet huiusmodi Cupidinis proculcatio, & magna victoriæ de Venere visio. Etiam Benedictus in rubo præsidium invenit: cur non ad aliam arborum confugit? Rubus influere credidere in castimoniam, & frangere luem Veneream de quo Lorinus in *Levitic.* 25. v. 40. & Pierius Valer. *lib.* 55. *cap.* 3. Rubus carnem pungit, & mucronibus angit. Non est dissimen: igitur nitor integerrimæ castitatis oritur sanè punctione crebra sensibilis corporis. *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea*: proferebat Amasius. Amica est anima, floreus gratia in horto virtutum, & maximè ubi floret sicut lilium: cùm ergo lilij commendatio princeps sit in gratia candoris, & candor speciosa castitatis; anima pollens castitatis gratiâ, erit proculdubio amica. Verùm cur ut florida præsiet, & pulcherrima rutilet, erit sicut lilium inter spinas, & non, quod quidem maioris commendationis, sicut lilium inter rosas? Ex pulchritudinis contrapositione nascitur excellentia. Aptius ex spinarum præstantia. Numquam inter spinas lilium: & desideratur pro floribus, vallarum sentibus; quoniam in paradiso virtutis, numquam in pectore candor lilij sine corporis punctione.

*Quomodo rubus influat in castitatem.*

Cant. 2 2.

*Necessaria pro puritate mentis, punctio carnis.*

Pungunt sentes, sed vigent tribulis flores. Haud aliter hominis fauciatur pectus, cæterum virescit vulnere virtus. Minimè pulchritudo deturpatur, dum folia luxuriantia mucrone sentium rumpuntur; quippe vulnera iuvant, dum frondes aggravant. Vel semper sursùm lilij caput ceisum, vel illicò vulnerandum: igitur modo folia floris non lædantur, parum interest, quòd decidant, rumpantur, vulnerentur, vel languecant amœnitates viridantium foliorum: liquidem lilij pulchritudo non stat in foliorum viriditate, sed in floris præstantissimo candore. Unde dum candoris deliberatur speciosa venustas, lilium exponitur, sed inter spinas: quippe ubi sentibus fauciatur corpus, floret etiam in horto voluptatis animus: & pariter micat in anima lilium candoris, acribus carduis pro macerationc carnis.

*Intrà mortificationis spinas floret castitas.*

10 Ita ergo floruit Benedicti castimonia, adhuc in horto voluptatis, non visis floribus Veneris: verùm, ni fallor, describitur in eodem testimonio singularis castitatis florida pulchritudo. *Lilium inter spinas*: ideli, inter Veneris rosas: & quia deliciæ Veneris mellitæ amaritudines; & quia faces nuptiales ex spinis; ut tradit Plinius *lib.* 16. *cap.* 16. ex illo Salmeron *tom.* 7. *Tract.* 38. & Pierius *lib.* 55. *cap.* 3. & seqq. In tyrannidem cordium Venus industrie præparat ar-

*Faces nuptiales ex spinis.* Plin.

cus

Inhi Pi-erius fiam mat fi-uvit Be-nedicti virgini-tas.

tum, ut sagittet in obscuro rectos corde. Tendit, ut sauciet; sauciat, ut pungat; pungit, ut ardeant: igitur quilibet iactus mucro fit pectori, clavusque cordi. Lilium per candoris pulchritudinem, illibatam designat virginitatem. Floreret utique procul carnis sentibus, longè passionis mucronibus, carduis Veneris, & spinis voluptatis; quas inter frequentiùs flos nitidior etiam carpitur: & inter spinas lilium proponitur Benedictus, ut portentum: siquidem dum tot sagittis petita pretiosa castitas, mirum quòd floreret lilium inter Veneris spinas. Triumphum per ardentes spinas, urentes corpus, oprabat, & instruxit calida Venus, sed non celsit casum corpus: igitur pro Benedicto victoria, dum confringitur spina. Sauciavit vulneribus sagittantem, & peritus sagittavit fugientem Venerem: præstante candore floris, rubedine pro victoria profusi sanguinis.

Lilia pur purea.

11 *Sunt & purpurea lilia*: inñt Plinius lib. 21. cap. 5. Lilium ab ipso commendatur rosæ nobilitate proximum; cuius candor eximius, & decor celsus. Si purpurea sunt lilia, erit pro lilij victoria: siquidem quasi in corallo.

*Superantur candida rubris.*

Ficinel. Ad altiora erigenda cogitatio, ut nitteat castitatis pulchritudo: quandoquidem commendabilior candor castitatis à sanguine, quàm à candore. Ecce dilectus Domino Benedictus, dum urget Venus, *Candidus & rubicundus.* Lilium convallium rubicundum etiam? Singularem habet causam: & quia lilia singularia, conatur videri in terra nostra lilia purpurea. *Candidus per puritatem, rubicundus per passionem*: inñt hic Rupertus. Puritas declaratur per candorem, passio per sanguinem: & micant admes diversæ pulchritudinis colores, in custodiam illibatæ castitatis: retenim ut conservetur animi & corporis puritas, corpus debet comitari carnis acerbitas.

Cant. 5. 10.

Rupert.

Custodia mentis à dolore carnis.

Venant. ——— *Candor & inde rubor*

Canit Venant. Fortunatus de *Horto Regis*, v. 6. Sit ergo: verùm singularior Benedicti pulchritudo: quippe non candor & inde rubor; sed rubor & inde candor. Candor erat, sed peribat, quia Veneris flammis æstuabat: & lacerat spinis totum candidum corpus, dum flagrat ignibus pectus; ut per sanguinem extra corpus bullientem, lilij decidui flammis præcustodiret candorem.

Patuit purum cor Beati dicti, ubi cerea imbuta sanguine.

12 Deinde. Candor nitidus castitatis rutilat, dum contrarietas non gravat: sed ut potest minimè lucet, quoniam virtus sine adversario marcescit. Ibi maior candoris gratia, ubi in candorem constituitur pugna. Vulnerabitur, ni corpus pro candore vulneretur: sanantur vulnera meditata Veneris, vulneribus corporis: & parvi pependit Benedictus vepribus saucius, quòd sanguine fluente fœdaretur corpus; modò servaretur illæsus animus candidus. Hic pugnavit, ut vinceret; & vulneribus insignem victoriam etiam inter ignes peperit: siquidem post signa collata, arma conserta, apparuit candidus, quoniam apparuit vepribus rubicundus. Sine sanguine candidus esset ut lilium, sed non videretur mirabile lilium purpureum. Invarietate pulchritudinis stant momenta candoris: & quamvis sine vulneribus esset candidus, voluit esse mucronibus candidus & rubicundus; ut ex rubore & purpura sanguinis lacera carne, candor castitatis luceret etiam in corpore. Magna utique victoria! Verum par pugna, ubi maior candor virginitatis à sanguine, quàm à candore.

Dum ru bicundus rutilavit candidus.

13 Quæstionem excitavit exstatico Ioanni quidam senior, ut sciret unde coronatorum vestium spectabilis candor. *Hi qui amicti sunt stolis albis, qui sunt, & unde venerunt?* Se nescire professus est Ioannes, ut obtineret scientiam, propriam doctoris & ducis, exponendo ignorantiam. *Hi sunt* (respondit, qui interrogavit) *qui venerunt de tribulatione magna, & laverunt stolas suas, & dealbaverunt eas in sanguine.* Stolæ corpora signant, iuxta Haye hic num. 180. Albedo provenit à castitate: & albæ exponuntur imbutæ sanguine, quoniam sanguine albescunt castitatis stolæ. Vestis sanguine purpurascit, mundiùs verò candescit: & ut rutilet indumentum singulare; candor micans ex velle non à candore. Hoc testimonium oculis, ac manibus obvium, pro candore Benedicti, acumine singulari est exponendum.

Apoc. 7. 13.

Vers. 14

Castitatis stola lavata in sanguine

14 Candor igitur corporum iam erat; quippe corpora lota: ad quid enim additur albedo, dum castitatis in corpore rutilabat pulchritudo? Deinde. Albedo dicit candorem, sanguis non habet albedinem: quo ergo pacto erant corpora alba, sanguine lota? Dixit senior. *Hi venerunt de tribulatione magna.* Magna tribulatio est Veneris urens mortis, unde Paulus exclamat: *Quis me liberavit de corpore mortis huius?* Tribulationem carnis habet homo, quamdiù fuerit in corpore. Magna tribulatio est furiæ Averni in corpus undique fragile, quod quidem in rumpatur, ut expellat illatam ignem; cum palma etiam amittet virginitatis candorem: & dicuntur venisse de tribulatione magna, dum corpora apparent sanguine vulnerum lota; igitur ni extingueret flammas Veneris sanguine, victoria cederet Veneri. Vulnera vulneribus apponenda, dum urget pectus tribulatio magna. Si illæsum, scopus Cupidinis, corpus; lædituranimus, & candor castitatis marcescit læsus: unde corpus, quod custodia, contendit valide usque ad deliquium sanguinis, ut purpurâ præstet pulchritudo candoris.

Rom. 7. 24.

Sine sul nere cor-pori, vel lent vulnera Ve-neris.

Benedictus vulnerum pro fudit sanguinem, ut vinceret Venerem

15 Ergo clariùs. Singulare certamen inierunt Venus, & Benedictus. Hic ut monile aureum castimoniæ retineret: illa ut non sibi, sed proculcationi raperet. Pro flore, non pro pomo uti olim, nata discordia, & conserta fuit pugna. Flos rutilabat candidus, sed futurus rubicundus. Illa igneâ cuspide percussit cogitationem, ut mentis vigilis præoccuparet arcem; quippe si ratio vigilat, victoria Veneris labat. Flagrabat sulphure Benedicti sagittatum pectus, quin præ nimio dolore sentiret vulnus. Sanguinem corporis infecerunt Cupidinis tela; & ut peteret, geminabat iacula. Extra quærebat saucius refrigerium, & nullibi inveniebat alexipharmacum, quippe nocebat antidotum. Absorbebat flamma sanguinis infecti, à Venere medicati, candorem virginei corporis. Totum tela, totum ignis: & in vepres Benedictus iniectus (quoniam cum vulnere minimè vulnus) punctim profudit toto corpore cruorem, ut lilij castimoniæ conservaret puritatem.

*In se iuvat sævire. Vix pestem indicat.*
*Et sævit, artus ipse dilacerat suos.*
*Exuere amictus quarit, & membra traxit.*

Senec. Dixit aliò Seneca in *Here. Oeteo* Act. 3. v. 823. Membra traxit, ut conservaret sine vulnere membra: & in se sævit, ne Venus sæviret, dum usque ad potentiam sævit: igitur pugna & tribulatio magna, ubi usque ad sanguinem pugna.

16 Propositò testimonio. Corpora ornantur castitatis decore aliter tamen & aliter. Alia abluuntur, alia dealbantur. Illa sunt adhuc in tribulatione munda; illa verò omninò candida. Munda, quoniam in tentatione fugiunt Veneris sordes: candida, quippe excutiunt, & torquent iam missos ignes. Illa flammas repellunt, illa expellunt. Sufficit ibi fuga, hic necessaria est resistentia. Ibi fuga, quoniam tribulatio levis: hic resistentia, quippe tribulatio gravis: & venientium de magna tribulatione, candor procedit à sanguine; igitur nili per sanguinem minimè superarent Veneris ignem.

Mirum, quod candor castitatis proveniat à sanguine vulneris.

Ultrà. In levi tribulatione non pugnandum, sed fugiendum; quoniam evanescit victoria, ubi occasio solicitatur in pugna: In tribulatione magna, non fugiendum, sed pugnandum, quippe dum patitur animus, vel fugæ non datur locus. Aut cedendum, aut pugnandum, quoniam inevitabile telum. Ignes ignibus, & vulnera Veneris superanda vulneribus; ut flos castitatis luceat fulgore candoris: & Benedictus, quem Venus valide vulnerat, corpus spinis à planta pedis usque ad verticem sauciat; quoniam ut castitatis florem redderet pretiosiorem, parvipendit profundere è toto corpore sanguinem.



Propter castita-tem Beati dictus profun-dit corpo ris san-guinem.

17 Denique in se retorsit arma, ut iaceret Venus victa, singulari certamine, & virginitas micaret singulari decore; atque corpus virgineum indueretur vestibus albis, origine nova albedinis. Purpura stolæ rubescunt, non dealbantur: & Benedictus tribulis cruentat & sentibus candidum corpus, dum ardet & fumat flammis Veneris pectus; ut non esset candor lilij castitatis uti in cæteris à flore, sed eamquam novus à sanguine.

Ab eius sanguine candoris decor.

*Fœmina tinxit ebur.* Ovidi.

Aptiùs dicam, quàm Ovidius lib. 2. *Amor.* Eleg. 5. v. 41. quippe ni Venus flammas ministraret, ebur corporis non ita fulgeret: etenim effundens sanguinem non mutavit, sed elevavit candorem. Apparuit non tantùm ebur, sed ebur rubrum, purpureum lilium: & Benedictus ut magis pugna, & victoria esset Domino dilectus; inter vepres, & urticas apparuit candidus & rubicundus.

Quæ sit purpu rea lilia Plin.

18 Lilia fiunt purpurea iuxta Plinium ubi suprà, si suspenduntur fumo, nudantur nodis, & marcerantur. *Sic fiunt purpurea lilia.* Candor in liliis lucet, & lilia lucent candore; sed grata oculis, dum candicant sanguine. Rubent indoctrina; & ad nitorem singularis Benedicto accessit gratia: quandoquidem suspensus fumo Veneris (quæ misit ignem in abdita cordis, ut inter inferoi devorantes prunas, in cineres redigeretur petita castitas) addens purpuram pretiositati virginalis candoris, nudus adhuc scipio maceratur inter vepres. *In Armenia rubentes quamdoque visuntur nives*: ita Raviſius Textor in *Offic.* lib. 7. cap. 48. Haud nimi tunc fiunt, quia rubescunt; sed tunc pluris, quoniam novum. Magis mirabilis nivis animatæ color, dum in lilio corporis Benedicti coruscat purpureus decor: igitur magis luxit candor nivis castitatis, rubentibus flammis Veneris. Ideircò qui vicerunt flammas, in sanguine dealbaverunt, Postquàm abluerunt stolas: quippe quàm purpurâ, pretioso rutilo sanguine, non minuitur, sed datur candor candori.

Rubicun da nives Ravi Tex.

Ubi sup.

Dat

19 *Dat pretium candor* : illustris fuit epigraphe Purpuræ, ut refert Silvester à Petra-Sanct. de *Symbol. Heroic.* lib. ult. cap. 5. Quinam candor ineſt purpuræ, ut illius pretium deriverur à candore ? Succus huius tegalis conchylij rubet, quia ſanguis : quomodò ex purpura fulgor pretioſus rutilavit albedinis? Quicquid concinnat communis ordo, utcumque caret æſtimabili pretio. Purpura deſignat humanum ſanguinem, candor verò caſtitatis decorem : & cùm color exoticus iure ſit æſtimabilior ; non dat pretium rubor purpuræ, ſed candor : igitur pretioſius meritum in caſtitatis candore, dum ſervatur illæſus humano ſanguine. Hinc Benedictus addit ſtudiò caſtitati corporis purpuram ; ut per ſanguinem candor ampliorem haberet gratiam : igitur magis ac magis albeſcit, quà ſanguine purpuraſcit.

Pet. Sanct. *Benedicti caſtitatis decor, fuit ex ſanguine candor.*

20 Candore etiam commendantur margaritæ ; ſed *meliores candidæ, quæ aliquo modo ſunt flavæ* : ait Ioannes à S. Geminiano *lib.* 2. *cap.* 7. Hæccine margarita pretioſa à cœleſti negotiatore quæſita. Caſtitas, uti pretioſus unio, ſeevabatur in concha pectoris à Benedicto ideo ut cuſtodiret, in ſolitudinem meditanter ſeceſſit. Pollebat pretio illibati candoris, adhuc inter fluctus maris feri floreſcentis ætatis. Arripere intendit procellà Veneris, & induſtrii cupidinis, dæmon pirata ; & evaſit tunc margarita pretioſa. Prius tantùm rutilabat candore : inter margaritas optimæ, quæ aliquomodò ſuper candorem ſunt flavæ : undè urgente in voluptatem Veneris tribulatione magna, manat è corpore purpura ; ut flaveſcente candore, & albeſcente murice inter ſtrata mucronibus ſpineta, mercatori cœleſti fulgeret ut pretioſa margarita.

*Margarita candida & flava, pretioſa.*

Matth. 13. 46.

*Benedictus.*

21 Conſideremus ergo margaritæ pretium, & pretioſitatis artificium. *Nondum enim* ( Hebræos alloquitur Paulus ) *uſque ad ſanguinem reſtitiſtis, adversùs peccatum repugnantes.* Victoria iſti, eſt inſignior victoria : & minimè inſignis, ni qui victi ſint victores, intra ſemetipſos cõtendentes: quippe cum gaudio ſuſtinetur rapina bonorum, verùm ægerrimè ſenſuum. Hoc eſt uſque ad ſanguinem reſiſtere, & adverſùs peccatum repugnare : igitur ſi opus eſt ad integritatem legis, propugnare debemus uſque ad effuſionem ſanguinis.

Heb. 12. 4.

*Pro legis cuſtodia profundenda vita.*

Arbitror pro noſtro propoſito latitare ſententiam. Non dicit Paulus: *Adversùs peccatum pugnantes* ; ſed *repugnantes*: quoniam qui pugnat adverſarium habet extra, qui verò repugnat intra : & dicit *repugnantes*, ut bellum denotet Veneris : etenim blandis paſſionibus, & perfidis voluptatibus, ex nobis ipſis habemus, unde continua certamina toleramus. Ergo ad rem : Adversùs Venerem repugnantes, necdum uſque ad ſanguinem reſtitiſtis. Vel tribulatio non fuit magna, vel reſiſtentia modica: igitur probat repulſus (dum impellit pectora Venus, ut decerpatur caſtitas) diſrumpi venas. In ſanguine venenum Veneris eſt; quo, ni expellatur, caſtitatis languet flos. Qui ſanguini parcit, Veneri cedit : & congruit uſque ad ſanguinem reſiſtere, in Cupidinis certamine : quippequam repugnantiâ conſervare cor debet caſtitatis candorem ; etiam ſi fuerit opus, totum effundere ſanguinem. Vita in ſanguine eſt : & caſtitas cuſtodienda, etiam ſi amittatur vita : nondum amoris in caſtitatem aſtruitur inconcuſſum teſtimonium, igitur ſine ſanguine bellum : & pro munditia cordis adversùs certantem Venerem, decertandum uſque ad ſanguinem.

*Contra Venerem decertandum uſque ad ſanguinem.*

22 Dum creſcit pugna, creſcit & puguantium gloria: & dum non reſtitiſtis uſque ad ſanguinem, necdum victoriam de Venere obtinuiſtis illuſtriorem. Illuſtris eſt, ubi rutilat lilium virginitatis commendatione candoris ; illuſtrior, ubi candor procedit à rubedine ſanguinis : & ſanguine oporcebat nanciſci illuſtriorem triumpham, ut lilium caſtitatis miearet purpurâ candidum. Haud aliter effulgurat ex tentatione Benedictus. *Byſſus & purpura indumentum eius.* Byſſus candoris, purpura ſanguinis : igitur uſque ad ſanguinem reſtitit, dum ſentibus Venerem vicit : & addidit flori purpuram, ut candor lilij florentis maiorem haberet gloriam. Salix (quæ Agnus-caſtus, ut aiſerit ex multis Lorinus in *Levit.* 23. 40.) iungitur myrto, Veneri trunco ſacro : opponuntur conditiones, ſed conciliatæ extra propoſitum Veneris : quandoquidem victi in pugna, & pro Benedicto victoriâ ; myrtus, Veneris lignum, converſa fuit ſtatim in agnum caſtum. Iam palmâ, citro, myrto, & ſalice, viſa eſt Benedicti victoria, ſapientia, mortua vita, & invicta caſtimonia : & denique veritas umbræ teſti Tabernaculorum, pro tempore quo Benedictus habitavit deſertum. Celebremus ergo carmine S. Paulini *Natal.* 3. v. 108. parentem ovantem, & inter adverſa felicem.

*Illuſtrior de Venere victoria ſanguine parta.*

Prov. 31. 22.

*Lilium caſtitatis Benedicti candorem habuit à ſanguine.*

*Salix, Agnus-caſtus.*

*Spargite flore ſolum, prætexite limina ſertis: Purpureum ver ſpiret hyems, ſit floreus annus:*

Paulin.

Quid & quale trophæum tam in vincente, quàm in inſtrumento victoriæ, videbimus hic *Tautolog. 6. Didaſc. 4.*

DI-



# DIDASCALIA XI.

## *S. Benedictus in mundo vivens, extra mundum fuit.*

Greg. Magn.

1 His vocibus ſingularior Benedicti, prærogativa deſcribitur à Gregorio Papa, ubi ſupr. *cap.* 35. Sumus in mundo, quandiu fuerimus in hoc tabernaculo : & claret ſingulare, eſſe extra mundum in corpore, eſſe extra carnem in carne, eſſe in mundo & in mundo non eſſe : igitur ubi animæ nobiliores operationes non præpediunt corporis ſenſus, in corpore non eſt corpus. *Sive in corpore neſcio, ſive extra corpus neſcio* : profert Paulus, dum eius in divina, ſenſibus ſuperiora, illuminatus eſt oculus. Necdum fato functus : ergo in corpore. Sanè : cæterùm cùm loquatur de viſione, & lumine gloriæ ; utrumque in dubitatione aſſerit : ſiquidem eſt in corpore & extrà, ubi pondere corporis minimè gravatur anima : & homo iurè dicitur fauſtus, dum nanciſcitur corpore, quod extra corpus.

*Benedictus fuit extra mundi in mundo.*

2. Cor. 12. 2.

*Dum anima non aggravant corporis ſenſus, in corpore ſi eſt corpus.*

2 Quod dicitur Abrahamo, potiùs congruit Benedicto. *Egredere de terra tua & de cognatione tua, & de domo patris tui.* Iam patriam & cognatos reliquerat, & Thare pater eius obierat. Quid ſignificat huiuſmodi novus egreſſus ? Reſpondet Ambroſius lib. 1. de *Abrah.* cap. 2. *Sed quia ante terra ei fuerat alia, de qua exivit ; conſideremus, ne forte hoc ſit exire de terra ſua, de huius terra, hoc eſt, de corporis noſtri quadam commoratione egredi, de qua exivit Paulus.* In præclara ducitur, & impellitur Abraham, dum à ſeipſo Dominus commendat fugam : quandoquidem ſemper mirabile eſſe extra corpus in corpore : & habitare ſuper faciem tellutis, cùm animus converſaretur in cœlis.

Gen. 12. 1.

Ambroſ.

*Extra corpus in corpore, iurè mirabile.*

3 Abdita perſcrutemur. *Egredere de terra tua.* Ecce viator Abrahamus : ſed ubi egreſſus ? *In terram, quam monſtravero tibi.* Alij, *In terram viſionis* : alij, *In terram claritatis* : Lyra denique, *In terram viventium.* Terra viventium, claritatis & viſionis, gloria eſt : & alia terra, ſcilicèt viſionis, oſtenditur, dum eſt in terra ; quoniam felicitas magna, ut homini cœli gloria clarè pateret in via. Hinc additur germinatio benedictionis pro ſigno felicitatis. *Benedicam tibi, eriſque benedictus.* Intende. *Benedicam.* Ecce felicitatis ſumma: *Eris benedictus.* Ecce felicitas plena. Felix eſt qui poſt mortem corporis Deum videt ; plenè felix, qui viderit ante mortem : & tunc Abrahamus, quaſi in ſignum plauditur benedictus; quoniam Benedicto conferenda tanta gratia, ut gloria cœli ei oſtenderetur in via ; & videret perſpicue Creatorem, intendens in Dei lumen luminum aciem.

Ibid.

Hay.

Lyr.

Vers. 2.

*Benedictus vidit pleni intuitivè Deum.*

4 Ne miretis : congruam arbitror Benedicto huiuſmodi prærogativam. *Secundum magnitudinem gratiæ, magnitudine gloriæ exaltatus* : ait Bernardus Serm. de *S. Benedicti*. Gloria reſpondit gratiæ, & tempus gloriæ gratiæ etiam reſpondit temporis: igitur ſi ante tempus, in utero matris ſanctificatus ; congruum erat, quòd ante tempus appareret glorioſus. Conferuntur Dei beneficia, in ulteriora. Non ſolùm ut beneficia, ſed ut pignora : unde rutilat magnitudine gloriæ exaltatus, qui in utero genitricis gratiâ præventus ; quoniam ſi priuſquàm in mundum egrederetur, habuit gratiam ; antequàm de mundo egrederetur habuit gloriam. Hoc eſt magnum, ut dono reſponderet cœleſte donum, & præventus eſſet gloria, qui fuit gratiâ: quippe haud quaquàm Benedictus ſingularis fulgeret, ni cum illo Dominus ſingulariter ageret.

Bernard.

*Dignatur Deus viſione adhuc in vita mortali.*

*Præventus fuit gratiâ & gloria*

5 *Ipſe illuxit in cordibus noſtris ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei* : poterat meritò dicere Benedictus visâ divinâ eſſentia, ſicut dixerat Paulus dignatus etiam huiuſmodi gratiâ. Non illuxit Dominus in corde Benedicti, ut tantùm haberet lucem: illuxit ut deduceret in aliam illuminationem, tamquam de claritate in claritatem: ſcilicèt de claritate gratiæ, in claritatem gloriæ: claritate gratiæ ante ortum lucis, & claritate gloriæ ante articulum mortis : igitur ante huiuſmodi horam vidit eſſentiam divinam.

2. Cor. 4. 6.

*Tranſiit de claritate in claritatem.*

6 Diligenter obſerva ordinem verborum in teſtimonio, ut luceat ampliùs privilegij claritudo : *Illuxit ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei.* Cur non dicitur : *Ad illuminationem claritatis ſcientiæ Dei*, ſed *ad illuminationem ſcientiæ claritatis* ? Quæ claritatis ſcientia, vel cuius ſcientiæ claritas, in quibus hominum ſumma felicitas? Claritas ſcientiæ eſt gratia, qua Chriſtus illuminat corda : & tranſit ad illuminationem beatitudinis, quæ eſt ſcientia claritatis; quoniam antequam morte perveniret in gloriam, habuit de Deo cognitionem claram.

*Non ſolùm habuit claritatem ſcientiæ, ſed ſcientiam claritatis.*

Propriùs delicabo. Gratiam & gloriam dedit Dominus, & uti beneficus ante tempus. Claritas ſcientiæ ſupponitur, dum

scientia claritatis conceditur ; sed quousque in cœlo omnimoda obtineatur felicitas, nulli, nisi privilegio speciali, conceditur claritas : & paret cogitationi mirum, & plane portentum, dum Benedictus est in mundo, & extra mundum ; quòd ubi tantùm habetur claritas scientiæ per gratiam, scientiæ claritatem nancisceretur per gloriam. Aliter & brevius interpretabor. Mira operabatur Dominus, ut glorificaretur Benedictus. Mirum fuit, quòd confortaretur aquilinæ mentis lumen, ut videret intente acie interrita Solem : verùm cùm claritas scientiæ detur in via, & scientia claritatis in gloria ; magis mirum, quòd tota Deitatis rutilans gloria, homini puro revelaretur in via.

*Quomodò*

7 Contemplemur igitur huius gratiæ momenta, ut constet in Benedicto quanta collocata gratia. Corruit in terram tactus de cœlo lumine tamquàm fulmine Saulus, & cadendo surrexit : igitur illicò post felicem lapsum raptus est in tertium cœlum, quo mens lumine gloriæ illustrata, porita gloria, visione beatifica. Vide quæ diximus hic *Didasc.* 4. n. 13. Cùm in ordine ad baptismum gratia conferretur Saulo, illicò ut Ananias accessit, ubi erat, domo ; ita illum alloquitur : *Saule frater, Dominus misit me Iesus, qui apparuit tibi in via.* Si tot miracula habebat ; quæ missionis essent præclara signa, cur pro testimonio muneris, tempus declarat apparitionis ? Felicitas Sauli, & gloria originem habebant à visione, non à tempore : quid igitur interest, *Quandò* ei Dominus gloriosus apparuit? Sane confert plurimum, ut constet & Pauli privilegium, & Christi erga eum excessus amoris ex insigni demonstratione generositatis singularis. Ordo communis est, ut consummatis cum vita vitæ molestijs, anima potetur in cœlo torrente sitibundæ voluptatis, visione essentiæ divinæ, in qua pondus totum gloriæ. Via homini est vita, qua ad patriam tendit, & pervenire satagit ; quippe satiabitur anima, cùm post mortem apparuerit Domini gloria. Hæc est summa felicitatis, utpotè bonorum omnium perfecta collectio, sed nobilitatur loco, ubi quod extra mundum apparet in mundo : & dum gloria clarescit cœlestis luminibus Pauli, non tantùm mentio fit gloriæ, sed etiam ubi ; quoniam speciale privilegium, quod cùm alijs gloria reveletur in patria, ipsi viventi apparuerit in via.

*Privilegium Pauli.*

*Act. 9. 17.*

*Mirum, quòd videatur in mundo; quòd revelatur in cœlo.*

8 Cœlum igitur iam claret extra cœlum, vel collectio bonorum in hac valle lachrymarum. Singularis in Ecclesia Saulus, qui iam Paulus, apud perfectiores ut Doctor Gentium futurus ; magnis prærogativis etiam à cœlo dignatus : & priusquam ab Ananiâ baptizetur, maximoperè à ministro christicolis commendatur ; ex eo quòd in via ei Dominus apparuerit, & gloriâ illo in instanti donaverit : siquidem si collatio gloriæ in patria post mortem est beneficium ; in Paulo rutilat maximum, quòd esset vivens in via, & etiam esset ante mortem in patria. Nemo coronatur, nisi qui legitimè certaverit in agonibus, quoniam laurea conceditur in finem perseverantibus. Finis mors est, ex qua inchoatur vita æterna, & iucunda, collatâ gloriâ : & Paulo revelatur in via, ut Dominus Pauli ostenderet magnitudinem ; igitur glorificavit & extra communem ordinem. Fallitur Ethnicus; dum canit lib. 3. *Metam.* Fab. 3.

*Gloria extra communem ordinem gloria singularis.*

*Paulus beatus ante mortem.*

——— *Ultima semper*
*Expectanda dies homini est: dicique beatus*
*Ante obitum nemo, supremaque funera debet.*

Ovid.

Fallitur aperte : igitur beatus & felix Paulus ante obitum, cùm adhuc in via raperetur in cœlum.

9 Prærogativa Pauli, ut licèt esset primus, non esset solus, concessa fuit Benedicto, adhuc degenti in hoc sæculo : igitur hic Doctor & dux Monachorum, si ille iure Doctor Gentium. Singulariter enim honorandus erat Pater Patrum, & Princeps Principum. Canit eleganter devotio.

*Iurè quidem fatcor, meruit Patriarcha vocari,*
*Qui cœtum instituit religione sacrum.*
*Et prior, et Patrum Princeps Patriarcha, fuisti*
*Et prior & Princeps religione Patrum.*
*Nam quamvis reliqui sint lumina clara Parentes,*
*Omnia sub radijs inferiora tuis.*

*Benedictus Archipatr Patriarcharum.*

Quin etiam uti D. Paulus, plauditur à Stephano III. (vidimus *Didasc.* 4. num. 2.) Benedictus, *Doctor Gentium.* Si congruunt merita, æqualis conferenda prærogativa. *Passionibus vacuus ad altitudinem Angelicæ gloriæ sublevatus* : effertur à Zacharia Papa. Magnum utique, quòd in carne, vacuus esset pondere carnis, cùm vitam Angelicam homo generet in terris : verùm magis singulare, quòd in terris sublevaretur in altitudinem Angelicæ gloriæ : igitur si illis feliciter apparuit in patria, Benedicto gloria etiam apparet in via.

*Doctor Gtium.* Steph. III.

Zachar.

*Ad altitudinem Angelicæ gloriæ sublevatus*

10 Iusti post resurrectionem, corpore glorificato, erunt sicut Angeli Dei in cœlo : & Benedictus confertur Angelis, adhuc vivens in tabernaculo corporis ; ut clarescat dono quanta gratia in corde Benedicti



reposita : equidem ante mortem habet in mundo, quod Angeli Dei in cœlo.

*Tenuis enim natura Deum, longèque remota*
*Sensibus à nostris, animi vix mente videtur*
*Quæ quondam manuum tactu fugit, & ictu;*
*Tactile nihil nobis quod sit, contingere debet.*

Lucret.

Cantavit vel Profanus lib. 5. de *Rerum natura.* v. 149. In hoc enim patet mirabile, quòd videtur sine proportione in corpore, adhuc ex mente : etenim in claritate gloriosæ visionis, minimè caligavit oculus carnis; quandoquidem intendens aciem in circumfusam lucem, intuitus est in lumine Creatorem : & vidit in carne, quam vix homo sine lumine potest comprehendere mente.

*Et in carne extra carnem assumptus.*

11 *Nox sicut dies illuminabitur* : vaticinatur Regius Psaltes. Quando igitur est illuminata nox, ut adhuc in tenebris esset lux? An in ortu Salvatoris-, quo exortum est in tenebris lumen rectis ; igitur ut magis fulgeret lumine, Sol etiam ortus in nocte ? Verùm hoc alibi. Nox in sacra pagina, dicitur tempus exilij in hac miserrima vita, qua non videtur Dominus, quia fugit sensus. *Cant.* 5. 1. *Thren.* 2. 19. ad *Rom.* 13. 12. & nox sicut dies illuminatur, cùm in hoc mundo videtur ; igitur fugat tenebras obscuri sensus superno lumine, ut in nocte non sint tenebræ. Multis enim iustis supercecidit ignis gratiæ, verùm non viderunt etiam hoc lumine Solem ; quippequàm gloriæ deficiebat lumen : at Benedicto nox huius sæculi sicut dies illuminata, quoniam in tenebris huius miseræ vitæ lux est orta ; quo in lumine vidit lumen, intendens in Creatorem.

*Psalm. 138. 12.*

*Nox lucis in ortu Salvatoris.*

*Nox vita Benedicti illuminata.*

12 Præterea. Tenebris vallatur intellectus humanus uti sensibus immersus, ut non videat sine lumine gloriæ, quem intendit in voluptatem videre. In nocte, quia sine lumine cognoscitur, verùm minimè videtur, & Benedicto nox sicut dies illuminatur ; quoniam Creatoris revelata fuit gloria, quasi non esset in hac misera vita. Ideo additur : *Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius:* siquidem illustratus fuit lumine gloriæ, adhuc in tenebris vitæ. Alij etsi perfecti, ut dicit Isai. 59. 10. *Impingunt in meridie quasi in tenebris* ; quia pro hoc statu fugit gloria subtilioris acumen cognitionis : cæterùm Benedicto, etiam non viventi extra carnem, tenebræ lumen ; etenim illi singulari privilegio conceditur lumen gloriæ, dum aliorum cognitionem circundant tenebræ. Lumen gloriæ aptat ad visionem intellectum in cœlo, quem pro carnis conditione tenebræ comitabantur in mundo : & in Benedicto sunt tenebræ sicut lumen, ubi tendit in divinam claram visionem ; quippequàm nactus felici-

. Ibid.

*Illi etiã tenebræ lumen.*

citer in hoc misero mundo, quicquid beati adipiscuntur in cœlo. Demùm. Lumen proprium est cœlestis patriæ, tenebræ verò viæ : & tenebræ Benedicti non sunt tenebræ ; quoniam habuit in via, quod lumen habent iusti cœlesti patria. Vivebat in carne sine conditione carnis, & lumen refulsit in habitaculo corporis : igitur esto tenebræ suapte conditione sint (si aliquid sunt) sine lumine; Beatissimo Benedicto in delicijs visionis etiam nox illuminatio. Ita astruit Gregorius loc. citat. In carne extra carnem est : ergo contemplemur quo modo illabatur lux.

*Habuit in via lumen patriæ.*

13 Astruet Paulus, qui Dei singulari gratia, etiam dignatus vivens visione beatifica. *Quasi morientes* (ait) *& ecce vivimus.* Ad quid ly *Quasi*? Quantum anguror, magnum aliquid indicat, & potiùs loquitur de gloria, quàm de pœna. Illi concessa gloria priusquàm exiret de mundo, in illo celebri & singulari rapto : & non dicit, cùm *vivimus morientes*, sed *quasi morientes.* Palàm igitur fit Pauli privilegium in acumine vocis. Morientes gloriam videbimus : & quasi morientes habemus feliciter vitam ; quoniam licèt in transitu vidimus gloriam. Cæteri utcumque morientes, nos verò quasi. Illi in consummatione vitæ, nos autem quasi in fine sine morte ; igitur si post mortem gloriam videbimus; modò utique quasi morientes vivimus : etenim in hac fragili, corruptibili vita, etiam cœlestis revelata gloria. Morientes, ad patriam perveniemus cœlestem : quasi morientes, sumus in via foventes expectationem : & vivimus quasi morientes, in vita, & quasi in articulo mortis ; quippe in gloriam nobis concessus raptus, etiam dum vivimus : igitur nobis visa perspicuè divina essentia, vel cùm essemus, uti sumus, in via.

2. Cor. 6. 9.

*Paulo in vita ejus sentia divina revelata.*

14 Haud aliter Benedictus erat moriens & vivens. Vivebat, & moriebatur. Moriebatur vivens, & vivebat quasi moriens : quandoquidem ante vitæ finem, beatificam nactus est gratia speciali visionem. Quòd viderit, mihi inconcussum : sed levi pede ad cathedram accedendum. Ad visionem beatificam in viatore, ut aliquibus placet, & necessarium est lumen gloriæ ad illustrationem intellectus, & quòd hic abstrahatur a sensibus ex parte status : quod quidem totum in visione Benedicti concedit Gregorius loco cit. dicens : *In Dei lumine rapitur:* & ne in aliud quàm ad Deum intelligeretur, duci obiectum ; infit : *In Deo raptus.* Non, *A Deo raptus* in aliud præter Deum, sed à Deo raptus in Deum (qui iam obiectum proportionatum) illustrantem lumine gloriæ intellectum.

*Benedictus raptus à Deo in Deum*

15 Dixi meditanter: *Ut aliquibus placet*; quippequàm ferè totâ scholæ Societatis (Ludov. Molina in 1. part. *D. Thom.* quæst. 12. tit. 2. Vazquez ibid. *disp.* 55. *cap.* 1. Suario lib. 2. de *Attribut. div.* c. p. 30. Amico *tom.* 1. *disp.* 10. *sect.* 26. Maximil. Sandæo in *Theolog. var.* lib. 3. Comment. 29. Exercit. 5. & pluribus alijs, maximè Salas loquenti & differenti de Visione beatifica, Benedicto concessa, 1. 2. *tract.* 2. *disp.* 10. *sect.* 4.) placitum, viatorem posse essentiam divinam videre cum usu sensuum: tum quia ita contigit Christo, & Virgini-Matri: cum etiam beatis post carnis resurrectionem, in quibus visio Beata sine abstractione à sensibus, imò illis illorum singularis & præstantissimus usus: quod etiam concedit D. Thom. 2. 2. quæst. 175. artic. 4. Haud indiget sententia suffragio: verùm si opus, aperte probat Paulus ubi supr. num, 1. dicens de se, in cœlum rapto: *Sive in corpore nescio, sive extra corpus nescio.* Ideſt, nescio, an cum usu sensuum corporis, vel sine usu. Ergo potest contingere utroque modo. Cum raptu à sensibus, conceditur: & cum usu sensuum non negabitur: igitur de Moyse, cui D. Thom. 1. part. quæst. 12. artic. 11. ad 2. non negat huius visionis gratiam, dicitur: *Quo transeunte* (ideſt, in ipsomet articulo tranſitus gloriæ, vel gloriæ transeuntis) *coram eo, ait: Dominator Domine: misericors & clemens, &c.* Ergo in ipsa visione locutus est, quod sine usu sensuum nequit fieri.

*An visio beatifica in viatore exigat abstractionem à sensibus?*

Exod. 34. 6.

16 Quo ergo evanescit impetus Bannez, & Zumel in 1. part. D. Thom. cit. ex eo quod cum usu sensuum non sit raptus, sine raptu non est visio? ergo beatifica extra Benedictum, quia in visionem vocavit Servandum, uti refert D. Gregor. ubi suprà. In re dissentiunt hi AA. & alij plures. In modo Salas ubi supr. Fasolius in 1. part. quæst. 12. artic. 11. dub. 10. num. 49. Sandæus ubi dudum *Comment.* 42. *Exercit.* 2. Thomas à Iesu lib. 6. de *Contemp. divin.* cap. 3. Sylva in 1. part. quæst. 12. artic. 13. §. 9. num. 134. Moned. ibid. art. 11. §. 8. Verùm absolutè & analytice astruunt Rupertus lib. 12. de *Gloria filij Dei*, cap. 20. Bernardus de Diverſ. Serm. 9. num. 1. in illud Psalm. 84. *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.* Bonaventura de *Luminar. Eccleſ.* Serm. 20. Dionysius Carthusian. Serm. 1. de *S. Benedicti.* Clemens VIII. in *Bull.* pro feſt. S. Patriarch. apud Tamburin. tom. 3. disp. 24. quæst. 5. Hactenus in Gregor. loc. cit. & Matthæus Lauretus ibid. igitur objectioni Petri de toto mundo viso, & de ordine visionis incognito, respondit Gregorius Magnus: *Hæc proculdubiò cernere, non nisi in Dei lumine poterat.* Lumen Dei absolutè est gloriæ lumen, maximè videnti & in carne Creatorem.

*Benedictus in corpore vivens, essentiâ divinam vidit.*

Gregor. Mag.

17 De re haud ambigimus, de modo vide quò supr. Scholasticos: de causa dissero, quæ quidem quantum sciam consistit in modo. Audiamus Augustinum, & Doctorem Angelicum. *Neminem videotem Deum* (ait ille lib. 12. de *Geneſ. ad liter.* cap. 27.) *vivere vitâ istâ, qua mortaliter vivitur istis sensibus corporeis; sed nisi ab hac vita quisque quodammodò moriatur, sine omnino exiens de corpore, sive ita adversus, & alienatus à carnalibus sensibus, ut meritò nesciat sicut Apostolus ait, An in corpore, vel extra corpus sit, cum in illam rapitur: & subvehitur visionem.* Subscribit D. Thom. 2. 2. quæst. 180. art. 5. ubi in corp. infit: *Ergo dicendum est, quòd in hac vita potest esse aliquis dupliciter: uno modo secundum actum; in quantum scilicet actualiter utitur sensibus corporis: & sic nullo modo contemplatio præsentis vitæ potest pertingere ad videndum Dei essentiam. Alio modo potest esse aliquis in hac vita potentialiter, & non secundum actum; in quantum scilicet anima eius est corpori mortali coniuncta ut forma, ita tamen quod non utatur corporis sensibus, aut etiam imaginatione, sicut accidit in raptu: & sic potest contemplatio huius vita pertingere ad visionem divinæ essentiæ* Hactenùs Doctor Angelicus.

*Quod in viatore necessarium ad visionem essentiæ divinæ?*

Augusti.

D. Tho.

18 His ergo auctoritatibus astruitur causa, qua concedenda Benedicto visio beatifica in via: igitur si ad illam quodammodò mori, necesse est, Benedictus *sublevatus in mentis lumine extra mundum fuit*: minimè quia à corpore separatus; sed quia Deum intuitive vidit, quasi non haberet corpus. Hoc est esse in hac vita potentialiter, ut scilicet anima uti forma sit corpori mortali coniuncta: sed non quoad actum; quia sensus manent quasi non esset forma, ut homo vivat quasi moriens: nempe cum extra carnem in carne, & extra corpus in corpore, quoniam obtinet vivens illo in statu, quod moriens obtinebit in futuro. Sic igitur est secum, & extra se. Secum, ut forma quoad actum: extra se, cùm videt Deum: si huiusmodi abstractio fit per visionem beatam, Benedicti *videntis anima etiam super semetipsam*: subdit Gregorius. Haut paveas: in terris corpus habebat, sed lumine gloriæ in cœlestibus, quasi in carne non esset, habitabat. In cœlestibus? Utique.

Gregor.

*Benedicti anima quomodò sui per semetipsâ.*

*Ne-*



19 *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo*: dixit Nicodemo cœlestis magister: & quasi respondens occultæ audientis interrogationi, Quisnam ille? subdit: *Filius hominis qui est in cœlo.* Si filius hominis de terra est (igitur dicuntur terriginæ filij hominum) & non est in cœlo, qui non descendit de cœlo; quo pacto qui de terra, de cœlo descendit, ut ascendat super terram: Deinde: si loquitur illi in hoc inferiori mundo quomodò Christus habitabat in cœlo? Erat in mundo corpore: erat in cœlo mente; quin gaudia mentis sepelirent pondera carnis: igitur corporis sensus, ad beatificam visionem quasi non haberet corpus. Erat in cœlo & in mundo, quoniam fruebatur in mundo, quod Angeli Dei in cœlo. Erat in cœlo & extra cœlum. Erat in mundo & extra mundum. Erat in mundo & non erat: erat, quippe mortalem habebat vitam; & non erat, quia divinam intuebatur essentiam. Singulare aliquid innuit Nicodemo Dominus, ubi differit ita de cœlestibus. Esse extra cœlum in mundo, nullam habebat singularitatem; sicut etiam in lege gratiæ, hac animam ornatam deduci in cœlum post mortem. Esse utrobique, & non esse, rutilabat singulare: & ut conciperet Nicodemus prodigium; astruit Dominus esse in cœlo & extra cœlum: extra cœlum carne, in cœlo per lumen gloriæ. In mundo habitatione terrena, in cœlo visione beatifica: quandoquidem fruebatur visione habituali Deitatis adhuc in ipsa passibilitate corporis: & cui concipitur huiusmodi visio; est in cœlo, & non in mundo.

Ioan. 3. 13.

*Anima videns Deum est in mundo, & extra mundum.*

*Quomodò utrobique est, & non est?*

20 Intende in verba mirifica Salvatoris, estò gravia pondere difficultatis. Post cœnam discipulis dixit: *Exivi à Patre, & veni in mundum: iterùm relinquo mundum, & vado ad Patrem.* Qui descendit, ipse est qui ascendit super omnes cœlos, ut impleret omnia: igitur à summo cœlo egressio eius, & occursus eius atque ad summum eius. Verùm quomodò intelligendum ly *Iterùm*? semel reliquit, cùm in cœlum ascendit. Quando reliquit primùm, ut mundum dicat iterùm ab illo corporali præsentia deserendum? Etiam cùm esset in mundo. Non est in mundo qui corpore tantùm; cùm qui corpore tantùm, sit extra mundum. Quid mirum, quòd iterùm mundum relinqueret, quem reliquerat; si dum erat in mundo, ibi non erat? Fruebatur beatifica habituali visione, cùm adhuc esset in carne. Visio hæc in lege gratiæ iustis conceditur in cœlo post mortem; igitur glorificantur per gloriæ habituale lumen: & Christus erat in cœlo, etiam cùm esset in hoc lachrymabili mundo; quippe gloriæ lumine habebat in mundo, quicquid ad gloriam possideret in cœlo.

Ioan. 16. 28.

*Qua ratione sit in mundo, & in cœlo?*

Alitèr igitur. Mundus relinquitur, & cùm ille reliquitur, & cùm relinquit. Relinquit & relinquitur, cùm separatur anima à corpore. Relinquitur & habetur, ubi corpus non impedit operationes superiores animæ: quæ quidem maximæ, dum intellectus illustratur lumine gloriæ, quo videtur Deitas, in cuius visione naturæ rationalis constat felicitas. Quicumque hac gloria donatur in corporis habitaculo; magis quàm in mundo vivit in cœlo & Christus dum è mundo in cœlum corpore rendit, iterùm relinquit terram; quoniam iam & vivens in mundo reliquerat terram, lumine gloriæ videns essentiam divinam.

*Desertur terra, ubi in mundo patet gloria.*

21 In cœlestibus habitat Benedictus, adhuc in mundo: igitur functiones mentis non præpedichat passibilis caro. Intellectus ellò in transitu gaudens divina visione, erat extra carnem & in carne. Extra & intra, ut lucerent Dei gratiâ eius à mundo fuga, & corporalis præsentia: siquidem extra mundum non esset, ni antequàm relinqueret, reliquisset. Relinquitur mundus per mortem, & per visam à vivente Deitatem: unde Benedictus erat in mundo & non erat; quia quem mundum habitabat, gloriæ lumine fugerat: & erat in cœlo, cùm esset in mundo; quoniam adhuc in terra, potius divinâ gloriâ. Anima erat coniuncta corpori, sed non quoad actum; cùm elevata super semetipsam, Benedictam deduceret extra mundum, siquidem non habitabat ubi erat, sed quò ibat: quod quidem non nisi in Dei lumine poterat; ut appareret cunctis prodigium singulare, vivere mundo, & mundo non vivere: esse in mundo & esse in cœlo: esse utrobique, & utrobique non esse, corpore; lumine.

*Benedictus quomodò inter homines habitavit in cœlis?*

22 Audiendus Vates Evangelicus, ut glorificetur Benedictus. *Regem in decore suo videbunt oculi eius, cernent terram de longè.* Visio gloriæ Regis pendet ex eo quòd terra procul ab oculis? Utique: terra videtur longè, dum oculi sunt in cœlo, ubi rex videtur gloriosè in decore suo: igitur cœli gloria, non conceditur in terra, quoniam vicissim implicant lachrymæ & gloria. Observa modò. Non mirùm, quòd longè terra cernatur è cœlo: mirùm sanè, quòd terra sit longè à terra. Non à corpore, sed à lumine gloriæ huiusmodi procedit distantia; quippe cùm Rex in decore suo videtur, longè præter Regem omnia. Si longè terra à

Isai. 33. 17.

*In terra erat longè à terra.*

terra

terra non per distantiam, sed per visionem beatificam; Regem gloriæ in decore suo aspexit Benedictus etsi ad horam: igitur in hoc infimo mundo, in terra, corpore carne, oculi eius viderunt terram de longe: ita, ut dicere possit altiori sensu, quàm Poëta lib.1. *Trist.* Eleg.1. v.ult.

Ovid. — *A terra terra remota mea.*

*Puretur-di revelatur Deitas.*

23 Qui mundo corde Deum videbunt: siquidem candor cordis attractivum Deitatis. Observavit etiam Ethnicus ubi supr. de *Natur. rerum.* v.18.

Lucret. — *At benè non poterat sine puro pectore vivi,*
*Quo magis hic merito nobis Deus esse videtur:*
*Ex quo nunc etiam pro magnas diditas gentes*
*Dulcia permulcent animis solatia vitæ.*

Supetior utique præstat in Benedicto cordis amantis munditia, ubi (affluente ad illum divinâ gratiâ) videt in mundo Dominum, quem alij mundi cordis in cœlo tantum videbunt. Quadrant carmina Paulini *Natal.* 4. v.103.

Paulin. — *Benedictus largiter traxit dona Dei.*

*Seseque à puero pia mens cœlestibus edens*
*Instituit servire Deo, nec gratia pauper*
*Alitur, & quantum sitiebat corde capaci*
*Lucis hians animus, tam largiter influa traxit*
*Dona Dei.*

24 *Tam largiter.* Optimè: claret indice, etenim lucis hians animus in terram traxit corde capaci; quod alij in cœlo, dum cernunt terram de longè. Renunciationi sæculi promittitur merces felicitatis centupla, & etiam gloria: verum cum differentia. *Accipiet centies tantum nunc in tempore hoc* (dicitur apud Marcum) *& in sæculo futuro vitam æternam.* Magna re verâ præmia, cæterùm Benedicto festina: siquidem vitæ æternæ apparuit lux, & nunc in tempore hoc. Vita æterna est visio Dei ut est in se; & Benedicto etiam nunc. Non reservatur præmium usque in sæculum futurum: igitur nunc habet vitam æternam, cùm in tempore hoc essentiam videat divinam. *Nunc*: siquidem illi, omnia nihil in tempore hoc. Videnti Creatorem angusta est omnis creatura; & sub forma penè nihili subterfugit oculos mundana fabrica. Unde in terra oculi eius creverunt terram de longe; cùm quicquid creatum illi videbatur breve, si videbatur.

Marc. 10.30. — *Vitam habuit æternã etiam in tempore hoc.*

25 Hic stat origo specialis gratiæ visionis gloriæ. Quapropter Ioannes Thaulerus *Institut.* cap. 12. loquens de huiusmodi visione hominem describit *præ cognitione sine cognitione, præ lumine sine luce.* Aptè, & ingeniosè: etenim non videt, qui aliquid in mundo viderit; & non cognoscit, qui de mundo cognoverit. *Magna cogitatio obcæcat abducto intùs visu. Sic in morbo comitiali* (qui dicitur morbus sacer) *aperti oculi nihil cernunt*: ait Nicolaus Nancel. de *Anal-log. Mic.* lib.3. cap. 1. & Ovidius lib.3. *Metam.* Fab.6.

Thaul. — *Præ cognitione erat sine cognitione.*

Nancel. — Ovid. Cicer. — *Et præ luce sine lumine.*

——— *Et quæ modò visa placebant,*
*Nec corpus remanet.*

Rationem adducit Cicero de *Divinat.* lib. 1. *Revocatur animus à societate, & contagione corporis.* Quæ construit magna cogitatio, altius agit animæ rationalis unio mediâ contemplatione cum Deo; ut docet ubi supra D. Thomas: quandoquidem dumtaxat potentialiter est unitus corpori, & toraliter absorpta in lumine, ut minimè videat, quod in mundo videt; nec cognoscat, quod cognoscit; quippe præ cognitione sine cognitione, & præ luce sine lumine. Hæc visio cæcos facit, vel quærit, ubi nemo videt, nisi qui sua lumina claudit. Non quoad usum, sed quoad affectum: igitur qui huiusmodi lumen non habet, cæcè clausis oculis videt in mundo ut aliquid, quod prorsùs nihil: at qui sublevatus in mentis lumine cœlicum lumen cognoscit, etiam apertis oculis nihil videt.

*Quomodò mundus omnia, aliquid, & nihil?*

26 Gratulemur, quia venimus in floralia. Elevatus est usque ad visionem beatificam Paulus. Ergo considerando visionis effectus. *Surrexit autem Saulus de terra, apertisque oculis nihil videbat.* Illustre sanequàm testimonium! Qui est in terra, iacet: qui autem surgit, in pedes se erigit. Vere stat, qui erigit se: etenim non aperit oculos, qui non stat. Epanodo Hispana dulcius. *Puesse en pie, y abrió los ojos, porque no abre los ojos el que no se pone en pie.* Qui stat, terram calcat; & stat, qui calcat terram. Unde surgit, & in signum felicitatis oculos aperit: etenim summa felicitas, quòd stans terram calcaret, priusquàm Paulus terram versùs oculos aperiret.

Act.9.8 — *In mundo oculos non aperit, qui pede terram non premit.*

27 *Unicum felicitatis exemplum* vocatur Marcus Aggripa à Pluuio lib.7. cap. 8. eò quòd non ritu naturæ, capite natus; quippe *in pedes procedere contra naturam est.* Ratio quæ Plinium fugit; ut in altiora dirigatur, minimè latet. Qui capite in lucem prodit; prius oculos in mundo figit, quàm mundum calcet: qui in pedes procedit; prius terram calcat, quàm videat. Primum est, cognoscere, postquàm fefellit, mundi fallaciam. Secundum, odio habere, antequàm veniat: & nasci pedibus in usuram huius lucis, est signum felicitatis; quoniam si metanœa (Vernaculè, *Desengaño*) mundi vanitatem aspicere, ut proculcetur; summa felicitas eius vanitatem calcare, priusquàm videatur.

Plin. — *Magnũ; antequã videatur calcare mundum.*



*Et gloriosum.*

28 Modò ad Paulum. Surgit à terra & oculos aperit. Non aperuit oculos, & surrexit. Prius aperire claustra luminis, posteaque sese erigere in pedes; erat prius mundum aspicere, quam proterere: secùs, prius proterere, quam aspicere: & Paulus à terra surgit, deinde verò oculos aperit; quoniam si despectus mundi fastidientem extollit usque ad cœlos, Paulum usque ad visionem beatificam, quoniam surgens despexit, priusquam aperiret oculos.

29 Nota sequentia. *Surrexit de terra: apertisque oculis nihil videbat.* Nihil? Nihil non videtur: & dum videtur mundus, videtur nihil. Surrexit à terra, & simul mens collocatur in gloria. Quid, nisi nihil videnda orbis pulchritudo homini habitanti in cœlo? Magna videtur, si in terra iaceret: cæterùm nihil, si surgit. *Nihil.* Quomodò si mundus omnia? Illi videtur magnum quid, qui clausis oculis videt. Aliquid tantùm videnti, sed pessundanti: nihil autem, antequàm mundum videat; proterenti: & cùm Paulus priusquàm oculos aperiret, calcasset omnia; apertis oculis nihil in mundo videbat.

Actor.9 9. — *Videt gloriam, qui videns non videt terram.*

30 Toto illo triduo conversatio illius in cœlo, ubi vidit quæ loqui non potest homo; quoniam nec auris audivit, nec in cor rationalium descendit, quam Deus dilectibus suis præparavit: igitur quantum sitiebat corde, capaci lucis, hians animus, satiavit fluminis impetus: *sed erat tribus diebus non videns*: subdit Lucas. Nonne habebat oculos apertos? Utique: verùm obcæcat magni obiecti cogitatio, introrsum abducto visu. Illud tempus habuit gloriæ, quo nihil videbat terræ: & nihil vidit in terra, dum palàm gloria; quippe tunc gloriam apertissimè vidit, cùm apertos oculos mundo clausos haberet. Hispan. vigilanter. *Entonces se goza la gloria del Cielo, quando se tienen los ojos abiertos, cerrados para la vista del mundo.*

Ibid. — *Sine huiusmodi cæcitate evanescit lumen gloriæ.*

31 Cæterò. Alij, qui nos miseri, apertis oculis videmus; & non videmus, quin oculos aperiamus. Ambulamus per fidem, non per speciem: Paulus habuit gloriæ lumen. Ubi nihil cernunt oculi aperti, intellectus prævenitur supernaturali lumine: & toto triduo Paulus visione potitus est Deitatis, quia toto triduo non vidit apertis oculis. Arcanum observa in ipso textu, & acumen. Non dicit Lucas: *Erat tribus diebus non videns*: sed *erat ibi tribus diebus non videns. Ibi.* Ibi non videbat. Ergo alibi videbat. Næ. Ideo ibi non videbat, quia videbat alibi. Celeste illapsum animæ lumen patebat per cæcitatem: igitur totum cæcè videbat in cœlo; quia clarè videns, nihil videbat in mundo. Signum est cogitationis magnæ, lucis privatio sine carentia lucis. Visionis verò cæcæ, ubi in mundo cernuntur, quæ vitæ oculis ab intelligentia non videntur: & Paulus videbat gloriam, non videns apertis oculis, quam videbat terram; quippe quod modò visum cæcis oculis placuit, viso lumine gloriæ nec corpus remanet.

*Per cæcitatem sua pariter clarescit lumen.*

32 Huiusmodi cæcitas non est in oculis, sed in obiectis. Propriùs loquar. Non potest dici hæcine cæcitas luminum orbitas, sed obiectorum visorum invisibilitas: siquidem videntur oculis clausis, & minimè apertis oculis. Videntur ab orbis luminibus, non videntur à videntibus: igitur dum oculi carnis vident mundi aliqualem speciem; oculis intellectus gloriæ deficit lumen. In Pauli successu inest discriminis visionum nota. Cùm videbat essentiam divinam, apertis oculis nil videbat versùs terram: cùm autem à contemplationis culmine, ad hoc redijt, quod priùs fuit in intellectu communi (*Nam*, ut inquit Gregorius ubi supr. cap. 3. *quoties per cogitationis motum nimium extra nos ducimur, & nos sumus, & nobis cum non sumus*) infit ibidem Lucas: *Vidit virum Ananiam introëuntem, & imponentem sibi manus, ut visum recipiat.* Grave utique argumentum producit Evangelista testimonium. Si mittitur minister, ut visum Paulus recipiat, Paulus prædem non videbat. Quomodò ergo cæcus vidit? Quia vidit Doctor Gentium, ut videret. Qui gloriâ fruitur non videt quæ mundi sunt; quippe licèt sit secum, est extra se, raptus in divinum lumen, quod quidem à mundanis avellit intellectionem: & tunc vidit Paulus, ut visum haberet, & in se à culmine contemplationis rediret: quoniam videre mundi cæcis oculis fabricam; perspicuè demonstrabat, quòd iam non videbat gloriam: igitur si tunc lumina in gloriæ lumine figeret, apertis oculis nihil, sicut priùs in toto mundo videret.

Gregor. Magn. — Vers. 12.

*Beatitudinis nihil videbat, dum videbat omnia.*

33 In Pauli visione claret visio Beneditti. Breve ei fit omne quod creatum est, igitur visione extra mundum fuit. Nihil vidit, cùm videret omnia, quippe licèt omnia, videnti creatorem angusta omnis creatura. Dum habitat in cœlis, nil videt apertis oculis, quoniam illi mundus nihil. Si videret, quæ in mundo erant, uti erant, minimè videret essentiam divinam: & apertis ocu-

oculis nihil lumina vident; etenim videnti Deum, quasi nulla & nullibi essent. Succinat Arator in *Act. Apost. v. 709.*

——— *Discit de corpore lapso*
*In mentis iam stare gradu. Cùm lumina claudit,*
*Pectora tunc aperit, cœlique agnoscitur Auctor*

Arat. *Discedente die. Quantum meruere tenebræ*
*Post oculos maiora videt. Mirabile factis*
*Exemplum dedit alma fides*

Exemplum utique & mirabile: quandoquidem quid non gloriæ in regia cœli, si ita in corpore?

## DIDASCALIA XII.

### *S. Benedictus omnium iustorum spiritu plenus.*

Gregor Magn. 1 ASTruit Gregorius Magnus ubi supr. *cap.* 8. Sol nascitur, & aurora perit. Perit oriente Benedicto mater Abundantia. Astruitur Sol, evanescente aurora. Cum Sole aurora non est. Nascitur Benedictus ut Sol. Fecit Deus auroram & Solem, ut post lumen amplius coruscaret lumen: cæterùm simul non sunt, quia supervacua quælibet lux, ubi Sol. Sol est, quia solus & omnia. Quæ divisa cæteros beatos efficiunt, tenet collecta: quandoquidem tantus erat in eo maximarum rerum habitus, ut quasi temperamento quodam unum rutilaret virtutum diversum genus; eo modo quo pictor ex plurimis speciebus speciosa legit, & diversas oris gratias in unum colligit, uti fecit Zeuxis in florida pictura Lacinix Iunonis.

*Cur plau ditur uti Sole*

*Iunonis, divâ dignos cùm effingere vultus*
*Vellet, & exactum reddere pictor opus.*
*Ex Agrigentinis selectas quinque puellas*
*Ante oculos fertur propesciisse sibi.*
*Quarum imitaretur formæ quos nosset honores,*
*Una in quaque magis quodq; nitere decus.*

Dionys Leb. Ita Dionysius Lebeus *Embl.* 54. Cæteri iusti quasi radij Solis, mundum varijs virtutibus illuminantes, orbem illustrarunt: Benedictus verò uti Sol, unus pro cunctis.

*Omnia charismata in Benedicto.*

*Non tam multiplici Divorum munere, non tot*
*Delitijs, non tam grato Pandora decore*
*Claruit, Asræi antè celebrata Poëtæ.*

Mantuan. Succinit Mantuanus lib. 1. *Parthen.* Omnia speciosa in Benedicto lucent. Cuncta splendent: igitur omnium iustorum spiritu plenus, omnia solus.

2 *Benedicam tibi, eritque Benedictus:* dicit Dominus Abrahæ. Quid, si Domini efficax benedictio, signat huiusmodi benedictionis geminatio? Quòd *Abraham sit in benedictiones multas*: astruit Maluenda. Ex multis benedictionibus, iustis à Domino concedendis, vel concessis, plenitudo coalescit benedictionis: & Abraham destinatur in benedictiones multas; ut eius constet felicitas, & Domini generositas: quandoquidem non magnum, quod magnus virtutibus esset; ni per quas alij magni, cunctorum cunctas habuisset. Aptè cadit quod ex Marco Monacho canit in Benedicti laudem Ecclesia:

Gen. 12. 2.

Maluend

*Abraham sub uno*
*Pectore clausit.*

Marc. Monach.

Igitur quicquid magnum Abraham fecit, insigniorem Benedictum construxit. Fulsit non solùm virtutibus magnus, sed virtutum omnium plenus.

*Omnium iustorum spiritu plenus.* Brun.

3 *In portentum orbis natus*: dicit Bruno, uti vidimus *Didasc.* 4. num. 2. Cur uti prodigium factus est multis, & hominem miratur plenus hominibus orbis? De Sacramento Eucharistiæ profert Angelicus Doctor Opusc. 57. *Figurarum veterum impletivum, miraculorum ab ipso factorum maximum.* Magna enim sunt mirabilia Domini, sed unde huic miraculo nomen maximi? Ab exordio mundi miraculis insignibus eius plena lucet sacra pagina, prodigijs ac portentis rutilant folia: quare igitur Eucharistia dicitur prodigium inter miracula maximum? Signat Psaltes: *Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus: escam dedit timentibus se.* Panem Dominus sæpe ad manducandum dedit, & panem de cœlo, in quo omnipotentiæ rutilavit magnitudo: verum huiusmodi victus unicum erat miraculum, nihil amplius. Sæpe miraculose potum sitienti populo dedit; cæterum singulare miraculum tantùm exhibuit. Mirum omninò Manna: subcinericius panis Eliæ, vas etiam aquæ, & alia plura. Hæc omnia magna, at in Eucharistia omnia: iureque dicitur miraculorum maximum, istiusmodi singulare sacramentum; quia in illo fecit memoriam mirabilium suorum. Plura miracula visa fuerunt, & à Domino ostensa: verùm erant miracula, & miraculorum signa; quousque veniret, qui in unico miraculo amanter compleret omnia: meritòque augustum sacramentum miraculorum omnium dicitur maximum, siquidem coruscat miraculorum figurarum omnium vetustum impletivum.

*Prodigium orbis.* D. Th.

Psal. 101. 4.

*Cur Eucharistia miraculorum maximum?*

4 Accidit, dum sacra offeret Patriarcha N. Benedictus (uti refert Haubertus in *Chron.*) dicenti consecrationis verba, *Hoc est enim corpus meum*; quòd Christus responderet: *Imò & tuum ô Benedicte!* Non hyperbolica locutio est, estò non intelligenda per æqualitatem, sed per similitudinem; non per naturam, sed per gratiam respectu excellentiæ perfectionis. Unde Paulus 1. ad Cor. cap. 6. à v. 15. *Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi? An nescitis, quoniam qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur? Erunt enim (inquit) duo in carne una. Qui autem adhæret Domino, unus spiritus est.* Optimè propositò expositò (uti vidimus *Tautolog. 2. Didasc.* 3. num. 11.) N. Ioann. à Castanniza in simili gratia Gertrudi Magnæ à Christo concessa, dicens: *Nec iam duo corpora & unus animus, sed unus homo in unum corpus, unumque spiritum commixti sumus.* Videndus D. Thomas 1. 2. quæst. 28. art. 1. & 2. Corpus proprium vocat Christus corpus Benedicti, ob unionem gratiæ. Magna gratia: verùm quare corpus suum dicit Benedicti in Eucharistia? Ut constet Benedicti perfectio expositò Sacramento augusto, inter miracula maximo: igitur aptiùs demonstratur homo plenus spiritu omnium iustorum; ubi figuratur sacramentum, in quo cunctorum fit memoria mirabilium. Cur non erit portentum orbis, qui cunctis gaudet dotibus, per quas homines vel singulis fiunt insignes? De præcipuis Conditor præcipua legit, ut unam ex pluribus formam Benedicti mirabili dispositione componeret. Deus omnium est artifex, Benedictus omnium habet virtutem.

Hauber

*Favor singularis Christi erga S. Benedictum.*

*Quomodò Christi corpus corpuscule meditit*

5 Iure igitur, uti alter Moyses extollitur à Div. Thoma 1. de illo: etenim habuit solus excellentiam spiritus in Legislatoris muneres; per quam & non totam, septuaginta duo viri facti sunt magni. *Est enim* (in Benedicto) *spiritus intelligentiæ, sanctus, unicus, multiplex, subtilis, disertus, mobilis, incoinquinatus, certus, suavis, amans bonum, acutus, quem nihil vetat, benefaciens, humanus, benignus stabilis, certus, securus, omnem habens virtutem, omnia prospiciens, & qui capiat omnes spiritus.* Singula nequeo percurrere, fuerit Didascalia rum brevitate: vide igitur aliqua paralella apud N. Hæften. in *Vit. Patriarch.* cap. 8. à num. 13. Nihilominùs tamen considerandum est ly *Unicus* & *multiplex*. Quomodò multiplex spiritus simplex? Multiplicitas numerum format, unitas denegat: quo igitur ingenio, dum patet contradictio, spiritus Benedicti erit multiplex & unicus? Quia omnium iustorum spiritu gloriosè plenus. Unicus, quia singularis: multiplex, quippe habuit, quem habuerunt omnes. Unicus, quoniam ipse solus ob felicitatem: multiplex omnium amplectens virtutem. Plaudatur ergo uti homo unicus, qui omnium virtutibus plenus: siquidem continet vita, ut compendium sanctitatis, quæ singula dona homines formant felices.

Num. 11. 17.

Sap. 7. 22.

*Cur confertur Moysi & in quo?*

*Spiritus Benedicti unicus, & multiplex.*

6 De mensa oblata Domino à Iustiniano, Constantinopoli in templo S. Sophiæ, refert Baronius Anno Christi 557. *Constabat auro, argento, omnisque generis lapidibus, lignis, metallis, omnibusque rebus, quas terra fert, mare & universus mundus. Ex omni materia pretiosa plura, meliora, potiora collegerat.* Huic dono Nicol. Causinus lib. 11. *Parabol.* 1. epigraphe scripsit: *Unum pro omnibus.* Ecce mensa Eucharistiæ, ubi omnia bona concessa homini: siquidem constat sacrum arcanum universis mirabilibus, unum pro omnibus. Symbolum etiam videor mihi videre spiritus unius multiplicis Benedicti: etenim ut canit qui supr.

*Mensa ex universi pretiosi.* Baron.

Causin

*Symbolum Eucharistiæ*

*Quicquid antiqui cecinere Vates,*
*Quicquid æternæ monimenta legis,*
*Continet nobis celebranda summi*
*Vita Monarchæ.*

*Et Benedicti.*

*Signaculum similitudinis* vocatur rex Tyri, sed *Ironicè*: insit Sanctius hic: igitur sibi blandiebatur in se cogitans cunctorum perfectionem, qui nec in ulla ullam habebat similitudinem. Similitudo est, ubi aliqua inest perfectio, sed non omnimoda: signaculum, si rutilat perfectionum excellentia, quasi in unum collectæ pretiositates, & momenta æstimationis: unde sequitur, *Omnis lapis pretiosus operimentum tuum: sardius, topazius, & iaspis, chrysolithus & onyx & beryllus, sapphyrus & carbunculus, & smaragdus: aurum opus decoris tui.* Haud singularis quilibet lapillus, quantumvis pretiosus. Singulare omninò, quòd in uno inveniretur universorum perfectio: etenim ultra omnem æstimationem, si contineret pretiosorum cunctorum pretiositatem: mereretur que plausus, dum unum pro cunctis fama loqueretur opus.

Ezech. 28. 12.

Vers. 13

*Singularis gemma.*

7 Hæc sibi affectabat Tyrius Princeps, quæ revera tenuit Monachorum Pater. Virtutes sæpe in Scriptura designantur per gemmas, quippe in virtutibus latet vera pretiositas. *Exod.* 28. à num. 17. & *Apocal.* 21. à num. 19. Similitudo signaculi esset spiritus Benedicti, si haberet in sanctitate splendorem iaspidis, onychis, aut chrysolithi: & non dicitur similitudo signaculi, sed signa-

oculis nihil lumina vident; etenim videnti Deum, quasi nulla & nullibi essent. Succinat Arator in *Act. Apost. v. 709.*

——— *Discit de corpore lapso*
*In mentis iam stare gradu. Cùm lumina claudit,*
*Pectora tunc aperit, cœlique agnoscitur Auctor*

Arat. *Discedente die. Quantum meruere tenebræ*
*Post oculos maiora videt. Mirabile factis*
*Exemplum dedit alma fides*

Exemplum utique & mirabile: quandoquidem quid non gloriæ in regia cœli, si ita in corpore?

## DIDASCALIA XII.

### *S. Benedictus omnium iustorum spiritu plenus.*

Gregor Magn. 1 ASTruit Gregorius Magnus ubi supr. *cap.* 8. Sol nascitur, & aurora perit. Perit oriente Benedicto mater Abundantia. Astruitur Sol, evanescente aurora. Cum Sole aurora non est. Nascitur Benedictus ut Sol. Fecit Deus auroram & Solem, ut post lumen amplius coruscaret lumen: cæterùm simul non sunt, quia supervacua quælibet lux, ubi Sol. Sol est, quia solus & omnia. Quæ divisa cæteros beatos efficiunt, tenet collecta: quandoquidem tantus erat in eo maximarum rerum habitus, ut quasi temperamento quodam unum rutilaret virtutum diversum genus; eo modo quo pictor ex plurimis speciebus speciosa legit, & diversas oris gratias in unum colligit, uti fecit Zeuxis in florida pictura Lacinix Iunonis.

*Cur plau ditur uti Sole*

*Iunonis, divâ dignos cùm effingere vultus*
*Vellet, & exactum reddere pictor opus.*
*Ex Agrigentinis selectas quinque puellas*
*Ante oculos fertur propesciisse sibi.*
*Quarum imitaretur formæ quos nosset honores,*
*Una in quaque magis quodq; nitere decus.*

Dionys Leb. Ita Dionysius Lebeus *Embl.* 54. Cæteri iusti quasi radij Solis, mundum varijs virtutibus illuminantes, orbem illustrarunt: Benedictus verò uti Sol, unus pro cunctis.

*Omnia charismata in Benedicto.*

*Non tam multiplici Divorum munere, non tot*
*Delitijs, non tam grato Pandora decore*
*Claruit, Asræi antè celebrata Poëtæ.*

Mantuan. Succinit Mantuanus lib. 1. *Parthen.* Omnia speciosa in Benedicto lucent. Cuncta splendent: igitur omnium iustorum spiritu plenus, omnia solus.

2 *Benedicam tibi, eritque Benedictus:* dicit Dominus Abrahæ. Quid, si Domini efficax benedictio, signat huiusmodi benedictionis geminatio? Quòd *Abraham sit in benedictiones multas*: astruit Maluenda. Ex multis benedictionibus, iustis à Domino concedendis, vel concessis, plenitudo coalescit benedictionis: & Abraham destinatur in benedictiones multas; ut eius constet felicitas, & Domini generositas: quandoquidem non magnum, quod magnus virtutibus esset; ni per quas alij magni, cunctorum cunctas habuisset. Aptè cadit quod ex Marco Monacho canit in Benedicti laudem Ecclesia:

Gen. 12. 2.

Maluend

*Abraham sub uno*
*Pectore clausit.*

Marc. Monach.

Igitur quicquid magnum Abraham fecit, insigniorem Benedictum construxit. Fulsit non solùm virtutibus magnus, sed virtutum omnium plenus.

*Omnium iustorum spiritu plenus.* Brun.

3 *In portentum orbis natus*: dicit Bruno, uti vidimus *Didasc.* 4. num. 2. Cur uti prodigium factus est multis, & hominem miratur plenus hominibus orbis? De Sacramento Eucharistiæ profert Angelicus Doctor Opusc. 57. *Figurarum veterum impletivum, miraculorum ab ipso factorum maximum.* Magna enim sunt mirabilia Domini, sed unde huic miraculo nomen maximi? Ab exordio mundi miraculis insignibus eius plena lucet sacra pagina, prodigijs ac portentis rutilant folia: quare igitur Eucharistia dicitur prodigium inter miracula maximum? Signat Psaltes: *Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus: escam dedit timentibus se.* Panem Dominus sæpe ad manducandum dedit, & panem de cœlo, in quo omnipotentiæ rutilavit magnitudo: verum huiusmodi victus unicum erat miraculum, nihil amplius. Sæpe miraculose potum sitienti populo dedit; cæterum singulare miraculum tantùm exhibuit. Mirum omninò Manna: subcinericius panis Eliæ, vas etiam aquæ, & alia plura. Hæc omnia magna, at in Eucharistia omnia: iureque dicitur miraculorum maximum, istiusmodi singulare sacramentum; quia in illo fecit memoriam mirabilium suorum. Plura miracula visa fuerunt, & à Domino ostensa: verùm erant miracula, & miraculorum signa; quousque veniret, qui in unico miraculo amanter compleret omnia: meritòque augustum sacramentum miraculorum omnium dicitur maximum, siquidem coruscat miraculorum figurarum omnium vetustum impletivum.

*Prodigium orbis.* D. Th.

Psal. 101. 4.

*Cur Eucharistia miraculorum maximum?*

4 Accidit, dum sacra offeret Patriarcha N. Benedictus (uti refert Haubertus in *Chron.*) dicenti consecrationis verba, *Hoc est enim corpus meum*; quòd Christus responderet: *Imò & tuum ô Benedicte!* Non hyperbolica locutio est, estò non intelligenda per æqualitatem, sed per similitudinem; non per naturam, sed per gratiam respectu excellentiæ perfectionis. Unde Paulus 1. ad Cor. cap. 6. à v. 15. *Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi? An nescitis, quoniam qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur? Erunt enim (inquit) duo in carne una. Qui autem adhæret Domino, unus spiritus est.* Optimè propositò expositò (uti vidimus *Tautolog. 2. Didasc.* 3. num. 11.) N. Ioann. à Castanniza in simili gratia Gertrudi Magnæ à Christo concessa, dicens: *Nec iam duo corpora & unus animus, sed unus homo in unum corpus, unumque spiritum commixti sumus.* Videndus D. Thomas 1. 2. quæst. 28. art. 1. & 2. Corpus proprium vocat Christus corpus Benedicti, ob unionem gratiæ. Magna gratia: verùm quare corpus suum dicit Benedicti in Eucharistia? Ut constet Benedicti perfectio expositò Sacramento augusto, inter miracula maximo: igitur aptiùs demonstratur homo plenus spiritu omnium iustorum; ubi figuratur sacramentum, in quo cunctorum fit memoria mirabilium. Cur non erit portentum orbis, qui cunctis gaudet dotibus, per quas homines vel singulis fiunt insignes? De præcipuis Conditor præcipua legit, ut unam ex pluribus formam Benedicti mirabili dispositione componeret. Deus omnium est artifex, Benedictus omnium habet virtutem.

Hauber

*Favor singularis Christi erga S. Benedictum.*

*Quomodò Christi corpus corpuscule meditit*

5 Iure igitur, uti alter Moyses extollitur à Div. Thoma 1. de illo: etenim habuit solus excellentiam spiritus in Legislatoris muneres; per quam & non totam, septuaginta duo viri facti sunt magni. *Est enim* (in Benedicto) *spiritus intelligentiæ, sanctus, unicus, multiplex, subtilis, disertus, mobilis, incoinquinatus, certus, suavis, amans bonum, acutus, quem nihil vetat, benefaciens, humanus, benignus stabilis, certus, securus, omnem habens virtutem, omnia prospiciens, & qui capiat omnes spiritus.* Singula nequeo percurrere, fuerit Didascalia rum brevitate: vide igitur aliqua paralella apud N. Hæften. in *Vit. Patriarch.* cap. 8. à num. 13. Nihilominùs tamen considerandum est ly *Unicus* & *multiplex*. Quomodò multiplex spiritus simplex? Multiplicitas numerum format, unitas denegat: quo igitur ingenio, dum patet contradictio, spiritus Benedicti erit multiplex & unicus? Quia omnium iustorum spiritu gloriosè plenus. Unicus, quia singularis: multiplex, quippe habuit, quem habuerunt omnes. Unicus, quoniam ipse solus ob felicitatem: multiplex omnium amplectens virtutem. Plaudatur ergo uti homo unicus, qui omnium virtutibus plenus: siquidem continet vita, ut compendium sanctitatis, quæ singula dona homines formant felices.

Num. 11. 17.

Sap. 7. 22.

*Cur confertur Moysi & in quo?*

*Spiritus Benedicti unicus, & multiplex.*

6 De mensa oblata Domino à Iustiniano, Constantinopoli in templo S. Sophiæ, refert Baronius Anno Christi 557. *Constabat auro, argento, omnisque generis lapidibus, lignis, metallis, omnibusque rebus, quas terra fert, mare & universus mundus. Ex omni materia pretiosa plura, meliora, potiora collegerat.* Huic dono Nicol. Causinus lib. 11. *Parabol.* 1. epigraphe scripsit: *Unum pro omnibus.* Ecce mensa Eucharistiæ, ubi omnia bona concessa homini: siquidem constat sacrum arcanum universis mirabilibus, unum pro omnibus. Symbolum etiam videor mihi videre spiritus unius multiplicis Benedicti: etenim ut canit qui supr.

*Mensa ex universi pretiosi.* Baron.

Causin

*Symbolum Eucharistiæ*

*Quicquid antiqui cecinere Vates,*
*Quicquid æternæ monimenta legis,*
*Continet nobis celebranda summi*
*Vita Monarchæ.*

*Et Benedicti.*

*Signaculum similitudinis* vocatur rex Tyri, sed *Ironicè*: insit Sanctius hic: igitur sibi blandiebatur in se cogitans cunctorum perfectionem, qui nec in ulla ullam habebat similitudinem. Similitudo est, ubi aliqua inest perfectio, sed non omnimoda: signaculum, si rutilat perfectionum excellentia, quasi in unum collectæ pretiositates, & momenta æstimationis: unde sequitur, *Omnis lapis pretiosus operimentum tuum: sardius, topazius, & iaspis, chrysolithus & onyx & beryllus, sapphyrus & carbunculus, & smaragdus: aurum opus decoris tui.* Haud singularis quilibet lapillus, quantumvis pretiosus. Singulare omninò, quòd in uno inveniretur universorum perfectio: etenim ultra omnem æstimationem, si contineret pretiosorum cunctorum pretiositatem: mereretur que plausus, dum unum pro cunctis fama loqueretur opus.

Ezech. 28. 12.

Vers. 13

*Singularis gemma.*

7 Hæc sibi affectabat Tyrius Princeps, quæ revera tenuit Monachorum Pater. Virtutes sæpe in Scriptura designantur per gemmas, quippe in virtutibus latet vera pretiositas. *Exod.* 28. à num. 17. & *Apocal.* 21. à num. 19. Similitudo signaculi esset spiritus Benedicti, si haberet in sanctitate splendorem iaspidis, onychis, aut chrysolithi: & non dicitur similitudo signaculi, sed signa-

culum insigne similitudinis, quoniam ibi centrum omnimodæ perfectionis. Mensa insignis luxit ex pretiositate virtutum gemmarum, ut esset unus pro multis. Aurum opus decoris: & omnis lapis pretiosus operimentum; quippe plenus spiritu omnium iustorum. Habet ergo Benedictus pretiositatis, quicquid iusti continent splendoris.

*Et unus pro omnibus.*

8 *Organum spiritus Sancti*, plauditur à N.P. Damiano *Epist.* 13. cap. 6. Tubis in Ecclesia conferuntur alij, alij vero citharis, & cæteris musices instrumentis; uti placuit Isidoro Peluliotæ *lib.* 2. *Epist.* 176. Organum autem vocatur tota Ecclesia, quippe ex diversis concordibus discordibus vocibus resultat armonia: organumque Spiritus Sancti designatur in Prooparente Benedicto; quia nulla virtutis vox nec gravis, nec subtilis, nec reflexa, quæ non inveniatur in huiusmodi organo. *Scientiam habet vocis* qui continet omnia: igitur virtutis auditur vox, præut unusquisque vult. Ex septem Planetis dicit Plinius lib. 2. cap. 22. *Septem tonos effici, quam diapason armoniam vocant, hoc est universitatem concentus. In ea Saturnum Dorio moveri, Mercurium phtongo, Iovem Phrygio, & in reliquis similia.* Veteres gravem tonum dicebant Dorium, medium Lydium, acutum Phrygium; ideò, summum, medium, imum: qui quidem Saturno, Mercurio & Iovi, varius seu flexus Lunæ, copulatus Veneri, extentus Marti, atque plenus Soli. Quilibet iustus est vox in organi concentum, armoniâ dulcium virtutum: sed Benedicti Spiritus conformatur in organum; quippe omnium habens virtutem, omnibus ostendit numeris musicæ universitatem. Cæteri iusti habent vocem, verùm non vocis scientiam; quoniam illis datur spiritus ad mensuram. Singulis datur singularis gratia: sed Benedictus scientiam habet vocis, quia continet omnia. In alijs est vox scientiæ propter dulcedinem consonam singularis virtutis: verùm in Benedicto residet, ac splendet scientia vocis; igitur virtutes quæ in singulis armonicè sonant, in illo mirificè simul tamquàm in organo resonant.

Pet. Dam. *Organum Spiritus Sancti.*

Sap. 1. 7

*Musica exterorum*

*Et voces iustorum universa.*

9 Si memoria iustitiæ musica, Benedicti musices recolatur memoria: *Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens* (Ambrosius: *Sonans*) *pulchra ut Luna, electa ut Sol.* Hanc animam non tantùm beatam filiæ Sion prædicarunt, sed & *beatissimam.* Quare igitur dum canit, Soli & Lunæ canentibus confertur, & ob tonos beatissima prædicatur? Quælibet virtus habet vocem, & dulcem & sonoram: verùm singulæ voces haud construunt musicam, quæ constat ex copula singularum in artem, cùm debeat voci suæ alteram dare vocem. Sonat in cœlo Luna, sonat & Sol: & ubi virtutibus sonat anima quasi vocibus Lunæ, & Solis; extollitur summe felix: igitur perfectionis & beatitudinis summa, quòd inveniatur in unica, tota virtutum armonia. Haud ita prædicabilis esset, ni singulariter virtutibus rutilaret: & assimilatur vox eius voci Lunæ, & voci Solis; quoniam in illa simul videtur, quod lucet in singulis.

Cant. 6. 9. Ambros

Vers. 8.

*Tota virtutum armonia*

10 Deinde. Beatissima prædicatur, dum eius virtutum lux corruscat uti Aurora, Luna & Sol. Esset beata, si uti Aurora, aut Luna rutilaret. Esset beatior, modò instar Solis fulgeret: & beatissima prædicatur meritò, dum ita virtutum effulgurat magnitudo; quandoquidem vel in perfectione summum, in illa sola inveniri omnium splendorem luminarium.

*Et splendor astrorum.*

11 Pari cursu viam virtutis cucurrit Beatissimus Pater Benedictus. Plauditur ut stella matutina, ut Luna plena, ut Sol refulgens. Totum simul? Utique. Summa Benedictus gaudet felicitate. Alia claritas Solis, alia claritas Lunæ, & alia claritas stellarum. Imò stella à stella differt in claritate. Iuxta perfectionem virtutis, erit claritas splendoris: cæterùm uti stella, Luna, & Sol describitur Benedictus; quippe omnium iustorum spiritu, atque claritate plenus. In perspectiva quandoque mirum, quòd stella diverso situ resplendeat Luna, verùm dum variatur lux, apparet Sol. Si iuxta claritatem astrorum, claritas innotescit virtutum; miraus iure perfectionem, transit visus in Benedicto à claritate in claritatem: igitur in eadem eius tabula cordis, omnium virtutum celebrantur imagines.

Eccli. 50. 6.

*Omnium virtutum imago.*

12 Alia rimor. Guttæ quæ manant è rupe Sublaci in panchrestum omni populo à Monachis Casinensibus vocantur Manna. Haud arbitror huiusmodi epithetum propter cunctis morbis medelam universalem; sed propter desiguandam omnigenam Benedicti virtutem. Manna, ad quod quisque volebat, convertebatur, deserviens uniuscuiusque voluntati: & in Manna stat signum perfectionis Benedicti; quippe ob virtutes præclaras, feliciter patet quicquid uniuscuiusque cogitaverit voluntas. Alij quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ: alij autem sermo scientiæ secundùm eandem Spiritum: alteri fides in eodem Spiritu: alij gratia sanitatum in uno Spiritu: alij operatio virtutum: alij prophetia: alij discretio spirituum: alij genera linguarum: alij

*Cur guttæ è rupis Sublaci vocantur Manna?*



1. Cor. 12. 11. alij interpretatio sermonum. *Dividit singulis* Dominus *prout vult*: sed summa perfectio est; si luceat in uno cum novitate splendoris, quicquid splendet in singulis. Magna quidem & commendabilia singula. In Benedicto maiora: etenim in illo, ut stupeat tot virtutibus mundus, hæc omnia operatur unus atque idem spiritus. Manna est, & est quodcumque homo vult. Singulorum narratione supersedeo. Præut studuerit voluntas, lucebit claritas. Si voluerit, erit stella matutina, erit Luna plena, & erit Sol: Quid mirum omnia, si voluntati obijcitur ut Manna? Vide *Tautol.* 8. *Didasc.* 4. n. 15.

*Beneditti gratiarum cumulus*

13 Beatissima; ut vidimus, prædicatur anima sancta: sed unde huiusmodi gloria? *Quæ est ista* (dicunt) *qua progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut Luna electa ut Sol*? Laus eximia, & celebrantium admiratione plena: ideo aiunt stupentes: *Quæ est ista*? Idem dixerunt accipientes Manna. *Quid est hoc*: Haud dispari forma plauditur anima undequaque perfecta. Iuxta genium hominis sunt acceptiores æstimabiles virtutes: & nequaquàm anima perfecta virtutibus esset; ni in illis esset, quicquid voluntas voluisset: diciturque simul Aurora, Luna, atque Sol; ut singulis, præut cogitaverint, sit: siquidem excellentiæ singularis ac dignæ admirationis; quòd qui Autoram volnerit, inveniat Auroram: qui Lunam pulchram, Lunam: qui ampliorem perfectionis plenitudinem, inveniat etiam lucidissimum Solem. Hæc Beatissima anima: sed quæ, vel cuius est ista? Benedicti Patris in qua omnium iustorum inveniuntur virtutes. Ergo miremur, quem fatis celebrare non possumus. Numquàm satis. In illum quasi.

Cant. ubi sup.

Exod. 16. 15.

*Et rationale Manna.*

Lucan. *In Oceanum rivi fluxere minores.*

14 Communis Interpretum sacrorum quæstio. Cur dies creationis primus non dicitur primus; sed unus, vel unicus? *Factum est vespere & mane dies unus.* Quare igitur si sunt reliqui, non est principium numeri, & signatur à Moyse quasi non fuissent & cæteri?

Gen. 1. 5.

Eucher. *In illo recapitulatur creatio*: infit Eucherius hic. Plura & speciosa creanda, sed visa iam omnia: & dum primum describit Moyses diem, plaudit ut unicum; quippe in illo designaverat perfectionem cæterorum. Recapitulatio propriè non faciendorum, sed factorum est: & antequàm fiant, in primo die recapitulatio fit; quoniam in primo cæterorum speciosiora lucerent, quàmvis reliqui non fuissent. Unus cum reliquis numerum facit, verùm non ad reliquos ordinem dicit. Ad unum profectò reliqui, ob ratio-

*Magnâ, quòd omnium perfectio fulgeat in uno.*

nem numeri: & unus dicitur in præstantia perfectionis, qui primus debebat dici cum reliquis; etenim minus quàm par erat, plaudebatur, si qui unicus, cum cæteris ut primus numeraretur. Alium habebit ordinem & formam, cuius nullus illius, & ille omnium demonstrabat excellentiam. Si in quolibet die aliquid fulsit magni, in primo sanequàm omne: qui iure non dicitur primus, sed unicus; ut magnitudinis tantæ rutilaret decus: igitur magnum, collato opificio, & cunctorum dierum singulari miraculo, quòd omnium perfectio inveniretur in uno.

15 Facilè fieret Regularum seu Religionum collatio, si huiusmodi argumentum inesset uti institutio: quandoquidem in *Apologia ad Guilielm.* ait Bernardus: *Ordo Benedicti, qui primus fuit in Ecclesia, imò à quo* (scilicet quoad sublimitatem perfectionis) *cæpit Ecclesia.* Ergo nostro proposito. Primus fuit, licèt non tempore, ordine, S. Benedictus: & qui primus, meritò plaudendus ut unicus; quoniam omnium iustorum fuit spiritu plenus. Magni cunctì, sed Benedictus maior. Magni virtutibus, signis, miraculis: & Benedictus maior, quia habet, quæ lucent in singulis: celebrato uti orbis portento, dum tot insignia considerantur in uno.

Bernard

*Cur Benedictus orbis miraculo?*

16 Contemplemur in excellentia Benedicti, quid accidit mercatori cœlesti. Quærebat hic anxiè *bonas margaritas. Bonas.* Num margaritæ malæ? Utique. Sunt ait Plinius *lib. 9. cap.* 35. lucentes margaritæ, quæ speciem tantùm habent, sed inflatam sine corpore. Symbolum clarescunt huiusmodi margaritæ, degentis in religioso habitu, improbi Monachi: igitur dum se sequitur, & sæculi vanitatem; dumtaxàt habet pretiositatis speciem. Margaritæ sunt, sed malæ. Margaritæ institutione, verùm malæ splendoris specie: quippe profectò pravitas, modò abfuerit ab illis institutionis pretiositas. De hoc iam egimus latè *Tautolog.* 2. *Didasc.* 8.

Matth. 13. 45.

*Præsul Monachum margaritas ja.*

17 Quærebat negotiator bonas margaritas. Invenit, quas quærebat. *Inventa autem una pretiosa margarita, vendidit omnia, quæ habuit, & emit eam.* Perpende ly *Pretiosa.* Non tantùm pretiositas, sed summa pretiositas comitatur margaritas. *Principium, culmenque omnium rerum primi, margaritæ tenent*: ait Plinius ubi dudum. Quare igitur dicitur pretiosa, ubi cuitate supponitur margarita? Omnes pretiosæ sunt: & quod emit, pretiosum plaudit negotiator margaritos, quoniam in uno pretiositas omnium. Omnia dedit, cum

Vers. 46

Plin.

essent pretiosa omnia, in obstentationem æstimationis, atque demonstrationem voluptatis. Iuxta pretium, quidlibet æstimandum. Summe summum: pretiosaque inter pretiosa dicitur margarita; quippequam in illa omnia. Observa: *Una pretiosa margarita.* Si margarita est, una est, & pretiosa est: & merito dicitur margarita pretiosa; quoniam summè pretiosum, quòd cuncta pretiosa inveniretur in una. Omnia dedit, ut unam sibi propositò compararet. Ad quid cuncta, dum in una habebat omnia? Omnia dedit, & nihil emptione amisit: igitur una gaudebat mercatis, quæ rutilabant in singulis. Magnum sanè pretium. Magnum utique quærentis studium, quod secuta fuit felicitas; ubi in una margarita cunctarum mire continebatur pretiositas.

*Pretiosa est margarita in qua cuncta pretiosa.*

18 Hanc pretiosam margaritam arbitror Benedictum: igitur ipse ob pretiositatem virtutum emicat compendium opum. Momenta à pretiositate pendent: & non solum est pretiosa, quia pretiosa; sed quia propter Spiritus plenitudinem, gemmarum omnium habet pretiositatem. Plenus iustorum spiritu rutilat Benedictus: at inquires, unde & quomodò plenus? Margarita rationalis rutilat eius anima. Contemplemur quomodò fiat margarita pretiosa.

*Benedictus margarita pretiosa.*

Modus exactè describitur à Plinio. In mare sunt, ceterum eis maior est societas cœli, quàm maris. Quadrat ad unguem: siquidem Benedictus vel incorpore carnis, in terris positus habitabat in cœlis. *Has ubi genitalis anni stimulaverit hora, pandentes sese quadam oscitatione impleri roscido conceptu tradunt: gravidas postea eniti, partumque concharum esse margaritas pro qualitate roris accepit ::: Si tempestivè patientur grandescere & partus.* (Observent quique curam in Monasterio tyronum habent, ut tempestivè cœlesti doctrinæ rore patientur: igitur licèt semper sit semen verbi Dei cœleste; nil prodest, si intempestivè: ab occasione pender, a roris aviditate, & magistrorum forma, quòd partus grandescant, vel evanescant. Retorqueatur Horatius lib. 3. *Carm.* Od. 6. v. 45.

*Genesis margaritarum.*

Plin.

*Damnosa quid non imminuit dies!*
*Ætas parentum pejor avis, tulit*
*Nos nequiores, mox daturos*
*Progeniem vitiosiorem.*)

*Quantum studium in Novitijs imbuendis?*

*Si fulgeret, comprimi conchas, ac pro ictunij modo mitui ::: Miror ipso tantum eas cœlo gaudere in Multo deinde obrutas sale in vasis fictilibus erosa carne omni, unciones decidere in ima.* Hæc Plinius ubi supr.

19 Ferè in omnibus, ut micaret gemma pretiosa anima Benedicti, fluduit margaritarum formarioni. In specu Sublaci tantùm gaudebat cœlo, & ibi quasi in concha sese pandens, oscitatione crebra impleri cupiebat conceptu roscido, sitibunda cœlestium; ut saciatà tempestivè grandesceret partus margaritarum: quæ quidem apparuerunt & in vasis fictilibus sale mortificationis obtutis unionibus, duris flagellis erosa carne corporis, & exutis carnis, qua indebatur, vestimentis. Hic fuit formationis modus, cæterum ad plenitudinem longè alius. Margaritæ magnitudo minuitur pro ictunij modo dicit Plinius: at in Benedicto pro modo ictunij crevit margaritæ corpus: igitur concha quò vacua carnis, eò plenior roris cœlestis. Canit vel Ethnicus ubi dudum, *Od.* 16. v. 21.

Horat. *Unde in Benedicto spiritus plenitudo.*

*Quantò quisque sibi plura negaverit,*
*A Diis plura feret.*

Horat.

Ex rore cœlesti margaritæ fit materia: quò plus accipit roris concha, eò pretiosior, atque corpulentior margarita. Ut summa sit plenitudinis, dilatentur spatia charitatis: igitur dum caro mortificatione comprimitur, & sale pœnitentiæ eroditur; cor harum tribulatione ad uberiorem rorem, effectuum vacuitate dilatatur. Nihil carnis Benedictus ex carne habebat: & cum margaritæ corpus constet ex spatiorum vacuitatis forma; nanciscens Benedictus præ cunctis affectionum vacuitatem, habuit omnium iustorum spiritus plenitudinem.

*Summa vitæ austeritas.*

20 Supereminentior via demonstranda est in cacumen perfectionis virtutis: igitur *Scire* opportet *supereminentem scientiæ charitatem.* Ad quid ergo huiusmodi scientia? Dicit Apostolus: *Ut impleamini in omnem plenitudinem.* Implexa sanè periodus. Si pleni sunt in quam plenitudinem tendent? In omnem? Ergo non habebant plenitudinem. Quo ergo ingenio erunt pleni, ut impleantur; cùm impleri non possint, qui iam pleni? Quia gratiâ habent spiritum plenum, sed non præut possunt. In plenitudinem plenam requiritur scientia, qua animæ, ut plena impleatur, dilatentur spatia. Quasi rore cœlesti, ut coäguletur in margaritas, implentur oscitantes hominum conchæ; verùm plenæ non sunt plenæ, quippe omninò non sunt vacuæ: igitur quæque loca occupant carnis affectiones, nequeunt esse gratiarum plenitudinis. Sunt enim gratiâ vasa cordis plena, cæterum non plenâ gratia: siquidem quicquid indulget affectui, subtrahi animus plenitudini gratiæ. Vasa sunt plena, sed vacua; quia simul vi-

Ephes. 3. 19.

Ibid.

*Cordapossunt esse gratianlena, sed non plenâ gratiâ.*



vilia & pretiosa. Modus huius supereminentis scientiæ, est separare pretiosum a vili; ut occupet ros cœlestis quicquid affectus possederat carnis. Evacuata omni affectione carneâ, erit plenitudo plena; quoniam cum illa licèt sit perfectio, non est omnis plenitudo: & Paulus evacuare homines iubet, quodcumque veteris hominis; ut vanificantur omnes in omnibus plenitudinem. Intelliges modò, cur Virgo virginum salutetur ab Angelo, *Gratia plena*, & plena gratia. Ita quia comprehendit hominum & Angelorum perfectionem, gratiarum omnium plenissimam plenitudinem; & quia tantùm habuit carnis, quantum opus erat, ut esset humana, vel carne non censeretur divina.

*Unde erit gratia plenat*

Luc. 1. 28.

*Maria gratia plenissima.*

21 Quid de Benedicto proportionaliter dicam? *Omnium iustorum spiritu plenus fuit*: astruit Gregorius. Verùm quomodò ita plenus? *Fuit passionibus vacuus*: ait Zacharias Pap. uti vidimus *Didasc.* 4. num. 2. & latè exponemus *Tautolog.* 6. *Didasc.* 4. à num. 11. Potest esse plenitudo, at cum passionibus non est plenitudo omnis, quoniam quicquid spiritus, occupat affectio carnis. Nil plenè plenum, si plenè non vacuum: igitur iuxta vacuitatem passionum, est plenitudo gratiæ, cœlestis roris, in corpus margaritarum: & omnium iustorum spiritu plenus, extollitur Benedictus; quoniam ut in omnem impleretur plenitudinem, nactus est adhuc mortalis affectionum vacuitatem.

Gregor. Mag. *Benedictus passionibus vacuus.*

Zachar.

2. Petr. 2. 8.

22 *Non vacuos nec sine fructu* (ait Petrus) constituent charismata homines in cognitione Christi. Epexegesis est, seu Ætiologia, qua prima exponitur secunda sententia, ut diximus in *Prolog. Galeat.* §. 4. num. 12. Hoc litterale: sed inquirendum modò, An possint homines esse vacui, & unà cum fructu, dum dicit zelus Petri, Nec sine fructu, nec vacui? Sanè possunt. Benedictus astruit, quod Petrus meditanter supponit: igitur in eo virtutum omnium mirabilis fructus, quoniam omninò passionibus vacuus. Habuit ergo præ cæteris ad receptionem roris, capacitatem; & adeptus est omnium iustorum spiritus plenitudinem.

*Plenus; quia vacuus.*

23 *Dilatet Deus Iaphet*: fuit benedictio Noëm in filium circumspectum. Potiùs videtur comprehendere Benedictum. *Iaphet* sonat dilatationem: quam pater dilatari cupit, dum meliora & perfectiora eligit: igitur videtur mirè dilatata dilatatio, dum in illo coruscat perfectionum plenitudo. Magnum habemus Patrem, qui nos amanter alloquitur tùm in vitâ, cùm in Regula: *Os nostrum patet ad vos. Cor nostrum dilatatum est. Non angustiamini in nobis: angustiamini autem in visceribus vestris. Eandem autem habentes remunerationem* (*tamquàm filijs dico*) *dilatamini & vos. Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? Aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conventio Christi ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? Qui autem consensus templi Dei cum idolis? Vos enim estis templum Dei vivi.* Ergo dilatemur, ut impleamur. Si angustantur vasa carnis, dilatentur sinus in cumulum perfectionis. Habemus enim & præclarum exemplum. Decet esse degeneres, dum illius accepimus spiritum adoptionis. Sol lucidissimus est. Magna vel executientibus luxquandoquidem Benedictus *in medio* iustorum *residens.*

Gen. 9. 27. *In illa perfectissima plenitudo.*

2. Cor. 6. 11.

*Complexa est universa,*

*Complectitur omnia Phœbus.*

Virgil.

TAU-

# TAUTOLOGIA QUARTA.

## *INEBRIEMUS EUM VINO.*

Genes. 19. 32.

## EXPOSITIO LITTERÆ.

1 FIlliarum Lot proponitur & exponitur turpe colloquium, post Sodomæ conflagrationem, & finitimarum civitatum. Colloquium fœminarum, colloquium dæmonum. Non fuit tunc, (vel matris conspecto ob levitatem supplicio, doctiori in capite alieno) *Filia melior filiâ*: ut optabat Ecclesiasticus, cap. 36. 23. Serò Phryges ampl ectuntur sapientiam, fœminæ numquàm.

Publ. Syr. *Mulier cum sola cogitat, mala cogitat.*

Plaut. Dixit Publius Syrus v. 15. Si tanta una potest, si minus unâ, duæ!

*Mulieres duæ pejores esse, quàm unam.*

Fœminarũ malitia summa. Senec. Astruit Plautus in *Curcul.* Act. 5. Scen. 1. v. 2. Proh dolor! Animos à crimine sumunt: *Omnem masculum excipiet mulier*: asserit ubi supra Siracides. Non est malitia super malitiam mulieris. Quanta in uno facinore sunt crimina!

Scelus scelere vincit. *O silvæ! ò fera!*

*Deprehensa culpa est. Animæ, quid segnis stupes?*

*Rogeramus ipsa crimen, atque ultrò impiam*

*Venerem arguamus? Scelere velandum est scelus.*

Idem. Colloquebantur Phædra & nutrix apud Senec. in *Hippolyt.* Act. 2. v. 715. & v. 821.

*Quid sinat in sæsum fœminæ præceps furor?*

*Instruitur omnis arte fœmineâ dolus.*

Plaut. Et incomparabili audacia. Astipulatur Plautus in *Milit. Glorios.* Act. 3. Scen. 5. v. 54.

*Neque quisquam tantâ audaciâ,*

*Qui æquè faciat confidenter, quàm mulieres faciant.*

Videris Platonem de *Legib.* lib. 2. Xenophontem in *Oeconom.* Tiraquell. in *Leg. 9. Connub.* à num. 158. Unde Tragicus ubi supr. v. 557.

Senec. Per illas mala in orbem. *Dux malorum fœmina, & scelerum artifex*

*Obsedit animos; cuius ineptæ stupris*

*Fumant tot urbes, bella tot gentes gerunt,*

*Eversa ab imo regna tot populos premunt.*

Quid in ebrios dormientes, si ita vel ipsæ dormientes, in vigiles? Quid poterunt dolis, si fascinant delicijs? Quid (aptiùs) delicijs, si hominibus placent dolis? Habet ergo fabula ficta locum, dum quod de Myrrha fingitur, in filiabus Lot rennit oculos ut verum: siquidem vel audaciæ novum, quòd fœmellæ matris pellices, adulteræ patris, sorores natorum, & genitrices vocarentur fratrum.

Fabula Myrrhæ unde originem duxit? *Gentes tamen esse feruntur,*

*In quibus & nato genitrix, & nata parenti*

*Iungitur, & pietas geminato crevit amore?*

Ovid. *Dira canam: procul hinc natæ, procul este parentes,*

*Aut mea si vestras mulcebunt carmina mentes,*

*Desit in hac mihi parte fides, nec credite factum.*

Hæc decinit, qui finxit lib. 10. *Metam.* Fab. 9. Quid factum, dum propter inversa naturæ iura incredibile fictum? Eodem ordine stuprum Myrrhæ fit, quo pactum à natis Lot. Narrat qui dudùm ibid.

Idem. *Nacta gravem vino Cinyram malè sedula nutrix,*

*Nomine mentita veros exponit amores.*

*Ad facinus venit illa suum. Fugit aurea cœlo*

*Luna: tegunt nigræ latitantia sidera nubes,*

*Dixit*



*Dixit & illa, Pater: sceleri ne nomina desint.*

*Plena patris thalamis excidit, & impia diro*

*Semina fert utero, conceptaque crimina portat.*

*Postera nox facinus geminat.*

Quæ fabula, iam historia. Quis non averteretur præter dormientem, & vino gravem? Probat crimen ratio sopita, quoniam intectum, ni dormiret ratio. In scelera iuraruntfiliæ, lasciviâ plenæ. Vigili patre, propositum iudicarunt impossibile; & dixerunt ad invicem, ut potirentur voto. *Inebriemus eum* (scilicet, patrem) *vino.*

Filia videntur per fœminas facta.

2 Non in vanum cogitarunt: igitur *Omnia hominum peccata, & mentis expertia* (astruit Isidorus Pelusiota *lib. 1. Epist. 203.*) *à vino, tanquàm à fonte scaturiunt.*

Isidor.

*Quid mirum: Cunctis vitiorum face carebit,*

Paulin. *Cœlestem ducens sine labe & crimine vitam*

*Vesano servans abstemia pectora vino,*

*Omniaque evitans malesuadi pocula suci.*

Succinit Paulinus Consular. in *Poem.* Baptistæ v. 67. *Vitium ignobile* (ait Petrus Celensis lib. 3. Epist. 10.) *& inter cætera vitia ignobilius, ebrietas. Ubi enim sensus ebrij? Ubi reverentia in ebrio? Ubi dignitas? Immemor est præteriti, futuri ignarus, præsentis nescius. Discretio confunditur, ratio hebetatur, sensus ligantur, mens ipsa sepelitur. Risui derisoribus exponit magis seipsum videns. Pes errat, labitur lingua, trepidat manus, labia tremunt caligat visus, auditus surdescit. Ex hac viperea radice surgit, vel potius serpit, devastans totius religionis animæ vigorem, Luxuria.* Hæc & alia dicuntur à SS. PP. Vide si lubet Augustin. Serm. 231. & 232. de *Temperant.* Ambrosium de *Elia & ieiun.* c. 16. Hieronym. in c. 5. ad *Galat.* Basilium, Homil. de *Ebrietat.* Chrysost. Homil. 58. in. *Matth.* Imò à Profanis. Multa Plinius lib. 14. cap. 22. inter quæ inserit: *Hinc pallor, & genæ pendulæ, oculorum ulcera, tremulæ manus effundentes plena vasa, & furiales somni, & inquies nocturna, præmumque summum ebrietatis libido portentosa, & iucundum nefas.* Nemo dissentit a sententia, qua astruitur, non aquam esse Veneris matrem, sed uvam connaturalem genitricem. Iccircò Virgilius in *Epigram.* canit.

Effectus ebrietatis.

Pet. Celens.

Mater luxuriæ.

Plin.

*Nec Veneris, nec tu Vini capiaris amore:*

*Uno namque modo vina, Venusque nocent.*

*Ut Venus enervat vires, sic copia vini,*

*Et tentat gressus, debilitatque pedes.*

*Multos cæcus amor cogit secreta fateri,*

*Arcanum demens detegit ebrietas.*

*Bellum sæpe petit ferus exitiale Cupido,*

*Sæpe manus itidem Bacchus ad arma vocat.*

*Denique cum mentes hominum furiarit uterque,*

*Et pudor & probitas, & metus omnis abest.*

Quàm naturalis affinitas inter Venerem, & Bacchum.

Virgil.

Haud aliter execrabile crimen adorsæ sunt filiæ Lot: siquidem vino, muliebri ingenio, Patris ebrietas geminata libidine regnat.

3 Inebriatio in Sacris non semper pro temulentia accipitur; sed pro aliqua passione, proclivitate, genove, maximè affectione, qua intellectus præpeditur in operationes rationales, & propriæ humanæ conditionis; vel qua desinit esse homo, cum sepeliatur ratio, & secum sine se fit, quia rapitur affectibus extra se. Unde *Iratus iracundiâ Saul* pro quo aliqui legunt: *Furens iracundiâ, Ebrius irâ.* Geminatur ergo vox, ut appetitus dominatio, & vehementia turpis affectus in rationem exprimantur. Quòd quidem innuit affabrè Plautus in *Asinar.* Act. 2. Scen. 4. v. 44.

Ebrietas pro alicuius affectionis vehementia.

*Non hercle te provideram: quæso ne vitio vertas,*

Plaut. *Ita iracundia obstitit oculis.*

*Obstitit oculis*, igitur exuberantia protulit etiam per motus corporis ardentiam pectoris. Ovid. lib. 3. *Metam.* Fab. 8.

*Aspicit hunc Pentheus oculis, quos ira tremendos*

Ovid. *Fecerat.*

Igitur ut aliqui autumant, ira dicitur, eò quòd hominem faciat extra se ire: adeoque, ut astruat Horatius, ita hominem obcæcare, ut

Ira facit iratum arreptitium. *Neque Noricus*

*Deterreat ensis, nec mare naufragum,*

Horat. *Nec sævus ignis, nec tremendo*

*Impi-*

*Iupiter ipse ruens tumultu.*

*Leo Symbolum implacabilis iræ.* Ita *lib.* 1. *Od.* 16. v. 9. Ideo pro implacabili ira apud Ægyptios Hieroglyphicon (ut videri est apud Pier. Valerianum *lib.* 1. *c.* 9.) pingebatur Leo; quòd quàm apte constat ex Lucretio lib. 3. de *Rer. natur.* v. 299.

*Lucret.* ——— *Quibus acria corda,*
*Iracundaque mens facilè effervescit in ira:*
*Quo genere in primis vis est violenta leonum,*
*Pectora qui fremitu rumpant plerumque gementes,*
*Nec capere irarum fluctus in pectore possint.*

*Redit ratio cum ira se datur furor.* Irà quasi furore, brevi licèt, extra se homines rapiuntur. Hinc Terentius in *Adelph.* Act. 5. Scen. 3. v. 8. *Tandem reprime iracundiam, & ad te redi.*
*Terent.* *Repressi, redij.*

Consulesis Donatum hic & Dionys. Lambinum in Lucretium ubi dudùm. Quapropter præut exprimitur affectio, ita intelligi oportet inebriatio, uti latè infra videbimus. Constat Zachar. 9. 5. ubi dicitur: *Inebriabuntur quasi à vino.* Et Isai. 29. 9. *Inebriamini & non à vino: movemini, & non ab ebrietate*: igitur plurimis affectibus fiunt homines mentis inopes, quasi à vino crapulati.

*Inebriatio pro abundantia.* 4 Inebriatio multoties accipitur pro copia, & abundantia. Eccli. 32. 17. *Benedicito Dominum, qui fecit te, & inebriantem te ab omnibus bonis suis.* Psal. 35. 9. *Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Quod signavit David Psal. 64. 12. dicens: *Et campi tui replebuntur ubertate.* In hac acceptione Eccli. 24. 42. *Inebriabo prati mei fructum.* Et cap. 39. 28. *Catacelysmus aridam inebriavit.* Ierem. 31. 14. *Inebriabo animas sacerdotum pinguedine.* Prout materia est, ita intelligenda copia. Pro summa amaritudine, Thren. 3. 15. *Inebriavit me absinthio.* Pro sanguinis copia, Deuter. 32. 42. *Inebriabo sagittas meas sanguine.* Pro voluptate & nimio gaudio. Prov. 5. 19. *Ubera eius inebrient te, & in amore eius delectare iugiter.* Pro acrioribus tormentis, Isai. 63. 6. *Inebriabo eos in indignatione mea*: quibus testimonijs claret propositum.

*Plaut.* 5 Non novum etiam apud Profanos, Plaut. in *Captivis* Act. 1. Scen. 1. v. 35. & in *Casin.* Act. 3. Scen. 6. v. 20.

*Unde saturitate sæpe ego exij ebrius.*
*Facite cœnam mihi, ut ebria sit.*

*Idem, Horat. & alij.* Idest, magnifica, opipara, regia, abundans, atque copiosa. Ideo adit illicò:

*Et plenitudine.* *Cœnam lepidè, nitidèque volo.*

*Demosth. Symmac.* Horatius de Cleopatra lib. 1. *Carm.* Od. 27. v. 1. *Fortunaque dulci ebria.* Lucretius ubi supr. *Eurit ebrios.* Martial. lib. 14. Epigr. 154. *Ebria lana sanguine.* Petronius in *Satyr.* prope medium, *Pictæ iacet ebrius ostro.* Etiam Rhetores huiusmodi metaphora usi. Demosthenes 1. *Philipp.* in patrem Alexandri declamavit: *Rerum gestarum magnitudine ebrium.* Symmachus *Epist.* 13. *Non vobis videor multæ luxuriæ ebrius?* Quo sensu fortunatos, indignos munerum, vocamus ebrios. Vide Marcum Anton. Muretum lib. 5. *Var. lection.* cap. 16. & Adrian. Iunium libr. 3. *Animad.* cap. 6.

*1. Reg. 19. 21.* 6 Hinc intelligitur illud: *Iratus iracundiâ Saul.* Aliqui differentiam assignant inter iratum, & iracundum, qualem inter ebrium & ebriosum, tamquàm actum & habitum. *Quo differt ira ab iracundia, apparet: Quo ebrius ab ebrioso, & timens à timido. Iratus potest non esse iracundus: Iracundus potest aliquando iratus non esse.* Ita Seneca libr. 1. de *Ira* cap. 4. & *Epist.* 83. Donatus verò in Terent. *Adelph.* Act. 5. Scen. 3. *Ira* (ait) *de causa est, iracundia de moribus.* Basilius Faber in *Hecyr.* Terent. Act. 3. Scen. 1. & Suetonius in *Claudio* cap. 38. Iram vocant ex causa, Iracundiam ex vitio. Vel Ira à causa levi, & Iracundia à gravi: igitur ut accinit Terentius loc. proximè citat. v. 27.

*Quid ira, & iracundia?* *Seneca.*

*Terent.* ——— *Quæ maximæ sunt interdum iræ, iniurias*
*Faciunt: nam sæpe est, quibus in rebus alius ne iratus quidem est,*
*Cùm de eadem causa est iracundus factus inimicissimus.*

*Iracundia excessus iræ.* 7 Non ita apud Hebræos: quippequàm cùm superlativis careant, ut exprimant iræ magnitudinem, addunt verbi, vel nominis geminationem. Proinde *Iratus iracundiâ*; hoc est, irâ amarissimâ. Ita etiam Zachar. 1. *Iratus est Dominus iracundiâ*: q. d. *Maximoperè iratus.* Unde D. Thom. 2. 2. q. 157. artic. 1. ad 3. *Iracundia* dicitur *excessus iræ.*
*Zachar. 1. 2. D. Thom.* Quo sensu Plautus in *Curcul.* Act. 4. Scen. 3. v. 1. ait:

*Plaut.* *Non ego nunc mediocri incedo iratus iracundiâ,*
*Sed capse illâ, qua excidionem facere condidici oppidis.*

Et



*Lucret.* Et Lucretius ubi supr. n. 3. signans iræ vehementiam: *Iracundâ effervescit in ira.* De huiusmodi stylo egimus in *Prolog. Galeat.* §. 4. à n. 5. Additur verbo nomen idem significans, ut per *Epizeusim*, sive combinationem fervor indicetur commotæ bilis. Quod enim multis auctoritatibus constat. 1. Reg. 20. *In ira furoris*: idest, maximo furore. Idem Deuter. 13. 17. & Psalm. 150. 40. Quæ omnia comprehenduntur Psalm. 77. 49. *Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem & iram & tribulationem, immissiones per Angelos malos.* Quibus vocibus claret expressio gravissimæ indignationis. Ideo per adverbia haud invitè huiusmodi testimonia exponenda, & tunc patent luce clariora, ut sæpe vidimus. *In ira furoris*: nempe, furenter iratus. *Iratus furore*: valdè iratus. *Iram indignationis*: vehementer indignatus. Iccircò Septuagint. ad locum Zachar. legunt: *Iratus est Dominus ira magna.* Idem cap. 1. 15. & Ierem. 36. 8.

*Passionum expositio per adverbia.*

*Zelus pro ira.* 8 His igitur acceptionibus, argumento præfato Tautologiæ exponuntur affines. Sæpe in Scriptura pro eodem Zelus & Ira. Act. 5. 17. & 13. 45. *Repleti sunt zelo*: idest, indignatione. Zachar. 8. 2. *Zelatus sum Sion zelo magno, & indignatione magna zelatus sum eam.* Ira est appetitus sensitivi passio, sive affectio intendens in vindictam. Ita Seneca ubi supr. *cap.* 3. & iuxta Aristotelem 1. *Rhetor.* ad Theod. cap. 11. *Cupiditas doloris reponendi.* Unde eiusmodi motus si rectitudinem rationis excellerit (quod quidem fit, dum punitur homo, & non in homine culpa, dum pœnas luit innocens, dum delinquens premitur ultra condignum, vel extra legitimum ordinem, vel non propter debitum finem) contrahit rationem mali. Si verò appetitus sensitivus movetur contra vitia, & in vindicta non excedit, nec in modo, igitur cuncta decernit, & discernit ratio, ira tunc habet rationem boni, & huiusmodi motus dicitur zelus. Quo circa audiendus N. Gregorius Magnus lib. 5. *Moral.* in Iob. cap. 30. *Alia* (inquit) *est ira, quam impatientia exitat; alia quam zelus iustitiæ formet. Illa ex vitio, hæc est virtute generatur. Si enim nulla ira ex virtute surgeret, divinæ animadversionis impetum Phinees per gladium non placasset. Hanc iram, quia Heli non habuit, motum contra se implacabiliter superna ultionis excitavit: nam quò contra subditorum vitia tepuit, eò contra illum districtio æterni Rectoris exarsit. Ira quippe per vitium oculum mentis excæcat, ira autem per zelum turbat. Ipse namque zelus rectitudinis, quia inquietudine mentem agitat, eius mox aciem obscurat, ut aliquoties in commotione non videat, quæ benè prius tranquilla cernebat; sed inde subtilius ad alta reducitur, unde ad tempus, ne videat reverberatur: & unde mens turbatur ne videat, inde proficit, ut ad videndum verius claresçat. Sed cùm per zelum animus movetur, curandum summoperè est, ne hæc eadem, quæ instrumento virtutis assumitur, menti ira dominetur, nec quasi domina præeat, sed velut ancilla ad obsequium parata à rationis tergo numquàm recedat. Tunc enim robustius contra vitia erigitur, cùm subdita rationi famulatur: nam quantumlibet ira ex zelo rectitudinis surgat, si immoderata mentem vicerit, rationi protinùs servire contemnit, & tantò se impudentius dilatat, quantò impatientiæ vitium virtutem putat.* Hæc latè transcribo, quoniam verè aurea, & testimoniorum tautologicorum expositioni maximè idonea.

*Differentia zeli & iræ.*

*Gregor. Magn.*

*1. Reg. 19. 10. 14.* 9 Elias de se dicit: *Zelo zelatus sum.* Idest, dolorem, vindictâ ad placitum legis, & secundùm rectitudinem rationis, in Carmelo depositi: quandoquidem luerunt pœnas, quiqui Domini prævaricati sunt vias. Zelus domus Dei & debiti cultus abdictio, qui arripiebatur idolo, urebat dolore pectus; sed pœna prævaricantium requievit animus: igitur sacrificulos cogens exhalare purpuream animam & impuram, in universo Israël iugulavit idololatriam. *Zelo zelatus sum*: nempe, vehementer zelatus, vel nimis excandui (nomen pro adverbio) enixim, studiosè: ardenter causam Dei propugnavi, quia altaria veræ Religioni sacra, destructa; & ministrorum cædes, & Israelitarum turpi prævaricatione. Lyra hic infit: *Zelo zelatus, hoc est, ex toto corde zelatus.* Quod Zachar. ubi supr. exprimitur cum intensione & magnitudine: *Zelatus sum zelo magno.* Et aliquando verbo & nomine per Pallilogiam, uti Iudith 9. 3. *Zelaverunt zelum tuum.* 1. Machab. 2. 54. *Zelando zelum Dei.* & v. 58. *Elias dum zelat zelum legis, receptus est in cœlum. Zelare zelum*, idest, exactè, magnoperè, valdè, nimis, vehementer.

*Quid zelari zelo?*

*Zelus pro ultima ira.*

10 Ni velis intelligere *Zelo zelari* pro applicatione summi supplicij, sine ullius intermissione pœnæ. Unde *Zelari* sumitur sæpe pro *ulcisci*: & *Zelo zelari* pro ultima ultione. Hinc Elias gloriam Dei zelatus, zelatus est zelo; quippe nulli pepercit, per apices iuris cuncta persolvit, & ut par erat, omnes gladio trucidavit. Quo intelliges illud 2. Reg. 21. 1. non satis ab Interpretibus delicatum, de zelo Saul in Gabaonitas propter quatuor Insignes Civitates Gabaon, Chaphiram, Beroth, & Cariathiarim (de quibus Iosue 9.) igi-

*Zelus pro supplicio extremo.*

tur ibi dicitur: *Voluit Saul percutere eos zelo*: ideſt magnam facere ſtragem, ita ut ex illis nec unus remaneret. Etiam apud Prophetas ſæpe iteratur: *In igne zeli*, quaſi ſumma clade. Quod aperte conſtat Ezech. 5. 13. ubi Dominus: *Gladium evaginabo, & complebo furorem meum, & requieſcere faciam indignationem meam in eis & conſolabor: & ſcient quia ego Dominus locutus ſum in zelo meo.* Congruunt verba definitioni iræ, motu zeli zelantis: igitur *Zelus & furor non parcet in die vindictæ, nec acquieſcet cuiuſquam precibus, nec ſuſcipiet pro redemptione dona.* Prov. 6. 34. Zelo loqui, aut ſcribere, indicat animum amarulentum, acerbitatis & exacerbitatis motum, ſententiam irrevocabilem, trucem, & uſque ad ſanguinem. Exprimitur enim vividè pectus impulſum in vindictam, ubi motus externi explicant mentem indignationis felle uſque ad ſanguinem ebriam. Hinc Euripides in *Medea*. Act. 4.

Eurip. *Gravis ira nec conſilium, nec rationem admittit.*

Expreſsit elegantiſsimè Ovidius, lib. 3. *Metam.* Fabul. 7.

Ovid. *Acrior admonitu eſt, irritaturque retenta,*
*Et creſcit rabies, moderaminaque ipſa nocebant.*
*Spumeus & fervens, & ab obice ſævior ibat.*

Quanto acumine Medea, apud Senecam. Act. 3. v. 397. poſtquàm rabie hæſit, & æſtuavit nil ſatis cogitavit aptum vindictæ, niſi indignationem zeli.

Senec. *Si quæris odio miſera quem ſtatuas modum,*
*Imitare amorem.*

Ingenium idem zeli & amoris. Igitur zelus, ſicut amoris ingenium, nullum novit habere modum. Paritèr ergo honorem Dei zelatus eſt zelo Elias; quoniam nulli pepercit, nec locutus eſt comminatoriè, ſed ſtomacho pleno bile, zelo inſtigante pro Dei honore in cunctorum pſeudoprophetarum cædem.

11 Eodem enim ſenſu lucem accipiunt alia Tautologica teſtimonia. Leo, ut ſuperius dixi, ſignatur ſymbolum iræ furentis. Etiam in Scriptura. *Amos* 3. 8. *Apoc.* 10. 3. *Prov.* 20. 2. *Iſai.* 5. 29. & *Ezech.* 19. 7. Quapropter ut vividè exprimatur furens ira pectus, Leonis notatur rugitus: & geminatur eadem per epitaſim vox; ut conflet exaggeratione impulſus vehementiæ vis. Pſalm. 37. 9. *Rugiebam à gemitu cordis mei.* Et ſic alia. Iccirco *Rugiens rugiet*: idem erit, ac valdè rugiet. Sic Hebr. *Terribiliter rugiet.* Syr. *Horrendè rugiet.* Titin. *Vehementer rugiet.* Quod alio modo, ſcilicèt gerundio verbi, vel infinitivo, vel eodem geminato alij exponere intendunt: Chald. *Clamando clamavit.* Malvenda, *Rugire rugiet.* Et Amos 11. 10. *Leo rugiet, quia ipſe rugiet*: ita nimirùm cor in ſimilitudinem Leonis, cujus proprietas rugitus, ut canit Ovidius de Philomela (ceſſi rugitus trucibus alijs animalibus aſsignetur, uti tritis Iſai. 59. 11.)

Rugitus pro ira magna. *Dum Lynces orcando fremunt, Urſus ferus uncat,*
*Tigrides indomita rancant, rugiuntque Leones.*

Ovid. 12 Accipi quoque poteſt hæcine geminatio, præut certitudinem, atque firmitatem ſententiæ latæ, vel meditatè deſignat. Ira dicitur: *Bibentes bibetis. Bibentes bibent.* Nimirùm, calicem indignationis proculdubiò bibetis. Explicat Syr. *Omninò bibendum eſt.* Haud acerbitatem calicis ſellei fugietis: *Bibentes bibetis*: recuſare non poteritis, quin bibatis: quod invitati non vultis, invitè facietis. Ita Sanctius hic num. 59. Sic igitur aſſimilat idem Vates in Idumæos. *Ecce quibus non erat judicium, ut biberent calicem, bibentes bibent: & tu* (Idumæa) *quaſi innocens relinqueris? Non eris innocens, ſed bibens bibes.* Exhauries næ calicem furoris; igitur bibes uſque ad fundum & fæces. Hoc, ni fallor, ſubintelligitur in voce geminata, quaſi non ſimplex bibere, ſed vel multum fellis habiturum calicem, vel nullius futuram amaritudinis remiſsionem. Exemplis ſupersedeo, & quia cuique uſquequaquè obvia, & quia loc. cit. *Prolog.* exhibui plura.

Ierem. 25. 28. *Quid eſt bibere bibendo?* Ibid. 49. 12.

13 Hic ergo bibere ſumendum pro acerbitate. Summa deliciarum deſignatur in potu, quippe & moleſtiam extinguit ſitis urentis; & fit cum voluptate, quæ fere emitur pretio laboris. Proin ubi in potu non eſt delicium, ſeu refrigerium, dicimus non potabilem potum: haudquaquàm quia non potabilis, ſed quia palato ingratus, vel non deliciosus, vel nocivus. Ideo calida dicuntur non potabilia, quia non deliciosa; plura medicamenta, quia ingrata; aqua maris, quia amaritudine & ſalſugine acerba. Canit Sedulius lib. 1. de *Chriſt. miracul.* v. 152.

Sedul. *Rurſus in exuſtis ſitiens exercitus arvis*
*Qua nimium loca ſicca diu, qua terra negatis*
*Ægra iacebat aquis, qua ſpes ablata bibendi,*
*Vivendique fuit,*

Pa-



Pate: Numer. ubi: *Aquam non habet ad bibendum*: haud quia bibi non poſsit, ſed quia ingrata erat acerbitate, & quaſi nulla eſſet cum voluptuoſe, & ad ſitim ſedandam potari nequiret, uti dixerunt cap. ſeq. v. 5. *Non ſunt aquæ*: nullo modo quia non erant, ſed quia nocivæ, quod quidem expreſsit Moyſes in quinta Manſione Iſraël ad Mara, Exod. 15. 22. 23. *Non inveniebant aquam nec poterant bibere aquas, eò quod eſſent amaræ.* Cui expoſitioni ſuffragatur Syr. & Perſ. lectio: *Aqua non eſt ad bibendum.* Ideſt, nequit bibi huius ſaporis aqua: igitur aqua quæ deliciosa, & guſtui non acerba, dicitur aqua: *Aquâ quam bibant*: dicit Plautus in *Curcul.* Act. 1. Scen. 3. v. 4. & Ovid. lib. 7. *Met* Fab. 5. Plura dicemus hic. *Tautol.* 10. & 11. ubi eſtò in diverſa materia eadem verborum forma. Claret modò quo ſenſu dixit Aſſertor N. Ioann. 6. 55. *Caro mea verè cibus, & ſanguis meus verè potus.* Non quia non cibus & potus alia; ſed quia ibi omnia vera delectamenta, & ſaporum deliciæ, & ſuavitas voluptatum. Non ita calix, porrectus à Domino per Prophetam: qui quidem uti calix indignationis, & minimè gratus, non potabilis. Quare Dominus ad eum: *Cùm noluerint accipere calicem de manu tua, ut bibant, dices ad eos: Hæc dicit Dominus exercituum, bibentes bibetis.* Biberis calicem iræ, quantumvis amarum, quantumvis acerbum; quippe pœnam ſuſtinebitis, velitis nolitis.

Num. 20. 5. *Aqua non potabilis nunc eſt aqua.* Syr. & Perſ. Plaut. *Cur Chriſti caro & ſanguis verè cibus & potus?*

14 Zelos, ira & indignatio, quoniam in eis, licèt brevis, ineſt aliquomodò furor, dicuntur mentem inebriare: præterea cum ebrij plura faciant extra ſe (dixit meditanter *plura*, & non omnia, quia Cleoſtratus, ut refert Erasm. lib. 5. *Apophtheg.* cuidam exprobranti, & dicenti: *Non te pudet, ebrium fieri* reſpondit: *Non te pudet ebrium monere*) & pro libito loquantur vini verbis: uti dixit Gremes, apud Terent. in *Eunuch.* Act. 4. Scen. 5. v. 1.

*Data hercle verba mihi ſunt: vicit vinum quod bibi.*

Apothegma ebrij. Terent. Ingenium Æſchyli. (A cujus inſidijs immunis Æſchylus, de quo Antonius in *Meliſ.* & Stobeus. *Serm.* 18. ſtatuunt: *Ingenioſior dum ſcribit ebrius.*) dicta & facta ſequuntur humorem prædominantem, & vini ethicacem ſuggeſtionem. Baruch. de ſe, verba Ieremiæ dictantis, dicebat: *Ego ſcribebam in volumine atramento.* Quod ſuperfluum non eſt: igitur qui furore, indignatione, aut alia quavis affectione aliquid decernit, dicitur ſtabilita ſcribere vino, uti dictum de Claudio & Vitellio: felle, qui rigidè, uti de Tiberio: ſanguine, qui crudeliter, uti de Lycurgo. Hinc Tertullianus de *Pudicitia*, cap. 14. inquit: *Epiſtolam non atramento, ſed felle conſcriptam, tumentem, indignantem, dedignantem, comminantem.* Olim diverſis liquoribus & materijs ſcribebatur & dicitur. *Atramento*, ſubdit Sanctius hic, *quia alijs etiam modis, aut alijs etiam coloribus ſcribebant Antiqui*: ſtylo nempe, in tabula, aut charta cerata, linteo, corticibus, ſollis, plumbo, ære, argento & auro. Apud Sinas papyro ſerica, apud Indos goſsypia, aureis, viridibus, rubris vel multicoloribus characteribus ioxta qualitatem ſcribentium, vel momenta rerum ſcribendarum. Ut conſtet, quò non ars penetret, audi Ovidium de *Arte*, lib. 3.

Tertul. Varia materia ſcriptionis. *Cum poſſit ſoleâ chartas telare ligatas,*
*Et vinâco blandas ſub pede ferre notas.*
*Tota quoque eſt, fallitque oculos è lacte recenti*
*Littera carbonis pulvere tange, leges.*
*Fallet & humiduli quæ fiet acumine lini,*
*Et feret occultas pura tabella notas.*

Ovid.

15 De uſu papyri, vel chartæ quo humanitas vitæ conſtat & memoria: ita loquitur Plinius, lib. 13. cap. 11. *Hanc Alexandri Magni victoria repertam, Auctor eſt M. Varro. Antea non fuiſſe chartarum uſum: in palmarum foliis primò ſcriptitatum; deinde quarumdam arborum libris. Poſteà publica monumenta plumbeis voluminibus, mox & privata linteis confici cœpta, aut ceris. Pugillarium enim uſum fuiſſe etiam ante Troiana tempora invenimus apud Homerum.* Falſum eſt, tempore Alexandri uſum cœpiſſe chartarum (quæ homonymè dicuntur à Profanis AA. *Biblos, Papyrus, Philyra, Ramentum, Tabula, Sebeda, Cutis, Flagula, Corium, Statumen, Subtegmen, Pagina, Folia, Tenia, Membrana, Pergama.*) ni intelligatur exordium pro frequentiori uſu. Contrarium conſtat ex Sacra pagina, ubi recolitur ſæpe variis in locis quicquid neceſſarium eſt ad ſcribendum. Scriptura in plumbo & ſilice. Iob. 19. 24. patet: ſicut ſuper buxum. Iſai. 38. ſuper populum album, quæ dicitur lignum. Ezech. 37. 16. Si ſcire copis plura & ingenioſa, quibus parco, quippè licet propoſito aſſona, omninò non conſona; conſule Dalecampium in Plinium. Pancirolum *Rer. memorab.* part. 2. cap. 13. & Ludovic. de La-Zerd. ad illud Virgilij, lib. 3. *Æneid.* v. 443.

Uſus chartæ à quo tempore cœpit. Plin.

*Infandam vatem aſpicies, quæ rupe ſub ima*

Virgil.

*Fata canit, foliisque notas, & carmina mandat*
*Quæcumque in foliis descripsit carmina virgo,*
*Digerit in numerum, atque antro seclusa relinquit.*
*Illa manent immota locis, neque ab ordine cedunt.*

Quam ob rem sensus sententiæ Baruch erit: *Scribebam in volumine* (foliorum fasciculo, philyrarum planitie, sivè bibli æquiore) non incarne, vel corporis cute verba Prophetæ: & scribebam *atramento*, non sanguine, rubricâ, aliis vel aliis humoribus, formæ characterum aptis; sed communis stylo, materiâ & modo, quæ omnia superavit Paulus dum ad Cor. 3. 3. Epist. 2. dixit: *Epistola estis Christi ministrata à nobis, & scripta non atramento, sed spiritu Dei vivi, non tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.* Quo patet scriptor, scriptum, stylus, modus, atque materia specialis.

Quid est, Scribere atramento?

Prima expos.

16 Aliter etiam *Scribere atramento* possumus exponere pro simpliciter scribere: siquidem *Scribere* plura significat, ut scribere leges, milites, stigmata, crucem: hoc est, dare leges, militiam profiteri, vel milites recensere, castigare, morti aliquem devovere, & sic alia apud Profanos passim. Quare *Scribere atramento*, nil aliud signat, quam pingere, seu exarare elementis, quæ Prophera loquebatur: igitur Scribere multoties sumitur pro describere, vel pingere. Ad *Cor.* ubi supr. *Epistola scripta*: Alapide. *Inscripta & sculpta.* & Levit. 19. 28. *Super mortuo non incidetis carnem vestram, neque figuras aliquas, aut stigmata facietis vobis.* Hebr. leg. *Non scripturam impressam ponetis in vobis.* Græc. *Litteras impressas non facietis vobis.* de quo num. seq. Unde pictura vocatur nota, vel litera, quia Scribere utrique deservit: Plinius lib. 35. cap. 10. de Nicomacho pictore: *Scripsit* (Dalecampius & Pintianus, *Pinxit*) *& Apollinem. & Dianam, Deumque matrem in leone sedentem.* Et Ausonius *Epist.* 7. ut num. 17. late videbimus.

Pro simpliciter scribere. Secunda expos.

Pictura, litera.

*Pingens aridula subdita pagina.*

Auson.

*Agathyrsi* à Virgilio, Bartholino, & Mantuano vocantur *Picti*, quia diversis coloribus capillos, totiusque corporis cutem scribebant; ut notat Ravis. Textor in *Officin.* lib. 7. cap. 48. Quapropter sicut de litteris, pariformiter de picturis dicitur legi. Virgil. lib. 6. *Æneid.* vers. 33.

*Bis patriæ cecidere manus, quin protinus omnia*
*Perlegerent oculi.*

Virgil. Scribere pro verberare, vel vulnerare.

Ita interpretatur La-Zerda; atque etiam acceptione Tit. Livius *lib.* 8. *Decad.* 4. & Quintil. *lib.* 11. *cap.* 2. cum Martiale, *lib.* 2. *Epigr.* 29.

17 Non novum est tam apud Ethnicos, quàm apud AA. Catholicos, *Scribere virgis, verberibus, flagris, flammis* &c. Prudentius in *Peristeph.* v. 960. de S. Eulalia:

Prudent.

*Eulalia numerante notas,*
*Scriberis ecce mihi Domine.*
*Quàm iuvat hos apices legere,*
*Qui tua Christe trophæa notant!*
*Nomen & ipsa sacrum loquitur*
*Purpura sanguinis electi.*

Et ibid. *Hymn.* pro S. Casiano:

Idem.

*Unde pagillares soliti percurrere ceras,*
*Scholare murmur admotantes scripserant,*
*Buxa trepant cerata genis impacta cruentis,*
*Rubetque ab ictu cerea tumens pagina.*
*Non potes irasci, quod scribimus: ipse tubebas,*
*Numquam quietum dextra ut ferret stylum.*
*Pangere puncta libet, sulcisque intexere sulcos*
*Flexas catenis impedire virgulas.*

Denique *Hymn.* seq. pro S. Romano:

Idem.

*Caraxat ambas ungulis scribentibus*
*Genas, cruentis & secat faciem notis.*

Etiam patet in Ieremia 17. 1. ubi: *Peccatum Iudæ scriptum*: idest punctis, vel stylo excisum. *Peccatum* pro imagine idoli, uti diximus hic *Tautolog.* 1. num. 19. & *super latitudinem cordis*, hoc est super aream laminæ in cordibus similitudinem, quæ usque ad pectus pendebat à collo. Indicat Macrob. lib. 1. *Saturnal.* cap. 6. & Prov. 3. 3. *Describe in tabulis cordis*: idest, sculpe in lamina cordis. Isai. 49. 16. *Ecce in manibus meis descripsi te*: nimirum, in lapillo annuli exclavi. De facto egimus loc. cit. nunc verò de modo.

Pro Sculpere.

18 *Scripti*, vel *Inscripti* olim dicebantur stigmatici, qui frequenter noscebantur nomine



mine litteratorum. Martial. *lib.* 8. *Epigr.* 75. & Plaut. in *Casin.* Act. 2. Scen. 6. v. 49.

Mart. Plaut.

*Quatuor inscripti portabant vile cadaver.*
*Si hic litteratus me sinat.*

Idest notis sigillatus, vel litteris inscriptus. Apuleius, lib. 9. *metam.* ait: *Frontes litterati, & capillum semiraſi, & pedes annullati.* Et lib. 11. *Totam cutem depicti.* Plinius, lib. 22. cap. 1. *Barbarorum fœminæ, maresque corpora sua inscribunt.* Quem morem recolunt. Cæsar. lib. 5. *Belli Gallic.* Victorius, *cap.* 3. *lib.* 19. Plutarch. de *Tardit. div. vindict.* & Valer. Max. *lib.* 6. *cap.* 8.

Scripti olim qui dicebantur.

19 Scribere servos, & damnatos, olim usum; traditum à Seneca de *Benef.* lib. 4. cap. 37. & 38. Cicer. lib. 1. *Officior.* Sueton. in *Claud.* cap. 27. Appian. Marcel. lib. 4. Lipsi. *Electi.* lib. 2. cap. 15. Petr. Gregor. *Syntagm.* 31. Pignorius de *Servis*, Cæl. Rhodig. *lib.* 7. *cap.* 31. Scribon. Larg. *cap.* 231. Unde *Servi stigmatici.* Valerius Maxim. *lib.* 9. *cap.* 13. inhr: *Alexander Pheræus ex epulis in cubiculum veniens, barbarum compunctum notis Toreuticis ferêto gladio tubebat antire.* Plinius, lib. 18. cap. 3. *Nunc eadem illa* (opera scilicet rustica) *vincti pedes, damnata manus inscripti vultus exercent.* Ita Sueton. in *Cato*, cap. 27. Profunde Plato de *Legib.* lib. 8. *Si quis* (ait) *sacrilegium commiserit, in facie, manibusque inscriptus & flagellatus extrà fines patrios proiiciatur.* Sæpe K littera invrebatur frontibus. q. d. Cave à fugitivo, fure &c. de quo videris Cæl. Rhodig. *lib.* 7. cit. & Alex. ab Alexandr. *lib.* 5. *cap.* 18. Quo sensu Petronius in *Satyric. Frontes atriusque* (inquit) *ingentibus litteris, & notumi fugitivorum epigramma per totam faciem.* Crebro iterat Martialis, *lib.* 3. *Epigr.* 21. *lib.* 12. *Epigr.* 62. sed aptius, *lib.* 2. *Epigr.* 29. ubi.

Valer. Max. Plin. Plaut. Petron.

*Et numerosa linunt stellantem splenia frontem.*
*Ignoras quid sit? Splenia tolle, leges.*

Martial.

*Splenia*, idest pannos bombycinos, quibus non propter ornatum & elegantiam, sed propter occultandas notas inscriptionis in fronte, litteratus caput perpoliebat & capillos. Unde ille Samiorum iocus, *Neminem litterariorem*: apud Cælium ubi supr. & apud Plautum, dum servorum terga dicuntur flagris commentaria, in quibus virgæ scribebant: ideo servus in *Pseudol.* Act. 1. Scen. 5. v. 131.

Quid Splenia sint. Cæl. Rhod.

*Quasi in libro cùm scribuntur calamo litteræ,*
*Stylis me totum usque ulmeis conscribito.*

Plaut.

Hinc que *sanguine scribere*, pro emanante è vulnere sanguine. Statius in *Thebaid.* lib. 9. v. 513. de equo vulnerato:

*Arcuaque sanguineo scribit rutilantia gyro.*

Stat.

Sidonius Apollinaris in *Panegyr.* Anthem. Augusti. v. 375.

*Munaus incanduit, glacies hiemps delitur,*
*Et tibulis arentium rimarum flexibus terra*
*Perscribitur.*

Sidon.

Denique Virgilius, lib. 1. *Æneid.* v. 482.

*——Versa pulvis inscribitur hastâ.*

Virg.

20 Huiusmodi litteræ, sive inscriptiones diversimode inurebantur. Plinius, lib. 22. cap. 1. *Herbis quibusdam*, dicit. Cælius Rhodig. lib. 7. cap. 31. *Cauterio*: sed ni fallor, postquam candenti ferro notæ cuti applicabantur, infundebatur atramentum, ut fuligo colore diverso imbutis, litteræ sana cute legerentur. Modò fiunt aquâ ignitâ, vel regiâ, quibus liquefiunt metalla, aut etiam lapide infernali, si chimicis credimus. De quo Priscianus, *lib.* 3. Propertius, *lib.* 4. *eleg.* 7. & Iuvenal. *Satyr.* 14. v. 22.

Plin. Quæ arte fiebat inscitio litterarum? Propert.

*Lygdamus uratur, canâscat lamina verna.*
*Tunc felix quoties aliquis tortore vocato,*
*Uritur ardenti duo propter linteа ferro.*

Iuven.

At lege cautum est, ne in facie Christianorum, utpote chrismate linita, huiusmodi litteræ inscriberentur; sed dumtaxat manibus, suris, aut humeris: eo quod facies quæ ad similitudinem, venustatemque cœlestis est figurata, minimè deturparetur. Ita statuit Constantinus Magnus. Vide leg. *Signis in metallum* C. de pœnis. Plura huic proposito congerit Gretserus. *Apolog.* pro disciplinis, lib. 2. cap. 24. Memorabile utique, quod Ioann. Zonaras refert. Tom. 3. *Annal.* de duobus Monachis acriùs reprehendentibus Theophilum Imp. propter irreverentiam in Sanctas imagines: *Ab illo inscriptos fuisset, & quidem ita, ut duodecim versuum epigramma exciperent illæ cultus, ut sic dicam, tabulæ.*

Notare Christianos in facie, lege vetitum. Memorabilis inscriptio Zonar.

21 Sæpe non causa servitoris, sed dilectionis (ut signis indelebilibus præseferrent in cute imaginem dilecti, repositi in corde) stigmatibus se ornabant Prisci, & carnem urebant,

ut

*Allegando scripsitio in signum amoris.*

ut per effigies, notas, vel hieroglyphica pateret quid cordi esset, vel cui dedebatur cor. Propter formæ venustatem & gratiam, quippe turpibus non nisi turpia placebant, apud Sinas communis mania deturpandi corporis formam, maxime oris; siquidem genas, mentum, palpebras, labia perforabant, ut annuli aurei è foraminibus penderent: tuncque sibi videbantur pulchriores, cùm essent abominabiles: igitur tot cicatricibus, & fœdis vulneribus, potiùs in facie relucebat effigies Cacodæmonis, quàm imago Conditoris. Vide latè describentem Ioann. Nieuhovium in *Legat. Batav.* p. alt. à cap. 3. Huiusmodi furor fere omnes novi orbis regiones invasit. Consule Bilibaldum Stroœum in 12. partibus Indiæ Orientalis, & Hieronym. Bezonem in 12. part. Indiæ Occidentalis: in quarum iconibus potiùs dæmones videberis videre, quàm homines.

*Propter formæ gratiam*

*Propter obsequium.*

22 Propter dilectionem vel obsequium inuri, patet ex Plutarch. libell. de *Discrimine Adulat. & Amici*, ubi ita loquitur. *Liliorum ac tympanorum impressas in corpus notas habebat Ptolomæus.* Samij Navigium, Athenienses Noctuam pingebant: ait Dalecamp. in P. in. lib. 18. cap. 3. Apud Babylonios Principes notis carnem fœdare inolevit. Unde Abulensis ex sententia Rabbinorum in cap. 32. *Exod.* v. 6. *Solent* (inquit) *idololatræ accipere laminam auream* (erit non ferream, ex Avicenna colligit Cel. Rhodig. *lib.* 7. *cap.* 31.) *inscriptam nomine idoli, & inflammatam apponere carni suæ, sicque ibi manet profundè impressum nomen idoli.* Manassen & Eleacim in carne scripsisse imagines idolorum, refert Petr. Comest. *Hist. Scholastic.* in 4. *Reg.* Nomen, vel notam Domini fere servi olim inustam habebant, & frequentiùs hi, qui nomen militiæ dabant. *In cute punctis milites inscripti:* ait Flav. Vegetius de *Re militari* lib. 1. cap. 5. Unde intelliges illud Zachariæ 13. 6. *Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? & dicet: His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me.* Non *Quæ*, sed *Quid* significare? Videris Godefacalcum in *Veget.* ubi supra, Turnebum *Adversar.* lib. 24. cap. 12. & Cuiacium in Leg. *Stigmata.* Hinc Isai. 44. 5. *Iste dicet, Domini ego sum: & ille vocabit in nomine Iacob, & hic scribet manu sua Domino, & in nomine Israël assimilabitur*: quasi in manu habiturus signa, cuius sit. Ita habebunt sectatores Anti-Christi *Apocalips.* 13. 16. *& faciet omnes pusillos & magnos, & divites & pauperes, & liberos & servos habere characterem in dextera manu sua; aut in frontibus suis.* Signari etiam servos Dei in fronte ibid. cap. 7. 3. & *Ezech.* 9. 4. dicitur. Alii qui scioli arbitrantur illud Pauli ad Galat. 6. 17. *Stigmata Domini Iesu in corpore meo porto*: intelligi debere de notis igne impressis: sed per peram cum Apostolus loquatur de plagis, de verberum cicatricibus, seu de omnibus corporis laboribus pro nomine Salvatoris perpessis, uti hic optimè observat Alapide.

*Veget. Zach. Isai. Apoc. Gal.*

*Leges non scribebantur atramento.*

23 Ergo iam perspicuiori auctoritatis interpretationi. Sciendum tamen est leges olim vel sententias alicuius oraculi, aut folia quæ vocabant Sibyllina, non scribi, vel transcribi atramento, sepiâ, aut carbone, de quo Nos, Deo bono, aliqua dicemus. *Tom. 6. Tautolog.* 8. ad illud 1. Esdr. 4. 7. *Epistola scripta erat Syriacè, & legebatur sermone Syro.* Innuitur à Iuvenal. Satyr. 14. à 189.

*Ad scelus & nefas, quodcumque est, purpura ducit,*
*Hæc illi veteres præcepta minoribus. At nunc*
*Clamosus iuvenem pater excitat: accipe ceras,*
*Scribe puer, vigila, causas age, perlege rubras*
*Maiorum leges.*

*Iuvenal.*

Etiam Prudentius contra *Symmachum*, lib. 2. v. 1271.

*——Cur rubrica minatur*
*Quæ prohibet peccare reos?*

*Prudent.*

Hinc Cicer. 1. *Tusc.* q. *Ad rubricas se transfert.* Suffragatur Quintilianus, *lib.* 12. *cap.* 13. *Non tantùm legum, sed & omnium quæ scribebant, principia minio notata.* Calaubonus etiam ad illud Persij: *Rubrica vetavit.* Satyr. 5. v. 90. inserit: *Qui titulos fiscales libris illinebant, nec tanto minio puro rubebant tituli, sed cerâ etiam miniatâ.* Idem Cornutus ib. & Sidonius Apoll. *lib.* 7. *Epist.* 12.

*Sed minio. Quintil. Casaub.*

24 Sciendum est etiam discrimen esse inter *Scribere notis, & sermonibus scribere*: quippe secundum est, sententiam de verbo ad verbum, præut prolatam in chartâ pingi characteribus, ita ut proclive mens dictantis agnoscatur notis. Primum autem omninò oppositum, cùm signa dictionis potiùs sint notæ, quàm litteræ; hieroglyphica, & non elementa. Notavit ex Varrone Servius in lib. 6. *Æneid.* ubi; *In foliis palmæ interdum notis, interdum sermonibus scribebat.* Manilius. lib. 4. cap. 1. v. 197.

*Hic & scriptor erit felix, cui littera verbum est;*

*Quid scribere notis?*

*Serv.*

Qui-



*Quique notis linguam superet, cursumque loquentis.*

*Manil.*

Ita etiam suam sapientiam scribebant Ægyptij, quorum notas videris apud Athanasium Chirker. tùm in *Prodromo Copto*, cùm in *Obelisco Pamphilio.* Meminit etiam huius artis Prudentius ubi supr. canens de Catsiano:

*Verba notis brevibus comprehendere cuncta peritus.*

*Prudent.*

25 Patetigitur testimonij primo intuitu tautologico, genuina expositio. Interrogaverunt Principes Baruch. *Indica nobis quomodò scripsisti omnes sermones istos ex ore eius. Dixit autem eis Baruch: Ex ore suo loquebatur, quasi legens ad me omnes sermones istos, & ego scribebam in volumine atramento.* Licet magna dicteret Deo plenus Vates, non minio, rubrica, spadiceo, rubeo, purpureo, puniceo, flammeove colore, aut aliquo alio pigmento, sed dumtaxat atramento scribebam: & in volumine, non in carne: non notis, sed verbis: igitur in volumine libri exaratum legitur, quod Propheta ore suo loquebatur. Simpliciter scribebam, & materia & stylo, igitur calamo charta litteras, ut sonant scribebam, seu pingebam atramento. Atramentum dicitur ab atro colore: quapropter Plinius lib. 9. cap. 29. ait: *Atramentum pro sanguine est sepijs.*

*Ier. 36. 18.*

*Tertia expos. Scribere litteris, non symbolis.*

26 Denique. Modus scribendi apud Priscos fuit stylis in plumbo, metallo docili, vel cera. Optimè explicat Pancirolus part. 2. titul. 13. *Publica monumenta in plumbeis voluminibus, mox & privata linteis confici cœpta: tandem & in ceris scribendi modus inventus. Sumebantur tabellæ subtiles, in quas cera protendebatur, postea cum stylo ferreo litteræ in ceram infigebantur. Sic evenit, ut modus scribendi, Stylus nominaretur. Tabulæ istæ apud Latinos diversa fortitæ fuerunt nomina: nam & Pugillares dicebantur à pungendo & Tabulæ & Codicilli cerati. Codicem autem nominabant* Lignum. Vide Iurisconsultos in leg. *Librorum* 53. in princip. ff. de *Legatis* 3. & §. *Chartis.* Cæterum stylus partem habebat acuminatam, qua litterarum characteres efformabantur: partem obtusam, quasi spatulam, qua in cera verba displicentia Scriptores delebant, & ad alia complanabant. Indicat Prudentius ubi supr. de pueris Catsianum mortem usque pungentibus:

*Publica instrumenta olim in plumbo.*

*Pancir.*

*Stylus quæ fama?*

*Inde alij stimulos & acumina ferrea vibrant,*
*Qua parte avatis cera fulcit scribitur.*
*Et qua fœtij apices abolentur, & æquoris hirti*
*Rursus nitescens invenitur area*

*Prudent.*

Succinit Horatius pro commendatione limæ scriptoris, & momento scripturæ lib. 1. *Satyr.* 20. v. 72.

*Sæpe stylum vertas, iterum, quæ digna legi sint,*
*Scripturus.*

*Horat.*

Quod quia plerique nolunt literare, remunt scriptis fulgere, ut idem dicit *lib.* 2. *Epist.* 1. v. 167. Pro omnibus ergo Hieronymus *Epist.* ad Domnionem. *Stultus ego, qui me putaverim hæc absque philosophia scire non posse, qui meliorem stylì partem eam legerim, quæ deleret, quam quæ scriberet.* Eodem stylo Cicero in *Verr.* Act. 4. vel in lib. 2. *Accusat.* His enim sine aclivitate intelligitur Baruch. Non scribebam in cera, in qua formata elementa reformari possunt invetso stylo, nec in alius materiæ lamina, aut tabella cerata: sed in volumine, idest membrana pergrandi, & hic atramento, quo semel inscripti characteres deleri nequeunt sine nota correctionis. Unde isti scribones à me scripti sunt atramento ut constet esse Prophetæ istius: siquidem hic scripta eadem ipsa verba ab ipso prolata.

*Hieronym. Scribere atramento, pro non scribere stylo, sed calamo.*

*Quarta expos.*

27 Pro complemento auctoritatis, igitur aliquid amplioris accipit lucis, vel in obsequium curiositatis lectoris, aut renuente Minervâ adscribam illustre Ausonij ænigma, quo per symbola litteras explicat. Ita ergo Theoni scribit *Epist.* 5.

*Accipe congestas mysteria frivola nugas:*
*Quas tamen explicitis nequeas deprehendere chartis.*
*Scilito decies si cor purgaris aceto,*
*Antycirasque bibas Samij Lucumonis acumen.*

*Auson.*

Hoccine ænigmati procemium videbitur ænigma, Antiquitatis, Latinitatis, & humaniorum litterarum parum doctis. Sententia enim est: Ænigma non deprehendens, etiam si *Cor* (mentem) *purgaveris aceto scillito*: ad acuenda ingenia meditato. Plin. *lib.* 30. *cap.* 10. & *anticyras* (idest, elleborum: Bernard. Autumnius in 13. *Satyr.* Iuven. v. 97.) *bibas*; habeasque *acumen Lucumonis*: Pythagoræ scilicet. Ita intelligo Lucumonem, etsi Pier. Valerianus *lib.* 41. *cap.* 1. aliter cogiter, & Elias Vinetus dubitet. Ænigma autem ita se habet:

*Cadmi nigellas filias.*
*Melonis albam paginam,*

*Ænigma litterarum.*

No-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Idem.

*Notasque furvæ sepiæ*
*Cni diosque nodos.*

Quod quidem inculeat ferè ijsdem allusionibus *Epist.* 7. ubi.

*Fac, campum replices, Musa papyrium,*
*Nec tam fissipedis per calami vias,*
*Græssetur Cnidiæ sulcus arundinis,*
*Pingens aridulæ subdita paginæ,*
*Cadmi filiolis atricoloribus.*

Idem.

Non Oedipo opus est. *Cadmi filiæ* dicuntur characteres, seu notæ, à Cadmo è Phœnicia in Græciam illatæ: ut notat Plinius *lib.7.cap.56. Nigellæ, furvæ*, vel *atricolores*; quia atramento pingebantur, & sanguine sepiæ: uti videmus supr. *Melo*, seu *Melas* est Nilus, ut observat Plutarchus libell. de *Fluminib. & Mont.* in quo nascitur papyrus, seu charta, quæ dicitur *Alba pagina*, & *campus papyrius*, seu papyraceus, vel propter ortum iuncí ex quo biblos, in campis, quos irrigat Nilus; vel propter chartarum æquor, & lævorem planitiei philiræ, qua elementa facillimè inscribuntur, & dicuntur ab Ausonio etiam *nota furvæ sepiæ*. Dicit *Cnidios nodos* (non *Modos*, seu *Modulos*, ut quidam Criticus perperam legit scioli; igitur *modulis*, aut *modis* epitheton iungitur *Cnidijs*, quia musica Veneris, seu versus amatorij. Insigne utique ratiocinium!) *calamos*, quia calamis pridem, nosicut modò pinnis avium, seu pinnulis, pingebatur: arundinemque dicit *fissipidem*, quia eius mucro per medium findebatur, ut redderet atramenti guttulas æquori chartæ: *Cnidiusque* dicitur *calamus*; quia in Cnidio Cariæ in Asia (urbs est in extremo cornu Peninsulæ *Cabocrio*, in qua insignis templum Veneris æmulum Paphi in insula Cypro) calami probatissimi ad scripturam nascebantur, ut ait Plinius *lib.16.cap.36*. Additur quoque *Nodos*, quia calami non teretes, sed iunci cum nodis, ut magis digitis aptarentur. Ferè eadem circa idem argumentum de deside canit Persius *Satyr.* 3. v. 10.

Expositio ænigmatis.

*Iam liber, & bicolor positis membrana capillis,*
*Inque manus chartæ, nodosaque venit arundo.*
*Tunc querimur, crassus calamo quòd pendeat humor;*
*Nigra quòd infusa vanescat fepia limphâ*
*Dilutas querimur geminet quòd fistula guttas.*

Pers.

Fusè igitur materiam scripturæ tractavimus, flectamus ergo calamum, ut delicetur, cæteris expositis, principale testimonium.

28 Inebriatio sumitur multoties pro amore. Prov. 7.18. *Veni, inebriemur uberibus* Ciuld. *Amoribus*: & patet ex contextu. *Ubera eius inebrient te.* Ibid. 5. 19. unde additur: *Et in amore eius delectare iugiter.* Eadem intelligentiâ Psalm. 35. 9. Apud Poëtas frequentissimè Plautus in *Aulular.* Act.4. Scen. 10. v. 19.

Inebriatio pro amare.

Plaut.

*——— Excusemus, ebrios*
*Nos fecisse amoris causâ: nimis vile est vinum, atque amor,*
*Sit ebrio, atque amanti impunè facere, quòd lubeat, licet.*

Bibere pro amare ardenter. Idem.

Pro eodem affectu amoris accipitur etiam *Bibere*. Idem in *Mostellar.* Act. 4. Scen. 2. v. 47. & in *Trucul.* Act. 1. Scen. 2. v. 65.

*Amor permadefecit cor, & impectus impluit,*
*Amoris intra pectus sese penetravit potio.*

Lucretius lib. 5. de *Rerum Natur.* v. 104.

Lucret. Catul. Horat.

*——— Veneris dulcedinis in cor*
*Manavit gutta.*

Catullus in *Carmine Nuptial.* cum Horat. lib. 4. *Carm.* Od. 13. v. 5.

*Et dulcis pueri ebrios ocellos,*
*Pota cupidinem.*

Tibull.

Tibullus lib.4. *Eleg.6.*

*Chare puer madeant generoso pocula Baccho.*

Oth. Væn.

Otho Vænius *Emblem.* Amor. 44

*Ludendo capimur, bibimus videndo venenum.*

Virgil.

Virgilius lib. 1. Æneid. v. 753.

*Infelix Dido, longumque bibebat amorem.*

Ovid.

Utrumque complectitur Ovidius lib. 12. *Metam.* Fabul. 4.

*Euryte quàm vino pectus, tam virgine vitâ*
*Ardet, & ebrietas geminata libidine regnat.*

Idem



Ideo dicitur, *Sitire pulchritudinem.* Philostr. de *Imag.* Icon. 1. *Ebibere amorem.* Theocritus in *Adonide*, alijque identidem. Quapropter ficut dicitur amans amens, ita & ebrius. *Hac mulier insana & ebria*: dixit Plautus in *Aulul.* Act. 4. Sc. 6. & de vero amore Dionysius Areop. cap. 4. de *Div. nomin.* insit: *Mentis excessum, ecstasimque faciens divinus amor, amatores sui iuris esse non sinens, sed in ea quæ amant penitùs transferens.*

*Amor ali-quando inebriat.*

29 Etiam Inebriari interdum accipitur pro exhilarari. Psalm. 103. 15. *Et vinum lætificet cor hominis.* Hebr. *Inebriet.* Psal. 121. 1. *Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi.* Hebr. *Extra me fui, ebrius fui.* Cant. 5. 1. *Comedite amici, & bibiti, & inebriamini.* Ideſt, *Lætificamini, hilares sitis.* Zachar. 9. 15. *Inebriabuntur quasi à vino.* Hoc est, festivi erunt, quasi bibissent vinum. Proin Ovvenus *lib.2.Epig.192.*

Dionys. Areopag. *Inebriari pro exhilarari.*

*Augusto tristem pellens ex corde dolorem,*
*Tu cor lætificas lætificando meum.*

Ovven.

Et Horatius lib. 1. *Carm.* Od. 7. v. 41.

*Mecum sæpe viri nunc vino pellite curas.*

Horat.

*Hoc hilaritatis dulce seminarium*: inquit M. Varro lib. 1. de *Vit. P. R.* De hoc plura Profani. Constat etiam ex Scriptura. *Prov.* 31. 6. *Eccle.* 10. 19. *Eccl.* 31. 35. & 40. 20. aliisque in locis. Quare de fratribus Ioseph, sobrijs quidem *Genes.* 43. 34. dicitur: *Biberunt-que, & inebriati sunt cum eo.* Nempè diem festivum, genio sobriè indulgentes, habuerunt, comedentes & bibentes laute. Plura & selectissima eruditione varia congerit Doctiss. Sanctius ad illud Cant. 2. 5. *Fulcite me floribus* à num. 21. Vide Augustin. Quæst. in *Genes.* 144. Ideo in illud Psalm. 35. 9. *Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ*: inſit: *Cùm accepta fuerit illa ineffabilis lætitia, perit quodammodò humana mens.* Quo patet, omissis Bibliæ pluribus locis, inebriationem, seu ebrietatem esse genij & cordis è potu, verè vel allusivè hilaritatem.

M. Varr.

Auguſt.

30 Cogitabam etiam Inebriari exprimere aliquando vinum bibere. Potio vini usualis non erat: Boëtius *lib.2.Metr.* 5. v. 12.

*Inebriari pro Vinum bibere.*

*Somnos habet herba salubres*
*Potum quoque lubricus amnis.*

Boet.

Usualis non erat, maximè Regibus, & Primatibus. Constat *Prov.* 31. 4. Iccircò Soli Ægyptij Sacerdores numquàm vino litabant: ut observat Causin. *lib.1.Symb.* 11. Causam indicat Horatius lib. 3. *Carm.* Od. 21. v. 11.

*Soli olim vino numquàm libatio.*

*Narratur & prisci Catonis*
*Sæpe mero caluisse virtus.*
*Tu lene tormentum ingenio admoves*
*Plerumque duro: tu sapientium*
*Curas & arcanum iocoso*
*Consilium retegis Lyæo.*

Horat.

Plato de *Legib.* lib. 2. *In civitate* (inquit) *nec servus, nec serva vinum gustet, nec ipsi quidem Magistratus, illo quo Magistratus gerunt anno, neque Gubernatores, neque iudices.* Vide Alex. ab Alexandr. *lib.3.cap.11.* Valer. Maxim. lib. 2. de *Instit. antiq.* Franc. Petrar. lib. 6. de *Regn.* tit. 24. Plato apud Laertium lib. 3. permisit diebus festis, in quorum convivijs pro cupedijs, seu bellarijs (de quibus infr. à num. 38.) poculum unicuique propinabatur vini, vel mulsi, quod vocabant *Lac Iovis* vel *Lac cœnæ*, de quo Aul. Gell. *Noct. Attic.* lib. 15. cap. 8. Hinc ut opiparum appareret convivium, dixit Plautus in *Asinar.* Act. 2. Scen. 4. v. 75.

*Servi & iudices vina privati.*

Plat.

*Quid Lac Iovis?*

*Confecto prandio vino epoto.*

Quia ut observat Taubmn. in Act. 4. Sc. 3. *Trucul.* eiusdem Poëtæ, Turnebus in *Adverſ.* lib. 17. cap. 21. & Aulus Gelius ubi supr. lib. 13. cap. 29. *Prandium abstemium, in quo nihil vini potatur, Caninum dicitur; quoniam canis vino caret.* Eadem M. Varro Satyr. de *Prandio abstemio.* Unde Adagium *Caret temeto*: ideſt, vinum non bibit, vel abstemius est: quod cecinit Ovidius lib. 15. *Metam.* Fabul. 21. de pota aqua fontis Clitorij, ex qua odium in vinum actutum oritur.

Plaut. *Convivium abstemium.*

*Fons Clitorius cuiusmodi vinum?*

*Clitorio quicunque sitim de fonte levarit,*
*Vina fugit, gaudetque meri abstemius undis.*

Ovid.

Patet iam non violenta expositio præfatorum auctoritatum & aliarum, de inebriatione connotante convivium. *Inebriati sunt.* Ideſt, non tantùm biberunt, sed etiam vinum. Non fuit convivium abstemium, sed præut dividebantur fercula, propinabantur pocula, vel in fine poti sunt vino quasi Iovis lacte. Quare *Vinum* dicebatur *anima conviviorum,*

*Vinum cur Anima convivij dictum?*

quasi convivij forma, seu complementum. Hinc Eccli.49.2. *Iosiæ memoria, ut musica in convivio vini.*

*Vinum lac Veneris.*

31 Ergo constet quid in principi, materiali huius expositionis tautologiâ intenditur exprimi. *Inebriemus eum vino.* Non pro usuali, & moderato potu, sed quo Pater inebrietur, captus vini virtute, & consequenter mente, ut ex illo suscipiamus prolem, quin ettò non dormiens possit incestuosam cognoscere Venerem, ad quam nil potius, nec aptius. Ovidius lib. 1. de *Arte.*

Ovid.

*Vina parant animos, faciuntque caloribus aptos*
*Cura fugit multo, diluiturque mero.*
*Illic sæpe animos iuvenum rapuere puellæ,*
*Et Venus in vinis ignis in igne fuit.*

Et Manil. lib. 5. *Astronom.* v. 226.

Manil.

*Ardescit vitio vitium, viresque ministrat Bacchus.*

Apuleius *Metam.* lib. 2. *Liber Veneris hortator & armiger.* Aristophan. apud Athenæum lib. 10. cap. 15. *Lac Veneris.* Omnia recenset Ovidius lib. 1. *Amor.* Eleg. 6.

Ovid.

*Nox & amor, vinumque nihil moderabile suadent:*
*Illa pudore vacat, Liber, amorque metu.*

Mulieres & vinum apostatare faciunt etiam sapientes. Ideo Paulus; *Nolite* (ait) *inebriari vino, in quo est luxuria.* Est luxuria, occasionaliter, & impulsivè. Bibite vinum propter medicamen, vel necessitatem, minimè ad crapulam excitantem luxuriem: hocque sensu multoties accipitur inebriatio in Scriptura. *Genes.* 9. 21. *Abac.* 2. 15. *Luc.* 21. 34. & *Rom.* 13. 13. Quod vitium dicitur *Pergræcatio* (quia Græcorum proprium) quàm describit Isaias cap. 5. 11. & acrostiche in *Rhythmic.* Caramuel canens:

Ephes. 5. 18.

*Quid Pergræcatio?*

Caram.

*Si iungatur Equo Briareus Rana, Ibis, Echinus,*
*Taurus, Aper, Satyrus; quid fiet inde, putas?*

Idest *EBRIETAS*, quasi compendium horum monstrorum, ex venefica Circe, de qua socij Ulyssis apud Ovid. lib. 14. *Metam.* Fab. 6.

*Ebrietas monstrum.*

Ovid.

——— *Accipimus sucrà data pocula dextrà,*
*Quæ simul arenti stitientes hausimus ore,*
*(Et pudet & referam) setis horrescere cœpi,*
*Nam tam posse queri pro verbis edere raucum*
*Murmur & in terram longo procumbere vultu,*
*Oscque meum sensi pando occalescere rostro,*
*Colla tumere toris.*

32 Unde dum signatur potus nimius semper inebriationi additur vinum. *Ephes.* 5. 18. & *Psalm.* 77. 65. *Crapulatus à vino:* Chald. *Inebriatus.* Idest, multo vino potus. Quod optimè demonstravit Anacharsis (alij asserunt sententiam esse Epicteti, alij Democriti, Stob. *lib.* 1. cap. 9. signans è vite tres botros, & tres calices: 1. sanitatis, 2. voluptatis, 3. ebrietatis. Quartum si addas, erit amentis. Ita loquitur Bacchus apud Eubolium:

*Quid tres Bacchi calices?*

Eubol.

*Tres tantùm ego sanis crateras misceo:*
*Unam valetudinis, secundam amoris, saporis tertiam,*
*Quo qui sapere solent, eunt hausto domum.*
*Nam quartus haud est amplius crater meus,*
*Sed contumeliæ.*

Quapropter iurè & festivè huiusmodi pergræcatio dicitur ab Ovveno *lib.* 2. *Epigr.* 42:

Ovven.

*Insana sanitas.*

*Quo tibi potarum plus est in ventre Salutum.*
*Hoc minus, epotis hisce, salutis habes.*
*Contingat utinàm tales tibi mille Salutes,*
*Non equidem invideo; mi satis una salus.*

*Salus potarum est salus*

*Una salus sanis nullam potare Salutem:*
*Non est in potâ vera Salute salus.*

Salus collocata in vino, sed diluto, aliàs Bacchus ex igne egrediens redit in ignem; qua metaphora sobrietatem expressit Meleager canens:

Meleag.

*Nymphæ Bacchum quando ex igne exiluit puer,*
*Abluerunt in cinere recens volutatum:*
*Quare cum Nimphis dilectus Bacchus, quod si recusses*
*Miscere, capies ignem ardentem.*

Ideo vini meri, seu inebrationis in alogiam signat Paulus comitem luxuriam.

In-



33 *Inebriemus eum.* Idest, patrem nostrum. Hebr. non habet *Inebriemus*; sed *potemus patrem nostrum vino.* Sic vers. seq. dicitur in Vulg. *Dederunt itaque patri suo bibere vinum:* & v. 34. *Demus ei bibere vinum etiam hac nocte.* Hoc est largè, ut inebrietur crapulâ. Finis hic describitur pro actione per *Metonymiam.* Quod frequenter in Scriptura ubi effectus pro causa, & consequens pro antecedenti. Psalm. 24. 4. *Dirige mansuetos in iudicio, docebit mites vias suas:* nempe, diriget, & docebit, ut sint mites, & mansueti. Daniel. 2. 21. *Dat sapientiam sapientibus;* puta, insipientibus sapientiam, ut sint sapientes. Iob. 14. 14. *Expecto donec veniat immutatio mea:* nimirum, mors, per quam immutamur. Luc. 2. 11. *Natus est vobis hodie Salvator:* scilicet, qui sumus. 1. Regum 14. 43. & Dan. 13. 43. *Ecce morior:* videlicet, in mortem destinor. Ergo *Inebriemus eum,* nil est, nisi potemus, ut ebrius sit. Ita Ionath. legit: *Potaverunt eum, & erat ebrius.* Quod quidem explicari solet geminatione Tautologica, vel Pallilogica: ut *Bibentes bibetis: Bibite, & inebriamini.* Hae etiam phrasi usus est Plautus in *Aulul.* Act. 1. Scen. 4. *Bibite, potate:* & in *Mostel.* Act. 2. Scen. 1. *Bibite, pergræcamini.*

*Finis pro Actione, & effectus pro causa interdùm in Scripti.*

34 *Inebriemus vino:* quod enim oportunius ebrietati, quandoquidem ex mille alijs rebus, fit vinum, quo sensus intercipitur, gressus præpeditur, lingua retardatur, scilicet ex tritico hordeo, milio, pomis, pyris, dactylis, herbis, floribus, vocaturque *Vinum factitium* à Plinio *lib.* 14. *cap.* 16. & à Guilielmo Stockio *Convival. Antiq.* lib. 30. cap. 9. Quæ omnia continentur phrasi Scripturæ in voce *Secchar,* idest quodcumque inebriare potest: Græci *Siber, Sicera,* quam vocem retinet Interpres Latinus: & sub qua prohibetur omnis inebriatio, ut placet Lorino in *Numer.* 6. 3. Proin inebriatio intenta à filiabus Lot fuit medio vino, non factitio, sed ex vite; vel quia tunc necdum inventa alius vini genera, vel si inventa, ex vite pocula in crapulam potentiora. Non vino diluto inebriandus est, sed temeto, mero vino, & generosiori (quod dicitur *Lachryma* Plin. ubi sup. cap. 9. vel *mustum sponte defluens, antequàm calcentur uvæ*) non vino *secundario*, vel *facato*, de quo ibid. *cap.* 10. Unde in Biblijs mera voce vini intelligitur: Psalm. 68. 13. *In me psallebant, qui bibebant vinum.* Non cerevisiam, aut siceram (Septuag. Interp. *Methysma*) sed vinum, idest liquorem ex vite, quo ebrij erant. Hinc adagium *Vinum bibit*: idest, nimis potus, vel est ebrius. Vide Erasm. *Chiliad.* 2 *Centur.* 6.

*Vinum sua Bitum.*

*Quid vinum meracum?*

Plin.

35 Ni intelligere velis per *Vino*, inebriemus potu, non cibo; quippequàm plura edilia inebriant, ut de Palma (scilicet, de dactylis palmæ) Ægyptiaca refert Abulensis in *Levit.* 10. v. 9. de Carica Ceilensi Rabbi Kimhi ibid. & de alijs rebus Plinius loc. cit. & Abulens. in Num. 6. 3. ubi de consecrandis Domino lex loquitur: *A vino & omni, quod inebriare potest, abstinebunt:* unde allatum, non tantùm potabilium inhibitum usum. Ideo apud Latinos Vinum accipitur pro mensa, vel convivio. Plautus in *Asinar.* Act. 4. Scen. 1. v. 54.

*Etiam esculenta quædam inebriant Vinum pro Mensa.*

Plaut.

*Nec mater lanæ ad vinum accedat.*

*Ad vinum*, idest, ad mensam. Terentius in *Heautont.* Act. 2. Scen. 3. v. 13.

*Heri in vino quàm immodestus fuisti.*

Terent. Cicer.

Cicer. orat. pro M. Cælio eodem sensu: *Nonumquam etiam ad vinum diserti sunt.* Hoc est in convivio. Pariformiter in Scriptura: quod adnotavit Sanctius in 2. *Amos.* num. 30. & ita accipitur Psalm. 68. 13. num. præc. cit. Unde textus clarebit, quasi filiæ intenderint patris inebriationem non ex eis, sed poculis, & ex vino quod proprium à vite, aut ex uvis pressis (quia licet vinum, in uvis non habet vim inebriandi: qua causa dicitur *vinum pendens* à Turnebo lib. 1. *Advers.* cap. 1.) habens ex se inebriandi virtutem. Ideo 1. Reg. 1. 15. dicit Anna: *Vinumque & omne quod inebriare potest, non bibi:* igitur alia præter vinum tam edilia quàm potabilia possunt inebriare, & mentem circumvenire. De cibis patet in uvis, arbutis vel unedonibus: de potu, tot vini factitij generibus. Quinimò etiam in aquis plurium fontium. Epiphanius. *Hæres.* 51. refert, quotannis Nonis Ianuarij in Caria aquâ fontis Cibyles habere virtutem & vini omnimodam conditionem. Etiam idem & eodem die in Andro insula in templo liberi patris, & in Arabia perenniter fons Gerasa, de quo ipse & alij biberant. Alius est in Paphlagonia in agro Caleno, de quibus & alijs videris Simonem Maiolum lib. 1. *Dier. Canic.* Colloq. 13. Plin. lib. 14. cap. 22. Causin. lib. 1. *Symb.* At inter omnes celebrior est fons Lyncestis, de quo Plin. lib. 2. cap. 103. ex quo flumen Lyncestius, cuius meminit Ovidius lib. 15. *Metam.* Fab. 23.

*Vinum pendens.*

*Fontes effectu Vini, & saporis vini.*

Ovid.

*Hic fluit effectus dispar Lyncestius amnis:*
*Quem quicumque parum moderato gutture traxit,*
*Haud aliter titubat, quàm si mera vina bibisset.*

Si ergo aqua, & cibus inebriare possunt, aptiùs poterit vinum: ideo vino patrem filiæ meditantur inebriare, quasi effectu securiore.

Lyra. *An vinum propinatum Lot, medicatum?*

36 *Vino.* An medicato? *Miscuerunt aliqua* (ait Lyra hic) quæ *habebant vim inebriandi, & provocandi ad coitum.* Græci aquam marinam vino sustundebant uti notant Taubmannus in Plauti *Rudent.* Act. 2. Scen. 7. & Adrian. Turneb. in *Adversar.* lib. 20. cap. 34. ut salatiores fierent. Unde *Pocula salsa, & Vtrum Gracum*, cui opponebatur Chium, *Maris expers*: ut dicit Horatius lib. 3. *Carm.* Od. 19. igitur quasi bibillent è lacu Bœotiæ (de quo Iisidorus lib. 13. *Etymolog.* cap. 13.) in Venerem furentes prosiliebant. Haud arbitreris (uti quidam insulse) pocula medicata in Venerem esse benefica, quasi Circes pocula: de quibus, qui virtutem noverat, apud Ovid. lib. 14. *Metamorph. Fab.* 5. inquit,

*Quidvinum Græcum?*

*Hæc ubi nos vidit dicta, acceptaque salute,*
*Diffudit vultus, & reddit omnia voltu,*
*Nec mora misceri tesli jubet hordea grani,*
*Mellaque, vinique meri, & cum lacte coagula passo,*
*Quique sub hac latcant furtim dulcedine succos*
*Adjicit.*

*Pocula amatoria ventenata, & ut nocua.* Ovid.

Et idem de Dipsade læna fœmina lib. 1. *Amor.* Eleg. 8. canit ludicrè:

Idem.

*Scit benè quid grauen, quid torto concita rhombo*
*Licia, quid valeat virus amantis equæ.*

Minimè hæc Patri filiæ Lot cogitaverunt, sed ad summum vinum propinarunt cupe. diosum.

*Quid Vinum myrrhinum vel murrhinum?* Sil. Ital.

37 Huiusmodi vinum condiebatur myro, non myrrhâ, ut dicemus ex pluribus AA. mandragoris & speciebus aromaticis, vel conficiebatur lacte, ut esset suavius palato. Cant. 5. 1. *Bibi vinum meum cum lacte meo*: subditurque: *Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi.* Clemens Alexandrinus lib. 1. *Paæag.* cap. 6. *Miscetur quoque lac vino dulci.* Et Silius Italicus lib. 13. v. 473.

*Per lac & vinum optima edulia & potabilia*

*Bacchique & lactis honorem.*

Proprie minimè lac acciperem, sed vel pro vino delicatiori, regali, & suaviori; vel pro pane lacteo; siquidem vinum & lac in Scriptura significant optima in esculentis, & poculentis. Ezech. 25. 4. *Ipsi comedent fruges tuas, & ipsi bibent lac tuum.* Isai. 55. 1. *Absque ulla commutatione vinum & lac.* Hoc est selectiora tam in cibo, quàm in potu, quæ quidem signantur pane & vino: hocque dicitur lac, vel quia optimus potus, vel quia sicut lac infantibus, ita vinum viris. Haud aliter panis dicitur lacteus, pinguis, regalis: nisi quia optimus ex similia saporis suavioris, & colore similis albedini. Hinc pro lacte legit *vinum album*, & pro vino *vinum antiquum* Chald. Nec novum est quod vinum, non vinum, sed lac dicatur; sufragante conceptui Alexandro ab Alexandro lib. 6. *Genial. dier.* cap. 8. ubi: *Cùm in Sacris Bona Dea vino libetur, illud non suo nomine nuncupant, sed lac dicunt esse, vini tamen amphoram in Sacris involutam apponunt, quam dixere mellariam.* Ita etiam Plutarch. *Probl.* vel *Quæst.* Rom. cap. 19. Macrob. lib. 1. cap. 12. Athenæus lib. 10. *Dipnosoph.* cap. 15.

Chald. Alex. ab Alex. *Per lac significatur vinum.*

38 Hoc vinum dicebatur mellarium, quoniam melle confectum, vel aromaticè conditum. Plautus in *Persa* Act. 1. Scen. 3. v. 7.

*Vinum mel ditum.* Plaut.

*Commisce mulsum, struthea, colluthea que appara.*
*Benè ut in scutris concaleant, & calamum injice.*

*Struthea*, idest, mala coronea, vel cydonea (Nos *Membrillos*) de quibus Plinius lib. 15. cap. 11. *Coluthea*, bellaria, vel tragemata, cupediæ post fercula. Quare *struthea, colutheaque apparatidem* est, ac (vernacule: *Principios, y postres*) initietur convivium malo cotoneo, & finiatur mulso: quod quidem vinum (apud Nostrates *Clarea*, vel *Hipocras*: apud Græcos *Ambrosia*, & *Nectar*) dicebatur dulce, & aromaticum; quare subditur *Calamum injice.* Hinc quoque Cant. ubi sup. *Bibi vinum cum lacte.* Arabicus vertit *Melle.*

*Aromatitum.*

39 Alijs etiam nominibus signabatur huiusmodi vinum. Dicebatur, uti vidimus *Lac lobis.* Etiam *Flos vini: Flos liberi.* Plautus in *Cistel.* Act. 1. Scen. 2. & in *Curcul.* Act. 1. Scen. 2. Turneb. lib. 29. *Adv.* cap. 26. *Vinum Consulare*: Cicer. de *Clar. Orat.* & Martial. *lib.* 7. *Epigram.* 78.

*Flos vini quod vinum?*

*Potavi modò Consulare Vinum.*

*Vinum molle.* Virg. *Georg.* 1. v. 351.

*Tunc sunt mollissima vina.*

*Vinum Nardinum.*

Ab aliquibus *Vinum Nardinum*: Plaut. in *Rudent.* Act. 3. Scen. 5. Acidalius, & Taubmannus hic, ex Turneb. *lib.* 2. *cap.* 29. Idest, *Vinum odoratum.* quod quidem apud Priscos deliciosum. Denique dicebatur *Vinum Murrhinum*, vel *Myrrhinum*, de quo Plinius lib. 14 cap.



cap. 13. *Laudatissima* apud Priscos vina erant myrrhæ odore (Dalecampius *Odore murino*) *condita, ut apparet in Plauti fabula, quamquàm in ea & calamum addi iubet: ideo quidam aromatice delectatos* &c. Plautus in *Pseudol.* Act. 2. Scen. 4. v. 51.

*Murrhinam, passum, defrutum, mellinam.*

*Murrhinam*, vinum ex odoribus & musto: *Passum*, ex uvis passis & Sole siccatis: *Defrutum*, ex musto semidecocto: *Mellinam* ex melle. Non conficiebatur ex myrrha, quoniam amaresceret (ni intelligere velis per Myrrham, e speciebus aromaticis fragrantiam) sed ex variis floribus & unguentis. Flavius Dorsenus.

*Plinii*

*Mitteham vinum pulchrum murinam.*

*Plaut. Varia vini genera.*

Et Sutrius de meritrice Glycera apud Adrianum Iunium lib. 5. *Animadv.* cap. 19.

*Flav.*

*Myrinum mihi affer, ut occurram fortuscula.*

*Sutr.*

Iulius Pollux lib. 6. cap. 2. *Erat & myrinum vinum, myro, odoramentove permistum: sunt qui eo nomine dulce vocari existimant.* Aul. Gell. lib. 10. cap. 23. de fœminis Rom. *Bibere autem solitas ferunt lotam* (Hilp. *Aquapis*) *passum, murinam, & quæ id genus optant, potu dulcia.* Eadem invenies in Varrone lib. 1. de *Vita Pop. Rom.* Dalecamp. in *Plin.* ubi supr. Turneb. & alijs Antiquitatis studiosis. Hæc delibavi meditanter, tùm ut constet quomodò condimentum vini poti a Lot (ut dulcedine plus biberet, & temulentus facinus non agnosceret) cum ut delicaretur quale vinum myrrhatum Salvatori in calvariæ monte exhibitum.

*Vinum myrinum. I. Poll. Aul. Gell. Vinum dulce.*

40 Haud arbitror cum Baronio ad *Ann.* Christi 34. Maldonat. in *Matth.* 27. num. 34. Salmeron. *Tom. 1. tract.* 35 alijsque AA. myrrhatum vinum Christo oblatum, ut ad supplicij locum ventum est, fuisse myrrhinum, aut murrhinum, vel myrinum; sed re vera fellem, & aloë conditum præ malitia ludæorum, quæ cogitavit, ut plus Assertor in patibulo cruciaretur, conficere myrrhatum, cùm ministrare deberent, ut moris erat, murrhinum; ut constat ex lib. qui dicebatur *Iudicum ordinariorum*, à Rab. Hasda apud Galatin. *lib.* 8. *cap.* 19. igitur huiusmodi vini aromatici confectio porrigebatur damnatis morti proximis, ut non sentirent cruciatus; quandoquidem illo potu obstupefiebat sensus.

*Christo oblatum vinum myrrhatum fellem, ut myrrhinum.*

41 Constat ex Sacra pagina. Amos 2. 8. *Vinum damnatorum bibebant.* Quod vinum ab Isai. 51. 17. & 22. dicitur *Calix soporis.* & cap. 29. 10. *Spiritus soporis.* Ierem. 51. 7. *Calix aureus inebrians.* Ab Ezech. 23. 33. *Calix mœroris & tristitiæ.* A Davide Psalm. 59. 5. *Vinum compunctionis*: ubi Hieronym. *Vinum stuporis*: etenim haccine potatione inebriabantur pericuri, & manebant in extremis cruciatibus quasi insensati. In cuius allusionem Paulus ad *Rom.* 11. 8. ut ostenderet Iudæorum reprobationem, & damnationem, infit: *Dedit illis Deus* (non tam misit, quàm permisit) *Spiritum compunctionis: oculos, ut non videant: aures, ut non audiant.* Quo intelligitur illud Prov. 31. 6. *Date siceram mœrentibus* (Septuag. *Inebriativum*) *& vinum his qui amaro sunt animo.* Symmach. & Cajetan. *Inebriativum percunti.* Illicòque intuitus describitur potationis v. 7. *Bibant & obliviscantur egestatis suæ, & doloris sui non recordentur amplius.* Pro *Egestatis suæ*, Chald. *Detritarum vestium non recordentur.* Symmach. *Mollitierum suarum*: quæ quidem non implicant, igitur apud Priscos in usu, ut reducti in captivitatem & damnati ad mortem pannosa & lacera veste ducerentur. Ezech. 23. 26. de Ierusalem in Babylonem ducenda vinculo captivitatis, dicitur: *Denudabunt te vestimentis tuis*: siquidem gravis cordibus mœror, quòd qui molliter vestiti, ducerentur in vincula, vel in crucem lacerâ veste; ut queritur Ieremias personam agens horum captivorum, qui prius *amicti auro primo*: Thren. 4. 2. Ubi docta camœna Sanctij ita cecinit:

*Vinum myrrhatum, cur dicebatur soporis, mœroris, stuporis &c. Rom.*

*Aurea progenies Solymarum gloria matrum*
*Decolor à prima quomodò luce manet?*
*Inclyta fulgebat primo aspectabilis auro,*
*Cui nempe ex auro textile tegmen erat.*
*Iam tamen excoctæ, nigraque similima testa est,*
*De putri figulus quam tulit arte luto.*

*Prov. Vinum inebriativum*

*Damnati ad mortem induebantur lacera veste.*

42 Concluditur ergo, filias Lot, dedisse Patri bibere largè vinum, non factitium, sed è vite, quod vere & simpliciter vinum, ut observat Suarius *Tom.* 3. in 3. part. *D. Thom.* disp. 45. sect. 1. num. 1. & dicitur in Scriptura *Sanguis uvæ.* Deuter. 32. 14. & *Genimen vitis.* Matth. 26. 29. & Marc. 14. 25. Non solùm large vinum, sed medicatum, seu dulcedine conditum, quod potiùs pytissando, idest gustando, quàm bibendo deglutitur: ut dulcedine potus abunde pergræcaretur, ex quo irritamenta Veneris quasi è philtro Cupidinis,

*Sancti*

*Vinum vere sanguis uvæ*

nis. Cui cogitationi favent Versiones: Pers. *Bibere faciamus patrem nostrum vinum.* Rab. Ionath. *Potabimus patrem nostrum vinum.* Chald. & Sept. *Potemus vino.* Arias-Mont. *Propinemus patri nostro vinum.* Irenæus: *Potionemus eum vino.* Caiet. *Faciamus bibere vinum.* Et Theodoretus, *Vinum largiùs affundamus.* Hæc digna notatu iudicavi, omissa quæstione inutili, An Lot & filiæ eius peccaverint: in qua suum velle cuique est, abundabit in suo sensu. An deliquerint, vel non, Deus scit. Ergo ad nostram eruditionem, cum in quæstione sint tot sententiæ, quot capita.

Confusus

## ADINATON EXEGETICUM.

1. *Inebriemus eum vino.* Antequàm potus, notatur ebrius, quippe deficit modus.
2. *Inebriemus eum vino:* siquidem Superiores plerumque inebriantur zelo.
3. *Inebriemus eum vino. Vino*, ut officij filiarum sequetur charitas: sed *inebriemus*, ut celetur iniquitas.
4. *Inebriemus eum vino.* Vino, ut sensum ducatur in ebrietatem, & ebrius ignoret crimen.
5. *Inebriemus vino:* igitur si indulget potationi, indulgebit ebrietati.
6. *Inebriemus vino.* Maior erat ebrietas, quàm curiositas: & admittitur culpa, vel minoris visâ pœnâ.
7. *Vino*, etenim irâ plurimi inebriantur in throno.
8. *Vino inebriemus.* Et filiæ? Et patri? Et virtuti? *Vino inebriemus:* semper enim in periculo virtus.
9. *Vino:* corporis ebrietate, siquidem anima inebriatur amore.
10. *Vino:* Quippequàm amor inebriatur incendio.

## DIDASCALIA PRIMA.

### *Ne quid nimis.*

S. Ben.

1 MOnet Præsules SS. Patriarcha Benedictus *Regul. S.* cap. 64. igitur medio tutissimum iter, & matrem recognoscit prudentiam, iter etiam latum inter dextram & sinistram. Navis Respublica est, in mari sine moderamine & tollitur & mergitur: periculum impeudit utrinde; & semper excidium, vel alliisio navis, vel naufragium. Innuit Horatius lib. 2. *Carm.* Od. 10. v. 1.

Periculo sum hominum ingenium.

——*Neque altum*
*Semper urgendo: neque dum procellas*
*Cautus horrescis, nimium premendo*
*Littus iniquum.*

Horat.

Resp. in 2 flar mar.

*Rebus angustis animosus, atque*
*Fortis appare: sapienter idem*
*Contrahes vento nimium secundo*
*Turgida vela.*

Anceps sanequàm articulus rerum, ubi usquequaquè & undequaquè periculum, & difficillimum attingere medium. *Nimis est* (ait Augustinus in *Psalm.* 118.) *quicquid plus fuerit, quàm oportet. Parum est, quod minus est, quàm oportet: nimium est, quod plus est, quàm oportet.* Est modus in rebus: utique, sed difficilis modus: quandoquidem sæpe, vel propter delicatam genij conditionem, vel propter rectorum pessimam indolem, vel falsam fortunæ dexteritatem; fabrica corruit regiminis, tensis loris & indultis.

Augus.

Difficilis modus in rebus.

2 Regula in artem necessaria est. Videte regulam. *Non sit Abbas turbulentus, & anxius, non sit nimius & obstinatus, non zelotypus & nimis suspiciosus, quia numquàm requiescet.* Ita Gloriosus Legislator ubi sup. De zelo & suspicione loquemur Didasc. seq. Non sit Præses *turbulentus* vultu, non sit *anxius* animo, non *nimius* in iudicio, neque *obstinatus* in decreto: siquidem si in cunctis commovetur, in cunctis angitur, cuncta fert per apices legum, & quod scriptum, scriptum; potiùs censebitur ebrius, quàm potestate prælatus. *Inebriemus eum vino*, dixerunt filiæ Lot. Non est Tautologia: plerumque inebriantur homines plenitudine iniquæ potestatis: igitur inebriantur & errant non a vino, sed a cerebro. Verùm cur filiæ Lot non dicunt: *Potemus eum vino*, sed *inebriemus*? Potio ultra modum à filiabus intenditur, dum pro subsidio mœroris desideratur: & ante pocula etiam filiæ vocant ebrium, quia excessurus modum. Veritas prudentiæ Superiorum patet in modo, tamquàm in vino: etenim non titubaret ratio, si biberet, ut viveret, & minimè ut filiabus indulgeret, consistente ad regimen forma rationis, ne quid nimis.

S. Bern.

Quæ non debet haberePræsul.

Gen. 19. 32.

Potestati inebriatur, ubi modus desciscit.

Clariùs promam. Plerique post superioritate in vertiginoso culmine, turbulenti, anxij, vel nimij, vel obstinati faciunt, quod non facerent ebrij: igitur pro qualitate potus, animus concutitur obstinatus, nimius, anxius, turdulentus. Turbantur prætermittentes, & crimini repugnantes. Angustur, fragilitati indulgendo, & non indulgendo. Nimij sunt in iudicio, gravia arbitrantes minora, & minima magna; quin obstinati in iudicris & in serijs mutent consilium, quoniam non rationis, sed potestatis propositum. Hisp. *Empeño.* Unde in regimine quasi in ebrijs natat ratio, quippe in expeditione apparent sine iudicio. Quid ergo faciendum, ut prudentiæ præstet fulgide regula? Breve consilium.

Maximi est periculi, nescire mori.

Solœcismi regiminis.

*Inter utrumque vola.*

Ovid.

3 Calix in Scriptura pœnam graviorem designat, & dignitatem. Urget cruciamen in expressionem doloris, cui sociatur nonnumquàm dolor regiminis; quippe pars hæreditaris pars calicis, ut vicissim inclinetur ex hoc in hoc mœror & gaudium honoris. Calicem Assertor exponit, dum thronos ambitus sitit: igitur si throni ad regimen, quod designatur per calicem, ut rectum sit utcumque in regimine iudicium; docet quo modo à bibituris bibendum. Ventum est ad crucem, ubi Salvator acceptaturus erat pretio sanguinis in cuncta dominationem; & ministri priusquàm illum crucifigerent, propinarunt calicem: *Dederunt ei vinum bibere cum felle mistum, & cum gustasset, noluit bibere.* Vinum huiusmodi erat inebriativum, & soporiferum; ut alliquibus placuit, sicuti exposuimus in *Lit.* num. 41. & noluit bibere, ut cognovit; quippe hominibus maximi periculi, nescire mori: & utique nescit, qui ratione sopitâ non cognoscit. Vigilare nos Dominus iubet propter adventum furis, corporum nostrorum domibus insidiantis. Si spolia detrahit, dum vigilat ratio; quid tradità somno? Vitia sunt calix inebriativus, quo ratio soporatur, quando congruit vigilare: & qui intendit superare mortem, non vult bibere; quoniam si maxima pœna mori, maior nescire. Vigilet homo, ne bibat; & ut obdormiat, non dormiat. Ergo instituto.

Matth. 20. 22.

Matth. 27. 34.

4 *Cùm gustasset noluit bibere.* Quare bibere noluit, si gustavit; vel quare gustavit, quod bibere renuit? Excessus & crimina ibi erant hominum (quippe vinum totum falleum) quorum pœnam, quia voluit, ut homines liberarentur, subivit: verùm ut fel degustavit noxæ, noluit bibere. Amplexatus est criminum hominum pœnam, cæterùm minimè culpam: & gustatum calicem noluit bibere; ut Superioribus Princeps modum traderet prudentiæ. Multi igitur in subditis sunt excessus, qui clementiam invocant, & iustitiam. Si non gustasset, videretur nimius: at si bibisset, videretur blandus. Non esset locus misericordiæ, si gustasset; nec locus esset iustitiæ, si bibisset: & verus & imitabilis in cunctis Dominus, dum homines habet subditos, ut modum in regimine statuat; minimè bibit, quod gustat: quippe non modus derogare iustitiæ, quod conceditur clementiæ.

*Non est regimen derogare iustitiæ, quod conceditur clementiæ.*

5 Cæterò. Calix inebriativus sæpe Superiori porrigitur, ut subditi eclipsi rationis regant, & non regantur. Aliqui nec gustare volunt; quippe illis videtur ius, quod ius summum. Alij omninò, etiò myrrha plenum, calicem bibunt: quia nullum ius arbitrantur præter voluptatem subditorum. Nimij sunt, & indulgentia & iustitiâ: siquidem nimis, quod plus, quàm decet: quodque minus, quàm oportet: & Christus cùm gustasset, calicem bibere noluit; quippe nullo modo regnat in throno prudentia, dum nihil prætermittitur, vel omnia.

*Non est prudentiæ, ubi nihil prætermittitur, vel omnia.*

6 Deinde. Austeritas est, ubi propinato potu, dicit Præses: *Nihil transeat.* Projectio turpis, dum decernit: *Transeant omnia.* Hic proterit legem: ibi relegat ab homine humanitatem. In utroque vitium, quippe ut ait Seneca in *Oedip.* Act. 4. v. 909. labascet,

Senec.

*Quicquid excesserit modum.*

Si regit austeritas, propulsatur in regimine charitas. Si nimia viget indulgentia, regnat audacia; quæ quia promptum indultum, vel in abdita introducitur scelerum: & Christus ut Prælatos in consilium dirigat; non bibit potum, quod gustat. Gustat, quia remittit quicquid congruit indulgentiæ fragilitatis: non bibit, quod non convenit exactioni iuris. Gustat, quia in multis uti fragiles offendunt; non bibit, quia malitiosè delinquunt. Gustat, si errant & exspitant mente: non bibit, dum errant corde. Gustat, ne nimio iure criminibus territi, devient à templo misericordiæ: & minimè bibit, ne abusi clementia corruant in maiora crimina.

*Ubi non ambigitur de indulgentia, insurgunt maiora crimina.*

7 Denique. Frequens de Prælato querimonia. *Omnia respuit, omnia sorbet: Nihil transit, nihil non concoquit. Vomit culicem, & deglutit elephantem.* Hispan. *Nada disimula, y todo lo traga.* In medio consistit virtus, ut prudentiæ fulgeat thronus. Si calicem fellis hauriretur usque ad fundum, Prælatus remissior esset; igitur omnia etiò fellia, & minimè potabilia, in stomachum transirent. Non bibendo, patebat, quòd amara displicerent; quandoquidem

vel

nis. Cui cogitationi favent Versiones: Pers. *Bibere faciamus patrem nostrum vinum.* Rab. Ionath. *Potabimus patrem nostrum vinum.* Chald. & Sept. *Potemus vino.* Arias-Mont. *Propinemus patri nostro vinum.* Irenæus: *Potionemus eum vino.* Caiet. *Faciamus bibere vinum.* Et Theodoretus, *Vinum largiùs affundamus.* Hæc digna notatu iudicavi, omissa quæstione inutili, An Lot & filiæ eius peccaverint: in qua suum velle cuique est, abundabit in suo sensu. An deliquerint, vel non, Deus scit. Ergo ad nostram eruditionem, cum in quæstione sint tot sententiæ, quot capita.

Confusus

## ADINATON EXEGETICUM.

1. *Inebriemus eum vino.* Antequàm potus, notatur ebrius, quippe deficit modus.
2. *Inebriemus eum vino:* siquidem Superiores plerumque inebriantur zelo.
3. *Inebriemus eum vino. Vino*, ut officij filiarum sequetur charitas: sed *inebriemus*, ut celetur iniquitas.
4. *Inebriemus eum vino.* Vino, ut sensum ducatur in ebrietatem, & ebrius ignoret crimen.
5. *Inebriemus vino:* igitur si indulget potationi, indulgebit ebrietati.
6. *Inebriemus vino.* Maior erat ebrietas, quàm curiositas: & admittitur culpa, vel minoris visâ pœnâ.
7. *Vino*, etenim irâ plurimi inebriantur in throno.
8. *Vino inebriemus.* Et filiæ? Et patri? Et virtuti? *Vino inebriemus:* semper enim in periculo virtus.
9. *Vino:* corporis ebrietate, siquidem anima inebriatur amore.
10. *Vino:* Quippequàm amor inebriatur incendio.

## DIDASCALIA PRIMA.

### *Ne quid nimis.*

S. Ben.

1 MOnet Præsules SS. Patriarcha Benedictus *Regul. S.* cap. 64. igitur medio tutissimum iter, & matrem recognoscit prudentiam, iter etiam latum inter dextram & sinistram. Navis Respublica est, in mari sine moderamine & tollitur & mergitur: periculum impeudit utrinde; & semper excidium, vel alliisio navis, vel naufragium. Innuit Horatius lib. 2. *Carm.* Od. 10. v. 1.

Periculo sum hominum ingenium.

——*Neque altum*
*Semper urgendo: neque dum procellas*
*Cautus horrescis, nimium premendo*
*Littus iniquum.*

Horat.

Resp. in 2 flar mar.

*Rebus angustis animosus, atque*
*Fortis appare: sapienter idem*
*Contrahes vento nimium secundo*
*Turgida vela.*

Anceps sanequàm articulus rerum, ubi usquequaquè & undequaquè periculum, & difficillimum attingere medium. *Nimis est* (ait Augustinus in *Psalm.* 118.) *quicquid plus fuerit, quàm oportet. Parum est, quod minus est, quàm oportet: nimium est, quod plus est, quàm oportet.* Est modus in rebus: utique, sed difficilis modus: quandoquidem sæpe, vel propter delicatam genij conditionem, vel propter rectorum pessimam indolem, vel falsam fortunæ dexteritatem; fabrica corruit regiminis, tensis loris & indultis.

Augus.

Difficilis modus in rebus.

2 Regula in artem necessaria est. Videte regulam. *Non sit Abbas turbulentus, & anxius, non sit nimius & obstinatus, non zelotypus & nimis suspiciosus, quia numquàm requiescet.* Ita Gloriosus Legislator ubi sup. De zelo & suspicione loquemur Didasc. seq. Non sit Præses *turbulentus* vultu, non sit *anxius* animo, non *nimius* in iudicio, neque *obstinatus* in decreto: siquidem si in cunctis commovetur, in cunctis angitur, cuncta fert per apices legum, & quod scriptum, scriptum; potiùs censebitur ebrius, quàm potestate prælatus. *Inebriemus eum vino*, dixerunt filiæ Lot. Non est Tautologia: plerumque inebriantur homines plenitudine iniquæ potestatis: igitur inebriantur & errant non a vino, sed a cerebro. Verùm cur filiæ Lot non dicunt: *Potemus eum vino*, sed *inebriemus*? Potio ultra modum à filiabus intenditur, dum pro subsidio mœroris desideratur: & ante pocula etiam filiæ vocant ebrium, quia excessurus modum. Veritas prudentiæ Superiorum patet in modo, tamquàm in vino: etenim non titubaret ratio, si biberet, ut viveret, & minimè ut filiabus indulgeret, consistente ad regimen forma rationis, ne quid nimis.

S. Bern.

Quæ non debet haberePræsul.

Gen. 19. 32.

Potestati inebriatur, ubi modus desciscit.

Clariùs promam. Plerique post superioritate in vertiginoso culmine, turbulenti, anxij, vel nimij, vel obstinati faciunt, quod non facerent ebrij: igitur pro qualitate potus, animus concutitur obstinatus, nimius, anxius, turdulentus. Turbantur prætermittentes, & crimini repugnantes. Angustur, fragilitati indulgendo, & non indulgendo. Nimij sunt in iudicio, gravia arbitrantes minora, & minima magna; quin obstinati in iudicris & in serijs mutent consilium, quoniam non rationis, sed potestatis propositum. Hisp. *Empeño.* Unde in regimine quasi in ebrijs natat ratio, quippe in expeditione apparent sine iudicio. Quid ergo faciendum, ut prudentiæ præstet fulgide regula? Breve consilium.

Maximi est periculi, nescire mori.

Solœcismi regiminis.

*Inter utrumque vola.*

Ovid.

3 Calix in Scriptura pœnam graviorem designat, & dignitatem. Urget cruciamen in expressionem doloris, cui sociatur nonnumquàm dolor regiminis; quippe pars hæreditaris pars calicis, ut vicissim inclinetur ex hoc in hoc mœror & gaudium honoris. Calicem Assertor exponit, dum thronos ambitus sitit: igitur si throni ad regimen, quod designatur per calicem, ut rectum sit utcumque in regimine iudicium; docet quo modo à bibituris bibendum. Ventum est ad crucem, ubi Salvator acceptaturus erat pretio sanguinis in cuncta dominationem; & ministri priusquàm illum crucifigerent, propinarunt calicem: *Dederunt ei vinum bibere cum felle mistum, & cum gustasset, noluit bibere.* Vinum huiusmodi erat inebriativum, & soporiferum; ut alliquibus placuit, sicuti exposuimus in *Lit.* num. 41. & noluit bibere, ut cognovit; quippe hominibus maximi periculi, nescire mori: & utique nescit, qui ratione sopitâ non cognoscit. Vigilare nos Dominus iubet propter adventum furis, corporum nostrorum domibus insidiantis. Si spolia detrahit, dum vigilat ratio; quid tradità somno? Vitia sunt calix inebriativus, quo ratio soporatur, quando congruit vigilare: & qui intendit superare mortem, non vult bibere; quoniam si maxima pœna mori, maior nescire. Vigilet homo, ne bibat; & ut obdormiat, non dormiat. Ergo instituto.

Matth. 20. 22.

Matth. 27. 34.

4 *Cùm gustasset noluit bibere.* Quare bibere noluit, si gustavit; vel quare gustavit, quod bibere renuit? Excessus & crimina ibi erant hominum (quippe vinum totum falleum) quorum pœnam, quia voluit, ut homines liberarentur, subivit: verùm ut fel degustavit noxæ, noluit bibere. Amplexatus est criminum hominum pœnam, cæterùm minimè culpam: & gustatum calicem noluit bibere; ut Superioribus Princeps modum traderet prudentiæ. Multi igitur in subditis sunt excessus, qui clementiam invocant, & iustitiam. Si non gustasset, videretur nimius: at si bibisset, videretur blandus. Non esset locus misericordiæ, si gustasset; nec locus esset iustitiæ, si bibisset: & verus & imitabilis in cunctis Dominus, dum homines habet subditos, ut modum in regimine statuat; minimè bibit, quod gustat: quippe non modus derogare iustitiæ, quod conceditur clementiæ.

*Non est regimen derogare iustitiæ, quod conceditur clementiæ.*

5 Cæterò. Calix inebriativus sæpe Superiori porrigitur, ut subditi eclipsi rationis regant, & non regantur. Aliqui nec gustare volunt; quippe illis videtur ius, quod ius summum. Alij omninò, etiò myrrha plenum, calicem bibunt: quia nullum ius arbitrantur præter voluptatem subditorum. Nimij sunt, & indulgentia & iustitiâ: siquidem nimis, quod plus, quàm decet: quodque minus, quàm oportet: & Christus cùm gustasset, calicem bibere noluit; quippe nullo modo regnat in throno prudentia, dum nihil prætermittitur, vel omnia.

*Non est prudentiæ, ubi nihil prætermittitur, vel omnia.*

6 Deinde. Austeritas est, ubi propinato potu, dicit Præses: *Nihil transeat.* Projectio turpis, dum decernit: *Transeant omnia.* Hic proterit legem: ibi relegat ab homine humanitatem. In utroque vitium, quippe ut ait Seneca in *Oedip.* Act. 4. v. 909. labascet,

Senec.

*Quicquid excesserit modum.*

Si regit austeritas, propulsatur in regimine charitas. Si nimia viget indulgentia, regnat audacia; quæ quia promptum indultum, vel in abdita introducitur scelerum: & Christus ut Prælatos in consilium dirigat; non bibit potum, quod gustat. Gustat, quia remittit quicquid congruit indulgentiæ fragilitatis: non bibit, quod non convenit exactioni iuris. Gustat, quia in multis uti fragiles offendunt; non bibit, quia malitiosè delinquunt. Gustat, si errant & exspitant mente: non bibit, dum errant corde. Gustat, ne nimio iure criminibus territi, devient à templo misericordiæ: & minimè bibit, ne abusi clementia corruant in maiora crimina.

*Ubi non ambigitur de indulgentia, insurgunt maiora crimina.*

7 Denique. Frequens de Prælato querimonia. *Omnia respuit, omnia sorbet: Nihil transit, nihil non concoquit. Vomit culicem, & deglutit elephantem.* Hispan. *Nada disimula, y todo lo traga.* In medio consistit virtus, ut prudentiæ fulgeat thronus. Si calicem fellis hauriretur usque ad fundum, Prælatus remissior esset; igitur omnia etiò fellia, & minimè potabilia, in stomachum transirent. Non bibendo, patebat, quòd amara displicerent; quandoquidem

vel

vel primoribus labris gustando, uti nociva, ratio non recipiebat stomacho. Nihil dissimulare, estò acerbum palato, præcripti iuris, est consilium imprudentis potestatis. Omnia omnibus indulgere, est proculcare regimen, & subditos invitare tamquàm impunes in crimen. Calix proponitur uti causæ merita & acta, de quibus sententiam dicat iuxta rationem prudentia: Christusque dum amaritudo criminum propinatur, & iudex in causa ita gravi constituitur, noluit bibere, si dignatus est gustare; quia in iudicio superioris iudicis, aliquid indulgendum, sed non omne. Regula prudentiæ est, nec plus, nec minus: unde gustat, & non amplius; quia si minus, Præses consuleret legum severitati: si plus, subditorum blandimini: & ut contet stabile rationis imperium, aliquid protectò expuendum, & aliquid transeundum.

*Omnia Præses non respuat, nec deglutiat*

*Aliquid indulgendum, sed non omne.*

8 Prætereiens Iesus vidit hominem cæcum, ideſt genus humanum, quod primæ legis fractione impingebat usquequaque cæcitate. Lumen cæco Salvator restituere proposuit, & mirificum collyrium gratia confecit; ut rediret arte Conditoris in regimen legis, & gloriam quam amiserat prolubio cupiditatis: simulque ut discerent Superiores elati ad maiestatis thronos, quo studio Dominus illuminat cæcos. *Fecit lutum ex sputo, & linivit lutum super oculos eius.* Lutum. Fovet pectoris fastum formationis ignorare principium, maxime in homine, qui factus est homo è pulvere. Lutum est medicamen, verùm nota confectionem. *Fecit lutum ex sputo.* Quid? Non est aqua, ut ad lumina cæci præparetur medicina? Est utique, sed salivâ dumtaxat nanciscenda. Ex sputo aliquid extra proijcitur, tamquàm superfluum; aliquid tamen gluritur, ut necessarium: & dum Archiater intendit aperire oculos cæci nati; addit pulveri humorem medicabilis salivæ: quandoquidem ut cæci subditi illuminentur, & quò iustum est, suavitate ducantur; nec omnia à Præside expuenda, nec deglutienda omnia. Vivide Hisp. dialecto. *Ni todo se ha de escupir, ni todo se ha de tragar.*

Ioan. 9. 6.

*Semper necua omnia indulgentia, & nulla.*

9 Formationis humori non respondit humor reformationis, ut prævaleret in lucem efficacia medicaminis. Formavit Deus hominem de limo terræ, hoc est ex aqua & ex pulvere. Reformavit luto, quod non expulvere & aqua; sed ex pulvere & saliva. Qui reformantur, sanè à forma defecerunt, pulchritudinem primam obliteraruqt, alias minimè manus artificis occuparent, ut in primævam venustatem artis studio redirent. Sputum & transit in stomachum, & proijcitur in humum. Non omne proijcitur, nec omne voratur: & ubi intenditur reformatio, collyrium conficitur ex sputo; quippe ad reformationem cæcutientium subditorum, aliquid prætereundum, & multoties indulgendum. Necessitas exigit, ne ficcetur sanctum gula, quòd humectetur salivâ: verùm quæ stomachum gravat; expuitur linguâ, ne noceat. Unde per sputi confectionem, notatur prudentiæ regimen; quoniam rationis decretum, expellere ut conculcetur, superfluum; & in conniventiam deglutire necessarium.

*Aliquando dissimulandum.*

10 Occurrit collatio sedium facta à Salvatore discipulis, propositis meritis obsequij & renunciationis. *Reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo* (dixerunt) *erit nobis?* Illicò Christus: *Sedebitis super thronos.* Thronos obtinet gloriæ, qui calcat vanida terræ, qui se relinquit, qui Salvatorem quærit; igitur per huiusmodi virtutes, sedes habentur in cœlis. Summa meritorum in thronos gloriæ, est *Sequi* & *Relinquere.* Sequi in Deo omnia, & reliquere omnia: quippe non virtutis studium, sequi aliquid præter Deum. Alia sunt virtutis merita, ut sedeant in cœlo; & alia regiminis, ut sedeant in mundo. Ubique thronus, sed aliter virtus: etenim ad thronos gloriæ oportet sequi omnia, & omnia relinquere; verùm in regimine ad gloriam throni congruit nec relinquere, nec sequi. Sequi & relinquere, compendium est regiminis & virtutis; sed ut luceat in regimine virtus, debet regere modus: quoniam ut canit Boëtius lib. 1. de *Consol. Phil.* Met. 6. v. 20.

Matth. 19. 28.

*Omnia in mundo relinquenda, ut in cœlo beabitur gloria.*

*Signat tempora proprijs*
*Aptans officijs.*

Boet.

Huiusmodi recti regiminis munia dividuntur crebrò inter pusillanimitatem & ambitionem. Ambitiosi sequuntur omnia: timidi relinquunt omnia. Abest omninò rationis regula. Aptiùs dicam. Plerique in sede maiestatis omnia relinquunt titulo pacis, & veritate formidinis, prementis undique eos; cum *Pax, pax*, & non est pax. Alij omnia sequuntur larvâ zeli & specie religionis, iniuriâ, seu vindictâ personata affectionum, cum voce: *Ense recidendum.* Melius dixerim cum Tacito lib. 1. *Annal.* cap. 49. *Quos quietos simul nox habuerat, discedunt in partes, ingerunt tela. Clamor, vulnera, sanguis palam, causa in occulto.* Cadet utique gloria & cadet palma, quisquis in throno secutus fuerit, vel reliquerit omnia. Sequi, & relinquere est dexteritas prudentiæ, ne quid nimis: igitur cùm iuxta temporis & cau-

*Luter vim dicta sub iuris larva.*

Tacit.



*Ars præcentis in quo maxima?*

causæ conditionis circunstantias (quæ inveniantur hic & nunc) fit iuris aptanda lex; ut sedeat iudex in sede maiestatis, gaudeatque iurè maiestate sedis; prudentia statuit, nec omnia sequenda, nec relinquenda omnia.

*Ambitio non parcit sanguini.*

11 Contemplemur ergo in insigni duci, & Legislatore prudentiam, & à Domino perscriptam: quoties res sunt utrinque in extrema linea, & utrobique deliberationibus obviant incommoda. Regnum numquàm & nusquàm admittit placidè socium: quandoquidem cor humanum non tantum respuit superiorem, sed in regimine æqualem. Ita simultatem (& sæpe cum simultate) habet fastidio; ut non parcat, si princeps, sanguini proprio. Haud aliter videntes principes principem, Maria & Aaron locuti sunt contra Moysen. Detraxerunt sermonibus veritatis, & quod nequivere malis, vindicaverunt querelis. *Num per solum Moysen locutus est Dominus? Nonne* (dixerunt) *& nobis?* Minimè dextrè in malitia cogitarent, ni querelas larvâ virtutis indoerent. *Nonne nobis*, nonnumquàm petra scandali, in qua frequenter offendit, qui sibi in omnibus consulit: siquidem si proprio pectora carerent amore, nec prælligiosum esset studium philautiæ; nullatenùs à furdijs audirentur tot querelæ. Ipsi sibi condemnant, dum experimunt querimoniam. *Num per solum Moysen locutus est Dominus? Nonne & nobis similiter est locutus?* Sic. At patet discrimen, quod vobis loqueretur, vel per Moysen. Non per vos loquebatur, sed loquebatur vobis, ut revereamini in Superiore fratre dignitatem Prælidis: etenim dum loquitur Prælatus, per illum loquitur Dominus: & claret in querelis abundantia malitiæ, dum fcitis per illum Dominum loqui. Proh dolor! Si pectore regnat ambitio, quantumvis in Superiore cognoscatur vox de cœlo.

Num. 12. 2.

*Vox Domini in voce Prælati.*

*Querimonia filiticia non audienda à Superiore.*

12 Non audivit Moyses: & in articulo rutilat documentum singulare, quandoquidem (maximè quibuldam canibus, qui non pro feritate latrant, sed pro consuetudine, ut ait Seneca in *Excerpt.*) iniurias & querelas confictas & pictas penicillo phantasiæ, dignitatem decet, & oportet nec audire. Devoluta est iustiusmodi causa in Deum, quin plures Prælati habeant anxij in periculis refugium, quia non intrarunt per ostium. Onus ambitio suscepit, oneri pectus succumbit, quia non est qui adiuvet. Sermo obscutus non ivit in vacuum, igitur audivit cœlum, conscio detractionis Moysi, ubi defensionem audivit in tribunali. Nihil pro se, vel in detractores loquitur, vel ustus non commovetur, nec movetur. Cur igitur, qui in prævaricatores legis ira excanduit, ut *viginti tota millia hominum* per ministros occideret; deses modò nec agnoscat motum irascibilis primum, nec bile accensa ullum proferat verbum? Ut præclarè se gerat, & Prelatos maximè vivaces instruat: igitur zelus erit & non ira, quoties pro Deo irascitur, & pro se nec verbum loquitor. Si iniurias Dei acerrimè corripit, & sibi illatas mitissimè prætermittit. Si intendit satisfacere alienis, & parcit libentissimè propijs.

Exod. 32. 28.

*Quo ea gravissimus motus ira, vel zeli instar periret.*

Hoceinne annexum singulari virtuti, sed minimè latet officium Superioris prudentiæ. Detrahentes Moysi & eran fratres, & fuerant in libertate populi principes, qui egregiè sese gesserant, & habuerant credita felices exitus, ac numetis omnibus absolutos: cæterùm fratres, & principes transformantur in æmulos; propter bonum pacis, etiam cedendum est iustis, adstrigenda pacis fœdera, non rumpenda litium vincula. Ferendum est dissidium tacito corde, non terro & igni: etenim cùm ad Dominum spectet satisfactio, sanum certè consilium, totum committere Deo: verùm si ex patientia, genitrice pacis pia, nascitur notha insolentia, urendum est gladio, ut detruncetur præsumptio acie rigoris, propter ipsum bonum pacis: igitur dum venitur ad arma, non relinquenda, sed sequenda omnia.

*Aliquando propter pacis conniventia dum, aliquando debellandum.*

13 Conflictum videamus, & exitum ex anfractu consideremus. Alea iacta est. Ducebat gaudibundus, quem eduxerat populum de domo servitutis, & illicò stetit anxius in medio perplexitatis: igitur à tergo retpiciebat inimicam Ægyptiorum validam maquam; & coràm, mare quod impedicbat effugium: quo in statu vel rumpendum erat mare, vel tradendus populus sub manu hostili. O Præsules! O fucatæ dignitates! Pectora plena sunt curis, dum capita micant infulis. O miseria! Plus habetis doloris, quàm voluptatis. Ecce cor Moysis dissectum, quoniam huic inde periculum; urgentia discrimina, & ianua fortunæ clausa. Summum fatum sortis omninò sinistræ, ubi vel prudentiâ inevitabile. Ergo ab extrema regula pendebat causa; cùm Moyses dicebat in corde, circundato amaritudine: *Deus, Deus meus.* Ad quid *Deus*, commotus respondit Dominus? *Quid clamas ad me?* Quid igitur, & ad quid? *Eleva virgam*, & nanciscetis victoriam. *Eleva virgam.* Quousque abutetur pervicacia patientiâ? Quousque machinabitur discrimina?. Eleva virgam. Si modò non, quando? Obices in publico cum bonum, nacta occasione meditatum

*Suadet ausis sæpe præsidet.*

Exod. 14. 15. 16.

artificium, & virga in manu cum potestate omnimoda, ratione & auctoritate! Quid clamas ad me? Eleva virgam & rumpe. Inter sacrum & saxum? Ergo quate. Inter malleum & incudem? Ergo percute, concute, recute. O clemens Deus! Tanta austeritas in exacerbitate potestatis? Utique. Impediebat aqua introitum, ut transirent à servitute in terram deliciosam promissionis: & Moysi iubetur, uti potestate, & mare percussione dividere; quia ferre, & perferre devenustat prudentiam, si est necessarium rumpere, & erumpere, ut pacifice transeant.

*Utendâ est, toto vigore in-stitiæ, dis petunt causa.*

14 Creditur Moysi virga, ut minimè tradita potestas sit otiosa. Iuxta exposita iudicio, erit Præsidis decretum, nequid nimis æquatur in causis concurrentium subditorum: quandoquidem si malum est, abuti potestate; pejus sane, aliquando non uti. Pateat exempio, ut discamus Quando. Cùm in aquis designentur indoles hominum, quippe sicut aqua dilabimur, aquæ Iordanis erunt specula clariora, in quibus circunspiciatur Præsidum in discrimine prudentia. Dux populi pro Moyte à Domino constituitur Iosue, qui cùm perveniset, ut transiret Iordanem, secum portans Arcam fœderis præsidem; aquæ Iordanis (ut sicco pede populus fundum calcaret, & sine labore labortem transiret) urbane divisæ sunt, ita ut sequerentur fluxum versùs Mare mortuum, & aliæ contra propensionem recurrerent in originem. Quæ sursùm, ad instar montis intumescentes stabant, & quæ deorsùm, uti fluxæ descendebant. Ita Dominus promiserat Duci. *Aquæ inferiores decurrent atque deficient: quæ autem desuper veniunt, in una mole consistent.* Magnum profectò miraculum, & novum. Si aquæ Maris Rubri solidantur à dextris, & à sinistris, tamquàm rupes crystallinæ, & pellucidi muri, donec populus transeat, & permanent mobiles immotæ sic; quare aquæ Iordanis non ita immobiles stant? Aliæ invite detinentur & aliæ præcipitantur? Næ: intendit Dominus in initio principatus Iosue ductorem docere, quisnam modus prudentior in regimine. Iuxta qualitatem subditorum & causarum, providendum à Superiore decretum; quippe si abdicuntur qualitates, minime retolutiones prudentes. Multoties in pectore Prælati datur contentio, an bonum in discriminis & occasionis articulo, negotium sequi; vel melius erit, relinquere? In utroque aliquid mali, & in utroque micat aliquid boni, rationis perplexitate: & ut Iosue videat ad prudens regimen regulas, Dominus dividit fluentes & stantes aquas: quippe aliquando subditorum indulgendum fragilitati; & aliquando obstandum inclinationi. Iuxta prudentiæ modum, sanum erit Superioris consilium. Erit prudentia, dum Præsidi fuerit forma, interdum scilicet, prætermittendi inclinationis propositum, interdùm intermittendi præcipitis cordis cursum.

*Cur in mari Rubro aqua steterunt & Iordanis font divisæ*

*Iosue 3. 13.*

*Cursum subditorum Præses interdum præ termittat, interdum intermittat*

15 Etiam in huiusmodi miraculi spectabili theatro, exprimitur norma prudentiori consilio. Adhibetur exemplar, ut studeat Superior cautioni, & indulgentiæ, ac quando consulere debet bono zelo, & suspicioni. Zelus sæpe nimius est, & omnia reprimere vult; quod aliquando non congruit; quoniam licèt magnum, obesse cursui præcipiti; ut fiat, festinandum est lentè, temporis maturitate: etenim temporibus medicina valet, & medicina nocet. Unde ut pectora quiescant ab amaritudine, ignis zeli fulgurantis carere debet ardore; quippe ni sopiantur ardentia, non rutilat flamma. Perplexus quandoque iactus, & periculosus rerum articulus, igitur in omissione conscientia vasa mortis constituit, & sagittas suas ardentibus effecit. Magna rationis obscuritas, ubi licubat potestas, an faciat, vel nihil fiat, quia in diversis non est forma: & ut habeat inconcussam regulam vel iuxta expeditionum diversitatem; aquæ à Domino dividuntur, dum Iosue suscipit regimen: etenim si ex aquis aliæ detinentur, & aliæ præcipitantur; Prælatos informant, ut moveantur, & ut quiescant. Quomodo? Vide. Quæcumque præterierunt, decurrant: quæcumque venerint, stabant, & minimè transeant. Vernaculè: *Lo que passò, dexarlo correr: lo que viniere, no dexarlo passar.*

*Quod præterierit, præteritorum, at quod venturis reponetur.*

16 Arca in medio Iordanis erat, seu inter aquas inferiores decurrentes, & superiores stantes. *In medio Iordanis alveo, ubi steterunt sacerdotes, qui portabant arcam fœderis.* In Arca erant tabulæ legis: & decurrentibus aquis, quæ desuper erant, contra inclinationem steterunt. Ecce exemplum in observationem mandatorum: igitur cuncti legem observant, modò legem, qui Superiores non transeant. Superiores fuerant, & stantes erant superiores, igitur dum decurrunt, à culmine cadunt; quippe si leges meditatò proterantur, plerumque ab illis, qui Superiores fuerunt. Inferiores declinarunt aquæ, sed cùm lex non esset ibi: quæ desuper, occurrunt, ut decurrant; sed appropinquaverunt, & steterunt: siquidem summum esset audaciæ, præscripta transilire, & coram lege.

*Iosue 4. 9.*

*Exempla in Superioribus necessarium ad custodiã legum.*

*Sæpe relaxatores qui fuerunt præsides.*

Per-



*Cap. 1. 13.*

17 Perpende obiter: Aquas decurrentes vocari *inferiores*; at quæ desuper, non vocari superiores, etsi coram lege stantes. Aliqui sibi dicunt (quod notat Gregor. Magn. Homil. 17. in *Evang.*) *Eo ipso quò cæteris prælati sumus, ad agenda qualibet maiorem licentiam habemus*, & meditanter non dicuntur superiores, aquæ stantes desuper, & culmine eminentiore; quoniam nemo & superior, superior lege. Aliæ præcedentes transierant. Venit lex, & subsequentes stabant. Fluere & decurrere in prona naturæ, est conditio & hominis & aquæ; sicut officium Præsidis plantare & destruere, ædificare, & disperdere. Destruere in subditis inolitum, videtur grave periculum: & lex collocatur in medio aquarum præcedentium & venientium; ut sapientiæ altissimæ Præses sequatur consilium. Quæ præterierunt, prætereant: quæ sequuntur, iuxtè consistant, non transeant: igitur licèt in utroque discrimen, dum propter successorem mutatur regimen; facilius est venientibus & impetuosè resistere, quàm currentes iuxta proclivitatem revocare. Denique in medio aquarum constituitur lex, ut constet, quòd virtus stat in medio. Lex revocare poterat decurrentes, sicut stare compellebat stantes. Verùm nec omnia transierant, nec omnia stabant: igitur ut rutilet prudentia Superioris, & ne quid nimis; oportet, ut aliquid severè compescat; & etiam aliquid mansuetudine indulgeat. Audiatur Apollo apud Ovidium lib. 2. *Metam.* Fab. 1. consulens monitis filio.

*Nemo superior est.* Greg. Magn.

*Facilius est ædificare quã destruere*

Vers. 17

*Prudentia in me discretio.*

Ovid.

*Parce puer stimulis, & fortius utere loris.*
*Nec preme, nec summum moderare per æra currum.*
*Inter utramque tene.*

## DIDASCALIA II.

### *Discretio mater virtutum.*

S. Bened. Bernar.

1 Gnome est SS. Patriarchæ Benedicti *Regul. S.* cap. 64. Cui subscribit Bernardus Serm. 49. in *Cant.* dicens: *Discretio non tàm virtus est, quàm virtutum moderatrix, ordinatrix affectuum, & doctrix morum: tolle hanc, & virtus vitium erit.* Modus debet esse in virtute, quippe virtus non erit sine modo.

Boet.

*Sic quod præcipiti via*
*Certum deserit ordinem,*
*Lætos non habet exitus.*

Eccl. 37. 22.

Canit Sev. Boëtius de *Cons. Philosoph.* libr. 1. Metr. 6. v. 20. *Homo sanctus in sapientia manet ut Sol.* Ubi *Sanctus*, legunt Rom. & Græca; *Sensatus.* Optima potest esse Superiori voluntas: & coniunguntur in regimen discretio & sanctitas; quippe nullatenùs habebit sanctitatem, si expulerit discretionem. Hæc uti ductrix dirigit, & excessum in quolibet couterit. Unde dùm zelo pro tempore imponitur modus, Præses dicitur sensatus; siquidem vel in maxima virtute proterens modum, non habebit intellectum. Aprandus est occasioni zelus legis, quoniam illuminat, & urit velut ignis. Aufugit virtutis illuminatio, ut uritur moderaminis discretio. Illuminatio intellectionem connotat, ardor zeli voluntatem inflammat. Utrumque profectò necessarium, ut stet prudentiæ consilium: quo procul, Præses bonam habebit voluntatem, cæterùm pessimam mentem.

*Non est forma virtutis, ubi abest moderationis.*

2 Perpende. *Homo sensatus in sapientia manet ut Sol: nam stultus sicut Luna mutatur.* Sensatus in sapientia manet: stultus in sapientia non permanet. Ordo cursus Solis & Lunæ, exponitur symbolum & sapientiæ & stultitiæ: sapientiæ, cum ordinato regimine; stultitiæ, sine ordine: igitur dum adest, vel abest modus, Præses vel videtur sapiens, vel stultus. Zelus legis & virtutis dicitur Sapientia, & aptè; quandoquidem stat in cognitione, & minimè in voluntate. Zelus bonus est: & in zelo apparet Superior sensatus, & stultus, iuxta conditionem subditorum & tempus: igitur cum discretione rutilabit intellectus in regimine; & in sapientia zeli antecellet stultitia, quando abfuerit à regimine prudentia.

Ibid.

*Zelus, si abest prudentia, est stultitia.*

3 Insuper. Sensatus manet, & stultus non permanet. Lex gaudet proculdubio firmitate. Zelus debet esse pro lege: attamen cùm vel apud Ethnicos (consulas Cicer. lib. 1. *Offic.* & Columell. lib. 1. de *Re rustic.*) ius summum sit summa iniuria; Præsidis apparet imprudentia, ex eo quòd permanet, dum immutari conenit; & immutatur, cùm permanere debet: quandoquidem lunaticus indulget ubi obstandum, & obstat ubi cedendum. Ulteriùs. Lunæ igitur confertur stultus; vel est stultus, quippe Lunæ confertur. Uti luminare magnum, Luna præsidentiæ nocti destinatur: cæterùm illicò ut apparuit thronus, apparuit illa *luminare minus.* Hæc est Præsidis cum Præside collatio, nec sine exemplo. Plerique priusquàm accedant in Reipublicæ moderamen, videntur habere spectabilem omninò discretionem, Syndersim claram, phronesim lucidam, æmulabilem prudentiam; sed qui sensati uti Sol, in throno statim convertuntur in Lunam: siquidem stulti, fanatici, zelo ebrii, modò

*Præsis stultus cedit, ubi obstandã & obstas ubi cedendum.*

Genes. 1. 16.

*Non lex, exequi legi per apices in vit.*

præscripta sint legis; cuncta imprudenter ferunt per apices iuris.

Genes. 19.32.

4 *Inebriemus eum vino*: cogitarunt filiæ Lot. Ad quid vini expressio, si intenditur inebriatio? Quia inebriatio non semper derivatur à vino. Zelus sæpe sæpiùs conficit, quod in cerebrum vinum nimis potum influit. Adæquatè enim vino similis zelus: potum parcè confortat, sed largè potum inebriat. Zelus solus est insania, scientia sola est astutia, scientia cum zelo prudentia: & dicunt filiæ Lot, *Patrem inebriemus vino*; quoniam multi Præsidum in throno, & largè inebriantur zelo. Astruit Boëtius ubi supr. *Metr.7.v.10.*

Boet.

*Tu quoque si vis lumine claro*
*Cernere verum, tramite recto*
*Carpere callem; gaudia pelle,*
*Pelle timorem. Nubila mens est*
*Victaque frenis, hac ubi regnant.*

5 Qui discretionem matrem plaudit virtutis, subdit hæccine pro modo Præsidis. *Non sit obstinatus, non zelotypus, & nimis suspiciosus, quia numquam requiescet.* Suspiciosus Præses ita definitur à Smaragdo hic, cap. 64. *Suspitionis typo repletus, qui etiam ea quæ non sunt, fieri in absentia suspicatur; & ea quæ nemo committit, committi in abscondito pertimescit.* Si suffragium meum iuvaret; plane dicerem: Perperus erit subditus, qui ita cogitat Prælatus. Non dicit Patriarcha: *Ne suspiciosus*, sed *Ne nimis*. Non suspiciosus est latuus; suspiciosus verò nimis, malignus. Suspicio in nimio, si ingreditur, numquam egreditur: in sapienti ingreditur & egreditur è latebris cordis: Superiorque debet esse suspiciosus, sed non nimis; quippequàm cùm suspicio sit sæpe fallax, non congruit esse in cogitatis pertinax.

S. Bened.

Smaragd.

*Prælatus non sit pertinax rati, sed relli.*

6 Zelatorem informat Benedictus Prælatum, & renuit esse zelotypum. Zelus est ira, quam virtus iniustitiæ impatiens, excitat. Zelotypia, est typus zeli, sivè exemplar & figura: & dedecet Præsidem esse zelotypum, dum eligitur in zelatorem legum; quoniam minimè in regimine erit legum observatio, dum apparet zeli in Pectore Præsidis dum axat similitudo. *Idolum zeli ipso* templi *introitu* vidit Ezechiel. Ad idolum zeli in zelum; quoniam in iram provocabat stomachum, videre in throno zeli tantummodò simulachrum. Quanta latent! Quanta patent! Quoties arbitrantes zelum, adoramus idolum? Quoties pro substantia substituitur apparentia? Purum putum est idolum, cùm rutilat religio, & est imago: micat exactio iuris, & est venalis

*Sit zelator, non zelotypus.*

Ezech. 8. 3.

*Sæpe contingit sibi speciem zeli.*

species: fulget beneficium quasi gratis collatum, & re verà est latrocinium: lucet reverentia in sanctuarium, & abominabile committitur sacrilegium: his scatet turpe sæpe Prælatum pectus; quia species, idolum zeli in introitu, & non amplius. Verùm hoc late *Didasc. seq.* num. 19.

7 Zelator debet esse Prælatus, & *non zelotypus, nec turbulentus, nec obstinatus*: ait Patriarcha ubi supr. Verba sunt diversa, sed idem significantia: igitur ita zelo ebrij sunt, ita obstinari, & decretis turbulenti, ut quasi lunatici furant, & quæ vident non discernant. *Regula* (ait Seneca *Epist.* 77.) *non quàm formosa, sed quàm rectà sit, quæritur.* Unde zelus sine prudentia habet elegantis formæ venustatem, sed regulæ & amussis nullo modo rectitudinem.

S. Bened.

*Zelotypi furit ondi.* Senec.

*Ut perpendiculo cunctos manus ipsa labores*
*Dirigit artifici, sic quoque verus amans.*
*Verus amans recto numquàm de tramite flectet.*

Oth. Væn.

Ait Otho Vænius Embl. 39. *Amor*. Zelotypus amorem habet, sed non verum, quippe à tramite recto recedit: & in cunctis quæ dirigit (estò rectis) patet cogitationis imperfectio; igitur deficit à prudentiæ perpendiculo. Nec gressum dirigit, quin turbulentus cæspitet. Dum magis consilio appropinquat, magis à consilio deviat. Tunc cæcutit, cùm obstinato animo videtur videre, & leges fugat, dum suadetur consequi.

*Et obcæcati.*

8 Quas non persecutiones, percitus zelo legis, Saulus obstinatus turbulentè excitavit Christicolis! Auctoramen à Principibus petijt in bonorum persecutionem, quasi minimè procederet in scelus, nisi compulsus: at cùm adversaretur, & aversaretur iustos fideles, securius erat flagitium auctoramine virtutis. Persecutionem movet, dum conatur zelotypus legem implere: igitur plerumque nimius zelus legis non est relaxationum reformatio, sed virtutum persecutio. *Subditò* præcipiti, ut caderet, *circunfulsit lux de cœlo*. Lux, quia in tenebris erat lumine legis, ut videret orbus oculis: & desuper venit, ut impetus zelotypi cordis fortiùs comprimeret: equidem non frangitur pectoris, cæci legis fumo in sanctitatem vexatio, ni occurrerit Deus de cœlo.

*Zelotypi reformatio est virtutis persecutio.*

Act. 9. 3.

9 Mittitur ut zelotypus Saulus fieret frugi, minister optimus superiore cœlesti auctoritate, qui pace data & recepta, erupit in huiusmodi verba mysteriosa. *Misit me Iesus, qui apparuit tibi in via, qua veniebas, ut videas.* Lustremus cuncta, an zelotypis casù occurrat resipiscentia. *In via qua veniebas* Num tautologica phrasis? Videbimus *Tom. 5. Tautolog. 2.* latè. *In via, qua*

Ib. v. 17



*Non est via qua ad Deum tenditur, sed qua virtus retrograditur.*

*veniebas* zelotypus, turbulentus, obstinatus stimulo furoris, & non legis, venichas in præcipitium, & non in legis profectum: igitur in via non ambulat, qui ambulans erat. *In via, qua veniebas*. Quà venichas, non est via: siquidem zelus sine prudentia non est semita, quà in cœlum tenditur, sed quà virtus retrograditur.

*Singularis mania.*

10 *Ut videas*, occurrit. Ergo cæcus iter egit: sed non ita lamentabile, quòd cæcus, sed quod obcæcatus. Nota personam imprudentis zelotypi in furente apud Horatium lib. 2. *Epist.* 2. v. 126.

Horat.

——— *Delirus, inspsque videri,*
*Dum mea delectant mala me, vel denique fallant,*
*Quàm sapere & ringi. Fuit haud ignobilis Argis,*
*Qui se credebat miros audire tragœdos*
*In vacuo lætus sessor, plausorque theatro.*

*Deliria Præsidum laudata spectic virtutum.*

Videbat, & gaudebat cæcitate: dicitur que delirus, quia alios furenter iudicabat cæcos. Haud aliter Saulus videns zelotypiâ legis, quæ iam transierat in affectum cordis. Mala delectabant, quæ cognitionem fallebant: & erat cæcus, quia non videbat; & magis cæcus, quia se cæcum ignorabat. Alios arbitrabatur oculis caligantes, quippe non videbant, quæ videbat zelo legis. Miniter venit ut videret, ac de insania resipisceret: unde ut lumini cognitionis effulsit prudentiæ splendor; quod videbatur zelus apparuit furor. Sanavit Archiater cœlestis hominem, manum aridam habentem; & Pharisæi, qui repleti zelo pro dici festivi observantia, ut dicit Lucas, *repleti sunt insipientiâ*. Insignis lectio, & zeli imprudentis vivida significatio! equidem zelus sine prudentia planè stultitia: & minimè qualis qualis speciem insipientiæ, sed plenitudinem usque.

*Zelus sine prudentia furor.*

1. Reg. 17. 40.

*Et insipientia.*

Luc. 6. 11.

11 Demùm. *Apparuit tibi in via, qua veniebas*. Miraculum utique minister refert, dum zelo commotus Saulus à proposito desistit: etenim zeli ardore ustus, & furore insipientiæ stimulatus; etiam coram Deo, prodigium est, quòd desistat à proposito. In via ut lucem cæcus videret, Christus qui Patris sapientia apparuit, ut qui addictus tenaciter proprio iudicio fallaci, resiperet ab errore iudicij depositione. In zelotypo cùm iudicet persecutione iustorum, se obsequium præstare Deo; impossibilis videtur eiusmodi depositio: & pro signo miraculi conversionis in corde duræ cervicis, exponitur quòd lux in itinere apparuerit; quoniam summum miraculum, ut illuminari posset. Deus fecit: quis nisi Deus qui-

*Miraculum est iudicij depositio, in imprudenti zelotypo.*

Vers. 19

ret, valeret, & prævaleret? Palàm fit zelotypus, dum ita se gerit Saulus. Cunctorum obliviscitur: vel dum quærit Deum, persequitur; quoniam nihil intelligit præter *Lex dicit*: & quòd Deus illi apparuerit in via, dicitur à ministro tamquàm res nova: siquidem omninò mirabile, dum æstuabat zeli ignibus inflammatus, quòd cogitationi tenaci occurreret Deus. Vividius Hispaniè, quippe æquivocè: *Milagro fue en tanta tenacidad, que se le ocurrieſſe Dios.*

12 Alij autem regulam sibi fingunt, & subditis in exactam observationem exponunt. Unde non regula est sibi regula; sed modus observantiæ proponitur pro sanctissima lege: & sæpe lucet cogitationis satuitas, quod celebratur observantiæ regularitas. Vestem propriam destinant Lunæ, genij & ingenij diversissimi humani; ut strictis ereiscere non possit, nisi crepet; & laxis relaxetur, dum induitur. Arma Saul aptare conantur Davidi: viri, iuveni; quæ quidem nec defendunt, nec ornant, verùm spiritum gravant. Vincere cogitabat exercitio gigantem Dæmonem, & excussit qui puer armaturam gravem. Repulit arma, quia non congrua, & sibi non arma: igitur illis necessariò timebat succumbere, dum alius illisipsis confidebat prævalere. Gratiæ diversæ sunt: in domo Patris cœlestis multæ mansiones, quippequam in hominibus multæ virtutes. Regi arma, Davidi funda: etenim si mutantur instrumenta, introducitur ruina pro victoria. *Non possum sic incedere*: air. Incederem, sed non sic. Perperàm volabit imperfectionem, qui sic & sic non potest movere pedem.

1. Reg. 17. 39

13 Præsidentia confertur Adamo in pisces, sed in pisces maris; in volatilia, sed superioris regionis; in reptilia & bestias, sed telluris. Omnia distincta & diversa sub eodem Præside, & omnium imperatore, qui quidem observare debet in cunctis diversitatem, ut qui subsunt, in cunctis observent ordinem. Alij incipiunt, alij proficiunt, alij consummantur. Incipientes ambulant, proficientes currunt, consummati volant: & ubi inest Præsidi spiritus, & abest imprudens zelus, cum stantibus stat, cum ambulantibus it, cum elevatis à terra per contemplationis alas, debet assumere pœnas. Verùm quia ille volat (si volat) velle discipulum sequi, & in æthera tolli; non spiritus perfectio, sed exhalantis in Dominum suffocatio.

Gen. 1. 28.

*Sese accommodat Superior genio bonis subditorum.*

14 Imitari intendebat Petrus prodigia Magistri sine virtute, quo morbo sæpe laborant, quique student philautiæ, non requirentes virtutem propter virtutem, sed pro-

pter

*Singularitatis arti.*

pter honorem, ambientes signa, ut virtus appareat falsa: igitur evanescit & virtus & honor, dum uti miraculum ostenditur virtutis singularis splendor. Indulsit Dominus facili conamini curiositatis, ut Petrus disceret, quid facturus, ubi Præses. Vidit Petrus Magistrum super aquas ambulantem, & voluit solus experiri virtutem. Alij laborabant ut ad Magistrum pervenirent remigando, & sine periculo: igitur secutius & facilius pervenitur labore, quàm ambita suspiciosa semper singularitate. Rarò qui inter pericula sequitur, consequitur. Venitur aliquando, sed non pervenitur: at si obtinetur propositum, semper miraculum.

Matth. 14.28.

Intende. *Iube me* (dixit) *venire ad te super aquas.* Ab ordine cæterorum recedit? Profectò cadet. *Iube me.* Videtur virtutis vox, & est proprij amoris ars; quasi à se ita recessérit, dum sui satagit, quòd nec actionem extra communem ordinem haberet minimam, nisi per iniunctam obedientiam. *Iube me.* Cupita iussio: non quod vis præcipias, sed quod volo: ita ergo fovet amorem proprium, & obedientiæ intendit consequi præmium. *Iube me venire ad te.* Ut perveniat ad Dominum, fitit præceptum? Imo in sui commendationem, uti imperfectus, Petrus quærit miraculum; ut habeat excusationem intendens temeritatem, tamquam abfuisset conatus, ni fuerit iussus: & altiùs recondebatur vitium singularitatis, dum intentio micabat velo virtutis. *Super aquas.* Aliter, minimè iubeas. Non quærit Deum, sed se quærit, qui ita pervenire satagit. Illi à philautia disponitur semita, quæ nulli via: ducit singularitas; ut non Dei, sed propria fiat utcumque voluntas: etenim si non ducitur quò vult, & quo velit; quò se tendere dicit; nequaquàm ibid.

*Titulo sanctitatis sibi consulit.*

Vers. 29

15 Ultrà progrediamur. Sicut Magister, volebat super aquas ambulare, & ait: *Iube me venire.* Concelsit, & ambulavit; sed in cursu cæpit mergi, & absdubiè mergeretur, ni accelsisset in periculo Salvator. Acuit mentem: Cur Dominus annuit Petro per aquas gressum, cùm præsciret in progressu naufragium? Præsul Petrus futurus, in quibus quandoque zelus, ut subditi non aliam ducant viam, Deum querentes; quàm quà proficiscuntur Superiores: minimè se aptantes genio, & inclinationi rectorum, sed horum in proprium retorquentes ingenium: & ut discat præsul Petrus, ex his quæ passus; per naufragium exponitur periculum zeli, ardentiæque immoderatæ, in animarum regimine: quandoquidem dum permittit (quid, si intendit?) se à subditis sequi, ubi & quando non sequendus; periclitabitur virtus. Gravat pondus imperfectionis. Via fluxa est, ut spiritus sit stabilis: sollicitante naufragium, qui permiserit gressum; quoniam minimè via, quà subditi in profectum eleventur, sed quà virtutes summerguntur, spiritus suffocantur. Transfertur fervoris ignis ex altari pectoris, quo fursùm flamma, in puteum ubi nequaquàm respirat: unde reclusus suffocatur, extingitur, transiens multoties in aquæ frigiditatem, dum intenditur clausura conservari fervorem. Fallunter miserè Prælides in regula directionis: igitur vis mandatorum leviter curritur, dum cor subditorum inter exercitia dilatatur.

*In subditis sit imitatio virtutis Præsidis, non modus ipsitatis*

Pie. Val

16 Rosa, ut astruit Pier. Valerianus *lib. 55. cap. 8.* est symbolum regni, & recti regiminis. Rosa armatur spinis, & delectat sensus fragrantia odoris. Rutilat venustate foliorum, & pungit acerbitate spinarum. Utroque gaudet, & utroque floret; etenim si tota semes, non esse rosa, sed rubus: si tota flores, langueret dignitatis respectus: & in rosa symbolum exponitur Superioris prudentis; quia aliquando subditis suavis, aliquando verò debet esse terribilis. Ni intelligere velis, ut subditi tacitè stimulentur in virtutem, videntes ita figi Superiorem; congruere sæpe sibi servare pungentes spinas, subditis blandientes rosas.

*Rosa symbolum prudentis regiminis.*

S. Bened.

17 Videte Superiores recti prudentiam à cœlo probatam. S. Patriarcha N. usum carnium *nisi debilibus & infirmis* interdicit: *Regul. S. cap. 36.* Moti eius sanctitatis fama Monachi aliqui Græci, magisterium optarunt, ut sub vexillo Regulæ Christo validiùs militarent, maximè præsente Duce. Pervenerunt gressu, sed ex itinere lassi, & all. qui ægrâ ærumnis valetudine; quibus iussit apponi in cœnam carnes, ut revivisscerent conquassatæ vires. Noluerunt comedere, conscientiæ stimulis acti, quinimò cum aliquo scandalo facilis indulgentiæ. *Benedictus igitur* (refert Gabriel Bucelinus ad *Ann. 535.* cognoscens cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt) *mellifluis verbis cœpit eos consolari, & ut cum charitate comederent, vivis exemplis exhortari. At cùm solari nollent, Domino nostro se committens, duxit eos ad cæmeterium fratrum. & facta oratione vocans mortuos fratres, clara voce præcepit, ut omnibus audientibus dicerent, si pœnam aliquam sustinerent pro comestione carnium, quas iussu eius comédissent. Mira res, & omninò stupenda! Clara voce omnibus audentibus respondérunt: Imò Pater Sancte, magna nobis gloria: & quia mandatis tuis in omnibus obedi-*

*Stupendum miraculum S. Benedicti.*

Bucel.



*divimus, in sinu Abrahæ collocati sumus, & ante conspectum Divinæ maiestatis cum Angelis, & SS. Confessoribus semper adstamus, donec dies iudicij veniat, & resumptis proprijs corporibus, duplicem stolam recipiamus.* Ecce quomodò Benedictus elegit sibi mortificationis fenres, & subditis protulit pro opportunitate flores.

*Corona cur radiata, & spiculata?*

18 Olim coronæ radiatæ & spiculatæ, ut capita coronatorum pro meritis commendarentur fulgore dignitatis, vel spiculis timoris. Extrà, radios habebat, & decore tribulos.

*Tantæ molis inest regi diadema coruscum.*

Solorz.

Cecinit Solorzanus *Emblem. 15.* & pro epigraphe addit: *Munus inversa docebit.* De curis, atque angoribus agit coronæ, ut ambitio tanti non emat, neque sitiat pœnitere. Aliud acumen habet radiorum vulnerantium, & rutilantium acumen, ut sit potestatum suavissimum moderamen. Corona & habet radios auctoritatis fulgentes, & peracutos socios potestatis mucrones. Quo non pungit, ut subditos pungat, coronam apprehendit, qui studet in munere portare maiestatem, & non laborem. Ita munus minimè docet: *munus inversa docebit*: quandoquidem plausibile regimen, ubi sibi Præses legit amaritudines, & licitas subditis pro tempore prætermittit voluptates. Nemo obstat, ut dum subditi vacant sobrio convivio, sicut Iobus sacrificet Deo, & sicut David induatur cilicio: verùm sibi delicias, & filijs pœnæ, sibi rosæ, alijs spinæ; non est phronesis regiminis, sed phrenesis: quandoquidem nullus sequi quibit Superiorem, ni viderit præcedentem.

*Parcit subditis, qui sibi non parcit*

*Præses furiosus, qui mitius.*

19 Hi, qui nolunt onera vel digito tangere, zelotypia sæpe stimulantur in munere. Prætereunt res gravissimas, & excandescunt ad leves prætermissas cæremonias; quasi parum interfit, quòd Domini præcepta frangant, modò lotis manibus ad mensam sedeant. Hic est zelus? Expuit muscam, & colat flatuam? Excolat culicem, & devorat anguem? Cur irascitur? Quo movetur? Furit absdubiè. Sitiebat sanguinem Iudæorum impius Aman, quam personam cum moribus induere soler Præses superbus. Quia Mardochæus non flectebat genua, flagrabet ira. Plerique coram tyranno, quia genua non flectunt, studio etiam ad recta curvantur. Idpia constituit maiestatis ambitio, quæ arte vivificat adoratio; igitur pungit corda tamquàm vulnus lethale, omnisio propudiosæ reverentiæ. *Mardochæus non flectebat genu, neque adorabat eum.* Quanta pœna in huiusmodi crimen? Ipse offen-

Esth. 3. 2.

sus cogitatione decrevit: *Iussit excelsam præparari crucem.* Considera culpam, & pœnam. Contemplare zelo perculsum quali fulmine tumidum Præsidem. Fovet cum zelo furorem: igitur ni instauret; nullo modo iuberet, subditum suspendi & tolli in crucem, quia ingredienti aut egredienti non fecit inclinationem. Hisp. *Por faltar à una ceremonia, qué le ahorqueal*

Cap. 52 14.

20 Perpende. Superior constitutus à Rege, non studebat iuri, sed tantum adorationi, ut penes eum esset imperium per fas & nefas omnimoda auctoritate, & voluntate lege; quandoquidem communitatem numerosissimam & religiosam delere decrevit Ethnicus, quia revereantiam, quæ Deo, sibi non tribuebat populus. Regulam inconcussam assignat Seneca, ut iustum Superioris innotescat ratio, vel iniuria. *Hæc autem* (ait *Epist. 47.*) *præcepti mei summa est. Sic cum inferiore vivas, quemadmodum tecum superiorem velles vivere.* Iniuria erit, quam tibi à Superiore factam, iudicares iniuriam. Erit iustum regimen, iussio secundùm legis, aut rationis rectitudinem: verum intolerabile, quòd Præses decernat tamquàm iustiriam, quod subditus arbitraretur offensam; nolens prætermittere omissam levicule inclinationem, qui nullam & nusquàm observavit legem, sibi parcens circa totam legem fractam, & suspendio intendens corrigere ceremoniam. Afficiuntur sæpesæpius huiusmodi vulnere, qui subditi semper defecerunt à lege, & ratione dignitatis recipiuntur frugi. Hic ars necessaria est, ut non excutiant iugum, qui totâ vita voluptuose portarunt: equidem non est legis iustissimæ auctoramen, si ante officij dignitatem Præses pessundedit legem.

Seneca

*Summa Prælati.*

*Legem respectuam facit perpetuus.*

21 Paulus conversus rediit in Ierusalem, unde exierat, ut vexaret asseclas Christi, & illi in templo, in stupore mentis oranti, dicitur: *Festina & exi velociter ex Ierusalem, quoniam non recipient testimonium tuum de me.* Quare ergo si inter Gentes acceptissimum Pauli testimonium; in Ierusalem minimè recipiendum? Superiores estò immaculati, conditioni humanæ subiectionè advertæ, plerumque odiosi: igitur si egrè fert præstantissimos meritis, quid deteriores? Paulus acerrimè persecutus fuerat, quorum legem prædicarat: & eius interdicitur prædicatio, ubi nota persecutio; quippe non congruit, quòd legem extollat vocibus, cui concradixit prædicator operibus. Suspiciosa lex utique, in qua opera advertantur præscriptæ legi: & Paulus quantumvis prædicator eximius, deputatur regionibus, ubi non

Act. 22. 18.

*A relaxatione eius propter periculosa fidei, cum fuit fundamentum veritatis*

po-

notus: igitur ibi vita testimonium erit prædicationis; & ubi notus, indicabitur falsum testimonium veritatis.

22 Ultra. *Non recipient testimonium tuum de me.* Veritatis est profecto testimonium, sed non recipient, quia tuum. Per alios tui instituti recipietur novæ legis prædicatio, per te etsi veritatem agnoscant, recipiet nemo: siquidem lex bona amittit auctoritatem, dum frangi videtur per ipsum prædicatorem. Illam persequebatis, quandiu non noveras: & in ore tuo elanguebit splendentis verbi claritas; quoniam malitia suspicabitur, non prædicari novam legem conclusione resipiscentis rationis, sed ratione collatæ dignitatis. Pridem exterminium legis novæ conabaris, modò sequendam ardenti zelo propones. Non recipient quamvis de me uti durum, tuum testimonium; igitur grave cunctis in observatione legis, quòd quitregit undique subditus, impellat subditos in exactionem Prælatus. Non accipient testimonium, quippe in vero zelo non arbitrabuntur zelum, cum viderint proclamantem, quem viderant persequentem. Festina ergo, & exi velociter de Ierusalem, ne videatur auditoribus furor, legis ardor: etenim homines videntes eiusmodi Præsides, sugillantes nimietatem, minime vocant zelum, sed furorem. Ita Dei consilium cognoscentis dotes & indolem Pauli. Vigilent quibus incumbit in munerum electione. Suggerit vel in bonis aliquando cogitatio: Cur is, ad cuius conversionem necesse fuit Deum descendere de cœlo? Hic non opus est armis, sed incognita dexteritate Præsidis. De aqua Galli fluminis, de quo Plinius *lib. 5. cap. 32.* astruit Caulsinus lib. 1. *Symbol.* 42. modicè potam mederi malis corporis, immodicè verò insaniam influere mentis. Patet zelo regula, ut extinguantur subditorum crimina, & sit rationis & minimè furentis pectoris flamma. Monet Horatius *lib. 1. Satyr. 1. v. 106.*

*Est modus in rebus, sunt certi denique fines*
*Quos extra citraque nequit consistere rectum.*

*Perc. tàm lex auditur à præva ticatore.*

*Aqua Galli fluvij, eiusque conditio?*

Caulsin.

Horat.

## DIDASCALIA III.

### *Quanta iniquitates sub velamine virtutis!*

Gregor. Nazian.

1 EXclamat Gregor. Nazianzenus *Orat. 40.* Exterioribus signis virtus cognoscitur, verùm in pectore non cognoscitur virtus; igitur pro virtute adoptantur scelera; quippe signa virtutum, vitiorum signa.

*Et mala sunt vicina bonis, errore sub illo*
*Pro vitio virtus crimina sæpe tulit.*

Ovid.

Canit Ovidius lib. 1. de *Rem. Am.* Allicit oculos vel virtutis nomen, quoniam rationis captivitas & blandimen; verùm virtutis tantùm rurilat velamen: igitur dum quæritur speciosa æmulabilis cultitas, apparet abominabilis larvata iniquitas. *Inebriemus patrem nostrum vino*: dixerunt filiæ Lot. Uxore mortua cor mœret, spiritus tot inter funesta languet: vinum curas levat, cor lætificat: ergo potemus patrem vino. Erit ne charitatis affectio? Nullo modo: velamen virtutis, & medicatum studium iniquitatis; ut officio duceretur suaviter in ebrietatem, & ebrius admitteret execrabile crimen.

Genes. 19. 32.

*Iniquitas culta speciatur sub virtutis.*

*O vita fallax! Additos sensus gerit,*
*Animisque pulchram turbidis faciem induit:*
*Pudor impudentem celat, pietas nefandum.*

Senec.

Dicebat Theseus apud Senecam in *Hippolyt.* Act. 3. v. 915. Unde ergo huiusmodi artificium? Dicit S. Benedictus *Regul. S.* cap. 72. *Est zelus amaritudinis, & zelus bonus.* Zelus bonus est appetitus vindictæ pro vulnere illato legi. Zelus amaritudinis est appetitus vindictæ propter dolorem pœnæ. Hic ut pœnam inferat: ille ut culpam auferat: cæterum cùm multoties non sit culpa, & regnet ira, quam lex nisi in criminosos vetat, & ratio iure repugnat; ne videatur apertè rumpere legem, innocentis fingit crimen: & apparet amaritudo perculsi flagrantis animi, sub velamine pulchro, sed pellucido zeli.

S. Benedict.

*Animi amaritudo distinctiva zeli.*

2 *Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum.* dixit ignivomus Elias, postquam sacrilegi, criminum iugulo dedere pœnas. *Pro Domino Deo exercituum.* Zeli boni iudex astruit testimonium: igitur zelus clarescit ubique bonus, dum iudex facit, quæ facturus Deus. *Zelo* (inquit) *zelatus sum.* Zelatus est strenuè Domini gloriam coram Rege, & omni populo: cur igitur additur, quod zelatus fuerit zelo? Propter vindictæ finem, cùm Dei videret profanatum honorem. Plurimi zelantur Dei honorem non propter honorem Dei, sed propter intuitum pessimum utilitatis, ex zelo honoris: & Elias dicitur etiam cum vitæ periculo, gloriam Dei zelari zelo; quoniam propter gloriam solam Dei defendit acerrime cautam, & non propter zeli gloriam. Ardet zelatoris pectus, sed ignoratur, an virtus; quippe ni interesset propria, honoris Dei sæpe negligeretur offensa; & zelo zelatur, dum in profanos pectus Thesbitæ accenditur; igitur vindicta originem habuit à lege, sed non à lege vindictæ. Zelatus est legem zelo, non legis damtaxat cultu, quo propriam improbi Præsides vindicant amaritudinem, lege tantùm ad speciem: siquidem dum manus extollunt, & femur percutiunt, perpendentes subditorum audaciam, Dei proculcatam gloriam, legem protriram; ob ultionis occasionem nactam, intrinsecùs rident, & ut ait Ovidius lib. 1. *Amor.* Eleg. 8.

3. Reg. 19. 10.

*Diffaut summi gloria zeli, & zeli gloria.*

*Impia sub dulci melle venena latent.*

Ovid.

Ita impia, quòd honorem Dei pectus præteriret despectum, ni in ipso zelo præsentiret commodum.

3 In exterminium domus Acab, & sacrificulorum Baal, eligitur Iehu, & elevatur in thronum Israël. Fecit quod ei Dominus præceperat, & gloriabatur de zelo, quasi per illum propagata religio: unde dixit ad Ionadab: *Veni mecum & vide zelum meum.* Videamus exactè, quod ipse cupit videri. *A peccatis Ieroboam non recessit, nec dereliquit vitulos aureos.* Idolatra erat, & opponitur idolatris? Servat vitulos aureos adorantes, & interficit Baal adoratores? Frequens vitium in aula, & regum amentia. Non iugulat idolorum cultores, quia adorabant idola; sed quia quæ ipse adorabat, non colebant simulachra. Minimè quia lex Domini prætermittitur, sed quia negligunt idola, quæ veneratur; igitur idolorum fuorum prætermissum adorationis studium, est maximum sacrilegium. Omnes aberrant in adoratione, igitur interdicitur lege: verùm in factione Principum supplicium promptum; siquidem in regno cuncta proculcantur simulachra præter propria.

2. Reg. 10. 16. Vers. 29

*Secura vindicta legis laesæ.*

Ovid.

*Non adorare, quæ princeps adorat, sacrilegium indicatur in aula.*

4 Huiusmodi idola in regimine sunt vitia maximè factionum, queis languet in mortem vel spectabile regnum. Alius adorat libidinem, alius throni maiestatem, alius avaritiam, omnes seipsos. *Citò nobis placemus* (ait Senec. *Epist. 49.*) *si invenimus qui nos bonos viros dicant, qui prudentes, qui sanctos. Nec sumus modica laudatione contenti: quicquid in nos adulatio sine pudore congessit, tanquam debitum prendimus: optimos nos esse, sapientissimos affirmantibus assentimus; cum sciamus illos sæpè mentiri: adeoque indulgemus nobis, ut laudari velimus in id cui contraria cùm maximoperè facimus. Sequitur itaque, ut ideo mutari nolimus, quia nos optimos esse credimus.* Hinc devia, quæ non via nostra: proterunturque propositò simulachra, non quia idola, sed quia aliena.

Senec.

*Proteritur idola, non quia idola, sed quia alterius.*

5 Huiusmodi calliditatis artificium frequens inter industrias, sive solertias aulicorum. Unusquisque in via errat, & suâ; & compellitur politicâ agendi ratione, ut erret regiâ, ne accusare zelo possit, quod ipse commiserit. Patet in Iehu. Interfecit Ioram & surripuit sibi regnum, imò fecit, ut primates civitatis iugularent septuaginta filios Regis; quorum capita cùm vidisset, *Dixit ad omnem populum: Iusti estis: si ego coniuravi contra dominum meum, & interfeci eum, quis percussit omnes hos?* Ipse intentionem cordis expresit, cùm in filios regis subditos insurgere compulisset. Populus cognoscit regem sine iure ad regnum, rex sine lege à subditis semen regium iugulatum. Solicitat princeps subditorum crimina, ut semper sit impunis commissa noxa. Tacet princeps, ut subditi taceant: indulget promptè, ut indulgeant: igitur in perduellionis culpa, in subditis & principe nostra, si subditi infimularent principem coniurationis; illos pollet princeps coarguere infidelitatis.

4. Reg. 10. 9.

*Princeps sæpe iugulget subditos rum crimina, ut indulgeant.*

6 Ergo instituto. Idolum Baal destruxit Iehu, & non Vitulos aureos, cùm ad omnia idola extenderetur lex. Si Vitulos aureos destrueret; suspicabatur sensim defluxum ire regnum Israël, causâ religionis & proximitate templi, in regnum vetus, Iuda. Sacerdotes Baal, & idolum non turbabant regnum, sed religionem; & in hos convertit ensem; quippe sine dispendio utilitatis, zelus ardet religionis: verùm dum micat vel leve principatus dispendium; conservabitur idolum, zelus refrigescet, religio dissipabitur, flamma fidei extinguetur in ara pectoris, quoniam à principibus solummodò adoratur idolum utilitatis: & flocci faciunt, quòd subditi offendant Dominum, modò cum religione non surripiant principatum.

*Curat de religione, si convenit urbi statui.*

7 Cæterò. Dicunt Rabbini Iehu offensum fuisse ab Acab, plurimisque injurijs affectum, maximè quia Iehu Baal despiciebat idolum. Eligitur in regem, ut exterminet semen Acab & idololatriam, Dei offensionem & populi ruinam; quæ omnia opere fauste complevit, sed Vitulos aureos in excelsis adorandos reliquit. Zelus religionis urgebat in cuncta idola, & reliquit in Bethel scandalosa populo simulachra; quoniam principum religio, solummodò habet entitatem à commodo. Hæc relinquit, & idolum Baal gandibunde ab ara proterit, infundens sanguinem impium adorantium idolum. Hic latebat propria offensa, & patebat Dei injuria: punitque in sacrilegis in-

*Sub titulo vindictæ legis, fuit dest privatis.*

fensis & usque ad sanguinem, impij simulachri adorationem; quippequàm securè ulciscebatur iniurias particulares, sub prætextu & colore religionis.

8 Patet hinc zelus Iehu. Laudari intendit, dum specie zeli contraria facit. Zelus legis ubi non est incommodum, urget pectus. Remittitur, ut suspicatur levem imminutionem principatus: etenim cùm lex omnem condemnet simulachri adorationem; qui zelator, indulget ob propriam utilitatem: quandoquidem fluxa, potiùs perfida, fide connivet, pronos in simulachra pervagari sine lege. Ideo additur: *Porrò Iehu non custodivit ut ambularet in lege Domini Dei Israël in toto corde suo.* Ambulavit in lege, verùm non in toto corde. Toto corde custodire legem, est observare præcepta lata, quia Dei præcepta, sine interpretatione, ac glossemate legum, & sine acceptione personarum: & dum pro lege in idololatras princeps conflagrat zelo, legem non custodivit corde toto; quoniam adoratoribus vitulorum aureorum indulsit, quod in Baal adoratoribus acerrimè animadvertit. Cor aptandum legi, non lex cordi. Lex respectiva non est, ut quandoque velit, & quandoque nolit adimplere cor: & in toto corde Iehu non ambulavit iuxta legum præscriptum, estò in flatus extolleret pro iure zelum; quia fatagebat interdùm de propria voluntate iuxta legem, interdùm verò de lege iuxta propriam voluntatem: unde dum expectabatur à rectis pro zelo vera religio; apparebat & culta religione abominatio: lex utique contra legem, speciosum velamen, sed velamen.

9 Nota. Iehu ergo dicitur: *Studiosè egisti quod rectum erat. Porrò Iehu non custodivit ut ambularet in lege Domini Dei Israël in toto corde suo.* Si rectè non ambulavit in lege Domini, minimè aptavit operationes legi: quomodo ergò si legem non custodivit, studiosè rectum fecit, vel custodivit rectitudinem, qui operatus ultra legem? Quia larvata religione. Quia egit rectum, sed non rectè. Frequenter in Principibus latent iniquitates sub velamine virtutis: & dum præstant operationes floridè ad extra iuxta legis rectitudinem, si eviscerantur, apparet tantùm rectitudinis velamen. Ideo cùm *tempus acceperit*, scrutator cordium vel *iustitias iudicabit*: quippequàm apparebit in iudicio abominabilis noxa, quæ coram oculis hominum extollebatur iustitia. Qui viderit Iehu incumbentem anxiè exterminio domus Acab, intelliget factum studio pro zelo Dei: & non erat zelus, sed scelus: non amor religionis, sed principatus: igitur interfecit idololatras non propter idololatriam, sed nec ullus remaneret, cui ius esset ad coronam. Rectum egit & studiosè, & quia studiosè non rectè. Rectum, quia domus tota proculdubiò morte digna. Non rectè, quoniam quæ agere debebat iure zeli, retorsit intuitu commodi. Unde quæ fulgebat ad extra pulchrè iustitia, introrsùm turpis latitabat offensa. Exteriùs speciosa religio, sed in corde abominatio.

10 De iustitia, quæ cùm terras habitaret, vocabatur Erigone, fictum à Poetis, in cœlo collocatam inter Virginem & Scorpionem. Quapropter Virgilius mirè blandiens Augusto, prædicit cedenti fato, lib. 1. *Georg.* v. 32.

*Anne novum tardis sidus te mensibus addas,*
*Qua locus Erigonem inter chelasque sequentes*
*Panditur: ipse tibi iam brachia contrahit ardens*
*Scorpius, & cœli iusta plus parte relinquit.*

Si Scorpionis virus in tribunalibus serpit; sanè ingreditur iustitia, cùm brachia contrahit. Cogitaverunt homines in cœlo, quæ fiebant in mundo; ut exemplis gauderent, vel immune scelerum infamarent. Iustitia per Libram signatur, & inter Virginem, Scorpionemque statuitur. Virgo benevola constellatio, nociva Scorpio: & quamvis præstet Iustitia, ubi separat media corruptionem & iuris integritatem; dedecus inest stateræ iustitiæ, dum corruptio & integritas ponderantur æqua lance.

11 Quæritur avidè iustitia in cœlo tribunalis, maximoperè ab afflictis. Lucet in throno decora, ut accedat fiducialiter cordium querela, referens libello vocis vulnera altissima pectoris, ut illa sententiam fulminet iuxta legem, proterens passionum malignitatem: sed cùm absideat Scorpio, dum ius dicit; leges malitiâ corrumpit, & pro regulis iuris, virus viget Scorpionis: pro Iustitia, iustitia vulnerata, ab affectione corrupta: pro lege, pectoris amaritudo; pro iure, cordis affectio; pro decisionis regula, gladius; pro sententia vulnus; pro medicina, toxicum; pro tribunali patibulum; pro iudice, carnifex; pro censore, vindex; & pro theatro, venerabundâ specie carnificina, ut sumptibus proprijs decolletur innocentia.

12 Huiusmodi situs Astræ inter virus Scorpionis, & pulchritudinem Virginis, notat toxica amari pectoris iudicis. Expeditionem argumenti causæ sumit, & sententiam de actis perfert: unde maxima (vel iuxta leges sententiâ) perpetratur offensa, quia

Vers. 31

*Sæpe in ruinam lex iusta voluntatem zelatoris, non zelator iusta voluntatem legis.*

Vers. 30

Psal. 74. 3. *Iniquitates sub specie religionis.*

*Imago iustitiæ.*

Virgil.

*Eius corruptio.*

*Pravitas, offensa.*

*Lex contra legi.*



*Sed velo rectitudinis culta*

quia extrinsecùs sententiæ minimè apparet censura; igitur lex affectionis obtegitur lege, & nefas perspicuo iure. Si Scorpio tantùm esset cum Astræa, palàm fieret iniuria, vulnus legis, & depravatio iuris: at iustitia statuitur inter Scorpionem & Virginem, ut bracteis iuris sententia eludat cogitationem, bibito veneno sub habitu venerando: siquidem dum in Virgine pulchra Iustitiæ lucet integritas, in sententia latet Scorpionis iniquitas.

13 *Summum ius*, ut vidimus præc. Didascalijs, dicitur *Summa iniustitia*. Aptiùs dixit Terentius in *Heautont.* Act. 4. Scen. 5. v. 48.

Terent. *Ius summum sæpe summa est malitia.*

*Et aurata vestpa.*

Iniustitia semper est: & index causam sumit in deteriorem partem, quoniam legem habet adiutricem, & nentiquàm in iudicijs expedit, quantum licet. Hæc est iustitia & iniuria; sed cretcit offensa, dum ius summum est malitia. Malitia est astuta perversitas mentis, quia appareat species perversitatis. Minimè hæc resudet in facie, sed in corde: at cùm iuxta intentionis propositum, & non iuxta vel citra corticem iuris, sit vel iustum, vel iniustum; quicquid in iudicio summa micat iustitia, est malitia legibus perniciosa: igitur sub velamine integritatis Virginis legis, grassatur venenum Scorpionis intentionis, & vindicatur animi amaritudo, vestita seu picta zelo. *Increpabant* Pharisæi cæcum, lucis avidum (cum audisset, quòd Iesus transiret) *ut taceret.* Ille sedebat cæcus, sed Pharisæi erebant obcæcati, caventes fieri miraculum. Hoccine planè livoris officium: carebit invidia commodo; modò careat, qui meretur, plausu: verùm seipsam in studio lancinat, siquidem prodigium, & necessitas oppressa magis clamat. *Increpabant, ut taceret.* Cæterum quare? *Gentilis erat*: subdit Saa hic. Non erat ex eorum professione, quia vivebat Ethnicus sine lege; cui minimè favebat propria, eorum interpretatione siniistra. Miraculum impedire volebant, ne plauderetur auctor, & amplior, quàm habebat, cederet honor. Palàm conari, videretur audacia. Arte ergo erat construenda malitia: & nulla industrior, ut cæcus caperet lumine, & Christus iure ampliore auctoritate; quàm pugnare adversus favoris legem, lege aversum desiniente favorem. Tunc enim affectio nanciscitur ictus, dum quod pungit ut virus, apparet zelus.

*Tristia ori invidia.*

Luc. 18. 39. Saa.

14 Videte in Iezabele calumniam Argolicam, uti à fœmina & tali meditatam, & adversus innocentiam. Arripere intendit vineam Naboth; & falsum testimonium excogitat prælectione ieiunij, quasi argumentum esset de religione, sub cuius titulo celaretur insidiæ, optatum habentes exitum, iuxta malitiæ propositum. *Falsum*, scribit, *testimonium dicant: Benedixit* (scilicet, *Male dixit* per *Euphemismum*) *Deum, & Regem*: cuius criminis audacia luebatur capitis pœna, iuxta præscriptum, *Exod.* 22. 28. Falsum testimonium fatetur, & lex prohibet etiam falsum dicere testimonium. Hoc est iudicium? Haud satis videtur posse superbiæ Principis, ni leges retorqueantur contra leges. Testimonio estò falso, quin exprimeretur falsitas, posset comitti nefas; sed quia nefas, iuris deficiebat auctoritas. Culpa punitur iuxta legem, quæ non culpa, iuxta voluntatem. Malum, titulo legis punitioni studere virtutis; sed scelus habet titulum, & testimonium: at procax Iezabel dicit, *Testimonium* & *falsum*; quia nihil iam malitiæ restabat, ut ius destrueretur iure, quàm quod nefas infandum exponeretur pro lege. *Falsum testimonium.* A iudicibus agnoscitur, & tamquàm legi, voluptati Reginæ suffragantur. Proh dolor! Quoties à Doctoribus, à Præsulibus, à Iudicibus summittitur suffragium, agnoscentibus etiam falsum testimonium! Haud munus agunt iudicum, sed iure venali blandientium: quandoquidem non habent alias præscriptiones iuris, præter voluntatem & prolubia dominantis.

3. Regi 21. 10.

*Nefas pro lege.*

*Legis iuxta vo luntatem dominantis.*

15 Testimonium erat *Maledixit Deum & Regem*: falsum verò, quia non dixerat. Rex repulsa Nabothi erat offensus, & indignatus: verùm si Naboth vineam venderet, esset iure criminosus; quippe lege cautum, ne propria hæreditas transiret in alienum: & adimpleri ab illo divinæ decreta legis, exponitur à iudicibus crimen læsæ maiestatis. Vid. Ambrosium libr. 3. *Offic.* cap. 9. Sit ergo. Crimen læsæ maiestatis crimen est capitis; ad quid igitur si in mortem sufficit crimen expositum, additur in testimonium, quòd blasphemaverit Deum? Ut fœmina procax non fraudaretur cupitis, & Naboth haud quaquàm fugeret supplicium capitis. Causa si esset inter subditum & Regem, iudices possent subodorari palliatam lege aliqualem intentionem, vel occasionem à Rege datam in huiusmodi ambitu, ut Naboth inurbane responderet cum fastidio: erga Deum non potest esse excusatio: & de honore Dei despecto agitur in testimonio: quippequàm in causa vel levi despecti divini honoris, etiam iudices improbi subscribant oculis clausis.

*Duplex tur causa in ob sequiosa vindicta*

16 Vincit fœmina arte, quod nequit

*Cautela in vindicta propria.*

sure. Crimen erat cum duplici termino offensionis, Dei videlicet, & Regis: & ut pateret sub crudelitate clementia, & sub odio circunspecta iustitia; Dei non offensi arte inseritur offensa in falsa causa: etenim licet generosè posset propriam sine ultione præter-mittere, Dei nequibat sine supplicio indulgere. Unde specie legis vindicta nacta, & sine nota; quippe nemini, improbo licet, displicuit quòd honorem Dei in blasphemo vindicaret. Huiusmodi pectora sunt uti albata sepulchra. Forinsecus nitent: si aperiantur, fœtent. Nero uti scribit Suetonius Tranq. *cap.* 47. habebat præsentaneum venenum in aurea pyxide conditum. Haud aliter horum iudicum & Principum corda, foris aurea, intùs venena.

*Pyxis Neronis.*

17 Cadit aptè aliud exemplum, à Cæl. Rhodigino prolatum. *Apud Babyloniam in Apollinis templo auream mirè venustatis arculam quandoque compertam legimus, ex qua conflata vis pestilentis, ac perniciosissimi aëris sese profuderit, ut diffluatus non modò eos qui aderant venenosa ac lethali infectos tabe conficeret, sed pestifera, incredibilique potestate grassatus longè latèque etiam in Parthos afflaret. Apud Seleutiam post dirutum templum, & perlatum Apollinis simulachrum Romam, fuisse à militibus inventum anguium foramen, quod prius Chaldæorum Vates occlusissent: eoque meditari aviditate reserato, lethiferum, adeoque atrocem vaporem desiluisse, ut furens sit debacchatum.* Hæc ille lib. 8. cap. 12. Ecce pectora iudicum sicariorum legum, & iuris procuratorum. In sententia fulget auro legis facies iustitiæ decora, verùm abduntur viscera venenata. Honorem Dei legibus videntur quærere, & tunc Dei honorem fatagunt intra vela profanare. Cultus rutilat elegans; & deauratur falsitas. Hypocrita nitet facies, & viget pestilens indoles. Speciosa apparentia, turpis substantia, simulachrum rectitudinis, imago veritatis, velamen Astrææ, titulus iustitiæ, vox legis, species integritatis, idolum incorruptionis: sed revera iugulum innocentiæ, stuprum iustitiæ, sentina vitiorum, cloaca pestum, sententia suffragijs subdole decorata, & ita in pectore cuncta venenosa reptilia, ut plaudatur & muneretur crimen, dum iustitiæ & virturis zeli dumtaxàt fulget specimen.

*Cæl. Rho.*

*Symbola depravatæ iustitiæ.*

18 Aliud ingeniosum pro iustitia constuprata symbolum describit Sebastianus Orozzius, nimirùm Scyllam, periculum marinum, difficilè tretum: igitur iam inter iudices quærere iustitiam, est quærere scopulum, quo navis causæ alliditur, & innocentia cum opibus naufragatur. Audiamus anonymum: an malignum? Rideamus, vel ploremus.

*In Institutis, vos comparo brutis.*
*In Novellis, comparo vos asellis.*
*In Digestis, nil potestis;*
*In Codice, scitis modicè;*
*Et tamen appellamini Doctores.*
*O tempora! ò mores!*
*In Decretalibus, similes animalibus:*
*In Decreto, fato ceto,*
*In Sexto, sicut Digesto,*
*In Clementinis, lupinis,*
*Et tamen apellamini Doctores.*
*O tempora! ò mores!*

*Orozz.*

*Iurisconsulti imperiti.*

Ergo consideranda causa, qua Scyllæ confertur & propriissimè iustitia. Scyllam, fingit Ovidius lib. 14. *Metam.* Fab. 1. Horatius de *Art. Poet.* à v. 1. fœminam pulcherrimam, & Charitibus speciosam, dolo Circes in monstrum fuisse conversam, & monstrum portentissimum quasi congruentibus membris ex diversis animalium; sed remanente pube tenus virginis imagine, ut magis incauti deciperentur specie. Cecinit Virgilius lib. 3. *Æneid.* v. 426.

*Scylla periculosum marinum.*

*Virgil.*

*Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo*
*Pube tenus, postrema immani corpore pistrix,*
*Delphinum caudas utero commissa luporum.*

Quæ non trahet huiusmodi prima facies? Verùm pellicit pulchritudinis species, igitur quæ apparet iustitia pulchro pectore virgo, est turpis abominatio. Videtur actio oculorum primo iactu ad amussim legum, quasi ad apices rationalium præscriptorum. Prima iudicis hominis facies iuxta momenta rationis, suffragium iuxta examen auctorum, decisio iuxta sententiam prudentum, ut in tribunali sedeat elegans ratio, & pulchro pectore virgo. At si pectus denudetur, intentio detegatur, rumpatur velum, & demonstretur cordis propositum, proh nefas! pro speciositate legum, rabies adest canum dente commissa luporum, leonum, tigridum, inhumanitas ferarum, serpentium toxica, ac in corde aurato universa reptilia.

*Symbolè stellionatus improbi iudicis.*

*Iudicum sub iure sacro pera iniquitatis.*

19 Pectus hominis sæpe dicitur templum Dei, in quo servatur iustitia. Ergo videamus templum, ut clareat quid pectus hominum. Ductus est in visione Dei Ezechiel in Iernsalem iuxta portam interiorem, quæ respiciebat ad Aquilonem, *ubi erat statutum idolum zeli ad provocandam æmulationem.* Ideù, Deum, ut recederet à sanctuario. Cur ergo? *Idolum zeli fuisse concavum, cuius oculos plumbo idololatræ implebant,*

*Erech. 8. 3.*



*Quid & quale idolum zeli?* Rab. Moysi.

*Sub fictio zelo ardet ultio.*

*Non est ze us sed fictus.* Vers. 9.

*Vers. 10*

*Vers. 11*

*Est zeli velamen revera crimen.*

*bant, quod quidem plumbum accenso intùs igne liquefiebat, & imago videbatur fieri:* ait Rabb. Moses in lib. 1. *More.* Ecce specimen pectoris improbi iudicis, sese vindicantis titulo legis, & auctoritate potestatis. Neronis instar plorat, dum sententiam mortis fulminat, & intùs lætatur corde, blandiens sævitiæ. O pectus perfidum! Videtur à compassione fontem oriri lachrymarum, cùm à vindicta manet; igitur igtùs flammis ultionis ardescit.

20 Idolum zeli in porta templi statuitur, ut nil mali ingrediens in abdita suspicetur; quandoquidem exulat cautio, vel dum latet malitia polita zelo, maximè in templo ubi zelus Domini & honoris maiestatis comedunt corda studiosorum legis. Facies prima in sanctuario, quippe zeli, eximia videbatur venustate, & dicitur Ezechieli: *Ingredere & vide.* Quid? *Abominationes pessimas:* siquidem pulchro velamento zeli, prosticuebatur pulchritudo iustitiæ: & provocat vel mitissimum in ultionem, commovens bilem, quòd velamine virtutis colantur iniquitates.

21 *Ingredere & vide.* Ingredere & vide, si lachrymis, vel sine lachrymis videre possis. *Ingressus* (init) *vidi, & ecce omnis similitudo reptilium, & animalium abominatio* (iam patet Scylla quæ querebatur Astræa, & pectore virgo pulchra.) *& universa idola domus Israël depicta erant in pariete in circuitu per totum.* Hoc est templum in quo inquiritur iustitia? Hoc est pectus, ubi iustitiæ regnat apparentia: etenim in tribunali, ac in sententia tenor quæritur legum, & rupta veste apparet in corde similitudo reptilium. Prima hominis facies, postrema virus serpentis. Omnis similitudo reptilium & animalium, & idolorum depicta in parietibus templi cordis per circuitum: equidem propter idola Ambitionis, Veneris, Dignitatum, & aliorum vitiorum, reptilia universa adorantur pro iustitia: & eò magis viget iudicum abominatio, quo industriè vestitur zelo.

22 Dicit illicò Dominus: *Septuaginta viri de senioribus Israel, & unusquisque habebat thuribulum in manu sua.* Hæc est visio: & hæc *quæ seniores* (alij: *Iudices*) *domus Israël faciunt in tenebris, unusquisque in abscondito cubilis sui.* Senes iudices erant, & quæ apparebant idola in templo, adorabant in abscondito: igitur propter lenocinium Principum, & blandimen voluptatum, thura reptilibus adolebant, vel iustitiam iugulabant. O velum execrandum! O maximum criminum! Templum colloca-

*Erech. 8. 12.*

*Est zeli velamen revera crimen.*

catur in corde, pectus est ara, securis ira, victima innocentia, quam mactat in obsequium odij pessima voluntas, & impunita omninò floret iudicis improbitas; quia gladius studiosè deauratur lege, & ferrum tingitur iure. Ideo idolum zeli in abominabile crimen, quippe non erat nisi zeli velamen. Unde Iudex, ut canit Persius *Satyr.* 5. v. 116.

*——— Fronte politus*
*Astutam vapido servat in pectore vulpem.* Pers.

## DIDASCALIA IV.

### *Deus ignoscit, dum homo crimen agnoscit.*

*Augustin.*

1 Profert Augustinus Serm. 36. de *Verb. Dom.* Ingeritur ita dissimulata voluptas intra cordis incauti faciles latebras, ut studium expulsionis, videatur rusticitatis. Mulcet, & arte ingeniosè placet, quasi citra delictum non possit voluntatis ostendi tædium. Ducitur animus huiusmodi lenocinio, colubri latente veneno, quod titillat in desiderium voluptatis; & simul in mortem cordis, rependens vel breve pectoris officium, dum propinat sitienti dulce venenum. Definit luculenter Stoicus Cordubensis. *Voluptates* (ait *Epist.* 51.) *latronum more, quos Philetas Ægyptij vocant, nos amplectuntur, ut strangulent.* Ignorat homo huiusmodi insidias, nec respicit, esto fugiat cogitata cautitas, & appareant promissa tempora longa, velocissima momenta; quippe Sol intelligentiæ ab umbris obscuratur malitiæ, & prævalet adversus claritatem cognitionis, depravatæ suffragium voluntatis, quæ quidem parvipendit rationis suffocationem, modò latronem amplexetur voluptatem. Vexatio aliquando dare solet intellectum, sed videt animus turpiter vinctum, ac demersum in barathrum, quò facilè demergi, sed emergi difficile: siquidem, esto catenæ voluptatis sint voluntariæ, sunt catenæ.

*Augustin. Peccatum dulce venenum.*

*Seneca. Quinam latrones Philetæ.*

*——— Facilis descensus Averni*
*Sed revocare gradum, superasque evadere ad auras,*
*Hoc opus, hic labor est. Pauci quos æquus amavit*
*Iupiter, aut ardens evexit ad æthera virtus*
*Dijs geniti potuere.*

Virgil.

Canit vel Profanus lib. 6. *Æneid.* v. 126. Per præceps itur, & mens tenebris obnubilatur, ne anima revocet gradum, dum cognitione, vel

*Cautela in vindicta propria.*

sure. Crimen erat cum duplici termino offensionis, Dei videlicet, & Regis: & ut pateret sub crudelitate clementia, & sub odio circunspecta iustitia; Dei non offensi arte inseritur offensa in falsa causa: etenim licet generosè posset propriam sine ultione præter-mittere, Dei nequibat sine supplicio indulgere. Unde specie legis vindicta nacta, & sine nota; quippe nemini, improbo licet, displicuit quòd honorem Dei in blasphemo vindicaret. Huiusmodi pectora sunt uti albata sepulchra. Forinsecus nitent: si aperiantur, fœtent. Nero uti scribit Suetonius Tranq. *cap.* 47. habebat præsentaneum venenum in aurea pyxide conditum. Haud aliter horum iudicum & Principum corda, foris aurea, intùs venena.

*Pyxis Neronis.*

17 Cadit aptè aliud exemplum, à Cæl. Rhodigino prolatum. *Apud Babyloniam in Apollinis templo auream mirè venustatis arculam quandoque compertam legimus, ex qua conflata vis pestilentis, ac perniciosissimi aëris sese profuderit, ut diffluatus non modò eos qui aderant venenosa ac lethali infectos tabe conficeret, sed pestifera, incredibilique potestate grassatus longè latèque etiam in Parthos afflaret. Apud Seleutiam post dirutum templum, & perlatum Apollinis simulachrum Romam, fuisse à militibus inventum anguium foramen, quod prius Chaldæorum Vates occlusissent: eoque meditari aviditate reserato, lethiferum, adeoque atrocem vaporem desiluisse, ut furens sit debacchatum.* Hæc ille lib. 8. cap. 12. Ecce pectora iudicum sicariorum legum, & iuris procuratorum. In sententia fulget auro legis facies iustitiæ decora, verùm abduntur viscera venenata. Honorem Dei legibus videntur quærere, & tunc Dei honorem fatagunt intra vela profanare. Cultus rutilat elegans; & deauratur falsitas. Hypocrita nitet facies, & viget pestilens indoles. Speciosa apparentia, turpis substantia, simulachrum rectitudinis, imago veritatis, velamen Astrææ, titulus iustitiæ, vox legis, species integritatis, idolum incorruptionis: sed revera iugulum innocentiæ, stuprum iustitiæ, sentina vitiorum, cloaca pestum, sententia suffragijs subdole decorata, & ita in pectore cuncta venenosa reptilia, ut plaudatur & muneretur crimen, dum iustitiæ & virturis zeli dumtaxàt fulget specimen.

*Cæl. Rho.*

*Symbola depravatæ iustitiæ.*

18 Aliud ingeniosum pro iustitia constuprata symbolum describit Sebastianus Orozzius, nimirùm Scyllam, periculum marinum, difficilè tretum: igitur iam inter iudices quærere iustitiam, est quærere scopulum, quo navis causæ alliditur, & innocentia cum opibus naufragatur. Audiamus anonymum: an malignum? Rideamus, vel ploremus.

*In Institutis, vos comparo brutis.*
*In Novellis, comparo vos asellis.*
*In Digestis, nil potestis;*
*In Codice, scitis modicè;*
*Et tamen appellamini Doctores.*
*O tempora! ò mores!*
*In Decretalibus, similes animalibus:*
*In Decreto, fato ceto,*
*In Sexto, sicut Digesto,*
*In Clementinis, lupinis,*
*Et tamen apellamini Doctores.*
*O tempora! ò mores!*

*Orozz.*

*Iurisconsulti imperiti.*

Ergo consideranda causa, qua Scyllæ confertur & propriissimè iustitia. Scyllam, fingit Ovidius lib. 14. *Metam.* Fab. 1. Horatius de *Art. Poet.* à v. 1. fœminam pulcherrimam, & Charitibus speciosam, dolo Circes in monstrum fuisse conversam, & monstrum portentissimum quasi congruentibus membris ex diversis animalium; sed remanente pube tenus virginis imagine, ut magis incauti deciperentur specie. Cecinit Virgilius lib. 3. *Æneid.* v. 426.

*Scylla periculosum marinum.*

*Virgil.*

*Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo*
*Pube tenus, postrema immani corpore pistrix,*
*Delphinum caudas utero commissa luporum.*

Quæ non trahet huiusmodi prima facies? Verùm pellicit pulchritudinis species, igitur quæ apparet iustitia pulchro pectore virgo, est turpis abominatio. Videtur actio oculorum primo iactu ad amussim legum, quasi ad apices rationalium præscriptorum. Prima iudicis hominis facies iuxta momenta rationis, suffragium iuxta examen auctorum, decisio iuxta sententiam prudentum, ut in tribunali sedeat elegans ratio, & pulchro pectore virgo. At si pectus denudetur, intentio detegatur, rumpatur velum, & demonstretur cordis propositum, proh nefas! pro speciositate legum, rabies adest canum dente commissa luporum, leonum, tigridum, inhumanitas ferarum, serpentium toxica, ac in corde aurato universa reptilia.

*Symbolè stellionatus improbi iudicis.*

*Iudicum sub iure sacro pera iniquitatis.*

19 Pectus hominis sæpe dicitur templum Dei, in quo servatur iustitia. Ergo videamus templum, ut clareat quid pectus hominum. Ductus est in visione Dei Ezechiel in Iernsalem iuxta portam interiorem, quæ respiciebat ad Aquilonem, *ubi erat statutum idolum zeli ad provocandam æmulationem.* Ideù, Deum, ut recederet à sanctuario. Cur ergo? *Idolum zeli fuisse concavum, cuius oculos plumbo idololatræ implebant,*

*Erech. 8. 3.*



*Quid & quale idolum zeli?* Rab. Moysi.

*Sub fictio zelo ardet ultio.*

*Non est ze us sed fictus.* Vers. 9.

*Vers. 10*

*Vers. 11*

*Est zeli velamen revera crimen.*

*bant, quod quidem plumbum accenso intùs igne liquefiebat, & imago videbatur fieri:* ait Rabb. Moses in lib. 1. *More.* Ecce specimen pectoris improbi iudicis, sese vindicantis titulo legis, & auctoritate potestatis. Neronis instar plorat, dum sententiam mortis fulminat, & intùs lætatur corde, blandiens sævitiæ. O pectus perfidum! Videtur à compassione fontem oriri lachrymarum, cùm à vindicta manet; igitur igtùs flammis ultionis ardescit.

20 Idolum zeli in porta templi statuitur, ut nil mali ingrediens in abdita suspicetur; quandoquidem exulat cautio, vel dum latet malitia polita zelo, maximè in templo ubi zelus Domini & honoris maiestatis comedunt corda studiosorum legis. Facies prima in sanctuario, quippe zeli, eximia videbatur venustate, & dicitur Ezechieli: *Ingredere & vide.* Quid? *Abominationes pessimas:* siquidem pulchro velamento zeli, prosticuebatur pulchritudo iustitiæ: & provocat vel mitissimum in ultionem, commovens bilem, quòd velamine virtutis colantur iniquitates.

21 *Ingredere & vide.* Ingredere & vide, si lachrymis, vel sine lachrymis videre possis. *Ingressus* (init) *vidi, & ecce omnis similitudo reptilium, & animalium abominatio* (iam patet Scylla quæ querebatur Astræa, & pectore virgo pulchra.) *& universa idola domus Israël depicta erant in pariete in circuitu per totum.* Hoc est templum in quo inquiritur iustitia? Hoc est pectus, ubi iustitiæ regnat apparentia: etenim in tribunali, ac in sententia tenor quæritur legum, & rupta veste apparet in corde similitudo reptilium. Prima hominis facies, postrema virus serpentis. Omnis similitudo reptilium & animalium, & idolorum depicta in parietibus templi cordis per circuitum: equidem propter idola Ambitionis, Veneris, Dignitatum, & aliorum vitiorum, reptilia universa adorantur pro iustitia: & eò magis viget iudicum abominatio, quo industriè vestitur zelo.

22 Dicit illicò Dominus: *Septuaginta viri de senioribus Israel, & unusquisque habebat thuribulum in manu sua.* Hæc est visio: & hæc *quæ seniores* (alij: *Iudices*) *domus Israël faciunt in tenebris, unusquisque in abscondito cubilis sui.* Senes iudices erant, & quæ apparebant idola in templo, adorabant in abscondito: igitur propter lenocinium Principum, & blandimen voluptatum, thura reptilibus adolebant, vel iustitiam iugulabant. O velum execrandum! O maximum criminum! Templum colloca-

*Erech. 8. 12.*

*Est zeli velamen revera crimen.*

catur in corde, pectus est ara, securis ira, victima innocentia, quam mactat in obsequium odij pessima voluntas, & impunita omninò floret iudicis improbitas; quia gladius studiosè deauratur lege, & ferrum tingitur iure. Ideo idolum zeli in abominabile crimen, quippe non erat nisi zeli velamen. Unde Iudex, ut canit Persius *Satyr.* 5. v. 116.

*——— Fronte politus*
*Astutam vapido servat in pectore vulpem.* Pers.

## DIDASCALIA IV.

### *Deus ignoscit, dum homo crimen agnoscit.*

*Augustin.*

1 Profert Augustinus Serm. 36. de *Verb. Dom.* Ingeritur ita dissimulata voluptas intra cordis incauti faciles latebras, ut studium expulsionis, videatur rusticitatis. Mulcet, & arte ingeniosè placet, quasi citra delictum non possit voluntatis ostendi tædium. Ducitur animus huiusmodi lenocinio, colubri latente veneno, quod titillat in desiderium voluptatis; & simul in mortem cordis, rependens vel breve pectoris officium, dum propinat sitienti dulce venenum. Definit luculenter Stoicus Cordubensis. *Voluptates* (ait *Epist.* 51.) *latronum more, quos Philetas Ægyptij vocant, nos amplectuntur, ut strangulent.* Ignorat homo huiusmodi insidias, nec respicit, esto fugiat cogitata cautitas, & appareant promissa tempora longa, velocissima momenta; quippe Sol intelligentiæ ab umbris obscuratur malitiæ, & prævalet adversus claritatem cognitionis, depravatæ suffragium voluntatis, quæ quidem parvipendit rationis suffocationem, modò latronem amplexetur voluptatem. Vexatio aliquando dare solet intellectum, sed videt animus turpiter vinctum, ac demersum in barathrum, quò facilè demergi, sed emergi difficile: siquidem, esto catenæ voluptatis sint voluntariæ, sunt catenæ.

*Augustin. Peccatum dulce venenum.*

*Seneca. Quinam latrones Philetæ.*

*——— Facilis descensus Averni*
*Sed revocare gradum, superasque evadere ad auras,*
*Hoc opus, hic labor est. Pauci quos æquus amavit*
*Iupiter, aut ardens evexit ad æthera virtus*
*Dijs geniti potuere.*

Virgil.

Canit vel Profanus lib. 6. *Æneid.* v. 126. Per præceps itur, & mens tenebris obnubilatur, ne anima revocet gradum, dum cognitione, vel

Genes. 19.32. *Cur voluptas inebriare dicatur*

vel luce, doloreve receperit intellectum. Ideo filiæ Lot, appetitus, inebriare intendunt vino cupidinis intellectum, patrem luminis, in tenebris voluntatis; quoniam si ducitur sensim in ebrietatem, ebrius ignorabit crimen, & consistent sane scelera, quandiù fuerit ignorantiâ. Verùm si cognoverit, errati cognoscentem pigebit, & statim Deus ignoscet; igitur dum cognoscitur erratum, Dei evanescit iudicium.

Ioan. 8. 7.

2 Adducunt Pharisæi mulierem in adultero comprehensam, ut Christus iuxta legem iudicet causam. *In lege Moyses* (suggerunt) *mandavit nobis huiusmodi lapidari. Tu ergo quid dicis?* Est in Christo senaculum gratiæ, & senaculum iustitiæ. Iustitiæ, in peccatores defendentes crimina: gratiæ, confitentibus scelera: & prorogit gratia fœminam, à iustitia iudicandam; quoniam derogans adimplet exactè legem, post criminum confessionem. Canit floride Paulinus Consular. in *Carm. Baptist.* v. 289.

*Confessio crimina delet.*

*Quamquàm iam nimius longè processerit error,*
*Destinat & redeat: cùm se damnaverit ipse,*
*Absolvi meruit, si pœnitet irrita culpa est.*

Paul. Conf. Vers. 6.

Hinc additur: *Tentantes eum.* Alij *irritantes*: igitur vel pacatissimi cordis movetur bilis, eò quòd cognitis noxis, & visis lachrymis, intenderent de rea exactionem iudicis, & iuxta apices legis. Hispan. *Que viendola llorar, la echasse toda la ley.* Parum igitur inesset gratiæ, si indicaretur adultera toto rigore iustitiæ.

*Et pœnam crigunum.*

3 Ulteriùs. Christus non venit solvere legem, sed adimplere: quomodò ergo legem adimplet, si lapidandæ adulteræ fœminæ indulget? Quia vidit lachrymas? Diximus *Tautolog. 1. Didasc. 8.* à num. 12. Quia pudore afficit, dum crimen malitia expositi, & corripuit verecundiâ, quam non retraxerat pœna? Magni utique iudicis ingenium, in discussione criminum, inferre dolorem cœxationis mentis, pro vexatione dolotis. Legem Christus adimplevit, dum adulteram liberè in pace dimisit. Illa delictum cognovit: & nullum fœminæ acrius usque ad præcordia tormentum, quàm cogi fateri erratum. Nequibat modò comprehensa excusare crimen, & nullam nisi in lachrymis emisit vocem. Tenax honoris publici fœmina studet auctoritati, ita ut perfundat libentissimè vitam, modò illæsam servet famam. Unde cùm licet agnoscat, ne cognoscant errasse, difficiliùs respiceat; se iudicis pietati, ac indulgentiæ disposuit, ubi criminis tanti culpam vel convicta non negavit.

*V Quomodò crimen in fœmina corripiendum?*

*Pudor cornes indivulsa fœminarum.*

4 Flectamus ergo calamum in propositum. *Remansit* igitur illi, accusantium fuga, & pudore, *Solus Iesus, & mulier in medio stans.* Gaiter nota: *In medio.* Quo pacto si turba fugerat accusantium, remansit fœmina in medio eorum? Erant accusantes adulteram Pharisæi, & peccata: & remansit in medio criminum accusantium, abitu Pharisæorum; quippe in conscientia mille testes, & *peccata nostra responderunt nobis.* Dant voci suæ vocem, dum alij notant similiter crimen.

Vers. 9. *Peccata testes sunt.*

Isai. 59. 12.

5 Ergo mulieri iudex misericors: *Nemo te condemnavit?* Et illa: *Nemo Domine.* Illicò Dominus: *Nec ergo te condemnabo. Vade.* Qui pœnam in delicta huiusmodi, lege fulminat; delinquentem non condemnat. Pater cœlestis omne iudicium dedit filio: qua lege fert, *Nec ego te condemnabo?* Pater rea & peccatum, iudexque summus non profert iudicium? Profectò. Non profert, quia in huiusmodi causa iam non habet. Iudicium est illi de peccato, ubi transgressorem fugit peccati cognitio; & fœminam adulteram minimè condemnavit, quia illa peccatum cognovit. Deus crimen cognoscit, dum homo nescit, & cognoscens non ignoscit. Ergo ut ille parcat, peccator agnoscat: igitur cognitione prævenit causam, & fugit dextrè sententiam; quandoquidem vel divina non est in re iudicata.

Vers. 11.

*Peccatum poenitentiâ agnitione delitur.*

6 Modum hunccine in effugium signat Paulus. *Si nosmetipsos diiudicaremus, non utique iudicaremur.* Unicum habent peccata iudicium, & est prævenientis cognitionem causæ, quippe non iteratur à iudice, quod ab homine. Unde si iudicamus, & damnamus nosmetipsos, non iudicabimur; quoniam destruit, & corrigit iudicium nostrum, quod facturum tribunal integerrimum. *Peccata* (ait Augustinus *Sentent.* 210.) *impunita esse non possunt, quia aut homine pœnitente, aut in iudicio Deo iudicante plectuntur. Cessat autem vindicta divina, si confessio præcurrat humana. Amat enim Deus confitentibus parcere, & eos qui semetipsos iudicant, non iudicare.* Ratio in promptu est. Sunt coram oculis Domini, dum sunt procul ab oculis pœnitentiæ. Dum videt Dominus minimè parcit, imò rigidè punit, quia non indicata offendunt faciem, & iustitia plectere conatur offensionem. Vel ab homine pœnitente indicanda, vel à Domino punienda. Hinc ut ignoscat, agnoscimus, iudicantes nosmetipsos: etenim scuto pœnitentiæ, *Præoccupamus faciem eius in confessione.*

1. Cor. 11. 31.

*Deus non iudicat ab homine iudicata.*

August.

*Pœnitens præoccupat Dei iudicium.*

S. Bened.

Psal. 94. 2.

Notanda sunt verba Nathan, dum peccatum cognovit David. Dixit hic: *Peccavi Domino*: & Nathan illicò: *Dominus quoque transtulit peccatum tuum.* Nil mirùm, quòd non vindicet, peccatum quod homo pœnitendo cognoscit: sed pungit cogitationem acumine ly *Quoque*. Huiusmodi particula simultatis est. Quis est hic, qui etiam peccata dimittit, ut dicatur iurè etiam Deum peccata transferre? Qui cognoscit. Cessat vindicta divina, si confessio præcurrat humana. Ignoscit quæ homo cognoscit: cognita delentur à pœnitente: & de Dei indulgentia meritò dicitur *Quoque*; quippe quod delet homo, dum crimina pœnitentiâ cognoscit, Dei clementia pro obsequio ratum habet. Præoccupatur, quia Deus quæ non cognoscit, non punit; & nescit in pœnam crimina, quæ homo cognoscit: quandoquidem tantùm Deus vocat in pœnam, quæ hominum fugiunt malitiosè memoriam.

2. Reg. 12. 13.

*Deus crimina in pœnâ nescit, quæ homo cognoscit.*

7 Modò intelliges celebre verbum David. Dominum, iam errorem dedoctus, alloquitur dicens: *Delictum meum cognitum tibi feci.* Quid novi? Omnia nuda & aperta sunt oculis eius, qui lucidiores lucidissimo Sole. Numquid peccatum non vidit? Vidit sanè. Quomodò ergo cognitum illi fecit? Quoniam tanto tempore, qui commisit, non cognovit. Dum homo à malo in frugem convertitur, Dominus peccatorum obliviscitur: si verò non convertitur, recordatur: & cùm David in peccato dormiret; quòd celare debebat, cognitum fecit. Cognoscit Dominus hominis malitiam, dum renuit homo pro criminibus agere pœnitentiam. Dicitur cognoscere scelera, dum impellitur ipsis in transgredientium supplicia: & dicitur ignorare, dum relinquenti adhæret memoria culpæ. Peccavit David, cuius peccatum à vidente absconderet, si quamprimùm pœniteret: sed fecit delictum iudici potenti cognitum; quoniam oblivio impulit vel mansuetum in supplicium. Memoria sepelit memoriam, & pœna pœnam: siquidem si David scelera cognovisset, Deus quamvis iudex & offensus non agnosceret.

Pf. 31. 5

*Peccator Deo crimen aperit, cuius non pœnitet.*

8 Misericors Dominus misereri intendit, & etiam ignorare, quod cognoscit. *Ideo nobis* (ait Monachorum Pater in *Regul. S.* Prolog.) *propter emendationem malorum huius dies vita ad inducias relaxantur.* Inducia sunt à pietate pro complexu pœnitentiæ, qua cognita crimina à transgressore damnantur, & damnata plectuntur. Vel Dei iustitiæ vindicis, vel iudicium in inducijs intererit hominis: igitur Deus cognoscit, quod homo nescit; & nescit, quod homo cognoscit. Unde Domini evanescit iudicium, videntis in delinquentibus emendationem malorum. Adversùm se confitetur peccator iniustitiam Domino, & Dominus pius propitiatur peccato: igitur illicò remittit iniquitatem; ut vidit iniquitatis cognitionem.

*Et peccatis, quod cognoscit*



9 In peccatrice Magdalena habemus exemplum; quo videtur in vulnus, cognitionis pharmacum. Cultu profano & gestu (iuventutis ruinâ, pudoris nebulâ, seu potiùs inter lascivos sales lenta nece, & frigido virtuti pulchritudinis lepòre) oculos amœnabat, dum offendebat. Extollebatur impudentia, licentia ætatis; & pervicacia, commendatio speciositatis Veneris, impellente plausu fœminæ levitatem præcipitem; quia nemo ei aperiebat iniquitatem. Hoc enim habent inordinatæ actiones, vel facienti displicent. Ipsam libertatis tæduit, & *Ut cognovit*, comiter rustica, & rusticè urbana, importuna convivio, sed opportuna obsequio, irruit saucia & mente & iniquitate, ubi erat medicina efficax vulneri; hinc cor ictum supplici libello lachrymarum, veniam extorquebat delictorum. Coma vagabatur sine lege, priorum cogitationum vividum simile. Facies incuriosa, sed pulcherrima. Sarcinam curarum mundi muliebris proiecit, quin nisi in diligentia exspiraret: igitur errorum cognitio pupugit, & punctæ denique flevit, abluitque pretioso liquore planctus, vana videndo vagus quicquid peccavit occellus. Quid non lachrymæ miterm, dum adamanta movent! Statim Dominus iudex debitum remisit, vel medicus, ut valeret, sauciam curavit, dicens illi causa prosperè victa: *Remittuntur tibi peccata.*

Luc. 7. 37.

*Cor cognitione saucium illicò surgit.*

Vers. 48

10 Non ambigitur, remissa fuisse peccata, sed valdè inter Expositores creperum, quando remissa? Aliqui dicunt fuisse, dum Christus protulit indulgentiam, ponderans coram discumbentibus obsequiorum fidem ita officiosam, subdens: *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum:* quasi in prima verborum prolatione exprimeretur condonatio culpæ, & in secunda per cordis demonstrationes remissio pœnæ. Barradæ hic, Maldonato num. 36. & Sylveit. *Tom. 3. cap. 7. Luc. quæst. 26.* placet, ante hæc verba fuisse remissa peccata. Quando igitur? Ut ploravit? Priùs: *Ut cognovit.* Antequàm perveniret ad medicum, valuit cor sagittis saucium? Utique. Sequebatur Magdalene papilio voluptatis ignes rutilos, quin flammarum prænosceret dolos. Nectebantur menti vincula gravia, & voluntati videbantur blandimina. Cognovit fraudem, & exclusit crimen. Iam cognoverat, dum pro venia properabat. Expressit

*Quando Magdalene condonata peccata?*

Maldon.

Dos

*Obtinuit veniam, ut cognovit culpam.*

Dominus per verba remissionis, quod Magdalenæ concesserat : & prius peccati remissionem obtinuit, quia ante huiusmodi verba crimen cognovit.

11 Deinde. Medicus insignis ægritudinum animæ est cognitio prævalentis morbi. Quapropter Otho Vænius *Emblem.* 89. *Amor.* succinit:

*Sanus amor morbum nosse ægro suadet amori,*
*Consulto & medico, tempore poscere opem.*
*Morbum quippe suum nosse, est pars prima salutis,*
*Quem metuens, perijt, prodere creber amans.*

'Oth. Væn.

Minimè morbum Magdalena prodere meruit, ne periret. Anima iacebat consternata pondere peccatorum, quæ cupiditas deaurabat specie rutila deliciarum. Vulnerata erat præcordiorum intima usque, quin agnosceretur vulnus voluptatis velamine, vox illecebrarum, & dolor nimius ex sagittis criminum. Rupit velamen virtus cognitionis, & monuit dolor vomicæ cupiditatis. Dolorem sensit, periculum tunc declinabile cognovit : & sanitatem mirabilem animæ percepit pectus, illicò ut respipiscens cognovit vulnus.

*Morbid anima nosce, est à morbo liberari.*

12 Ultrà. Cognoscere criminis plagam, erat cognoscere offensam, quæ punctim & cæsim vulnerave rat cordis penetralia, ut suffocaretur in pectore vita. Christus crimina verbo indicat relaxata, sed ante verba ipsius iam erant peccata indulta. Priùs Magdalena cognovit, & priùs Salvator peccata dimisit. Si pòst condonarentur peccatrici, non tribueretur indultum peccatorum cognitioni : & respiens Magdalena indulgentiam obtinuit, ut scelera cognovit; quoniam sub Deo iudice in peccatorum lite, idem cognosci, & ignosci.

*Idem est cognosci, & ignosci.*

13 Astipulatur acumini Augustinus *libell.* 50. *Homil.* 23. Dum quæsivit Salvatorem medicum, *Noverat* ( infit ) *quanto morbo laboraverat.* Perpende *laboraverat.* Cur non *laborabat* ? Si quærit medicum, laborat adhuc : si non laborat, cur quærit ? Medicus solicitatur propter præsentem, haudquaquàm propter expulsum languorem. Superfluum videtur medicamen temperatis humoribus, & medicus nisi malè habentibus. Quo igitur pacto, inquisito & anxiè medico, non laborat sed laboraverat morbo ? Quoniam vulneribus Magdalenæ vulnerum est medicata cognitio. Unde ingeniosè Augustinus non dixit *laborabat*, sed *laboraverat* ; quippe priùs in cognitione medicamen invenerat.

*Augustin.*

*Habere cognitionem, ac medicamen.*

14 Plus animæ, quàm corporis paralysi permebatur pessimâ, qui triginta & octo annos habebat in infirmitate sua. Studiò dicitur *Sua*, quoniam minimè ab intemperie humorum, sed à malitia criminum. Corpus, quod corrumpitur, aggravat animam: ille verò putridâ animâ corruperat corpus. Vidit hunc Iesus iacentem, & miseria præbuit pietati misericordi occasionem. O amor dulcissime ! Ni vidisset, ita languens in perpetuum morbo iaceret. Vidit, priusquàm videretur ab eo, ut maior esset modus in maximo beneficio, præveniente gratiâ languentis vota; igitur summa gratiæ generositas, dum divinatur ad beneficium voluntas. Iacebat ille præ nimio dolore sine sensu, & propter paralysim sine motu. Plurimos annos habebat languoris : accessit, ut vidit medicus planè cœlestis. Ubi gravat, altera natura, criminum consuetudo; opus est sanè medicina de cœlo : siquidem ni Deus medicetur, proculdubiò desperabitur.

Ioan. 5. 5. *Languor corporis sæpe à languore mentis.*

15 Hunc cùm vidisset Dominus, illi dixit : *Vis sanus fieri* ? Pluribus sæpe interrogat, & tacet lingua, quia obdurata corda. Exponit gratis languentibus sanitatem, & inspirationibus pulsantibus non respondent. *Vis sanus fieri* ? Infirmitas, vel valetudo nititur voluntate : fac velis in salutem, sicut voluisti in languorem. Utrumque patet cordi. Non sint deliciæ, quæ pœnæ. Velis commodum, si voluisti tormentum. *Vis sanus fieri* ? *Utique Domine* : pro illo respondet hic Theophilactus. Voluit. *Surge*, medicus dixit : *Et statim sanus factus est homo ille.* Non tantùm obtinuit salutem, sed statim. Observa modò. Ut cæci à nativitate lumina medicus lucida faceret, in terram expuit, collyrium luti concinnavit, super oculos imposuit, & lavare in fonte iussit. *Abiit ergo* cæcus, *& lavit, & venit videns.* Cur igitur adhibetur medicina cæco, & minimè paralytico, & cur huic statim salus conceditur, & cæco à nativitate protrahitur ? Morbus cæci erat corporis, languor paralytici mentis. Ille egebat medicamine, hic cognitione. Cognitio est præsentior medicina, dum languet anima : & statim salutem obtinuit, ut se languidum cognovit. In morbis corporeis non sufficit cognitio vel confessio ad salutem : in vulneribus animæ est cognitio medicamen : & statim paralyticus se invenit sanum; ut confessus est delictum. In voluntate hominis sunt eiusmodi vulnera, vel medicamina. Iacet, quia vult; & quia vult, minimè iacet: siquidem statim surrexit, simulatque surgere voluit. *Statim sanus factus est.* Non erat medicina paralytici sicut cæci longè in fonte

*Cur in morbis animæ qui ægro sui medicus?*

Vers. 6.

*Cum criminis ignorantia, nulla datur medicina.*

*Statim surgit, qui peccatum cognovit*

Theoph. Vers. 9.

Ibid. c. 9. 7.

Isai. 1. 16.

*A rigore iustitiæ crimina liberantur confessione.*

*In voluntate hominis sunt peccati vulnera.*



te ; sed iuxta, scilicèt, mente : & statim sanus factus est, ut accepit cognitionem; quippequàm nihil distat inter illam, & salutem.

16 Tandem nota. *Sanus factus est homo ille.* Quare igitur invertitur stylus ab Evangelista ? Ille homo dixit : *Qui me sanum fecit* : & etiam, *Quia Iesus esset, qui fecerat eum sanum.* Cur ergo Ioannes non profert, quod sanaverit Iesus, sed quòd homo ille sanus factus est? Brevi dicam. In infirmitatibus animæ non distinguitur medicus, & ægrotus. Morbum suum nosse, ut diximus, est pars prima salutis. Accessit profectò cognitioni gratia Salvatoris ; & quamvis curavit Christus, quasi per se paralyticus dicitur sanus ; quoniam non acciperet à Domino gratiam, ni habuisset criminum cognitionem medicinam. Dimidium opus habet, qui bene cœpit : & iniquitatem odit, qui cognoscit. Latet sub appetitu voluptatis toxicum mortis. Nemini placet esse altis vulneribus saucium : & sæpe placet infirmitas, quoniam ignoratur infirmitatis periculum. Cùm non torqueat, quod torquendo delectat, vel moribundus distemen apolatizat. Despicit salutis restaurationem, quia nescit amisisse salutem. Tunc morbus est ignorantia, quoniam per nescientiam negligitur medicina : & amplius patet periculum in infirmitate, inter vulnera tanta nullum cognoscere. Ita iacebat paralyticus iudicans voluptatis blandimen; lethalem utcumque dolorem. Dominus de salute interrogavit, ut ille iniquitatem cognoscerer. Cognovit vulnus, & statim sanus factus, & sui medicus: siquidem idem cognoscere iniquitatem, & obtinere salutem.

17 Obviam Isaiæ auctoritatem discutiendam, revocat animus in memoriam. *Auferte malum ab oculis meis* : ait Dominus per illum, ut transgressores convertantur ad cor. Difficile captu videtur illustre testimonium, quoniam in eo gravissimum argumentum. Deus omnia conspicit, illum secretum non latet vel in latebris mentis, quoniam ill'i revelantur cogitationes, imò reliquiæ cogitationum, & occulta tenebrarum. Si omnia scit, qui totus scientia, quomodò ab illo non videnda visa crimina ? Si scrutator est renum & cordium, qua lege ab oculis eius proterit auferri malum? Proclivè, si homines malum agnoscunt. Iudicium Dei transfertur in hominum iudicium, si cognitionem præveniunt. Cognitione agunt pœnitentiam, & implorant gratiam : abluit animam à sordibus, offendentibus oculos Domini, ex cognitione confessio : tuncque crimina auferuntur à Dei iudicio, quoniam minimè plectit, quod non videt : & quæ visa ab oculis crimina, iam non visa, si confessa.

*Nec patent Apollini*
*Dicta Christo peccata.*

Paulinus Consul.

Canit Paulinus ubi supr. v. 3. *Epist.* ad Ausonium. Tunc dicantur, dum cognoscuntur: & dum cognoscuntur, auferemur; quippe Deus crimina non cognoscit, ubi offendentes cognoscunt.

## DIDASCALIA V.

### *Subtrahenda occasio, & opportunitas fugienda peccati.*

1 MOnet Mellifluus Doctor de Divers. *Serm.* 14. Facit occasio furem, & unda saliens excitat sitim. Audaciam, quæ stat in lubrico, pœnitudo sequitur : & iuducia in lamentabilem ruinam mutatur (cum intellectus propudioso dedecore) eò quòd suspicatus est periculi rotam fine volubilitate. Quapropter Seneca in *Hercul. Furent.* Act. 2. v. 325 succinit:

Bern. nard.

*Pudor est intellectissimis te meritas in pericu lis.*

——— *Nemo se tutò diu*
*Periculis offerre tam crebris potest.*
*Quem sæpe transit casus, aliquando invenit.*

Seneca

Haud semper bisseno numeratur tessera puncto. Chium opponitur Coo, & hæret Canis in talo, mordetque damnosa Canicula sortem, dum in ludo aviditas expectat auspicatricem. Fugerat ergo Lot Sodomæ incendium, verùm non fugit filiarum. Subtrahenda erat occasio turpis appetitus, quoniam immoderabilis, dum prompta Venus: & lapsus est in incestum, dum non præcavit periculum. *Inebriemus eum vino* : dixere in lasciviam pronæ gnatæ. Nunquàm crimina summa repente. Ebrietas sequetur potationem, luxuria verò ebrietatem. Haud creperum propositum, si nanciscuntur ebrium : igitur amplexus est execrabile crimen, quippe non fugit criminis occasionem.

*Qui perit culum quærit aliquando invenit.*

Genesis 19. 32.

2 Currum triumphalem, lecticam regiam de lignis Libani pretioso ribus fecit sibi Salomon in diurnam pompam : cuius columnæ argenteæ, mira varietate cælatæ, reclinatorium aureum, purpura in ascensum; & ne pavimentum sine pari li speciositate floreret, *Media charitate constravit.* Supervavit veritas pretiositatis vel Profanorum pinnulas, studiosas exaggerationis.

Cant. 3. 10.

*Cùm venit, aulis iam se regina superbis*
*Aurea composuit sponda, mediamque locavit.*

Virgil.

*Imago Cupidinis sitos in curribus regijs.*

Canit Virgilius lib. 1. *Æneid.* v. 701. *Media* in curru Salomonis intelliguntur à Doctoribus pro pavimento, & pro *Charitate* Cupido: igitur ibi picta Cupidinis imago, quod quidem oriri poterat ex blandimine in filiam Pharaonis, quandoquidem frequens usus apud Gentes. Pausanias in *Corinth.* describens currum: *In cuius media hasi* (subdit) *imago Dei Amoris quasi ex aquis emergebat, assistentibus utrinde Nereidibus.* Alcibiades etiam, ut in eius vita refert Plutarchus, in clypei umbone incisum gestabat Cupidinem. Ita (ni fallor) stratum currus ornamento vel celatum, vel depictum. Unde Hebr. *Medium eius constravit lapidibus amoris.* Sotomaior: *Medium eius stratum amori.* Septuag. *Medium eius gemmis constravit ad amorem.* Et Alapide: *Medium eius ardebat amore.*

*Pausan.*

*Plutarch. in clypeis.*

*Hebr. Sotom. Septuag. Alapid.*

3 Florida potius documentis, quàm coloribus micat currus pictura, etenim signat affabre qua arte peccati occasio fugienda. Non in tegmine solij collocata Cupidinis pulchra imago, sed in pavimento, quod teritur pedibus; igitur amor prævaler vel imaginibus. Si esset in superiore cadurci parte, æstimationem imaginis pectus ostenderet: in fundo autem currus, quòd etiam Cupidinis simulachrum despiceret. Addicitur triumphus despectui Veneris: & Amore postrato currus dicitur triumphantis Salomonis; quippequàm Amor tunc vincitur, dum pedibus proculcatur. Quod sub pedibus ponitur, non videtur: quod habetur pro delicijs, semper habetur præ oculis: & in pavimento collocatur imago, ut cordis flagrantis refrenetur cupido: igitur congruit studenti castimoniæ, imaginem lasciviæ nec videre. Ideo sub pedibus, qui quidem non aspiciunt, quid calcant, nisi dum exspirant. Sub pedibus in oblivionem Cupidinis, ne possint vel pictæ videri amoris imagines.

*Amor libidinis fincitur, si proculcatur.*

4 Pulcherrimæ signantur Virgines in huiusmodi currus ingenio, laureatæ martyrio: siquidem in illis, & per illas, dum victus trahitur ad currum adversarius, triumphat verus Salomon Christus. Ætas despicitur uti tenera, virtus animi, uti in puellis, terroris iudicantur ludibria, pudor labilis quasi in fœminis, & metus plus à seipsis, quàm à tyrannis. Tantò turpius malignitas vincitur, quanto cum inferiore luctatur: siquidem cùm virtute deputarentur in thronum Salomonis (qui certamen forte fragilium prospiciebat è cœlis) expoluit tyrannis virgines puellas, quas experti sunt cruciaminibus columnas: præstante argento candoris, & auro inconcussæ fortitudinis, effusâ in testimonium purpurâ sanguinis. Currus licet ex ligno pretioso, erat ex signo: lignum demonstratur fragilitatis imago. Non esset triumphus insignis, ni prævaleret virtus in summa imbecillitatis: etenim stabant virgines fidei columnæ, quasi corpora debilia ad ictus essent ex ære.

*Virginis Martyres expressa in curru speciosi Salomonis.*

5 Ergo progrediamur in abdita, quoniam aperta via. In eiusmodi currus cordis apparatu, sub pede iacet Cupido. Qui symbolis sculpsit arte modum in pugnam, dedit etiam in victoriam: quandoquidem appetitus sensuales ni iaceant, superant. Ubi surgunt, insurgunt: imagoque Cupidinis pedi supponitur; igitur conculcabit, ni conculcetur: pudor argenteus corrumpitur, aurum virtutis flectitur, reclinatorium castitatis frangitur, columna fortitudinis concutitur, & vis teritur metallorum, tamquàm fragile lignum, in quod introducitur amor, efficax ignis, non ut lucrat, sed ut consumatur flammis.

*Appetitus sensitivus, ni iaceat, in antipedem superat.*

6 Præterea. Cupidinem, ut in eventum personæ Salomonis retorqueamus acumen, proculcatum pedibus, affixit currui, illudens locatione adhuc in imagine illudenti, quasi minimè attenderet nisi in despectum, dum vel pedum erat imago ludibrium. Proh incuriositas pectoris fragilis! Inefficax diligentia, & prævalebit incuria! Quid Cupido, si vincit imago? Quid in corde positus, si triumphat pedibus tritus! Sub pedibus Salomonis iacuit, & vicit. Haud recte cogitavit castimoniæ victoriam, dum amorem vel pictum introduxit in lecticam. Dispondet rite triumphum, modò odisset etiam pictum: igitur superaret, si dum imaginem conculcavit, expulisset.

*Cur amor inflar ignis?*

*Vel victus vincit.*

7 Arridet proposito sententia Corn. Alapidis hic in *Exposit. Lit.* Pavimentum ferculi, uti diximus, stratum Cupidinis imagine, vel medium eius ardebat amore. Ubi præfatus Doctor: *Medium huius ferculi solium, aut certe pavimentum stratum erat effigie columbarum, vel carbunculorum, vel ignis & flammarum.* Insignia singularia: hinc cogitationi ignota. Quid commune inter columbas, amoris prunas, & Cupidinis flammas? Magnum quidem. Columbæ pernicissimi sunt cursus, ut ait Nazianzenus *Orat.* 17. & indicant pusillanimes, sicut observat Pier. Valerianus *lib.* 22. *cap.* 11. Ignis autem pravam cupiditatem, & flammæ amorem: iungitque Salomon flammis columbas, ut qui casto pectore, vincant Cupidinis flammas: igitur dum carpitur fuga, obviat in itinere de Cupidine victoria.

*Alapid.*

*Psal. 54. 7.*

*Obviat victoria, dum eligitur fuga.*

8 Pinxit in flammis Veneris toxicum, & in



& in columbis alexipharmacum. Dixi meditanter *Alexipharmacum*, & non Pharmacum; quia pharmacum supponit virus, alexipharmacum prævervat à vulnere pectus: & aptiùs venena luxuriæ arcentur, quàm à pectore expelluntur. Unde Otho Vænius *Amor.* Emblem. 83. *Amor celerem habet ingressum, regressum tardum.* Si ut docuit, Salomon tacuisset; non iaceret, sed staret. Habet Cupido mille nocendi artes, vel dum fastidia sustinet odientis cordis. In ferculum eius imaginem introduxit, ut ploderet. Ploderet, ni introduxisset: siquidem facilius quàm proculando, artes vinceret fugiendo. Docet vel Ethnicus lib. 4. de *Rer. natur.*

*Aptus pennis ad fugitationem arcentur, quæ expelluntur.*

*Sed fugitare decet simulachra, & pabula amoris.*

*Lucret.*

*Abstergere sibi, atque aliò convertere mentem:*

*Vlcus enim vivescit, & inveterascit alendo,*
*Inque dies glisscit furor:*

*Cur amor inflar ignis?*

9 Ratio sub manum est. Amor imitatur ignem, qui non urit longe stantem. Solummodò consumitur dum caret fomite, & fugâ captâ removetur combustibile. Intromissa fuit imago Veneris in lecticam Salomonis, ut pessundaretur Amor vel in idolo. Fefellit sapientiorem cogitatio. Amor etiam dum expellitur, introducitur. Ideo porrenditur per ignis insignia, ut non prævaleat illecebrarum tutela: igitur etiam dum pedibus proculcatur ignis, urit proculcantes pedes.

*Subtrahe ligna foco, si vis extinguere flammam.*

*Heliquand.*

Flamma numquàm otiosa. Ita hominis cogitatio cum Veneris flamma. Unde in ferculo, dum Cupidinis pinguntur prunæ, seu calculi ignitii, pro antidoto piagantur etiam columbæ; quoniam triumphus amoris in recessu, & nequaquàm in conflictu. Fuga columbæ desideratur a Propheta, dum anima erat in exercitatione contristata, & conturbata. *Quis* (exclamat) *dabit mihi pennas sicut columbæ?* Ad quid ergo? *Volabo & requiescam.* Apte. Si volat, quiescit. In motu fugæ, quies cordis stabilitur: siquidem si ad conflictum staret, minimè ingratis cogitationibus quiesceret.

*Quiescit cogitatio, ubi volat*

10 Pater salvus sit à pusillanimitate spiritus & tempestate, dum filius iacuit victus & vinctus virtute inanis fiduciæ. Arbitrabatur Salomon victum Cupidinem, quia videbat sub plantis procumbentem. Haud aperto Marte Veneris bellum, sed insidijs adulantium cupediarum. Iccirco ipsa filio, apud Virgilium ubi supr. v. 692. commendat:

*Occultum inspires ignem, fallasque veneno.*

*Virgil.*

Venenum est & occultum, quo plura corda extincta, quoniam neglectum. Vicit Hercules Hydram virulentam, & veneno victo amisit vitam.

*Venus in fiducia municta.*

*Membra & Herculeos toros*
*Urit lues Nessea. Qui domuit feras,*
*Ille ille victor vincitur, mœret, dolet,*
*Quid quæris ultrà?*

*Senecæ*

Accinit Seneca in *Hercul. Oetæo* Act. 3. v. 749. Quid quærit ultrà? Quam virtutem habent toxica, quæ vincunt victa! David recessit, Salomon cessit. Recessit, & vicit; quoniam cavit, ne proculcantem morderet. Salomon parvipendit, & cessit, quippe iam victum abdixit: & passus est qui victor à victo iugum tyrannicum; igitur non fugit peccati in occasione periculum.

*Cupidinis non cedit, qui recedit.*

11 Columbas addit imagini Amoris Salomon, ut animæ fragiles contemplentur regis ferculum; ne dum ferri gaudent, ferantur in præcipitium. Totum hoc Salomon excogitavit, ubi columbas & Cupidinem in lectica finxit, *Propter filias Ierusalem.* Quid in debilibus, si ita in forti? Quid in fatuis, si ita in sapiente? Utrumque consultò iunxit, *Propter filias Ierusalem*, ut saperent alieno capite. Pudor in virginibus debilis, maximè petulantia ætatis, & debilitate defectuosæ rationis, quæ minimè pericula perpendit, dum maius imminet: igitur quam ignofant, occasionem; illecebram demonstrat citò experientia in castitatem: & propter filias Ierusalem imagini Cupidinis iungit columbas, quarum insigne conditionis fugacitas; quippequàm Veneris potentis, potentivve flamma, fecundiùs à virginibus vincitur fugâ.

*Cant. 4. 10.*

*Ratio flammæ fugitur fuga.*

12 *Propter filias Ierusalem* currus ornatur huiusmodi imaginibus, victoriæ vel periculi testibus. Triumphum candor castitatis adipiscitur, ubi de adversario non quæritur. Si venerit Cupido, lauream puritas de contentione obtinebit: si quæritur, ut sub pedibus conteratur, vincetur. Imaginem, quam admittere non debuit, currui Salomon incuriosè intulit, quasi invalidam despectus vinculo, pro castitatis trophæo. Aliter accidit, dum flatus cogitationis extinctas succendit prunas; etenim trophæum: Cupidinis vincta castitas: & huiusmodi vanæ fiduciæ florida tabula filiabus Ierusalem exhibetur, ne confidentia in discrimine vincantur: siquidem ludibrium erit libidinis, quisquis incautè quæsiverit occasiones.

*Qui periculum quærit, iacet perivibit.*

13 Denique aliud latet documentum & non infimum pro lubricitate occasionum

exponendum, maximè cùm periculum iam notum per frequens lapsum. Victus fuit Salomon turpiter fœminarum amore, cuius imaginem inseruit supervæ diviti lecticæ, ut pedibus fastiditus proculcaret, quam ex triumphis arrogantiam amor præsumpsit. Sibi non timuit, qui sæpe victus, & subcubuit imagini qui gloriosus. Quid Salomon gloriatur, ubi imagine vincitur? Quid faceret pulchritudinis vivida & florida species, si ita pectora arte debellant colores? Quid pennatus, qui ita vinctus? Vincere qui potuit nudus, quid armatus gerens? Quid non, verum, quando indespicientem grassatur simulachrum, & pictum? Quid aureis telis, si ita plumbeis? Quid demum sagittis, & flammis in pectoris solio, si cor prosternit prævalidè in pavimento? Decipula cecidit, dum aliam amor figuram induit. Nota. Media lecticæ imagine Amoris Salomon pulchrè confecit (ubi Vulgatus) *Media charitate constravit.* Charitas ingerimur pro amore. Studiosè ergo pudoris lubricitati. Sæpe (fallor? utinam!) tota machina Cupidinis sub specie charitatis.

*Ubi sup Sæpe flamma Cupidinis sub specie charitatis.*

14 Ad rem igitur. Non in currus culmine imaginem Amoris sculpsit, ut cogitationes in venerationem impelleret; nec in reclinatorio, ut oculos pasceret; sed proiecit in pavimentum, quasi vile mancipium, pedibus sæpe plodendum. Si Salomon à despecto numquam fuisset vulneratus, aut victus; plauderetur, vel vituperaretur per eventum cogitatus; quia in huius ambiguitate certaminis, turpius ejicitur, quàm non admittitur hostis. Verùm dum sæpe ruit, plus quàm amor, ipse semetipsum fefellit. Iam occasionem noverat: illum periculum non latebat: & vel dum pede Cupidinem tetigit, miserè corruit; quippe non fugit: igitur ubi experientia novit inesse occasionem, ibi nec ponere pedem.

*Nec leviter hærendum, ubi periculum.*

15 Aliqua testimonia brevi inserenda, ut lecturus perpoliat quasi inconcinna. *Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem*: commendavit Dominus dilectis, dum fecisset non procul oratum Patrem. Alibi aliter dubitabimus, modò verò, cur non dicit: *Ut non labamini in tentationem*, sed *ut non intretis*? Ingredi, est labi? Non egreditur sæpe qui ingreditur, & gloriosè? Minimè. Tentatio occasio ruinæ est, ubi prævalere, vel cedere potest cor, dubio in certamine Marte, expugnata & propugnante ratione; quapropter monet, non ingredi: igitur ubi legis periculum, non introeundum, sed fugiendum. Amissio gratiæ fit per voluntatis in ibhibita consensum, & nequaquam per tentationis introitum: cæterùm cùm in tentatione fit occasio lapsus, prohibetur introitus; siquidem tentationi consentiet, qui periculum non fugerit.

*Matth. 26. 41.*

*Ubi gratiæ periculum, fugiendum.*

16 Aliud acumen. In tentationem intrare, non est progredi, nec ruere: quare ergo docet, ut sibi consulant, minimè consentiendo, sed non intrando? Quia idem tangere pede tentationis limen, ac cadere in tentationem. Quælibet tentatio est lubricum præcipitium, & false contabulatum præruptum: Hispan. *Despeñadero.* In huiusmodi machina ita disponitur ingredientis ruina; ut primus ad introitum gressus sit infallibilis lapsus. Unde Servator discipulis innuit: *Vigilate, ne intretis in tentationem*; quandoquidem næ mittet animum præcipitem, quicumque moverit pedem.

*Præcipitatur, qui in occasionem in gressum.*

17 Cognovit Propheta Regius, ut fragilia pectora documento fugiant lapsus. *Mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei.* Quid igitur consensui, quòd pedes moti, vel gressus effusi? In occasione servari, vel ruere: etenim cùm libertas deficiat post primum gressum, pes motus lubricaret ingrediens in præcipitium. Latet anguis sub herba, quæ omnino lubrica: & dum calcare intendit, calcator corruit, & serpens post morsum fugit. *Penè moti sunt pedes*: & David non est lapsus, quoniam non mori: siquidem cùm motum sequatur introitus, & ingressum indeclinabilis lapsus; per motum, aut gressum pedis, vigilanter consensum explicat voluntatis: igitur si ruit voluntas ingrediens in limen noxæ, nec pes quidem ponendus in occasione peccati.

*Reg. 1. 3. 4.*

*Quid cùm meditatio pulchritudinis, cognoscitur in fœditate cadaveris.*

*Vers. 5.*

*Psal. 72. 2.*

*Nec pes quidem ponendus in occasione peccati.*

18 Hac ingeniosa pulcherrima phrasi demonstravit Gregorius Magnus puritatem Benedicti. *Cùm multos* (inquit lib. 2. *Dialog.* in *Præfat.*) *ire per abrupta vitiorum cerneret, cum quem quasi in ingressu rumpi posuerat, retraxit pedem: ne si quid de scientia eius attingeret, ipse quoque in immane præcipitium totus iret.* Penè moti sunt pedes, penè gressus effusi, & penè in ingressu victus; quippe ad ruinam in præruptis vitiorum sufficit tactus. Si quid attingeret, laberetur, igitur sufficit aliquid. Figuntur enim pedes in limo profundi, ubi non est substantia, sed lubrica firmitatis apparentia: & retraxit, quem quasi posuerat, pedem; ut fugeret vel in principio precipitem occasionem. Perpende. Non in ingressu retraxit, sed *quasi in ingressu.* Vividè modificatione expressa libertas, ut in cautione firmaretur castitas: quandoquidem si in ingressu quid occasionis attingeret, retrahere pe-

*S. Benedi. Dux quæ arte in occasione expers periculi Gregor. Magn.*

*Difficilis victoria in occasione præcipiti.*



pedem à præcipitio non posset. Delirium est solicitare libertatem in vinculis, & ignis indultum in Veneris flammis. Qui ambit castitatis illibatæ nitorem, ab occasione peccati retrahat pedem.

19 Quæ Allophylis superstitio, nobis erit doctrina saniori sensu. Deducta est Arca Domini ab his in templum Dagon; cuius simulachrum coram Arca corruit. Elevaverunt, sed iterum & aliter iacuit: etenim *Inventerunt iacentem super faciem suam in terra coram Arca Domini: caput autem Dagon, & duæ palmæ manuum eius abscisſæ erant super limen.* Haud sufficit, idola cordis corrusse, expedit conteri. Ni contrita, iterùm in adorationem pristinam elevantur: contritis verò nullum remanet pulchritudinis vestigium: & nemini ita inhæret affectio, ut demulceat turpitudo. Videntur enim quid sint huiusmodi humana idola, dum exponuntur cadavera: cæterùm, ni fallor, serò cognoscit, qui in deformatione cadaveris respicit. Iacuit itaque concissa statua Dagon: *Propter hanc causam non calcant sacerdotes Dagon, & omnes qui ingrediuntur templum eius super limen*: subdit textus sacer. Unde saltu, non incessu transibant in templum introeuntes, transilientes limen, quod dissipatis membris, illis videbatur, consecrasse Dagonem. De huiusmodi ritu apud Palæstinos frequenti, si desiderantur plura, & selectiora, apud Doctiss. Sanctium videnda in *Sophon.* 1. 9.

*Dagon erat statua Venetis.*

20 Cur igitur, inquires, dum templum adoratores ibant, limen templi ubi statua iacuerat, non calcabant? Scatua Dagonis erat, ut dixi *Tom.* 1. *Tautolog.* 6. *Didasc.* 9. num. 1. simulachrum Veneris, quasi Sirenis, vel Nereidis, uti observatur à Serario in *Iudic.* 19. q. 23. Mendoza, Sanctio, Alapide, Lyra, & Abulens. hic: imò a pluribus eruditionis humanæ Auctoribus, Cælio Rhodig. lib. 23. *Antiq. lect.* cap. 5. Xenophont. de *Expedit. Cyri*, lib. 1. Cicer. lib. 3. de *Nat. Deor.* Herodot. *lib.* 1. Diodor. Sicul. *lib.* 3. *cap.* 2. & Natal. Comit. *lib.* 4. *cap.* 13. igitur specie humana umbilico tenus, deinde piscis; non secùs ac Scyllam pingit Virgilius, sicut notavimus supr. *Didascal.* 3. num. 18. & ipsam Venerem Mantius lib. 4. *Astron.* cap. 1.

*Manil.*

——*In piscem sese Cythereа novavit.*

*Horat.*

Et Horatius de *Art. Poët.* v. 3.

——— *Turpiter atrum*
*Desinat in piscem mulier formosa superne.*

21 Cecidit in terra statua Veneris, & limen, ubi cecidit, nullo modo calcabant, quique introibant. Quæ Ethnicis superstitio, debet esse nobis cautio. Ubi Deitas corruit, quis stabit? Venus occasio ruinæ est: & fugiet prudentiam, qui non fugerit cautus vel statuam. Si alterius vitij idolum cogitationi obviaret, maximè lapsum; minime vinceret victum: sed idolum Veneris saltu prudentia transit, quia vel iacens dexteritate nocet. Qui saltat, non calcat medium: qui molliter incedit, quod calcat suprimit: & obvia Venere, dextrè non calcatur, sed transilitur statua; quippe premit etiam pressa. In quolibet idolo cordi insidiatur occasio. Aliquando obvium. Si transire necessarium, & nequit resilire animus, transiliat pectus: equidem in huiusmodi transitu quisquis steterit, corruet. Victorum securiorem ritus demonstrat, ut pudor singulariter servetur, donec transeat: & transgreditur qui ingreditur in Veneris templum; ut non inveniat ex offensione periculum: igitur qui fugit verè Cupidinem, in limine occasionis nec debet figere pedem. Vernaculè, floridissimè. *En la ocasion de pecar, ni poner siquiera el pie.* Non tangat limen, qui respuit occasionem: etenim sanè prudentia triumphat, si declinat, maximè dum pulchritudo vel in imagine obviat. Quò intendit, conspiciendum: sed quà maximum: igitur si idolum occasio, & illecebrosa pulchritudo; ne illic hærear & corruat, illac minimè transeat; quoniam non transibit illac.

*Non hæretnum nec in limine occasionis.*

22 Caput statuæ & duæ palmæ manuum eius abscissæ erant. Idolum ita haud occasio apparebat cæspitandi. Quoties huiusmodi cogitatio incauta cordi decepit! Quælibet ex Venere vomunt iguem, urit proximos vel flamen: etiam sagittæ fractæ, sunt sagittæ, excitato amore clade, & prævalente igne frigidi cineris, flatu commiserationis. Quibus non prævalerent integra, si ita membra dissipata? Præceps & violentissima occasio summeque fragilis humana conditio. Unde Veneris non calcat limen, qui non quærit occasionem: etenim etiam dum fractum idolum iacet; transire parvum transilire oportet.

*Veneris sagittæ fractæ, etiam fugitæ.*

23 Non calcabant limen, qui ingrediebantur in templum; quia in limine lapsum Veneris simulachrum. Proh nefas! Favet lasciviam publica auctoritas. Favet, etenim qui non vetat, cum possit, profectò iubet. Profani transiliunt, Catholici ambiunt. Ubi Dei honor, vel ubi timor? Ubi turpedinis pudor? Trasiliunt illi, quoniam abominabile, quòd in ingressu, ac limine templi, esset occasio lasciviæ. Verùm hoc aliàs. Salvus est homo si fugit: quandoquidem

*Turpe, quid in templo, sit Cupidinis occasio.*

dem qui expectat vulnera, vulnus habet. Subtrahenda est occasio cogitationi, & opportunitas fugienda peccati. Procul igitur illa, ut succinit Ovidius lib. 3. *Amor.* Eleg. 8.

Ovid. *Ecce puer Veneris fert eversamque pharetram*
*Et fractos arcus, & sine luce faces.*

## DIDASCALIA VI.

### *Perversi nec malis convertuntur, nec bonis.*

Salvian. 1 INsit Salvianus lib. 1. de *Providen.* cap. 7. Difficile curvatur in rectum ingenium pravum. Licèt natura flexibile, induratur gravi corde: & urgentia consuetudinis vincit docilitatem conditionis.

Avit. *O nullis illecta bonis, nullisque repressa*
*Legibus, antiquo tantum sumpsisse draconi*
*Livora gens hominum!*
*Expectâsse diu, nihil profuit, insuper omne*
*Confessam venæ rapuerunt crimina tempus.*
Exclamat Alcimus Avitus lib. 4. in *Genes.* v. 144. Altera natura est consuetudo, & ferè impossibile, quod diu. *Ligatus eram* (gemebat Augustinus lib. 8. *Confession.* cap. 5.) *non ferro alieno, sed voluntate. Ex voluntate perversa facta est libido, & dum servitur libidini, facta est consuetudo, & dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas.* Ratio iacet, cupiditas viget: & ex inolito malo haud illuminat mentem mali cognitio. Instar ursi avidissimi mellis, videntur mihi ii dum feruntur carissimæ voluptatis dulcedine: mella gustant, licèt ardeant.

Consuetudo difficile mutabilis. August.

Genes. 19. 32. 2 Contemplemur præceps consilium filiarum Lot. *Inebriemus* (colloquuntur) *patrem nostrum vino.* Eductæ fuerunt miraculosè è flammis Sodomitis, viderunt etiam in matre pœnam vel levis curiositatis; nihilominùs tamen cogitarunt stuprum, & incestum: quod quidem crimen, quia augere non potuerunt, iteraruut; solicitantes ebrietatem patris, citra quam corpus evanesceret criminis. Malum ita grave haud aversantur fœminæ? Operæ sunt iniquitate & impietate. In fœminis malignitas sufficitur pro ingenio: ideo dicunt, *Inebriemus patrem vino.* Illæ iam erant ebriæ, sed luxuriæ. Aberrabat cogitatio, simulac pectora penetravit Veneris potio. Prævaluit è potione in illis potius, quàm in patre temulentia: siquidem amplexæ sunt crimina, & illis collatâ vitalitatis gratiâ, & visâ palàm genitricis pœnâ. Perversi difficilè corrigunter: igitur effrontis frontis, & duræ cervicis, quæ non curvatur bonis, nec flectitur malis.

Improbi non sufficiunt dolere pœnæ, nec favere.

3 Illi converti vellent, & denuò idolà nova adoranda collocant corde. Hoc est velle, sed nolle. Miracula sæpe quærunt, & difficultatem conversionis fatentur, dum faciendi conversio per miraculum; igitur in huiusmodi articulo, maius miraculum erit conversio. Illis viderur convertendos per miraculum, cæterùm rationi non videtur; quippe nequaquàm despicerent cordis idola, quantumvis pluerent è cœlo miracula. Perpenderis vim consuetudinis vitij, ubi non sufficit expositio miraculi. Valuerunt miracula Moysis in pectus proceri Regis? Duro pectori, sunt sine acumine plagæ. Ad portenta Salvatoris Hebræi conversi, etiam dum petræ compassione scissæ? Iudas conversus à via iniquitatis, tot miraculis visis? Indurantur supra petram, foventes è delictis pervicaciam. Adinstar Propœtidum, ut finxit Ovidius lib. 10. *Metam.* Fab. 6.

Ovid. *Corpora cum formæ primum vulgasse ferantur:*
*Utque pudor cessit, sanguisque induruit oris,*
*In rigidum parvo silicem discrimine versæ.*

Insensibilia sentiunt, sed pravi non convertuntur.

Eccli. 48. 15. Vers. 16.

4 Quid tempore Eliæi populo gravi iniquitate? *In vita sua fecit monstra, & in morte mirabilia operatus est:* dicit Siracides. Verùm quid inde? *In omnibus istis non pœnituit populus.* Mira faciebat, ut idola relinquerent; sed adorabant idola, etiò viderent miracula: quippe nec miracula sufficiunt, ubi corda humana in lapidem obdurantur. Prodigia contentiosè solicitant, ut de peccato (si negantur) excusationem habeant. Exhibentur; verùm nequaquàm improbi convertuntur: igitur cùm fataganc de excusatione, & nullatenus de intenta pœnitudine; in idolorum veneratione turpiter perseverant, quamvis miracula & usquequaquè videant.

Nec pœna nec miraculis.

5 Elevavit Ieroboàm aureos viculos in Bethel, ut rueret domus Iacob. Misit Dominus Prophetam, ut portentis regi & populo indicaret insaniam: unde scissum est altare, prima prolata voce, quasi contereretur adoratio, contrito idolo, vel infecto sacrificio. Sentiunt crepitu, & strepitu æra, & insensibilia persistunt hominum corda. Extendit igitur rex manum, ut Vatem apprehenderent, *& exaruit manus quam extenderat.* Quicquid possunt reges, posse putant; sed indicatur quid posse: equidem aridam habebunt potestatem, si manum extenderint ultra legem. Haud manum valuit retrahere, quæ sic in pœnam audaciæ fuerit. Rex primo obstupuit, sed rogavit, ut impe-

Possunt reges, quod licèt posse sunt. 3. Reg. 13. 4.



petraret à Domino sanitatem, & Vatis Dominus vacuam haud dimisit precem; igitur per novum miraculum, *Reversa est manus regis ad eum.* Dominus mortificat & vivificat, vulnerat, & vulnera sanat; ut sciant homines, quos propter crimina plectit, non plectere propter pœnas, sed propter culpas; haudquaquàm ut vulneribus mortificentur, sed ut convertantur: ut ægris doleant, & dolore pœniteant.

Vers. 6. Deus peccatori immittit dolorem, propter scelerum pœnitudinem.

6 Rex ergo expectus est criminis pœnam, & Domini per tot miracula gratiam. Verùm quid? Vilis miraculis, & perpessis pœnis mores mutavit? Scelerum pœnituit? *Non est reversus, sed econtrariò fecit.* Et paratis prodigijs! Utique. Huiusmodi corda favoribus indurantur. In cogitata semel, quasi sine libertate ruuntur. Scimulantur à seipsis in lubita propensionis, quæ ita occupant sphæram pectoris; ut nec beneficijs convertantur, neque malis.

Vers. 31. Ipse verò nec malis convertitur, nec bonis

Sunt quidam generosæ indolis, cuius animos pœnæ non frangant, sed elatiores confusione reddunt: verum cum suavitate, & gratia, adoriuntur etiam impossibilia, convertunturque in regiam semitam legis, ductrice luce rationis, maximè confiderantes pœnam sequi culpam, sed indultam, vel suspensam. Secùs alij, minimè intelligentes vocem rectitudinis, nisi interprete virga severitatis, duce dolore, & stimulis supplicij, quibus summè & clementer consulitur, dum nihil, leve licet, indulgetur. Unde S. Benedictus, ut Præses diversimode lucretur animas, sibi ratione dignitatis creditas, *Regul. S.* cap. 2. illum ita instruit: *Honestiores quidem atque intelligibiles animos primâ, vel secundâ admonitione verbis corripiat: improbos autem, & duros corde, ac superbos, vel inobedientes verberum, vel corporis castigatione in ipso initio peccati coerceat: sciens scriptum: Stultus verbis non corrigitur.* Hæc omnia, quia pro complexione necessaria, in conversionem Ieroboàmi exhibita. Intulit Dominus in aridatare manus severitatem; & dum restituit usum, etiam favorem: cæterùm non penituit, *sed econtrariò fecit.* O diabolica in humana conditio! Impossibilis omninò conversio, ubi gratiæ indurant animum, & dura vexatio minimè dat intellectum.

Pro conditione subditarum sit cuique præsidia. S. Bened.

Desperatur salus ubi remedia non sentit ægritus.

7 Sanè Ieroboàm beneficia collata cognovit. Cur igitur *non est reversus, sed econtrariò fecit?* Contraria facere, est cognoscere agere perperàm, & nihilominus perperam agere. Quare contraria legi, atque saluti fecit; si esse contraria cognovit? Arbitratus est visa in miraculo promptitudine pietatis, tempore quo vellet inventarum iamnam cordis: & spatium penitentiæ non invenit; quoniam dum habuit tempus, non quæsivit. Induruit animus:

*Confessum venia rapuerunt crimina tempus.*

Arbitratus est, prodigia pro conversione faciendâ, uti iam facta, quasi posset proximum, quod non primum: & fefellit cogitationem vana fiducia, exponens ut communia, quæ miracula. Arbitratus est habens in idolis prævaricationis occasionem, posse consequi pœnitudine salutem: & causâ cecidit, cùm illute cogitavit: igitur peccatorum non fit remissio, dum retinetur peccatorum occasio. Peccata non est confessus: nihilosecius de illo benemeritus Dominus. Cognovit clementiam, qua compescuntur crimina, & quia cognovit, cogitavit maiora; formans ingratitudinem, ex eò quòd experrus est omnino misericordem: quandoquidem nulla maior, quàm abuti pietate, ut iterùm offendatur qui gratis indulsit, & denuò delpiciatur, qui pepercit.

Pessima cogitatio nes improbitatis.

8 Propter idola aversus est, & non servavit pactum constitutum; imò non est reversus, quippe conversus in arcum pravum: quo næ sagitta aliò dirigenda, fallax reflectitur in torquentis præcordia, dirigentemque vulnerat, & vi quam dederat. Miracula occurrunt: sed quid miracula, si adorantur idola? Haud corda nanciscuntur conversiones, erectis cupiditatum simulachris. Conversio incipit à voluntate: quandiù idola fuerint in pectore; evanescet conversio, vel exhibito ad conversionem miraculo. Passim oculis teritur huiusmodi lamentabile spectaculum, quoniam in altari cordis perseverat voluptatis idolum: Iacet miser cuius aridæ manus, & aridior spiritus in lectulo, seu eculeo, ubi male torquetur; vel bene, ut pœnis cedat legi; aut dolore vehementi, pœnitudini. Si, Deus faxit, inquit, restitueret in valetudinem integram; affiperem pœnitentiam, & conversionem morum projectis à corde idolis illecebrarum. Miraculum erit, si in pedes erigit se. Tandem Deus vult: & vult, ut restauret formam valetudinis, qui fuit vivum cadaver imago mortis. Revertitur? Nullo modò. Econtrariò facit, & de malis in mala præceps ruit. Proh dolor! Et cognoscens ægritudinem corporis ortam ex ægritudine mentis, valetudinem desperatam miraculo restitutam, semel & iterùm labitur in noxam? Utique: necdum simulachra projecit è pectore: & minimè revocabitur in meliora, quantumvis fiant ad conversionem inusitata miracula.

Eius non fit conversio, & exhibito in conversionem miracula

Pti

9 Primò pœna excitavit à somno sopiram veterno voluptaris cognitionem, & cognitio voluntatem deduxit in pœnitudinem: sed usu cupiditatis stimulus conscientiæ abdixit, quoniam pœnam ex stimulis non sensit. Revoca in memoriam, quod protulit ubi suprà Benedictus: *Verberum & corporis castigatione.* Aër ne verberatur flagris, ut verbera non sint castigatio corporis? Nullo modo: & tamen verberibus non sunt castigata corpora; quippe dolo voluptatis, vel consuetudinis mali, non sentiunt verbera. Ut castigati, sed non mortificati, vulnerati quasi minimè perculsi: quandoquidem nec beneficijs curbantur, nec tormentis resipiscunt.

S. Bened.

*Infertur castigatio sed non compunctio.*

10 Electus Moyses in Ducem Israël, strenuè se gessit, ipsis operationibus exprimens, Quis constituerit. Nonnumquàm Præsidum illustris rutilat operatio, dum pro regimine eliguntur à Domino. Invenit coram illo Moyses gratiam, & quia gratiam invenit, solicitavit & gloriam, voto potito, singulari privilegio. Perpende igitur Ducis ad Dominum preces, post tanti exhibitionem favoris. *Si inveni gratiam* (inquit) *in conspectu tuo Domine, obsecro, ut gradiaris nobiscum* (*populus enim dura cervicis est*) *& auferas iniquitates.* Succumbit oneri, qui populum è captivitate eduxit, qui tot mira & stupenda patravit, quem auctoravit electio de cœlo, & splendor ex electoris consortio? Si indulgentia occasio micat despectus, viginti tria millia hominum eius devoravit gladius. Nanciscitur in Duce populus severitatem, fæpè pius manuetudinem, hominem miraculosum, Dei & virtutis amicum; cur igitur ipse fatetur iniquitatem populi auferri non posse, nisi Deo duce? *Duræ*, subdit, *cervicis est.* Quæ cupiebant, modò displicent; quæ abominabantur, modò placent. Nec miraculis flectuntur, in omnem aleam proiecti, nec verberibus curvantur dura cervice: & ubi non movent animum nec pœna nec beneficium; Præses estò cœlestis, inanis; dux sumus sine auctoritate ducis; quod miraculum, ludibrium; quod magis commendabile, vilipendium: unde incumbit Deo, ad quod non sufficit vel insignis homo; quoniam ut perversi & improbi convertantur lege ad cor, opus est tota potestate, & auctoritate Dei. Hispan. vivaciùs: *No basta el hombre mas insigne para tan dura cerviz: es menester todo un Dios.*

Exod. 34. 9.

Cap. 32 ad.

*Nequit homo dirigere tot insimodi improbitatem.*

11 Diligenter observa difficultatem conversionis, in corde diabolicæ consortes tenacitatis. Pro filio malè à Dæmonio vexato quidam accessit rogatum Dominum. Non potest non esse pater: quæsit filium, etsi dæmoni traditum. Agnovit in operationibus agere haud potuisse hominem, sed dumtaxàt in hominem dæmonem. Patiebatur sub inimici potestate mancipatos filius, cruciabatur, discruciabatur. Eadem fere pectora sceleribus patiuntur, & delectat dæmonis consortium, & per dæmonem tormentum: igitur rationem & sensum fallis voluptatibus gravant, & *esse sub sentibus delicias computant.* Spina est omne peccatum, quia dum trahit ad delectationem, quasi pungendo lacerat mentem. In his quæ fieri debent, maximè gaudent. Tantò se iniqui inani lætitia exsultant, quantò magis ad pejora convalescunt: & esse sub sentibus delicias deputant; quia iode perversam mentem ad gaudium illusi sublevant, unde spinas peccatorum miserrime portant. Sane hi errant corde, malis ipsis infatuati: siquidem sibi videntur videre rosas, ubi vel insensati sentiunt spinas.

Iob. 20. 7.

*Falsè lætantur à vera impiate.*

12 Audivit Dominus gemitus patris pro filio, ut miser liberaretur à diabolo; & obtulit pater ægrum discipulis, ut donarent sanitate: Renuit diabolus. Nec mirum: plerumque superbis grave, videre Superiorem inferiorem conditione. Obtulit discipulis, sed diabolus eluit conatum, quippe minimè potuerunt curare eum. Tunc Dominus ait: *O generatio incredula & perversa! Quousque ero vobiscum? Usquequò patiar vos? Afferte huc illum ad me.* Cur igitur propositò huius libertati consulit Dominus, ubi facere quibat per ministros, vel quare discipuli non potuerunt expellere dæmonem, dum super dæmones iam Dominus contulerat potestatem? Innuit pater: *Miserere*, dixit, *filio meo, nam sæpe cadit in ignem & crebrò in aquam.* Aqua symbolum est dulcedinis Superioris: ignis verò austeritatis: igitur ignis urit, aqua lambit, ille gravat, illa refrigerat, & purificat utrumque usum, vel totum. Discipuli homines erant: Iesus Deus-homo: & incumbit solus toto conatu huius hominis saluti: quoniam solus Deus potest eripere de potestate Satanæ, quem hominem non movet severitas malestatis, nec benevolentia amoris.

Matth. 17. 17.

Vers. 15.

*Nec mansuetur severitate majestatis, nec benevolentia amoris.*

13 Nota indignationem Domini. *O generatio perversa!* Perversa, & numquàm reversa. Merito, ubi ita se gerebat diabolicus homo: siquidem ubi amore, vel timore alius resipiscens surgit, ille cadit. *O generatio perversa!* quandoquidem nec convincitur iustitiâ, nec allicitur gratia. Perversa utique, dum mavult suffocari, quàm converti.

Per-



Perversa, cùm prius eligat ignem, quam revocare intentionem. *O generatio perversa! Usquequò patiar vos?* Quid Domine mi? *Quousque ero vobiscum?* Deliciæ cuæ nonne cum filijs hominum? Ab hominibus abhorret, quorum conditio non flectitur cruciatu acerbo supplicij, nec muleedine clementiæ. *Usquequò patiar vos?* Rationalium indoles & ingenium perveneuntur, sed convertuntur. Aliquando reversionem protrahunt; cæterum in miserijs non subsistunt; quippe potiùs esset conditio dæmonis, quàm mutabilis hominis vel remissione pœnæ, vel cruciaminis dolore: & *Usquequò patiar*, dicit, quasi sustinere exorbitantiam non posse: siquidem ad toleranda insolentiæ tot iniqua, non est patientia. *Sæpe cadit*, & numquam surgit: in pejora corruit. Non surgit, ut iterum cadat: sed sæpe cadit, quia mutatur in igne & aquâ materia, sed non malitia. Extrahitur ab igne, quo aduritur; & ibi isceret, ni violenter extraheretur. Quis sustinere posset hominem animo quieto, cùm minimè sapiat, vel periculo proprio?

*Nec iustitia, nec clementia.*

*Dei patientiam irritant.*

14 Caulam indicat Seneca *Epist. 59. Non enim inquinati sumus, sed infecti.* Non est extrinsecus malum nostrum. In visceribus sedet, intra nos latet. Assueti venenis, vivimus periculis: & dum deficiunt noxia, deficit vita. *Cervus ætatis suæ arbiter* (inlit Tertullianus de Pallio cap. 3.) *serpente pastus; veneno langueseit in iuventutem.* Fugiunt homines serpentes, quia fugiunt mortem; & impij adinstar cervorum ex venenis hautiunt vitalitatem. *O generatio perversa!* Sustineri bile quietâ, & stomacho possunt, quibus toxica placent, & medicamina nocent? *Verte impios & non erunt.* Ideest, deficient. Non malignitate, sed natura: sunt illis proficua toxica. Vertuntur, cum revocantur frugi, ab inolita impietate: non sunt, quando cedunt morti: vivunt veneno læti, quo alij languescunt & misere: at si verteris, non erunt; quia cùm venenis alantur, sine venenis moriuntur. O pessima generatio, ubi similitudo hominis, & non homo! Cecinimus vobis, & non saltastis: lamentabimus, & non planxistis. Quid faciendum in huiusmodi perplexitate! *Afferte huc illum ad me*: ut ab hoc itaque expellatur iniquitas, tota divinitatis est necessaria potestas.

Seneca.

*Cervus viget venenis.*

Tertul.

Prov. 23. 7.

*Imbibunt venena vinum.*

*Quasi Dei tota illis authoritas necessaria.*

15 Perpende *Huc*. Ille adducendus, ubi Christus erat. O mentem perversam! vel diguandus venuebat accipere medicinam. Ideo dicitur; *Afferte illum*; quippe estò ad salutem accitus, minimè venier, nisi funibus tractus. Verum cur Christus non procedit, ubi est ægrotus: sed hic portandus, ubi fiabat medicus? *Nemo sanatus offenditur* (ait Ambrosius lib. 4. in cap. 4. Luc.) *nisi qui religioso officio fuluit sanitati.* Huiusmodi homines à cupiditatibus possessi, vellent converti sine conversione: & ubi voluntas non mutatur, nemo convertitur. Vellent Deum facere miracula ut revocarentur à culpa; à delicijs removeri, sed in delicijs stare; nihil facere, sed totum à Deo fieri: & iubet Christus ad se deportari laborantem, ut ipse coöpereturin salutem. Ipse Dominus est medicina. Qui petit, accipit: qui quærit, invenit; atque pulsanti aperitur: verum illi minimè patet, qui se fatue infirmum non confitetur. Veniat, qui indigeti fatis gratiæ, si adipiscitur, quod petit: & invenit portum perviam, quam iure cogitaret criminibus claufam. Studeat ergo diligentiæ, quisquis fludet officiose sanitati; quippe sine indigentis diligentia non datur gratia: unde huiusmodi operiri prodigium; nil aliud consta, quàm tentare Deum.

Amb.

*Ab illis fiat dilectio defideratur voluntas medicinæ.*

16 Cum Servator N. in desertum recessisset, ut ieiunaret, & viam assecliis illatenus inviam ostenderet; *Accedens tentator dixit ei: Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant.* Potens est Deus: cur igitur huiusmodi propositio, dicitur apertissimè tentatio? Recte quidem, si connotat hominum pertinacem voluntatem: igitur repugnat ex terminis, quòd sint homines, & lapides. Tentatio est, dum expectatur eventus omninò contrarius causæ, vel effectus formæ cum positivo obice. Obex ad conversionem est permanentia in criminibus, & adhæsio pertinax cordis patratis iniquitatibus: non erit conversio, sed tentatio, sese in carcerem includere, quia Deus inclusum potest liberare: & se avertere à pacto, quia converti quit à Deo. Huiusmodi cogitationes ingeruntur à diabolo, homini sponte sub peccato vendito: igitur velle converti, quin vincula frangantur peccati, solummodò potest exogitari à dæmone.

Matth. 4. 3.

*Et conversi sine conversione.*

*Dic ut lapides isti.* Quid si lapides? Lapides sunt sine sensu, consequenter sine motu. Si in lapides converterentur mortales, impossibiles erunt conversiones: igitur haud facile converti, absque ulla actione vitali. *Dic ut lapides* convertantur, quandoquidem icta virgæ erumpunt è rupe lachrymæ. Minimè mutabuntur, si non mutantur. *Dic ut fiant.* Quid ergo si nihil faciant? Fient, modò fecerint. Ita fiet conversio: aliter diabolica omninò tentatio: quippe plena, dum à Deo intendunt fieri omnia, quin ad

*Fieri alij tentant, cùm nil faciant.*

conversionem interveniat ulla illorum diligentia.

Isai. 1. 16. 17 Intelligitur modò, quod Dominus protulit ad populum. *Lavamini* (inquit) *mundi fiote.* Numquid in illorum voluntate est lavi à crimine? Gratiam dabit Dominus: ideo David clamat, *Lava me ab iniquitate mea*: quippe animæ lavacrum à gratia. Quo ergo pacto ipsi criminosi lavabuntur? Si diligentiam adhibent, ut laventur. Non lavabit Deus? Quamvis posuit, non lavabit. Dabit gratiam, si lavandi solicitant mundiciam. Mundavit conscientiam ab operibus mortuis, si homo satagit de puritate pectoris. Medicina patet prompta, ergo sauciatus accedat. Lux adhuc in tenebris lucet. Accedite igitur & illuminamini. Lavacrum pervium, ubi culparum naufragium. Ipse lavabit, & dicit, *Lavamini*; quippequàm minimè mundabit peccatorem, ni disponatur in formam purificantem.

Ps. 50. 4

Obtinetur gratia, cum gratiæ diligentia.

18 Lavit Assertor N. oculos cæci nati collyrio luti: sed noluit medicinam prodesse doleuti, quousque accederet fonti. *Vade* (inquit) *& lava in natatoria Siloë.* Ni procederet, non vidisset. Nonne efficax medicina, quæ ex ore Altissimi prodivit, ut oculos cæci quamprimùm illuminaret? Utique: verùm si ut oculos linivit, lumen in illis accenderet; cæcus sanè nihil faceret: & remittit, ut lavetur, quem lavavit, ad aquam; ut coöperaretur diguandus in medicinam: igitur negligenti quod in se est, numquam exoritur lux; quoniam parcens diligentiæ, non surgit à cæcitate.

Ioan. 9. 7.

Qui parcit diligentiæ, si surgit à cæcitate.

Considera diligentiam, & promptitudinem medicinæ, atque præstantiam. Cæcus iubetur in fontem procedere. Processit, & vidit. Illuminatur à Domino, qui cæcè obedit. *Abijt ergo, & lavit, & venit videns.* Statim? Sine mora. Retinetur cæcitas, quamdiù protrahit diligentiam cæca voluntas. Patet amoris divini pectus, utut pulsaverit animus. Cor contritum non despicit, imò libentissimè suscipit, inventâ confestim venia, si solicitata medicinâ: siquidem Dominus illuminat cæcos, simulac studeut aperire oculos. Iacent peccatores cæci; & ideo iacent, quia volunt fieri, sed nihil faceret: igitur sine diligentia, non conceditur gratia. *Abijt, & lavit, & venit videns.* Lotio oculorum lachrymæ: manant lachrymæ à dolore: & tunc fit illuminatio, & cordis conversio, dum accedit pœnitudo.

Ibid.

Sed illicò surgit qui minimè parcit.

19 Miraculum conversionis aquæ in vinum patet obvium. *Implete hydrias aquâ*, ministris dicitur: & aqua in vinum convertitur. Ad quid ergo huiusmodi diligentia ministrorum, dum sine illis poterat fieri miraculum? Patranda erat conversio, non è nihilo productio: & monentur, quòd hydrias aquis implerent, ut aliquomodò in conversionem concurrerent. *Implete hydrias, & aquâ*; ut in vinum convertantur quæque fuerint in hydria. *Hydria lapideæ* significant corda, & corpora nostra, quibus continetur anima, vel ardens vino gratiæ, vel gelida à frigiditate culpæ. *Hydriæ lapideæ.* In lapidibus fiunt miracula? In lapidibus signantibus humana corda! In lapidibus. Conditio aquæ est frigiditas ingenita; & inter homines cordium exhibetur conversio, si reprimitur natura. Quæ urgent in conditionis proclivitatem, impediunt sæpesæpius conversionem: verùm si inclinationes vincuntur, & appetitus sensitivi proculcantur; fiet animarum conversio, quamvis in corde lapideo.

Ioan. 2. 2.

Quamodò dederit conversionem cordi in corde omninò saxeo?

20 Ergo proposito. *Implete hydrias aquâ.* In aqua & exponitur frigiditas cordium, & abundantia uberum lachymarum. Hic est modus conversionis. Impleant oculi, peccati ministri, hydrias pectoris pœnitudinis lachrymis, pudoris, mœroris, atque doloris signis; & Deus faciet conversionem animæ à frigiditate culpæ ad ignem rutilæ gratiæ, quantumvis peccatores, causâ criminis, habeant corda, tamquàm lapides. Lachrymæ fugiunt impiorum ocnlos, quippe corda in pœnitentia non liquefiunt. Salvari sanè vellent sine labore, & coronam nanciscì sine certamine. Immittit Dominus plagas, ut compungantur; & rident. Beneficia, & in illum tamquàm tela retorquent. Minimè prudens est etiam in pœna, cor infatuatum in culpa: imò peccator tantò securior, quantò pejor. Ad rem Mariana in *Eccle.* 1. v. 15. accinit:

Lachrymis mollescunt, in conversionē corda.

Mariā.

*Corrige? Nil facias, prævi in contraria tendunt*
*Omnia sunt stultis, omnia plena dolis.*
*Si refrices mores satyræ mordacis aceto,*
*Nulla viget ratio, cuncta libido gerit.*

Similes frustrare pravi.

Ex improbis fiunt reprobi criminum usu, accipientes animam rationalem in vano: igitur imitantes sycomorum, irrigatione deteriores fiunt.



DI-



## DIDASCALIA VII.

### *Fulmen est, ubi cum potestate habitat iracundia.*

P. Syr. In principibus tantùm ius, quod lex furoris.

1 Decantavit Pub. Syrus v. 226. Plerumque devoratur, & concoquitur iniuria à necessitate, vel à prudentia; quoniam ampliora surgunt incommoda ex meditata, & sæpius obvia vindicta. Princeps verò dum concipit dolorem, plerumque parturit iniquitatem: igitur ruptis repagulis iuris, tantùm ius, quod lex furoris. *Quid enim indignius* (declamat Seneca lib. 1. de *Ira* cap. 16.) *quàm florere quosdam, & eos indulgentiâ fortunæ abuti, quibus nulla potest satis mala inveniri fortuna?* Minimè nati sunt in iuvamen hominum, sed in exitium. Quid Caligula unicam, ut detruncaret, in Imperio Rom. cervicem desiderans? Quid Vitellius (abhorrentibus cunctis à cadaverum tabe) detestabili voce: *Optimè olere occisum hostem, & melius civem.* Quid Annibal exclamans cùm vidisset lacum humano sanguine plenum: *O formosum spectaculum!* Quid denique Volesius, inter pluta cadavera superbe incedens, & sibi gratulans, dicens: *O rem egregiam!* Vide Suetonium in *Caligul.* cap. 30. & in *Vitell.* cap. 10. Senecamque lib. 2. de *Ira* cap. 5. In alijs iniuria in ultionem rationem urget, in Principibus rapit. Urget & arcetur; quippe potestas à voluntate seiungitur: in Principibus rapit, quia posse, velle; & volunt iracundi totum posse: igitur cùm ira habet potestatem comitem, excutitur è pectore fulmen, quod priùs strage, quàm strepitu cognoscitur, ubi protrita mente in obvia quæque vibratur. Audi Claudianum pro 4. *Consul. Honorij* v. 241.

Senec.

Sanguinarijcra delitas spectaculum iucundum.

*Iram sanguinei regio sub pectore corais*
*Protegit imbutam flammis, avidamque nocendi,*
*Præcipitemque sui. Rabie furcensa tumescit.*

Claudian.

2 *Inebriemus patrem nostrum vino*: dixere filiæ Lot. Ad quid igitur additur *Vino*, si ad votum sat inebriatio? Quoniam plerique potestate inebriantur in throno: siquidem licet ulla non appareat iniquitas, experiri conantur, quid sit potestas: quippequam cui plus licet, quam par est, plus vult, quàm licet. Succinit qui suprà ingeniosè, & profundè, si umquàm alius, in *Panegyr.* de Theodosij Consulat. v. 223.

Genes. 19. 32.

Experiri conantur quid pervenit potestas.

*Qui fruitur irâ, ferus est, legumque videtur*
*Vindictam præstare sibi: cùm viscera felle*
*Candnerint, ardet stimulis, ferturque nocendi*
*Prodigus, ignarus causæ.*

Claudian.

3 De Elia, ut vidimus, dicitur *Zelò zelatus*: de Saule verò *Iratus iracundiâ.* Utercque iratus, sed alter zelo, & alter ira. Elias ira milite, non duce. Saul ira duce, non milite. Ille iratus propter culpam: hic iratus propter innocentiam. Ille ad pœnam noxæ, hic ad cruciamen pœnæ, ignarus causæ. Ille in crimen: hic in hominem. Ille zelo, quoniam ducebat in vindictam ratio: hic autem iracundiâ tantummodò, quoniam in meditata supplicia, præter Regis iracundiam, nulla erat causa. Æstuabat stimulis furoris cordis malignitas, cui accesserit malesuada potestas: & ebrios maiestate, procul crimine, ultionem cogitabat, quia volebat. Perpenderis causam ad implicabilem potestatis iracundiam. *Quare* (David) *moritur? Quid fecit?* dixit Ionathas irato patri: *& arripuit Saul lanceam, ut percuteret eum.* Quare moritur? A Rege & irato non inquiritur Quare. Quid fecit? Qui fertur ira nocendi prodigus, causæ fertur ignarus. Proterenda mortis lex, quia causæ non datur quid. Illuminat filius rationem furore cæcam, & pater arripit lanceam. Nec suis parcit, qui sibi nocet. Nullam invenit ultioni materiam, & arripuit lanceam. Ultima ratio regum, dum non est ratio. Ut procedat in vindictam perculsum pectus, causa potissima ultionis, Rex iratus. Cognovit iustum David. Quare damnat, si cognovit? Quia cognovit. Cognitio valet, dum Rex irascitur causâ: minimè verò, si irascitur iracundiâ.

Chrisdian.

1. Reg. 19. 10. 1. Reg. 19. 11.

*In illis irapropteriram.*

1. Reg. 20. 32. 33.

*Ira ultima ratio regum, dum non est ratio.*

4 In morte inculpabilis Ioannis relucet specimen huiusmodi detestabilis furoris. *Herodes metuebat Ioannem, sciens eum virum iustum & sanctum.* Metuebat, non amabat, quasi virtutes formarent terribilem, quem fecerant commendabilem. Nulla maior peccatori pœna, quàm iusti vira. Postquàm vinxit, & reduxit in carcerem pœnis vinculorum mancipatum; scivit iustum. Lucet vulnerata virtus, igitur dum exercetur, non frangitur. Ad instar vitris vulnere floret, ad instar silicis ictibus splendet. *Audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat.* An veneratio, obedientia, vel lxvitia? *Nullum aliud iam certius atrocis exitus signum, quàm principij lenitas*: astruit Suetonius de lxvitia Domitiani, cap. 11. Unde Plinius in *Panegyr.* ad Traian. infit: *Quid enim tam infidum fuit, quàm blanditiæ Principum illorum, quibus tanta levitas, tanta fraus, ut facilius esset iratos,*

Matc. 6. 20.

*Virtus prosfacta vius agnoscitur.*

Suetoni

*Ira summa sub favoris larva.* Plin.

conversionem interveniat ulla illorum diligentia.

Isai. 1. 16. 17 Intelligitur modò, quod Dominus protulit ad populum. *Lavamini* (inquit) *mundi fiote.* Numquid in illorum voluntate est lavi à crimine? Gratiam dabit Dominus: ideo David clamat, *Lava me ab iniquitate mea*: quippe animæ lavacrum à gratia. Quo ergo pacto ipsi criminosi lavabuntur? Si diligentiam adhibent, ut laventur. Non lavabit Deus? Quamvis posuit, non lavabit. Dabit gratiam, si lavandi solicitant mundiciam. Mundavit conscientiam ab operibus mortuis, si homo satagit de puritate pectoris. Medicina patet prompta, ergo sauciatus accedat. Lux adhuc in tenebris lucet. Accedite igitur & illuminamini. Lavacrum pervium, ubi culparum naufragium. Ipse lavabit, & dicit, *Lavamini*; quippequàm minimè mundabit peccatorem, ni disponatur in formam purificantem.

Ps. 50. 4

Obtinetur gratia, cum gratiæ diligentia.

18 Lavit Assertor N. oculos cæci nati collyrio luti: sed noluit medicinam prodesse doleuti, quousque accederet fonti. *Vade* (inquit) *& lava in natatoria Siloë.* Ni procederet, non vidisset. Nonne efficax medicina, quæ ex ore Altissimi prodivit, ut oculos cæci quamprimùm illuminaret? Utique: verùm si ut oculos linivit, lumen in illis accenderet; cæcus sanè nihil faceret: & remittit, ut lavetur, quem lavavit, ad aquam; ut coöperaretur diguandus in medicinam: igitur negligenti quod in se est, numquam exoritur lux; quoniam parcens diligentiæ, non surgit à cæcitate.

Ioan. 9. 7.

Qui parcit diligentiæ, si surgit à cæcitate.

Considera diligentiam, & promptitudinem medicinæ, atque præstantiam. Cæcus iubetur in fontem procedere. Processit, & vidit. Illuminatur à Domino, qui cæcè obedit. *Abijt ergo, & lavit, & venit videns.* Statim? Sine mora. Retinetur cæcitas, quamdiù protrahit diligentiam cæca voluntas. Patet amoris divini pectus, utut pulsaverit animus. Cor contritum non despicit, imò libentissimè suscipit, inventâ confestim venia, si solicitata medicinâ: siquidem Dominus illuminat cæcos, simulac studeut aperire oculos. Iacent peccatores cæci; & ideo iacent, quia volunt fieri, sed nihil faceret: igitur sine diligentia, non conceditur gratia. *Abijt, & lavit, & venit videns.* Lotio oculorum lachrymæ: manant lachrymæ à dolore: & tunc fit illuminatio, & cordis conversio, dum accedit pœnitudo.

Ibid.

Sed illicò surgit qui minimè parcit.

19 Miraculum conversionis aquæ in vinum patet obvium. *Implete hydrias aquâ*, ministris dicitur: & aqua in vinum convertitur. Ad quid ergo huiusmodi diligentia ministrorum, dum sine illis poterat fieri miraculum? Patranda erat conversio, non è nihilo productio: & monentur, quòd hydrias aquis implerent, ut aliquomodò in conversionem concurrerent. *Implete hydrias, & aquâ*; ut in vinum convertantur quæque fuerint in hydria. *Hydria lapideæ* significant corda, & corpora nostra, quibus continetur anima, vel ardens vino gratiæ, vel gelida à frigiditate culpæ. *Hydriæ lapideæ.* In lapidibus fiunt miracula? In lapidibus signantibus humana corda! In lapidibus. Conditio aquæ est frigiditas ingenita; & inter homines cordium exhibetur conversio, si reprimitur natura. Quæ urgent in conditionis proclivitatem, impediunt sæpesæpius conversionem: verùm si inclinationes vincuntur, & appetitus sensitivi proculcantur; fiet animarum conversio, quamvis in corde lapideo.

Ioan. 2. 2.

Quamodò dederit conversionem cordi in corde omninò saxeo?

20 Ergo proposito. *Implete hydrias aquâ.* In aqua & exponitur frigiditas cordium, & abundantia uberum lachymarum. Hic est modus conversionis. Impleant oculi, peccati ministri, hydrias pectoris pœnitudinis lachrymis, pudoris, mœroris, atque doloris signis; & Deus faciet conversionem animæ à frigiditate culpæ ad ignem rutilæ gratiæ, quantumvis peccatores, causâ criminis, habeant corda, tamquàm lapides. Lachrymæ fugiunt impiorum ocnlos, quippe corda in pœnitentia non liquefiunt. Salvari sanè vellent sine labore, & coronam nanciscì sine certamine. Immittit Dominus plagas, ut compungantur; & rident. Beneficia, & in illum tamquàm tela retorquent. Minimè prudens est etiam in pœna, cor infatuatum in culpa: imò peccator tantò securior, quantò pejor. Ad rem Mariana in *Eccle.* 1. v. 15. accinit:

Lachrymis mollescunt, in conversionē corda.

Mariā.

*Corrige? Nil facias, prævi in contraria tendunt*
*Omnia sunt stultis, omnia plena dolis.*
*Si refrices mores satyræ mordacis aceto,*
*Nulla viget ratio, cuncta libido gerit.*

Similes frustrare pravi.

Ex improbis fiunt reprobi criminum usu, accipientes animam rationalem in vano: igitur imitantes sycomorum, irrigatione deteriores fiunt.



DI-



## DIDASCALIA VII.

### *Fulmen est, ubi cum potestate habitat iracundia.*

P. Syr. In principibus tantùm ius, quod lex furoris.

1 Decantavit Pub. Syrus v. 226. Plerumque devoratur, & concoquitur iniuria à necessitate, vel à prudentia; quoniam ampliora surgunt incommoda ex meditata, & sæpius obvia vindicta. Princeps verò dum concipit dolorem, plerumque parturit iniquitatem: igitur ruptis repagulis iuris, tantùm ius, quod lex furoris. *Quid enim indignius* (declamat Seneca lib. 1. de *Ira* cap. 16.) *quàm florere quosdam, & eos indulgentiâ fortunæ abuti, quibus nulla potest satis mala inveniri fortuna?* Minimè nati sunt in iuvamen hominum, sed in exitium. Quid Caligula unicam, ut detruncaret, in Imperio Rom. cervicem desiderans? Quid Vitellius (abhorrentibus cunctis à cadaverum tabe) detestabili voce: *Optimè olere occisum hostem, & melius civem.* Quid Annibal exclamans cùm vidisset lacum humano sanguine plenum: *O formosum spectaculum!* Quid denique Volesius, inter pluta cadavera superbe incedens, & sibi gratulans, dicens: *O rem egregiam!* Vide Suetonium in *Caligul.* cap. 30. & in *Vitell.* cap. 10. Senecamque lib. 2. de *Ira* cap. 5. In alijs iniuria in ultionem rationem urget, in Principibus rapit. Urget & arcetur; quippe potestas à voluntate seiungitur: in Principibus rapit, quia posse, velle; & volunt iracundi totum posse: igitur cùm ira habet potestatem comitem, excutitur è pectore fulmen, quod priùs strage, quàm strepitu cognoscitur, ubi protrita mente in obvia quæque vibratur. Audi Claudianum pro 4. *Consul. Honorij* v. 241.

Senec.

Sanguinarijcra delitas spectaculum iucundum.

*Iram sanguinei regio sub pectore corais*
*Protegit imbutam flammis, avidamque nocendi,*
*Præcipitemque sui. Rabie furcensa tumescit.*

Claudian.

2 *Inebriemus patrem nostrum vino*: dixere filiæ Lot. Ad quid igitur additur *Vino*, si ad votum sat inebriatio? Quoniam plerique potestate inebriantur in throno: siquidem licet ulla non appareat iniquitas, experiri conantur, quid sit potestas: quippequam cui plus licet, quam par est, plus vult, quàm licet. Succinit qui suprà ingeniosè, & profundè, si umquàm alius, in *Panegyr.* de Theodosij Consulat. v. 223.

Genes. 19. 32.

Experiri conantur quid pervenit potestas.

*Qui fruitur irâ, ferus est, legumque videtur*
*Vindictam præstare sibi: cùm viscera felle*
*Candnerint, ardet stimulis, ferturque nocendi*
*Prodigus, ignarus causæ.*

Claudian.

3 De Elia, ut vidimus, dicitur *Zelò zelatus*: de Saule verò *Iratus iracundiâ.* Utercque iratus, sed alter zelo, & alter ira. Elias ira milite, non duce. Saul ira duce, non milite. Ille iratus propter culpam: hic iratus propter innocentiam. Ille ad pœnam noxæ, hic ad cruciamen pœnæ, ignarus causæ. Ille in crimen: hic in hominem. Ille zelo, quoniam ducebat in vindictam ratio: hic autem iracundiâ tantummodò, quoniam in meditata supplicia, præter Regis iracundiam, nulla erat causa. Æstuabat stimulis furoris cordis malignitas, cui accesserit malesuada potestas: & ebrios maiestate, procul crimine, ultionem cogitabat, quia volebat. Perpenderis causam ad implicabilem potestatis iracundiam. *Quare* (David) *moritur? Quid fecit?* dixit Ionathas irato patri: *& arripuit Saul lanceam, ut percuteret eum.* Quare moritur? A Rege & irato non inquiritur Quare. Quid fecit? Qui fertur ira nocendi prodigus, causæ fertur ignarus. Proterenda mortis lex, quia causæ non datur quid. Illuminat filius rationem furore cæcam, & pater arripit lanceam. Nec suis parcit, qui sibi nocet. Nullam invenit ultioni materiam, & arripuit lanceam. Ultima ratio regum, dum non est ratio. Ut procedat in vindictam perculsum pectus, causa potissima ultionis, Rex iratus. Cognovit iustum David. Quare damnat, si cognovit? Quia cognovit. Cognitio valet, dum Rex irascitur causâ: minimè verò, si irascitur iracundiâ.

Chrisdian.

1. Reg. 19. 10. 1. Reg. 19. 11.

*In illis irapropteriram.*

1. Reg. 20. 32. 33.

*Ira ultima ratio regum, dum non est ratio.*

4 In morte inculpabilis Ioannis relucet specimen huiusmodi detestabilis furoris. *Herodes metuebat Ioannem, sciens eum virum iustum & sanctum.* Metuebat, non amabat, quasi virtutes formarent terribilem, quem fecerant commendabilem. Nulla maior peccatori pœna, quàm iusti vira. Postquàm vinxit, & reduxit in carcerem pœnis vinculorum mancipatum; scivit iustum. Lucet vulnerata virtus, igitur dum exercetur, non frangitur. Ad instar vitris vulnere floret, ad instar silicis ictibus splendet. *Audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat.* An veneratio, obedientia, vel lxvitia? *Nullum aliud iam certius atrocis exitus signum, quàm principij lenitas*: astruit Suetonius de lxvitia Domitiani, cap. 11. Unde Plinius in *Panegyr.* ad Traian. infit: *Quid enim tam infidum fuit, quàm blanditiæ Principum illorum, quibus tanta levitas, tanta fraus, ut facilius esset iratos,*

Matc. 6. 20.

*Virtus prosfacta vius agnoscitur.*

Suetoni

*Ira summa sub favoris larva.* Plin.

*quàm propitios habere* ? Ita gratia Herodis erga Solis Præcursorem : audiebat libenter, sed obtrusit in carcerem.

5 Gravat ergo Princeps virum, & sciens cum esse iustum & sanctum. Quid enim nesciens faceret, si ita cognoscens virtutem carcris præmit ? Verùm quare si cognoscit ? Rationem furor rapuit ? Minimè. Stat vel increpitus in virtutis cognitione. Intellexeram iram ratione sepulta summam, quia iugulabat ducem. Acrior patet habens vigilem rationem. Nemo ita turpis qui non curet deaurare corpus sceleris, ut crimen videatur ratio, & non affectio. Fingitur, si non est causa : verùm non esset summa malitia ; ni quod Rex affectione exequebatur, ratione detestaretur, tradens invite in custodiam, cuius agnoscebat inculpabilem vitam.

*Et vigili intelligentia.*

Sciebat. Et instabat quod agnoverat. Audacia plane, quod dormiat ratio ratione vigili, & sine defectu Sol deficiat intelligentiæ. Trahit rationem ductricem ducta voluntas, maximè si adest cupiditati potestas. Excusationem vel excessus habet, quia haud aliter estò insipienter agnoscit. Aliqua semita specialis eligenda à malitia, ut parentur scelera : cæterùm nulla illarum magis trita, quàm quùm voluntas quasi crimine ducit ad mortem, quem ratio expers affectionis manifestat innocentem. Ducitur ira, non causa, verùm causam facit iram. Nullam ex actis ad Redemptoris necem invenit Pilatus causam ; & *causam super caput* crucifixi posuit *scriptam*. Quænam ergo ? Non habere causam, causam fecit ; siquidem crucifixit, quem innocentem agnovit. Non habuit causam, sed cum potestate iram : & ubi interfuit ira, iam fuit causa.

*Causa vindictæ est ira si desit causa.*

Matth. 27. 36.

6 Vide quàm vivax potestas, ad causas crudelitatis excogitandas. Estò cognoscat veritatem, tuetur perfide meditatum errorem : siquidem in malè cœptis honestior illi pertinacia, quàm pœnitentia. Blanditur animo auctorata severitas, & fugatur humanitas. *Cneus Piso* (ait Seneca lib. 1. de *Ira*, cap. ult.) *cum iratus duci iussisset quemdam, qui ex commeatu sine commilitone rediret, quasi interfecisset quem non exhibebat, roganti tempus aliquod ad conquirendum, non dedit. Damnatus extra vallum ducitur est, & iam cervicem porrigebat, cum subitò apparuit ille commilito, qui occisus videbatur. Tunc Centurio supplicio præpositus condere gladium speculatorem iubet : damnatum ad Pisonem reducit, redditurus Pisoni innocentiam, nam militem fortuna reddiderat. Ingenti concursu deducuntur, complexi alter alterum, cum magno gaudio castrorum, commilitones. Ascendit tribunal furens Piso, ac duci iubet utrumque, & cum militem qui non occiderat, & cum qui non perierat. Quid hoc indignius ? Quia unus innocens apparuerat, duo peribant. Piso adiecit & tertium, nam ipsum Centurionem, qui damnatum reduxerat, duci iussit. Constituti sunt in eodem illo loco perituri tres ob unius innocentiam. O quàm fulers est iracundia ad fingendas causas furoris.* Te (*inquit*) duci iubeo, quia damnatus es, te, quia causa damnationis commilitoni fuisti : te, quia iussos occidere, imperatori non paruisti. *Excogitavit quemadmodum tria crimina faceret, quia nullum invenerat.* Habet iracundia hoc mali, non vult regi.

Exemplum ex crudelitatis vomitu.

Seneca.

7 Constat ergo sævitia Herodis. Iustum Ioannem agnovit, & in custodiam publicam tradit, & morti tradit. *Et scienſ?* Haud error est mentis, sed perversæ voluntatis : etenim intuetur perspicuiùs veritatem, & tamen amat errorem. Idem fuit pronunciare iustum, & tradere criminosum. Crimen truculentè animadvertit, quia nec criminis umbram cognovit. Decollavit virtutem, quia viderat innocentem. Peribat, quia ius verabat. O quàm solers iracundia ad fingendas causas furoris ! Fallor. Nec causam finxit : non habere, fecit causam ; quæ tantò iniquior, quantò ratio in adversa perspicacior : igitur sciens sine ira iracundior, crimen execrabile patravit ; ne excusationem ex furore haberet. Error multoties præcipitat iudicium, quia appetitus fervens obnubilat intellectum : sed sciens Herodes virtutem Ioannis, devovit amaritudini mortis, in speculum summæ malitiæ ; quandoquidem erratum amplexus est sine errore. Non est causa, sed fruitur pœna, & patet ira.

Marcâ ubi supra

*Qui erârat scienter, malitiosè erat.*

8 *Status iracundiâ* dicitur de Saule. Scrutemur causam. Verùm quæ causa, si excandet ira : Fugit David iram eius, & ille ira exardescit, quia fugit. Comprehenderet Rex, cuius semper longissimæ manus, ni occurreret grandi miraculo Dominus. Articulus menti in veritatem illuxit, sed non mutavit ; quippe iratus est iracundiâ, dum favore Domini commoveri debebat pœnitentiâ : etenim speciosior gratia Domini, dum hominis subtrahit occasionem peccati.

Ubi fuga

*Specialis gratia ubi subtrahitur occasio culpæ.*

Furor pro tunc remissus, sed non missus ; quia in cor secessit, ut foveret pectus altiùs, & impetè denuò erumperet, dum ad manum haberet. Expectabat ad mensam, & quia non venit effervuit in iracundiam. Quid tutum in statu perplexitatis, maximè si



si sagittæ in manu potentis ? Si venit, confodietur lanceâ : si non venit, multabitur vitâ. O pericula perfidæ regiæ, ubi labor utrinde ! O labor summus, ubi Præses infestus ! Sanè iracundiâ concitatur, & non ratione ; dum operatio quælibet patet discrimini : igitur non odit, quòd indebitè David facit, vel à quo deficit : sed quicquid studio, aut incuriâ vel fecerit, vel omiserit Hoc est regium ?

*Tentat pellicere conatur quicquid occurrerit*

Fugit David & declinavit à Regis facie, quia *missus est Saul configere* (eum) *lanceâ in pariete*, & salvus fuit casso vulnere. Insigne regiæ potestatis erat lanceâ : notat Abulensis hic *quæst.* 17. & per illam indicabantur summa imperij, & summus honor ; uti tradit Pier. Valerian. *lib.* 42. *cap.* 23. & 28. Dum Princeps furori consulit, manet sine potestate ; siquidem ipse projicit potestatis insigne. Auctoritas ipsum, quin sponte dejiciat, comitatur ; & stat, dum ipsâ nititur. Si honor regis iudicium diligit, furor non habet. Si per lanceam posidetur, & à rege projicitur, dum iracitur ; dum rapitur in pœnam percita bile, manebit vel in throno sine honore. Compescat auctoritas, quod adversus potestatem cogitat data, & abusa potestas : igitur si lanceâ fulget ; dum lanceâ percutit, Princeps nequit exercere iram, quin deturpet formam regiam. Furor est ab homine voluntariè insano, vel à dæmone possesso.

1. Reg. 19. 10.

*Lancea imperij & honoris symbolum.*

9 Consulitur honori, si consulitur in pœnis præscriptæ legi. Abominabilis nonnumquam illa Caligulæ digna vox : *Oderint, dum metuant.* Quem quidem propter illam ita perstringit ubi suprà, Seneca : *Oderint. Quid ? dum pareant ?* Malè affectis vel remedium displicet. *Non. Ut probent ?* Sæpe Præsidis crimen à subditis anxiè quærit auctoritatem. *Non. Quid ergo? Dum timeant.* Fortior pestis medicaminis, quàm vulneris. *Dum metuant. Si nec amari quidem vellem.* Aurea sententia. Prudenter quidem SS. Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 64. dicit Abbati : *Studeat plus amari, quàm timeri.* Timor oritur ex pœna, amor ex pœnæ modo, quem ad amussim prudentiæ duxit ratio : quæ pulchrè regit, dum corripit ; igitur adhuc in virga indignationis, Præses ipso timore plus amatur, quàm timetur. Tyranni est, dum subditorum reverentia transit in pavidam mentem : patris verò, ubi timor transit in dilectionem : equidem subditus vel in periculo lapsus, plus timet offensam patris, quàm pœnam criminis. Mavult qui prudens pati, quàm quem diligit affligi : & Superiorem decet plus amari, quàm timeri ; ut eius auctoritas conflet auctoritate : etenim timor subditorum à supplicio, non potest esse dilectio : cæterùm rutilat singularis, ubi etiam in amaritudine doloris, quem expavescunt iudicem, diligunt patrem. Timent, si ducitur iracundiâ præcipiti : amant, si ducitur lege. Timent, si gaudet pœnâ : amant, si tristatur culpâ, quoniam in vindictam legum inferre debet supplicium : & studendum charitati, non timori servili ; quippe corda subditorum rapiet è pectore, ubi viderint procedere vel ad supplicia non furore potestatis, sed potestate rationis.

*Oderint dũ metuant : vox crudelitatis.*

S. Ben.

*Amittit muneris formam, qui exercetur am.*

*Si ex rationem pœna, rapit cædo.*

——*Dijs proximus ille est,*
*Quem ratio, non ira movet. Mucrone cruento*
*Se iactent alij, studeant feritate timeri.*
*Lene fluit Nilus, sed cunctis omnibus exstat*
*Utilior, nullas confessus murmure vires.*
Succinit ubi supr. Claudianus v. 226.

Claud.

*Nilus symbolū suavitatis morum.*

10 Surgit in Bethaniam Archiater N. cœlestis, ut Lazarum suscitet iam sepultum à mortuis. Appropiavit monumento ubi iacebat amicus, & coram circumstantibus est lachrymatus. Dixerunt ergo Iudæi visis lachrymis, aptiùs pro illorum duritie fusis : *Ecce quomodò amabat eum.* Etiam amat : non obliviscitur pectus, quantumvis in terra oblivionis sit amicus : imò eius dilectionis insigne, recordari in oblivione. Labores videntur mundo oriri ex odio, nec intelligit modum, quo possint esse dilectio. *Ecce quomodò.* Profectò amicum amabat, quem sic afflixerat. *Ecce quomodo amabat* : permisit incurrere in mortem corporis, ne incurreret mentis. Permisit ægrotare, ne languèret ; permisit, mori ut viveret ; & sepelìri, ut resurgeret.

Ioann. 11. 36.

*Amor singularis in mortuum.*

11 Dum dicitur *Ecce*, aliquid ut arbitror, designatur singulare. Verùm non apparet singulare, quòd lachrymetur, quia humanum ; nec quòd amicus deploret iacentem intra sepulchrum. Est singulare, quod novum. Novum erat voce revocari ad auram, mortuum resurgere ad vitam : cur igitur qui aderant, non notant potestatem, sed amorem ? Quia in Superioribus novum : siquidem fulgore & fictitio infatuati dignitatum, malunt commendari potestatis rigore, quàm amoris maiestate.

*Non bene dirigit, qui potestate regit.*

12 *Ecce.* Notatur insigne, quod habetur singulare. Complacet sibi subditus de Præside docto ; verùm quid si scientia inflatus ? Gaudet de aureo æstimabili capite, sed desiderat flexibile ; & sic de cæteris præclaris Superioris instrumentis, in commendationem dignitatis. Christus illudhoræ patrator extitit insignis miraculi : & dum

*Benè qui amore,*

fit iudicium de Superiore; minimè plauditur quàm doctus, quàm potens, quàm insignis; sed quàm suavis: haud quomodò imperat, sed quomodò amat; quippe ex amore in subditos & subditorum, firmum paret Superioris imperium. Ecce quomodò imperat: modo quo amat: igitur inter dotes præclaras, arripientes suffragium, cunctis præstat, & lucet suavitas morum.

*Non qui facit miracula, sed qui tenet obedientiam corda.*

Si miraculum attenderent, intenderent in potestatem: lachrymantem viderunt, & commendaverunt dilectionem; quia subditis magis arridet Superioris humanitas, quàm divinitas. Apparuit divinitas & humanitas Salvatoris, spectantibus cunctis; & lachrymæ excitaverunt solummodò plausum, dum prodigium suspendit in admirationem intellectum: quippequàm non ita placet, qui ducit subditorum mentem in admirationem, quàm qui tenet voluntatem. Clariùs dicam: Non qui facit potestate miracula, sed qui debellat suavitate corda. In miraculo rutilabat potestas, in lachrymis cordis charitas. Charitas fovet amorem: potestas verò formidinem: & abdicunt singulare miraculum, dum cogitant singularius imperium, si studet Præses plus amari, quàm timeri: etenim corda hominum suaviter trahuntur ad leges, in vinculis charitatis; & maiestas imperij plus firmatur amore, quàm potestate. Plerumque apud homines si dominatur timor; languens moritur, & qui mortuus sepelitur. Potestas necessaria est; sed amplius studium adhibendum amori, quàm potestati: igitur si valens timore languet, languens fato cedit, atque mortuus non est super: efficacia verò & arte amoris valet languidus, vivit mortuus, atque resurgit sepultus.

*Potestate amoris non potestate.*

13 Aliqui imprudenter & inconsultò potestatem induunt zelo: cuius fatuitatem (dicam meritò, furorem) cognoscès facilè, si verbere gaudent, si labia mordent, si vestes scindunt, si mensam evertunt, si in obvia impingunt, si capillos evellunt, femur atque pectora percutiunt. Amens sanè desipere, qui sibi irascitur; & dum pœna peccatum tollere cogitat, magis peccat. Taxat Gregorius Magnus lib. 5. *Moral.* cap. 30. & lib. 32. cap. 17. *In mentis* (subdit) *Dæmon corruptione ferveſcit, atque in confirmata anima iniqui operis prolem gignit, ut plerosque ita peccare faciat, quatenus si peccatum fortasse fugere appetant, hoc sine alio peccati laqueo non evadant: culpam faciant, dum vitant, ac nequaquàm se abuna valeant solvere, nisi in alia consentiant ligari.* Animositatem Præses reprimat, & motus fervidos sub æquitate disponat: ut eò fiat iustior alienus ultor, quò priùs exstitit sui victor: ne dum excitatur rectitudine zeli, aberret à rectitudine.

*Signa correctionis plerumque crudelitatis.*

Gregor.

*Peccandi non esse vires cogere peccata.*

*Eripit interdùm, modò dat medicina salutem.* Ovid.

Ovid. lib. 2. *Trist.* Eleg. unic. Dum non movet iram noxa, pœna nequaquàm est medicina: siquidem æger quit dicere iure applicanti remedium: *Medice, cura teipsum.* Luc. 4. 23.

14 Eiusmodi inconsideratio sæpe, uti dixi, larvatur zelo, vel varijs affectionis ponderibus curvatur atque recurvatur rectitudo. Aliqua brevi dicam, ne fastidiat lecturus Didascaliam. *Zelum & invidiam non habere*: ait cap. 4. *Regul.* SS. Legislator. Eandem semiram carpere solent virtus & vitium; ac oppositorum vel invitè fit consortium: siquidem interdùm latet invidia, ubi foris splendet zeli flamma. *Zelum amarum habetis, & contentiones*: ait Iacobus. Rutilat pectus zelo, & patet amaritudo: igitur specie pulchra, virtute falsa, zelum qui excitat negligentiam in virtutem, dirigunt semetipsos amantes, in contentionem. Ut rectè procedat in legem regnum Iuda, auferendus est zelus Ephraim. Observa stylum Scripturæ, dum signat amaritudinem zeli. Iratus est Dominus, quia *voluit Saul percutere eos* (Gabaonitas) *zelo*. Bellum movere intendit, & zelum dicit: quippe zeli legis rutila forma plerumque excitatur pugna. Zelus dirigitur in legis exactionem, non verò in sententiarum certamen, ubi corda minimè ædificantur, sed vicissim percutiuntur. Nequit esse zelus, quod est vulnus. Zelandus est zelus, ne qui oriri videtur à Dei honore, procedat à rabie; & vulnera exulcerentur, dum inconsultò curantur.

S. Ben. *Invidia prætexta zeli.* Iacob. 3. 14. *Contentio.* 2. Reg. 21. 2. *Et amaritudo.*

15 Ærumna Superioris est consulere subditorum saluti, vel medendo vulneribus, vel fludendo melioribus. Clamat ergo cui regni Israel moderatio à Deo credita: *Conversus sum in ærumna mea, dum confringitur spina.* Per spinam peccatum intelligit Gregorius Magnus ubi dudùm *lib. 20. cap. 12.* Cur ergo dum frangitur peccati spina, convertitur in ærumna? Quoniam frangitur. Expelli debent peccatorum spinæ à puncto atque saucio pectore. Expulsio labor est, sed ærumna labor summus cum angore & amaritudine, difficultate propositi: & quamvis Præsides soliciti de medicina peccatorum, ad ærumnam revertuntur; quippe à vulnere spinam non evellunt, sed confringunt: & difficiliùs expellitur, dum spina frangitur.

Psal. 31. 4. *Præsides spinam peccati non frangant, sed evellant.*

Causa exponenda. Evellitur spina, dum sæ-



*Modus correctionis correctio infligit.*

Jerem. 31. 3.

Gregor. Magn.

*Sine medo spina culpæ infigitur, dum expellitur.*

Senec.

*O misera virtus!* Senec.

Q. Curt.

*Virtus sola felix.*

Senec.

Genes. 19. 32.

*Semper in periculo virtus.*

*Virtus odio insita malis.*

Ioan. 11. 47.

*Plectitur, quia virtus.*

Stat.

*Illam comitatur inane.*

Chart.

sævit Prælatus in crimen, & minimè in delinquentem. Frangitur, dum concitatur in pœnam, & non in culpam. Expellitur, si procedit placide in remedium, & suaviter in supplicium. Confringitur, dum furenter tendit in supplicium, quia supplicium, non remedium. Extirpatur, si corripit, ut emendet. Conteritur, si medetur, ut exulceret. Convellitur, si ratione in vindictam legis excitatur. Conciditur, dum medicus in concutitur: revertiturque in ærumnam; quoniam solicitiore cura perdidit operam: igitur dum fracta spina, ducitur dolentis pœna; profundiùs vulnera manent, & acrius pectora dolent. *Curavimus Babylonem, & non est sanata.* Spina fuit contracta, non evulsa. Altiùs hæsit, dum medico latuit: & difficulter invenitur remedium, quando vulnus est occultum.

16 Aptiùs proposito. *Dum confringitur spina.* Gregorius ubi supra legit: *Dum configitur spina.* Prudentia Prædis per huiusmodi versionem commendatur, ut in correptione subditi ad mentis sanitatem revocentur. Amor spinam peccati evellit, timor confringit. Potestas vulnerat, dum sanat: charitas verò sanat, dum vulnerat: & qui solicitat subditorum salutem; amoris debet ulceribus applicare suavitatem: quoniam vulnera, maximè quæ inhærent cordi, non curantur potestate, sed amore. Si aliud apponitur pharmacum; quod medicina, venenum: igitur si amor deficit; dura furor cuspidem frangit, magis pungit: & altiùs infigitur in præcordia, dum confringitur spina. O Prælati! munus erit gladius in manu furiosi: Contritio & infelicitas in vijs eorum, viam pacis non cognoverunt; quandoquidem, quod nequit reverti, vibrant fulmen, dum exercent potestatem. Retorqueatur strages furentis Herculis Act. 4. v. 1020.

*Quò tendis amens? Sanguinem fundes tuum,*
*Parricidia infans igneo vultu patris,*
*Perit ante vulnus, spiritum rapuit pavor.*

Igitur serviebat formæ dominatura, cui principabatur famula. Hinc Q. Curtius lib. 8. *Hist. Alex.* cap. 5. fatuè scribit: *Quis neget eximiam gloriam sæpius fortunæ, quàm virtutis esse beneficium?* O intensati, & stolidi! Quod non dedit fortuna non eripit. Præter quæ commodaverit, nihil extorquet. Quæ extra fortunam est, servict fortunæ? Quæ floret adversis, sine fortuna cadet? Erit infelix, per quam homines felices? Imò felix, quia sola: & virtus undique, quippe sine fortuna. Infelix est in mundo, non in cœlo, quam format venustiorem, quæ delere contendit persecutio. Quo tenùs Seneca in *Herc. furent.* Act. 2. v. 324.

*Antiqua varò maximis virtutibus*
*Fortuna parcit.*

Optimè diceret, si ubi fortunam, cogitaret malitiam: quandoquidem virtus eximia Lot actiora passa est à filiabus dilectis, quàm à civibus nepotibus Sodomitis. Fugit profectò civitatem, sed non insidias; quoniam in tuto supplantavit ebrietas. Virtus claruit vel inter lascivos. Ecce virtutis infelicitatem. Haud satis, fugisse procliviorem occasionem. Incolumior à malitia instruitur dolus, unde semper in periculo virtus.

2 Quid enim in Cycnis mali? In illos affatim aquilarum excitatur furor, quippe rutilat candor. Avertantur corvi (uti notat Berchorius in *Reductor.* lib. 7. cap. 23. pullos, quia qui nigri vident albos. Si per nigredinem designatur cogitationum iniquarum exitus, quippe nigra quali corvus; quiqui sequuntur ex abrupto iniquitatem, avertantur ubique morum candorem. *Hic homo multa signa facit.* Quid ex concilio? Virtutem sequemur? Nullo modo. Moriatur. Quod conciliare debebat affectum, peperit odium. Virtus florens cunctos allicit. Moriatur, & quia virtus, & quia floret. Crimen recipit concupitam libertatem, & è medio tollimus tacitum accusatorem. Nescio quid habet contra virtutem fortuna. Quidam gratus Tiberio competebat auctoritate tumultum; sed in præmium facinoris habuit Cæsarem infensum. Legis exactio est tranigresio sub principe criminosa. Optimè Statius in triumpho Bacchi, apud Vincent. Chartar. de *Imag. Deor.* fol. 287.

*Et meas & virtus.*

Siquidem cum odium in illam semper malignitas explicet, ad hominum conspectum virtus illicò pavet. *Quidam* (ait idem in *Minerva.*) *Virtutem peregrino habitu induerunt.* Illustris cogitatio, vel in idolo. Habitu peregrina est, vel ut vivat ignota, aut sub

DIDASCALIA VIII.

## *Infelix in orbe virtus.*

Dion. Manile.

SEntentia M. Bruti, ut refert Dio in *August.* lib. 47. citat Plutarchus libell. de *Suspicion.* asserit Manilius lib. 2. *Astronom.* v. 47. dicens:

*Quin etiam infelix virtus, & noxia felix.*

Refertque Seneca in *Hercul. Oetæo.* Act. 4. v. 1169. exclamans:

sub aliena specie floreat illæsa : igitur cùm habeat comites à tergo invidiam, & intrinsecùs conscientiam ; proculdubio subibit persecutionem, si revelaverit faciem. Christus virtus Dei se inuxit discipulis loquentibus de passione : sed sub peregrina specie. Influxus virtutis radiabat in pectus, & peregrini servabatur habitus, ut candor ab illis conservaretur illæsus : quandoquidem ut cognoverunt, *Ipsa evanuit ex oculis eorum.*

*Parent fecundum*

*Luc. 24. 31.*

3 Apud Græcos usus in triumpho coronandi victores insignes apio: Meminere & Juvenalis *Satyr.* 8. v. 226.

*Juven.*

*Grataque apium meruisse corona.*

Et Virgilius *Eeglog. 6. v. 68.*

*Virgil. Apio coronati victi.*

*Floribus, atque apio crines coronatus amaro.*

Plutarch. in *Sympos.* 5. Adrianus Iun. *Animadv.* lib. 5. cap. 21. Iulius Scalig. in *Poet.* Alex. ab Alex. *lib. 5. cap.* 8. & Arnobius lib. 5. *Adverf. Gent.* Apium est succi amaritudini : & virtus coronatur ex apio, quippe semper virtutem sequitur amaritudo. Rarò virtuti inter homines corona texitur, at ex apio si aliquando : igitur ex malitia pectoris propinant amaritudinem, vel dum exhibent honorem. Hoc est peccatorum obsequium, & studiosius in virtutis officium, *Vinum Myrrhatum.*

*Matc. 15. 23.*

*Plutarc.*

*Et sepulchra.*

4 Ampliùs claret odium. *Olim* ( ait ubi suprà Plutarchus, ex quo Dalecampius in Plin. *lib. 20. cap. 11.*) *monumenta apio coronabantur.* Ex eadem materia conficitur corona fato functorum, & virtutem ex proposito colentium : igitur studere officiose virtuti, est inter malos destinari morti. Apio indiget virtus, dum sagittarum aversantium sit scopus : etenim vel in honoribus non ornator, ut floreat, sed ut sepulta iaceat, & non resurgat. *Scisne* Ioannem esse *virum instum & sanctum*, in custodiam Herodes tradidit vinctum. Aspis à vipera mutuat venenum. Secus præciperet, si non cognosceret: mancipavit, quippe iustum scivit: agnovit Ioannis virtutem, quem nocens præteriret, si cognosceret nocentem. Antiquitus nec simulachrum quidem Virtutis sine imagine Honoris, ut ad verum honorem non pateret aditus, nisi per ipsam virtutem. Inter mortales modò implicant, & vicissim decertant. Pervertitur ordo, & ita virtutis evanescit dilectio. Olim honor à virtute: modò virtus ab honore : quam si solam prospicit fascinans oculus ; proterit pectus, quia virtus.

*Marc. 6. 20.*

*Honor ex virtute.*

5 Coram Pilato sistitur Christus iuxta acta à Præside iudicandus. Plura ab actoribus allegata, sed probata nulla. Adducuntur mille testes, sed arguuntur impostores falsitatis. *Si non esses hic malefactor, non tibi tradidissemus eum.* Præclara iustitiæ commendatio! Claudicat opinio, quam fovet affectio. Respuit Præses & iure, ut consuleret cognitioni causæ : liquidem proclivè deficiunt à tenore legum, si crimen est auctoritas criminantium. Illis videbatur ad crucem satis, & longè sententia ab intelligentia iudicis : quapropter audenter dixit illis compescens impudentiam : *Ego enim non invenio in eo causam.* Tunc ergo tabulæ : *Crucifige, crucifige eum.* Quo pacto ab illis addicitur morti, ubi Præses agnovit accusatum sine crimine? Quia in Præside iudicium rationis, in Iudæis iudicium voluntatis, quam fugit iudicium : & cum mutuò opponantur sententiæ iuxta leges, & affectiones; iudex haud invenit ullam, ubi criminatores inveniunt causam: quippe voluntas prava designat crimina, ubi à ratione ex iudicio ostenditur innocentia. Sed hoc vulgare.

*Ioann. 18. 30.*

*Ibid. & 19. 6.*

*Oppositi iudicia voluntatis, & rationis.*

6 Nullam invenit causam neci Pilatus, & non inventa illico actores ad Præsidem clamant : *Crucifige.* Morti igitur devovebitur infons sine causa? Nullo modo. Cur adversùs iustum personant, dum acta crimina improbant : Non est ratio, cur moriatur. Ecce causa. Ideo morietur. Causa quærenda à iudice, criminosi non verò iusti esse iustum criminosis est peccatum. Ecce quomodò moritur iustus. Crimina sane morte plectuntur iuxta legem : & plectitur inter improbos virtus, quia virtus crimen. Nullam esse, conatur Præses exponere, in crucifixionem causam; & tunc petunt ad supplicium innocentiam. Si crimen virtus est, & virtus crimen; contra leges rationis habent legem: etenim ratio potissima, ut suspenderetur cruce, erat carere ratione.

*Quàm furax voluntas, dum pro peccatum eligit!*

*Crimen causæ virtutis, nullum crimen.*

7 Videamus legem. *Nullam invenio in eo causam* : profert Pilatus. Actutum Iudæi: *Nos legem habemus & secundum legem nostram debet mori.* Nota. Cur si legem habent, non dicunt debere mori iuxta quam habent legem; sed iuxta *legem nostram*, dum iudex in leges nullam invenit causam? Causa non erat, & lex erat? Utique. Non Domini, nec rationis lex, sed propria. Dum dixerunt propriam, dixerunt, quam Pilatus non invenerat causam : igitur illorum malitia detestabilis, in officio præsumptuoso iudicis, ubi lex Domini iubet condemnare delinquentem; quoniam non habet crimen, damnat insontem. Habent aliam legem in tabulis cordis, repugnantem legi mentis, & captivantem in lege peccati, odio publico innocentiæ. Iustus est, qui ab huiusmodi lege damnatur. Nocens, qui absolvitur; quoniam lex affectionis, quæ fugit leges : & Salvatoris, postulantes ad mortem, indicarunt innocentiam ; dum dixerunt ex malignitate causam : igitur cùm virtus destinetur ad odium, amor ad vitium ; qui debebat à iustitia ob virtutes exaltari, *secundum legem nostram debet mori.*

*V. 4. & 6.*

*Cur dicunt nostram? quæ non habet.*

*Ubi eligit fallia, perpera electio.*

8 Utrumque ab illis decretum. Scrutamini iudicium. Erat autem in carcere Barabbas tunc propter homicidium vinctus, qui quidem etiam famosus Cacus. Volebat autem iudex ( hoc destinato in crucem, quia habebat causam ) dimittere libere & impunè Salvatorem, in quo haud invenerat ullam. Quid ergo illudhoræ accusatores? *Pontifices autem* (subdit Marcus) *concitaverunt turbam, ut magis Barabbam dimitteret eis.* Pilatus vero dixit: *Quid ergo vultis faciam regi Iudæorum? Crucifige : responderunt. Quid enim mali fecit?* At illi magis clamabant : *Crucifige eum.* Hem! Quatitur anima sæpe & voluptate latrone, & Domini lege. Vitijs pariter & virtutibus, ut dissentiat, vel consentiat iniquitatibus, & sciat reprobare malum, & eligere bonum. Lex monet, ratio urget, ut latronem appetitum vinciat, catenis premat, eligat Salvatorem & iustitiam ; verùm voluntas dicit: *Non hunc, sed Barabbam.* Proh nefas! Huiusmodi suffragium præstat in peccato voluntas : igitur perperam sibi eligit gratiæ furem, & reprobat Salvatorem. Pudeat itaque nos huiusmodi electionis, vel ratione fatuitatis. Quid non faciet malitia in factione, si ita grassatur hominis fragilitate? Quid non faciet ambiens sitibunde honorem, qui ita deficit, ut prætereat breviculam voluptatem? Quid pro dignitatis fastu, ubi tota dirigitur cordis ambitio? Quid publica factio, si intra pectus ita affectio? Vel perspicuiorem Sole contuentes iustitiam, eligent Barabbam. Vel cognoscentes, velint nolint, errorem eligent furem.

*Matc. 15. 11.*

*Quàm furax voluntas, dum pro peccatum eligit!*

9 Proposito. Rex Iudæorum, etsi non est causa, postulatur ad crucem. Latro insignis Barabbas enixè efflagitatur in libertatem. Huius cognoscitur causa, morte digna. Ad illius mortem nec criminis umbra : & iusti iuxta legem exponitur damnatio, & criminosi absolutio? Profectò. Duplex est lex, & iuxta legem Pontifices & Pilatus dicunt ius. Lex rationis, vel ratio iuxta legem ; & lex voluntatis, vel voluntas affecta contra rationem. Hæc est propria, ideo dicunt: *legem nostram.* Illa Dei, quæ non damnat, nisi ubi invenit ex operibus causam. Lex Dei absolvit insontem, & animadvertit solummodò in delinquentem. Lex peccatorum absolvit suffragijs noxium, & damnat iustum. Sic res geritur, dum malitia causas moderatur : ducitur que Salvator iustus, ut moriatur in cruce, dum latro donatur omnium plausu libertate ; quippe consentaneum erat legi, Barabbam impunem ire, si secundum legem propriam debebat innocens mori.

*Voluntas pessima damnat, quod absolvit, & contrà.*

10 Quia virtus in arduis collocata, igitur perit summa, & tendit in astra ; mons altissimus pingitur, cuius in summitate palma consurgat, illicque Virtus quasi in throno insideat. Hoc Innocentius VIII. usus emblemate, tum epigraphe : *Ardua virtutem.* Ita videbis apud Stratam *Tom. 2. Symbol.* & Petram Sanct. *lib. 6. cap.* 12. Placet theatrum : verùm ereperum, an hic designetur virtutis honor, vel labor? Laborem indicarim, non maiestatem, dum nanciscitur felix virtus cacumen : igitur patitur virtus adversa, ubi pro palma pervenit ad summa. Intende. Sedet virtus in palma. Malum omen, vel dum in palmæ umbella explicat maiestatis celsitudinem. Foliorum forma palmæ vividè imitatur gladium. Adhuc in fastigio throni virtutem comitatur infortunium : igitur eripit vitam, quicquid elevat virtutem, ut adipiscatur palmam : quandoquidem palma in qua thronus erigitur, est gladius quo decollatur. Expertus est huiusmodi pœnam, qui summè coluit iustitiam. Aristides cognomento Iustus, quia iustus à patria ostracismo expellitur. Huiusmodi exilium, ut notat Aristoteles lib. 3. *Politic.* minimè decernebatur ob criminum improbitatem, sed ob eximiam virtutem. Qui iustus compellitur urbe cedere. Iurè si virtus ingeritur in tribunal pro iniquitate : & dum regnat iniquitas, perit honestas. Aversantur homines virtutem, & illa pavet. Aversantur, & persecutionem fugit. Haud vident, ut honorent, sed ut vulnerent. Discrimini patet, vel dum studiosè occultur : quapropter modò prudenter armatur, ne offendatur, dum offenditur.

*Virtus confodet in palmam* Petram Sanct.

*Virtus vel in bonore labat.*

*Quid Ostracismus apud Athenien. fuit.*

11 Athenienses, qui colentes virtutem ad bovem servandum ostracismo relegabant, intra decennium virtutis eximiæ pericula ita officiosè cavebant. *Apud illos* (astruit Ravis. Text. in *Offic.* cap. de *Felicib.*) *rem qui præclarè gessissent, clypeum per urbem incedentes ferebant honestamenti causâ.* Pompa nè nova. Ubi myrtus? Ubi olea? Ubi palma, corona, & purpura? Vel si clypeum portat, ubi lancea?

*Ravis. Text.*

*Quisquis peccatorum virtuti obviat, altè vulnerat*

Virtus neminem lædit, sed se protegit. Illa alia in triumphum ornamenta, sunt pro robore corporis, non pro corpore virtutis. Hispanice sine æquivoca voce: *Para triumphar el valor, mas no para la virtud.* Virtuti clypeus? Quis triumphantem offendit? Quisquis offenderit. Unde clypeo studiosè protegitur, ne lanceis spectantium percutiatur. Virtus vel vultu nocentes lædit, eiusque splendorem culpa fastidit: & protegitur clypeo, dum est in triumpho; quippe ni haberet, quo retunderet, clypeum; vulnerata iaceret pluviâ telorum. Sit Virtus sicut turris David excelsa & pulchra. *Mille clypei pendent ex ea*: quia si subtilimis, sunt mille nocendi artes: unde si desunt clypei, dum vibrantur peccatorum hastæ; in discrimine tanto patebit vulneri.

*Cant. 4. 4.*

12 Rex Saul, quia David florebat virtute, *cœpit æstuare*. Abulensis hic *quæst.* 11. *Cœpit abominari*. Invido, qui errorem quærit, prudentia displicet. Hæ sunt gratiæ aulæ, gratias præterere. Fastidio rependuntur officia, & languent merita. Abominabilis est virtutis studiosus. Exeat ex aula, qui volet esse pius. *Cœpit abominari, eò quòd prudens esset nimis.* Infortunium Regis, vel virtutis? Prudentia arguitur? Dexteritas pessundatur? Frequenter a Rege iniquo. Intenderat exitum odio, ut aliqua specie, diabolica excusaretur affectio. Prudentia præcavebat: & dum irrita cuncta cogitabat; habuit principium odium voluntatis, ex origine demeritæ dilectionis. Cœpit abominari, nec resipuit. Bis conatus est Davidem confodere lanceâ. Elusit fugâ. Satius fuisset habere clypeum, ut propelleret telum.

*1. Reg. 18. 11.*

*Ibid.*

*Cur virtus armata?*

13 Astipulatur cogitationi, qui declinavit ictus implacabilis invidiæ. Ne cedat malis occurrentibus virtutis studiosus, dicit: *Scuto circundabit te veritas eius.* Armis munit virtutem veritas, & non cataphracta illius exponitur speciositas. Numquam enim virtus accingitur ferro. Sit: verum quare circundatur scuto? Non habet arma virtus, ut alijs noceat; sed ut se defendat. Non in expugnaculum, sed in præsidium. Sibi consulit, dum homines timet: & procedens fert pavida scutum, quippe præsentit ab hominibus iaculum. Degete inter homines decrevit, quia rationales. Amatur à rationalibus: displicet peccatoribus, qui in eam profitentur odium, ex visu tantùm odoratos argumentum: & dum veritas virtutem armat, non solùm scuto ornat, imò circundat; siquidem quò viderent peccatores rimam, ut velociter caderet, mitterent lanceam. Causa odij exprimitur in virtutis ornatrice veritate. Quare à veritate virtutis virtus ornatur scuto? Nonne fulgebit à bonitatis ornatu? Inter peccatores minimè. Veritas est rei intellectæ cum intellectu adæquata conformatio, ut constat ex Philosopho, lib. 2. *Metaph.* Bonitas allicit, veritas mordet: & veritas, quæ odiosam virtutem peccatoribus facit; scuto officiosè protegit: igitur vibrantur lanceæ, & tenduntur quasi in scopum sagittæ; quoniam bonitas virtutis minimè adæquatur impiorum intelligentiæ.

*Psal. 90. 5.*

*Cur tantùm clypeus*

*Bonitas virtutis odio à malis habetur.*

14 Par erat virtutem elevari, & iniquitatem proijci, sicut statua Dagon coram Arca Domini Dei Israël. O tempora! O mores! In throno vitium sedet, & virtus adinstar Lazari ad ianuam divitis iacet. Elevat mundus, quos premere congruit; & crebrò premit, quos elevare decet. Iustorum vitam æstimat insaniam, quoniam virtus sine honore, & vita iuxta leges procul auctoritate. *Siquis videtur inter vos sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat, ut sit sapiens*: profert Paulus. Ille sapit, qui videtur stultus: sæpe igitur maximam vel in lubrica occasione prudentiam; vocat mundus fatuitatem & stultitiam. *Stultus fiat. Hoc est* (subdit Salvianus lib. 6. de *Provident.*) *siquis vult esse sapiens, ut bonus*: siquidem nostra sapientia non in subtilitate cognitionis, sed in exactione legis. Ubi Paulus dicit, *Stultus*: legitur *Bonus*. Ubi suma sapientiæ, cathedra collocatur stultitiæ? Utique. Non utcumque loquitur, sed *in hoc sæculo*: quippe in mundo virtus ita habetur odio; ut ardua sequi virtutis, pateat stultis argumentum fatuitatis. Voluntatem (cui lex à voluptate) respiciunt regulam. Quid mirum, quòd Paulus gentibus per crucem prædicaret stultitiam? Stultitia virtus? Pessimum signum. Quid si virtus procederet in scandalum?

*1. Cor. 3. 18.*

*Salvian.*

*Vita exacta vocatur stultitia.*

15 Cohors comprehensum Iesum coram Anna Pontifice constituit; & sicut agnus coram tondente, sic ille obmutuit. Interrogavit vulpecula illa, insulis dignitatis personata, Dominum de doctrina & discipulis; ac utriusque consulpit honori, & testimonio & silentio. Tunc ministri eò progressa est audacia (ex blandimine Principis sæpe oritur ministrorum insolentia) ut fines transiliens pudoris, atque dignitatem tribunalis, complosâ iudicum auctoritate; alapâ læderet vultum, in quem desiderant Angeli prospicere. Horret cogitatio, licet pavida contemplentur in candore lucis æternæ patientis modestiam, & impudentis audaciam. Qui tot devoraverat, & placidè tulerat, quia supramodum, iniuriam factam immeritò, expressit; & ictu interroganti, sic respondit:

*Fraus tandem tandem deprehenditur.*

*Ioann. 18. 23.*

*Caditur qui benè operatur quoniam bene.*

*Si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem benè, quid me cædis?* Cædit, quia respondit bene. Intenderat fovere responsione accusationem, ut inveniret ex proprio crimine crimen: & impulit modestior responsio in ictum, quæ vel furentis quibat suspendere brachium. *Sic respondes?* Respondit benè? Sane: sed excandoit læsum præ modestia cor; quoniam respondebat sic.

*Ver. 22.*

O ministri? Vigilate, ne fitis dolis Satanæ ministri. Interdùm ut excusetur imprudens operatio, desideratur causa, quia non est culpa; & instruitur huiusmodi artificio sutela. Non interrogatur, qui delinquens cupitur, ut crimen diluat; sed ut habeat. Ægrè fertur iniuria; & interrogatur, an ferat ægrè. Urgetur, ut loquatur pro purgatione criminis, & immediatè dicunt: *Sic respondes?* Quid deliberandum? Paulus dicit: *Quod facio faciam, ut amputem occasionem eorum qui volunt occasionem.* Virtutis testimonium eripiet per patientiam corda de laqueo venantium. Respondit Chrillus benè. Ita minister cognovit, sed ideo faciem excidit. Quantum in virtutem odium, & quale tædium, dum modestia virtutis causat scandalum?

*Astutia adjicere fidum.*

*2. Cor. 11. 12.*

*Fraude perit virtus.*

*Ovid.*

Cecinit Naso *Fast.* lib. 2. & aliquando ut vivar, & furorem declinet, utitur fraude. Vide modum.

16 Scivit Michol mortem Davidis esse decretam, & futuram; quippe non ignorabat patris iram. Periculi consortem monuit, & ille aufugit. Interibi ut lacteret cultodes, prout occurreret occasio, & tempus concederetur in moralis fugitivo; efformavit arte pilis caprarum embolium, fingens personam, & subtituens in lectulo simulachrum. Patuit dolus ad lumina: hoc enim habent tandem tandem embolia. Accipiunt plerumque fatuorum fidem, quippe patent ad spectum. Intimè pupugit regem industria filiæ, quasi iuris non esset propter coniugem relinquere patrem: qui dixit fremens, *Quare sic illusisti mihi, & dimisisti inimicum meum, ut fugeret?* Vidit femina iratum patrem, & regem: cui respondit, *Quia ipse locutus est mihi, Dimitte me, alioquin interficiam te.* Quid loqueris amens? Contueris frementem in virum regem, & igni furoris subministras fomitem? Non sufficit ira, ut detur causa? Agnoscis coniugis innocentiam, potentis iram, & falso crimine impellis in iracundiam? Si amoris fides in periculo magis rutilat demonstratione; cur non

*1. Reg. 19. 17.*





dicis, tibi incumbere, vitæ consortis consulere, & è cunctis periculis liberare? Iuris tui est, & muneris vita consortis. Sane, sed periret propria, vitâ viri studio coniugis salvâ. Ius non ius cum rege iniquo: damnatur virtus dominante tyranno: & quod fecit officio & amore coniugis, fatetur perpetrasse timore necis; quoniam si diceret sui muneris fuisse, quod fecit facere; damnaret pater, respondere muneri. Vernacule: *Governando tan mal Rey, era condenarse à muerte, cumplir con su obligacion.* Induit Michol cultu violentiæ, quod ni violenta, minimè præteriret: & compsit fraudis larvâ erga virum charitatem; ne rex iniquus puniret amoris demonstrationem. Virtus inter tot pericula! Inter discrimina tanta! Propter malitiam hominis virtus infelix. Querimoniam Boëtij lib. 1. *Metr.* 5. v. 28. audiamus.

*Detegenda fraus muneri, si respondeat mali. inimico Principi fides.*

*Nam cur tantas lubrica versat*
*Fortuna vices? Premit insontes*
*Debita scelerii noxia pœna.*
*At perversi residentzelso*
*Mores solio, sanctaque calcant;*
*Iniusta vice, colla nocentes.*
*Latet obscuris condita virtus*
*Clara tenebris, iniustusque tulit*
*Crimen iniqui.*

*Boëtius*

17 Aliqua diximus *Tautolog. præt. Didasc.* 1. Non est infelicitas virtutis, sed hominis: igitur ideo gaudet & virtus agnoscitur; quia persecutionibus probatur. Patientia in angore collocata fuit olim iuxta aram Volupiæ: refert Macrobius lib. 1. *Saturn.* & Vincentius Chart. de *Imag. Deor.* in *Minerva*, cuius collum fascia erat ligatum, & os tectum. Vividum effectus patientiæ symbolum, & gaudij exemplum. Os contegitur, ac angore sigillatur, & in ara Volupiæ patientiæ ponitur: siquidem qui tulerit, & pertulerit anxietatem pectoris, & dolorem; pervenient patientiæ beneficio ad maximam voluptatem. Qui bene patientes, annuncient; igitur gaudia in penetralibus animæ latent. Paritur Virtus in mundo, sed quia patitur, eius merces servatur copiosa in cœlo: eius gaudium est pœna, quippe in patientia possidetur anima. His supersedeo, quoniam latè egimus *Tautolog.* 3. *Didasc.* 3. à num. 12. Non potest dici infelix, quæ hominem felicem facit. Crimen ducit in barathrum, virtus in cœlum. Vel Ethnicus monet *Satyr.* 10. v. 364.

*Cur Patientia in Voluptatis ara? Macrob. Cartha.*

*In virtute vera vita.*

*——Semita certè*
*Tranquilla per virtutem patet unica vitæ.*

*Iuvenal*

*** *** )(❂)( *** ***

## DIDASCALIA IX.

### *Virgo Teresia zelatrix honoris Dei.*

1 ITa enim è cœlo plauditur Seraphinorum Soror. Tanto autem divini amoris incendio cor eius conflagravit, ut meritò viderit Angelum ignito iaculo sibi præcordia transverberantem, & audierit Christum, datâ dextrâ dicentem sibi: *Deinceps ut vera Sponsa meum zelabis honorem.* Ideo Angelus mittitur ut fulmine aperiat pectus, quo cor æstuabat, & viscera flammis urebat. Iaculum minimè excitavit incendium; apparuit in pectore cor ignivomum, ut Angelicum fulmen aperuit ostium. Officium charitatis Teresiæ confirmavit Sponsus misso fulmine. Retorqueamus fabulam in veritatem, & odium fictum in præclaram dilectionem.

*Cor Teresiæ transadigitur amoris fulmine.*

2 Quoniam arte medicâ homines Æsculapius revocabat in vitam, summa felicitate donandam, spolians Tartarum, vacuans Averium fato functis, atque tenebris damnatis; Poëtæ ferunt, à Iove fulmine de cœlo tactum. Ita Virgilius lib. 7. *Æneid.* v. 770.

*Cur de cœlesto. giturè*

Virgil.

*Tum pater omnipotens, aliquem indignatus ab umbris*
*Mortalem infernis ad lumina surgere vitæ,*
*Ipse repertorem medicinæ talis, & artis,*
*Fulmine detrusit.*

Non indignatus Pater omnipotens, sed sibi complacens fulmen in pectus Teresiæ misit (fulmen amoris, & telum flagrantissimæ charitatis) ut pateret referato pectore, qui latebat ignis cœlestis in corde. Reducit Teresia ab inferis quos detruserat noxa, ut pœnitentiâ surgant ad vitæ lumina. Vulnere lethali iacebant animæ, omninò crimine mortuæ. Zelo eximio vulneribus Teresia demoliravit medicinam, & de cœlo fulmen cordis indicavit flamma. Digna quippe specialis honoris, quæ inventrix medicinæ talis & artis. Inclusus tegebatur amoris ignis in pectore: nequibat catera corda inflammare: & aperitur in pectore ostium, ut amor eius mutaretur in zelum. Verùm quid, quòd sit zelus, dum igne amoris exardescit animus? Ut esset summus.

*Rumpitur cordis flamma, ut erumpat in proximorum corda.*

3 Distant ni fallor philanthropia & zelotypia. In nullo idiomate aptiùs proprietas exprimitur, quàm Hispano. *Zelo, y zelos.* Quoniam amatur, oritur zelotypia. Quoniam non amatur, philanthropia. Illa quia plures amant, quod obiectum amoris: hæc verò, quoniam non amant plures. Æmulatio, quippe subtrahitur, quod ab alijs diligitur: zelus autem, quia bonitas diligitur, ut à multis diligatur. Illa respicit bonum sibi, & tamquàm debitum. Hic per se dumtaxat respicit bonum. Illa bonum propter æstimationem. Bonum hic ob bonitatem. Zelotypia est amor utilitatis. Zelus verò est utilitas amoris. Zelotypia collocat scopum dilectionis non tam in amore, quàm in modo amandi: modus autem zeli est, diligere, & diligi sine modo. Iaratus zelotypiæ, ut nemo, quod diligit diligat: zeli verò, ut nemo sit, qui quod diligit, negligat. Zelotypia denique oritur ex eo, quòd decrescit excellentia magnitudinis, si in plures rivulos dividitur flumen amoris: excellentia tamen cordis æstuantis zelo, quòd inter plures & plures dividatur magnitudo. Languet amor in multis, sed multis ardet zelus amoris: igitur cùm crescat flamma, dum multiplicantur corda; amor Teresiæ commutatur in zelum, ut perveniat ad summum fomitem cordium. Volebat summè amare Dilectum; & sibi videbatur, non sufficere cor unum: unde ut votum nancisceretur; solicitavit per zelum aliorum corda, dum aliena fallidit zelotypia.

*Differunt zeli, & zelotypiæ*

*Cur mutat Teresia mutatam in zelum*

4 Querulus Sponsus dixit Amasiæ: *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa.* Altum sanè quodcumque vulnus in corde: at qua cuspide? *Uno crine.* My. Uno crine est locus vulneri? Typo zeli concitatum erat pectus, illicò ut viderat crinem devium in Dilectæ collo Sponsus: & inter Sponsos quod labilis pilli, profectò summi momenti. Offendit in uno crine, quippe vel unus offendit. Declinavit incuria collo, & declinatio visa fuit solicitudo. Cogitatio, quæ signatur crine, apparuit vulnus in corde. Etiam cogitationes sunt Dilecti, quia ipsi præparantur cogitationes: & qui uritur introrsùm æmulatione, offendet etiam in crine. *Crescit zelus, quantum amor crescit*: ait Alapide in *Ezech.* 5. 13. & amor crispitat in capillo, dum ducit ur zelo: quippe ni sola respondeat, ubi diligit; ut iuris est, non respondet.

Cant. 4. 9.

*Zelotypus offendit in crine.*

Alapid.

5 Claret Sponsi propositum. Moysis ergo consideremus intentum. Excanduit adoratione vituli, quia offensus Dominus: dixitque ductus amore, *Siquis est Domini iungatur mihi.* Si ille solus potest flammam ostendere pectoris, ad quid solicitat alios in fidem amoris? Si cogitatio, in crine casu flexo, diligentis cordis visa fuit Sponso in aliud cor propositò cogitatio, ita ut capillus ne-

Exod. 31. 26.



glectus, in corde, cogitatione solâ faceret vulnus; cur alia corda non despicit cor flagrans amore Moysis, dum societas imminuit intensionem voluntatis? Uterque laborabat amore. Sponsus flamma zelotipiæ: Moyses zeli. Quærit zelus alia corda, ut in proprio corde dilectionis crescat flamma; sed zelotypia, ne crescat: unde Moyses aliena corda solicitat; quoniam quod vulnus zelotypo, cogitanti in amore rivalem, zelo pectoris in dilectum tendentis, est suavissimum blandimen. Moyses mœreret, si solus diligeret. Non sibi in amore, sed dilecto consulit: igitur intendit animus, ut cognoscatur, amore quàm dignus. Plura corda habet, & plura quærit. Amor ignis est: in se cuncta conatur convertere; & amor confertur igni, quoniam quò plus habet, magis sitit.

*Quod zelotypiæ vulnus, uti blandimen solicitus zelus.*

Genes. 19. 32.

6 *Inebriemus patrem nostrum vino*: dixerunt filiæ Lot. Ad quid *Vino*? Solicitabant corporis ebrietatem. *Vino* igitur dicunt aptè, quandoque anima inebriatur amore. Inebriatio rapit mentem, sed à corpore: amor rapit mentem, sed à mente. Teresia.

Virgil.

*Longum bibebat amorem.*

Teresia ebria amore.

Qui largè bibit vinum, satiatur vino. Secùs in dilectione dilectio: etenim large qui bibit amorem, numquam novit satietatem: & in Teresia, ita crevit dilectionis flamma; ut large pota, & ebria dulcis charitatis poculis, numquàm perfectioni & amori dixerit: *Satis.* Singularis utique potus! Est amor, vel zelus?

Cant. 8. 6.

7 *Dura sicut infernus æmulatio*: dicitur à Sponso. Novum profectò symbolum, Inferno confert, qui novit amorem, zelum? Næ. *Pariter* (ait Alapide hic in 2. *sens.*) *charitas est insaturabilis: nam quò magis diligit Christum, eò amplius & amplius diligere cupit: ac cùm multas ei animas lucretur, eò plures & plures lucrari satagit.* Hæc eine amoris æmulatio, & Teresiæ æmulationis definitio. Arduum emisit votum, efficiendi semper quicquid perfectius esse, intelligeret. Si locus virtutis in altris, Teresia tendit in locum. Virtutis virtus parit usque in finem splendorem, & ducit de lumine lumen. Aptiùs poterat dicere, quàm Mezentius apud Ovid. *Fastor.* lib. 5.

*Insignia zeli.*

Alapid.

*Votum singulare Teresiæ.*

Ovid.

*Stat mihi non parvo virtus mea. Vulnera testor,*
*Armaque, quæ sparsi sanguine sæpe meo.*

Semper sursùm cor, non quiescit: unde inferno comparatur; quoniam numquàm dicit: *Sufficit.* Instar fluvij est amor Teresiæ: quo longior, ditior: igitur in quolibet vitæ labilis decursu maior perfectio. Plus semper optabat cor, & dum plus illud habebat; optabat plus. Semper altiora, semper ultrà, & ultrà altiora. Velut pila nivis, potitur perfectionis avida, voto: candor vitæ grandescit eundo. Non invenit casta columba, ubi requiescceret pes, umquàm conversa retrorsùm. Semper in cœlum.

Prov. 30. 16.

*Semper ultrà.*

8 Quid? non quiescit? Quiescit in motu, donec requiescat. Fit sanè singularis, donec transeat. Est Teresia primum mobile, quiescit in cursus velocitate, & movetur in quiete. Hoc ingenium amoris cogitarunt Seraphim. Duo Domino assistentes in throno *volabant & stabant.* Utrumque? *Si volabant, quomodò stare perhibentur*? iniquirit Bernardus de *Verbis Isaiæ*, Serm. 4. Motus opponitur quieti: & quies videbatur, quia velociter motus. Volare volatu, quid commune. Aliquid in plenitudine amoris ostentandum singulare: & novum quidem, quòd volarent, cùm requiescerent; quòd volarent, & starent. Eadem quæstio de Sorore Seraphim. Quomodò votum de perfectioribus astruet Teresia, si inter humana haud occurrunt perfectiora? aliquando quievit necessitate conditionis, & conditione carnis: quomodò vel in quiete motus, vel nonnumquam adorsa, quòd perfectius? An quia ita volabat mota charitas, ut quies videretur charitatis velocitas? Vel motus abnuitur, eò quòd præ velocitate, qui motus non videretur? Perfectius fuit respectivum, quippe nequit esse absolutum in varietate diversorum actuum. Quiescebat, & semper eligebat perfectius, quoniam vel in quiete motus. Quiescebat, sed quiescendo, motu, & perfectione ampliore; quippe volabat in quiete. Hoc fuit Seraphim, & Teresiæ commune, stare in throno, & volare. Quid mirum, quòd in quiete volaret, cum in volatu requiescceret?

Isai. 6. 2.

Bernard

*Vel in quiete volabat.*

*Quomodò præstita vota Teresiæ stant.*

Aptiùs delicabo, & principali proposito: *Charitas* (ut vidimus ex Cornelio) *insaturabilis*, numquàm dicit, *Sufficit*: igitur quò plus diligit pectus, diligere satagit amplius. Motus est, in quod non habetur; ut habeatur. Quies dum habetur: & Teresia in throno perfectionis stat, & volat? Quiescit & movetur; quippe movetur in quiete. Volabat, & quiescebat; stabat, & volabat. Semper stabat, & requiescebat, motu acquisita quod ultrà: & semper volabat, quoniam volebat ampliora.

*Quo stat, eo motu quieta, & quiete tuta.*

9 Teresiæ vitæ dedit perfectio fomitem; quoniam concessa vita iuxta perfectionis tramitem. Plura in vita Christus pro hominibus subijt, quæ crudelitas in illum cogitavit: sed ut *consummatum est, inclinato capite*

Ioann. 19. 30.

*pite tradidit spiritum.* Non vivit ultrà ? Ad quid ultrà vitâ ? Vita concessa & fota pro tormentis superandis : sunt in patientiæ catenis : & statim victoria defecit vita, quoniam omnia consummata. Patuit haud alia causa in morte Teresiæ. Meta perfectionis terminus vitæ. Quicquid perfectionis, ab amore consummatum ; & tradidit illicò spiritum : etenim nequibat ultra procedere vita, si in perfectione non erat ultrà, sed meta. Nihil restabat superandum, nec vivendum. Unde mors vitæ designando finem, designavit etiam in Teresia virtutum consummationem. Volavit, quamdiù vixit ; & vixit, quamdiù volavit. Quis mihi dabit pennas sicut huius columbæ ! Volabo & requiescam : siquidem (negligentiæ pudet) serò requies in throno, nisi perpetim volando. Signum erat vitæ, studium de perfectione (non credas vere Monachum, si fugit hoccine studium) quando quidem plus amans, plus in amorem petebat ; & plus petens, plus amabat. Quò magis vehemens dilexit, eò magis diligere concupivit.

Finmortalitas causa quippe in virtute non ultrà.

Psal. 54. 7.

Apoc. 8 9.

10 De iustis dicitur à Ioanne, quòd *habebant animas in mari.* Iustorum animæ in manu Dei sunt. Quomodò in mari erunt animæ iustorum ? *Per mare gratiam interpretamur* subdit Haye hic. Dissona plane videtur gratiæ similitudo cum hoc mari magno, & per terras spatioso : etenim gratia, uti fons benedictionum dulcedinis, voluptatibus abundat ; & aqua maris, uti maris, palatum vel gustantis maximopere exacerbat. In mari etiam immobilia moventur. Cum gratia vel commota sedantur. In quo ergo aqua maris obumbrare poterit gratiæ inæstimabile bonum, ut animarum gloriæ sitibundarum, sit speculum ? Iustorum animæ, quandiu fuerint in hoc mundo semper inhiant perfectioni : & aquæ maris & gratiæ sit studiosè collatio ; quoniam cui placet perfectio, esse debet cum gratia, ut sit in continuo motu.

Haye.

Gratia similis aquæ maris.

Semper studendò perfectioni.

11 Deinde. Aqua maris pota non sitim placat, sed excitat. Non bibitur aqua maris, sed solummodò sitis : & conamen in culmen perfectionis describitor, ubi mari animæ iustorum collocantur ; quippe de virtute in altiorem procedit semper conamen, nunquam invenientium finem.

Ovid.

*Quò plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ*

Cecinit lib. 1. *Fastor.* Ovidius. Hydropicæ animæ gratiam bibebant, dum de torrente voluptatis potabant. Verum cùm plus sitirent, quò plus potarent (quippe sitiuntur aquæ, quæ plus sunt potæ, sitim magis excitantes, extinguentes) confestim iure aquæ maris, annisus nanciscendi cacumina perfectionis : igitur iustis desiderantibus sti, potu refocillationem ; ipsa refocillatio causat potantibus sitim. Quod sitibundi bibunt, ut sitis quiescat ; magis bibendo sitim, sitim efformat. Ex amore sitis procedit. Si ex amore, quandiù fuerit in mari, quandiù vixerit anima in mundo, non dicet : *Sufficit*, sed uti sitibunda, cstò satiata, incessanter : *Affer, affer.*

Duæ plus potæ sitiuntur.

Prov. 30. 15.

12 Dicit vera Sapientia, quæ stat in gratia. *Qui bibunt me, adhuc sitient.* Vividiorem sitim habet, quitquis ad huiusmodi fontem urente siti, vel satiatus accesserit ? Si æstuantes sici hauriunt & exhauriunt aquas ; qua lege bibentes sitis experiuntur angustias ? Usque ad satietatem inebriantur, & adhuc sitiunt ? Sane : bibunt sitim, quippe bibunt amorem. In aliquibus aqua gratiæ dulcis ; igitur gratia fons in vitam æternam aquæ salientis. In alijs velut mare ; studeat equidem incessanter perfectioni. In perfectioribus appetitus aquæ gratiæ nec similis aquæ dulci, nec aquæ maris ; sed dumtaxat aquæ amoris. Bibitur amor, ut videmus in *Expos. litter.* num. 28. Unde illud.

Eccli. 24. 28.

Amor bibitur.

*Fit via trans oculos, oculi figuntur, ab ictu*
*Vulnus in acta virum, sensim præcordia manat.*

Gaspa Barth.

Amor ignis est, & amorem excitat, imò concitat : ardor etiam sitim conciliat : & qui bibunt huiusmodi sitim, sitiunt adhuc vel potantes fontem ; quippequàm amor sitibundus desideratæ gloriæ, magis ac magis aggravat sitim insatiabilis gratiæ. Sitim excitat gloria medià gratia : & non satiabitur anima, ni appareat gloria. Negabitur in dilectum avida sitis, si occultitur facies ? Libet appetere, dum negatur frui.

Aquagratia est flamma ignis.

13 Speciali cordis dilectione, lucet huiusmodi sitis in charitate Teresiæ. His gradibus construxit usque ad fastigium virtutis scalam. Ita oportuit pati, ut intraret in gloriam. Desiderabat Teresia in obsequium dilecti, *aut pati, aut mori* : & dicitur esse in mari ; quia ubi patitur acriora tormenta, sitit acriora. Adhuc sitit, ut amplius bibat ; & bibendo sitit adhuc. Accesit lubrio adcruciaminum fontem, & etiam in cruciamine bibebat sitim ; siquidem amore dilecti, quò plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ. Ita clamabat femina ab Amore petita, apud Achilem Bocch. *lib. 1. Symb. 7.*

Amor pati desiderat, ut probatur.

*Unde igitur flagrant ? redivivi unde ignis,*
*origo,*
*Si sunt in cinerem corda redacta semel?*
*Hæc tamen assiduis uruntur pectora flammis:*

Ach. Boch.

*Quo*



*Quoque magis flagrant hoc magis ipsa gemo.*

Cur desiderat Teresia pati, vel mori

Per doloris vestigia intendit Teresia vulnera indicare charitatis ; quoniam stigmata prodilecto sunt pulsus ex motu cordis. Ideo non morbo diem ultimum claudit, sed fortis dilectio, ut fortis, vitam arripuit : voluptasque ex tormentis pro dilecto palàm exponitur ; quippe ni pateretur, moreretur. *Aut pati, aut mori.* Mori enim morte vitali per passiones amplectitur ; ne sine morte quandiù vixerit, moriatur. Verùm de hoc amoris paradoxo, late aliquando.

Cant. 8. 6.

14 Cursum flectamus ad semitam, ut clareat, quomodò sicut inferni, zeli describimus flammam. Infernus quò plures animas recipit, plures incessanter appetit. Cava guttura pandit, & insatiabiliter. Os patulum, & frequenter : igniisque zeli ardentis confertur igni inferni perpetuò flammas halantis ; quoniam quò magis habet, amplius, ut plus sitiat, sitit. Ecce cor flagrans Teresiæ. Igne amoris in corda vehitur, & dulcedine lucratur. Iam habet corda, verùm inquieta adhuc flamma. Non est ignis urcumque, sed ignis zeli animarum, insatiabilis : & crescit cordis aviditas, quò plures habet acquisitas animas. Non solùm est amor, sed zelus amoris, qui confertur igni animabus insatiabili : igitur quò augetur pabulum, crescit incendium. Hinc Angelus rumpit cuspide pectus, vel signans, quòd cum pauperibus, debilibus, cæcis, & claudis, adhuc est in pectore locus, vel ut recipiat omnes, extendat sinus. In igne zeli devorabitur omnis terra. Ambit quo flagrat & festinum incendium, ut mittat ignem in terram cordium. Tendit in corda veluti vorans ignis, & cum pluribus cordibus crescit ignis zeli cordis.

Numqd faciatur zelus ignis amoris.

15 Diligenter inhærendum verbis Christi, dum Angelus pectus Virginis perrarsijt dulci mucrone. Dextram Sponsæ dedit, & protulit : *Deinceps ut vera sponsa meum zelabis honorem.* Hæc verba non notant zelotypiam, sed philanthropiam : siquidem verba non sunt zelatoris, sed zelandæ maiestatis, & Sponsi nimium honoris Sponsæ credentis. Zelatur Sponsus Sponsam, & devicit vel minimâ cogitatione à Dilecto. De amore virginis Teresiæ non est Sponso suspicio, nec micat cautio. Perfecta charitas misit foràs timorem, quoniam amor in Sponsum Teresiam eduxerat, in ipsa, extra humanitatem. Sponsa zelatur honorem proprium, cæterùm ducta fulmine zelotypiæ. Non ita flamma zeli in perfecta charitate, quippe modò flagret cor, non quærit quæ sua sunt. *Est autem ecstaticus divinus amor* (ait Areopagita de *Div. nomin.* cap. 4.) *non sinens seipsos esse amantes, sed amandorum* : & honor Sponsi committitur Teresiæ zelo ; ut zeli cordis Teresiæ emineret magnitudo siquidem honorem non quærit, modò splendeat illæsus honor Sponsi.

In quo fumo zeli Teresia.

Dionys. Areop.

16 Audite Paulum, sed inebriatum amore, uti hic in *Sponsi sup.* notat Alapide. *Æmulor enim vos Dei æmulatione : desponsi enim vos uni viro, virginem castam exhibere Christo.* Iam de tenebris vocatæ animæ in admirabile lumen, & copulatæ Domino per amorem. Mea interest, vos amori respondere, ne deficiatis propter fidem idolorum à data fide. Vigilate. *Despondi enim vos uni viro, Christo Domino*, & dura est, quemadmodum infernus æmulatio. *Æmulor enim vos.* Sit ergo : verùm quid Paulo ? Qui habet sponsam sponsus est : amicus autem sponsi gaudeo gaudet, propter vocem sponsi : cæterùm non æmulatur ; quoniam ipsius est zelus, cuius est honor. Ad quid igitur zelum harum animarum exponit Paulus, si Paulus non est Sponsus ? Ut demonstratione clareret Pauli charitas, & zeli flammantis summitas. Iam anima Pauli Christi Sponsa, amore cœlesti Sponso coniuncta : & æmulatur æmulatione Sponsi, quod congruit dignitati Dilecti ; ut pateret quanti anima, & zeli quantum incendium, cui Sponsus zelum crediderat Sponsarum.

2. Cor. 11. 2.

Spiritalis Sponsæ amor, cui Sponsus debitur bonor.

17 Ulteriùs. Anima iam est perfecta, si in dilectione possidetur non zelanda : verùm non in summo perfectionis gradu, quousque probet dilectionem zelo. Zelus intendit non consulere sibi, sed honori & maiestati Dilecti ; ut non inveniat per ignem charitatis otiam levem offensam in Sponsis : æmulaturque anima Pauli vehementiori zelo, quas animas desponderat fidei vinculo Christo ; quoniam minimè obtineret amor perfectionis cacumen, ni in Sponsis Sponsi ut proprium zelaretur honorem.

Et reflectit uti proprium

Deinde. Despondit Paulus Christo animas Corinthiorum tamquàm virgines castas ; quo casto iugo ad Christum, uti Sponsum, spectabat æmulationis severitas : & æmulatur charitate Paulus, quod zelari æmulatione debebat Christus ; quippe pro honore Sponsi nihil faceret magni, ni in cor transferret zelo zelum Sponsi. Protulit ipse : *Despondi vos*, sed *æmulor vos æmulatione Dei*, cui vos despondi. Non propria æmulatione ? Non. Quomodò ergo æmulatur, si non propria ? An quia facit Paulus, quicquid facturus Sponsus ? Utique. Æmulatur Paulus, & æmulatur Christus ; sed anima Pauli æmulatione

Et in se transfert zelatoris zelum.

tione Dilecti præ nimio zelo, quem fovebat in corde; præ charitate nimia, quæ urebat flammâ: siquidem zeli in urgentia, honor dumtaxat sibi, quòd erat honor Sponsi. Vera Sponsa non se quærit: propositum tantùm dirigit, ut ubicumque invenerit, vel quomodocumque amantem, eius zeletur honorem.

18 Denique. Æmulatur Paulus, uti Sponsus, & uti amicus. Qua lege? Propter vocem Sponsi: igitur amicus præ vehementia charitatis, Sponsi gerebat vices: & consonum, quòd erga Sponsas zeli cordis exprimeret ignem; dum Sponsi zelotæ gerebat vocem. Aliter cogitabo. Æmulatur Paulus, at per se non æmulatur, sed æmulatione Sponsi, cui Sponsæ traditæ fide. Quo ergo pacto æmulabitur Paulus, si in illo ad unguem æmulatur Sponsus? Ad quid igitur zelus in zelo, vel in æmulatione alia æmulatio? Ut rutilet quid in pectore zelante construat insignis dilectio. Qui aliquomodò amat, corde tendit in Dilectum. Qui pro Dilecto æmulatur, Dilectum transfert ad cor: & dum Paulus æmulatur, non dicit, quòd propria, sed quod Sponsi æmulatione æmuletur; quoniam si Sponsi zelatoris zelus manet in pectore, signum est, quòd Sponsum habet in corde.

19 Astruat ipse, quem zelus illustrat. *Vivo autem, iam non ego, vivit verò in me Christus.* Ingenio zeli factam huiusmodi metamorphosim, arbitratur Dionysius ubi suprà dicens: *Divinius est nomen amoris, quàm dilectionis: talem habebat Paulus dicens: Vivo ego, iam non ego, vivit verò in me Christus* Periodum modò specioſam scrutemur. Vivo ego, verùm ego non vivo. *Vivo ego*, quia Paulus: at *non ego*, quoniam vivit in me Christus. Quomodò intelligenda vita Christi, & vita Pauli? Æmulando Christi Sponsas æmulatione Christi. Si animas, dicaras Christo, propria Pauli zelaretur æmulatio; vere diceret Paulus: *Vivo ego.* Verùm, cùm Sponsi zelo zelaretur pro Sponso; vere dicit: *Iam non ego. Ego*, quia vivit Paulus. *Non ego*, quippe in Paulo vivit Christus: igitur non æmularetur Sponsas æmulatione Christi, ni Sponsum æmulatorem Paulus haberet in corde. *Æmulor enim vos*, sed æmulatione Dei; quoniam vivit in me Christus, dum pro Christo in pectore exæstuat zelus: qui quidem zelus nequaquam pectore arderet, ni in corde zelator iucundissimè habitaret. *Æmulor enim vos*, sed non pro me, sed pro Sponso; ubi *non ego*: quippe in hac vehementia zeli tantùm satago de honore, propter honorem Sponsi. *Æmulor enim vos*, etiam pro me, & ubi *Ego*: igitur habeo honorem tanquam proprium, si pertinet ad Dilectum. *Æmulor enim vos*, nec pro me, nec sine me, ubi *ego* & *non ego*; præut discernit æmulatio. *Ego*, si actus zeli flammâ, conspicio igoigerum pectus. *Non ego*, quippe in pectore ignitò vivit Christus.

20 Quid Teresia dicemus ad hæc? Es Teresia, vel non? Vivis, vel non vivis? *Vivo ego, iam non ego, vivit verò in me Christus.* Non mirum: cùm amoris igne, & flammâ zeli, Teresia sit Iesu, Iesus Teresiæ. Vivit Teresia, & est ipsa, & non est ipsa, alia & eadem, ipsa & alia. Æmulatur Sponsas, quas sponderet, æmulatione Dilecti; quoniam in zelo despiciens se, traxit Sponsum ad cor. Vivit in illa Christus, & iam non illa: igitur flamma illa, quæ zelo proprio rutilabat in pectore, erat Sponsi habitantis in corde. Quanti erat Christo Sponsa Teresia? Quanti anima! Quale cordis incendium, cui Sponsus zelum remiserat Sponsarum! *Omnia poma nova & vetera* (quibat dicere) *dilecte mi servavi tibi.* Quanti erga Sponsum zeli fulmen, cui zelotes Sponsus credit honorem!

21 Ergo veniamus ad visiones & revelationes Domini. Prophetis falsis occisis, & destructis aris Baal processit Elias festinus usque in montem Dei Oreb; ubi recreatus divina visione. Unde ergo origo tantæ, ac talis liberalis gratiæ? ipse dicit: *Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum.* Dignitas prophetarum ab idololatris proculcata, & auctoritas ministrorum Dei erat omninò despecta, sequente populo partes Reginæ, deditæ à primoribus ungulis idololatriæ. Honor simul Dei cum ministris iacebat. Elias zelo perculsus iniuriam vindicat: & postquàm raptus huiusmodi flammâ zeli, dignatus in mundo superiorę visione; quoniam propriam non defendit protritam auctoritatem, sed in zelo dumtaxat Domini honorem. Ideo *zelo zelatus*: quippe pectus flammivomum haud in zelo habuit propositum, præter zelum.

22 Congruum itaque erat, ut tantâ gloriâ donaretur, qui certatim pro illa stetit fortis, & periculo capitis. Fide Domino exercituum, vero Deo publico fœdere obstricti filij Israël; & defecerunt à fide propter Baal, pellice idololatriâ, servitu simulachrorum, derelinquentes pactum, & honore Dei neglecto, neglecto cultu. Sicut facula ardens Elias surrexit, & pellectos in cognitionem reduxit, ut servarent zelatori datam fidem, quoniam in anima Sponsa numquàm patitur rivalem. Deus diligentes dili-

Tmo Sponsum.

Galat. 2 20.

Dionys. Areop.

Habetur in corde philtro zelij.

Christus cur & quomodò in Teresia ardet?

Cant. 7. 13.

Cur Angelus iuvè Teresiæ latus iaculo amoris aperuit?

1. Regū 19. 10.

Verè zelatus, qui honori Dei solum suo consulit.

Cant. 1. 4. Habebat cunctos gerda.

Et Deus tunc consuluit sanctis.



diligit, colentibus favet: & elevat zelatorem Eliam in visionem, & revelationem magnam; quippe dignum, quod ad visionem elevaret insignem, cui turò crediderat, ut defenderet honorem.

23 *Zelo zelatus est.* Vividè, etenim zelum zelatus est zelo. In Domino debebat poni zelus, quoniam idololatriæ cultu exauctoratus (obiectum enim offensæ claret origo vindictæ) & minimè in Domino offenso, sed in Elia, zeli Domini concitatur flamma; quoniam honorem despectum zelus Eliæ vindicavit ut proprium: etenim in eius pectore pro Domino valuit zelus, quem pro se pugnans habiturus Dominus. *Pro Domino.* Quid? Digne cœlestis visio, ubi zelatur pro Domino. *Pro Domino.* Nonne Dominus? Utique, sed in illo: & signatur pro Domino zelus, quòd eius pectus habitabat Dominus.

Concèditur summus honor zelati honori.

24 Imitata est Teresia zelum Eliæ, ut coruscaret nobis decor Carmeli. Hinc intelligitur ordo præfatæ visionis. *Tanto* (dicitur) *divini amoris incendio cor eius conflagravit, ut meritò viderit Angelum igneo iaculo sibi præcordia transfoderantem.* Cur ergò dicitur *Meritò*? Ut effectum nanciscereturæmulatio. Ignis ille ardentissimus in pectore haud inflammare poterat, quoniam ibi quiescebat reclusâ flamma. Conabatur egredi, sed acerbatur sine exitu impetus vivacis flammæ. Illam sepeliebat pectus: & meritò lancea cœlestis militis aperuit Teresiæ latus; ut corda obvia quæque zelo inflammaret, & inflammata in proprium pectus alliceret, currentibus in Sponsum cum Teresia, quæ habebat flammâ zeli cunctorum corda.

25 Quæ Sponsæ prærogativa, miramur iure in Teresia: vel aptiùs, uti vera Sponsa implevit umbram per amoris ardentis rutilam flammam. *Trahe me* (poscebat anxiè) *post te curremus in odorem unguentorum tuorum.* Si illa trahitur, quomodò adolescentulæ trahentur? An quia trahuntur per illam, & adducentur Regi virgines post eam? Sit, Benedicta Teresia: verùm, qua lege proximæ eius afferuntur tibi? Extendit ignis fotus latera in pectore: & Teresia currente, currunt & proximæ; quippe corda quæ charitate in odorem Sponsi flamma excitaverat, secum in pectore expugnatrix habebat.

26 Charitas eximia, & vehemens obumbrata est à Prisci sub nomine Veneris. Qui quidem binas finxere, terrestrem scilicet, & cœlestem, quam signabant Antiverem, seu Veneris victricem, Charitum so-

Cant. 1. 4. Habebat cunctos gerda.

rorem, inter astra morantem, sicut geminum cogitaverunt Cupidinem, geminam sequentem matrem: de quo latè Mythologi. Cœlestem igitur Gratijs comitibus cogitavere, ardente in pectore face, tracto curru Charitatis candidissimis columbis. Post huiusmodi descriptionem, causam inserit Vincentius Chartarius de *Imag. Deor.* in *Vener.* fol. 341. ubi: *Veneri columbas esse sacras, quòd in Eryce Siciliæ monte festi dies in Veneris cultum celebrarentur, quos Siculi Transitus dies appellabant: atque ea de causa in illa regione nulla eo tempore columba apparebat, tamquàm omnes ad suam dominam comitandam essent profectæ: post nonum diem una omnium pulcherrima è mari evolare cernebatur, non alijs similis, sed rubra, ut Anacreo scribit. Ea Venus esse existimabatur, quam ille purpuream appellat. Hanc infinitæ propemodùm sequebantur: & tunc divites opipara convivia instruebant.* Hæc ille.

Gemina Venus.

Fabula de Venere cœlesti in columbā conversa.

27 Delicatur textus Sponsæ Teresiæ: igitur sub specie columbæ purissimam animam Deo reddidit, inter alias sponsas, dum volaret è mari mundi ad astra, insignita iure purpurâ; quippe in eius pectore fœderat flamma. Illa rubra charitate, flammæ colore, quia decoloravit Sol (videte, cur fusca sit. Vocabatur *Haumada.*) cùm reliquæ volarent candidissimæ. Candorem acceperunt ab igne charitatis Teresiæ: cum qua currunt, currente solâ Teresiâ; quoniam secum habebat cunctarum corda.

Per Teresiam in sponsis Christi vita redar.

28 Apostolus cuius zelum Teresia æmulabatur viribus totis, astruet effectum huiusmodi charitatis. His, quos Christo despondit, & æmulatione custodivit in fide, demulcens dixit: *Epistola nostra vos estis scripta in cordibus nostris. In cordibus.* Sensum literalem expositimus hic *Tautolog.* 1. in *Exposs. litter.* à n. 18. & in *præsent. expos.* n. 17. *In cordibus nostris* Cordibus? Et nostris? Omnia amplectebatur Paulus, & in eius cordis tabulâ legebantur corda omnium; quippequàm nullum arbitrabatur alienum. *In cordibus.* Quota corda? Cuncta, quoniam currente illo currebant omnia, quæ tracta à charitate, tenaciter hærebant flammanti pectori. *In cordibus*: igitur per ignem amoris, quem in corda Paulus misit, omnium corda ad se rapidissimè traxit.

2. Cor. 3. 2.

Paulus amore ad se corda trahebat.

29 Teresiam sequuntur propemodùm infinitæ columbæ, quarum corda legebantur in eius corde.

——— *Pœnas sumpsere, tuæque*
*Coniugis in volucres niveas abiere columbas.*

Ovid.

Unicuique unum cor datum. Quot habe-

habet Teresia? Multa. Erat pectus thronus proprio cordi, pluribus carcer. Rupit Angelus iaculo carcerem pectoris; egressione, seu potius erumpente flamma cordis: quæ quidem cùm corda inflammata attraheret; nec fuit ullum, quod per vulnus certatim non introiret. Secum Teresiæ charitas, & zeli sublimitas habet Gratias. Attraxit pectora, sed gratijs fecit vincula, ne fugerent nisi in eclum lemel capta. Currit illa, & cum illa currunt corda. Elevatur pervix columba in cælum, ut videat Sponsum; & illam, uti de Phœnice canit Claudianus v. 76.

*Ingeminere comis: attur aves, flipatur volantem*
*Auditum: suspensa cohors: exercitus ingens*
*Obtubuit vario latè convexa meatu.*

Rapuit Teresia.

Claud.

## DIDASCALIA X.

### *Iosephi de Virgine zelotypia insignis amoris nota.*

Cant. 8. 6.

1 Difficilis fide videtur assertio, cùm sit *dura sicut infernus æmulatio.* Sicut infernus? Utique. Qui mancipati inferni ignibus, sequentes & obsequentes cupiditatibus, iudicarunt felicitatem perpetuam, voluptatem haud fluxam, fluxam à tergo dolore, apparituro haudquaquam in vitæ fine. Promittebat iniquitas adamata gaudia, cui lubitò cedebat voluntas. Allicibat rationem apparentia, quam ducebat sensualitas: ita ut totus homo nil aliud, nisi voluptatem amaret, ut tota tori firmitate responderet. Tandem tandem venit finis, & fidei voluptatis articulus; ac in flammis, qui stabant stipulatis, serò dicunt: *Ergo erravimus.* Hic infernus, igitur patent gaudia, gaudia ficta; amor luceus, ureus flamma, blanditiæ, illecebræ; delicia doli; amplexus, decipula voluntatis; otium, insidiæ rationis, ubi magnitudini fidei nulla fides; verùm lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, ambulantes vias vel amanti difficiles: patetque pectus infernus, dum amicæ iniquitatis patet dolus; siquidem cor perpetitur infernum, ubi ad ultimum quo grate pulsavit amor, ingratè desperatos respondet dolor.

Iniquitas fallit ambulantes.

Sapient 5. 6.

Redent pro voluptate dolorem.

2 O quàm aptè gratus dicebat David: *Eruisti animam meam ex inferno inferiori!* Est inferno deorsum; quippe anima pati potest infernum sursum. Amor fatagit de singularitate; ut in uno floreat fide. Hinc Otho Vænius *Amor.* Emblem. 2.

Ps. 85. 13.

*Unum amat, enfert unum, unum tecc voronat,*
*Et reliquos numeros en pede calcat amor.*

Oth. Væn.

*In plures quoties rivos deducitur humis,*
*Fit minor, atque unda deficiente, perit.*

Et in Canticis Sponsa: *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Hic est amor, & oritur zelus, non quia diligens non diligitur, sed quia solum diligens, non diligitur solus. Ambit delicijs Sponsus Amasiam, cur eor credidit, cui voluntatem prostravit, vel divinans vota, ut fidem firmet obsequia, & confirment studia, gratulans sibi de felicitate, quippe quæ sola placuit, conflat dignissima amore. Fidem exhibet obsequijs, sed illa non habet fidem. Singularem diligit, sed illa odit singularitatem. Gratus amore mulcet, verum illa non respondet, sed fastidit: velut respondet, offendit ingrata; quoniam voluntas in diversa divisa. Elusa est Sponsi ratio, & voluntatis dilectio. Zelotypia oritur: quæ quidem inferno iure confectur; quoniam summis doloribus cruciatur Sponsus, dum dicunt intellectus & voluntas: *Ergo erravimus.*

Cant. 2. 16.

Dolor summus amoris zelus.

3 Zelus excelotypia, non potest esse dilectio, sed suspicio. Hispanicè. *Son recelos, y no zelos.* Ita zelus, amantis voluntatis quit esse filius; sed nothus: igitur licet fateatur, quòd valet; valetudine languescit. Non est mortua, verùm iacet moribunda; & proximum utique eiusmodi articulo, quòd expiret invalida dilectio. Igne aliur, sed ita levis, ut frigeat: ita remotus, ut algeat. Eclipsis est Solis amotis, & deliquium pectoris, vinculum mentis, phrenesis rationis; frigidus ignis, amor informis, flamma extincta, vel ad summum, ut canit Ovidius lib. 1. *Metamorph.* fabul. 2.

Zelus est zelotypia.

Ovid.

——— *Mista cum frigore flamma.*

Flamma, haudquaquam ut voluntas fulgeat, sed ut ardeat: quandoquidem si flat zelus in ignitum amorem, totus amor redigetur ad cinerem. Igne cremabitur ignis, & amor flammas irati sentiet amoris. Describit Seneca in *Medea* Act. 4. v. 848.

Effictus zelotypiæ.

Seneca.

*Præceps amore sævo*
*Rapitur, parat furore*
*Vultus citatus iræ.*
*Flagrant gena rubentes,*
*Pallor fugat rubores,*
*Nullam vagante formâ*
*Servat diu colorem.*
*Ut tigris orba gnatis*
*Cursu furente lustrat,*
*Huc fert pedes & illuc.*
*Frenare nescit iras, non amores.*
*Nunc ira, amorque causam*
*Iunxere. Quid sequetur?*

4 Etiam est zelus ex amore, qui dici potest amoris lepor, vel irritamen amoris, dilectionis gratia, condimentum fruitionis, etenim sine illo vel insulsi tales. Qui vehementer amat, amat sic: alioquin Petro, Ioannis dignitati consulenti, minimè diceretur: *Quid ad te?* Est ignis in igne, & flatu zeli vehementia crescit. Est tormentum, & delicium, vel delicioium tormentum. Est vulnus sed suave, quoniam fallax. Est spectrum in formolitatem; sed ambitum, quoniam verax. Est mors, sed blanda: pœna, cæterùm iucunda: cura, sed hilaris: amaritudo, sed dulcis: solicitudo, sed gaudium: sine dolore cordolium: dispositio ad ardentissimam febrem, qua cor algeat, ut magis æstuet. Amor per se non habet fidem, creditur, si solicitat in zelo fideiussorem. Stipulatur pro redamatione, diligentis æmulatio; & tunc fidem commendat fideicommissio. Zelus est gnomon horologij pectoris; per illum videtur utrum ad amussim diligentis motus cordis. Lux Solis magis lucida, si in aqua reflexa. Est numerus cum circulo, at postposito, nihil significantes sed summam, quo magis multiplicatur, augente; cùm ex unico ita momentum, ut ex nihilo crescat in millia millium. Haud aliter amor & zelus: nihil in ciphra zeli dilectioni additur, & amor præpositus usque in summum augetur. Non unda flammas opprimit, sed undam flamma mirificè accendit. Audi quem supr. v. 887.

Zelus ex amore.

Ioann. 21. 22.

Effictus amoris ex zelo.

*Et hoc in ista clade mirandum accidit.*
*Alit unda flammas: quoque prohibetur magis.*

Seneca.

*Magis ardet ignis: ipsa præsidia occupat.*

Multoties propter intensiorem flammam, per zelum in flamma fingitur languor; sed est amoris studium commendabilius: sicut Iupiter ut Iunonem arctiùs ad se traheret, Platæam ardere cogitato finxit. Amor aliquando dormit, & immittitur zelus, ut evigilet, & resumat sagittas, ac mutuo aspiret in flammas. Unde Ovidius *Amor.* lib. 1. Eleg. 8.

Ovid.

*Lingua iuvet, mentemque tegat, blandire, nocetque,*
*Non bene, si tollas prælia, durat amor.*

5 Alius est zelus, seu zeli sphæra, qua contendunt amor, & zelotypia, partes fovenibus, & faventibus voluntatis fiducia, & rationis diffideneia. Hic articulus est oculeus, ubi torquetur Sponsus; & sine oculei levamine, igitur in oculeo pœna exentitur confessione delicti, & hic quod referat cordis anxietas, recludit auctoritas. Suspiria, quæ ab imo pectore, ut respiret, ducit dolor; gladio honoris iugulat fiatim pudor: & anima lancinatur duro cruciamine, pressa magis in cordis dilatatione; etenim quoquo latere comprimit amaritudo & in eloquio, & silentio. Nequit loqui, quod vel ipse desiderat ignorare. Graviter dolor urget, cui medicina nocet.

Zelus ex fiducia voluntatis, & diffidentia rationis.

*Venit amor gravius, quo serius: urimur intus*
*Vrimur & cæcum pectora vulnus habent.*

Lamentatur Naso *Epist.* 4. Cæcum utique vulnus, cùm non videatur in solamen exitus; quippe infirmitas parit, quem concepit dolorem: & quæritur pro remedio inficiati infirmitatem, ne honor evanescat, si causa pareat. Ponit in pulvere os suum & levatur super se, & plus uritur, ubi magis ab igne removetur. Inter Scyllam & Carybdim navis nutat, vel infirmitate vacillat, fertur, quò fertur æstus & unda.

Ovid.

Cur dicatur, & in quo?

*Quid anime tibubas: Ora quid lachryma riganti?*
*Variamque nunc huc ira, nunc illuc amor*
*Diducit. Anceps æstus incertam rapit.*
*Ut sæva rapidi bella cùm venti gerunt,*
*Utrinque fluctus maria discordes agunt,*
*Dubiumque pelagus fervet; haud aliter meum*
*Cor fluctuatur. Ira pietatem fugat,*
*Iramque pietas. Cedet pietati dolor?*

Seneca.

Seneca ubi supra v. 935. cecinit aliò: verùm Chrysologus astruit proposito. *Iosephille* (inquit *Serm.* 175.) *maritus solo nomine, conscientia sponsus, prægnantem sponsam fluctuans & anxius intuetur; quia neque accusare innocentem, neque prægnantem poterat excusare. Tacere tutum non erat, erat loqui periculum. Admittit, non prodit crimina accusator insontis. Erat ipse testimonium castitatis, erat custos pudoris. Aliud noverat, aliud intuebatur: confundebat Virginis fides, æstus, & vita. In bivio mens iusta, & sanctus animus ancipiti cogitatione torquetur. Sistit, sed tantum non potest penetrare sacramentum; quia nec accusare poterat, & defensare penes homines non valebat.* Hæccine summa turbatio, & in turbatione cruciamen; ne vel verbo exprimeret turbationem. Ampliori causa, quia vera, dicere poterat cogitatio, quod Cephalus de Procride uxore, eodem articulo rerum, apud Ovidium lib. 7. *Met.am.* Fabul. 26.

Turbatio Iosephi de Virginis partu.

Chrysol.

Ovid.

*Esse metus cœpit: nec iura iugalia coniux*
*Non bene servasset, facies atque habebant,*
*Credere adulterium, prohibebant credere mores.*
*Sed tamen abfueram. Cuncta timemus amantes.*

Cant. ubi supr.

6 Res est soliciti plena timoris amor, sed æmulatio dura *sicut infernus*: vel quia

habet Teresia? Multa. Erat pectus thronus proprio cordi, pluribus carcer. Rupit Angelus iaculo carcerem pectoris; egressione, seu potius erumpente flamma cordis: quæ quidem cùm corda inflammata attraheret; nec fuit ullum, quod per vulnus certatim non introiret. Secum Teresiæ charitas, & zeli sublimitas habet Gratias. Attraxit pectora, sed gratijs fecit vincula, ne fugerent nisi in eclum lemel capta. Currit illa, & cum illa currunt corda. Elevatur pervix columba in cælum, ut videat Sponsum; & illam, uti de Phœnice canit Claudianus v. 76.

*Ingeminere comis: attur aves, flipatur volantem*
*Auditum: suspensa cohors: exercitus ingens*
*Obtubuit vario latè convexa meatu.*

Rapuit Teresia.

Claud.

## DIDASCALIA X.

### *Iosephi de Virgine zelotypia insignis amoris nota.*

Cant. 8. 6.

1 Difficilis fide videtur assertio, cùm sit *dura sicut infernus æmulatio.* Sicut infernus? Utique. Qui mancipati inferni ignibus, sequentes & obsequentes cupiditatibus, iudicarunt felicitatem perpetuam, voluptatem haud fluxam, fluxam à tergo dolore, apparituro haudquaquam in vitæ fine. Promittebat iniquitas adamata gaudia, cui lubitò cedebat voluntas. Allicibat rationem apparentia, quam ducebat sensualitas: ita ut totus homo nil aliud, nisi voluptatem amaret, ut tota tori firmitate responderet. Tandem tandem venit finis, & fidei voluptatis articulus; ac in flammis, qui stabant stipulatis, serò dicunt: *Ergo erravimus.* Hic infernus, igitur patent gaudia, gaudia ficta; amor luceus, ureus flamma, blanditiæ, illecebræ; delicia doli; amplexus, decipula voluntatis; otium, insidiæ rationis, ubi magnitudini fidei nulla fides; verùm lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, ambulantes vias vel amanti difficiles: patetque pectus infernus, dum amicæ iniquitatis patet dolus; siquidem cor perpetitur infernum, ubi ad ultimum quo grate pulsavit amor, ingratè desperatos respondet dolor.

Iniquitas fallit ambulantes.

Sapient 5. 6.

Redent pro voluptate dolorem.

2 O quàm aptè gratus dicebat David: *Eruisti animam meam ex inferno inferiori!* Est inferno deorsum; quippe anima pati potest infernum sursum. Amor fatagit de singularitate; ut in uno floreat fide. Hinc Otho Vænius *Amor.* Emblem. 2.

Ps. 85. 13.

*Unum amat, enfert unum, unum tecc voronat,*
*Et reliquos numeros en pede calcat amor.*

Oth. Væn.

*In plures quoties rivos deducitur humis,*
*Fit minor, atque unda deficiente, perit.*

Et in Canticis Sponsa: *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Hic est amor, & oritur zelus, non quia diligens non diligitur, sed quia solum diligens, non diligitur solus. Ambit delicijs Sponsus Amasiam, cur eor credidit, cui voluntatem prostravit, vel divinans vota, ut fidem firmet obsequia, & confirment studia, gratulans sibi de felicitate, quippe quæ sola placuit, conflat dignissima amore. Fidem exhibet obsequijs, sed illa non habet fidem. Singularem diligit, sed illa odit singularitatem. Gratus amore mulcet, verum illa non respondet, sed fastidit: velut respondet, offendit ingrata; quoniam voluntas in diversa divisa. Elusa est Sponsi ratio, & voluntatis dilectio. Zelotypia oritur: quæ quidem inferno iure confectur; quoniam summis doloribus cruciatur Sponsus, dum dicunt intellectus & voluntas: *Ergo erravimus.*

Cant. 2. 16.

Dolor summus amoris zelus.

3 Zelus excelotypia, non potest esse dilectio, sed suspicio. Hispanicè. *Son recelos, y no zelos.* Ita zelus, amantis voluntatis quit esse filius; sed nothus: igitur licet fateatur, quòd valet; valetudine languescit. Non est mortua, verùm iacet moribunda; & proximum utique eiusmodi articulo, quòd expiret invalida dilectio. Igne aliur, sed ita levis, ut frigeat: ita remotus, ut algeat. Eclipsis est Solis amotis, & deliquium pectoris, vinculum mentis, phrenesis rationis; frigidus ignis, amor informis, flamma extincta, vel ad summum, ut canit Ovidius lib. 1. *Metamorph.* fabul. 2.

Zelus est zelotypia.

Ovid.

——— *Mista cum frigore flamma.*

Flamma, haudquaquam ut voluntas fulgeat, sed ut ardeat: quandoquidem si flat zelus in ignitum amorem, totus amor redigetur ad cinerem. Igne cremabitur ignis, & amor flammas irati sentiet amoris. Describit Seneca in *Medea* Act. 4. v. 848.

Effictus zelotypiæ.

Seneca.

*Præceps amore sævo*
*Rapitur, parat furore*
*Vultus citatus iræ.*
*Flagrant gena rubentes,*
*Pallor fugat rubores,*
*Nullam vagante formâ*
*Servat diu colorem.*
*Ut tigris orba gnatis*
*Cursu furente lustrat,*
*Huc fert pedes & illuc.*
*Frenare nescit iras, non amores.*
*Nunc ira, amorque causam*
*Iunxere. Quid sequetur?*

4 Etiam est zelus ex amore, qui dici potest amoris lepor, vel irritamen amoris, dilectionis gratia, condimentum fruitionis, etenim sine illo vel insulsi tales. Qui vehementer amat, amat sic: alioquin Petro, Ioannis dignitati consulenti, minimè diceretur: *Quid ad te?* Est ignis in igne, & flatu zeli vehementia crescit. Est tormentum, & delicium, vel delicioium tormentum. Est vulnus sed suave, quoniam fallax. Est spectrum in formolitatem; sed ambitum, quoniam verax. Est mors, sed blanda: pœna, cæterùm iucunda: cura, sed hilaris: amaritudo, sed dulcis: solicitudo, sed gaudium: sine dolore cordolium: dispositio ad ardentissimam febrem, qua cor algeat, ut magis æstuet. Amor per se non habet fidem, creditur, si solicitat in zelo fideiussorem. Stipulatur pro redamatione, diligentis æmulatio; & tunc fidem commendat fideicommissio. Zelus est gnomon horologij pectoris; per illum videtur utrum ad amussim diligentis motus cordis. Lux Solis magis lucida, si in aqua reflexa. Est numerus cum circulo, at postposito, nihil significantes sed summam, quo magis multiplicatur, augente; cùm ex unico ita momentum, ut ex nihilo crescat in millia millium. Haud aliter amor & zelus: nihil in ciphra zeli dilectioni additur, & amor præpositus usque in summum augetur. Non unda flammas opprimit, sed undam flamma mirificè accendit. Audi quem supr. v. 887.

Zelus ex amore.

Ioann. 21. 22.

Effictus amoris ex zelo.

*Et hoc in ista clade mirandum accidit.*
*Alit unda flammas: quoque prohibetur magis.*

Seneca.

*Magis ardet ignis: ipsa præsidia occupat.*

Multoties propter intensiorem flammam, per zelum in flamma fingitur languor; sed est amoris studium commendabilius: sicut Iupiter ut Iunonem arctiùs ad se traheret, Platæam ardere cogitato finxit. Amor aliquando dormit, & immittitur zelus, ut evigilet, & resumat sagittas, ac mutuo aspiret in flammas. Unde Ovidius *Amor.* lib. 1. Eleg. 8.

Ovid.

*Lingua iuvet, mentemque tegat, blandire, nocetque,*
*Non bene, si tollas prælia, durat amor.*

5 Alius est zelus, seu zeli sphæra, qua contendunt amor, & zelotypia, partes fovenibus, & faventibus voluntatis fiducia, & rationis diffideneia. Hic articulus est oculeus, ubi torquetur Sponsus; & sine oculei levamine, igitur in oculeo pœna exentitur confessione delicti, & hic quod referat cordis anxietas, recludit auctoritas. Suspiria, quæ ab imo pectore, ut respiret, ducit dolor; gladio honoris iugulat fiatim pudor: & anima lancinatur duro cruciamine, pressa magis in cordis dilatatione; etenim quoquo latere comprimit amaritudo & in eloquio, & silentio. Nequit loqui, quod vel ipse desiderat ignorare. Graviter dolor urget, cui medicina nocet.

Zelus ex fiducia voluntatis, & diffidentia rationis.

*Venit amor gravius, quo serius: urimur intus*
*Vrimur & cæcum pectora vulnus habent.*

Lamentatur Naso *Epist.* 4. Cæcum utique vulnus, cùm non videatur in solamen exitus; quippe infirmitas parit, quem concepit dolorem: & quæritur pro remedio inficiati infirmitatem, ne honor evanescat, si causa pareat. Ponit in pulvere os suum & levatur super se, & plus uritur, ubi magis ab igne removetur. Inter Scyllam & Carybdim navis nutat, vel infirmitate vacillat, fertur, quò fertur æstus & unda.

Ovid.

Cur dicatur, & in quo?

*Quid anime tibubas: Ora quid lachryma riganti?*
*Variamque nunc huc ira, nunc illuc amor*
*Diducit. Anceps æstus incertam rapit.*
*Ut sæva rapidi bella cùm venti gerunt,*
*Utrinque fluctus maria discordes agunt,*
*Dubiumque pelagus fervet; haud aliter meum*
*Cor fluctuatur. Ira pietatem fugat,*
*Iramque pietas. Cedet pietati dolor?*

Seneca.

Seneca ubi supra v. 935. cecinit aliò: verùm Chrysologus astruit proposito. *Iosephille* (inquit *Serm.* 175.) *maritus solo nomine, conscientia sponsus, prægnantem sponsam fluctuans & anxius intuetur; quia neque accusare innocentem, neque prægnantem poterat excusare. Tacere tutum non erat, erat loqui periculum. Admittit, non prodit crimina accusator insontis. Erat ipse testimonium castitatis, erat custos pudoris. Aliud noverat, aliud intuebatur: confundebat Virginis fides, æstus, & vita. In bivio mens iusta, & sanctus animus ancipiti cogitatione torquetur. Sistit, sed tantum non potest penetrare sacramentum; quia nec accusare poterat, & defensare penes homines non valebat.* Hæccine summa turbatio, & in turbatione cruciamen; ne vel verbo exprimeret turbationem. Ampliori causa, quia vera, dicere poterat cogitatio, quod Cephalus de Procride uxore, eodem articulo rerum, apud Ovidium lib. 7. *Met.am.* Fabul. 26.

Turbatio Iosephi de Virginis partu.

Chrysol.

Ovid.

*Esse metus cœpit: nec iura iugalia coniux*
*Non bene servasset, facies atque habebant,*
*Credere adulterium, prohibebant credere mores.*
*Sed tamen abfueram. Cuncta timemus amantes.*

Cant. ubi supr.

6 Res est soliciti plena timoris amor, sed æmulatio dura *sicut infernus*: vel quia

solus qui patitur potest dicere dolorem; vel quia dolorem nequit dicere, qui patitur. Si ita zelus, & ita zelo percitus animus; quo ingenio de Virgine matre zelotypia, fuit in Iosepho insignis amoris nota? Uteri vexillum iubebat sanè credere adulterium; sed vel umbram criminis prohibebant credere mores. Nequibat iustitia accusare innocentem, neque ratio poterat excusare prægnantem. Tacere non erat tutum, & loqui periculosum in custode integerrimi pudoris, & testimonio authentico castitatis. Testis erat oculus: sed testis verus & falsus, offendente Iosepho fidei ampliorem demonstrationem; quoniam sensibus ullam haud dedit fidem.

*Unde Iosephi amplior fidei demonstratio?*

7 *Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine*: aptius, quam à Iobo, poterat dici à Iosepho. Nota fœdus pactum. Si fœdus, inter sensus & sensum erat dissidium. Oculus videbat, intellectus contra quæ oculos videbat, de Virgine cogitabat: dirimiturque contentio, inter utrumque certantium percusso pacto: Virginem non accusando innocentem, nec excusando prægnantem. *Institutum* est *pactum* (ait Pineda hic, num. 4.) *ad rem per se difficilem stabiliendam.* Res sanè difficilis, quòd negaret intellectus, quicquid astruebat oculus. Quæ profectò patent, haudquaquam habent fidem, sed agnitionem: & pactum est institutum inter sensus adversos, & intellectum; ut causâ difficultatis, causa insignis rutilaret amoris: quandoquidem contra sensuum agnitionem; cogitatio servavit Virgini fidem.

Iob. 31. 1.

*Quomodò concordia in lite, adversi sensibus & extincti?*

Pined.

8 Cum oculis fœdus, ut de Virgine minime cogitaret. Quomodò cum oculis valet cogitatio pacisci, si ad oculos non spectat cogitatio? Vident oculi, non cogitant de obiectis, sed intellectus tantùm cogitat de visis. Eidem facit oculus: & Iosephi cogitatio pacisci tur cum oculis; ut nihil valeat oculorum fides. Uterus intumescebat, sensus fœtum designabat, quod quidem humano more, nequibat fieri sine iniuria coniugalis thalami: & initur fœdus, dum accusat oculus; igitur licitum nequaquam amori Iosephi (vel dum sensus evidentiâ pulsabat cogitationem) de Virgine tali nec cogitare quidem. Inventa est Virgo, mater à Iosepho, habens filium in utero sine Iosepho. Et *eo cogitante*: Quid? pepigit fœdus cum oculis, ut ne cogitaret quidem de Virgine: quippe species ita adversa castitati, & innocentiæ; ut ipsa cogitatio obviaret cogitationi: minimeque consensum extorqueret, cui vel proponi non licuit. Tantum non poterat penetrare sacramentum? & ferit Iosephus cum oculis pactum; ut sufficiat audacia accusationis, quousque arguantur pro tempore falsitatis: etenim dum zelus oritur ex amore, fovetur que voluntate, & crescit flamma dilectio; de Sponsæ ingratitudine nec occurrit cogitatio.

*Nulla apud Iosephum oculi fides.*

Matth. 1. 20.

*Nec de ingratitudine cogitatio.*

9 Pulsat memoriam in eadem ad oculum causa, diversa omninò sententia. Scivit Iudas Thamar nurum suam prægnantem; sed nesciebat, se esse fœtus auctorem. *Ecce post tres menses nunciaverunt Iudæ: Fornicata est Thamar nurus tua, & videtur uterus illius intumescere.* Maria post tres menses, quibus mansit cum cognata, inventa est habens in utero de Spiritu Sancto à Iosepho Sponso. Agnitus fœtus, sed auctor incognitus. Iudas illicò notitiæ ictu excitavit sopitam iram, quoniam dormierat amor: *Producite eam, ut comburatur.* Iosephum occupavit ex oculorum ægritudine dolor, verùm nec fastidijt, nec combussit, nec dimisit, sed dumtaxat *dimittere voluit.* Cur ergo sicut Iudas, Iosephus eandem habens causam, non erumpit in iram, maximè cùm cor procellâ honoris naufragum, se se allidit ad Syrtes solicitudinum? Ille, quia vidit prægnantem, damnavit: hic verò minimè damnat, & vidit. Distincta utuntur lege, in indistincta lite? Iure. Iudas non pepigerat pactum cum oculis, & admisit in iudicium oculos testes: Ioseph quia fecerat, non admisit iudicium testibus oculis.

Genes. 38. 24.

Ibidem

Matth. 1. 19.

*Non credidit sensibus.*

10 Causa clarior. Uterque laborabat zelotypia, verùm in origine zelotypiæ utriusque summa distantia. Iudas habebat zelum, sed furoris: Ioseph zelum, sed virtutis. Ille fastidientis, hic amantis: & damnatâ in rogum fœtâ Thamar, Virginem minimè criminis arguit Ioseph; quippe ad litem dirimendam inter sensus & intellectionem, zelus ex amore neque visis præstat fidem. Perpende ex origine affectionum, diversum plene iudicium. Iudas non vidit Thamar uterum tumescentem: *Nunciaverunt.* Ioseph invenit gravidam Virginem; cæterùm hic sedet anxius solicitarius, & tacet: ille murmure excandescit. Ecce palàm zelus ex furore, & zelus ex nimia fide. Zelus ex offensa, & zelus ex zeli flamma: siquidem Iudas credidit, quod audivit: Ioseph autem nec credidit, quod invenit. Iudas irâ subscribit (ut ignè ignis, & flamma compelcatur flammis) illam *producite.* Ioseph verò præ amore, *voluit dimittere.* Lucet differentia in zelotypia. Iudas pro vindicta, & zeli furore nihil cogitat de honore dilectæ:

*Differt zelus amantis & edentis.*

*Ioseph vel zelotypus Virginis famæ consuluit.*





verùm Ioseph etiam in anxietate zelotypiæ consulit honori Sponsæ; quoniam zelus accusus amoris igne.

*Quisnā zelus oculatus, & cæcus?*

11 Perscrutemur adhuc animos, ut cognoscatur quo ex fonte dimanet zelus. Est zelus offensi, & zelus Amatij. Offensus habet zelum, sed zelum cæcum, orba lumine mente, ex oculorum lumine, in vindictam offensæ tendente corde. Amatius habet zelum, sed vigilem, quoniam zelo non minuit, imò adauget dilectionem. Cæcum offensus, quippe amabat, sed iam non amat. Oculatum Amatius, quia etiam diligit, quod diligebat: & Iudas habens zelum, credit quoniam cæcus visis: Ioseph, quia oculatum habet, non credit oculis. Unde credere vel non visa; si patet zelus furentis; zelus micat amantis, nequaquam credere visis: igitur si amor offensus, quo ardet extinguitur; amor in zelo, quo extinguitur, ardet.

D. Tho.

12 Divus Thomas, Zelum asserit procedere non tantùm ex amore, sed ex intensione amoris. Ita 1. 2. q. 28. artic 4. in corp. Quem sequitur Berchorius in *Reductor.* ubi dicit: *Zelus est amor excessivus, vel dolor de nimio amore procedens.* Hinc tantum crescit amor, quantum zelus crescit. In Iosepho de Virgine prægnante hærebat cordi dolor, sed non removebatur à pectore amor. Navigat zelus amantis: ubi amor naufragus, zelotypiam patientis. Offensus zelotypia crimen affirmat, zelo. Amatius crimen negat. Ille vel dubia, asserit cognitionem: hic cognitionem claram credit dubia: & dubitare solummodò obiecta evidentiâ cognitionis; in zelota est excessus charitatis. *Inebriemus patrem nostrum vino*: dixere, ut sæpe vidimus Lot gnatæ. *Vino.* Iure: quippe anima sæpe inebriatur amore. Hic effectus communis, quippequàm amor verus ratione caret; sed adhuc restat nobilior, dum modum nescit. Est differentia, & in fide cordis summa. Anima inebriatur amore, etiam inebriatur amor animæ: & dicunt filiæ Lot: *Patrem inebriemus vino*; siquidem amor inebriatur incendio. Inebriatur anima amore, ubi credit, quæ non videt: sed amor inebriatur amore, ubi contra visa credit.

Ber chor.

*Licèt in Iosepho de fœtu Virginis dolor, non abfuit amor.*

Gen. 19 32.

*Qualis ebrietas amoris?*

13 Divitias amoris Christus in mensa Eucharistiæ ostendit; & amor amori præclare respondet. *Sumitur* (ait D. Thom. *Opusc.* 57.) *aliena specie.* Quare non clarè? *Ut fides locum habeat*: & ni fallor, ut in corde recipientis summa prælellat fides. Recipit anima Christum amore, cæterùm Christus sub aliena specie. Oculi dicunt, ibi panem esse: fides verò; non est panis. Oculi pro pane (à deceptione immunes, cùm de accidentibus iudicent sibi notis) evidentiâ obijciunt argumentum: verùm fides negat evidentiam oculorum: & præstat in Eucharistia (ubi ostenditur Christi ardor amore flagrantis) animæ suscipientis maxima fides; quoniam dum aliena specie Christum in pectore suscipit, minimè credit quæ videt, sed quæ credit.

D. Tho. *Fides amoris fi credit, quod videt, videt quod credit.*

14 Intelligitur modò, Cur hoc venerabile præ cunctis sacramentum dicitur *Mysterium fidei.* Cuncta sacramenta arcana, at in hoc sacramento fidei summa. Fidei argumentum est rerum non apparentium: in Eucharistia aliud apponitur argumentum; quippe fides de non visis, hic exponitur contra visa, & obiectum huius sacramenti contra luminum obiecta. In alijs sacramentis creditur, quod non videtur: in hoc sacramento creditur, adversùm quod videtur. Derogat fides sensibus demonstrationem, ut assensus astruat fidem: extollitur que iure huiusmodi sacramentum, ut fidei summum; quippe qui Christum hic in pectore suscipit, contra quæ vider, intelligit.

1. Tim. 3. 9.

*Fides maior contra visa.*

15 Patet igitur speculum zelotypiæ Ioseph, vel zelus ex amore excessivo, sive in zelo fidei amoris maxima demonstratio. Vidit uterum coniugis grave. Hæret? Adhuc permanet in fide. Aliud novit, aliud videt. Aliud vidit, aliud credidit. Nec poterat moribus accusare, nec gravidam iure defendere. Torquetur cogitatione ancipiti, & prævalet amor in ipsa cogitatione: igitur credit quæ non intelligit, intelligendo quæ vidit. Signa uteri nec rimulam relinquerant excusationi, quoniam nec dubium de signis. Oculi perstabant testes, & simul iudices de accidentibus sibi notis, & omninò deceptionis immunes. Si non decepti, Virgo planè obnoxia crimini. Fortis angustia! Non erant convenientia testimonia. Hæc autem eo cogitante, præ vehementia amoris, repulit oculos uti falsos testes, & vel in notis suspiciosos iudices. Sensus affirmant, sed potentiæ negant. Oculi signant demonstrabile quod vident; sed amor nimius excludit demonstrationem. Vel in Apodixi dubitat, de excessu tantùm charitatis cogitat. Credere quod non videtur est fides, & amoris rutila flamma. Credere adversùm quod videtur, excessus amoris & fidei summa. Haud æque responderet amori Virginis nisi excessu amoris: & ut in obsequio Sponsæ micaret dilectionis vehementia: Sponsus videns Virginem prægnantem, credidit & contra visa. Illudulque contrariæ maternitas & virginitas. Ipse Ioseph erat testimonium castitatis, & etiam contra castitatem testimonium;

*Ioseph repulit oculos ut testes falsos.*

*Fides amoris ostendit eximiā fidē.*

nium : & cogitavit de Sponsæ fœtu, sicut ipsa cogitaverat de modo. Cogitavit, at in cogitatione excessum amoris cor in Sponsam ostendit : siquidem patet ultra vulgarem amorem, nolle cognoscere, quod cognoscit ; & velle sine exemplo intelligere, quod non intelligit. Ecce anima inebriata amore summo, & etiam amor inebriatus incendio.

16 Audiamus modum demonstrationis à Paulo, quem ita format singulari stylo. *Adversùs scientiam in captivitatem redigentes intellectum in obsequium Christi.* Haud dicit, quod amantes subjicimus volitivam potentiam, sed intellectivam. Brevi amoris summa. Amare propter amorem, est voluntatis affectio. Amare propter cognitionem, est causa, aut amoris ratio: sed amare redigendo propter amorem in captivitatem intellectum ; est amare adversùs rationem, quam exponit intellectus ad non amandum : & captivare rationem adversùs idem, quod cognoscitur ratione in fallidium voluntatis : vel in Amasio cæco maxima fides. Prosternere amori voluntatem, in amante non utique magnum : semperque leve, ni intellectum captivet in obsequium.

Ultrà. Ratio in mysterijs ita arcana, ut tantùm cognoscatur, quòd incognita : igitur si accedit humana sapientia ; uti humana, est stultitia. Sublimis ab intellectu probatur, quia non cognoscitur. Species quas ministrat vigil oculus, despicit inde illustratus intellectus : qui quidem maius ostendit obsequium, dum adversùs scientiam patet huiusmodi studium : igitur sequitur rationem, quam nescit ; & deserit rationem, quam non cognoscit.

17 Aliter. Adversùs sensus est ratio, quæ nonnumquàm in iudicium informatur à sensibus. In scientiam sensuum militat fidei scientia. Proponuntur à sensibus effectus communes, qui quidem per inconcussam naturam validæ demonstrationes. Species impressa, quæ intellectum ad intelligentiam movet, movendo intellectum fallit : & etiam urget in credulitatem, quippe eius quod fide cognoscit, intellectus quoad quid sit, non habet speciem. Contra id quo sensus intellectum informat, mysterium pugnat. Hoc intellectus non intelligit, illud sensibus cognoscit : & mirum sanè, quòd obliviscatur demonstrationis, quam coram oculis habet ; & pro demonstratione habeat, quod non cognoscit. Amor cogitat fidei obsequi, dum sensus recusat sequi. Videt & aliter sentit ; quippe credit contra quæ oculus apertissimè videt. Liber esset, si sensuum sequeretur officium : & intellectum captivum faceret in fidei singularissimum obsequium ; igitur amoris vehementis summa, dum ratio dicit, quòd evidentia falsa. Vide quæ diximus *Tom. 1. Tract. 3. Didasc. 4.*

18 Pro fide amoris in zelo Ioseph proponitur virtus Fides. Dedidit uti Sponsus Virgini merito voluntatem, & ut flagrantior esset, in vincula detrusit etiam rationem. Oculi arguebant, & quod argumento intenderant, sine distinctione probabant : verùm Ioseph naturali rationi respondet rationis captivitate. Si ratio, quam nescit, zelo amoris, sine typo zeli redigit in captivitatem intellectum, ut pectus amet ; amor erit vehementior, flamma vividior : igitur diligit adversus id, quod scientiâ ratio cognoscit.

19 Consideremus articulum. Obstupuit Ioseph fœta Virgine : sed *Hæc eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph.* Noticiâ oculorum cogitabat, & non cogitavit, postquàm somno oppressus quievit. Quæ in somnijs, sunt phantasmata : ideo dicuntur somnia. Quomodò igitur quievit cogitatio, dum testimonium oculorum nequibat eiurare, quæ in somnis visio ? Summè distant quæ videntur in somnis, ab his quæ oculis videntur : & Ioseph quievit in somnis, non quiescens, nec acquiescens visis ; quippe ipsam ex oculis intellectionem reddidit pro obsequio Sponsæ in diram captivitatem : quandoquidem illi vehementer amanti visum somnium, somnium visum. Hispan. *Tuvo à la evidencia por sueño, al sueño por evidencia.*

20 Inquires modò, Cur vigili Sponsæ coniugi Ioseph Angelus apparuit, & Sponso in somnis ; dum intendit facere arcani summi participes ? *Missus est Angelus Gabriel à Deo ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph de domo David : & nomen virginis Maria.* Hæc inter fœminas benedicta concepit, uterus intumuit, Ioseph cognovit, & ut quid esset, cognoscet ; in somnis viro Virginis apparuit. Quare non apparuit utroque vigili, vel utroque dormienti? An quia à Virgine fides, consensusque requirendus ? Argumentum fortius : licet Iosephi non requiratur ad fœtum consensus, requiritur fides, quæ quidem importat assensum intellectus ad illud quod creditur cum certitudine ; ut dicunt Scholastici cum D. Thom. 2.2. q.4. art. 1. in corp. Qui dormit non habet assensum, quare igitur ad fidem stabiliendam, Angelus Iosepho dormienti apparuit ? Deinde. Qui dormit, non intelligit. Ut Iosephus intelligat apparet An-

*Captivare rationem maxima fides.*

*Quomodo captiva?*

*Fides luximia, qua uti falsa cognoscitur sensuum evidentia.*

*Ioseph in zelo, propter amorem Sponsæ obliviscitur, quod recordatur.*

Matth. 1. 24.

*Habuit visum somnij, somnio visum.*

Luc. 1. 27.

*Cur Virgini Angelus apparuit vigili, & Iosepho dormienti?*

D. Thom.



Angelus, qui cœlestia nunciat ; qua lege Iosephus certitudine credet, dum ita dormit? Quia intellectum in captivitatem officiosè redegit : igitur pro demonstratione amoris, & fide de fide Virginis ; satis Iosepho amanti, ut posset intelligere, intelligi intelligere non posse.

*Cognovit, non posse reg nascere.*

*Vel somno à cogitatione quievit.*

20 Vigil intelligit, & non intelligit, quippe non assentit, nisi contra quæ videt. Dormiens, non intelligit, & intelligit ; quoniam quievit simulac Gabriel apparuit : & apparet in somnis cœlestis visio, ut fidei Iosephi contra visa cogitantis, appareret demonstrario : igitur cognoscens quievit, & dormiens aliter cognovit ; ut haberet evidentiam oculorum, uti veram & falsam, & visionem in somnis, apodixim, veritatis evidentiam. *Sufficiebat Iosephum moveri in somnis* : ait Chrysostomus *Homil. 4.* in Matth. Sufficiebat amanti, quippe fide datâ, frangi, illi videbatur impossibile. Contraria ostendebat oculus : sed quousque sciret vel somno, cogitabat, & non amplius.

Chrysost.

21 Intigue amoris profectò obsequium in zelo amoris dignoscitur : quandoquidem quod amor in zelum recordatur ; propter zelum oblivisciturt : & Virgo Sponsa quo cogitationem Sponsi expulit, magis attraxit. Placidè sese offert in propositum zeli, querela Sponsi ; quæ par in Iosephi cordis flamma, fœtâ Sponsa. *Vulnerasti cor meum soror mea Sponsa, vulnerasti cor meum in uno crine.* Idest, ut vidimus *Didasc. præc.* in una cogitatione. Quod quidem aptè cadit, graviditatem Virginis Iosepho cogitante. Alij legunt : *Excordasti: Cor rapuisti.* Coniuges virgines vocabantur sorores, ut notat Lipsius lib. 3. *Var. Lect.* cap. 1. & de Iunone, privilegio Iovis semper

Cant. 4. 9.

*Nomen sororis pro nomine virginis.*

*Virgo fit tu sacra, quæ Spon si cogitationem percussit, sacrà sanavit.*

virgine, canit Ovidius lib. 3. *Metam.* Fab. 3.

*Sceptra tenere decet, si sum regina, Iovisque*
*Et soror & coniux, certè soror.*

Vulneratâ Sponsa virgo cor in una cogitatione, & excordatâ. Quo pacto cor rapitur, dum percutitur? In zelo quo altiùs figitur amor. Vidit Ioseph Sponsam gravidam, & cogitatio emisit in cor sagittam. Quo magis cogitabat, cogitatio intimiùs telum figebat ; ne cogitaret virginem, quam ægrè videbat matrem ; verum lancea Achillea quæ fecit, vulnus sanavit ; igitur cor rapuit à Iosepho, quo cor percussit, dum referato divino mysterio (cuius ignorantiâ vulnerata cogitatio) in fidei Sponsæ commendationem, quam cogitavit matrem, coluit Sponsus integerrimam virginem. Felix vulnus quo cor rapitur ! Felix sagitta, qua cordis amor vulneratur, & figitur ! Amare sic, non est zelus ; sed cum zelo amor eximius. *Zelo zelatus* est Elias. Amore Ioseph zelatus. Ille erat offensus, hic Amasius : & zelo zelatus, quoniam recesserunt à fide ; sed amore zelatus, quippe numquàm recessit ab amore. Quàm dulcis utique zelus ; dum quo pulsus, amat attractus ! Qui verè amor, semper amat,

Propert.

*— Per densas flamma fxvillat aquas.*

Canit Propertius *lib. 2. Eleg. 1.* Non semper zelotypo sunt in amore mala : igitur zeli vehementibus flammis, scintillat & longè fervor amoris. Qui quidem (retorto altiori argumento, acumine Ovidij lib. 9. *Metam.* Fab. 5.) vel nescienti cogitabat non esse humanum, quod latebat Sponsum : Virgo igitur

*——— Quodque fiebat,*
*Tantum erat, ut posset auctorem dicere tecti*
*Ponderis, esse Iovem.*

Ovid.

TAU-

# TAUTOLOGIA QUINTA.

*TOLLE FILIUM TUUM, QUEM DILIGIS Isaac, & vade in terram visionis, atque ibi offeres eum in holocaustum.*

Genes. 22. v. 2.

## EXPOSITIO LITERÆ.

Ambros. LAUS estò debita construitur ineptè, ni sciatur ab audientibus, unde. *Magnus planè vir Abraham* (dixit Ambrosius, uti vidimus *Tautolog.* 3. num. 1.) *& multarum virtutum clarus insignibus.* Dotes animi maximæ, & instrumentis singularibus eximiæ: in cunctis apprimè inclytus, & à cœlo divino quodam munere hominibus commendatus. Aptiùs quàm de Alcide Seneca in *Hercul. Oetæo* Act. 1. v. 1502. dicere de Abrahamo quimus:

Senec. ——— *Contulit cœlo decus:*
*Natura concepit in laudes Iovis.*

Mar. Vict. *Elegia Abrah.* Hinc Marius Victor lib. 3. *Histor. Genes.* v. 327. *Vir*, canit, *dignus cœlo.* Et Venantius Honor. Fortunatus lib. 8. in Carm. de *Gaudijs & spe vitæ æternæ* v. 11.

Venant. ——— *Patriarcharum resonant modulamina vocum,*
*Inter quos Abrahæ est maxima palma.*

*Plus gessit, quam quod gloriæ ambitui finxit.* Ambros. Magnus quidem Abraham ab omnibus plauditur; sed unde plausus origo modò profertur. *Magnus* (subdit Ambrosius lib. 1. de *Abrah.* cap. 2.) *quem votis suis Philosophia non potuit æquare. Minus est, quod illa finxit, quàm quod iste gessit: maiorque ambitioso eloquentiæ mendacio simplex veritatis fides.* Perscrutemur celebriorum Poëtarum meditatam fictionem, ut possimus aperte ostendere veritatem.

*Iphigenia à patre immolata.* Senec. 2 Finxit cogitatio vana, fumivendula Gentilium, prurigine gloriæ quasi morsu dipsadis percitorum, Regem, & ducum ducem Agamemnonem filiam Iphigeniam immolasse Dianæ. Constat ex Seneca in *Troad.* Act. 2. v. 247.

*At tua natam parens*
*Helenæ immolasti.*

Boët. Boëtius de *Consol. Philosoph.* lib. 4. metr. 7. v. 4.

*Ille dum Graiæ dare vela classi*
*Optat, & ventos redimit cruore,*
*Exuit patrem, miserumque tristis*
*Foderat natæ iugulum sacerdos.*

Ovid. Ovidius solutiori calamo, & dulciori camœna, lib. 12. *Metamorph.* Fabul. 1. succinit:

*Sanguine virgineo placandam virginis iram*
*Esse Deæ. Postquàm pietatem publica causa,*
*Rexque patrem vicit; castumque datura cruorem,*
*Flentibus ante aram stetit Iphigenia ministris.*

Lucret. Lucretius de *Rer. natur.* lib. 1. v. 84. & carpit, & refert.

*Religio peperit scelerosa, atque impia facta.*
*Aulide quo pacto Triviai (Dianæ) virginis aram*
*Iphianassai turparunt sanguine fœdè*
*Ductores Danaum delecti, prima virorum.*
*Quo simul infula virgineos circumdata comptus*
*Ex utraque pari malarum parte profusa est:*
*Et mœstum simul ante aras adstare parentem.*

Idem Virgilius lib. 2. *Æneid.* v. 116. Horatius lib. 2. *Satyr.* 3. v. 199. Euripides in *Iphigenia in Aulide*, Sophocles in *Electra*, Pausanias in *Bœoticis.* Chartar. in *Diana*, fol. 69. Cicer. lib. 3. *Officior.* Marc. Senec. *Suasor.* 3. & Cassiodorus *Var.* lib. 5. Epist. 24. Unde ne quid fictioni de vera historia defuisset (ut pateat de nostris sacramentis fabula ab Ethnicis ficta) sicut aries pro Isaac succidanea fuit hostia; non aliter cerva pro Iphigenia. Ita Vinc. Chartar. ubi supr. canitque subinde Ovidius:

Virgil. Sophocl. Cassiodor.

*Victa Dea est, nubemque oculis obiecit: & inter*
*Officium turbamque sacri, vocesque precantum*
*Supposita fertur mutasse Mycenida cerva.*

*Cerva pro Iphigenia.* Ovid.

3 Finxit, Erechtheum Athenien sium regem gnatam Praxitheam pro salute patriæ obtulisse Proserpinæ. Scribunt Cicero pro *Sestio*, & Demaratus lib. 1. *Rer. Tragicar.* Finxit, Marium filium Dijs Averruncanis consecrasse jugulo, & potitum fuisse concepto voto: uti refert Dorotheus lib. 4. *Rer. Italic.* ex quo doctissimus Delrio in Troädem Senecæ. Finxit idem de Metello Romanorum duce. Ita ergo refert in eiusdem vita Plutarchus. *Cùm Pœni societatem cum Siculis adversùs Romanos machinaventur; Metellus Romanorum dux soli Vestæ rem sacram fecit. Ea ventum classi adversum immisit. C. autem Iulius aruspex cessaturum edixit, si filiam suam dux immolasset. Coactus itaque hic filiam Metellam produxit mactatum. Vesta eius misserta, buculam eius in locum immisit, ipsamque Lamusium detulit, & draconis qui ibi colitur, antistitam fecit.* Eadem ferè dicit in libell. de *Fortun. Roman.* de Valeria Luperca.

*Praxithea immolata.* Cicer. *Metellia, & pro ea subdita bucula.* Plutarch.

4 Finxit denique Idomeneum Cretensium regem, filium Neptuno immolasse, è Troia redeuntem; ut notant Servius in illud Virgilij lib. 3. *Æneid.* v. 122. *Idomeneæ ducem.* & Ludovic. La-Zerda ibid. num. 6. Hunc conatum habuisse Senacherib, amisso exercito prope Ierosolymam, referunt Rabbi Salomon, & Lyra in cap. 19. lib. 4. *Regum*, & etiam ibid. Abulensis *quæst.* 31. sed à desiderio frustratus, quoniam à filijs circumventus: igitur cùm Deo suo Nesroth, ut gratiam demeteretur Assyriorum, de cædibus amicorum, ac cognatorum dolentium, devovere filios statuisset; parentis antevertere consilium, & in eodem templo occidendi illum occiderunt incautum. Rex Moab haud aversatus est eiusmodi inhumanitatem: siquidem ut dicitur 4. Reg. 3. 27. *Arripiens filium suum primogenitum, qui regnaturus erat pro eo, obtulit holocaustum super murum.* De Iepte dubitant alij, alij asserunt, ut vidimus *Tom. 1. Tautolog. 6. Didasc.* 1. num. 7. Huiusmodi sacinus adorsi sæpe Ethnici, ut auctor est Eusebius lib. 4. de *Præpar. Evangel.* cap. 7. ex quibus crudelitas (quæ maxima dæmonis, sanguinis humani sitibundi, voluptas) inolevit apud Hebræos, ut constat pluribus loc. Unde lege cautum Levit. 20. 2. ubi: *Siquis dederit de semine suo Moloch, morte moriatur.* Quare illud Amelij pro Amico, ut huic sanguis filiorum à parente iugulatorum, esset nobile medicamentum (de quo Antonin. p. 2. *tit.* 14. *cap.* 3. Vincent. Bellvac. *lib.* 23. *cap.* 162. & And. Pinto-Ramir. in *Philallelijs*) haud arbitror historiam, sed merè fabulam. Hæc enim sanè ficta, & cum iniuria in miracula vera.

*Mos apud Prisc. sacrificandi pro reis.* Rab Salom. Lyr. Abul. *Immolare filios, lege cautum.* Euseb.

5 Sæpe dixi: *Finxit*, quia licet ist hoc tragicum spectaculum aliquando verum, sæpe sæpius falsum.

*Pavet animus, artus horridus quassat tremor:*
*Maiora veris monstra vix capiunt fidem.*

Senec. Canit Seneca in *Troade* Act. 2. v. 165. igitur, ut ait Servius in lib. 2. *Æneid.* Virgilij v. 116. *Sciendum, in sacris simulata pro veris accipi. Unde cùm de animalibus, quæ difficilè inveniuntur, est sacrificandum; de pane vel cera fiunt, & pro veris accipiuntur. Hinc est etiam illud eiusdem*, lib. 4. v. 512. de sactificio postremo Didus:

Serv. *In sacrificijs aliqua simulata pro veris.*

*Sparserat & latices simulatos fontis Averni.*

Hinc etiam Hecatombe ficta. Audi Vincent. Chartarium ubi supr. fol. 75. *Luna est Hecate dicta, quòd in centum ei altaribus viridi ex cespite factis, veteres sacrificarent, centumque ei victimas immolarent, qua ut plurimum sues erant, atque oves. Verùm si sacrificium esset pro Imperatore; centum leones, aquæ aquilæ mactabantur: atque ideo hoc sacrificium Hecatombe dicebatur. Neque tamen crediderim, semper tot hæc animalia, quæ in sacrificijs adhibebantur fuisse vera, sed interdùm assimilata: solebant enim Veteres nonnunquam ex odoratis rebus, aut aliâ materiâ animal effingere immolandum, quod non nisi magna difficultate inveniretur.* Sic enim Cyziceni apud Appianum ex quo Lil. Girald. *Syntagm.* 17. cùm nigram bovem quotannis solerent immolare Proserpinæ, & obsidione Mithridatis non possent quærere; frumentaceam finxerunt, & læti quasi veram immolarunt: quod quidem accidisse quibusdam rusticis ex Suida refert Pollux in *Onomastic.* lib. 2. cap. 27. igitur cum bos ab agris Herculis iam immolandus aufugisset, arborem in bo-

Virgil. Sophocl. Cassiodor. Charta *Hecatombe ficta quæ.*

*Poma ex cera.*

vêm fictam, suppositis quatuor ramis pro pedibus, & binis pro cornibus, quasi victimam cæcidere. Hinc illud apud Plutarchum ubi supr.

*Lætus Aristagoras natis benè villicus uvis*
*De cera facta dat tibi poma Deus.*

*Plutarch.*

6 Ne humano sanguine fœdarentur altaria, & simul quoad speciem manerent prisca trucia sacrificia, pro veris hominum victimis tempore Numæ subrogabantur imagines. *Ideo in Compitalibus* (ait Festus Pomp. *lib.* 13.) *manet constitutum, ne humano sanguine sacra polluerent, ut pilas & effigies viriles, & muliebres ex lana in compitis suspenderent, Laribusque tot pilas quot essent servorum capita, & tot effigies quot essent liberi rent, Laribusque tot pilas quot essent servorum capita, & tot effigies quot essent liberi rent, Laribusque tot pilas quot essent servorum capita, & tot effigies quot essent liberi nocte pro victima darent: ut siquod periculum familiæ immineret, aut triste fatum, hoc sacrificij genere expiarent.* Unde M. Varro lib. 6. de *Ling. Latin.* de ritu Argeorum inft: *Argei fiunt ex scirpeis virgultis. Simulachra sunt hominum triginta. Ea quotannis à ponte Sublicio à Sacerdotibus publicè iaci solent in Tyberim.* Canit etiam Ovidius lib. 5.

*Fest.*

*Effigies virorum pro victimis*

*Fastor.*

*Ilium stramineos in aquam misisse Quirites:*
*Herculis exemplo corpora falsa iaci.*
*Scirpea pro domino Tyberi iaciatur imago,*
*Ut repetat Gratas per freta longa domos.*

*Ovid.*

Et in honorem Bacchi oscilla (quæ figilla hominum dicebantur, seu imagunculæ fictiles) arboribus suspendebantur: de quo videsis Macrobium lib. 1. *Saturnal.* cap. 11. Turneb. *Adverss.* lib. 20. cap. 7. Martin. de Roa de *Die natal. Sacro-prof.* cap. 1. & alios antiquæ eruditionis peritos, ad illud Virgilij *Georgic.* lib. 2. v. 389.

*Oscilla quid?*

*Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.*

*Virgil.*

Maius ergo patet iam, quod Abraham gesit, quàm quod Antiquitas finxit: igitur actutùm ut opere compleat, surgit, dum à Domino audit: *Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis Isaäc, & vade in terram visionis, atque ibi offeres eum in holocaustum super unum montium, quem monstravero tibi.*

*Genes. 22. 2.*

7 Singula verba emphatica sunt: aliàs ad quid tot geminationes? Ad quid tot tautologiæ voces, *Cum sufficeret unumquodque verbum? Si sat, Tolle filium tuum Isaäc* (inquirit hic Chrysostomus) *ad quid, Unigenitum, quem diligis?* Hebræi aretalogi more suo nugantes, asserunt Abrahæ factas plures revelationes. Primò enim dictum est: *Tolle filium tuum*: & respondenti, *Duos filios habeo*: illicò Dominus, *Unigenitum. Quilibet* dicenti *est unigenitus coram matre sua*: tertiò ait Dominus, *Quem diligis.* Ergo *Utrumque diligo*, respondenti; signat Dominus *Isaäc: quem offeres*, &c. Illustre omnino ratiocinium, sicut singentium cerebrum! Nos cum AA. Catholicis dicimus semel & unicum fuisse præceptum: in quo omnia persipicuè & singillatim expressa, ut ex fortiore tentatione amplior oriretur gloria; atque clarè cognoscerer affectuum vincula, queis possit protrahi, vel retrahi ab iniuncta obedientia. Omnia hæc ita nota fuisse Abrahamo, arbitratur Origines in *Genes.* Homil. 8. *Ut adversus fidem animi tota carnis militia repugnaret.* Et Ambrosius ubi sup. *lib. 1. cap. 2. Ideo addidit singula, ut eius affectum probaret: ne fortè aut imprudenter cœpisse videretur, aut fraus aliqua mandatis cœlestibus pararetur.* Iccircò dicitur *Tentatio*, de quo infra num. 28.

*Chrysost.*

*Fabula Iudæorum de revelationibus ad Abrahamum.*

*Origin.*

*Ambros.*

8 Occasionem verò huius tentationis autumant Rabbini grande convivium in die ablactationis Isaäc, de quo Genes. 21. 9. Quam longè abeant, patet ex eo, quòd Isaäc trimus esset tenerrimus: & super debilem, magis portandum, quam portaturum, pater haud-quaquàm imponeret ligna holocausti. Isaäc ductus in occisionem, ad minimum fuit undecim annos natus, vel duodecim. Ita Aben-Ezra apud Abulensem hic, & Burgensis in *Addition.* Viginti quinque annorum tunc fuisse; astruit Iosephus lib. 1. *Antiq. Iud.* cap. 14. Pererius verò ex ipsis Rabbinis hic *Disp.* 1. num. 3. probat fuisse triginta septem annorum. Dicunt ergo huiusmodi Doctores (quibus sine felle fabulæ nihil dulce) post regium convivium in ablactatione Isaäc, Satan de Abrahamo dixisse Domino: Dicis, quòd servus tuus est, & grandia facit convivia, quin tibi vel minimum offerat. Cui Dominus: Scio, quod omnia, quæ habet, vel etiam filium, si præcepero, offeret, & quidem lubicò. Tunc Diabolus respondit: Non ut putas: tenta eum, & videbis. Tuncque tentavit Deus Abraham dicens, &c. Ita interpretantur ly *Quæ postquàm gesta sunt, tentavit Deus*, &c. quasi præceptum de immolando filio referretur ad colloquium & colloquium ad convivium. Papæ! Io. Tædet ineptiæ. Ergo institutio.

*Quot annor natus Isaac, dum destinatur iugulo?*

*Fabula Iudæorum de occasione sacrificij.*

9 *Tolle filium tuum.* In Hebr. *Tolle tibi filium tuum.* Quod quidem paragogicum est: ut latè, quia sæpe occurrit in sacris paginis, demonstravimus in *Prolog.* Galeato §. 4. num.



num. 14. Unde ly *Tibi*, idem est, ac *Tu*: sicut cap. 12. v. 1. *Egredere de terra tua, & veni in terram*: Hebr. *Egredere tibi, veni tibi*, ideſt *Tu*, quod patet paragogicum, quippe sine pronomine intelligitur sententia. Hinc sensus præcepti, *Tolle tibi*, scilicet, *Tolle tu.* Verùm hic aliter cogitarem, quandoquidem ly *Tibi* vel *Tu* non tantùm ad ornatum orationis, sed meditanter appositum in commendationem fortitudinis; ut cùm magis affectus carnis pectus validum urgeret, fides pectoris ampliora & difficiliora vinceret. Quod oculus non videt, cor non dolet. Tolle in sacrificium filium, & tolle tu. Non ab alio duceetur, sed à te. Tu duces, tu ligabis, & in holocaustum filium offeres. *Tolle tibi*, ut clareat, quòd quicquid Domino sacratur, tunc magis à vovente possidetur; tropologicum est: de quo *Didasc.* 2.

*Paragogè aliquando in Scriptura.*

*Quid hic Tolle tibi?*

10 *Tolle*: hoc est, Citò. Persæpè monui, in Scriptura sumi interdùm verba pro adverbijs. Vide *Tom.* 1. *Tautol.* 4. *Didasc.* 14. num. 9. & in *Prolog. Gal.* §. 4. num. 3. 4. Ionæ cap. 1. 2. dicitur: *Surge vade.* Nimirùm, Agedum, confestim, statim vade. Plura invenies apud Riberam in cap. 5. *Osee* num. 7. & Forerium in *Isaiam* 6. 12. Constat ex contextu eiusmodi cogitatio. *Tolle* q. d. *filium tuum*, festinè, properè, & offer in holocaustum. Hebr. & Ar. Montanus legunt: *Tolle nunc*, ut notetur diligentia; quoniam nescit tarda molimina gratia. *Tolle nunc*, ideſt, hac nocte, hac horâ; non cras, non pòst: unde illicò post auditam vocem subditur: *Igitur Abraham de nocte consurgens strauit asinum suum, ducens secum duos iuvenes, & Isaac filium suum.* Quo sensu ut exprimatur solicitudo, Virgilius lib. 3. *Æneid.* v. 169. & 513.

*Verba prò Adverbijs.*

*Surge, Age, & hæc lætus longævo dicta parenti*
*Haud dubitanda refert.*
*Haud segnis strato surgit Palinurus; & omnes*
*Explorat ventos, atque auribus aëra captat.*

*Heb. Tolle prò festina diligentia.*

*Virgil.*

11 *Filium tuum.* Huiusmodi vox multoties accipitur metaphoricè in signum benevolentiæ: unde Noemi ad nurus, Ruth. 1. 12. *Filiæ mi.* In Proverbijs & Ecclesiastico passim. SS. Patriarcha N. in *Prolog. S. Regul.* audientem discipulum non vocat discipulum, sed filium; ut explicet vel in magisterio patris affectum, dicens: *Ausculta ô fili præcepta magistri.* Aliquando Filius dicitur antonomasticè, & tota exprimitur magnitudo iuxta materiam subsequentem in casu patrio. Isai. 5. 1. *Filij olei*, ideſt, Principes: igitur apud Hebræos oleo reges ungebantur. Unde Zachar. 4. 14. *Isti sunt duo filij olei, qui astiterunt dominatori universæ terræ.* Marc. 3. 17. *Filij tonitrui*: hoc est, fortes, & validi tamquàm fulmen. *Filij excelsi.* Psalm. 81. 6. nimirùm, primi principis. *Filij Dei.* Iob. 1. 6. & 38. 7. pro Angelis. Quapropter sciendum est huiusmodi vocem per Hebraismum sæpenumerò in Sacra pagina summi pro subiecto, in quo aliquid est, recipitur, vel debet recipi. Primo modo Eccle. 12. 4. *Obsurdescent omnes filiæ carminis.* Scilicet, aures in quibus titillat concentus musicè. Quod quidem interdùm signatur per voces *Vas*, & *Vir.* Genes. 49. 5. *Vasa iniquitatis.* Rom. 9. 21. *Vas contumeliæ.* Psalm. 75. 6. *Viri divitiarum.* 3. Reg. 2. 26. *Vir mortis.* Quare præut materia inest, intelligi debet sententia. Mich. 1. 16. *Filios delicitarum*; nempe, filios delicatos. Ephes. 2. 2. *Filios diffidentiæ*: putà, infidos. Psalm. 88. 23. *Filius iniquitatis*: ideſt, iniquus. 2. Thessal. 2. 3. *Filius perditionis*; videlicet, perditos. 1. Reg. 2. 11. *Filij Belial*: hoc est, diabolici genij. Luc. 19. 9. *Filius Abrahæ*: nimirùm, bonus: & fortis. Vel *Filius* loco superlativi quo carent Hebræi ut *Filius perditionis*, homo perditissimus: *Filij Belial*, hominis pessimi &c. Plura huic Regulæ exempla abundantissima in *Prolog. Gal.* §. 4. num. 5.

*Filius, prò benevolentia.*

*S. Bened.*

*Variæ acceptiones vocis Filius.*

*Pro subiecto in quo aliquid recipitur.*

12 Etiam sunt plura testimonia pro acceptione secunda. 2. Reg. 11. 5. *Filius mortis.* Eph. 2. 3. *Filij iræ.* Scilicet, digni irâ vel morte: quippequàm pœna sequitur culpam, sicut effectus causam. Quam ob rem idiotismo Hebraico additur vox *Filius*, & tunc significat idipsum cui additur. Psalm. 28. 1. *Filios arietum*: ideſt, arietes. Psalm. 4. 3. *Filij hominum*: Homines. Isai. 56. 6. *Filios advenæ* Advenas. Ezech. 3. 11. *Filios populi mei*: Populum meum. Daniel. 11. 17. *Filiam fœminarum*: Fœminam. Psalm. 146. 8. *Filia Babylonis*: Babylon. Zachar. 9. 9. *Filia Ierusalem*: ideſt, Ierusalem: licèt dum mentio fit regni alicuius civitatis regiæ, vox *Filia* sæpe intelligatur colonia. Psalm. 44. 13. *Filiæ Tyri* hoc est, civitates subiectæ Tyro. Sic alia: causam videsimus hic *Tautol.* 8. in *Exp. lit.* n. 15. Ierem. 6. 2. *Filiam Sion*: debes intelligere illam partem civitatis Ierusalem coniunctam monti Sion, sive Civitati David, quæ dicebatur *Filia Sion*, vel *Civitas inferior*: uti notant Iosephus de *Bell. Iud.* lib. 6. cap. 6. & Adrichomius in *Theath. Terr. Sanct. in Ierus.* num. 26. Cæterùm aliter *Tautolog seq.* num. 22. Hæc quasi in Nilo bibentes prælibabimus; quoniam ex pro-

*Vel recipi debet.*

*Pro materia subsequente.*

*Pro aliqua connotatione, vel conditione.*

sesso (modò Iupiter adsit) *Tom. 7. Tautol.* 1. ad illud Iob. 14. 1. *Homo natus de muliere.*

13 Apud Latinos effectus uteumque dicitur filius, ficut quælibet causa mater, aut pater. *Veritas filia temporis*: Chartar. in *Saturn.* Dies & radij *filij Solis*: Pindar. *Olymp.* 7. Vinum *filius vitis*: Plin. *lib.* 14. *cap.* 1. Spurius *Terræ filius*. Cicer. ad *Attic.* lib. 1. Echo filia *Petræ*: Senec. in *Troad.* Act. 1. Ros *filius Lunæ*: Plutarch. de *Quæst. natural.* Homo felix *filius Fortunæ* Horat. lib. 2. *Satyr.* 6. Vuciferatio *Filia belli*: Lucan. *lib.* 3. Apes *matres mellis*: Varr. lib. 2. de *Re rustic.* cap. 5. & sic alia, ut Oceanus pater fluminum aquæ fluviorum filiæ, pluvia nubium, mors mater quietis, luxuria mater vitiorum, sapientia mater bonorum, & filia memoriæ, noxque mater siderum. Alienum quidem non est a folijs sacris: igitur Ion. 4. 10. ubi Vulgatus: *Hedera quæ sub una nocte nata est, & sub una nocte perijt*: Hebr. *Hedera filia noctis*: Matth. 26. 29. Marc. 14. 25. Christus vocat vinum *Genimen vitis*: & Luc. 22. 18. *Generationem vitis*. Quo intelliguntur plura testimonia numerorum præcedentium.

Filius & Mater pro qualibet effectu, aut causa.

Ion. Heb.

14 Minimè in huiusmodi acceptione intelligenda holocausti Abrahæ præcepti victima; sed in significatione propria. *Filium tuum* naturalem *offeres in holocaustum* vel te in filio, qui *pars patris* ut canit Tragicus in *Octavia* Act. 2. v. 585. *Filium tuum*, non ovem, bobem, aut arictem, ut alias tecilli; sed *filium tuum* à te genitum: non filium adoptivum, sed proprium: ut vel in umbra clareat charitas illius, qui *proprio filio suo* (cùm essent plures filij Dei, tam homines, quàm Angeli adoptati per gratiam, ad cuius gloriæ hæreditatem ins vi originis non habebant, quoniam personæ extraneæ, sed ultrò in gratiam acceptit) *non pepercit*, sed pro omnibus nobis gratis in cruce holocaustum tradidit; sic exhibendo, cùm adhuc peccatores essemus, erga ingratos amorem; ut filium suum unigenitum daret. Sic igitur hominem vel offensus dilexit. Immolet homo filium suum Deo, ut Deus sacrificet, quasi vicem rependens, unigenitum pro homine. *Quadam magna danda erant hominibus gratia* (inquit Chrysostomus *Orat.* 25. in illud *Epist.* ad *Hebr.* cap. 11. v. 17. *Fide obtulit Abraham Isaac & volens non quasi ex gratia, sed velut ex debito illud facere persuasit primum homini, ut filium suum traderet pro præcepto Dei, ut nihil magnum ipse videatur facere, filium suum tradendo, siquidem homo ante ipsum hoc fecerit.* Hinc umbra. Canit floride Sedulius v. 114. in *Præfat* ad *Carm. Pasch.* seu de *Miraculis Christi*

Senec.

Rom. 8. 32.

Amor Dei quantus in hominem.

Chrysost.

*Maclandumque Deo pater obtulit, ac sacer ipsam.*
*Pro pueri iugulis aries maclatur ad aram.*
*O iusti mens sancta viri! Pietate remota,*
*Plus pietatis habens contempsit ulcera nati.*
*Amplexus præcepta Dei, typicique cruoris*
*Auxilio ventura docet, quòd sanguine fuso*
*Humana pro gente pius occumberet agnus.*

Sedul.

Ideo multis placet, quòd ibi Isaac tamquàm umbra super ligna iugulum obtulit neci, ubi verus agnus Christus fixus est cruci. *Hieronymus presbiter* (ait Div. Augustinus lib. 16. *Civ. Dei* cap. 31.) *scripsit, se certissimè à senioribus Iudæorum cognovisse, quòd ibi immolatus sit Isaac, & Adam sepultus, ubi postea Christus est Crucifixus.* Ita refert Alapide: verùm ego in Augustino loc. cit. non inveni, sed *Tom.* 10. in Serm. de *Tempor.* Serm. 71. seu 1. *Fer. 6. post.* 1. *Dominic. Quadrag.* ubi de Adæ sepultura nihil dicit: verùm in nostrum propositum subdit: *Aries occisus est, & Isaac non est occisus; quia Isaac figura & veritas non erat: in ipso designatum est, quòd postea in Christo completum.*

August. Ibi Isaac figuratus, ubi Christus Crucifixus.

Idem.

15 Hæc litteræ non dissona, sed ex toto non consona: propterea aliqua nova interpretatio cogitanda. *Filium tuum. Tuum* idest, *Secundum*. Non quia habebat alium, sed quia secundus erat ab Abrahamo primus. *Filium tuum* tolle, proximum tibi, hæredem tuum, successorem domus tuæ, secundum post te. Nec mireris, quod dicam *Secundum* igitur in Scriptura Secundus dicitur hæres. Quo intelliges illud Eccle. 4. 8. *Unus est, & secundum non habet* (idest, hæredem: ideo Chald. *Ad hæreditandum facultates suas.*) *non filium, non fratrem; & tamen laborare non cessat, nec satiantur oculi eius divitijs.* Quod etiam iteratur ibidem v. 15. *Vidi cunctos viventes, qui ambulant sub Sole cum adolescente secundo, qui consurget pro eo.* Idest, hærede, ut asserunt Alapid. Menochius, Sa, & Lorin. hic. *Filio regis* (inquit Lyra) *qui est secundus ab eo, eò quod regnaturus est post eum.* Syr. *Iuvene secundo, qui huius loco surrecturus.* Denique Chald. *Qui fuit* (Roboam) *secundus in regno meo*: Quibus versionibus patet, hæredem regni vocari *Secundum*. Hebr. Genes. 15. 3. ubi Abraham: *Mihi autem non dedisti semen, & ecce vernaculus meus hæres meus erit*: legit, *Se-*

*Secundus fi lius*, idest, *hæres.*

Eccle. Chald. Alid.

Lyr.



*Secundus post me erit.* Apud Profanos vox etiam in usu. Seneca in *Oedip.* Act. 3. v. 35.

*Ad quem secundum regna respiciunt mea?*

Seneca.

Fluxa est subditorum fides rege occidente, & alio oriente Sole: vel qui altiora cogitare debebant, huiusmodi ambitionis pondere claudicabant. *Dorsa habentes contra templum Domini, & facies ad orientem, adorabant ad ortum Solis.* Ezech. 8. 16. igitur ut canit Ovidius, lib. 1. de *Remed. amor.*

Ezech.

*Quid moror exemplis, quorum me turba fatigat?*
*Successore novo vincitur omnis amor.*

Ovid.

Diligitur nemo nisi cui fortuna secunda est: diciturque fecunda quæ felix, aut dextra; quia in secundo, seu regni hærede magis durabilis tamquàm in oriente Sole. Plena exemplis rutilant folia, sed corda vacua sunt omninò resipiscentiâ. Quapropter Timotheus Milesius apud Athenæum *Dipnosoph.* lib. 3. ait:

*Quid fortuna secundat*

*Non cano prisca: nova si quæ sunt, eadem & meliora,*
*Iuvenis Iupiter regnat, senex Saturnus olim imperabat.*

Timoth.

Lucanus lib. 8. de *Bell. Phars.* v. 452. & Statius lib. 1. *Thebaid.* v. 170.

*Nil pudet assuetos sceptris: mitissima sors est*
*Regnorum sub rege novo.* ———

Lucan.

——— *Tacitumque à principe vulgus*
*Dissidet, & qui mos populis, venturus amator.*

Stat.

Ita enim Isaäc secundus fuit filius Abrahæ: & ut prævaleret patris virtus (quippe illi dictum Genes. 21. 12. *In Isaäc vocabitur tibi semen*) illi dicitur à Domino: *Tolle filium tuum* (quasi non esset alius) secundum post te, seu primum à te, hæredem domus tuæ, & in holocaustum consecrabis mihi.

Genes.

16 *Unigenitum* addit. An quia Ismaël in Ægyptum aufugerat cum matre? An quia Isaäc unicus ex Sara, quæ mater familias, & principissa domus? An quia Isaäc unice genitus miraculosè? *Abraham* (inquit Doctor Gentium ad *Galat.* 4. 22.) *duos filios habuit unum de ancilla, & unum de libera: sed qui de ancilla secundum carnem natus est: qui autem de libera per repromissionem*: nimirùm, miraculosè; non quia non esset filius naturalis utriusque, sed quia non virtute carnali, sicut Ismaël, cum Sara esset sterilis & senex, & Abraham centum annorum. Describit luculenter ubi supr. Sedulius v. 108.

Gal.

Cur Isaäc vocatur unigenitus?

*Saucia iam vetulæ marcebant viscera Saræ*
*Grandævo consumpta situ, prolemque negabat*
*Frigidus annoso mortens in corpore sanguis:*
*Cum seniore viro gelidi præcordia ventris*
*In partum tumuere novum, tremebundaque mater*
*Algentes onerata sinus, spem gentis optimæ*
*Edidit, & serum suspendit ab ubera natum.*

Sedul.

Hac enim de causa dicitur partus miraculosus, & novus; cùm novum non sit fœminas parere: verùm nisi per miraculum non visum, steriles ferre fructum. Vide Abulensem hic.

17 Ego autem *Unigenitum* hic accipere sensu quo supra: pro successore nempè. Nec desunt testimonia sacra & profana: quandoquidem *Unigenitus*, seu *Unicus*, ut legit Hebr. sumitur pro successore domus. De se dicit Salomon Prov. 4. 4. *Ego filius fui patris mei, tenellus & unigenitus coram matre mea.* Nihilominus constat ex 1. Paralip. 3. 5. Davidem ex Bethsabee suscepisse quatuor filios. *In Hierusalem nati sunt ei filij Simma & Sobab, & Nathan, & Salomon, quatuor de Bethsabee filia Ammiel.* Unde *Unigenitus* parer pro successore sumi. Claret amplius ibid. cap. 29. 1. ubi Rex David toti dixit Ecclesiæ: *Salomonem filium unum* (Septuag. *unicum filium meum*) *elegit Deus.* Vocat ergo David unicum, seu unigenitum Salomonem, quia ille tantùm ex tot filijs & pluribus primogenitis regnaturus post eum, & templum ædificaturus Domino.

Prov.

*Unigenitus pro successore.*

1. Paral.

18 His lucem ad expositionem accipit illud de Iepte: *Occurrit ei unigenita filia sua cum tympanis & choris: non enim habebat alios liberos. Unigenita*, idest, non inter alias dilecta, sed quæ hæres domus suæ, & paternæ substantiæ in solidum; quia non habebat alios filios, nec nepotes, qui aliquando intelliguntur nomine filiorum. leg. 10. §. *Liberos* ff. de *in ius vocando.* leg. *Liberorum.* ff. *de Verbor. signif.* Papirius Front. lib. 3. *Responsor.* Paulus ff. de *Gradibus affinitatis* leg. *Iurisconsult.* Callistratus leg. *Liberorum* ff. de *Verborum significe.* Bald. lib. 4. *consil.* 423. & Cardin. Tusch. Tom. 5. conclus. 337. Hinc Chald. ad illud Iepte: *Non enim habebat alios*: legit, *Non erat ei ex ea filius.* & Pagnin.

Iud. 11. 34

*Sub nomine filiorum etiã nepotes.*

*Non*

*Non erat ex ſe filius, vel filia.* Hæc vovenda unica erat, & unica quia dumtaxat illi paterna hæreditas debebatur. Ita enim Prudentius in *Peri ſtephan.* v. 2939. Iſaïcum vocat:

Prudent. *Parvulum patris unicum.*

Hoc eſt, hæredem. Cicer. pro *Roſc.* inſit: *Quæramus quæ tanta vitia fuerint in unico filio.* Sufficiebat *filio*, & addidit *unico*, ut indicaret hæredem in ſolidum. Et Homerus *Iliad.9.*

Homer. *Et me dilexit, tamquàm pater ſuum filium diligit*
*Solum, unicum* (hæredem) *in multis poſſeſſionibus.*

Plautus in *Aſinaria* Act.1. Scen.1. v.1.

Plaut. *Sicut tuum vis unicum* (ſucceſſorem) *gnatum tuæ*
*Supereſſe vitæ ſoſpitem & ſuperſtitem.*

Et Seneca in *Hippol.* Act.2. v. 575.

Senec. *Teſtaris iſtud unicus genitus puer.*

*Unicus pro hærede.*

Haud quia alios Theſeus gnatos non haberet, ſed quia Hippolytus regnaturus, patrè co dente fato: igitur inter cæteros illuſtrior, præclarior, & eximius ut notat hic Delrius. Quo quidem ſenſu dicitur hæres regni, eſtò natu minimus, Primogenitus; ut late videbimus *Tom.5.* Tautolog.3. ad illud Eccli.24.5. *Primogenita ante omnem creaturam.* Unde Plautus in *Captiv.* Act.1. Scen.2. v.44.

Plaut. *Tibi ille unicus eſt, mihi etiam unico magis unicus.*

Ubi tres acceptiones Unigeniti clarent. Unicus ſcilicèt pro Succeſſore, pro Solo, & pro Excellenti. Sicut Salomon (uti vidimus) quia ſolus hæres paternæ gloriæ & regni, dicitur unigenitus; ita Iſæcus: quod patet ex textu. Unigenitus Abrahæ non erat, quippe ex illo etiam alius, licet ex alia: & modò non dicitur unigenitus ex Sara, ſed abſolutè unigenitus; quia ſolus hæres: ſolus, etenim, ut dixit mater, *Geneſ.*20.10. quod etiam aſtruit Paulus ad *Galat.*4.30. *Non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Iſaäc.* Aſtipulatur cogitationi lectio Chaldaica: *Tolle filium tuum unicum tuum. Unicum*, quoniam ille ſolummodò hæres; igitur in Iſaäc vocabitur tibi ſemen. Hiſpanicè: *Mayorazgo*, qui quidem inſignia fert domus, nomen, & ſelectiorum in familiæ ſplendorem, bonorum hæreditatem, quaſi unicus tantummodò eſſet; igitur alijs alibi concedebantur poſſeſſiones, & fortunæ, uti factum deſcribitur ab Abrahamo, & cum Iſmaële ex Agar filio, & reliquis gnatis ex Cetura, Geneſ.25.5. ubi: *Dedit Abraham cuncta, quæ poſſederat, Iſaäc: filijs autem concubinarum largitus eſt munera, & ſeparavit eos ab Iſaäc filio ſuo.* Nota *filio ſuo*: quippe alij quoad maioratus munera quaſi non eſſent filij. Aliqua huic propoſito atteſtantia dicemus hic *Tautolog.*10. in *Expoſition. litter.* à num.5. uſque ad 10.

*Unicus pro ſucceſſore, pro ſolo, vel filio inclyto.*

*Unigenitus pro filio dilecto.*

19 Vel *Unigenitum*, quia magnopere dilectus, vel inter alios dilectione ampliore dignus. Atrident expoſitioni lectiones. Septuag. *Tolle filium tuum dilectum.* Origines: *Accipe filium tuum chariſſimum.* Procopius: *Amabiliſſimum.* Etiam Septuag. ad illud *Prov.* 4.4. Pro *Unigenitus*, legunt: *Dilectus coram matre mea*: Vulgatuſque delicat ibid. cap. 31.2. ubi Bethſabee doctrix ad ſapientem Salomonem: *Quid dilecte mi? Quid dilecte utcri mei? Quid dilecte votorum meorum?* Septuagint. *Quid primogenite* &c. Haudquaquàm quoniam Salomon primogenitus, aut unigenitus, ut diximus; ſed quia inter cæteros filios magis dilectus: ideo electus, vel delectus, uti dicuntur qui alios excellunt, quaſi primates. Sic ut vidimus num.2. ex Lucretio: *Ductores Danaum delecti.* Quam quidem phraſim pluribus auctoritatibus hic aſtruit Dionyſius Lambinus. Eodem ſenſu Tacitus lib. 15. *Annal.* cap.63. *Seneca* (inquit) *gloriæ eius* (Paulinæ) *non adverſus, ſimul amore, ne unicè dilectam ad iniurias relinqueret*, &c. Plautus in *Sthic.* Act.1. Scen.1. v.12. & in *Bacchid.* Act.3. Scen.3. v.40. ait:

Septuag. Prov.

Lucret.

Tacit.

Plaut. *Unicè qui unus civibus ex omnibus probus.*
*Imò unicè unum plurimi pendit.*

Quæ expoſitio amplius clarebit ſubaudita nota comparationis, ut ſenſus teſtimonij ſit: *Filium tuum* quem amas, quaſi unigenitum. Ideo ſubditur: *Quem diligis*, de quo num.26.27. qua acceptione clarent etiam alia Tautologica teſtimonia.

*Comparatio ſine comparationis nota.*

20 Sæpe in Scriptura fieri comparationem ſine comparationis notâ, dignum ſciru ad interpretationem plurium auctoritatum. Geneſ.49.9. 14.17. *Catulus leonis Iuda*: *Iſacar aſinus fortis*: *Dan coluber*: ideſt. Quaſi. Matth.9. 24. *Non eſt enim mortua puella, ſed dormit*; ideſt, quaſi dormit. Act.20.10. *Anima enim ipſius in ipſo eſt*: nimirùm, quaſi in ipſo eſt. Ita Pſalm.124.2.143.15. Iſai.62.5. Ierem.23.13.14. & denique Cant.2. 16. *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Scilicèt, ſicut ille mihi, ego illi. Hac igitur regula intelliges toties in Scriptura geminatum teſtimonium 2.Reg.7.14. 1.Paral.17.13. & 22.10. & in novo teſtamento ad Hebr. 1.5. *Ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium.* Quod facilè exponitur ſubintellectâ comparationis particulâ *Sicut* vel *Quaſi*. Unde Sanctius hic: *Tunc ero* (ait) *poſteris tuis pater, amplectarque illos indulgenter, & molliter, cùm ipſi erga me filiorum obſervantiam colere voluerint.* Ita alibi ſæpe in Biblia. Apoc.21.3. *Ipſi populus eius erunt, & ipſe cum eis erit eorum Deus.* Pſalm.94.7. *Ipſe eſt Dominus Deus noſter, & nos populus.* Eodemque ſtylo in contrario ſenſu, Oſe. 1.9. *Vos non populus meus, & ego non ero veſter.*

Sanct.

Hinc Syr. in 1.Paral.22.10. legit: *Ipſe erit mihi pro filio, & ego ero illi pro patre.* Non de proprio filio Deus hic literaliter loquitur: quippe 1. Paral. 28.6. dicitur: *Ipſum enim elegi mihi in filium: & ego ero ei in patrem.* In naturalibus electio non eſt. Unde hic intelligenda comparationis nota: de Chriſto autem ſine nota comparationis, ut accipit Paulus ad Hebræos ubi ſuprà. *Filius meus es tu, ego hodie genui te. Et rurſum: Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium.* Minimè uti dictum de Salomone, quem in regnum & filium elegit, cùm Chriſtus verè filius Dei, non adoptivus, ſed proprius (vide Angelicum Doctorem hic *lect.* 3.) cui dixit: *Poſtula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam.* Quo indicatur æqualitas Patris & Filij contra Arianos. Unde Gregorius Magnus Homil.38. in *Evang.* de Deo Patre inquit: *Rex regis, Filij pater*: cùm filius non poſsit habere aliam naturam, quàm pater; quæ quidem eſſet alia, ſi filius patre minor. Taceat Arius, & ſimul taceat (*attollat licèt*, ut verbis D. Ambroſij utar in *Luc.* lib.2. c.2. *ſævis emiſſus latebris coluber, perfidiæ caput, & ſerpentinis evomat venena pectoribus*) Franciſcus Ignatius de Zarraga, ex ordine noſtro expulſus, & lucifuga, quaſi filius perditionis in opere ſuo, ſeu libello abominando, uti epitome omnium hæreſeon, cui titulus: *Invisibilium ſplendor Iovis & Numinis contubernium*, maximè in *Splendore Matutino, Scintill.7.* & 8. cuius blaſphemias referre pudet, quæ quidem dumtaxat, quia à capite eius, poſſunt excuſari: verùm cuncta videntur à diabolo, & ab ipſo inter catenas & compedes, in latumijs quas iurè luſtravit, pro animi laxatione compacta. Ergo ad propoſitum curſum flectamus.

1. Par. 28. 6.

Hebr. 1. 5. *Chriſtus eſt filius Dei, æqualis Patri.*

Greg. Mag.

Ambroſ.

*Franc. Zarraga quis, & quæ ſcripſit profuga.*

Si velis intelligere electionem de Chriſto etiam, iurè potes, ſicut intelligitur, & non aliter, prædeſtinatio. *Ipſum enim elegi mihi in filium? & ego ero ei in patrem.* Q.d: Elegi, quòd homo Chriſtus ſubſiſteret in perſona filij Dei. Ita Scholaſtici cum D.Thom.1.*Sent.* diſt.4. quæſt.2.& 3. part. quæſt.24. art.1. Decrevi, quòd perſona Chriſti non eſſet humana, ſed divina hypoſtaſis cum duplici natura. Unde Chriſtus Dei Patris filius, & Deus Chriſtò verè in patrem.

*Quomodò Chriſtus electus in filiũ Dei?*

21 Dictis, alteriùs Tautologiæ rutilat expoſitio. Per Iſaiam enim dicitur: *Cognoſcetur Dominus ab Ægypto & cognoſcent Ægyptij Dominum.* Ægyptus, non pro terra, ſed pro gente Ægyptia, ſicut in poſteriore propoſitione, per Metonymiam, ut cap.31.3 *Ægyptus homo & non Deus*: ideſt, Rex Ægypti. Et Pſalm.104.38. *Lætata eſt Ægyptus in profectione eorum*: hoc eſt, Ægyptij. Ita Roma pro Romanis, Hiſpania pro Hiſpanis; quod ſæpe apud Profanos. Ne huiuſmodi auctoritas formaliter Tautologia ſit, audiendus Gregorius Magnus lib. 1. in *Ezech.* Homil. 3. *Per fidem namque omnipotenti Deo cognoſcimur, ſicut ipſe de ſuis ovibus dicit: Ego ſum paſtor bonus, & cognoſco oves meas, & cognoſcunt me meæ.* Fides eſt quaſi ſignaculum, quo Deum cognoſcimus, & cognoſcimur à Deo. Unde quia in diebus Meſiæ Ægyptij accepturi fidem, à Domino cognoſcendi, & Dominum cogniturí. Quare ſubdit Evangelicus Vates: *In die illa collent eum in hoſtijs, & in muneribus, & vota vovebunt Deo, & ſolvent.* In hunccque ſenſum Hebr. *Celebris erit Iehova Ægyptijs.* Maluend. *Et revelabitur potentia Domini, ut beneficiat Ægiptijs, & ſcient Ægyptij timere à facie Domini.* Quod patet in demonſtratione Abrahæ. *Nunc cognovi*, ait Dominus, *quod timeas*, vel ames: & Abraham ſuffecto ariete à Domino pro filio, cognovit fidelem Dominum in verbis ſuis: ut ait Apoſtolus ad Hebræos 11.17.18. & D. Thom. hic & 3. part. quæſt. 10. art. 2. ad 1. Mutua ergo debent eſſe officia, quaſi merita, & præmia & ex toto corde fides. Ideo de Chriſto Ioannes cap. 2.23. 24. cùm *multi crederent in nomine eius; ipſe autem Ieſus non credebat ſemetipſum eis.*

Iſai.19.21 *Ægyptus pro Ægyptijs.*

Greg. Mag.

*Per fidem cognoſcimur & cognoſcimur.*

Hebr. Maluend.

Ioann. *Quomodò per fidem Deum cognoſcimus, & non cognoſcimur à Deo?*

22 Si hoc non placet, intelliges teſtimonium de fide perfecta aut viva: non de imperfecta, vel mortua, qua Deus cognoſcitur, & cognitioni operibus contradicitur. Per fidem Deum cognoſcimus, ſed non cognoſcimur à Deo niſi per fidem vivam. Unde fatuis virginibus, animabus, ſplendore fidei ornatis, & oleo operum deſtitutis, *Matth.25.* 12. reſpondit: *Amen dico vobis, neſcio vos.* Et credentibus Iudæis, *non credebat ſemetipſum*

ipsum eis, vel quia solùm credebant miracula, quæ fecerat, vel quia non eùm per eum, sed in nomine eius credebant, ut placet Origeni, Ammonio, Chrysostomo, Theophylacto & Euthymio hic; vel quia opera eorum quibus cognoscendi, opposita fidei, qua cognoscebant.

Quapropter Egyptij, quoniam tempore Christi in ipsum crediturі, fidem confirmantibus operibus, & vivificante charitate, igitur inist Prophera v. 22. *Revertentur ad Dominum, & placabitur eis*; cognoscent Dominum, & cognoscentur à Domino. Quo lucet amplius illud præfatum: *Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium.* Ita reciprocis officijs commilitonibus apud Suetonium cap. 20. dixit Galba: *Ego vester sum, & vos mei.* & Virgilius *Bucolic.* Eclog. 4. v. 15.

*Ille Deum vitam accipiet, Divisque videbit*
*Permistos Heroàs, & ipse videbitur illis.*

Suetonius.

Virgil.

23 Alia etiam occurtit Regula, ut alias Tautologias huc spectantes interpretemur. *Abba Pater* dicitur sæpe, Marc. 14. 36. Rom. 8. 15. Galat. 4. 6. Pro quo sciendum, eandem significationem claritatis gratia exprimi vocibus distinctorum idiomatum. Ioann. 21. 2. *Thomas, qui dicitur Didymus.* Thomas-Didymus non dicebatur, sed Hebræe Thomas, Didymus Græcè, Act. 9. 36. puella vocatur Tabitha, & Dorcas. *Discipula nomine Tabitha*, Syriacè, *quæ interpretata*, Græcè *dicitur Dorcas*, Latinè Damula, Caprave; sicut Thomas, aut Didymus, Gemellus. Marc. 7. 34. *Ephpheta.* Hebr. *quod* Latine *est adaperire.* & cap. 5. 41. *Talitha cumi* ex Syro & Hebræo, *quod est interpretatum* Latinè, *Puella surge.* Isai. 25. 1. *Cogitationes antiquas fideles amen.* Hebr. demtaxàt: *Cogitationes antiquas amen*; quoniam *Amen* significat fidele, vel firmum. Apocal. 1. 7. *Plangent se super eum omnes tribus terræ, etiam. Amen. Amen* idem quod *Etiam.* A Vulgato sæpe ob claritatem adduntur voces & clausulæ, ut patet Isai. 57. 17. *Iratus sum, & percussi eum: absconди à te faciem meam, & indignatus sum.* in Hebr. omittitur: *Abscondi à te faciem meam.* Sic plura alia, quibus ob brevitatem supersedeo.

Marc. 14. 36. *Idem significatum sæpe diversis vocibus idiomatum.*

Epitasis interdum in Scripta.

24 Modo auctoritatibus Tautologiæ proclivè solutio: igitur *Abba Pater*, binæ sunt voces Syræ, & Latinè idem significantes, epitasim in geminatione portendentes, ut *Domine Domine, Deus Deus* & alia, de quibus egimus in *Prolog. Galeat. §. 4. num. 2.* Angustiam exprimunt invocantis, vel anhelum propter solatium: q. d. *Pater Pater.* Arab. in 14. Marc. *O Pater.* Syr. *Pater mi, Pater.* & ad Rom. 7. *Exclamamus ad patrem, O Pater noster!* Alij apud Haye in Bibl. Max. *Pater, & Pater mi.* Quod quidem dixit Eliseus, dum rapiebatur Elias: *Pater mi, Pater mi.* 4. Reg. 2. 22. Idest, verè pater. Cui quidem officio respondere debent Prælati, maximè Benedictini, dicente Patre, ac Legislatore gloriosissimo *Reg. Sanct.* cap. 2. *Christi enim agere vices in Monasterio creditur, quando ipsius vocatur prænomine, dicente Apostolo: Accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba Pater.*

Abba Pat. idest verè Pater.

S. Bened.

25 Abbates olim diversis nominibus signabantur, queis exprimebatur quid erant, vel quid debebant esse. Vocabantur *Patres, Maiores, Domini*, Cœnobiarchæ, *Archimandritæ, Archangeli, Patres patrum.* Dequo vide Damian. N. Cardin. *lib.* 2. *Epist.* 14. La-Zerda in *Adverss. sacr.* cap. 59. num. 2. Benedict. Haften. lib. 3. *Disquis. Monastic. Tract.* 5. *Disp.* 1. & 2. & Francisc. Bivarium de *Veter. Monach.* lib. 3. cap. 6. *Appellatio ista, & pietatis est, & potestatis*: ait Tertull. lib. de *Orat.* cap. 2. cuius munus in utroque describit SS. Patriarcha Benedictus in Regula maximè cap. 2. & 64. In eos, qui nolunt, tamquàm absurdum, Superiores Monasteriorum Patres, seu Abbates vocare, insurgit Vellosill. in *Advert. Theologic.* in *Tom. 9. D. Hieronym.* cap. 14.

Quibus præ nominibus alim vocabantur Abbates?

Tertul.

26 Ergo decursui principalis auctoritatis tautologicæ. *Quem diligis.* Scilicet ut pater. Haud quia Ismaëlem non diligebat; sed quia speciali & teneriore amore diligebat Isaäcum, ut notat Lyra. Hebr. *Quem dilexisti*: per *Enallagem* idest, temporis commutationem. Qua arbitror emphasim. Diligebat, & dicitur diligenti *Quem dilexisti*, ut simul cum filio, erga filium, suum sacrificaret amorem. *Non sinit* (inist Ambrosius libr. 1. de *Abraham.*) *otiosum esse affectum paternum.* Petr. Damian. *serm.* 32. *Exuperante Divini amoris flamma semetipsum obedientiæ gladio mactans, in ara cordis verius immolat.* Et denique Chrysostomus Homil. 48. in *Genes.* exclamat: *O religiosam mentem! O fortem animam! O ingens robur animi! O rationem, omnem humanæ naturæ affectum vincentem! Utrum admirer, fortemne spiritum Patriarchæ, an tam constantis pueri obedientiam?* Haud umquàm vidit orbis simile spectaculum. At cui magnus animus est, ei magnum nihil. Labores forti, gloria virtuti. Poterat Abraham iam provocare fortunam, dicereque validè, quod apud Tragicum in *Hercul. Oetæo* Act. 2. v. 257. Alcides tumidè,

Abraham in filio suo sacrificavit amorem.

Ambros.

Damian.

Chrysost.

*Mitte in Alcidem feram,*
*Quæ mihi satis, ignava vinci.*
*Commoda effigiem mihi, parem dolori.*
*Non capit pectus minas.*
*Quid exutis tellaris extremæ sinus,*
*Orbemque versas? Quid rogas Ditem malas?*
*Omnes in isto pectore inventas feras,*
*Quas timeat.*

Senec.

Perpropriè cadent (visis patre & filio, sacrificaturo, & sacrificando) quæ apud eundem in *Hercul. furent.* Act. 4. v. 1038.

*——Consumma sacrum.*
*Stat ecce ad aras hostia: expectat manum*
*Cervice prona. Præbeo, occurro, insequor,*
*Macta. Quid hoc est? Errat acies luminum,*
*Visusque mœror hebetat? An video Herculis*
*Manus trementes? Vultus in somnum cadit,*
*Et fessa cervix capite summisso labat*
*Flexo genu?*

Idem.

Procul sit Ethnicus. Audiatur Zeno Veronensis. *O novum spectaculum, ac verè Deo dignum! Diffinire difficile est, utrum sit patientior sacerdos, an victima? Non percussoris, non percutiendi variat color, non membra tremore vibrantur, non demissi, non torvi sunt oculi: nemo rogat, nemo trepidat, nemo se excusat, nemo turbatur.* Hæc ille Serm. 1. de *Abrah.* & etiam Basil. Seleuc. *Orat.* 7.

Zeno Ver. *Virtus obra hæ, & Isaac quantus!*

27 *Quem diligis.* Filium & magis filium dilectionis tuæ, quàm conditionis, amantissimum, & amabilem. *Collige* (inquit hic Caietanus) conditiones tres præter nomen proprium Isaäc. Primam *à natura*: Filium tuum. *Secundam, ab electione divina*: Unicum tuum. *Tertiam, à vehementia amoris*: Quem diligis. *Ac si apertius dixisset: Non obstantibus his omnibus, fac quod præcipio.* Hæ enim voces iterantur, ut explicetur filius: siquidem sæpe sæpiùs pro filio intelligitur Dilectus, sicut econtrà, ut notavimus supr. Homer. in *Batrax.*

Caiet.

*Dilectus pro filio.*

*Qui tertius erat dilectus* (filius) *mihi & matri inclytæ.*

Homer.

Baruch. 4. 16. *Adduxerunt dilectos viduæ*: hoc est, gnatos, quapropter additur: *Et à filijs unicam desolaverunt.* Ierem. 11. 15. *Quid est, quod dilectus meus* (nimirùm filius meus) *in domo mea fecit scelera multa?* & alibi sæpe. Quia interdum plus diligitur, qui necdum extra patriam potestatem; dicitur filius dilectus, vel filius familiaris, ut apud Plautum in *Capt.* Act. 2. Scen. 2. v. 22.

*Quid filius familiaris?*

*——Non multùm fuit molesta servitus:*
*Nec mi secùs erat, quàm si essem filius familiaris.*

Plaut.

28 *Isaäc* Iam quod antonomastice dixerat, exprimit. Stylus etiam communis apud Profanos. Ovidius lib. 1. *Metam.* Fab. 6.

*Cur posteà mò nomina tur Isaac?*

*Quem pater ut summa vidit Saturnius arce*
*——Dignas Iove concipit iras.*

Ovid.

Appellat proprio nomine, quem designaverat antonomasticè. Aliquando priùs exprimitur nomen, & subinde pronominatio. Ut idem ibid. lib. 3. Fabul. 3.

*——Si maxima Iuno*
*Ritè vocor, perdam. Si me gemmantia dextra*
*Sceptra tenere decet; si sum regina, Iovisque*
*Et soror & coniux.*

Idem.

Idem Senec. in *Hercul. Furent.* Act. 1. v. 1. Haud aliter hic post antonomasiam nominatur Isaäc. *Filij nomen addit* (ait Ambrosius, ubi dudùm) *ad vim necessitudinis & amoris.* Ideo dicitur tentatio: igitur plura retrahentia; & ut opere compleret facinus, multa & insuperabilia superanda. *Mira Patriarchæ tentatio* (inquit Zeno ubi sup.) *qua, aut sacrilegium faceret, si contemneret Deum; aut crudelem, si occideret filium.* Tentatio, non ut in malum inductio (de quo vide D. Thom. 1. p. q. 114. art. 2. in corp. & alijs in loc.) nec ut Deus cognosceret, an Abraham faceret; sed ut Patriarchæ virtutem sibi notam, alijs ostenderet. Quare aptè Symachus pro *Tentavit*, legit: *Glorificavit Abraham.*

*Antonomasia.*

Ambrof.

Zen. Ver.

*Abrahæ tentatio gloriscatio fuit.*

29 *Vade in terram visionis.* Hoc est in *Salem*, in montem Moria: Hebr. *Moriath.* seu *Moriiah.* Ibi umbra, ubi lucebit veritas, quia ut vidimus num. 14. ibi Isaäc immolandus, ubi Christus crucifixus. Quare dicitur, quòd hic v. 14. Abraham locum, ubi erat aries

*Quid terra visa nit, & quando?*

*Aquil. Hieron*

suffectus pro Isaäc, *Appellavit, Dominus videt: unde usque hodie dicitur: In monte Dominus videbit.* Hebræi mutatis punctis *Ierae*, pro *Iire*, passivum faciunt. Pro *Videbit, videbitur*: hoc est, Christus videbitur mortuus, ubi fuit Isaäc ligatus. Ingeniosum quidem, sed ut voluntarium, litteræ ineptum. Alij asserunt *Terram visionis* ab eventu dictam; quia post triduum Abrahamus vidit columnam ignis de cœlo descendentem, & locum sacrificij designantem. Consule Pererium hic num. 34. Hinc Aquila legit: *Vade in terram lucidam*: & Hieron. *In terram illuminantem, & lucentem.*

*Cur Isaac in holocaustum?*

30 *Et offeres in holocaustum.* Non intelligas, ut Iephtè filiam, cuius sacrificium aliqui, ut diximus num. 4. interpretati sunt, eò quod natam reclauserit, destinatam morti civili sequestream à communi consortio, vel illa votum castitatis vovendo: nec quòd Isaäc, uti postea Nazareni, sacratus Domino diceretur; sed verba uti sonant. *Offeres*: ideest, jugulo sacrificabitur vita Isaäc, nec alius offeret pro te, sed tu, & filium tuum, quem diligis. Quin etiam non solùm offeres, sed in holocaustum, quo in fumum carnes abibunt & ossa. Totum mihi, tui & tibi nec memoria remanebit.

*Versiones*

31 Versiones penè in dictis expressæ. *Tolle filium tuum, quem diligis Isaac*, &c. Hebr. *Tolle tibi nunc filium unicum illum, quem dilexisti Isaac.* Ar. Mont. & Origen. *Accipe filium tuum charissimum.* Procop. *Amantissimum.* Haye: *Dulcissimum dilectionis.* Tigurin. *Unicum tuum illum, quem unicè amas.* Sept. *Filium tuum dilectum* Pers. *Cape nunc dilectum filium.* Rabb. Ionath. *Accipe nunc filium tuum, quem tu diligis.* Hæc de littera textus. Ad mores igitur.

## ADINATON EXEGETICUM.

*Epilog. Exerc.*

1. *Tolle*, pòst *Vade*; ut præcepto respondens, primò respondeas actione.
2. *Tolle tibi filium*: modo iure proprietas, dum mihi conseceras.
3. *Tolle*, & *Accipe*: igitur ubi filij fit oblatio, erit oblatio pro filio.
4. *Tolle tu*: ut oblatio per te amoris insigne fit.
5. *Tolle nunc filium*, ut filij amor cognoscatur, quia nunc non tollitur.
6. *Unigenitum tolle tu*: ut constet pectoris fortitudo, dum sacrificium fiat ex unico, & dilecto, & coram te.
7. *Unigenitum, quem diligis, offeres*: etenim si offers unigenitum, diligis.
8. *In terram visionis*: spectabilis utique visio, ubi fit sacrificium de privilegio.
9. *Ibi offeres*, & gaudebis; quippe ibi invenies instrumentum salutis.
10. *Ibi offeres*, & glorificaberis; cum videris summè plaudi instrumenta preclara successoris.

# DIDASCALIA PRIMA.

## *Perfectè obediens nec intentionem discutit, nec præcepta discernit.*

*Gregor. Mago.*

1 GNome est Magni Gregorij in 1. *Reg.* lib. 4. Magna re verâ obedientiæ perfectio, quæ fulsit præstantissimè in Abrahamo. Percurramus singula. *Tolle filium tuum, & vade.* Ubi? *In terram visionis.* Ideest, videndam. Cur non indicat? Ut magis obedientia clarescat. Si sciret ubi, pergendum, sciret; & tunc scientia obedientiam offuscaret: etenim pulchritudo obedientiæ devenustatur, dum aliud præter obedire, scitur. Dum prævalet in obediente ratio, lăgueſcit obedientiæ perfectio; igitur consilij propij ignorantia est in auditore præstantissima scientia. *Vade in terram visionis.* Ubi videnda terra? Vadat: videbit, si quò vadit (modò vadat) ignoraverit: siquidem in obedientia micat maximum quod sic, progredi & nescire quò. De Luna dicitur à Picinello in *Mund. symb.* lib. 1. cap. 8. num. 262. *Non errat errando.* Aptiùs quadrat obedientiæ, quàm Lunæ, in qua rectum ad errore: haud aliter Abraham, dum nescit, ut obediat, quò pedem dirigat: igitur cùm obedientia ût instar navis, qua vehitur sine labore ratio obedientis; fulsit Abrahæ obedientiæ utilitas in incommodo, dum pervenit ad illam etiam errando.

*Picinel*

*Cur Luna symbolum obedientiæ?*

*In obediente ignorantia summa scientia.*

2 *Vade.* Vadit: sed quò vadit, nescit. Hoc est obedientiæ signum, habere scilicèt, & nescire progressum. Meditatò in montem impellit errantem vagabundum obedientia. Qui nescit nisi obedire, semper tendit ad al-



*Haud discernit in præcepti alicui præcepta.*

*Perfectio obedientiæ notescit actione.*

*Symbola obedientiæ speculum, & Echo.*

*Psalm. 67. 34.*

*Echo imago vocis.*

*Virgilius*

*Horatius*

*Ovidius*

*An Echo vel speculum perfectior obedientiæ signum?*

*Matth. 21. 28.*

*Cur speculum?*

*Obedientia filiorum.*

*Corpus cum sono, quod ab invito.*

aliora. Vadit & nescit. Doctiùs obedientia scivit. Si sciret, discuteret de lege, & etiam secum disputaret de intentione. Voluit attingere animo & promptitudine summa, quæ adeptus est in obedientia ignorantia: igitur ita perfectè obedivit; ut intentionem minimè imperantis discuteret, nec in præcepto nisi præceptum discerneret. Legitima erat convinatio inter præcepta & promissa; sed prævaluit obedientia. Impossibile videbatur in Deo, dare filium, & auferre: concedere devovendum à patre morti: commendare risum, & in mœstissimum flectum: asseverare domus successorem, ac perdere semen; in quo maius certamen rationis, quam amantis voluntatis: & abdicit promissionem, dum urgetur lege; ut vinceret ipsis contradictionibus impossibile: siquidem spei contra spem validè credidit, ut perfectè legi contra legem obediret.

3 *Vade.* Prius dixerat *Tolle.* Actio subsequitur legem: & dicitur priùs *Tolle*, quàm *Vade*; ut obedientia Abrahæ noteseceret per actionem. *Vade, & tolle filium tuum.* Minimè. *Tolle filium tuum, & vade.* Via erit, ut filium e medio tollat: & tollit filium, ut eat; quippe rutilat obedientis affectus, dum legem explicat, antequàm perficiatur, perfectum opus. *Tolle, & vade.* Si priùs iter, quàm tolleret; de præcepto discerneret, & intentionem discuteret: priùsque tollit filium in holocaustum, ac in obedientiæ obsequium: igitur præivit operis in patre difficilioris perfectio, antequàm de intentione præcepti occurreret cogitatio. Magna obedientia ubi rationis summittitur ludibrio: verùm insignis, dum obedientiæ ratio rationis arcet accessum: siquidem cùm præceptum opus intendat, respondet obediens facto, priùsquàm respondeat.

4 Obedientia perfecta notatur per speculum, cum epigraphe *Ad omnia.* Etiam potest designari in Echo, cum lemmate *Omnibus.* Doctiss. Sanctius, quem corde veneror, iureque, ob insignia eruditionis & virtutis instrumenta *Comment.* in Daniel cap. 4. num. 14. reciprocam vocis imaginem, seu soni repercussionem, quam Echo dicimus, obedientiæ facit symbolum perfectioris. Cùm primum accipit vocem, illam refert quammaximè potest similem: exprimitque obedientem operi promptum, cùm haud aliter quàm in voce, voce constet præcipientis imperium: etenim *dabit voci suæ vocem*, & legis præscriptæ repræsentabit imaginem. Nec tantum Cicero, ut ille ait, Echus seu vocis repercussionem, signat vocis imaginem (quem locum invenies *Quæst. Tusc.* 3.) cùm apud Poëtas in usu frequenter sit. Virgilius *Georgic.* 4. v. 49.

——— *Ubi concava pulsu*
*Saxa sonant, vocisque offensa resultat imago.*

Horatius lib. 1. *Carm.* Od. 12. v. 3.

——— *Cuius recinet iocosa*
*Nomen imago.*

Ausonius *Epig.* 10. & 47. *Edyl.* 3. & *Epist.* 12. Claudian. lib. 2. in *Eutrop.* Silius Italic lib 14. Ovid. lib. 4. *Metam.* Ex Græcis Euripid. in *Hecub.* & Sophocl. in *Philoct.* Apposite obedientia dicitur imperij Echo, seu potestatis imago, quòniam magis quàm imperando, potestas agnoscitur obediendo.

5 Ecca Echo. Summittetur num de speculo cogitatio? Neutiquàm, verùm discutietur in obedientiæ obsequium, quodnam utrorum perfectionis symbolum? Quæque utrumque continet, deprompsit & brevi Ovvenus lib. 2. *Epigr.* 215. dicens:

*Nil in se præter vocem vitale habet Echo,*
*Ut vivat speculum non nisi voce caret.*

Videor mihi videre hac descriptione speculum vividius signum perfectioris obedientiæ: igitur speculum exprimit opera, & Echo dumtaxat verba: magisque in obedientia subditus iustificatur operibus, quàm Echus instar solummodò vocibus: igitur beatus qui factor operis, & non qui auditor oblivioſus factus. Sententia est cœlestis Magistri. *Homo quidam* (ait) *habebat duos filios: & accedens ad primum dixit, Fili, vade hodie, operare in vinea mea. Ille autem respondens ait: Nolo. Postea autem pœnitentia motus, abijt. Accedens autem ad alterum, dixit similiter: at ille respondens ait, Eo Domine, & non ivit.* Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Primus, non secundus. Primus fuit speculum, cui nihil nisi vox defuit; secundus verò Echo, qui præter vocem nil habuit: & minimè adimplet voluntatem patris, & præcepta Superioris, qui ad obedientiam dat verba; sed qui sine verbis exactè demonstrat opera.

6 Deinde. Echo est hieroglyphicon obedientis, quippe & quamprimùm, & quantopere valet, etiam percussa reciprocat vocem. Altiùs percussa altiùs exprimit, & perspicuiùs percutienti respondet. Mihi sanè semper creperum, quòd actus sit obedientiæ, resultans ex percussione vocis, & repercutione (ni percuterent imperio, qui principantur; minimè à subditis repercuterentur: igitur procul opere, voce dumtaxat, aptiùs videntur mimici philocolmi, quàm per obedientiam subditi) quandoquidem liberè præcipitur, liberiusque respondetur, & in querimonias meditanter erumpitur.

*Quid terra visa nit, & quando?*

*Aquil. Hieron*

suffectus pro Isaäc, *Appellavit, Dominus videt: unde usque hodie dicitur: In monte Dominus videbit.* Hebræi mutatis punctis *Ierae*, pro *Iire*, passivum faciunt. Pro *Videbit, videbitur*: hoc est, Christus videbitur mortuus, ubi fuit Isaäc ligatus. Ingeniosum quidem, sed ut voluntarium, litteræ ineptum. Alij asserunt *Terram visionis* ab eventu dictam; quia post triduum Abrahamus vidit columnam ignis de cœlo descendentem, & locum sacrificij designantem. Consule Pererium hic num. 34. Hinc Aquila legit: *Vade in terram lucidam*: & Hieron. *In terram illuminantem, & lucentem.*

*Cur Isaac in holocaustum?*

30 *Et offeres in holocaustum.* Non intelligas, ut Iephtè filiam, cuius sacrificium aliqui, ut diximus num. 4. interpretati sunt, eò quod natam reclauserit, destinatam morti civili sequestream à communi consortio, vel illa votum castitatis vovendo: nec quòd Isaäc, uti postea Nazareni, sacratus Domino diceretur; sed verba uti sonant. *Offeres*: ideest, jugulo sacrificabitur vita Isaäc, nec alius offeret pro te, sed tu, & filium tuum, quem diligis. Quin etiam non solùm offeres, sed in holocaustum, quo in fumum carnes abibunt & ossa. Totum mihi, tui & tibi nec memoria remanebit.

*Versiones*

31 Versiones penè in dictis expressæ. *Tolle filium tuum, quem diligis Isaac*, &c. Hebr. *Tolle tibi nunc filium unicum illum, quem dilexisti Isaac.* Ar. Mont. & Origen. *Accipe filium tuum charissimum.* Procop. *Amantissimum.* Haye: *Dulcissimum dilectionis.* Tigurin. *Unicum tuum illum, quem unicè amas.* Sept. *Filium tuum dilectum* Pers. *Cape nunc dilectum filium.* Rabb. Ionath. *Accipe nunc filium tuum, quem tu diligis.* Hæc de littera textus. Ad mores igitur.

## ADINATON EXEGETICUM.

*Epilog. Exerc.*

1. *Tolle*, pòst *Vade*; ut præcepto respondens, primò respondeas actione.
2. *Tolle tibi filium*: modo iure proprietas, dum mihi conseceras.
3. *Tolle*, & *Accipe*: igitur ubi filij fit oblatio, erit oblatio pro filio.
4. *Tolle tu*: ut oblatio per te amoris insigne fit.
5. *Tolle nunc filium*, ut filij amor cognoscatur, quia nunc non tollitur.
6. *Unigenitum tolle tu*: ut constet pectoris fortitudo, dum sacrificium fiat ex unico, & dilecto, & coram te.
7. *Unigenitum, quem diligis, offeres*: etenim si offers unigenitum, diligis.
8. *In terram visionis*: spectabilis utique visio, ubi fit sacrificium de privilegio.
9. *Ibi offeres*, & gaudebis; quippe ibi invenies instrumentum salutis.
10. *Ibi offeres*, & glorificaberis; cum videris summè plaudi instrumenta preclara successoris.

# DIDASCALIA PRIMA.

## *Perfectè obediens nec intentionem discutit, nec præcepta discernit.*

*Gregor. Mago.*

1 GNome est Magni Gregorij in 1. *Reg.* lib. 4. Magna re verâ obedientiæ perfectio, quæ fulsit præstantissimè in Abrahamo. Percurramus singula. *Tolle filium tuum, & vade.* Ubi? *In terram visionis.* Ideest, videndam. Cur non indicat? Ut magis obedientia clarescat. Si sciret ubi, pergendum, sciret; & tunc scientia obedientiam offuscaret: etenim pulchritudo obedientiæ devenustatur, dum aliud præter obedire, scitur. Dum prævalet in obediente ratio, lăgueſcit obedientiæ perfectio; igitur consilij propij ignorantia est in auditore præstantissima scientia. *Vade in terram visionis.* Ubi videnda terra? Vadat: videbit, si quò vadit (modò vadat) ignoraverit: siquidem in obedientia micat maximum quod sic, progredi & nescire quò. De Luna dicitur à Picinello in *Mund. symb.* lib. 1. cap. 8. num. 262. *Non errat errando.* Aptiùs quadrat obedientiæ, quàm Lunæ, in qua rectum ad errore: haud aliter Abraham, dum nescit, ut obediat, quò pedem dirigat: igitur cùm obedientia ût instar navis, qua vehitur sine labore ratio obedientis; fulsit Abrahæ obedientiæ utilitas in incommodo, dum pervenit ad illam etiam errando.

*Picinel*

*Cur Luna symbolum obedientiæ?*

*In obediente ignorantia summa scientia.*

2 *Vade.* Vadit: sed quò vadit, nescit. Hoc est obedientiæ signum, habere scilicèt, & nescire progressum. Meditatò in montem impellit errantem vagabundum obedientia. Qui nescit nisi obedire, semper tendit ad al-



*Haud discernit in præcepti alicui præcepta.*

*Perfectio obedientiæ notescit actione.*

*Symbola obedientiæ speculum, & Echo.*

*Psalm. 67. 34.*

*Echo imago vocis.*

*Virgilius*

*Horatius*

*Ovidius*

*An Echo vel speculum perfectior obedientiæ signum?*

*Matth. 21. 28.*

*Cur speculum?*

*Obedientia filiorum.*

*Corpus cum sono, quod ab invito.*

aliora. Vadit & nescit. Doctiùs obedientia scivit. Si sciret, discuteret de lege, & etiam secum disputaret de intentione. Voluit attingere animo & promptitudine summa, quæ adeptus est in obedientia ignorantia: igitur ita perfectè obedivit; ut intentionem minimè imperantis discuteret, nec in præcepto nisi præceptum discerneret. Legitima erat convinatio inter præcepta & promissa; sed prævaluit obedientia. Impossibile videbatur in Deo, dare filium, & auferre: concedere devovendum à patre morti: commendare risum, & in mœstissimum flectum: asseverare domus successorem, ac perdere semen; in quo maius certamen rationis, quam amantis voluntatis: & abdicit promissionem, dum urgetur lege; ut vinceret ipsis contradictionibus impossibile: siquidem spei contra spem validè credidit, ut perfectè legi contra legem obediret.

3 *Vade.* Prius dixerat *Tolle.* Actio subsequitur legem: & dicitur priùs *Tolle*, quàm *Vade*; ut obedientia Abrahæ noteseceret per actionem. *Vade, & tolle filium tuum.* Minimè. *Tolle filium tuum, & vade.* Via erit, ut filium e medio tollat: & tollit filium, ut eat; quippe rutilat obedientis affectus, dum legem explicat, antequàm perficiatur, perfectum opus. *Tolle, & vade.* Si priùs iter, quàm tolleret; de præcepto discerneret, & intentionem discuteret: priùsque tollit filium in holocaustum, ac in obedientiæ obsequium: igitur præivit operis in patre difficilioris perfectio, antequàm de intentione præcepti occurreret cogitatio. Magna obedientia ubi rationis summittitur ludibrio: verùm insignis, dum obedientiæ ratio rationis arcet accessum: siquidem cùm præceptum opus intendat, respondet obediens facto, priùsquàm respondeat.

4 Obedientia perfecta notatur per speculum, cum epigraphe *Ad omnia.* Etiam potest designari in Echo, cum lemmate *Omnibus.* Doctiss. Sanctius, quem corde veneror, iureque, ob insignia eruditionis & virtutis instrumenta *Comment.* in Daniel cap. 4. num. 14. reciprocam vocis imaginem, seu soni repercussionem, quam Echo dicimus, obedientiæ facit symbolum perfectioris. Cùm primum accipit vocem, illam refert quammaximè potest similem: exprimitque obedientem operi promptum, cùm haud aliter quàm in voce, voce constet præcipientis imperium: etenim *dabit voci suæ vocem*, & legis præscriptæ repræsentabit imaginem. Nec tantum Cicero, ut ille ait, Echus seu vocis repercussionem, signat vocis imaginem (quem locum invenies *Quæst. Tusc.* 3.) cùm apud Poëtas in usu frequenter sit. Virgilius *Georgic.* 4. v. 49.

——— *Ubi concava pulsu*
*Saxa sonant, vocisque offensa resultat imago.*

Horatius lib. 1. *Carm.* Od. 12. v. 3.

——— *Cuius recinet iocosa*
*Nomen imago.*

Ausonius *Epig.* 10. & 47. *Edyl.* 3. & *Epist.* 12. Claudian. lib. 2. in *Eutrop.* Silius Italic lib 14. Ovid. lib. 4. *Metam.* Ex Græcis Euripid. in *Hecub.* & Sophocl. in *Philoct.* Apposite obedientia dicitur imperij Echo, seu potestatis imago, quòniam magis quàm imperando, potestas agnoscitur obediendo.

5 Ecca Echo. Summittetur num de speculo cogitatio? Neutiquàm, verùm discutietur in obedientiæ obsequium, quodnam utrorum perfectionis symbolum? Quæque utrumque continet, deprompsit & brevi Ovvenus lib. 2. *Epigr.* 215. dicens:

*Nil in se præter vocem vitale habet Echo,*
*Ut vivat speculum non nisi voce caret.*

Videor mihi videre hac descriptione speculum vividius signum perfectioris obedientiæ: igitur speculum exprimit opera, & Echo dumtaxat verba: magisque in obedientia subditus iustificatur operibus, quàm Echus instar solummodò vocibus: igitur beatus qui factor operis, & non qui auditor oblivioſus factus. Sententia est cœlestis Magistri. *Homo quidam* (ait) *habebat duos filios: & accedens ad primum dixit, Fili, vade hodie, operare in vinea mea. Ille autem respondens ait: Nolo. Postea autem pœnitentia motus, abijt. Accedens autem ad alterum, dixit similiter: at ille respondens ait, Eo Domine, & non ivit.* Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Primus, non secundus. Primus fuit speculum, cui nihil nisi vox defuit; secundus verò Echo, qui præter vocem nil habuit: & minimè adimplet voluntatem patris, & præcepta Superioris, qui ad obedientiam dat verba; sed qui sine verbis exactè demonstrat opera.

6 Deinde. Echo est hieroglyphicon obedientis, quippe & quamprimùm, & quantopere valet, etiam percussa reciprocat vocem. Altiùs percussa altiùs exprimit, & perspicuiùs percutienti respondet. Mihi sanè semper creperum, quòd actus sit obedientiæ, resultans ex percussione vocis, & repercutione (ni percuterent imperio, qui principantur; minimè à subditis repercuterentur: igitur procul opere, voce dumtaxat, aptiùs videntur mimici philocolmi, quàm per obedientiam subditi) quandoquidem liberè præcipitur, liberiusque respondetur, & in querimonias meditanter erumpitur.

*Obedientia quomodò ipsa & alias.*

S. Bened.

*Non est acceptabile opus dictum, sed verbum factum.*

Luc. 3.

Eccli. 32.9.

Ezech. 37.4.

*Præstantior sensuum usus, ubi unus sensus.*

Hor. Apol.

*Manus & auris obedientiæ symbolum.*

S. Bened.

Exod. 14.15.

*Cor obedientis non habet linguam.*

7 Ultrà. Echo igitur reddit vocem: propriùs ergo speculum repræsentat obedientem: etenim summa virtutis est vocem imperantis audire, & nec verbum respondere. *Hæc ipsa obedientia*: ait D. Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 5. Perpende, *Hæc ipsa obedientia*: quoniam si exactè non fit, ipsa obedientia iam alia; & alia, non censetur obedientia. *Hæc ipsa obedientia.* Si tantùm obeditur, quia obeditur, alia: si obeditur, u præcipitur, ipsa. Videamus unde ipsa, & unde alia. *Hæc ipsa obedientia tunc acceptabilis erit Deo, & dulcis hominibus; si quod iubetur, non trepidè, non tardè, non tepidè, aut cum murmure, vel cum responsione nolentis efficiatur*: igitur non est acceptabile opus dictum, sed verbum factum. Quare ut in exemplum exprimat Evangelista exactè & plenè obedientem; *factum est* (inquit) *verbum Domini super Ioannem.*

8 Præterea. Echo tota vox, præterea-que nihil. Totum opus speculum, sed sine voce: & obedientiæ perfectio vertitur in eo quòd subditus audiens obediat, non quòd respondeat. *Audi tacens*: dicit Siracides: quoniam optimè respondet, non respondens ad quod audit: igitur in obedientia obsequium summum, ubi opus respondet, & non verbum. *Ossa arida audite.* Mirabile, quòd audirent sensibus destituta; sed mirabilius, quòd sensus inessent, ut audirent, nequaquam ut respondèrent. Sensu carent: at præstantior sensuum usus, dum non habent sensus. Haud opus est loqui, sed audire & obedire.

Auris & manus, uti refert Horus Apollo, *lib.* 2. *Symbol.* 22. ab Ægyptijs designabantur in obedientiæ emblema. Auris & manus: non lingua, quippe in obedientia non perfectus, qui vel in corde formar tacitè vocem; sed qui manu exequitur opus, quamprimùm vox pervenit ad aurem. *Discipulus* (inquit ubi supr. Monachorum Pater) *non solum ore, verum in corde si murmuraverit, etsi impleat iussionem, tamen acceptum iam non erit Deo, qui cor respicit murmurantis.* Habebit gloriam, sed non apud Deum. *Quid clamas ad me? Dic filijs Israel ut proficiscantur*: dixit Dominus ad Moysen, utrinde discrimina contemplantem. Quid boni perficient, si sic manent? Proficiscantur, & proficiscentur. Est perfectio, si profectio. *Dic ut proficiscantur*: quomodò pertranfibunt, si non moventur? *Quid clamas ad me?* Moyses clamat? Nec verbum dixerat: & arguitur clamasse? Iurè, clamavit in corde: & nullo modo proficisci potest in obedientiæ cacumen, quisquis cor-de habuerit linguam vel silentio respondentem.

9 Insuper. Echo, seu vocis imago, est tantùm imago vocis. Speculum sine voce solùm imago præcepti: & nequaquàm per Echo, sed per speculum, obedientiæ cellioris destinatur studium; quoniam ut virtutis summa obtineatur perfectio, non debet inesse cordi vel levis vocis imago. Astruit vigilanti acumine ubi supr. *cap.* 6. S. Benedictus, *Rara loquendi concedatur licentia: quia scriptum est, in multiloquio non effugies peccatum.* Proverb. 10. 19. Perpende. Si eloquium rarum, quomodò multiloquium? Multiloquium constat ex multis verbis, copiosis sermonibus, haud raris, & singularibus: quo sensu Poeta *Satyr.* 6. v. 164. succinit:

S. Bened. Prov. 10.19.

*Rara avis in terra.*

Iuvenal. Ideſt, unica. Idem Persius *Satyr.* 1. v. 60. Unicus sermo, & ad rationis amussim, constituere valebit multiloquacem? Poterit utique. Nec vox levis congruit obedientiæ, imò nec imago eloquij: loquacitasque dicitur rarum vel unicum verbum; quoniam in subdito ad obediendum, vel levissimum verbum est multiloquium.

*Obedientia vel unicâ vocegarula.*

10 Denique. Echo exprimit, quod auditur: speculum verò, quod videtur, quin audiatur: & non est magni, quòd respondeant vel concava rupium, dum vocibus rumpitur aër ad responsum extorquendum. Magni est, non audire, & obedire: siquidem in speculo, idem objicere speciem, ac objici, sicut in perfecta obedientia simul opus perfectum, & mandatum. In Echo prius auditur vox, quàm repercussio consletur: in speculo instantanea repræsentatione opus videtur, antequàm vox ad opus ab auditu percipiatur: quinimò ut clareat in subdito quasi in speculo obedientiæ perfectio; eodem in instanti fit interrogatio & responsio. Hispanicè. *Aun no bien ha llegado la pregunta del imperio à la boca, quando tiene respondido con las obras la obediencia.* Parùm dixi: Prius igitur videtur opus peractum, quàm imperantis proferatur verbum.

*Obedientia vel ocyor tarda, ubi voci respondet obedientia.*

*Magna est non audire, & obedire.*

*Currant verba licèt, manus est velocior illis.* Martial

*Nondum verba suam, dextra peregit opus.*

Canit Martialis *lib.* 14. *Epig.* 208.

11 Adhuc parùm dixi. Audire, & obedire, est obedientia in hac vita degentium. Parere, & posteà audire, est obedientia Angelorum. Hæc in gloria, illa in terra. In terra, auditur ad expeditionem mandati: in gloria, opus consummatur ad auditionem præcepti; quippe priusquàm vox decreti præ-

*Perfecta similis fulguri.*

*Manus velocior linguâ.*



Ioan. 8. 47.

*Idem audire & obtemperare.*

Psal. 17 45.

*Obedientes audiunt, ut obediant perfecti obedient ut audiant.*

Iob. 38. 35.

*Vel desiderio prævenient.*

*Obedientia est operis perfectio.*

*Operibus respondent velocibus.*

*Perfectæ similis fulguri.*

Sanct.

*Placidè fit Superioris imperium.*

prævenìat auditum, opus prævenit decretum. *Qui ex Deo est, verba Dei audit.* Audit? Qui ex Deo est, divinis præceptis obedit: & dicit Salvator *Audit*; quia non audit, qui audita, quasi non audita præterit. *Qui est Deo est, verba Dei audit*; & audiendo obedit: Christusque eadem voce signat præceptum & perceptionem præcepti; quoniam in iustis idem audire, & obtemperare. Iccircò dicitur *In auditu auris* obediunt. *In auditu auris*: multum in obedientia etiam tunc restat decoris; perfecti obedium ante auditum auris: igitur ab opere revertuntur, priusquàm mittantur. Mirum sanè, sed student perfectioni: dedecusque iudicarent obedientiæ, ni implevissent factis legem; antequàm vox perveniret ad aurem.

12 Sed occurrit, Qua lege si vox primùm, quit primùm opus perfici, quod à voce imperantis debet promi? *Numquid mittes fulgura, & ibunt* (dicit Dominus Iobo) *& revertentia dicent tibi, Adsumus?* Angelos vocat Dominus fulgura; quippe in ministerijs, quasi fulgure utitur Angelis, uti astruit Genebrardus in *Psalm.* 103. 6. & illuxerunt fulgura eius orbi terræ, ut homines consulant obedientiæ pulchritudini. Ut è nube fulmen impetè egrediatur, primùm fit vox tonitrui, qui ex nubis fragore: verùm fulminis opus perfectum iam est, antequàm fragoris audiatur vox. Haud aliter claret celeritas, dum lucet obedientiæ mira sublimitas: etenim cùm, sicut discurrentia fulgura, Angeli exequantur divina præcepta; priusquam vox audiatur in præcepti tonitruo, rutilat operis consummata perfectio. Obedientia enim est tarda, ubi voci respondet obedientia. Hæc si perfecta, non tonitruo comparatur: sed fulminis aptius velocitati confertur; quia dum auditur, *Vade*, iam potest dici, *Revertere*: siquidem quando ab aure percipitur vox tonitrui, revertitur sicut fulgor à præcepti executione.

13 Ultrà in testimonio procedamus. *Mittes fulgura, & ibunt: & revertentia dicent tibi: Adsumus?* Quid hoc, & quodnam intentum? *Promptum significatum subditorum in obediendo studium, & alacritas*: inste Sanctius hic num. 76. Cæterùm quomodò? Singularis profectò ordo imperantis, & obedientis! Minister voci imperantis adest: & adest, ut vadat: quo enim ingenio ministrorum corda, post consummatum opus, *revertentia dicent, Adsumus?* An quia dum placidè iubetur, revertuntur, ut iubeantur? An quia operatio obedientiæ numquàm languet sine munere? An quia Deus servitia muneratur, ut obsequia? Si ita, & non pro auctoritate in terris dirigeretur iussio; homines obedirent ambitioso Angelorum famulatu.

14 *Revertentia dicent Adsumus.* Exprimunt sanè voluntatis & potentiæ promptitudinem: verùm quomodò post præcepti executionem? Huiusmodi obedientia non est hominum, sed ministrorum cœlestium: & cœlestis videtur, quòd obediunt, ut audiant; ubi homines audiunt, ut obediant. Hi enim adsunt, ut audiant præcepti vocem: illi opus perficiunt, ut adsint. Nota. *Ibunt revertentia.* Reverti simul, & ire? Quod impossibile iudicatur, ab obedientia perficitur. Tarda esset, ni opus cum imperio extaret: & dicitur meditanter ire, & reverti; quia ordo & opus videntur eodem instanti. Vulg. *Como en un instante se manda, y en èl se obedece, vàn a cumplir, y bueiven en un instante.*

15 Aptiùs proposito. Neutiquàm promptæ obedientiæ esset decor, si non esset in executione promptior: quæ quidem claret, non ubi voluntas exequitur prompte mandatum, sed ubi prævenit imperantis desiderium. Posterior est operis perfectio dictione: & ita in opus perfectio properat obedientiæ; ut priusquàm dicatur voluntas ferendi imperij, obedientis voluntas respondeat opere. Observa verborum emphasim. Fulgura sunt, & *revertentia dicent, Adsumus.* Fulmina operantur, sed non loquuntur: & per prosopopœiam fingitur dicere; quia muta loquuntur opere. Deficit à vocibus, qui in obedientia studet operibus. *Dicunt*, sed non respondent. Phrasis pulchra! Dicunt dumtaxat operis velocitate, quæ amplectitur obedire, & nequaquàm respondere.

16 Demùm. Fulgura Deus hosce ministros in obedientia appellat. Fulmen rumpit nubem ex qua vox: & cùm primò vox egreditur, illicò fulmen emittitur: quod quidem ita peragit opus ministerij in velociore missione; ut ab opere completo revertatur, cùm vox missionis auditur. Haud cor latuit S. Patris & Legislatoris Benedicti eiusmodi summitas obedientiæ. Discipulus (ait ubi supr. *cap.* 7. *Grad. humilit.* 3.) *omni obedientia se subdat Maiori.* Quænam est isthæc omnis obedientia? An *Uleiset omnem inobedientiam, cùm impleta fuerit vestra obedientia?* Utique. Impletur quidem obedientia, dum completur, & completur, dum nil restat: ideo est omnis. Verùm quæ, ut sit omnis, obedientiæ partes? Est obedientia, cùm in auditu auris paretur & *iubentis vocem factis* corda *sequuntur.*

S. Bened.

2. Cor. 10. 6.

*Quid est Omnis obedientia?*

Est

Est obedientia, dum simul coëunt vox imperantis, & opus obtemperantis; & *velut uno momento* (inquit *cap.* 5.) *magistri iussio, & perfecta discipuli opera in velocitate timoris Dei ambæ res communiter citiùs explicantur.* Est ultrà aliquid? Quid ultrà? Quæ dicitur *Omnis obedientia*: hæc sanè comprehendit omnia, dum uti fulgura apprime obedientes præveniunt libitò obsequium, antequàm audiant expectantes mandatum. De Petro, cùm in Thabore esset, visis gloriosè Christo & Synedris in maiestate, ait Evangelista, quòd respondit: *Respondens autem Petrus.* Respondit? Quis enim interrogavit? Nemo. Verùm cordis ad mandata signabatur promptitudo, ut priusquam aliquis præcipiendo interrogaret, obedientia Petri uti plena responderet. Quid non faceret iussis, qui sine voce respondebat factis? Omne æquum, aut iniquum ferendum imperium: quippe estò perperàm Præses iubeat, numquàm in subdito perperam, quòd obediat. Globus esse debet, quem obedientia movet. Semper graditur, etiam cùm revertitur. Nil amittit, vel dùm omnia perdit. Obedientia sit prompta, ratio captiva: aliter latet vel in obsequio philautia, dicereque poterit cum Narcisso apud Ovid. libr. 3. *Metam.* Fab. 6.

*Ille ego sum: sensi, nec me mea fallit imago,*
*Vror amore mei.*

S Bened.

*Veri obedientes ante vocem voci imperantis respondent.* Matth. 4. 7. 4.

*Obedientia similis globo.*

*Otium obedientiæ philautia.*

Ovid.

## DIDASCALIA II.

### *Quod Deo sacratur, habetur.*

Plutar.

1 DIcit Plutarchus libell. de *Iside & Osiride.* Deus igitur dat, ut det. *Dat dona quæ propter det meliora bonis.* Canit S. Prosper Aquit. *Epigr.* 16. Adhuc eximia ostendit erga nos divina & gratis benevolentia. Non solùm dat, ut det: dat, ut accipiat quod proprium, & redonat quasi debitum. Cùm Christus ascendit in altum, *Accepit dona*: ita David. Paulus verò, *Dedit dona.* Haud antilogia difficilis interpretationis, in Christi genetositate erga mortales: quandoquidem non accipit ab his oblata, ut habeat, sed ut meliora tetribuat. Accipit: & cùm donant, homines offerentes accipiunt; quoniam quæ Domino sacrantur, meliùs habentur. Audi Prosperum *Epigram.* 39.

S. Prosp.

Pfal. 67 19. Eph. 4. 8.

*Deus quæ dedit, accipit, ut retribuat.*

Prosp.

*Nè ideo quicquam mandat Deus, ut sibi prosit,*
*Nec servi officio verus eget Dominus.*
*Numquàm non habuit, quod habet, dans quicquid haberi*
*Proderit, & sumens non nisi quod dederit.*

Summa igitur liberalitas recipit ab hominibus, quod dumtaxat commodatum; ut habeant offerentes ex iure proprium.

Gen. 22. 2.

2 *Tolle filium tuum dilectum* (dicitur Abrahamo) *& offeres eum in holocaustum. Dilectum* dicit: ideſt Isaac. Cur ergo retrahendus Ismaël? Homo ferus erat; & cùm Deo ex filijs sit sacrificium; non sacrandum quod solummodò gratum, sed quod optimum. Longè ab his temporibus filiorum in devotione dilectio: plerumque Deo tribuitur qui ferus homo. Inter Hebræos, ut constat *Levit.* 11. & *Deuteron.* 14. sacrificare non licuit, quicquid illis Dominus comedere vetuit: igitur fas non erat, ut Deo offerent, quod sibi nolent. Sæpe parentes titulo devotionis meditantur rapinam in holocaustis: & mystico Iacob vafer Labam vel promittens speciosam, introducit lippis oculis Liam. Ergo instituto.

*Deo sacrandum quod optimum.*

Petr.

3 *Tolle filium tuum dilectum.* Perstc. *Tolle tunc dilectum filium tuum.* Cur ergo nunc filium suum dicit, si sacrificandum tollit? Abdicatur filius perductus ad aras: & nunc filij dilecti declaratur proprietas; quoniam tunc potiùs habetur, si Domino consecratur. Videntur parentibus à filijs avelli, dum in aliquam filij ingrediuntur Religionem: & *Nunc* dicitur patri, *tolle filium tuum*, uti *tuum*, qui nunc tui iuris non est; ut tuæ possessionis sit: quippe non alienantur, dum offeruntur. Hebr. *Tolle tibi filium tuum.* Si in sacrificium rapitur filius à patre; dicendum sanè; *Tolle mihi*, non *tibi*: & dicitur meditanter, *Tibi tolle*; quoniam pater filium quem offert, exponit; sed non amittit, cùm ex merito oblationis, expositus iam sit patris.

*Filij qui Deo offeruntur, non alienantur.*

Hebr.

4 Ipse Abraham statuat, quod amor cæcus ignorat. Audit vocem Domini, & illicò in opus surgit. Præparat necessaria ad holocaustum, assumens secum duos iuvenes, & filium. Ne prohiberetur à servis, hos reliquit ad radices montis; dixitque illis: *Expectate hic cum asino: ego autem & puer illuc usque properantes, postquàm adoraverimus, revertemur ad vos.* Difficile omninò videtur. Si filius sacrificabitur, quomodò cum patre revertetur? Quia sacrificabitur. Parentibus falsò videtur filios amittere; dum destinant Religioni: & sine mendacio Abraham dicit: *Revertemur*; quoniam quæ Domino destinantur, potiore iure in possessionem habentur. Haud reverti poterat, si filium amitteret: & promittit filij reditum, quem ducit in sacrificium; quia tunc suum filium faciebat, dum consecrabat, & alienum omninò, dum ut proprium retinebat.

Ib. v. 5.

*Sed habentur.*

*Tolle*



Ubi supra.

Vers. 12.

*Et habentur ut proprij.*

*Tolle filium tuum.* Tulit, & cùm ligasset, & extendisset manum, ut gladio iugularet dilectum filium; dicitur illi: *Non extendas manum tuam super puerum.* Singularis utique stylus, qui quidem pro occasione videtur improprius. Dum filium sacrificat, dicitur proprius: *filium tuum.* Dum à sacrificio manum revocat, iam non filius: *super puerum.* Ordo patet inversus, dum sacrificatur, & non sacrificatur: igitur si Deo oblatus, iam non proprius: tunc proprius, dum ab ara revocatur. quare igitur proprius dicitur filius, quem offert; & non proprius, quando retinet? Quæcumque Deo consecrantur, exposita retinentur: quæ servantur amittuntur: & filium non vocat filium Angelus, dum pater habet, sed dum Domino vovet; quoniam magis proprij sunt, si Domino consecrantur, quàm cùm habentur.

6 Qui filios habent, tamquàm non habentes sint: igitur cùm sint commodati; extorquet debitum, qui concessit usum. Qui non habent, haudquaquàm sicut non habentes sunt: siquidem dum usum offerunt, proprietatem cum dominatione acquirunt. Conceditur Samuel matri, & restituere conatur, quod à Domino accepit, dicens: *Commodavi illum Domino omnibus diebus, quibus fuerit commodatus.* De Tautologia ex professo tractabimus *Tom.* 5. sed obiter nota, filium commodari à matre omnibus diebus, quæ placuerint filio; quippe nec Dei nec filiorum est obsequium, cogi ad statum: qui quidem debet esse iuxta electionem vocationis cordium, non de patria potestate, nec de prolubio parentum. Proh dolor! Quanta sub Religionis specie latent parentum commoda, & filiorum crimina!

1. Reg. 1. 28.

*Filij haud invitè amplectantur statu.*

7 *Commodavi*, dixit Anna, *puerum Domino.* Deus dominus universorum est:

Prosp.

*Nam Deus omnipotens simul omnitenensque potestas.*
*Nil perdit proprium, nil capit occiduum.*

Ait ubi supr. Prosper Aquit. Quo pacto commodabitur, cui nihil commodatur? Deo, dum filius per genitricem offertur, restituitur. Commodatur tantùm, cui usus conceditur; at penes Deum est dominium, dum parentibus credit usum filiorum. Commodatio est tantùm, cui usus est, & non proprietas: Deus Samuelem genitrici commodaverat, ut cùm placeret, restituere cogeret; cui semper puerulus proprius, estò parentibus concedatur usus. Commodat, qui proprietatem habet: & dum Anna filium offert, commodare Domino dicit; quippequàm tunc liberi sunt parentum, dum Domino consecrantur.

*Tunc filij sunt parentū, dum Domino consecrantur.*

8 Clàriùs acumen veræ genitricis promam, ut æmulentur & reliquæ gratiam. Filium commodat Anna Domino, cùm Dominus filium (quem sterilis concepit, ut pareret sibi) genitrici commodaret. Filium sterilis habuit, sed non proprium, ignarus eius qui dederat filium; quique repetere poterat, si placebat. Negavit à Domino peti, quod non proprium, quamvis filium: Anna filium volebat, & proprium: cognovit, quo modo haberet; & Domino obtulit: commodatumque diligenti genitrici, commodat commodatori; & vocatur commodatio, quæ restitutio: quasi illicò ut oblati liberi ad aras, à Deo in parentes transferretur proprietas. Haud pereunt filij dicati Domino. Ut inter familiam sint, desiderantur; & extra familiam, dum habentur, non habentur. Fallit amor carnalis uti cæcus. Non est quærendus filius inter cognatos & notos: qui servit Domino, invenietur in templo. Filij vocantur spiritus patris in commendationem amoris; & qui animam suam propter Christum perdiderit, profectò inveniet: siquidem non habens habebit proprium, quem habens solummodò possidebat ad usum.

*Transfertur Deo in parentes proprietas.*

9 Fert secum Anna puerum trimulum in templum, & etiam vitulum in sacrificium, ut sit institutæ exemplum: igitur qui Deo victima rationalis offertur, ac in Religione sacratur; sibi & cupiditatibus debet mori, & vivere cœlo, antequàm cognoscat vivere. Vita Monachorum martyrium est. Ducuntur ad aram, ut morientes vivant, & gigantes in virtutibus resurgant: siquidem rumpuntur corda dolore, dum vivunt quasi in medio fœculi, qui plantati in domo Domini. *Qui statis*: ait Psaltes Regius. Obsequium fulget, ubi nemo sedet: quandoquidem non vocantur ut quiescat, sed ut resurgant. *Senior ei talis deputetur* (ait Legislator N. Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 58.) qui aptus sit ad *lucrandas animas, qui super eum* (novitium scilicèt) *omninò curiosè intendat, & solicitus sit, si verè Deum quærat, si solicitus sit ad opus Dei, ad obedientiam, ad opprobria.* Ecce regula brevis cuncti magisterij, ac in discipulos universa disciplinæ.

*Qui sacratur Deo, meritur mille.*

Psalm. 133. 1.

S. Bened.

Singula librentur. *Senior deputetur*: perperàm obibit magisterium, qui ignorat discipulatum: & invitè sequetur discipulus magistrum non præcedentem, in moribus sæpe nec meliorem, nec æqualem. Corruet profectò spiritale ædificium, quoniam supra arenam ædificat, qui ædificandus est, domum. *Aptus sit ad lucrandas animas,*

*Aptus sit magisterio ipse quoque.*

Heu!

Heu! Qui suæ domui præesse nescit, quomodò Ecclesiæ Dei diligentiam habebit? Quo pacto alios servabit, qui perit? Necesse est, ut faciat sumptum, qui quærit lucrum: & plerumque non intenditur lucrum virturis, sed tantùm auctoritatis; qua minimè discipuli diriguntur, sed aporiantur: etenim student dignitati muneris, & non meritis. *Omninò debet esse curiosus*: quippe latet anguis sub herba, & navis submergitur rimulâ. Debet vulnerari vel in crine colli, ac in lactu oculorum debet offendi; quoniam decidet discipulus in graviora, modicorum indulgentiâ, & in illo informando esto levis, non sunt modica. *Solicitus sit, si verè Deum quærat.* Verè, quia plurimi ut Herodes quærunt fictè. Verè, quoniam vere quærunt, si se non quærunt: si veniunt ad obedientiam, ut faciant, & non ut fiant. Si seipsos non inveniunt, etiam quærentes seipsos: cùm alij à se inveniantur perfectione, comparantes semetipsos sibi. Cùm veniunt, ut veniant; non ut circumveniant: igitur sese fallunt, dum ita veniunt.

*In tyronibus emnia notanda.*

Tres esse causas, observat Bernard. Serm. 75. in *Cant.* quels vel quærentes Deum, non inveniunt. *Cùm aut non in tempore quærunt, aut non sicut oportet; aut non ubi oportet. Non in tempore*, quia pœnitentiam quærunt in senectute: & melius est viro, si portaverit iugum ab adolescentia sua. *Non sicut oportet*, quia conciliare satagunt cœlum & mundum, ingredientibus duabus vijs, quasi sensus, & rationis non esset diversa lex. Denique, *Non ubi* oportet, quoniam quærunt inter delicias & rosas lilium cœleste rutilans inter spinas: vel in sæculi foro, quæ debent in monasterio. Inquiratur ergo quod Levitæ, Iudic. 18. 3. *Quis te huc adduxit? Quid hic agis? Quam ob causam huc venire voluisti?* Quis te huc adduxit, & quid? An venis, vel adducèris? Quid hic agis? Ut constet propositum ex fine, ex actione, & voluntate. Latum utique argumentum, sed satis dictum, dum obvium.

Beroar.

Cognoscitur vocatio ex fine, ex actione, & voluntate.

Iudic. 18. 3.

10 Obtulit trimum infantulum Anna, & omninò lætabunda. *Exultavit* (inquit) *cor meum in Domino.* Concepit (quod diù desideraverat) & peperit puerum; sed eius haudquaquàm exponitur gaudium. Quare non gaudet, dum habet; & exultat, dum à se, & ab ubere removet? Si tristitiâ afficiebatur, quia filium non habebat; quomodò non habens, filium Domino offerendo, maximè exultat? Agnovit felicitatem genitricis, dum filium mancipavit famulatui Deitatis. Vitis insignis plauditur à Chrysosto-

1. Reg. 2. 1.

mo in huiusmodi obsequio, Homil. 3. de *Fid. Annæ*: igitur se ostendens veram infantuli genitricem, suum extendit usque ad templum palmitem. Sed unde insignis? Perpende. Sub vernum tempus dum resecantur à vitibus palmites, lachrymantur & continuò vitæ, quasi orbatæ propagine, genimine & prole: & Anna dum filium desideratum offert, plauditur vitis insignis; quia mater filium avulsum ab ubere dedicavit sine lachrymis. Insignis plauditur Anna. Insignior licet Maria: dum illa filium in templo, hæc verò filium contemplatur in truncо. *Stantem lego, flentem non lego*: ait Ambrosius, Conc. de *Obit. Valentinian.* O firmitas propositi, & contra vires fœminæ summa constantiæ! Insigne ergo plaudatur, quasi impossibile conditioni, matrem orbatam filio, & stare sine fletu.

*Collocat virtutem filio. Deo confisura: magis quàm habere.*

Ambro. *Virginis constantia iuxta crucem.*

11 Modò ad quæsitum. Sibi anxia Anna conceptum quærit; & exultat, dum sibi non habet. Gaudium maius hæret pectori de bono, & felicitate maiore: & dum abalienatur propter Dominum à filio, in os erumpit cordis complacentis exultatio; quoniam oblatione habebat, quod habere umquàm vel iure matris nequibat. Haud ita, filium non habebat proprium, qui quidem tantum donatus ad usum: quid mirum, quòd commodatio produceret in pectore exultationem, dum Deus per illam in matrem transferebat potestatem? Rependit Dominus vices, & plenitudine honoris. Fœcundam fecit sterilem, & etiam matrem filiorum lætantem. Eadem sors filiorum, si propter Deum parentum obliviscuntur: igitur tunc parentes habent proprios, dum oblivione arbitrantur alienos.

*Unde gaudium de oblatione filiorum?*

12 In huiusmodi animæ abstractione, & despectu sæculi, dixit David: *Pater meus & mater mea dereliquerunt me: Dominus autem assumpsit me.* Hoc unum desideravit, & obtinuit; quòd omnibus diebus vitæ in domo Domini inhabitaret. Absconditur anima in Domini tabernaculo, nimirùm, dum corpus clauditur in monasterio: & profert, quòd Domino fit desponsata, dum à patre & à matre derelicta. Verùm non ita dicit; sed *Pater meus & mater mea.* Nota. *Meus* & *Mea* possessiva sunt: quomodò parentes iungit proprietatibus? si derelicta à parentibus? An in anima sancta ita gravis imperfectio, ut mundum non despiciat, despecta à mundo? Absit. Sinite mortuos sepelire mortuos suos. Inutiliter vivit in monasterio, cuius mens liberè vagatur in foro.

Psalm. 26. 10.

Aliò tendit animæ iustæ conatus, pro pusillanimitate, & tempestate spiritus; etenim



*Sequi immunda fugientè, summa stultitia, maximè fugientis mundū.*

enim parentes videtur amittere, qui secedit in tabernaculum Domini. Quem pater & mater derelinquunt, non habent ullum: & dicit anima sancta in huiusmodi sorte proficuâ: *Pater meus & mater mea*: quippe tunc verè parentes habet, dum propter Dominum fugit. Pater & mater dereliquere quasi non suam; sed illa relinquendo, haud reliquit in absentia patrem, aut matrem: proprioque vocat & ab illis derelicta; quoniam quæque reliquerit, habet propria. *Audi filia, & inclina aurem tuam.* Ad quid ergo propensâ aure? *Obliviscere populum tuum, & domum patris tui.* Si obliviscitur patris, iam non eius: & proprium vocat patrem, dum hortatur animum in oblivionem; quoniam tunc propriè habetur, dum obliviscitur.

*Tunc pater pro prio habetur, dum derelinquitur.*

Psal. 44 11.

13 Quæ arens & sicca virgula procul à templo, germinat, floret, fructificat in Sanctuario; induitque virtutum miram speciositatem, qua non florerer, si obtineret extra sanctuarium connaturalem radicem. Ibi sicca floret, quæ florens extra tabernaculum arescceret. *Ibi* virga florens servatur *in signum*: igitur quicquid semel in virga, fit frequenter in anima; cùm in Sanctuario floreant sine radice parentum, & oblivione radicum. Nescio an in huiusmodi oblivionem, pinxerint Ægyptij iuxta lotum infantem. Refert Pierius Valerian. *lib. 52. cap. 35.* & alludit fabulam Dryopes infantem filium sinu gestantis, conversæ in lotum, atque de puero cognatos anxie monentis, ut canit Ovidius lib. 9. *Metam.* Fab. 5.

Num. 17. 10.

PerLotum obli vio patriæ.

Ovid.

*Hunc tamen infantem maternis demite ramis,*
*Et date nutrici, nostraque sub arbore sæpe*
*Lac facitote bibat, nostraque sub arbore ludat.*
*Cumque loqui poterit, matrem facitote salutet,*
*Et tristis dicat; Latet hoc in stipite mater.*

Cur infant ius ta lotum

Matrem habet infans, dum perdit, quia tunc latet; atque matrem salutat, quam declinaverat. Lotus arbor symbolum est oblivionis patriæ: canit Homerus *Odyss. 9.* & Andr. Alciatus *Embl. 114.*

Alciat.

*Iam dudùm missa patria, oblitusque tuorum,*
*Quos tibi seu sanguis, sive paravit amor.*

Ovid.

Et Ovidius ubi supr.

*Chare vale coniux, & tu germana, paterque.*

*Tunc mater habetur, si obliviscitur.*

Collocaturque infans cum loto, quæ influit patriæ, cognatorumque oblivionem; ut discat, cum oblivione tunc magis habere matrem. Haud fatiscat mater pro filijs, ita feliciter collocatis. Si opes æstimabiliores sunt, vel Profano teste lib. 5. *Epig.* 45.

*Quas dederis, illas semper habebis opes.*

Marc.

## DIDASCALIA III.

### *Christus indebitam mortem suscepit, ut nos à debita morte liberaret.*

Greg. Magn.

1 Inquit Gregorius Magn. lib. 3. in *Iob.* cap. 11. Non rapinam arbitratus est, & sustinuit crucem acerbam, cùm in illum princeps mundi haudquaquàm haberet quicquam. Non rapinam arbitratus est, sed quod non rapuit, exolvit. Pœna enim peccati immeritò gravat, qui, præ omnibus innocentem, nec umbram noverat.

*Christus mortem indebitè obijt, ut superaret*

*Sic Deus ipse hominum, gessit peccata, nec hausit:*
*Et mortem passus, non pertulit in cruce culpam,*
*Perdidit ille meam. Reparavit & in cruce vitam,*

Paulin.

*Ille reus factus, ne sim reus inter iniquos.*

Cecinit Paulinus *Natal. 8. Felic.* v. 199. Ideo pro Isaac sufficitur agnus in sacrificium, ut cunctorum deleretur peccatum. Agnus figuabat innocentiam Christi, qui moriens peccata mundi deleret in stipite. Si agnus, & sine macula, minime debita pœna: sed amor stimulavit, ut solveret, quod adhuc in carne peccati non contraxit: igitur passus est pro nobis mortem in cruce, ut cunctos homines liberaret à morte.

Gen. 22. 13.

*Et genus humanū liberaret à morte.*

2 Suggestioni dæmonis, ut Eva de inhibito ligno gustaret; promptè respondit: *Præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur.* Quinam? Qui legem transgressi? aliter apud Haye in *Bibl. Maxim.* per Sistum Senensem intelligitur sententia. *Ne forte moriamur. Ego & Deus.* Comedere prohibuit, & in transgressione moriemur ego & Dominus, qui præcepit. O amor summus! & tamen hominum rebelle pectus. Ne comedas de vetito ligno, quoniam tibi, mihique vitæ impendium pro peccato. Tibi Domine? Quare? Quoniam homo transgressione morietur, atque sub dæmonis captivitate doloribus mancipabitur: & moriemur simul, si homo deficit à lege, quoniam impellet amor, illo peccante, profundere vitam pro salute & redemptione. Ne peccaveris, quoniam morieris: & si moreris, moriar, ne moriaris. Ne pecces, quippe plorabis tormentum, & ego plorabo planctum. Ne pecces. Respice in me, licèt oblita tui, siquidem propter amorem, calcata lege, coges im-

Genes. 3. 3.

Sixt. Sen.

*Paritur in ligno, quæ pati debebat homo.*

mortalem mori. Ne extendas in venena manum, ut moriamur simul: etenim morieris vulnere; & moriar sanè, ut eruaris à morte. Amor ægrè fert pati dilectum, quantumvis iustè iupplicium: & moriar si moreris; quippe charitas ut deleat culpam, innocentem impellet, ut ferat pœnam. Ne pecces, quoniam duceris victima in sacrificium divinæ læsæ iustitiæ, tradita meritò amarissimæ morti: & moriemur unâ, si per te commissa noxa; igitur illa gratis amplexaberis damnum, & pro te suffectus patiar, quod pati non possum. Ne comedas. Heu! Comedit. Utriusque vitam destruxit: & ne in perpetuum moreretur homo; filius Dei, sine macula agnus, suffectus in sacrificio: Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, qui periret sine culpa; ne qui peccator periret. Dolores nostros ipse portavit pro nobis, in signum præexcellentioris charitatis: igitur ut surgeret homo, languor assumptus à medico; & salva fuit (ò Domine!) infirma humana natura, *quoniam declinaverunt in te mala.*

Psal. 20 12.

3 Eculeo lectuli in quæstionem gravem datus fidiculis paralysis, confitebatur fugax donum valetudinis puer Centurionis. Funes ita, quippe male torquebatur, dolor in jacente extendit; ut mortem usque, nervorum dissolutione perveniret. Jacebat enim interibi semimortuus in ægritudinis carcere, custode & pervigilii dolore; sed parte pueri agebat Centurio coram Christo iudice. Acta litis dicebat immutatio tacita oris, procedens ex perculsione timidi pectoris: verùm auspex a compassione constitutus, rogavit, ut laxarentur vel ad horam pueri cruciatus. Cum palma Centurio à iudicio discesit: igitur Iudex respondit: *Ego veniam, & curabo eum. Veniam*, Hebraismus est, ut patet 4 *Reg.* 6. 3. *Philipp.* 2. 24 & *Apocal.* 3. 3. sed mysterium obnubit. *Ibo*, signat accessum, vel abitum: *Veniam*, regressum: & Christus se demonstrat regredientem, cùm Centurio arbitratur in tubidium abeuntem; quippe velox in largitate favoris, spem & vota præcucurrit supplicis. Maior igitur beneficium sit, dum intenditur, & occurrit ultra spem.

Matth. 8. 7.

*Gratiæ Christi præcedit cogitationem.*

*Preces claudæ, Favor penniger* Vincet. Chart.

4 Deinde. *Ego veniam.* Aptissimè prolata, ut gratia micaret integra. Preces olim apud Ethicos claudæ pingebantur, Favor verò penniger, ut observat Vincent. Chartarius de *Imag. Deor.* fol. 29. & 321. Centurio rogavit, Christi favor erubuit: & ut responderet officijs, ubi præcesit verecundia precis, & preces gratiam; non dixit *Ibo*, sed *Veniam*: igitur si Centurio ante gratiam preces præmiserat, beneficio supplicis cogitationem generositas præcesserat. Preces benignus audivit, ut fidem supplicantis in articulo probaret; verùm fidem Centurionis dono maiore rependit: igitur velox à favore veniebat, dum pes precum accedendo claudicabat. Vidit venientem, quem Centurio agitrabatur cuntem. Parùm gratia curreret, ni claudicantes præcederet. Præcedit Sol iustitiæ vel volantes, cuius sanitas in pennis.

*Claudicant preces in velocitate gratiarū Salvatoris.*

5 Haud moremur in transcursu. *Ego veniam, & curabo eum.* Quando hæc erunt? *Veniam & curabo* (ait Chrysologus *Serm.* 15.) *ut ipse aperis sui vector, clementissime baiularet.* Conceperam ingenio Chrysologi pertpicuitatem in testimonio obtenturum, & profundiùs submergitur auctoritatis arcanum. Labitur captus sententiæ, ipsomet delicantis acumine. Opus baiulandum erat in cruce. Servus iacet paralyticus: valetudinem integram promittit medicus. Ecce sponsio: *Ego veniam & curabo.* Tempus expectatur ad nobile medicamen, & Chrysologus signat pro medicamine crucem? Antidoton novum! Quomodò qui iacet paralysi gravatus salutem adipiscetur, ubi tormenta mortis in cruce medicus patitur? Quia cœlestis & novus, fatagit veterem curare plagam per novam & singularem medicinam. In lectulo patitur languidus servus, & in cruce moritur medicus Christus. In medicinam apposite. Salvandus erat homo à morte, morte Christi; & dum servo malè habenti à Centurione inquiritur medicamen, iure Chrysologus signat medicinam crucem; igitur si morte mors extirpanda, & mors morti medicina; in cruce ubi medicus cœlestis aget animam, inveniet homo paralyticus vitam.

Chrysol.

*Homo invenit vitam, ubi Christus egit animam.*

6 Displicuit Iudæis medicus, & non morbus: igitur *his omnibus curationibus* (ait Augustinus in *Psal.* 63. v. 2.) *ingrati tamquam multa febre phrenetici* (insania erat, quippe febris malitiosa, & voluntaria) *insanientes in medicum, qui venerat curare eos; excogitaverunt consilium perdendi eum: tamquam ibi volentes probare, utrum verè homo sit, qui mori possit; an aliquid super homines sit, qui mori se non permittat.* Observa *Utrum homo*, & *An super homines.* Qua via rimandum, An medicus sit humanus, vel cœlestis? Quod possit, vel non possit mori? Multa febre sunt phrenetici: siquidem supra homines noscebatur, ex eo quòd mori non potens possit mori, & moreretur. De torrente in via amarissimo bibit, propterea caput, quod antiquitùs languebat, exaltavit. Curationes singulares in mor-

Augusti.

*Ni moreretur, moreretur homo.*

Augusti.

*Tessera summæ charitatis, quòd moreretur, qui nequibat mori.*



morbis desperatis sunt argumenta peritiæ medicorum, & virtutis: cæterum ipsam medici mortem mortis exhibere remedium, admirabilius medicinæ theatrum. Medici si medentur, medentur hominibus, quin si bi aliquid periculi impendat ex curationibus: verùm dum medicus est cœlestis, cius vita sufficitur pro efficacia medicaminis. Quo namque tempore vulneris fierer antiquati curatio, ni medicus hic descendisset de cœlo? Homo fuit medicus, & super homines; quia potens declinare mortem, sustinuit crucem. An non cœlestis, qui poterat non mori, & pro ægrotis voluit pati?

7 *Verè filius Dei erat iste* exclamavit Centurio adstans cruci. Unde igitur si conspicit pati crucem, rimatur divinitatem? Nolentes dicebant verum vel Principes Sacerdotum. *Alios salvos fecit seipsum non potest salvum facere.* Interlin. *Qui hoc potuit, posset utique illud, sed minus nolebat, ut faceret maius.* In eo quod noluit, superiorem omnibus se constituit: qui enim alios, quia voluit, salvos fecit; seipsum, si vel'e, salvum facere posset. Quis enim hominum haud prætermitteret totius mundi salu em, ut fugeret leve incommodum? *Bonum est, nos hic esse*: dixit Petrus, quod quidem non erat bonum. Lapsus utilitatis, & voluptatis propriæ retrahebat salutem 1 balcentis universi; quin utilitatem esto brevem, propriam, cognoscerer præ philautia mundi ruinam. Perire, ne pereant alij; longe ab homine: & cùm in cruce Centurio videat, qui seipsum dedit, ut alios lytro sanguinis salvaret; ex merito clamat: *Verè filius Dei*, & divinus *erat iste*: siquidem ni homo super homines esset, incommodo tanto homines non liberaret.

March. 27. 54.

Ibid. v. 42. Interl.

Ibid. cap. 27. 4. *Ifacamerit demonstrationeipsuf quambomo cognoscitur vel in cruce.*

8 Poterat, sed nolebat sibi vitam retinere; sicut ægros donavit feliciore valetudine. Si ita faceret, homo sanequàm periret. Ne periret, perire lubitò voluit: & noluit descendere ut vita, amoris sublimis gratiâ, fieret in cruce mortis singularis medicina: igitur ita percuti, ut languidos curaret perculsione, dum altis vulneribus percutiens gemebat mundus; quis faceret nisi Deus? In cruce agnoscitur, quem mundus non cognovit. Omnia profecto ad se traxit: & quem non potuit prodigijs, traxit amoris catenis. *Cathedra magistri docentis* fuit nobile lignum crucis: ait Augustinus Tract. 119. *In Ioann.* Cathedra, ubi nova lectio dictabatur exotica mundo, in propudioso athenæo: etenim non auditum, quòd medicus se salvum facere noluerit, ut ægrotos salvos faceret.

*Crux est Cathedra specialis medicina.*

9 Medicinam in classe singulari, cha-

*In morte crucis Christus cognoscitur immortalis.*

ritas instituit novam; eâm vitam noluit medicus, ut alij acciperent vitam. Cuncta quæ habet homo, debit pro anima: at vitam pro vita cogitavit aliquando vel ars Pœonia? Vitam pro vita, pro funeribus funera, auram vitalem pro antidoto mortis, & sepulchrum invenire pro sepulchris; ars amoris, studium crucis, obsequium dilectionis, fides summæ charitatis, atque acumen fuit cœlestis cogitationis. Medicus fuit planè cœlestis, & homo scientiâ salutis super omnes homines: quandoquidem vel Ethnici, fidei tantæ & in ingratos, videntes demonstrationem, medici cœlestis cognoverunt Deitatem.

10 Adhuc restat investigandum ly *Minus nolebat, ut faceret maius. Minus* erat descensio de cruce, quod quidem miraculum grande, ut crederent Dei filium, contemplantes inusitatum miraculum? Minus. Intendebat cunctis ostendere arcana divinitatis, in ara sacrata crucis: Christusque noluit descendendo de ligno facere minus; ut adhærendo cruci, faceret maius: igitur si in vita rutilabat potestatis miraculum; in morte maius erat Deitatis testimonium: quippe nec clàm erat, quòd semper langueret mundus; ni medicus esset Deus.

*Maius & minus* dicitur. Minus signatur vivere, maius mori. Maius, quod mirabilius, & quo specimen divinitatis micaret amplius. Mors crucis non est mirabilis. Esset tamen si descenderet de funesto throno crucis: igitur attrahebat palàm divinitatis umbram, si viderent crucifixi crucem corpore vacuam: & iurè dicitur minus, extra crucem vivere, maiusque in stipite mori; quoniam maius miraculum oculis exhibebatur, ex eo quòd pro mortalibus immortalis moreretur.

*Maius miraculum in cruce mori, quam fine cruce vivere.*

11 Ratio suppetit. Descensus de cruce, prodigium spectabile erat; verùm homo, si descenderet medicus, peribat. Exultaret utique vita cuncti generis in perpetuum, quandiù Christus non emitteret spiritum. Maius beneficium est, ubi maior patet charitas, & ubi præstat dilectionis ingeniositas. Unde in articulo vivendi per in auditum miraculum, vel moriendi in medicinam per charitatis studium; uti maius, prodigium crucis exposuit, quia maiorem hac dilectionem nemo habuit. Maius signum fecit, dum sic se tradidit: etenim si mors amoris, & amor divinitatis est nota; nihil cogitatur ultrà. Sepeliatur quod fama cecinit de Theseo, apud Catull. *Nupt.* Pelei & Thetidos.

*Ubi fuit maximus divini amoris.*

*Ipse suum Theseus pro charis corpus Athenis*
*Proiicere optavit potius, quàm talia Cretam*
Catull.

*Funera Cecropiæ, ne funera, portarentur.* Si divinitas claruit per amorem, amor per crucem: siquidem in excessu amoris refulsit vel in patiente præstantia divinitatis.

Ioan. 8. 28. 12 *Cùm exaltaveritis filium hominis tunc cognoscetis, quia ego sum*: dixit Assertor N. Iudæis. Quid Domine? Quid, te cognoscent esse? Esse te? Cognoscent, quòd propter hominem factus es homo? Quòd sis missus à Patre, ut hominem erueres à peccati & diaboli servitute? Quòd descendisti in mundum, ut genus humanum elevares ad cœlum? Omnia continet phrasis: verum tantùm dicit: *Quia ego sum*, quin dicat quid; sed summam charitatem signat profectò emphatica vox. Perdidit homo peccato misere gratiam, & divinam amicitiam, qua iustitia custodita contenderet in meliora; sed libuit propter inanem pomi voluptatem, tradi voluntariè in mortem. Ne in æternum periret, qui Deus, mortem voluit pati. Christum ducebat amor, ut propter hominem amitteret vitam: hominem propensio vilis, ut despiceret gratiam. Amor, ut vinceret ingratitudinem: ingratitudo, ut offenderet amorem. Quis non cederet, dum ita amor impugnatur? Sed in cruce quantus amor cognoscetur, per demonstrationis notam: igitur ut hominem restituat ad gratiam, respiciet pondus amoris, non pondus ingratitudinis.

*Christus ut faveat, intendit in amorem & non in ingratitudinem*

13 Aliter. Propter se facit hominis Conditor, quod homo peccatis usquequaquè demeretur. Non restitui in gratiæ statum felicem, erat intendere frustratam redamationem; siquidem semper respondit sagittis, collatis & ultrò gratijs. Mori & offensus ab illis, propter illos in cruce; est non respicere illos, sed propter amorem studere pietati: & illo in crucem sublato, quis sit, apparebit mundo; quoniam solum modò ille vehementiore dilectione, gratijs respondere poterat hominum ingratitudini. Vulg. *Porque solo un amor como el suyo puede mostrar finezas con un ingrato.* In cruce à digoatis elevatur, & tunc cognoscitur. Elargitur amor gratiam, etiam dum amorem vulnerant: igitur vel dum petunt sceleribus, plusquàm sagittis, ut saucient; aperit pectus ostium clausum, ut intrent.

*Solus divinus amor sustinere quibatin gratitudinis pondus.*

14 Deinde. Si despectus amoris & benevolentiæ perpenditur in homine malè merente; flamma vivacior extinguetur in corde: cæterùm si intenditur, ut par est, in dilectionem; gratijs, ius est amoris, persolvere ingratitudinem. Hæc retrahit, sed amor allicit. Faciem non respicit peccatorum in distributione gratiarum; quippe in illas incendit nobilissimum pectus, quoniam ipse est, & non amplius. Non quia illi & tales homines sint; sed quia amor respicit se. Superior dilectio in hominis corde fastidit, & evanescit; si dilectus ingrate respondet, vel non respondet, ut placet: & amor Christi dum crucifigitur magis ac magis agnoscitur; quia favet, dum crucifigitur.

*Amor eius magis agnoscitur, dum crucifigitur.*

15 Cæterò. *Tunc* (ita) *cognoscetis, quia ego sum. Tunc*, quia tunc offensus, & tunc favens offensoribus. *Tunc*, quia fixum amorem habebitis, dum crucifigitis. *Tunc*, quia tot habebitis ad gratiam ostia, quot formetis in corpore lurida vulnera. *Tunc*, quia tantis injurijs gratiæ respondebunt amoris. *Tunc*, quia maiorem obtinebitis gratiam, maiorem utique cogitantes iniuriam: igitur pectus aperietur, quo in alijs clauditur. *Tunc*, quippe obsequimini amori, blandientes crimini: etenim effundetur è pectore gratia, & in eodem tempore, quo perpetratur offensa, rupto fonte imperatæ salutis, arte adversa iniquitatis. *Tunc* cognoscar, ubi pungar: igitur quis præter me posset conferre peccatoribus veniam, in cor vibrantibus lanceam: Quis? *Tunc cognoscetis, quia ego sum*: siquidem ingredimini in pectus, facientes vulnus. Si pœna responderet despectui, & pessimis meritis, hominem tantùm iudicarent homines: verùm dum crucifigent, Quis sit, crucifigentes cognoscent; etenim solus Deus poterat respondere singularibus gratijs, singularibus iniurijs.

*Christus conatus homini gratiam dum ab homine tulit maiorem iniuriam.*

16 Ergo proposito Didascalię *Tunc cognoscetis, quia ego sum*, cùm in crucem exaltaveritis me. Cognoscetis, quia ego sum qui sum. Quia ego Deus. Non tantùm hominem, quod videtis; sed supra homines. Quomodò tunc si vermis, & non homo; ut Deus agnitus à mundo? Deus immortalis est, homo mortalis: & Deus Christus agnoscetur in ara crucis; quia cùm possit, si vellet, vivere, voluit immortalis mori. Mori, est humanæ post peccatum conditionis; quapropter homines traduntur ex iure pœnis: sed sine culpa pro noxijs perferre indebitam pœnam, est ultra humanam naturam: Christusque cognoscitur plusquàm homo, ubi suspenditur ligno; quoniam ut hominem à debita morte liberaret, hominis mortem suscepit.

*Mortem hominis sustinuit ut tolleret.*

Deum utique Iudæi agnoscebant singularissimum medicum, sed ignorabant & penitùs modum. Medici humani est intendere, ac fatagere salutis, plagas curando congruentibus pharmacis; non plagas plagis, nec vulnera medicamine vulneris: Christusque



*Toxicum convertit in pharmacum.*

que suspensus ab illis in stipite crucis, cognoscetur uti medicus cœlestis; quia vulnera inflicta per serpentem hominibus, delebit à natura proprijs vulneribus. Vulnera illius ex vulneribus hominis: vulnera hominis ex veneno serpentis. In cruce videnda medicina singularis, & etiam per medicamen conditio auctoris: siquidem quod fecit serpentis toxicum; ne vulnera essent, instruxit alexipharmacum. Doloribus proprijs levavit dolores, amaritudine hominum amaritudines: unde medici claruit in stipite magnitudo; quoniam vulneribus fecit medicamina ex veneno. Seipsum tradere in mortem pro morte peccati & pro hominis morte; vere insigne, & vere cœlestis medici. *Tunc cognoscetis, quia ego sum*: etenim ut avertat ab ægrotantibus intimam diuturnam plagam; medicus ipse se tradet in medicinam. Ideo vocat exaltationem, propudiosam illatenùs crucem. *Cùm exaltaveritis, cognoscetis*: siquidem nulla potest amplior cognosci dilectionis exaltatio; quam immortalem mori pro morituro. Tunc cognoscetur quanta charitas, cùm intenderit prævalere crudelitas: quippe summa cognoscitur, dum medicus indebitè moritur, ne morituros vulnere accepto, moriatur.

Ibid.

*Et pro morituro moritur, ut præstet summa dilectio.*

17 Hæc medici summa dilectio, & sine excusatione nostri cordis accusatio. Cognoscimus quis est, quid fecit; & amor in pectore tot ignibus languet: imò ingrate respondet, cum eximias amoris demonstrationes videat, & cognoscens gratis factas, magis negligat.

*Morte pia Dominus, mihi mortuus, ut sibi vivam,*
*Et merear semper viventis vivere vitam;*
*Condemnatus obijt, nos ut discernat iniquis.*

Paulio.

Ait Paulinus ubi supr. Quid nos tantis bonis? Induratur cor in medio pectoris. Amorem agnoscit, & quo magis allicitur, indurescit. De Anaxarete fictum, despexisse Iphim, eius amore suspensum: igitur dum vivus ambiret, ambiens mulceret, atque dilectam requireret diligentem, nam totis ossibus perceperat ignem; illa

Fab. Iphis.

*Spernit & irridet, fatisque immittibus addit*
*Verba superba ferox, & spe quoque frustrat amantem.*

Ovid.

Ultima sunt tentata, ut sciret quod moriebatur pro illa; an mereretur saltè amoris recordationem, recensendo inter obsequia, eius amore morientem. Frustratum est dilectionis ingenium, igitur obsequium conversum est in fastidium: quandoquidem illa obriguit, quia demonstrationis tæduit.

*Ingratitudo figurata per saxum.*

*Vixq; bene impositum lecto prospexerat Iphim.*

*Diriguere oculi, calidusque è corpore sanguis,*
*Inducto pallore fugit: conataque retrò* Idem.
*Ferre pedes, hæsit: conata avertere vultus,*
*Hoc quoque non potuit: paulatimque occupat artus*
*Quod fuit in duro iam pridem corpore saxum.*

Canit Ovidius lib. 14. *Metam.* Fab. 17.

18 Huiusmodi fabulæ patent non fictæ, dum ingratitudo hæret ita hominum cordis igitur hoc claret perversitate ad oculum, quod fuerat & est duro iam corpore saxum. Licèt totum conveniat singulari Dei dilectæ Synagogæ (quæ iam saxea, quippe morte Amalij non commota, dum petræ scissæ Conditoris morte; & expectet redemptionem, cùm vel Ipse frustravit amantem; atque in peccati pœnam, in quem transfixit, aspexit; & attonita obriguit,

*Synagoga ingratissima.*

——— *Conataque retrò*
*Ferre pedes, hæsit; conata avertere vultus,*
*Hoc quoque non potuit:*

Ut respiceret in faciem Christi sui, & velit & nolit, ut confunderetur, vel ut respiceret) animæ cuiuslibet peccatoris aptatur, ubi Christi passione ad meliora non movetur. Cum clamore valido & lachrymis vocat de cruce Dominus, sed rigescit pectus. Allicit cor, & demulcentem fugit: ostendit vulnera, & charitatem despicit: videt pro illo tradidisse vitam, & proterit pro voluptate innocentiam: contemplatur immeritum pati, ut salvaret reum; & adhuc adhuc fovet pectore delictum. Haud cor habet: si haberet, conversum utique in lapidem: quandoquidem non commovetur concussum in pœnitudinem; dum dilectum pro illo videt è cruce pendentem. Etiam saxa lachrymantur facta in fontes aquarum, & obturantur cordis duritiæ largi fontes oculorum. Christus ita profusus in amorem, & cor ita amplectens iniquitatem! Ille tot passus pro homine digno supplicio, & pro se nil facit homo! Christus, ut homo è catenis liberetur, vel crucem patitur; & homo quotidie vinculis criminum barathrum usque constringitur! Christus, ne vulneretur homo, vulneratus à planta pedis usque ad verticem capitis, & homo impavidè sequitur mala, ut multiplicet vulnera! Sanguine Christi *cor lapideum* factum *carneum*; & ingratitudine, quod iam carneum convertitur in lapideum: igitur si, ex lapidibus suscitaturus filios Abrahæ, pependit in cruce; qui iam homines, duritia cordium converterunt in lapides. *Homo & homo*: Scripturæ phrasis est, & studiosè geminatio fit: siquidem dum cordi humano accedit obstinatio, in homi-

*Lapides sanè cor, videns Christi in cruce pendentem, immotum ad pœnitudinem.* Ezech. 36. 26.

Psal. 86. 5.

*Homo obstinatus non homo, sed dæmon.*

mine minimè invenitur homo: cùm per malitiosam in malis inductionem, qui natus homo converteretur in dæmonem. Cuius animum non franget, dum homo in cruce moriturus pendet? Quid si innocens? Quid si pro alio moritur, ut non innocens servetur? Est qui possit resistere tanto amori? Adhuc in arctiora amor procedit pro nobis immeritò crucifixi: igitur quod pro omnibus fecit, si fuisset opus, pro unoquoque faceret.

Galat. 2. 20.

19 Audiatur Paulus: *In fide vivo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.* In fide eius qui Paulum dilexit, vivit. Quare non dicit in lege? Fidem sequuntur opera, iuxta præcepta; quoniam alias esset mortua: & intelligitur vivere iuxta legem, qui Iesu Christi profitetur fidem. O tempora! O mores! Christiani multi fide vocantur, & non sunt: igitur vivunt Christi conculcantes legem, quasi non haberent fidem. Idco addit: *Non abijcio gratiam Dei.* Idest, subdit Augustinus: *Non irritam facio*: quippe frustrat abijciendo fidem, quisquis cognita fide proterit legem. Gratia fuit & summa, fide illuminare intellectionem, qua nos Deus in suum vocavit admirabile lumen: & gratiam ex abrupto abijcit, qui fidei operibus non respondet; quoniam haud facile creditur credere, quicumque studet fidei operibus contradicere. Ipsa fides in opera influit, ut homo contra se pugnet; quin in rationem dominium voluptati concedat, sed si indultum, ab errore resipiscat. In peccatis nihilominùs homo persistit, quin agnoscat quod cognoscit; & projicit summo discrimine gratiam, dum remittit suscipere pœnitentiam: etenim si dum adhuc vacat, vacat, & se peccator, proiectâ gratiâ in sanam mentem non revocat; clausa obstinato pectori divinæ clementiæ ianua, non respondisse gratiæ videbitur, quanta pœna.

Vera v. August.

*Fides probatur operibus.*

*Non respondere gratiæ, est acrius tormenta sentire.*

20 *In fide vivo* (ait) *filij Dei, qui dilexit me*: etenim vel ipsi rationi grave, diligentem cognoscere, & diligentis fidei non respondere. Amor conciliat amorem: & est rationis cruciamen, cognoscere obsequium, & persolvere ut odium. *Dilexit me.* O charitas divina! *Dilexit me*, quasi propria interesset, & non mea. *Dilexit*, & *pro me* in mortem crucis *semetipsum tradidit*; ut exhibitio tanti operis astruere excellentiam charisatis. *Pro me semetipsum tradidit*; quasi non me, sed illum oporteret. *Semetipsum pro me.* Quis ego? Quis ille? Ego infelix homo, venundatus sub peccato: ille habitabat in cœlo. Ille offensus, ego verò offendens illum. Quis legem det amantibus? Cogitat amor quòd lex sine lege sit; dum ille, qui tantus, tradidit semetipsum & pro me: siquidem ius erat, me peccatorem pro crimine crucifigi; & ille cruce pependit pro peccatore. Pro peccatore. O centrum gratiæ! Pro me: in amore haud cogitabile plus: igitur in charitatis obsequium, tradidit semetipsum crucifigi, pro maximo peccatorum. Par est, quòd vivat Paulus, per quem tantùm vivit, Christo; dum Christus diligens tanta perpessus pro Paulo.

*Amor Christiu peccatores quantus!*

*Humilitas fauli & confusio ex gratiis Christi.*

21 Pro Paulo? Ita asserit: *Tradidit semetipsum pro me.* Pro omnibus sanè facta in cruce redemptio: quomodò tantùm pro Paulo? An quia quæ alijs collata, eius charitas næ propria ac bicratur beneficia, ut gratitudine pro hominibus, dum ille dilecto, dilectus non sit tantùm illi, sed omnibus? Alciorem Christi charitatem demonstrat, ubi quod commune cunctis, beneficium sibi arrogat. Cunctos Christus dilexit, & tradit in crucem semetipsum pro cunctis: Paulusque quasi solus esset ex hominibus tanto labore redemptus, asserit, quòd pro se suspensus è cruce Christus; quoniam ut Paulus salvaretur, si oporteret, semetipsum dumtaxat pro Paulo traderet.

*Passiones Christi pro se tantùm, debet cognitare quilibet.*

22 Innuit proximus passioni, augustum instituens Sacramentum Eucharistiæ. *Hic est* (ait) *sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur.* Apud Lucam ergo legitur: *Pro vobis.* Hoc singulare in vehementissimo amore, illud autem generi humano commune. Quo igitur pacto adstringere conatur universali gratia, discipulorum singularia corda; ut sanguis pretiosior tradatur lytrum pro illis, quando funditur pro multis? Exprimit Assertor, quid facit, & quid faceret pro salute hominis, in lenocinium charitatis pectoris: sanguis & mors crucis captivitatis est pretium, atque Golgotha eximij amoris theatrum: unde *sanguis meus*, qui profunditur *pro multis* quasi inter illos non recensiti, recensiti præ illis) effunderetur *pro vobis*; quippe tantum desiderium inest cordi, pro hominis ingratissimi salute; ut quicquid pro libertate cunctorum hominum, amor paratus sit tantùm pro unoquoque vestrum. Hinc Legislator gloriosus Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 4. instr. 21. commendat: *Nihil amori Christi præponere*: iurè quidem, dum se pro nobis posuit, ubi cruci semetipsum tradidit; ut iam minimè vivamus, nisi cui & per quem vivimus: igitur nos à morte liberaret, nostram mortem liberrimè suscepit.

Matth. 14. 24. Luc. 22. 20.

*Amor eius pro quolibet facere, quod pro omnibus fecit.*

*Amor exigit amorem.*

S. Bern.





## DIDASCALIA IV.

### *Amor solus sibi sufficit.*

Bernard.

1 Asserit Mellifluus Doctor. lib. 3. de *Amor. Dei* cap. 2. Præceps est, vehemens, flagrans, præter se nihil cogitare sinit: fastidit extera, contemnit omnia, confundit ordines, pervertit leges, usum dissimulat, modum ignorat: donat libertatem, pellit timorem, onus non sentit, meritum haud quærit, præmia non videt; & tamen urget. Non irritatur, omnia suffert, omnia credit, omnia sustinet, sed summa charitas, dum alius intendit quæ sua sunt; quia benigna, impatiens est. Ideo aliger pingitur Amor, quippe operi promptus, & non expectat operatorum manus.

*Amor non patitur moras.*

Senec.

*Odit verus amor nec patitur, moras,*
*Munus dum properat cernere.*

Ait Seneca in *Hercul. furent.* Act. 2. v. 587. In Abrahæ sactificio intendebatur & amor, & eximij amoris demonstratio: ideo dicitur, filium in victimam per servos non tollas, sed *Tolle tu*; ut oblatio per te amoris insigne sit: etenim in cordis demonstrationem, amor despicit rivalem. Nil habet magnum, si quærit ad demonstrationem socium, quoniam ut substantialis, atque nobilis sit, subsistere debet magnitudine per se.

Genes. 22. 2.

*Operatur per se.*

2 Quid de Amore per essentiam dicat, qui summum novit amorem, ut in eius suavissimam ducamur legem, volupe audiamus. *Si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos*: dixit discipulis, de absentia mœstis, cœlestis Magister, & ad ingressum passionis. Spiritus Sanctus non veniet, si in cœlum filius non abit? Cur non veniet, ut linguis ignitis dicatur summi demonstratio amoris? Christus erat radius Patris, Spiritus Sanctus amor essentialis utrinque. Si cum Christus esset in hoc infimo mundo, veniret Spiritus Sanctus; esset iam ratio, sive causa potissima adventus: & in amore lucet demonstratio eximia, cùm non detur ad amandum nulla causa. Unde nisi abierit ad cœlera Christus, nullo modo veniet è cœlo Spiritus Sanctus: etenim cum Christus sit ratio, & in Spiritu Sancto summi amoris denotetur expressio; Christo necdum ad cœlos assumpto, amor qui summus, non veniet: igitur iam esset causa, cur tunc in mundum veniret. Hispan. *Como en Christo se expressa la razon, no vendrá el amor, si ay razon para venir.* Ideo mittet è cœlo, si in cœlum abit: siquidem illo absente, ut in cœlestia tolleret hominum corda; non micabat in mundo nec levis causa.

Ioann. 16. 7.

*Amor exigit finem sine causa.*

3 *Si non abiero Paraclitus non veniet.* idest, *Ac si apertè diceretur* (subdit Gregorius Magnus lib. 2. *Dialog.* cap. 38.) *si tempus non subtraho, quid sit amor Spiritus non ostendo.* Non cuiuslibet amoris, sed summi, cum abiero, clarebit natura; quippe summus patet, dum subsistit in absentia. Me stante in mundo, cognoscetur amor, caterum non amor summus, qui quidem est Spiritus Sanctus. Datur, præsente me, mei erga vos amoris demonstratio; verùm quid sit amor Spiritus non ostendo. Amor Spiritus Sancti est summus amor, uti personalis notio, & proprietas characteristica. Ad huius ostentationem Christi est necessaria absentia? Utique. Amare dum causa est, amor est, sed limitatus: amare sine causa, est amor summus: & quid amor Spiritus non ostendo, si mundum non derelinquo: siquidem iam erit causa, cur veniat; cùm summus, ut sit summus, causam non habeat. Quid sit Divini Spiritus amor vobis ostendam; cùm remotus à vobis, de cœlo mittam: excellentia constabit, dum ille, absente me, venerit: etenim cùm propter absentiam meam, non habeat ut descendat nullam causam; quia causam non habet, profectò in hunc mundum veniet: igitur causa in summo amore potissima, quòd ad eius adventum nulla sit causa. Vernaculè, vividè: *No aver en el mundo en que fundar la razon, será la mayor razon, que tenga para venir.* Hæc est summa dilectio: verum Didascaliæ proposito.

Gregor. Magn.

*Et in absentia.*

*In summo amore potissima causa, nulla.*

4 *Si enim non abiero, Paraclitus non veniet.* Opponitur præsentia maiestatis? Nullo modo. Fit tantùm in excellentiam amoris. Filius est Patris sapientia. Si veniret Spiritus Sanctus, dum sapientia in mundo esset, sapientia amorem hominibus explicaret: & non veniet, quandiù in hoc imo sim orbe: igitur amor non eget interprete. Per se sanè patam fit, & operatur per se; cùm ut exprimat pectoris flammas, ingenio proprio convertatur in linguas. In linguis apparet, ut operationem immediatam sibi vendicet: etenim vel summus non videretur amor indebito culmine, sine gratiarum cœlestium immediata operatione.

*Amor per se operatur.*

5 Amoris utique summa est operatio immediata, aliàs vocatur frigidus ignis, vel si totus exardescat flammis.

*Aliter frigidus ignis.*

*Ignis Amor si sit, frigidus ignis amor.*

Canit Ovvenus *lib.* 1. *Epigram.* 26. Ignis fatuus est, quippe pectus exprimit fatuitatem, ubi sine operatione profitetur dilectio-

Ovven.

*Homo obstinatus non homo, sed dæmon.*

mine minimè invenitur homo: cùm per malitiosam in malis inductionem, qui natus homo converteretur in dæmonem. Cuius animum non franget, dum homo in cruce moriturus pendet? Quid si innocens? Quid si pro alio moritur, ut non innocens servetur? Est qui possit resistere tanto amori? Adhuc in arctiora amor procedit pro nobis immeritò crucifixi: igitur quod pro omnibus fecit, si fuisset opus, pro unoquoque faceret.

Galat. 2. 20.

19 Audiatur Paulus: *In fide vivo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.* In fide eius qui Paulum dilexit, vivit. Quare non dicit in lege? Fidem sequuntur opera, iuxta præcepta; quoniam alias esset mortua: & intelligitur vivere iuxta legem, qui Iesu Christi profitetur fidem. O tempora! O mores! Christiani multi fide vocantur, & non sunt: igitur vivunt Christi conculcantes legem, quasi non haberent fidem. Idco addit: *Non abijcio gratiam Dei.* Idest, subdit Augustinus: *Non irritam facio*: quippe frustrat abijciendo fidem, quisquis cognita fide proterit legem. Gratia fuit & summa, fide illuminare intellectionem, qua nos Deus in suum vocavit admirabile lumen: & gratiam ex abrupto abijcit, qui fidei operibus non respondet; quoniam haud facile creditur credere, quicumque studet fidei operibus contradicere. Ipsa fides in opera influit, ut homo contra se pugnet; quin in rationem dominium voluptati concedat, sed si indultum, ab errore resipiscat. In peccatis nihilominùs homo persistit, quin agnoscat quod cognoscit; & projicit summo discrimine gratiam, dum remittit suscipere pœnitentiam: etenim si dum adhuc vacat, vacat, & se peccator, proiectâ gratiâ in sanam mentem non revocat; clausa obstinato pectori divinæ clementiæ ianua, non respondisse gratiæ videbitur, quanta pœna.

Vera v. August.

*Fides probatur operibus.*

*Non respondere gratiæ, est acrius tormenta sentire.*

20 *In fide vivo* (ait) *filij Dei, qui dilexit me*: etenim vel ipsi rationi grave, diligentem cognoscere, & diligentis fidei non respondere. Amor conciliat amorem: & est rationis cruciamen, cognoscere obsequium, & persolvere ut odium. *Dilexit me.* O charitas divina! *Dilexit me*, quasi propria interesset, & non mea. *Dilexit*, & *pro me* in mortem crucis *semetipsum tradidit*; ut exhibitio tanti operis astruere excellentiam charisatis. *Pro me semetipsum tradidit*; quasi non me, sed illum oporteret. *Semetipsum pro me.* Quis ego? Quis ille? Ego infelix homo, venundatus sub peccato: ille habitabat in cœlo. Ille offensus, ego verò offendens illum. Quis legem det amantibus? Cogitat amor quòd lex sine lege sit; dum ille, qui tantus, tradidit semetipsum & pro me: siquidem ius erat, me peccatorem pro crimine crucifigi; & ille cruce pependit pro peccatore. Pro peccatore. O centrum gratiæ! Pro me: in amore haud cogitabile plus: igitur in charitatis obsequium, tradidit semetipsum crucifigi, pro maximo peccatorum. Par est, quòd vivat Paulus, per quem tantùm vivit, Christo; dum Christus diligens tanta perpessus pro Paulo.

*Amor Christiu peccatores quantus!*

*Humilitas fauli & confusio ex gratiis Christi.*

21 Pro Paulo? Ita asserit: *Tradidit semetipsum pro me.* Pro omnibus sanè facta in cruce redemptio: quomodò tantùm pro Paulo? An quia quæ alijs collata, eius charitas næ propria ac bicratur beneficia, ut gratitudine pro hominibus, dum ille dilecto, dilectus non sit tantùm illi, sed omnibus? Alciorem Christi charitatem demonstrat, ubi quod commune cunctis, beneficium sibi arrogat. Cunctos Christus dilexit, & tradit in crucem semetipsum pro cunctis: Paulusque quasi solus esset ex hominibus tanto labore redemptus, asserit, quòd pro se suspensus è cruce Christus; quoniam ut Paulus salvaretur, si oporteret, semetipsum dumtaxat pro Paulo traderet.

*Passiones Christi pro se tantùm, debet cognitare quilibet.*

22 Innuit proximus passioni, augustum instituens Sacramentum Eucharistiæ. *Hic est* (ait) *sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur.* Apud Lucam ergo legitur: *Pro vobis.* Hoc singulare in vehementissimo amore, illud autem generi humano commune. Quo igitur pacto adstringere conatur universali gratia, discipulorum singularia corda; ut sanguis pretiosior tradatur lytrum pro illis, quando funditur pro multis? Exprimit Assertor, quid facit, & quid faceret pro salute hominis, in lenocinium charitatis pectoris: sanguis & mors crucis captivitatis est pretium, atque Golgotha eximij amoris theatrum: unde *sanguis meus*, qui profunditur *pro multis* quasi inter illos non recensiti, recensiti præ illis) effunderetur *pro vobis*; quippe tantum desiderium inest cordi, pro hominis ingratissimi salute; ut quicquid pro libertate cunctorum hominum, amor paratus sit tantùm pro unoquoque vestrum. Hinc Legislator gloriosus Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 4. instr. 21. commendat: *Nihil amori Christi præponere*: iurè quidem, dum se pro nobis posuit, ubi cruci semetipsum tradidit; ut iam minimè vivamus, nisi cui & per quem vivimus: igitur nos à morte liberaret, nostram mortem liberrimè suscepit.

Matth. 14. 24. Luc. 22. 20.

*Amor eius pro quolibet facere, quod pro omnibus fecit.*

*Amor exigit amorem.*

S. Bern.





## DIDASCALIA IV.

### *Amor solus sibi sufficit.*

Bernard.

1 Asserit Mellifluus Doctor. lib. 3. de *Amor. Dei* cap. 2. Præceps est, vehemens, flagrans, præter se nihil cogitare sinit: fastidit extera, contemnit omnia, confundit ordines, pervertit leges, usum dissimulat, modum ignorat: donat libertatem, pellit timorem, onus non sentit, meritum haud quærit, præmia non videt; & tamen urget. Non irritatur, omnia suffert, omnia credit, omnia sustinet, sed summa charitas, dum alius intendit quæ sua sunt; quia benigna, impatiens est. Ideo aliger pingitur Amor, quippe operi promptus, & non expectat operatorum manus.

*Amor non patitur moras.*

Senec.

*Odit verus amor nec patitur, moras,*
*Munus dum properat cernere.*

Ait Seneca in *Hercul. furent.* Act. 2. v. 587. In Abrahæ sactificio intendebatur & amor, & eximij amoris demonstratio: ideo dicitur, filium in victimam per servos non tollas, sed *Tolle tu*; ut oblatio per te amoris insigne sit: etenim in cordis demonstrationem, amor despicit rivalem. Nil habet magnum, si quærit ad demonstrationem socium, quoniam ut substantialis, atque nobilis sit, subsistere debet magnitudine per se.

Genes. 22. 2.

*Operatur per se.*

2 Quid de Amore per essentiam dicat, qui summum novit amorem, ut in eius suavissimam ducamur legem, volupe audiamus. *Si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos*: dixit discipulis, de absentia mœstis, cœlestis Magister, & ad ingressum passionis. Spiritus Sanctus non veniet, si in cœlum filius non abit? Cur non veniet, ut linguis ignitis dicatur summi demonstratio amoris? Christus erat radius Patris, Spiritus Sanctus amor essentialis utrinque. Si cum Christus esset in hoc infimo mundo, veniret Spiritus Sanctus; esset iam ratio, sive causa potissima adventus: & in amore lucet demonstratio eximia, cùm non detur ad amandum nulla causa. Unde nisi abierit ad cœlera Christus, nullo modo veniet è cœlo Spiritus Sanctus: etenim cum Christus sit ratio, & in Spiritu Sancto summi amoris denotetur expressio; Christo necdum ad cœlos assumpto, amor qui summus, non veniet: igitur iam esset causa, cur tunc in mundum veniret. Hispan. *Como en Christo se expressa la razon, no vendrá el amor, si ay razon para venir.* Ideo mittet è cœlo, si in cœlum abit: siquidem illo absente, ut in cœlestia tolleret hominum corda; non micabat in mundo nec levis causa.

Ioann. 16. 7.

*Amor exigit finem sine causa.*

3 *Si non abiero Paraclitus non veniet.* idest, *Ac si apertè diceretur* (subdit Gregorius Magnus lib. 2. *Dialog.* cap. 38.) *si tempus non subtraho, quid sit amor Spiritus non ostendo.* Non cuiuslibet amoris, sed summi, cum abiero, clarebit natura; quippe summus patet, dum subsistit in absentia. Me stante in mundo, cognoscetur amor, caterum non amor summus, qui quidem est Spiritus Sanctus. Datur, præsente me, mei erga vos amoris demonstratio; verùm quid sit amor Spiritus non ostendo. Amor Spiritus Sancti est summus amor, uti personalis notio, & proprietas characteristica. Ad huius ostentationem Christi est necessaria absentia? Utique. Amare dum causa est, amor est, sed limitatus: amare sine causa, est amor summus: & quid amor Spiritus non ostendo, si mundum non derelinquo: siquidem iam erit causa, cur veniat; cùm summus, ut sit summus, causam non habeat. Quid sit Divini Spiritus amor vobis ostendam; cùm remotus à vobis, de cœlo mittam: excellentia constabit, dum ille, absente me, venerit: etenim cùm propter absentiam meam, non habeat ut descendat nullam causam; quia causam non habet, profectò in hunc mundum veniet: igitur causa in summo amore potissima, quòd ad eius adventum nulla sit causa. Vernaculè, vividè: *No aver en el mundo en que fundar la razon, será la mayor razon, que tenga para venir.* Hæc est summa dilectio: verum Didascaliæ proposito.

Gregor. Magn.

*Et in absentia.*

*In summo amore potissima causa, nulla.*

4 *Si enim non abiero, Paraclitus non veniet.* Opponitur præsentia maiestatis? Nullo modo. Fit tantùm in excellentiam amoris. Filius est Patris sapientia. Si veniret Spiritus Sanctus, dum sapientia in mundo esset, sapientia amorem hominibus explicaret: & non veniet, quandiù in hoc imo sim orbe: igitur amor non eget interprete. Per se sanè patam fit, & operatur per se; cùm ut exprimat pectoris flammas, ingenio proprio convertatur in linguas. In linguis apparet, ut operationem immediatam sibi vendicet: etenim vel summus non videretur amor indebito culmine, sine gratiarum cœlestium immediata operatione.

*Amor per se operatur.*

5 Amoris utique summa est operatio immediata, aliàs vocatur frigidus ignis, vel si totus exardescat flammis.

*Aliter frigidus ignis.*

*Ignis Amor si sit, frigidus ignis amor.*

Canit Ovvenus *lib.* 1. *Epigram.* 26. Ignis fatuus est, quippe pectus exprimit fatuitatem, ubi sine operatione profitetur dilectio-

Ovven.

ctionem. Ille non ardet, & lucet; amor verò sine operatione non lucet, ut resplendeat; licèt ardeat. Si amor, qui in corde, ignem extendit ad manus, non est, qui se abscondat à calore eius. Ideo ignem Dominus venit mittere in terram, ut operationibus conciperet flammam. Quare, ut eius pateret insignis dilectio, Centurioni dixit: *Ego veniam & curabo.* Matth. 8. 7. Discipulis: *Vado ut à somno excitem* Lazarum; Ioann. 11. 11. Et ibid. v. 34. ut amor astrueretur actione; illi dicitur in blandimen: *Veni & vide.* Poterat enim potestas mirabilia facere; sed alia est causa potestatis & alia amoris, qui quidem in operatione immediata collocat iure dilectionis stemma. Hinc Spiritus Sanctus in terras non descenderet, ni Christus cœlos abiret: siquidem cum operatio immediata sit amoris singularior excellentia; si quod amor facturus, sapientia faceret, quid esset amor Spiritus non ostenderet.

*Fides sine operibus mortua.*

*Amoris excellentia in operatione immediata.*

6 Perpende mysteriosa omninò verba Christi, de huiusmodi nobilissimo amore. Non veniet, nisi abeam: sed cùm venerit, *Ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcumque dixero vobis.* Si amor docet, discipulus faciliùs altiora discet; cùm illa maximè quæ naturæ dissona, & rationi consona, promptiùs edoceantur amore, quàm legis præscriptæ severitate. *Ille docebit omnia*, cuius amor substantia: igitur qui scit amare, sapit; quippe omnia in Dei dilectione intelligit, cùm in huiusmodi scientia sint simul omnia. *Ille vos docebit omnia.* Si amor docet, sapientia non docebit? Si interpretatur amor sapientiam, sapientia non dicet amorem? Non: igitur amor haud esset magnus, nec amor, ni operaretur per se.

Ioann. 14. 26.

*Aptiùs docet scientia amoris, quàm se veritas tegit.*

*Amor per se loquitur.*

7 Clariùs dicitur in secunda periodo: *Ille vobis suggeret, quæcumque dixero vobis.* Si sapientia Patris dicet, cur per se quæ dixerit, non loquetur; sed per Spiritum amoris, sapientiæ interpretis? An quia dona cœlestis dilectionis solùm ab his qui amorem experiuntur, dici possunt? An quia solus amor divinus sufficit eloqui, quæ erga homines fecit amor Christi? Solus igitur amor dicere potest, quæ facit amor: unde cùm eius insigne sit, quòd operetur per se; ille tantummodò suggeret, quæque sapientia dixerit: etenim ampliorem acciperent excellentiam, quinqui amori operationem sustinerent immediatam. Amor potest ostendere linguis & mutis rationem; sed ratio nequit vocibus exprimere voluntatem: quippe dedecorat dilectionis obsequium, si amor accipit ad eius demonstrationes ministrum. *Faciamus*, dixit Petrus, *hic tria tabernacula* &c. Evanuit amoris nota. Dixit, quæ affectus in linguam populi; sed *nesciens* in dilectionis commendationem *quid diceret*: etenim fervidi amoris dedecus, dum ad operationem invitat socios.

Ibidem

Matth. 17. 4.

Spiritus Sanctus suggeret quæcumque Salvator discipulis dixerit. Loquetur, sed per amorem loquetur: & non loquitur pro amore, cùm sermo de amore sit; quippe amor maximè summus denuò operatur per se. *Ille suggeret, quæcumque dixero.* Ideo *non veniet, si non abiero.* Si ille veniret, dum vobiscum esset; sapientiæ congrueret interpretari cœlestem amorem: verùm careret operatione immediatâ, in qua tota amoris gloria. Expedit, quòd ego vadam, ut ille veniat: igitur cùm munia faciat, atque perficiat per sesme præsente, Paraclitus, qui amor summus, nequaquàm veniet ad vos.

*Amor immediatè activus.*

8 Inter amoris imagines trunca nulla. Numquam sine manibus Amor, & ferè semper Mercurius: observat Vincent. Chartar. de *Imag. Deor.* in *Mercur.* Est amor activus. Per Mercurium designatur intellectio, seu sapientia, quæ quidem minimè operatur sine amore, licèt habeat pœnas, ut denotetur cognitionis velocitas: sed manus apponuntur alis Cupidinis, ut constet firmidine immediatæ actuositatis: igitur quæcumque vult, operatur velociter, & per se. Amor sine manibus non esset amor, quippe sine operatione non esset. Semper irrequietus instar ignis.

Vincen Charr.

*Amor numquàm sine manibus.*

*In nulla sede moratur.*

Ovid. Vat.

Sine manibus egeret alieno auxilio, & esset manca dilectio; quandoquidem operatione immediatâ, Amoris agnoscitur operatio.

*Et per se*

9 In flamma rubi, seu in throno flammæ, qua servabatur frutex Phœnix florens, & inter ignis globos salamandra vegetabilis (floride cecinit Sedulius lib. 1. *Carm.* v. 127.) Moysi Dominus occurrit:

*Ignibus innocuis flagrans apparuit olim,*
*Non ardens ardore rubus, nec iuncta calori*
*Materies alimenta dabat, nec torrida vivens*
*Sensit damna frutex, sed amici fomitis æstu*
*Frondea blanditiæ lambebant robora flammæ.*

Sedul.

Ita ergo apparuit Dominus in flamma ignis de medio rubi: dixitque Moysi: *Sciens dolorem* populi *descendi, ut liberem eum de manibus Ægyptiorum.* Haud studebit dolorum levamini, qui oblitus populi: & scit Dominus ex his quæ non passus est; quippe dilectorum vulnera iudicat propria.

Exod. 3. 8.

*Qui*



*Qui sancta pericula semper*
*Suscepit, & pœnas alieno in corpore sentit.*

Ib. v. 2.

Canit qui supr. lib. 2. v. 135.

*Descendi* è cœlo, consulens ita pectori afflictionibus attrito; & throni exaltavi maiestatem, simulatque descendi ut à populo removerem afflictionem: tùm quia ex cœlestibus, solium positum in cordibus: tùm quia præstat in throno maiestatis culmen, propter commodum subditorum relinquere maiestatem. *Descendi, ut liberarem eum de manibus Ægyptiorum.* Non poterat liberare, quin descenderet? Poterat, sed tunc enixe dilectione consulebat: & nequaquàm pulchrè amori consuleret, si ipse è cœlis non descenderet.

*Stemma maiestatis fuit arrectæ affixi.*

Ovid.

*Non benè conveniunt, nec in una sede morantur*
*Maiestas & amor.*

Succinit Ovid. lib. 2. *Metam.* Fab. 13. Maiestas respicit potestatem, amor verò operationem: & descendit, ut liberet, qui quibat liberare, quin descenderet; quoniam haud præclarè tanto responderet amori, ni per seipsum operaretur in munere. Voluit exprimere in descensu de cœlis, quid & quantum urgeret virtus amoris; igitur cùm operatio immediata designet in pectore dilectionem, & operatio sola potestatem, quæ maiestatem constituit; ipse per se in populi afflictione descendit: quasi amplior maiestas inesset in operatione dilectionis, quàm in summa potestate maiestatis. Ideo, ni fallor, cùm ut liberet, de cœlo descendit; in flamma, quæ amoris emblema, throno constituit: igitur innotescebat quanta urgentia flammæ dilectionis in pectore; in ipsamet amoris immediata actuositate.

10 *Apparuit Dominus in flamma ignis de medio rubi.* Quænam ex divinis personis hic apparuit, vel cuiusnam divinæ personæ Angelus apparens vices gesit; inquirit Sanctus Augustinus libr. 2. de *Trinit.* cap. 13. Ego autem si in re tanta sententiam inferre possem, Spiritus Sancti subdelegationem minimè cogitarem: cui acumini videtur suffragari Augustinus dicens ib. *Spiritum Sanctum alicubi Angelum dictum non recolam.* Quare ergo si nota amoris flamma, & Spiritus amor est, cuius alæ, alæ ignis, nequit Angelus in rubo ardente personam exprimere amoris? Constabit ex opere. Descendit; ut liberaret populum laboribus diris pressum; sed Moysen elegit in libertatis ministrum. *Descendi, ut liberem*, ait: *Sed veni, & mittam te ad Pharaonem, ut educas populum filios Israel de Ægypto.* Propter amorem & libertatem populi relinquit

Ib. v. 10

Sedul.

Augustin.

*Tom. II. Taut.*

thronum; & in expeditione ægrè non fert alterius ministerium? Non representat Angelas summum amorem, nec amoris vehementis proprietatem: igitur illius est exitus, cuius fuit gratiæ conatus: & cui per se operari congruit (amoris insigne) interventu ministri deficeret ab amore. Cognoscitur amor pectoris per pulsum operationis: qui nequibat esse summus, non habens ad opus manus. Haud credit alicui demonstrationem pectoris, qui intendit in insigne demonstrationis.

*Non dat cor amorem magnum, alicui ministrio.*

11 Duo Seraphim stabant coram Domino exercituum, cùm sederet super solium excelsum & elevatum. Querulus tunc gemebat Isaias, quem actutùm levavit plena charitas. Igne tetigit unus de Seraphim labia; ecce charitas plena, cùm defectum nesciret, nisi quem tetigit: igitur faciliùs auferetur impedimentum, si nullus præter correptum sentit supplicium. *Væ mihi*: exclamavit Evangelicus Vates, & in medicinam subdit: *Volavit ad me unus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari.* Quare non forcipe ori calculum applicat, quem ignitum de altari forcipe tulerat? Si forcipe accedit in foculum; cur assumit, ut applicet, manu calculum? Facile responderet in creditis falsa fides, quippe in pluribus ministris minimè distinguuntur manus & forcipes. Verùm delicemus textus difficultatem in amoris insignis commendationem. Seraph iterè dicitur amoris plenitudo: & iuxta nomen fidei, dilectionis rutilavit operatio. Actuositas amoris est: agere per ministrum, non est plenissimi amoris. Ut amore utcumque satisfiat, sufficit beneficium; esto interveniat alicuius ministerium: sed cùm lex vehementis amoris sit, quòd in opere quolibet ipse operetur per se; projecit è manu instrumentum forcipem; ut exprimeret in gratia dilectionis plenitudinem.

Isai. 6. 6.

*Singularis fidelis inter diffonantes.*

*In medio favoris stat plenitudo charitatis.*

12 Unus de Seraphim volavit, sed quis hic unus? N. Lauretus duos Seraphim intelligit Filium & Spiritum Sanctum. Ita in *Silv. Alleg.* verb. *Seraph.* Stabant, verùm unus qui volavit, Spiritum Sanctum, vivide in opere expressit: igitur projicere in fide amoris quodlibet instrumentum, indicat sanè & amorem & summùm; cùm per immediatam propriam operationem, depromat ignis charitatis magnitudinem. *Abba Pater*: exclamavit Christus; dum pateretur in specie diræ passionis cruciatus. Ad quid geminat paternum nomen, dum petit in afflictione levamen? Pater nequit esse non pater: & iterat vocem quasi non esset

Lauret.

*Et tàm cessus dilectionis.*

Marc. 14. 36.

possit ? Utique. Pater nomen amoris est, Amor cognoscitur, dum per se operatur : & promit semel & iterum filius afflictus nomen paternum, ne mittat de cœlis in afflictione ministrum : siquidem quod videtur solatium, est tormentum.

Luc. 22. 43. 13 Perpende quidem : *Apparuit illi Angelus de cœlo, confortans eum ; & factus in agonia.* Non quia factus in agonia, apparuit confortans Angelus ; sed quia apparuit Angelus Christum confortans in acriore pœna, dignatus apparitione factus est in agonia. Ex eo tamen ne oritur mœstitudo, aque ex pectoris dilatatione cordis compressio ? Sanè. Christus quærebat in conflictu amorem adiutorem, & invocavit in auxilium Patrem ; qui quidem filio suo non pepercit, ut iustitiæ satisfaret. Amor *Pater* clamabat : iustitia patrem patrem respuebat : & filius magis ac magis amaritudine premitur, dum confortatur ; quoniam operatio designabat patrem amoris oblitum, ubi Angelum mittebat in amoris ministerium. Amor patris vel perdito filio accurrit, ut in patre Prodigi operatio designavit : Pater cœlestis præ amore, vel iustitia repugnante, Angelico ministerio accurrit filio ; tunc que in filio crevit cordis perculsi commotio : igitur cùm amor, alicuius, quàm amantis adhibet ministerium ; vel solatium missum è cœlo, non est solatium, quia missum.

*Amaris solatium per ministrum est tormentis.*

Luc. 15 19. 14 In Politicis, nescio quid habet operatio Superioris, ut conatus nanciscatur propositi læta finis. Constituit discipulos principes Christus Dominus, in apicem illos assumens apostolatus ; & in monte constituit, ut quanta esset dignitas innotesceret. Illos vocavit, elegit, apostolos nominavit ; *& descendens cum illis stetit in loco campestri*, in quo languens expectabat magna hominum turba, descensu concipiens in languores medicamina. Non ubi principes discipulos constituit, cum illis mansit ; sed illicò ubi erant infirmi cum principibus descendit : igitur haud illos elegit, ut starent in cacumine dignitatis ; sed ut descenderent opitulaturi afflictis. Dum homines in præsides eliguntur, elevantur : electi verò Apostoli in ministeria descendunt ; siquidem perpera electio, ubi è dignitate elatio. Descendunt, ut compleant opere, ad quod electi ; & à languoribus liberentur subditi : ut enim in malis efficacior medicina est Superioris præsentia. Ratio suppetit. Si per se operantur, & languores non expellunt ; defectum potestatis, non amoris, subditi vel patientes arbitrantur. Si per alios adhibetur medicina ; etiam obtinentes vota, autumant in præside defectum amoris quasi consulens subditis non amore, sed ratione dignitatis : & simulatque Apostoli in præsides eliguntur, descendunt, & per se tot languidis medicantur : ut constet subditis, illos benignè respicere & dignitate & amore.

*Perpera electio ubi è dignitate elatio.*

*Efficacior medicina est Superioris præsentia.*

15 Mortuus est puer, quem precibus Elisei conceperat Sunamitis. Obriguit dolore mater, frustrato gaudio :

Ovid. *Et (mirùm est potuisse) silet, dolor ora repressit.* Sed illo percita, ut restitueret ad vitam processit ubi erat, per quem acceperat gratiam. Cognovit amaritudinem matris ab illa sæpe fautus Propheta ; & ut suscitaretur puer, servo traditur potestatis virga. Verùm hem ! fraudatur à miraculo in ambitioso ministro. Tulit minister virgam, sed ad iactantiam : & vel potestate evanescunt miracula, si miraculis foveatur vana gloria. Conditio huiusmodi sæpe potestatis indigni ; igitur sibi gratulantur, per quæ habent ratione traditæ potestatis, & non ex meritis. Audivit mater, vitæ pueri avida, & abdivit audita : quippe haud credidit posse filium restitui vitæ, tradita ministro Superioris potestate : etenim diuturnat, allumitur non ut mortui resurgant, sed ut viventes severitate virgæ fato cedant. Ideo tradidit *baculum* & non virgam : quippe licet rectitudo in præside magni fiat ; magis attrahit corda, si curva pro fragilitate virga : igitur citius & aptius subditi ad meliora levantur, si trahuntur.

*Indigni habent potestatem tantùm in ostentationem.*

4. Reg. 4. 19. *Subditi suavitate ducuntur.*

16 Audivit credita ministro compuncta mater, & dixit : *Vivit Dominus, & vivit anima tua, non dimittam te.* Iure petit, sine præsentia Superioris nihil fit. Eadem auctoritas inest baculo, ac ministro utique. Non dubitat de potestate, sed de amore, cùm illa ad illum præ dolore veniret, & ille stans conaretur amaritudinem tollere. De Eliseo egregiè benemerita fœmina ; gratiæ, ius erat quod responderet gratis. *Sedulò* (fatetur ipse) *in omnibus ministrasti* : & grave quidem amori, quòd per se dilecto exhibeat obsequium ; & pro se innecessitate videat sufficì ministrum. Parum amoris expressit, dum servum misit. Licet puer non surgat, nihilominus venit : igitur dubium tunc non erit de amore, sed tantùm de potestate : & quod amor per se non facit, iam impossibile. Hinc *surgens secutus est eam*, ut amorem altrueret per operationem immediatam ; qua mater potiri vota, resurgente puero : igitur si porens utcumque amor, operans per se potentior. Frustrà alium in auditorium quærit, dum sibi vel solus sufficit. Ut cuncta per se operentur.

Ib. v. 30 *Nihil fit in regimine, quiescente præsule.*

Virgo ob tulit infantuli, pro salute hominum.

Vers. 13

*Gravo amore, ut amat non respondeat.*

Vers 30

*Amor operatus per se, potentior*

*Spiritus intus alit.* Virgil.





## DIDASCALIA V.

### *In Circuncisione Christus amorem & voluntatem ostendit.*

Augustin. 1 Ita astruit Augustinus Serm. 23. de *Tempor.* Vix natus nascitur vi. Vix in terra nostra flos de cœlis apparuit, quùm tempus putationis advenit. *Byssus & purpura indumentum eius.* Byssus ex purissima matre.

Prov. 31. 22.

Ovid. *(O Virgo Iove digna!*

Aptius prædicabo, quàm Ovidius de *Io* lib. 1. *Metam.* Fab. 10.

Senec. *O clara genitrix!*

Potiore iure, quàm de Alcidis matre, Tragicus in *Hercul. Oet.* Act. 4. v. 1496.) Byssus ex matris candore, purpura ex prætioso sanguine ; ut qui inter ubera commorabatur dilectus, habitu inventus ut homo, esset specie candidus & rubicundus. Habet ut rutilet verum, hoc in articulo fabula fieta locum.

*Christus sanguine speciosus.*

2 Quia omnia Agamemnoni adversa, ut fierent obsequio singulari secunda ; fit à rege votum, puta ; Dianæ immolandum, quod illo anno nasceretur pulcherrimum. Proh dolor ! nata filia est : & ducitur à genitore in altare ; ut in obsequium Dianæ Iphigenia speciosa caderet vulnere. Signum vulneris in vulnere dumtaxàt factus ; ut immolationis esset signum : igitur ad aras pro Iphigenia speciosa, suffecta cerva. Vide Levin. Torrent. in *Satyr. 3. lib. 2. Horat.* Dionys. Lamb. in *lib. 1. Lucret.* v. 84. & quæ diximus in *Expos. litter.* num. 2. Octavum puer divinus compleverat diem, & tamquàm agnus deputatur ad sanguinem. Placanda erat ita Dei pulchriore hostia, illo in anno in lucem publicam luci hominum natâ : & genitrix offert vulneri circuncisionis infantulum, speciosum forma præ filijs hominum.

Iphigenia faci ficium.

Senec. ep. 1. 2. 2 *Tolle nunc filium tuum* : dicitur Abrahæ, in sacrificium mihi. Ad quid tollitur, si non sacrificatur ? Ut filij amor cognoscatur, quia nunc non tollitur. Micat amplius veritas umbræ splendore, cùm Iesus circuncidatur tamquàm verus filius Abrahæ : igitur accedit ad circuncisionem, ut ostendat pro hominibus vulnerandi voluntatem. *Postquàm consummati sunt dies octo*, circunciditur. Ecce amoris promptitudo, & in hominem dilectio : igitur ostenditur vulnere, & post dies octo. Quousque circuncidatur, tempus ab Evangelista non describitur. Blanditur vulnerati ingenio, temporis immemor usque in dies octo : siquidem nulla amanti vel longo tempore ætas, ni tempus sit iuxta gratias. Non ætas amoris per curricula temporis, sed tempus per largitatem favoris : unde dum homo est tot favoribus dignatus, amantis Christi designatur tempus : quod quidem minime per temporis momenta, sed gratis per collata beneficia ; ut constet quòd amoris ætas, sit tantùm charitas. Venit ergo dies, ut circonciderctur : verùm Evangelista non dicit circuncisionem, sed diem. Tempus est mensura ætatis : & actus circuncisionis infertur ex præsentia temporis ; quoniam amor Christi tempus ut proprium non habet, quousque sanguinem pro hominibus fuderit.

Luc. 2. 22.

*Ætas amoris à mensura temporis gratiæ.*

*Tempus quo præ dilectus ponitur, indicat ætatem.*

4 Tempus & non amplius Evangelista designat, ut fidem amoris Christi coram hominibus astruat : igitur si intendit exponere quid sit passus in circuncisione infantulus, speculum nullum clarius in repræsentationem præter tempus. Tempus, iuxta Aristotelem 4. *Physic.* est *numerus motus secundùm prius & posterius.* Motus pertinet ad circuncisionem, de qua nobis alibi : si tempus numerus huiusmodi motus secundùm prius & posterius ; prius & posterius ab Evangelista non dicitur tempus, quippe non erat pro dilectione motus. Hinc quicquid quietis in tempore amoris, non est temporis : cæterum cùm Christus in circuncisione amorem ostendat, & amor per vulnera pateat ; designatur in circuncisione tempus, quod quidem mensura motus, & secundùm posterius, & secundum prius : igitur magis motus immotus, quàm circuncisus ; quandoquidem passus maiora, quoniam non passus. Prius, quia tarda passionis pœna : posterius, quippe vulnere lecto constitit mora. Contemplemur infantis charitatem, & passionem per amorem.

Aristotel.

*Amor ut patiatur quomodò respiciat tempus.*

5 Amor in quiete est ignis sine calore : vividèque igni confertur, quoniam si otiosus, extinguitur. Constituitur motu adinstar horologij, quod sine motu, nihili. Si stillat, perit. Naturam cœlorum imitatur, quorum in motu requies : & etiam constitutionem cordis, quod ni intra pectus moveatur, statim moritur. Signum evanidæ fugitivæ vitalitatis, complexus quietis. Ideo vel recens Amor ortus fingitur pennis validis alatus ; quippe ut vincatur ætas, iam habet alas. *Lampades, lampades ignis.* Alij & vivide : *Ala eius ala ignis* : igitur nullum pectus carpit ignis amoniis, ut fedeat in throno quietis ; cùm flamma nec possit

Symbola amoris.

*Amor numquàm quiescit.*

Cant. 8. 6.

quiescere, nec premi, quin supprimi.

*Vagit infans inter arcta*
*Conditus præsepia:*
*Membra, pannis involuta,*
*Virgo-Mater alligat.*

Venant. Canit Venantius Honor. Fortun. Hymn. de *Cruce*. Quare nati, & minimè circuncisi dicuntur lachrymæ? In circuncisione exponitur vulneri. Sanè: verùm nascendo, maiori. Cupiebat operari, sed ligabatur: & plorat vagiens pupus, dum nascitur, & nequaquam dum percutitur; quippe altius amanti vulnus, fustrari dum movetur ad opus, operationis conatus. Quod perpetitur corpus fasciis, blandimine matris, fiunt quod patiebatur, antequàm pateretur, mancipium temporis: siquidem amanti acerbius iurè cruciamen, quòd motus amoris commutetur in quietem.

*Patitur, si demen ſtratio impeditur.*

6 Quærebat Christus in quodam fonte levitate fœminam aberrantem, quæ aquæ refrigerio propinabat sitientibus ignem. Priusquàm accessisset fœmina, pervenit anxius, quippe ab amore gressus, & ut lucraretur vel unicam animam, etiam lassus exultavit ut gigas ad currendam viam. Pervenit, & prævenit fœminæ medicamen, sed *fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem.* Sedebat, quia fatigatus, vel sedebat fatigatus, quia sedebat? Utrumque crepetum in amore; siquidem amor fatigatur in quiete. Diximus aliqua *Tom.* 1. *Tautolog.* 5. *Didasc.* 18. à num. 14. Astipulatur Novarinus in *Umbr. Virgin.* Excurs. 34. n. 349. subdens: *Laborat, qui amat, dum non laborat.* Quid mirùm, quòd Christus fatigaretur, cùm quiescendo, nihil operabatur?

*Iozu. 4. 6. Fatigatur, si non fatigatur.*

*Nova-tian.*

7 Sed notandum. Fatigatur Soter noster, ut perveniret; & quiebit. Postquàm venerat, accessit mulier. Hoc tempus accessionis & non accessionis, scilicet illud, quo Christus præverat, & necdum fœmina accesserat, fuit Christi amoris tormentum, ut meditatum obtineret iactum. Fatigatus pervenit ad fontem, requirens in motu quietem. Non operatur, quia nondum erat scopus: & patitur tempus, quoniam protrahebatur ad demonstrationem motus. Venit, & illa non venit, ortaque fuit pœna, quia necdum venerat illa. Venit fatigatus in Sichar, & quiescens sedet fatigatus sic. Fatigatur, ut propero pede pectoris ostendat charitatem, & sedet sic fatigatus supra fontem: igitur cùm ille amans expectaret, & illa quæ vocanda non veniret; magis angebatur quiescens à tempore, quàm pridem fatigatus ab itinere.

*Amor patitur à tempore.*

8 *Fatigatus ex itinere sedebat*; sed sedebat sicut erat fatigatus. Ita intelligitur. *Sic* Totum in amore lassitudo, & quicquid passus fuerat procedendo, & quicquid patiebatur expectando. Cucurrit amor cordis in motum, verùm tempus præpedivit impulsum: igitur fœmina non veniebat, & amor sedens irrequietus expectabat. Quousque tempus veniret, nihil quibat in obsequium demonstrare: & sedet itiqere defessus, & sessione magis anxius; quoniam à claudo tempore suspendebatur impulsus. *Tempus edax rerum pennas decurtat Amoris.* Canit Otho Vænius *Emblem.* 119. *Amor.* Procedunt tempora tardè, charitas impetè, & angitur amans videns obsequium iuxta meniuram temporis, quod velocius conceperat iuxta flammam amoris. Dissincta mensura est, & cor uritur & quia mensura, & quia diversa. Omnia opportunè, sed extra tempus, vel opportunè amori: quippe serò, estò iuxta seriem temporis (teste Nasone Epist. 2. *Herod.*)

*Et quia ſuſpenſus amoris impulſus*

Otho Væn.

*Et quia obſequiũ iuxta tẽpus.*

*Tempora si numeres, benè quæ numeramus amantes.* Ovid.

9 Denique. Ut perveniat ad *Nunc*, movetur amans. Vult prævenire tempus; sed cùm tempus claudicet, quiescit motus. Tempus omnia longa facit amori, maximè dum consulit animarum saluti. Properat tempore in futurum fatigatus amor, ut sit *Nunc*; & dum temporis ordine sedet, sedet fatigatus sic; quippe cunctante fœmina, & volante cordis flammâ, magis affligitur suspensione flammæ, quam tota gravi itineris vexatione.

*Amor vaſtiſſimus tẽporis, ad cruciamina mortis.*

Quæ adulta iam ætate, passus est Christus pro fœmina peccatrice, sustinuit post ortum in obsequium nostræ conditionis ingratæ. Vernula temporis, temporis Conditor, pro hominibus homo nascitur. Iter longissimum fecit, ut sibi, qui à se defecerat, hominem copularet; & illicò in lucem editus, sedet infans in præsepio fatigatus. Quis enim angit? Tempus. In vulnera pro dilecto conatur irruere, ut amorem pectoris scribat in cordibus sanguine. Sedet & fatigatus per octo dies, cum summa molestia amoris: igitur cum flamma pervolaret in obsequium, & tempus arceret rapidissimum cursum; quiescens amaritudine angitur, antequàm impleti dies, ut corpus vulneraretur. Patitur, quia sustinet tempus, & non vulnus: etenim vulnus validum æstuantis pro hominibus pectoris, non posse ostendere vel ullam demonstrationem amoris. Tempus apud Vincent. Chartarium in *Saturn.* fingitur adstrictum vinculis. Quid amor dum subjicitur vinculis temporis? Si opus

*Crucifigitur amor in ſtipite tẽporis.*

*Quia facians tẽpus, & non cuius.*

*Imago temporis.* Vincent. Chart.



opus præpeditur, signum est quòd amor tempus uti tormentum, patiatur: & ita dirum; ut maius sit, quàm quod patitur tormentum.

*Imago Amoris.*

10 Rimemur, quanta temporis amantibus sit tyrannis. *Opus consummavi, quod dedisti mihi, ut faciam*: post cœnam dixit Patri Salvator proximus morti. Iam enim quæ pro hominum salute mihi à te credita, penitùs consummata. Difficile videtur; dum ut opus consummet, morti turpissimæ traditur. Opus Christi fuit redemptio hominis, quæ consummata in stipite crucis. Quo pacto iam consummatum, opus morte perficiendum? Necdum pati cœpi t, & opus consummandum consummavit? Adhuc restat tempus. Utique: & quia restat in consummationem tempus, patet consummatum traditum opus. Angit amantem dilatio pœnæ, magis quàm pœna quæ angit: & adhuc sine fine nanciscitur finem, ac consummationem ante consummationem; quippe sustinebit acerba tormenta crucis, amor qui pertulit acerbiora temporis. Volebat amor pati pro redemptione consummanda crucem, sed tempus motulis differebat mortem. Angitur amor tamquàm à morte, à temporis tarditate: erat in vinculis temporis vivax flamma igniti cordis. Quænam mors æquanda huiusmodi amoris cruci? Habet mortem sine morte: & ante tempus redemptionem consummaverat, propter mortem à tempore, quod non venerat.

Ioann. 17. 4.

11 Perscrutemur, abdita. *Opus consummavi, quod dedisti mihi, ut faciam.* Qua lege sic? Opus consummavi, quod consummandum est. Inficiatur suppositum. Quomodò consummatum, quod faciendum? Quomodò vitæ iam finis? Per vulnera diri temporis: & tunc urgetur, ut per mortem faciat, quod per mortis expectationem tempore fecerat. Duæ passiones fuerunt, & amoris & crucis. Amoris in corde, crucis in pectore: & procedit in hostes ut faciat cruce, quod opus iam consummaverat amore. Passus est ab amore, & passus etiam à crudelitate. Mortuus est, quia vitam amans amisit in cruce; mortuus est etiam per desiderium patiendi. Hoc amore iam fecerat, & intendit in opus, quod consummaverat; quippe priusquam perveniret ad aram crucis, expiraverat anxius iaculis temporis.

*Imago Amoris.*

12 De passione crucis, crucifixio processit amoris. Ne miteris.

*Huius in excelso ſuſpenſum ſtipite Amorem,*
*Devinctum à tergo palmis, ſubſtrictaque plantis*
*Vincula mœrentem, nullo moderamine pœnæ*
*Afficiunt. Reus eſt ſine crimine, iudice nullo*
*Accuſatus amor.*

Ausonius.

Succinit Ausonius *Edyll.* 2. Mortis cruciamen pervenerat ante mortem, & crux præcesserat crucem. Moriebatur, quia non moriebatur. Mors crucis erat finis amantis cordis, impedita à successione temporis. Occurrit amori volanti tempus, quod distulit opus, interficiens obice, cui debebat cedere. Unde Christus, cùm opus consummandum esset in ligno, asserit consummatum; propter acerbum dilationis tormentum: igitur mortuus fuerat sine effusione sanguinis ab amore, antequàm saucius moreretur in cruce.

*Amaũ moritur, ſi non moritur.*

13 Haud exaggeratio constabit amantis, si claret quanta tyrannis amoris. Hinc *Amor* vocatur *crudelis* à Vænio Emblem. *Amor.* 117. igitur impellit amantem quasi in delicias, ad quod non urget nisi crudelitas. *In passione Christus pretium, in circuncisionem amorem ostendit*: ait ubi supr. Augustinus. Inter passionem & circuncisionem fit collatio. Iurè insignis ac congrua contrapositio: etenim in circuncisione passus est per amorem, quam in passione amara pertulit crucem. *Consummati sunt dies, ut circuncideretur*: verùm in dolorem antequàm circuncideretur, consummati sunt dies: quippe priùs erat consummatum ab amore cruciamen, cùm per octo dies intendisset in dolorem. *Consummati dies, ut circuntideretur puer.* Ad opus signatur tempus, verùm non dicitur opus. Vulnus altius intulit amor morulâ temporis, cuspideque dilationis: & in circuncisione non dicitur opus, sed solummodò tempus; ut designaretur vulnus & actus: quandoquidem maior plaga à tempore, quàm à vulnere. Ideo puer post dies octo circunciditur, ne prævaleat dolor: igitur in levamen vulneris temporis, concessus est amori dolor vulneris circuncisionis.

Otho Væn.

Augusti.

*Maior in amante pœna à tempore, quàm à vulnere.*

14 Constat in mensura temporis quid Christus passus est priùs: clareat quid passus posteriùs, vel cruciamen amoris pro doloribus æstuantis, postquàm consummati sunt dies circuncisionis. Satagebat infans fatigatus ex tempore, accessionis ad fontem; ut tormentis sedaret amantis sitim. Accessit ad circuncisionem & vulnera non bibit, sed solummodò gustavit. Sic leviter vulneratur: & tunc fatigatus affligitur; quoniam cùm ultrà procedere vetaret temporis lex, velocitati amoris vulnus est sedere sic.

*Superſedere incœpit, vulnus amantis.*

A primo conceptionis instanti, usque ad ultimum vitæ, traditæ in cruce, volavit amor

amor Christi pro redemptione. Decrevit igitur suspendere aliquantulùm laborem, ut intuitu præmij discipuli moverentur in certamen; ac in monte Thabor vel in nube humanitatis claritatem ostendit rutili Solis. Stupens Petrus præ gaudio dicit: *Domine, bonum est nos hic esse.*

Matth. 17.4. Sedul.

*O meritum sublime trium, quibus illa videre*
*Contigit in mundo, quæ non sunt credita mundo!*

Dicam cum Sedul. lib. 3. de *Christ. miracul.* v. 284. Ambitus Petri, fuit vulnus pectori Christi. Tanta pœna in gloria tanta! Utique. Eius intendebat amor prosequi cœpta, volans curriculo temporis in propositum. Si ibi manebat, frustrabatur intentum: & Christus intimè dolet, de quo Petrus inscius gaudet; quoniam si amoris insigne, ultrà usque ad finem procedere; necesse fuit, quod cogitatio Petri pectus Christi vulneraret; ex eo quòd demonstratio amoris in tam exigua demonstratione maneret. Hispan. *Fue dolor del amante corazon, pretender que sus finezas se quedassen assi.* Nescit Petrus, quantus amor sit in corde, dum satagit à proposito verè amantem resilire: igitur si nullam ampliorem habet gloriam, quam pro dilecto profundere vitam; dum suspenduntur conatus, cordi infertur ingens vulnus.

*Amanti non pati, dolor.*

15 Obsequiosè sese gerit Christus Dominus, etenim immediatè post ortum, sanguine expresit munus amori commissum. Inchoavit pro hominibus effundere sanguinem, sed in progressum contrariam invenit legem. Quemcumque invenerit amor obicem in proposito, est motui summum tormentum: & cognoscitur quàm grave, ubi inhibetur in demonstrationem prosequi. Lenocinium fuit vulnus in circumcisione, quamvis leve. Licet guttatim, solatium, sanguinem fundere: sed saucium intimè permansit cor, ubi amor manebat sic. Offertur Patri ob humanum genus passer innocentissimus. Modò tantùm tingitur sanguine usque ad præfinitum tempus: & ægrè fert amor quòd corpus passer perveniat ad aram, & dimittatur quin sacrificet vitam: ut veniat, & tantùm veniat ut veniat, ad hoc ut vadat: ut qui intendit esse vulnere saucius, sit tantùm sanguine tinctus: ut liber dimittatur in campum, expositus iuxta altare in solemne sacrificium: ut denique in demonstrationem amoris collum exponatur iugulo, & propter maiorem fidem suspendatur demonstratio.

*Quantus dolor amanti, dolorem fugere?*

Lev. 14. 6.

16 Iam enim sub ictu gladij paterni erat Isaac immolandus, & suspenditur ictus. Audivit igitur clamantem Angelum: *Non extendas manum tuam super puerum.* Non extendit. Ad quid iubetur tollere? Ut virtus clarescat obedientiæ. Gradus huius virtutis, & sanè sublimis, iuxta D. P. Benedictum *Regul. Sanct.* cap. 7. est, *Si in ipsa obedientia duris, & contrarijs rebus tacita conscientia patientiam amplectatur.* Ecce exemplum. Tolle filium in sacrificium: ne extendas manum super eum. Sacrifica, non sacrifices. Vade, revertere: ut dum captivatur in duris libertas voluntatis, arctiùs vinciatur in contrarijs perspicuitas rationis; rutilante obedientiæ decore, in ipsa intenta contrarietate.

Genes. 22. 12.

S. Ben.

*Obedientia per facta agnoscitur in oppositis insitis perfectio.*

17 Tollitur puer Isaac, & non tollitur. Cur ergo usque ad aram non offerendus perducitur? Ut constet etiam filij amor, modò non sacrificetur. Difficile prorsùm. Amor minimè cognoscebatur ante sacrificium. Per vocem cœli suspenso, manet sicut ante præceptum pectoris demonstratio. Quo ergo pacto suspensio erit nunc amoris insigne, si pridem etiam signum erat longè? Per opus cognoscitur quid in pectore: quomodò cognoscetur suspensa demonstratione? Quia suspenditur. Placet sibi amor de occasione ostentationis fidei, etiam dispendio vitalis auræ. Expectat, venit, gaudet; & dum inhibetur, mœret; quippe dolet esse sub gladio, & quòd ictus gladij perficiatur impulsu.

*Amor dolet de frustratione vulneris.*

18 Si non duceretur puer ad necem, nullam pectus amoris faceret demonstrationem: in hanc avidus ducitur, & in opere suspenditur; ut magis rutilet flamma, quia non progreditur ultrà: siquidem exardescit, dum pectus impellitur progredi, & à præcepto lato cogitur sistere. Arbitratur amor, vulneribus expressurum cordis incendium, & solici at in gaudium totis viribus periculum. Amoris signa sunt vulnera: & dolet amantis anima; eò quòd in vulnerum evidenti discrimine, egrediatur è prælio sine vulnere. Si devoretur avidus neci, micat ignis fulgens flamma: si suspenditur, nitet amoris vehementia: etenim cùm in violentia cognoscatur, & valdè violentum sit amanti, dum operatio suspenditur; ampliùs coruscat in fidei maximæ ostendendæ privatione, quàm in fide: igitur ampliùs patitur, dum revocatur ab opere, quam dum patitur à vulnere.

*Magis patitur à vulneris suspensione, quàm à vulnere.*

19 Dum ducitur morti, ducitur ubi vult: dum retrahitur, avellitur à quo vult: in suspensione operationis, plus patet ignis pectoris amantis: quippe si retractio violentia, ex violentia in amore maior flamma.



*Patitur dum impellitur, & in contraria compelli tur.*

ma. Ducitur & placidè periculo, sed revocatur à gaudio. In passione gaudium collocat: amorem præceptum revocat: & tunc amor sine operatione rutilat; quippe si intensior, cùm maiora patitur, plus amor patitur, dum à passione suspenditur. Sic manere non est amoris, nec amantis; cùm sit semper studiosus perfectionis: non solùm intendit facere, sed opus undecumque perficere. Perficere opus conatur in acta, facere dumtaxat in impulsu. Ducitur, repellitur; & tunc ulteriora quorum satagit, sine vulnere paritur: igitur suspenso vulneris ictu, oritur acerbissima passio, ex eo quòd ne sic maneat impulsus, in vulnus ducitur cor; & compellitur à lege, invitè manere sic.

*Angetur, cùm impeditur.*

20 Denique. Carentia operis & privatio eandem sine meritis obtinent classem, ni connotent amoris operationem. Non operari, non est amoris, quippe numquàm videtur otiosus ignis: ab operatione privari, est in amore studere vehementiæ; quoniam plus inflammatur, cùm detinetur. Ducitur itaque in sacrificium Isaac, ne in eius pectore fides amoris otiosa sit: & tunc revocatur ab infligendo vulnere; ut crescat in violentia conceptus flammæ: igitur si amoris intenditur magnitudo, & hanc astruit demonstratio; suspensio utique indicabit magnum, siquidem numquàm maior, quàm cùm revocat impetum. Clarius speculum amoris pueri Iesu in circumcisione exponitur, cùm Isaac lethaliter vulnerandus ab ara sine vulnere retrahitur. Gratulabatur de vulnere sibi; & dolet, gauderque de lege. Gaudet, quippe iam perventurus ad aram: dolet, quippe exiguum vulnus haud gravem poterat inferre pœnam. Gaudet de dolore, & dolet de exiguitate, aut de doloris dulcedine. Gaudet, quia effundit cruorem: & dolet, quoniam non potest totum effundere sanguinem.

*De vulnere circumcisionis Christus gaudet, & dolet.*

21 Cùm Dominus Iesus pro salute hominum tormenta sitiret, vinum myrrhatum propinatum respuit. *Dum gustasset noluit bibere.* Amori dulcissima fellea, quoniam pro dilectis lenocinantur cruciamina. Si dolorem sitibundus ambit, quomodò amarissima fugit? *Omnia apta ad sistendum sanguinem*: ait ex Plinio Baronius *Ann. Christ.* 34. Obstruit vulnera vinum myrrhatum, & sanguinis impedit per vulnera exitum. Multum sanguinem rantis rupturis, quasi exhaustis per cruciamina venis, Christi vulnera fuderant, sed totum minimè exhauserant: & cùm gustat myrrhatum, non vult vinum; quippe licèt afferret dolorum sitibundo, dolorem; haud placuit, quod obstabat totum profundere sanguinem.

Matth. 27.34.

Baron.

*Intendi amore tot tum profundere sanguinem.*

22 Dolor Christi post circumcisionem patet hic, & flammeum pectus. Fundere pro hominibus sanguinem, totus amoris conatus. Ex vulnere circumcisionis aliquantulum emisit, reliquum autem intra venas mansit: & dolet ob inhitionem legis, cùm dicat ex præscripto, in vulnere tam levi, Satis sanguinis: amorque haud iudicat accensas pectoris flammas, ni pro dilecto vel per inane vulnus exhauriat venas. Hinc patet distantia inter dolorem, & cordis amaritudinem, ante & post circumcisionem. In utroque cruciamine tyrannus amoris tempus. Priùs, quippequàm procrastinabatur motus. Posteriùs, quoniam transierat gaudium ex vulnere, quasi nullum fuisset vulnus. Priùs, quoniam expectabat futurum; posteriùs, quippe præterierat expectatum. Priùs denique, quia non poterat pati: posteriùs, quia plus pati amor non poterat: & amplior dolor amori, plus pati non posse ex vulnere; quàm ante vulnus, temporis protractione non posse pati.

*Quod nam cor sit maior cruciamen, post, vel ante circumcisionem?*

23 Apud PP. frequens placitum, sitim Christi in cruce & moraliter & physicè maximum fuisse tormentum. Vide Suarium *Tom. 2. in 3. part. D. Thom.* disp. 34. sect. 3. Patet ultimum (quod sanè nequaquàm esset, ni gravius fuisset) igitur ut consummatum, *Inclinato capite*, Christus *tradidit spiritum.* Grave habet argumentum huiusmodi sententia, ut acerbitas sit æstimata pro lancea: unde huiusmodi vulnus inter tot vocatur lateris Salvatoris iniuria; & ipse clamat in elementiam paternam divinam: *Erue à framea Deus animam meam.* Crescit etiam pondus acerbitatis ex condizione amoris: siquidem cùm pati pro dilecto sit amanti delectabile, amori etiam non sensibile sensibile. Quomodò ergo sitis acerbius tormentum, inter angustias dolorum? Sitibundus Salvator tormentorum, & præ tormentis, venis corporis rupsis, & pene exhaustis, cùm extremum in cruce pateretur cruciamen, expresit cordis & corporis sitim. Ut acetum gustavit, tormentorum omnium pondus *consummatum est*, & non valuit pati plus. Dum percussum fuit latus (ecto promptus ad vulnus) non potuit pati; igitur anima separata à corpore: & inter tormentum & tormentum, tormentum sitis, & tormentum vulneris, reserato arcano lateris, prævaluit cruciamen sitis; quoniam acerbius cruciamen, non posse in cruce plus pati, quàm pati non posse.

Iaan. 19 28. 30.

Psalm. 21. 21.

Vers. 30

*Acerbius amanti non posse plus pati, quàm pati non posse.*

UNIVERSIDAD PONTIFICIA COMILLAS CALDERON

patitur,

tur, quia non plus. Qui expectavit vulnera vulnus habet; & ex gaudio oritur pœna, quoniam non habet, quæ expectavit vulnera. Priùs quia quiescebat & post, quia quiescebat sicut prius: igitur ex vulneribus in gaudia cordis, iam consummati sunt dies. Gaudium ex circumcisione habuit, sed non plenum, quoniam tempus, ut pateretur, iam consummatum. Bibens, seu gustans tormentum, pro nunc consummatum est: & mœret amor, quia non valet pati plus. O formose puer? Fecisti ascensum purpureum, ut demonstrares in circumcisione amorem accensum. Licet amori longa, laticem aperient tempora.

*Amor Christi quantus pro homine.*

*Incipe parve puer.*

Virgil.

## DIDASCALIA VI.

### *Quantus Virgini Matri dolor privari filio!*

Bernard

COntemplandum igitur cum Bernardo de *Laurentat. Virg.* & in *Vite mystic.* cap. 10. Satis vivit, quæ mater post filium vivit, maximè cùm talis mater & de tali filio dolet. *Orbor patre, viduor sponso, desolor filio, omnia perdo*: dicit ibidem desolata Virgo.

Summus dolor virginis de filio in cruce pendente

*O dira novi facies lethi*
*Gravior lethoi! Piger fœmineos*
*Alligat artus languor, & ægro*
*Rubor in vultu, maculaque capus*
*Sparsere leves: tum vapor ipsam*
*Corporis artem flammeus urit,*
*Multoque genas sanguine tingit,*
*Oculique rigent, & sacer ignis*
*Pascitur artus.*

Idem.

Ad rem torquemus ex Seneca in *Oedip.* Act. 1. v. 180. igitur & videns filium in stipite crucis, magnos superat virtute dolores.

Senec.

——— *Lachrymaque dolorque*
*Impediunt, prohibentque loqui* ——

Ovid.

Uti canit Ovidius *Metam.* lib. 9. Fab. 7. sed sacer ignis pascitur artus, tollitque mortem vulnere pectus: etenim dolor de filio iuxta amorem, amor verò iuxta filij dignitatem; qua quidem cùm plus non sit, in dolore non est plus.

Doloris magnitudo mensuratur amore.

2 In fœmina illa speciosa, cœlestibus donis ornata, sed maximoperè afflicta, quam spectavit in ecstasi Ioannes: dolores summi recoluntur Virginis. *Clamabat parturiens, & cruciatur, ut pariat.* Ideſt, dum filium vidit pendentem è ligno crucis, igitur ibi dolores ut parturientis, uti asserunt Bonaventura in *Comp. Virg.* lect. 1. Richard. Victor. lib. 4. de *Laud. Virg.* & alij plures apud Hayehic videndi, si lubet. Patet dolor, & etiam acerbitas doloris in & ex amore matris; cùm dicitur: *Raptus est filius eius ad Deum, & ad thronum eius & mulier fugit in solitudinem.* Perpende: Non dicitur filius assumptus, sed meditanter raptus, ut exprimantur adempta doloribus à corpore vita, & mors cruciaminibus violenta. Quid mirum, quòd mater intimè, atque amare crucietur, dum filius ab eius oculis ita crudeliter rapitur?

Apoc. 12, 2.

Apoc. 12, 6.

V. 5. & 6.

Et dolor matris, ex dolore filij.

3 Solitudo matris, & raptus filij simul explicantur, ut constet matris tormentum: etenim nulla maior pœna, quàm mater sola. Non erat sola Maria, quandoquidem & fovendo dolorem, iuxta filij stabat crucem: filius à matris conspectu tollitur, & uti mater sola Virgo cruciatur. Dolores vexabant fragile solidius pectus, cæterùm vivebat etsi doloribus filius. Quousque mortuus, non fuit sola: rapitur, & irrepit in pectus ultima pœna: igitur etiam anima saucia; cùm videret filium à morte doloribus rapi, & in solitudine genitricem derelinqui. Ipsa stabat iuxta crucem patientis, & etiam in cruce desolationis. Vivente filio, iuxta crucem: mortuo filio, ultra crucem; quippe eius dolor nimius ultra dolorem: igitur summa amantis cordis amaritudo, dilecti circumspicere cadaver ita saucium pro dilecto.

Summa doloris, matrem esse sine dignitate matris.

Nulla maior pœna, quàm mater sola.

4 Insigne aliquid demonstratur in visione. Mater est, & in solitudine non dicitur mater, sed tantùm mulier. Solitudo haud orta fuit ex carentia consortij, sed ex privatione dilecti: & cùm exprimi debuisset dolor, eò quòd esset genitricis amor; non dicitur meditanter mater, sed mulier: igitur tot ferre filio moriente labores, videtur sanè ultra conditionem dilectionis genitricis. Distant summè dolor mulieris, & dolor matris. Illa compatitur, hæc verò patitur: & mater dicitur mulier & non mater; quoniam impossibile videtur, quòd patiendo mortem in morte filij, quæ genitrix non moriatur. Describitur matris pœna, & etiam solitudinis causa. Fœtus insignis præ cunctis mulieribus fecit & felicissimam matrem: at non ut mater, sed ut mulier fugit rapto filio in solitudinem; ut doloris raptus in corde demonstraret acerbitatem: matrem non esse matrem, genitrici dolor; quoniam vulnerabatur amor: & in Virgine crevit cruciatus vehementer; quippe ea ipsa quæ fuerat, & patiebatur ut mater sublato filio in solitudine videbatur ut mulier. Acerbitas pœnæ oriebatur à dolore, & dolor articulo circumstantiæ:

Genitrix morte filij moritur.





tiæ: siquidem non solùm, quia derelicta, erat pœna; sed quia mater derelicta.

Ioann. 19. 26.

5 Scrutemur, quid actum sit in Calvario, & quid passa Mater-Virgo. Pendebat Christus in cruce, iamiam proximis humani generis & salute & libertate: *Cùm vidisset ergo Matrem stantem, & discipulum quem diligebat, dicit matri suæ*: *Mulier*. Quid, & quorsum ista? Dolor summus confundit verba? Nullo modo: verùm verbis inversis matris dilectæ dicitur amaritudo. Series erat, *Cùm vidisset matrem flantem dicit*: *Mater*: & non vocat matrem, sed mulierem; ut notesceret ex voce matris cruciamen: igitur cor usque in intima percussit, sese videre, quasi genitrix non esset. Quicquid in alijs exstruit vehementia doloris, & pondus amaritudinis (quasi ratio adversa acerbitati, cùm vix sapiant, qui dolore presi) Christus Dominus haud casu fecit, dum verba propositò commutavit. Matrem vidit, & appellavit mulierem, in doloris expressionem: igitur non designatur aptiùs dolor solitudinis matris; quàm delectâ ob filij mortem, dignitate genitricis.

6 Deinde. *Cùm vidisset matrem, dicit*: *Mulier. Mater*: dulcissimum sanè nomen! *Mulier*: sonat vox acerbitatem: *Mater*: profundunt labia delicatum affectum. *Mulier*: ostendunt fastidium. *Mater*: quanta charitas! *Mulier*: quanta frigiditas! *Mater*: vel dulcor tituli poterat levare amaritudinem animæ. *Mulier*: sufficiebat mœrenti nomen, ut formaret aliam crucem: & non dicit filius matri matrem, sed mulierem; ut constaret dolor solitudinis, ex tantæ privatione dignitatis: quandoquidem usque ad intima pungit, alloqui dumtaxàt ut mulierem, quàm cor sanguine & amore veneratur genitricem.

Quàm frigidum matri mulieris nomen?

Præterea. Titulus mulieris, estò dilectionis, in dilectione communis. Titulus matris est amoris insignis, tamquàm nomen singulare: magisque in fœmina quæ concepit in dolorem cordis, quòd arbitrabatur ut principium dignitatis. Ad omnes extenditur mulieris titulus: ad unicam fœminarum matris aspectus, cuius nomen in delicijs, à qua filius assumpsit essentiam hominis. Christusque cùm vidisset afflictam, non dixit: *Mater*, sed *Mulier*, & voce plena doloris: igitur in genitrice cruciamen ingens, quòd quæ matris dignitate, uti singularis antecedebat omnes, tractaretur à filio sicut cæteræ mulieres. Prævenit Christus in verbis amarissimum futuram amaritudinem, & quasi speculum pœnæ commutavit nomen. Se videre sine filio est matri sum-

Cur ita grave?

mum tormentum: & alium exhibet genitrici titulum, haud alienum ab amore, sed longe ab amore filij: etenim quasi non habuisset virginalis uterus; dixit filius matri, *Mulier*, & non ampliùs. Hispan. *Dixo enoger à fecas, como si esta muger no le huviera tenido en sus entrañas.*

*Mater*. Quo crescebat causa amoris, augebatur cruciaminis. *Mater*. Persistentia affectus dicitur, quippe vel offensâ non offenditur; licèt amor, qui concipitur ex càrne, crescat & adolescat, filio amori respondente. In destitutione ob filij dignissimi mortem, pallura Virgo-Mater totius doloris gravamen: & non *Mater* dicit filius, sed *Mulier*; ut pateat pectoris mœror ex quo fonte surgit amor: igitur præmit vehementer: cùm videatur sola mulier, quæ erat dignissima mater. *Mater. Mulier*. Divisa est anima pœnâ, quippe transfixa, & quia mulier & quia mater. Anima transfadacta per doloris vehementiam, quoniam quælibet pertingebat usque ad animam. Percussa est *vulnere super vulnus*; etenim in filij privatione, vulneri mulieris vulnus accessit condolentis matris.

Surgit mœror, ex quo amor.

Iob. 26, 15.

7 Uti signum holocausti Agni immaculati comite Virgine (igitur Christus carnem, & Virgo immolabat animam tristem, ut sacrificium offerretur ex sanguine carnis, & ex sanguine cordis) ducitur Isaäc in sacrificium à Patre, destinatum à Numine. *Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis Isaäc.* Tolle amantissimum, unicum, & dignum amore Isaäc, & tolle tu. Non sufficit tantæ cædis imago, ut pectus opprimat amaritudo? Quò rapitur pectus? Ad cœpta deficit manus? Sufficit mortis dolor. Mortis ne displicet auctor? Filius cinis exiguus erit à flamma, nec remanebit dilectionis umbra? (Retorquatur Ethnicus libr. 8. *Met.* Fab. 4.)

Gen. 22, 2.

——— *Pereat sceleratus: at iste*
*Spumque patris, regnumque trahet, matrisque ruinam?*
*Mens ubi materna est? Ubi sunt pia vota parentum?*

Ovid.

Immolabitur Isaäc? Tolle & tu. Offeretur & à te. Minimè fiet ab alio, ut tui constet pectoris fortitudo, & subiectio legis superiori decreto: igitur si certamen magnum sustinetur passionum, dum manus extenditur in filium, in unicum, in dilectum, tolle tu, ut in illo vincas te. Tolle tu in fortitudinis lauream, ut obtineas ex certamine coronam: quippe nullum acerbius in patris pectore, quàm videre unicum & dilectum in ara pari. Tolle Isaäc, & tolle tu; ut dum tolli, tollaris, quia non tolleris: siquidem

Acerbi doloris filium mori coram oculis parentis.

vulnus altè sedet in animo non mori, moriente filio. Tolle, ut clareat paterni cordis constantia: etenim gravissima pœna, ire in montem nati comitem, & morte filij reverti in domum non patrem.

8 Sanè hujusmodi holocaustum, holocausti filij agni immaculati signum: Christus itaque & Virgo compleverunt opere, quæ Isaac & pater solummodò passi mente. Agamemnon etsi filiam sacrificio exposuit, mœstus stetit, & deinde vultum ab hostia Iphigeniâ declinavit. Canit Lucretius lib. 1. de *Rer. natur.* v. 90.

*Maria stetit valdè, etiâ videns filium mori.*

Lucret.

*Et mœstum simulante aras adstare parentem.*

Fortior viro stetit fœmina, & in validiore angustia: igitur unicus matri pendebat moriturus in cruce: & ut præstaret cordis mœstissimi in muliere singularis constantia; fit sacrificium ex unico & dilecto, & coram ipsa. Mulier erat, & mater.

Ovid.

*Vultus erat modò quem misereri credere posses. Vim geminam sentit, paretque incerta duobus, Et diversa trahunt unum duo nomina pectus.*

Sed semper stans: ut mater sola, ut mulier derelicta; auctâ utrinde pœna, ex eo quòd mulier mater derelicta, & sola. Sola quippe in solitudine mulier: & magis sola, quippe in solitudine mater. Sola & derelicta. Derelicta ut mater: & magis derelicta, quoniam quæ mater sola, sola mulier.

*Unde Virgini summi doloris.*

9 *Cùm Sole sola*: fuit epigraphe emblematis Virginis iuxta crucem filij adstantis. Vide Picinellum in *Mund. symbol.* lib. 1. cap. 11. num. 357. Destruit cogitatio quæ astruit: igitur si accuratè perpenderis, in vigilantia acuminis implicant voces. *Cùm Sole sola!* Si afflictio ex destitutionis oritur amaritudine, qua lege sola cum Sole? Sola stat, & mœret, quia Sol occidit. Quomodò sola, si Sol licet cum eclipsi manet? Quomodò cum Sole, si Sol deficit? Quia sola, debet affligi: congruit cum Sole exultare: & abundat sola doloribus, quoniam Solem habuit in visceribus. Si non habuisset, esset sola, & non in ampliore pœna; cùm minimè pateretur uti mater: & stat cum Sole sola; quoniam ex eo quòd habuit in visceribus Solem, acerbiorem constituit solitudinem.

Picinel.

*Maria sola cum Sole.*

10 *Quomodò, sedet sola civitas plena populo!* lamentatur Ieremias. Quid? Est ne in destitutione novitas? Quò non extenderetur lamentatio, matrem Christi si videret solam in tanto supplicio? *Quomodò?* Vox est mirantis dolorem: quid si videret mysticam Dei civitatem? *Quomodò sedet sola?* Miratur patientiam in angustia, quippe non est in homine ad tot dolores patientia: & dum deficiunt voces in expressionem anxietatis solitudinis, pro vocibus sufficiuntur admirationes. Nota: *Plena populo sola.* Phrase Latinâ fœtus conceptio, vocatur fœminæ plenitudo. Ovidius de *Europa*, lib. 5. *Fastor.*

Thren. 1. 1.

Ovid.

——— *Te Sidoni Iupiter implet.*

Alcimus Avitus ad *Soror.* de Maria: & Sedulius, lib. 1. de *Evang. Histor.* v. 168.

Sedul. Alc. Avit.

——— *Complevit viscera verbo.*

*Spiritus implevit sanctio cui viscera fœtu.*

Hinc dubium: Quomodò sola, plena? Quomodò cum filio & sine filio? Ut exprimatur genitricis solitudo. Si dumtaxat esset sola, posset vocibus designare dolorem, & simul solitudinis gravamen: sola & plena dicebat dolorem solitudinis, sed solitudinis matris: & miratur Propheta, quòd sit plena, & quòd sit sola: igitur matrem pati solitudinem ob interitum nati, in conditione humana cogitatur impossibile. Quomodò sedet, si filius occidit? Quomodò vivit, quæ sola non vivit! Quomodò vita, si quæ plena, sola? Quomodò vivit sine quo moritur, in quo moritur, & pro quo moritur? Quanta matris pœna, dum pœnâ matris mœrebant sidera cuncta!

*Solitudo à filij morte importabilis à matre.*

11 *Per affectum maternum* (inquit Novarinus in *Umbr. Virgin.* libr. 4. Excurs. 46.) *facta est Virgo crux.* Crux Virgo-Mater erat? Quo pacto si mater iuxta crucem stabat? Si crux extrà, quomodò intrà? *Per affectum maternum*, & cordis ab amore supplicium: igitur quæ mater plena amore, crux est sibi, videns filium in cruce cruciatibus expirare. Patitur intrà & extrà. Intrà amaritudine pectoris; extra tormentis sensibus obijt; stans iuxta crucem corpore, & in ipsa cruce mente.

Novarin.

*Virgo crux sibi dum fit in cruce.*

Ecce origo materni summi doloris. Iuxta crucem solitudinem est perpessa: sed restabat alia, scilicèt, quòd cùm esset mater, esset sola; ut mater non esset, in quo vis maioris solitudinis consistit. Solitudo communis mortificat, non interficit: solitudo matris spiritum crucifigit: & gravatur associato cruciamen, dum cor stat in cruce & iuxta crucem. In cruce transfigitur corpus, iuxta crucem transfigitur animus. Illud in mortem, hic in maiorem anxietatem: igitur vivens sustinebat solitudinem mortis, quippe ferebat solitudinem matris. Ut mater erat in cruce, ut mulier iuxta crucem. In cruce designabat passionem, iuxta crucem compassionem; signatis etiam doloribus, pluribus solitudinibus: etenim cùm Virgo esset iuxta crucem contemplans morientem filium, crux sibi ipsamet est facta per maternum compatientem affectum.

*Crucifixa mitit.*

12 Observemus acta. *Cùm vidisset Iesus*



Ioann. ubi sup.

*Iesus matrem dicit*: *Mulier.* Iuxta crucem erat mater Iesu; attamen iuxta crucem non stabat ut mater, sed ut mulier. Magnum patet discrimen inter solitudinem matris, atque solitudinem mulieris; igitur dilectionis causâ inolescit pectoris pœna: & dicitur, quòd iuxta crucem quæ erat mater, non stabat ut mater, sed ut mulier; ut exprimatur vividius acerbitas in dolore: quandoquidem mulier, quæ mater erat, erat in cruce. *Cùm vidisset matrem, dicit*: *Mulier.* O pondus amaritudinis! Promit non tantum solitudinem, sed solitudinem matris: & cùm vidisset matrem, vocat mulierem dilectus filius; quippe ut mater videatur in huiusmodi angustia, non est animus. Vernaculè: *Para ver en una Cruz à una Madre, no ay valor.*

*Ut mater erat in cruce.*

*Cùm vidisset.* Quid? Nihil dicitur amplius? Quid dicendum? Excedunt amoris ictus, quicquid quibant concipere cogitatus. *Cùm vidisset*: quidnam? *Matrem*: & vocat mulierem! Dolor ex amore vel sensus aggravat: etenim matrem non videbat, quam videbat. *Cùm vidisset matrem, dicit*: *Mulier.* O Deum! O crucem! Haud valuit amor ita respicere matrem. *Cùm vidisset matrem*, matrem non nominat, cùm ita vidisset. Vidit? Hoc tormentum restabat amanti filio, videre genitricem in graviore tormento. Cor cogitando deficit; & ut plus pateretur, matrem vidit. Matrem vidit, & amor non est ausus signare genitricem, cùm vidisset matrem. Matrem vidit, & dixit: *Mulier*, quasi non videret. Vidit matrem, & siluit cordis affectus, ne nomen dulce renovaret vulnus. Vidit matrem & appellavit mulierem, ut ita matris designaret solitudinem.

*Christo maximus pœna, eò quòd genitrix ei fet sola.*

13 Progrediamur ultrà. Mater erat Maria, iuxta crucem stabat, verum non sola; igitur ob doloris levamen, aliæ fœminæ stabant iuxta crucem. Erat sola, & non erat sola. Erat sola ut mater, non erat sola ut mulier: & ut mater sola affligitur anxietate; quippe sola ex mulieribus erat in cruce. Aliæ ibi stabant, sed non stabant ibi, ubi pia mater figebatur amore: & cùm essent in solitudine tanta, dumtaxat Maria designatur ut sola; quia maior solitudo nequit dici in dolore signum doloris, respectu doloris solitudinis matris. Patet: *Cùm vidisset matrem.* Alias fœminas, & dolentes vidit: & non vidit videns solitudine dolentes; quippe illarum dolor, non dolor, in collatione cruciaminum genitricis. Aliæ stabant, & stantes vidit, verum non dicitur vidisse præter genitricem alias. *Animus & favor*

*Cum pœna matris inanis quælibet pœna.*



*oculi inest*: ait Plinius *lib.* 11. *cap.* 37. Deficiebat aliis fœminis dignitas matris: & solummodò dicitur vidisse matrem; quippe illa sola patiebatur solitudinem. Oculis dilecti vel gravior levatur pœna, quibus & dulcis angustia, & matrem vidit, ut aliquantulum haberet levamen, cùm præ cunctis portaret pectoris amaritudinem.

Plin.

14 Vidit & videndo favit, igitur visæ solatium filius quæsivit. *Mulier, ecce filius tuus.* Hoccine solarium? Acrius præ cunctis tormentum, & gravior amaritudo. *O dira commutatio!* exclamat Bernardus Serm. de *Duodec. stell.* Esset utique reliquis fœminis in solitudine favor, verùm Virgini dolor, & summus dolor, igitur mœrori solitudinis matris vel umbra non apparet consolationis. Mater erat, sed sola stabat, unde quamvis filius in suffecto solicitat consolationem, fugit tamen matrem; quippe magnum solitudinis tormentum, ubi in tormentum convertitur vel solatium. Vidit, vivendo favit, favit, & oculis solatium genitrici quæsivit: cæterum in solatio mater dolorem osculdit, os tormentum solitudinis, torquens animam in penetralibus pectoris. Quis est homo, qui non fleret? Summus dolor Virginis claret: siquidem etiam filij favores convertuntur in cordis amaritudines.

Bernard.

*Virginal tormentis quod solatium.*

15 Modò percipitur sensus testimonij Epiphanij apud Novarinum ubi supr. *Dico illam* (Virginem Deiparam) *esse thronum & crucem. O ventrem! ô Crucem!* Vox omninò dissona: fallor, videbitur adæquata. Crux patet cunctis afflictio, quæ longè à throno: Virginis venter throni splenduit celsitudo, quo filium concepit in gaudio. Per ventrem designatur Virginis maternitas, & summa dignitas: quâ igitur causa sanctissimum thronum ventrem, Epiphanius signat crucem? Crux est proculdubio pœna: & crux dicuntur aptè materna viscera; quoniam dolorem iuxta crucem, crux facta sibi concepit, eò quod cruci affixum filium visceribus habuit. Propter thronum dicitur mater felix: per crucem passa, quæ alia non pertulit mater: & crux vocatur intrè Virginis venter; quoniam ob filij passionem, thronus excelsus convertebatur in crucem. Per thronum mater erat felicissima; per crucem autem remanebat sola: & Virginem esse matrem vocat Epiphanius crucem, ut signetur ex angore, quantus dolor solitudo in genitrice: igitur haud vividè voces designant derelictæ matris anxietatem, ni solitudo exprimatur per crucem.

Epipha.

*Nomind crucis de finitur solitudoma tris.*

16 Etiam à filio e cruce signatur do-

Ubi sup lor. *Cùm vidisset matrem, dicit: Mulier.* Mulieris titulo in matre ostenditur solitudo. Ut mater thronus est, ut mulier crux: & quæ mater, titulo signatur mulieris, ut palàm fiat in illa solitudo solitudinis; igitur in crucis importabile tormentum conversum est matris singulare gaudium. *Ego destituta & sola*, verius quàm Ierusalem, iuxta crucem dicere quibat Maria. Sola & destituta? Sola sola. Quod solitudines in animo, ut solitudini alia addatur solitudo? Est utique destitutio matris, & destitutio mulieris. Utraque in Maria: & dicitur in destitutione sola & sola; quoniam in solitudinis amarissimo tormento, fuit alia atque alia sensibilior solitudo. Iuxta solitudines toleterabantur cordi saucio dolores, & dolores iuxta cruces: diciturque sola sola, quia super vulnera vulnera: etenim cruci mulieris, iungitur crux solitudinis matris.

Isai. 49. 21. *Et fuit alia crux in cruce.*

17 Constet ex ligno quantum doloris in genitrice: qui vidit, testimonium perhibeat veritati. Signum magnum apparuit in cœlo, vociferans, mulier. Quæ hæc mulier sustinuit in Calvario, apparebit in cœlo. Vidimus supr. num. 2. clamantem, & quia filius raptus, fugientem in solitudinem. Ita igitur orba filio, describitur desolata, verùm necdum in extrema pœna; igitur ut designaretur cruciamen ultimum, *data sunt mulieri duæ alæ aquilæ magnæ, ut volaret in desertum.* Non fugerat in solitudinem? Utique. Fugit ubi erat? Nequaquam. Quò igitur volat? Quot sunt deserta? Plura, ut illa & sit destituta, & sola. Erat solitudo matris: ideo dictum fuerat: *Peperit.* Erat solitudo communis, quapropter vocatur *Mulier*: & additur desertum deserto, & solitudini etiam alia solitudo: quippe cruciamini solitudinis mulieris, superpositus dolor solitudinis matris.

Apocal. 12. 14.

*Et alia solitudo in solitudine.*

18 Per solitudinem sæpe cordis amari designatur cruciamen: & ubi additur solitudo in deserto doloris, exponitur summus dolor in dolore solitudinis. Phrasis utique communis in Scriptura. Ezech. 29. 9. *In desertum & in solitudinem* de quo nobis, Deo propitio, *Tom. 8. Tautol. 1.* ad illud Sapient. 11. *Iter fecerunt per deserta, quæ non habitabantur.* Modò ergo intendamus in Christi querelam per Prophetam Ieremiam. *Dederunt* (scilicet Iudæi per filij mortem, Virginem-Matrem) *portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis.* Quid hoc? Potest esse desertum sine solitudine? Potest, quippe desertum non construit locus, sed solitarij animus. Hic facit civitatem habitationis. Si eadem significatio utriusque vocis, ad quid additur desertum, & solitudinis? Ut designetur in portione desiderabili, Virgine matre, dolor summus in dolore. In deserto erat, quia mater; & in deserto solitudinis, quia mater. In deserto ut mulier, quia erat sine patrocinio, sicut cæteræ mulieres, cruci adhærentes: & additur solitudo deserto, quoniam in solitudine erat alia solitudo: solitudo matris iunctæ dolori solitudinis mulieris: equidem aliæ, Christo mortuo, erant sine patrocinio; & Virgo ut mater absque protectione & termino. Ædificavit sibi solitudinis in adæquationem doloris. Qui tibi nunc sensus? Qui, cùm aspiceres corpus miserabile nati? O quam amara, quæ semper dulcis Virgo Maria! Sit ergo contemplatio dolorum, in renunciationem criminum. Si hoc est in viridi, quid erit in arido? Resipiscat animus, & vocetur lachrymis pœnitudo. Tanta mala sine malo (canit Lactant. Firmian. Carm. de *Pass. Dom.* v. 56.)

Ieremi. 12. 10. *Solitudinem non fuit incur, sed animus.*

*Virgo duplicem solitudinis passa.*

*Ipsaque supplicia inspiciens, mortemque severam,*
*Corporis innumeros memorans, animique dolores,*
*Discit adversa pati, propriaque vigilare salute.*

Lact. Firm.

## DIDASCALIA VII.

### *Cordis diversorium Christus non amat, ut cordis ipse sit cor.*

1 MOnet Novarinus in *Vmbr. Virgin.* Excurs. 19. num. 220. Animæ vita dicitur, quippe sine Deo vel vita mortuâ: & Deus per cor solicitat animam, ut vitæ cordis elargiatur vitam. Frequenter dividitur cor in opposita, & Domino cordium non placent corda divisa. *In toto corde* exquirendus est, & divisa voluntate non offertur totum cor: quod quidem ni totum, profectò nullum. *Date nobis de oleo vestro*: dixerunt fatuæ virgines prudentibus, ut prudentes essent fatuæ. Si oleum charitas & amor, infelix exitus, Non prodest amor divisus. *Ne forte non sufficiat nobis & vobis*, respondent, *Ite.* Aptius responderent, ni dicerent, *Fortè.* Flamma lampadis pectoris tota cœlum versùs petit: amor divisus non sufficit.

Novarin.

*Deo dicandum totum cor.*

Psal. 118. 10. Matth. 25. 8.

*Me tibi cùm totum dederim, vanissima, cordis,*
*Cur mihi, virgo, tui pars aliquanta datur?*

Hæc



*Non prædestinatus divisus.* Vers. 9.

*Quod mihi donasti magno pro munere, non est*
*Si neget hoc tibi qui ponderis æqua libræ.*

Ait Amor divinus Sponsæ apud Benedictum Haeften. in *Cord. School.* lib. 2. lect. 6. & 17. Nullum sacrificium gratius Deo, quàm cordis oblatio. In alijs rebus pars sufficit, in sacrificio cordis ni sit totum, totum deficit: igitur nihil offerendo conficerat, qui in sacrificio cordis, cordis aliquid servat.

*Ni totum nullum.*

Gen. 22. 2. 2 *Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis Isaac, & offeres in holocaustum*: dicitur Abrahæ. Per filium unigenitum, & dilectum, cor intelligitur: per cordis sacrificium amor cognoscitur: etenim si cor unigenitum voluntatis, & voluntas unigenitum offert, profectò diligit.

*Senile pignus qui dicavit victimæ,*
*Docens ad aram cum litare quis velit,*
*Quod dulce cordis est, quod pium, quod unicum*
*Deo libenter offerendum creato.*

Prudent

Canit Prudentius Prat. in *Hythomach.* Ita enim Abrahamus in unigenito, dilectissimo Isaac, libenter dedicat cor; sed offert in holocaustum, ut sit cordis sacrificium: etenim cùm victima in holocausto tota dedicetur Deo; holocausti tantùm acceptabitur oblatio: igitur si ex corde sit sacrificium, nullum erit adsdubie, ni sit totum.

*Congruit esse holocaustum, si cordis sit sacrificium.*

Luc. 2. 7 3 Natus est Salvator in Bethlehem sed extra locum, ob iniqne documentum. Haud quia non erat diversorium, natus est in præsepio; sed *quia non erat ei locus in diversorio.* An ars eius ingeniosi amoris, ut hominum excusaret vel umbram ingratitudinis; cùm adveniens repelleretur, & pulsantem ostium cordium, etiam sui non receperunt? Aliter cogitat Clemens Alexandrinus. *At mihi quidem* (ait lib. 2. *Strom.*) *videtur cor non esse alsimile diversorio.* Cor est huiusmodi hospitium, & locum Christus non habet, si cor fuerit diversorium. In diversorio est ad egredum ingressio: & non habet Christus locum in diversorio; quippe in animarum commodum, quærit ex hospitio mansionem, & non hospitium. Est in cordibus ut maneat, minime, ut exeat: recipitur gratiâ, repellitur culpâ: & non est ei locus in diversorio, quod construit varia hominum cogitatio; igitur ambiens permanentium in corde, cogitur egredi.

Clem. Alexandrin.

*Amor divinus non quærit in cordibus hospitia, sed mansionem.*

In diversorio primo occupanti conceditur locus, sive bono sive malo: nulla est personarum distinctio: imò à quolibet hospite apertâ ianuâ, domus habetur ut propria: minimeque placet Christo, in corde habitare cupienti; quòd cor hominis aperiatur, advenienti cuilibet cogitationi. In diversorium ingrediuntur quique volunt: & ingredientibus multis, Christo non erit hospitium: igitur dum de cordibus tanquàm, si bi soli tantùm quærit. Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? Quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conventio Christi ad Belial? Quæ denique pars fideli cum infideli? In diversorio propter divitem habita humilis non admittitur, & eâdo admissus repellitur; nequitque placere, quòd ut ingrediatur vanitas, paupertas humilis ejiciatur foras. Displicet Christo, ab animabus iustis recipi vanitates, etiam ut hospites. Quantum ergo gravabit domus virtutibus vacua, & sceleribus plena, vel adinstar diversorij, modò plena, modò vacua? Mavult Salvator præsepium, quàm cordis ita pravi diversorium: scitur dum pultat pectus, respondetur introsum: Non est locus. Præoccupant enim vanissimæ illecebrosæ voluptates adventum felicem diligentis Redemptoris. Ibi esse fentit, & fugit, quia cor vanitates recipit: quod declinat reclinandus in præsepio, quia amori non est locus in diversorio. Quo pacto introgredietur habitaturus in pectore, si introsunt inimici truces animæ? Ut ingrediatur Salvatoris claritas, princeps mundi ejiciendus est foras: igitur quandiu anima dilexerit huiusmodi contubernium, qui in corde nasci intendit, Salvator non habet locum.

*Cor alienis desiderijs vacuum.*

4 Locus ergo præparandus, Salvatori nascituro. Ubi? In corde: sed non tamquàm diversorio: igitur dum pulsat in hospitium, quærit habitationem & non transitum.

*Deus cor de trahitur.*

*Virga recens zephyris, nervo curvabitur arcus,*
*Igne chalybs, adamas sanguine, corde Deus.*

Mant.

Canit Baptista Mantuanus. Obtulit in Isaac pater unigenitum cor in holocaustum; & locum ubi obtulit, appellavit: *Dominus videbit.* Hebræi, ut vidimus in *Litter. Exposit.* num. 29. legant: *Dominus videbitur.* Deus trahitur corde: & dum sacrificium ex toto corde offertur, Deus est ibi. Iurè cum sacrificio cordis iungitur divina presentia, ut ratilet acceptionis præstantia: etenim Deus in pectore videbitur, si totum cor cordis domino sacrificatur. *Videbitur.* Lumen inaccessibile explorabitur ab homine! Filius Dei, qui in sinu Patris, super faciem telluris! In præsepio iacebit qui continet mundum, & quem cœlorum ambitus capere nequaquàm possunt! Qui solvit in cursum rutilas stellas, videbitur inter fascias! Risus & gaudium orbis plorabit vagiens

Gen. 22. 14.

*Et videtur.*

Ubi sup lor. *Cùm vidisset matrem, dicit: Mulier.* Mulieris titulo in matre ostenditur solitudo. Ut mater thronus est, ut mulier crux: & quæ mater, titulo signatur mulieris, ut palàm fiat in illa solitudo solitudinis; igitur in crucis importabile tormentum conversum est matris singulare gaudium. *Ego destituta & sola*, verius quàm Ierusalem, iuxta crucem dicere quibat Maria. Sola & destituta? Sola sola. Quod solitudines in animo, ut solitudini alia addatur solitudo? Est utique destitutio matris, & destitutio mulieris. Utraque in Maria: & dicitur in destitutione sola & sola; quoniam in solitudinis amarissimo tormento, fuit alia atque alia sensibilior solitudo. Iuxta solitudines toleterabantur cordi saucio dolores, & dolores iuxta cruces: diciturque sola sola, quia super vulnera vulnera: etenim cruci mulieris, iungitur crux solitudinis matris.

Isai. 49. 21. *Et fuit alia crux in cruce.*

17 Constet ex ligno quantum doloris in genitrice: qui vidit, testimonium perhibeat veritati. Signum magnum apparuit in cœlo, vociferans, mulier. Quæ hæc mulier sustinuit in Calvario, apparebit in cœlo. Vidimus supr. num. 2. clamantem, & quia filius raptus, fugientem in solitudinem. Ita igitur orba filio, describitur desolata, verùm necdum in extrema pœna; igitur ut designaretur cruciamen ultimum, *data sunt mulieri duæ alæ aquilæ magnæ, ut volaret in desertum.* Non fugerat in solitudinem? Utique. Fugit ubi erat? Nequaquam. Quò igitur volat? Quot sunt deserta? Plura, ut illa & sit destituta, & sola. Erat solitudo matris: ideo dictum fuerat: *Peperit.* Erat solitudo communis, quapropter vocatur *Mulier*: & additur desertum deserto, & solitudini etiam alia solitudo: quippe cruciamini solitudinis mulieris, superpositus dolor solitudinis matris.

Apocal. 12. 14.

*Et alia solitudo in solitudine.*

18 Per solitudinem sæpe cordis amari designatur cruciamen: & ubi additur solitudo in deserto doloris, exponitur summus dolor in dolore solitudinis. Phrasis utique communis in Scriptura. Ezech. 29. 9. *In desertum & in solitudinem* de quo nobis, Deo propitio, *Tom. 8. Tautol. 1.* ad illud Sapient. 11. *Iter fecerunt per deserta, quæ non habitabantur.* Modò ergo intendamus in Christi querelam per Prophetam Ieremiam. *Dederunt* (scilicet Iudæi per filij mortem, Virginem-Matrem) *portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis.* Quid hoc? Potest esse desertum sine solitudine? Potest, quippe desertum non construit locus, sed solitarij animus. Hic facit civitatem habitationis. Si eadem significatio utriusque vocis, ad quid additur desertum, & solitudinis? Ut designetur in portione desiderabili, Virgine matre, dolor summus in dolore. In deserto erat, quia mater; & in deserto solitudinis, quia mater. In deserto ut mulier, quia erat sine patrocinio, sicut cæteræ mulieres, cruci adhærentes: & additur solitudo deserto, quoniam in solitudine erat alia solitudo: solitudo matris iunctæ dolori solitudinis mulieris: equidem aliæ, Christo mortuo, erant sine patrocinio; & Virgo ut mater absque protectione & termino. Ædificavit sibi solitudinis in adæquationem doloris. Qui tibi nunc sensus? Qui, cùm aspiceres corpus miserabile nati? O quam amara, quæ semper dulcis Virgo Maria! Sit ergo contemplatio dolorum, in renunciationem criminum. Si hoc est in viridi, quid erit in arido? Resipiscat animus, & vocetur lachrymis pœnitudo. Tanta mala sine malo (canit Lactant. Firmian. Carm. de *Pass. Dom.* v. 56.)

Ieremi. 12. 10. *Solitudinem non fuit incur, sed animus.*

*Virgo duplicem solitudinis passa.*

*Ipsaque supplicia inspiciens, mortemque severam,*
*Corporis innumeros memorans, animique dolores,*
*Discit adversa pati, propriaque vigilare salute.*

Lact. Firm.

## DIDASCALIA VII.

### *Cordis diversorium Christus non amat, ut cordis ipse sit cor.*

1 MOnet Novarinus in *Vmbr. Virgin.* Excurs. 19. num. 220. Animæ vita dicitur, quippe sine Deo vel vita mortuâ: & Deus per cor solicitat animam, ut vitæ cordis elargiatur vitam. Frequenter dividitur cor in opposita, & Domino cordium non placent corda divisa. *In toto corde* exquirendus est, & divisa voluntate non offertur totum cor: quod quidem ni totum, profectò nullum. *Date nobis de oleo vestro*: dixerunt fatuæ virgines prudentibus, ut prudentes essent fatuæ. Si oleum charitas & amor, infelix exitus, Non prodest amor divisus. *Ne forte non sufficiat nobis & vobis*, respondent, *Ite.* Aptius responderent, ni dicerent, *Fortè.* Flamma lampadis pectoris tota cœlum versùs petit: amor divisus non sufficit.

Novarin.

*Deo dicandum totum cor.*

Psal. 118. 10. Matth. 25. 8.

*Me tibi cùm totum dederim, vanissima, cordis,*
*Cur mihi, virgo, tui pars aliquanta datur?*

Hæc



*Non prædestinatus divisus.* Vers. 9.

*Quod mihi donasti magno pro munere, non est*
*Si neget hoc tibi qui ponderis æqua libræ.*

Ait Amor divinus Sponsæ apud Benedictum Haeften. in *Cord. School.* lib. 2. lect. 6. & 17. Nullum sacrificium gratius Deo, quàm cordis oblatio. In alijs rebus pars sufficit, in sacrificio cordis ni sit totum, totum deficit: igitur nihil offerendo conficerat, qui in sacrificio cordis, cordis aliquid servat.

*Ni totum nullum.*

Gen. 22. 2. 2 *Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis Isaac, & offeres in holocaustum*: dicitur Abrahæ. Per filium unigenitum, & dilectum, cor intelligitur: per cordis sacrificium amor cognoscitur: etenim si cor unigenitum voluntatis, & voluntas unigenitum offert, profectò diligit.

*Senile pignus qui dicavit victimæ,*
*Docens ad aram cum litare quis velit,*
*Quod dulce cordis est, quod pium, quod unicum*
*Deo libenter offerendum creato.*

Prudent

Canit Prudentius Prat. in *Hythomach.* Ita enim Abrahamus in unigenito, dilectissimo Isaac, libenter dedicat cor; sed offert in holocaustum, ut sit cordis sacrificium: etenim cùm victima in holocausto tota dedicetur Deo; holocausti tantùm acceptabitur oblatio: igitur si ex corde sit sacrificium, nullum erit adsdubie, ni sit totum.

*Congruit esse holocaustum, si cordis sit sacrificium.*

Luc. 2. 7 3 Natus est Salvator in Bethlehem sed extra locum, ob iniqne documentum. Haud quia non erat diversorium, natus est in præsepio; sed *quia non erat ei locus in diversorio.* An ars eius ingeniosi amoris, ut hominum excusaret vel umbram ingratitudinis; cùm adveniens repelleretur, & pulsantem ostium cordium, etiam sui non receperunt? Aliter cogitat Clemens Alexandrinus. *At mihi quidem* (ait lib. 2. *Strom.*) *videtur cor non esse alsimile diversorio.* Cor est huiusmodi hospitium, & locum Christus non habet, si cor fuerit diversorium. In diversorio est ad egredum ingressio: & non habet Christus locum in diversorio; quippe in animarum commodum, quærit ex hospitio mansionem, & non hospitium. Est in cordibus ut maneat, minime, ut exeat: recipitur gratiâ, repellitur culpâ: & non est ei locus in diversorio, quod construit varia hominum cogitatio; igitur ambiens permanentium in corde, cogitur egredi.

Clem. Alexandrin.

*Amor divinus non quærit in cordibus hospitia, sed mansionem.*

In diversorio primo occupanti conceditur locus, sive bono sive malo: nulla est personarum distinctio: imò à quolibet hospite apertâ ianuâ, domus habetur ut propria: minimeque placet Christo, in corde habitare cupienti; quòd cor hominis aperiatur, advenienti cuilibet cogitationi. In diversorium ingrediuntur quique volunt: & ingredientibus multis, Christo non erit hospitium: igitur dum de cordibus tanquàm, si bi soli tantùm quærit. Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? Quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conventio Christi ad Belial? Quæ denique pars fideli cum infideli? In diversorio propter divitem habita humilis non admittitur, & eâdo admissus repellitur; nequitque placere, quòd ut ingrediatur vanitas, paupertas humilis ejiciatur foras. Displicet Christo, ab animabus iustis recipi vanitates, etiam ut hospites. Quantum ergo gravabit domus virtutibus vacua, & sceleribus plena, vel adinstar diversorij, modò plena, modò vacua? Mavult Salvator præsepium, quàm cordis ita pravi diversorium: scitur dum pultat pectus, respondetur introsum: Non est locus. Præoccupant enim vanissimæ illecebrosæ voluptates adventum felicem diligentis Redemptoris. Ibi esse fentit, & fugit, quia cor vanitates recipit: quod declinat reclinandus in præsepio, quia amori non est locus in diversorio. Quo pacto introgredietur habitaturus in pectore, si introsunt inimici truces animæ? Ut ingrediatur Salvatoris claritas, princeps mundi ejiciendus est foras: igitur quandiu anima dilexerit huiusmodi contubernium, qui in corde nasci intendit, Salvator non habet locum.

*Cor alienis desiderijs vacuum.*

4 Locus ergo præparandus, Salvatori nascituro. Ubi? In corde: sed non tamquàm diversorio: igitur dum pulsat in hospitium, quærit habitationem & non transitum.

*Deus cor de trahitur.*

*Virga recens zephyris, nervo curvabitur arcus,*
*Igne chalybs, adamas sanguine, corde Deus.*

Mant.

Canit Baptista Mantuanus. Obtulit in Isaac pater unigenitum cor in holocaustum; & locum ubi obtulit, appellavit: *Dominus videbit.* Hebræi, ut vidimus in *Litter. Exposit.* num. 29. legant: *Dominus videbitur.* Deus trahitur corde: & dum sacrificium ex toto corde offertur, Deus est ibi. Iurè cum sacrificio cordis iungitur divina presentia, ut ratilet acceptionis præstantia: etenim Deus in pectore videbitur, si totum cor cordis domino sacrificatur. *Videbitur.* Lumen inaccessibile explorabitur ab homine! Filius Dei, qui in sinu Patris, super faciem telluris! In præsepio iacebit qui continet mundum, & quem cœlorum ambitus capere nequaquàm possunt! Qui solvit in cursum rutilas stellas, videbitur inter fascias! Risus & gaudium orbis plorabit vagiens

Gen. 22. 14.

*Et videtur.*

giens in paleis! Ille quem celebrat chorus cœlestium, in medio duorum animalium! Ille, quem quærere debebat homo ob propriam utilitatem, quæret ingratissimum hominem! Ille qui liber angustè sedebat in throno regio, habitu inveniretur ut homo! Deus & propter hominem homo, obnoxius pœnæ, sine labe culpæ! Propter hominem, ità indigne Conditori respondentem; ut pœnas eluat, cuius erat crimen! Deus homo propter hominem infensum, cùm non videret quem formavit hominem! Deus in carne & mortali, pro mortali inani pulvere! Deus homo! Verbum caro! & præ gaudio non fiet homo? Videbitur? Quando?

*Deus propter hominem homo.*

*Philip. 4.*

*Gaudete in Domino semper, iterùm dico, gaudete*: dicam cum Doctore Gentium. Quare igitur si mala fragilem naturam premunt, singulariter lætandum? Iurè: exultet ergo præ gaudio in pectore cor; quippe *Dominus* expectatus *prope est*. Tot expetitus sæculis, tot prænunciatus litteris, tot prædicatus patribus, tot antedictus gentibus, tot personatus vatibus, tot lineatus formulis, tot percupitus Angelis, osculabitur Sponsam naturam humanam, ac in æternum habebit sponsam! Voluntarium mancipium (eò gravius vinculum, quò voluntarium) iacebat homo in affectionum ergastulo servorum servus, igitur principabantur appetitus. Cœcus enim fine lumine gratiæ, & eclipsè Solis intelligentiæ, quin in cœlum elevaret lumina, quoniam prona in terram corda, immoto gressu, pede vinclo, & virga directionis tradita in exactoris dæmonis manus, qui in pœnas acriores machinabatur studiose dolos. Solummodò Verbum divinum, caro factum, educere poterat è carcere vinctum: & dum prope huiusmodi felicitas emicat, necesse est, quòd pectus gaudiat; igitur si prope iam naturæ libertas, brevi tot dierum confringetur captivitas.

*Libertatem recipit homo, nascente Christo.*

5 Acumen huius auctoritatis promet vox calamitatis hominis. *Custos quid de nocte? Custos quid de nocte?* Ita clamàbat homo, dum esset Verbum divinum non homo; igitur causâ criminis, semper in tenebris. *Custos.* O divinam pietatem! Etiam custodit, dum affligit peccatorem. *Quid de nocte?* Quid ad illos, quantum temporis supereſt usque ad lucem? In summum inquirunt gaudium: igitur si lucet manè, Sol est prope: & simul fons totus felicitatis, quæ orietur ex ortu Solis. *Quid de nocte?* Quousque in nocte ignorantiæ, afflictionis pœnæ, & calamitatis versabitur cæca conditio? Quando surget è tenebris homo? Quando aderit manè, quo oriatur nobis salutaris Sol iustitiæ? Quid de nocte? Nox fuerat, ex quo tempore Adamus ordem crimine maculaverat: & inquirit genus humanum quid de nocte, & usque manè sit; quippe si manè micat, propè Sol. Quid de nocte ad lucis ortum restat, ut homo videat in quo iaceat, & resurgat? Quid de nocte? Quoniam nox est, quamdiu non oriatur Sol. Vim vox exprimit doloris, & affectum, atque cupiditatem libertatis: siquidem tolummodò per Solis iustitiæ ortum, nanciscetur natura captivitatis meritum. Restat de nocte multum? *Venit mane.* Ergo crumpat cordis gaudium: etenim nascente Christo, per eius ortum renascetur homo. Canit Sedulius lib. 2. v. 33.

*Isai. 21. 11.*

*Et renascitur.*

*Sedul.*

*——Quoniam natura prior vitiata iacebat*
*Sub ditione necis, Christo nascente, renasci*
*Posset homo, & veteris maculam deponere carnis.*

Ideo illuxit nobis dies redemptionis novæ, reparationis antiquæ, felicitatis æternæ. Redemptionis, quia Deus in mundo: reparationis, quippe novus homo: felicitatis, quoniam Verbum divinum videtur caro. Hæc hominum felicitas summa, ultra quam non rutilat alia gloria.

6 Apparuit Dominus Moysi in flamma rubi, quasi in signum egregium venturi in carne, sine carnis spinis, in honorem matris. *Vadam* (inquit) *& videbo visionem hanc magnam.* Appropiat, sed cùm videret inuitatum lumen, qui studiosè videbat, *abscondit faciem.* Vidit miraculum, & post visionem statim operit vultum? Ad quid lumina, nisi in miracula? Modo claudit oculos, dum in visionem non sufficit Argos? Si cupit videre, & cupita videt, quomodò fugit? Respiciat iterùm, ut impleatur gaudium: igitur amanti non sufficit, semel aspicere. Si signum Dei hominis aspicit, cur non respicit? Quia vidit. Lumen desiderabat, ut videret visionem, & quia vidit visionem, amisit lumen. Non erat alia gloria, præter illam semel visam, uti visionem magnam: non erat ultrà, quid videret: & faciem meditanter abscondit: igitur ad quid oculi, si ultra vita non est aliquid? Abscondit faciem, cum vidisset lumen. Vidit signum magnum, scilicèt Verbum in carne venturum: & vultum avertit à visione, mira cordis gratitudine: siquidem oculos, quibus Verbum in carne prospexit, fas non erat in terrenis collocare. Ad quid lumina, visâ gloriâ? Ad quid oculi, si plus non potest videri? Abscondat igitur faciem, quam desiderabat ad visionem: etenim oportet caligare lumina, ubi non possunt visis videre maiora.

*Exod. 33. 3.*

*Vers. 6.*

*Deus humine viso, terrena cuncta fugiat cogitatio.*

Haud



*Cels.*

7 Haud aliter contigit seni Simeoni. *Cæcus erat* (ait Celsius de *Incredulitat. Iudæor.*) *& ad pueri contactum in templo recepit visum.* Caligaverant oculi eius, & videre non poterat: sed ut intellexit esse in terra, qui habitabat in gloria; Verbum Dei factum carnem, habitu inventum ut homines nasci ex genitrice, natum ex Patre: redimi Redemptorem, virgineam maternitatem (sit nota blandiminis argumentum inconcussæ veritatis, apud Auson. *Epig. 7.*

*Miraculum visus Simeone in præfentatione Christi.*

*Auson.*

*Ante omnes alias felix tamen hoc ego dicar:*
*Sive Deum peperi fœmina, sive virum.)*

Deum infantem, matrem virginem, in templo Auroram & Solem; oculi eius receperunt lucem. Aptiùs, quia verè, quàm de falso Numine Vates lib. 3. *Metam.* Fab. 9. (intellecta applicatione cum grano salis) erumpentibus radijs deitatis à corpore Solis, dicere quibat infantem habens in uinis:

*Ovid.*

*Nil ibi quod credi posset mortale videbam:*
*Et sensi & dixi sociis, quod numen in isto*
*Corpore sit dubito; sed corpori numen in isto est.*

Dixit senex, quia vidit; sed illicò ut vidit, lumina claudi petit: *Nunc dimittis servum* (ait) *quia viderunt oculi mei salutare tuum.* Oculos exorat claudi, quia viderunt oculi: Lumen recipit cæcus, ut videat invisibile lumen; & intendit, quia iam visum, in cæcitatem? Utique: concupivit, ut perderet; & desideravit oculos, ut amitteret. Nihil videndum erat in mundo visis simile, nec cogitatione æquale. Nihil ultra; cùm habitaret gloria in terra nostra: & optat iurè sine lumine lumina cæca, quia nihil ultrà. Visionem hanc magnam desiderabat aspicere: vidit quod desideravit, & oculos negligit: igitur qui vidit gloriam, piget respicere terram. Altiora in mundo videre nequibat, & renuit oculos, ut videret altiora. Ad quid igitur oculi, si viderat quicquid poterat videri? Vernaculè: *Era preciso cegar, no aviendo en el mundo otra cosa que ver.*

*Luc. 2. 29. 30.*

*Deus in nostra natura visso magno.*

8 Si oportet prævenire Solem, eius præoccupemus faciem. In partibus Septentrionalibus (ubi habitatores fere in tenebris, quasi in mortis umbris, latera designando Aquilonis, Luciferi sedes) Sol per sex mensium spatia regiones fugit. Cùm autem tempus apparitionis æstate venerit; *Excubias locant* (ait Olaus Magn. de *Gentib. Septent.* lib. 1. cap. 1. & 5.) *in iugis montium, ut albescente cœlo, tubarum clangor Solem excipiat.* Currente tempore Sol magis appropiat: & inter excubias vigil singulariter plaudit, quippe nunciat: *Cras videbitur.* Haud aliter in ortu Solis iustitiæ quotannis contingit homini. Totum pectus umbræ sunt propter cæcitatem criminum, redactâ ratione in abstrusa tenebrarum. Mœret cor, sed hæret pectori spes, quòd Sol iustitiæ orietur in nocte, ut eius divina claritas illuminet tenebras. Haud merctur adventum, & expectat Solis ortum. Lucescit iam? Propè est. Quando videbitur? Cras. O hominem felicem! Cras videbis Solem, & videbis amorem. In sensum meliorem vertam pro pervigilio Solis, quod Catullus in pervigilio Cupidinis.

*Ol. Magn.*

*Ibidem*

*Quo plausu Septentrionales excipiant Solem?*

*Cras amet qui numquàm amavit:*
*Quique amavit, cras amet,*

*Catull.*

Videbitur à cunctis hominibus, fausta fors!

*Humor ille quem serenis astra rorat noctibus,*
Nascetur, vel in pruina & glacie hyemis,
*Ver novum, ver iam canorum, ver, natus orbis.*
*Hybla totos fundet flores, quicquid annus attulit.*

*Nativitas Christi gaudium orbi.*

Ut vigeant & floreant candore puro rosæ,
*In pudorem florulentæ prodiderunt purpuræ.*
Mater lactabit ubere de cœlo pleno, quippe integerrima virgo, & pro singulari miraculo,
*Mane virgineas papillas solvet humenti peplo.*
*Ipsa venas, atque mentem permeante spiritu,*
*Intùs occultis gubernat procreatrix viribus,*
*Perque cœlum, perque terras, perque pontum subditum.*

*De Spiritu Sancto conceptum Virgo mater alit.*

*Pervium sui tenorem seminali tramite*
*Imbuit, iussitque mundum nosse nascendi viam.*
Bibant ergo animæ ignita pocula charitatis,
*——Deque amoris oculis,*
*Deque gemmis, deque flammis, deque Solis purpuris.*
Nemo à felicitate arcetur. Nemo, etenim,
*Ipse Amor puer rure natus dicitur.*
Supervacuæ partui Virginis-Matris ancillæ:
*Diva floribus*
*Præses ipsa iura dicit: adsederunt Gratiæ.*

*In præsepio exponitur.*

Haud eget, estò sola, famulatu: pro blandimine, pro oblectatione, pro sui obsequio
*Hunc ager cum parturiret ipsa suscepit sinu,*
*Ipsa florum delicatis educavit osculis.*
Cœleſtem erat orbis sanè visurus pastorem:
*Subter umbras cum maritis ecce balantum gregem.*

*Partui Virginis assiterunt Gratiæ.*

Nascetur in lucem Gentium: quapropter
*Ruris hic erunt puellæ, vel puellæ montium;*
*Quæque silvas, quæque lacus, quæque montes incolunt.*
Minimè quia nudus amor fugit angelicos comites:
*Iussit omnes adsidere pueri mater alitis.*
*Iam choros videres feriatos noctibus*
*Floreas inter coronas, mirteas inter casas.*
*Et canoras non tacere Diva iussit alites,*
*Ut putes motus amoris ore dici musico.*

*Mundus exultat.*

Iam

Iam Deus ultionum filius rhinocerotis iram deposuit curvus in gremio Virginis.

*Vulnerat amor corda, dum proijcit arma.*

*Ite ninphæ posuit arma, feriatus est amor,*
*Iussus est inermis ire, purus ire iussus,*
*Neu quid arcu, neu sagitta, neu quid igne laderet.*

Trahere corda satagit in vinculis charitatis, & lachrymis manantibus ex oculis. Percutere intendit pectus, quia

*Totus est in armis idem, quando nudus.*

Concordent ergo amores, quos liget mutua charitas, & amplectatur felicitas: igitur

*Cras erit, qui primus ab æthere copulavit nuptias.*

Designavit pectoris igniferi rutili flamma

*Cras amorem, qui latebat veste tectus ignea.*

Ignem venit mittere in terram cordium: non ardere tot ignibus, erit ingratum. Si quis amare nescit, cras in amore discet: si quis amavit, amabit: etenim si ille ad nos amore trahitur, trahamur amore, ut respondeamus tantæ dilectionis fidei. Cras veniet. Felix nuncium! Aperiat ignis pectus, ut promat gaudium. Cras veniet. Amanti longa pœna, quamvis brevis distantia. Tempus utique longum, ubi amantis à tempore pendet solatium. Cras amet, qui numquàm amavit. Cras. Videbit homo salutare Dei?

*Vegetat in amorem amore.*

9 *De cœlo expositus est infans*: ait Tertullianus de *Carne Christi.* cap. 12. Verbum caro factum est, ut videat carnem factum omnis caro. Iacebit in præsepio, ut visant humiles, & signabitur de cœlo, ut salutent reges. Nemo ab hulus alacritate participatione secernitur: una cunctis lætitiæ communis est ratio. Fœmina circumdabit virum: Reges invenient puerum: pastores infantem: peccatores Salvatorem: nobis parvulis promittitur parvulus. Exponitur ergo cunctis, & iuxta capacitatem recipientis. Expositus infans dicitur, cuius ignorantur parentes: & vivide describitur infans signo mirabili expositionis; equidem mundus nec cognovit dignitatem Patris, nec excellentiam singularem genitricis. Expositus non est cuius est, sed recipientis ut proprium, igitur exponitur ut sit eius, cuius sit. Infans hic cœlestis corda aliena inquirit, ut sint propria domicilia: & relinquit impulsus amore propria; quandoquidem propter hominem in cœlo reliquit Patrem, & in cruce genitricem. Expositio, infelicior sors in infante; cùm priùs dilcat pati, quàm gustet vivere. Vix nascitur cùm deseritur. Invenit, vel invenitur ab acerbitate doloris, priusquàm oculos aperiat in usuram lucis: & infantem cunctis exponit cœlum, an aliquis amore introducat in domum. Quicumque voluerit, infantem

Tertul.

*De cœlo Infans exponitur, ut à cunctis suscipiatur.*

exposium sibi sumit: & de cœlo exponitur viventibus infans, an intra cordis claustrum excipiat charitas. Felix, qui suscipit: miser qui respuit: igitur si sortem abdicit cor, non est felix, quia non vult: & indulget, mori pectoris ingratitudine, qui pro corde anxiè moriebatur amore.

*Quomodò exponitur?*

10 Contemplemur huius amoris studium in obsequium animarum. Expositus infans ferè nudus (frigore contremiscens, si hyemis tempus) & extendens brachia, & manus, cupiens pro somite pectus; vagit quasi querulus de cœlo, quòd vitam concesserit, ut desertus amitteret, quin vires præstaret, ut fugientem quæreret. Agit inarticulatis vocibus, quod nequit viribus, retinens transeuntes per viam, ne ita transeant: & ita exponitur hominibus mundi Salvator de cœlo; ut illum excipiat miserabilis homo, & per receptionis obsequium, summam recipiat felicitatem bonorum. Erit qui transeat? Erit qui proprijs, lachrymas infantis non abstergat? Erit qui videat siccis oculis fletum expositi pueri cœlestis? Erit nudus, qui vel arbusta vacua vestit frondibus? Erit sine tunica, dum pectus habet præcordia? Nil quo foveatur habet in tempestate frigoris, nisi igne ardentis amoris. Ipse clamat, ut excipiatur, & deseritur. Cœlum exponit, & nemo suscipit? Obturat anima aspis astuta vigiles aures, ne audeat incantantis sapienter consonas fletibus voces? Gemit homo, ut homo venias, & non respondes, dum vocas?

11 *Veniens veniet*: dicit Habacucus Salvatorem expectantibus. Quid hoc? Veniet sanè qui venturus. Non veniens veniet, vel veniens quit non venire, ut dicat Salvatorem venire venientem? Profectò. Phrasis est pulchra, explicans venientis repulsam, vel susceptionem; dum in hominum cordibus disponit requiem. Probo veniens veniet, quippe virtutibus adventum prævenit; & præibit in occursum charitas, ubi expositus fuerit de cœlo infans: peccatori autem, quamvis veniat non veniet; quia non veniet, ut in corde eius inhabitet: igitur cùm criminibus arceat, quem expectat; si illi non venit, quasi non venisset. Quid interest ortus lucis oculis cæcis? Veniens veniet, si cor non habet causam, cur infans ploret: & non veniet cùm venerit, quærens hospitium; quia anima advenienti, & pulsanti præcludit ostium.

Hab. 2. 3.

*Non quæritur, si quæritur ubi non invenitur.*

*Non nascitur, ubi non recipitur.*

12 Audiamus iterùm hominis fletus. *Custos quid de nocte? Quid?* Quando videbitur lux? Quando effulgurabit Sol? *Quid de nocte?* Ergo responde. *Dixit custos:*

Isai. ubi sup. Vers. 12





*venit mane & nox* (Alapid. *Mane, & tamen adhuc nox est.*) *Si quæritis quærite.* Orto iam Sole, & adhuc tenebræ? Utique. Ut homo excuteret cæcitatem, venit in mundum: & adhuc viget imperium tenebrarum, quia per eius præsentiam Sol mundo illuxit, & tamen in corde vetusta cæcitas mansit. Mane venit, & necdum lux Solis fulsit. Nox nato Sole videtur, cùm eius nativitate nox sicut dies illuminabitur? Si exortum est in tenebris lumen; lux non illuminat hominem? Sanè. Exortum est dumtaxat rectis corde: & manent peccatores cæci, & obcæcati in tenebris, quia nolunt oculos aperire, ut resurgant à peccatis. Sol oritur, ut illuminentur animæ: & adhuc in illis quæ lux tenebræ; quoniam cæco non nascitur fulgens lux, & oritur quasi non oriatur Sol. Illi claritas umbra, fortuna miseria, felicitas calamitas, quia esse sub peccatis putat delicias. Venit mane, & adhuc nox, quoniam illi vel lux Solis non est lux.

*Peccatori quasi non natus.*

13 Nota quod additur à custode. *Si quæritis quærite.* Qui quæris, invenit: signum est, nisi inveneritis, quod non quæritis. Parum est quærere, ni contingat invenire. Nihil est sequi, ni sequatur consequi. Quæritur, & non invenitur, quia non invenitur, ubi quæritur. Causas diximus *Didasc.* 2. num. 9. Quæritur in mundo, & non invenitur qui quærendus in præsepio. Quæritur in vanitate, & non obviat felicitas, si sub titulo sancto quæritur vanitas. In delicijs quæritur, qui numquàm invenitur in delicijs. Quæritur avidè, ubi commodè quæritur: at si quæritur commodè, non invenitur. Quæritur infans extra cor quærentis: & non invenitur, qui de domo solummodò satagit cordis. Invenietur enim Sol; si observatur illud: *dolentes quærebamus te*: igitur audient animæ aliter quærentes: *Quid est quòd me quærebatis?* Minimè vel quæsitus invenietur in cordibus, ni corda præparentur ad susceptionem virtutibus.

*Non quæritur, si quæritur ubi non invenitur.*

Luc. 2. 48. 49.

*In vanitatibus cum expectare non est fiducia sed audacia.*

*Amittitur, dum inter vana quæritur.*

14 Exierunt igitur Sponso venturo in obsequium *decem virgines, quinque fatuæ, & quinque prudentes.* Hæ nactæ sunt visionem Sponsi introeuntes in gaudium: illæ verò remanserunt extra nuptias in opprobrium, quibus Sponsus ianuam clausit, & invocantes uti dominum non novit. Tanti est discrimen, quòd constituat beatitudinem, vel damnationem. Omnes ornaverunt lampades, aliter tamen & aliter; quippe prudentes in splendorem intenderunt olei, fatuæ autem in ornatum vitri. Oleum est, quod ardet: vitrum, quod lucet. Lucere indicat ostentationem, ardere charita-

Matth. 25. 2.

*Non invenitur in vanitate, sed in charitate.*

*S. Bened. Ubi invenitur?*

15 Angebatur Iosephus uxori Sponsæ Virginis pondera videns, & secum quæ tuta non capiebat, pugnantibus cogitationibus volvens. Talia igitur secum in pectore cogitanti (ut fugeret cogitatio, torpescunt membra sopore) apparuit Angelus dicens: *Noli timere: quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est. Pariet autem filium.* Sat ad quietem Ioseph, cæterum nobis non sat. Quomodò natum pariet? Si pariet, quomodò peperit? Si ut nascatur, expectat temporis legem, qua le-

Matth. 1. 20. 21

ge natus ante nativitatem? Exemplum debet esse Sponsarum, Solis iustitiæ expectantium adventum. *Antequam parturiret peperit*: igitur priusquam Christus nascatur Isai. 66. 7. orbi, debet dilectus in cordibus nostris nasci. Pariet, quod in ea natum est: quippe ut fruamur utilitate lucis, Christus debet nasci in nobis. Non tantùm Sol iustitiæ nascitur, quando nascitur; sed etiam dum ortus eius virtutibus prævenitur: & verè dicitur *Natum pariet*; dum ortum ita prævenit: equidem requievit in Virginis habitaculo, priusquam Virgo natum reclinaret in præsepio. Autora itaque pariet, quòd concepit: sed quod in ea mirificè natum pariet; quoniam maior Virgini gloria, quòd in ea natus, nasciturus ex ea. Magnum sanè beneficium lucis, sed non magnum donec lucifer oriatur in cordibus vestris. *Illuxit* igitur Christus *in cordibus nostris ad illuminationem*: igitur rite tunc celebratur illuminationis orbis solemnitas, si in cordibus nostris eius qui illuxit, obtinetur nativitas.

*Nil interest, quid Christus nobis nascatur, ni nascatur in nobis.*

2. Cor. 4. 6.

16 *Persæ* (ait Herodotus in *Melpom.*) *pridie festorum serpentes occidebant*: & ex eo quòd audierant, Appollinem primâ infantiâ serpentem sagittis confecisse, & Herculem suffocasse, uti notat Macrobius lib. 1. *Saturnal.* & canit Tragicus in *Hercul. Furent.* Act. 1. v. 216.

*Usus Persarum in natalitiis.*

Herod. Macrob.

*Herculis & Apollo infantes.*

Senec. Goltz.

——— *Numquid immunis fuit*
*Infantis ætas? Monstra superavit prius,*
*Quam nossit.*

*Quisnam mos apud Rom. imperatores in natalitiis fuit*

Apud Romanos valuit ritus natalitia celebrandi, ferarum plurium effuso cruore: hinc Hubertus Goltzius de Adriano dixit: *Natalem suum mille ferarum sanguine cruentavit.* Feræ sunt crimina, serpentes peccata: moriantur ergo aversa voluntate, ne regnet peccatum in vestro mortali corpore. Delectabitur infans ab ubere super foramine aspidis, ut evellat venenum à pectore hominis; & in cavernam reguli manum suam mittet, ut serpentes à corde fotas suffocet. Moriantur, & mortuæ non resurgant, ne vitam viventes adimant. Moriantur, & astruat candidum pectus sanguis ferarum effusus. Moriantur, quibus morimur, ne moriamur. Orietur Sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius. Iam lucet sanitas, si gravat infirmitas: micat antidotum, dum urget conditionis venenum. Exultet sanctus, quia appropinquat ad palmam: gaudeat peccator, quia invitatur ad vitam.

Senec. ——— *Stelliger mundus sonet,*
*Flammasque & hic & illo taculetur polus.*

## DIDASCALIA VIII.

### *Perfecta obedientia legem nescit.*

Bernar. 1 NEscio quo acumine dixit Bernardus in *Cantic.* Serm. 7. sed explorandum acumen. An quia lex non est polita iusto, cuius lex ratio, facientis voluntate, quæ mandata lege? Cùm enim rationem ducat illæc fulgida lux, adversus huiusmodi non est lex. Unde Boëtius de *Consol. Philosoph.* v. 47. Metr. 12. libr. 3.

*Lex amoris nulla lex.* Boet.

*Quis legem det amantibus:*
*Major lex amor est sibi.*

Verùm si obedientia cognoscitur per præceptum, quomodò legem adimplebit, qui præceptum non cognoscit? Si legem non habet, non obedit: si obedit, legem cognoscit: quo igitur pacto legem potest obedientiâ cognoscere; & legem cognoscendo, ipsâ obedientiâ nescire? Quia legem non adimplet propter legem, sed tantùm propter amorem: & legem nescit, dum legem implet; quippe liber subditur præcepto legis, sine legis præcepto proper legem charitatis. Est obedientia, & obedientia perfecta: obedientia legem cognoscit, perfecta verò obedientia legem nescit; quia legem adimplet opere, dum excluditur à lege. Ubi huiusmodi obedientiæ perfectio videnda, nisi in perfectionis exemplari Deipara? *Suscepit Mater totius puritatis purgationis legitimæ speciem; ut simul & obedientissimæ humilitatis virtutem, & evangelicæ purificationis insinuaret veritatem*: inquit Guerricus Abb. Serm. 1. in *Virg. Purific.*

*Ubi là perfecte legi, qui sine lege obedit.*

Guerr.

2 Ergo audiamus legem, ut videamus Virginis perfectionem. *Mulier si suscepto semine peperit.* Ergo excluditur Virgo-Mater à lege purificationis per latam purificationis legem. *Alioquin nisi paritura prævidisset Moyses sine semine Virginem; quæ necessitas erat de suscepto semine fieri mentionem?* Ita in Serm. 3. de *Purif.* astruit Bernardus. Excluſa est ergo Virgo, quia locum non habebat purificatio vel ex ipsa lege. Qua enim lege, *impleti sunt dies purgationis Mariæ*: lege amoris, & non lege: igitur obedientia perfecta amoris legem excipientem cognoscit, & in obedientissimæ humilitatis virtutem, legem nescit.

Levit. 12. 2.

*Virgo non cognovit legem, nisi ut obediret.*

Luc. 2. 22.

3 *Impleti sunt dies purgationis eius secundùm legem*: & interea divinæ stirpis alumnus sistitur templo, Virgoque læta genitricis dignitate, misso oneri gaudebat honore: sine pondere pondus, potiùs quàm brachia, deferebat pectus.

Ibid.

*Inque sinu puerum qui nondum impleverat annum.*

Ovid.

*Dulce ferebat onus, tepidique ope lactis alebat.*

Quàm longè cecinit à proposito Ovidius lib. 9. *Metam.* Fab. 7. Venit ergo Mater purissima virgo, ut secundùm legem fieret purificatio. Secundùm quam ergo legem? *Secundum legem Moysi.* Secundùm Moysis legem à purificatione signabatur immunis: & purificatur iuxta præscripta legis, à qua perspicuè videbatur excluſa; ut rutilaret obedientia perfecta, quæ quidem adimplet legem, dum legi subdit legis immunitatem.

*Lex per illam impleta, à qua signabatur & excluſa.*

4 *Nunc cognovi* (dicitur Abrahæ extendenti manum, ut immolaret filium) *quòd timeas Dominum*: ideſt, quòd ames, ut sæpe vidimus. Cur nunc? In tot demonstrationibus non cognita fides pectoris, ut nunc cognoscatur excellentia amoris? Tot præcepta executioni mandata, & difficilia alacritate completa, nonne ostentarunt dilectionem Dei? Profectò: quare igitur dilectio Abrahæ cognoscitur magna nunc? Immunis erat legis in victima immolationis: igitur iuxta promissionis conditionem, illi dictum: *In Isaac vocabitur tibi semen.* Fides data filium à morte reddebat immunem: mori debebat iuxta latam legem: & nunc cognoscitur amor in Deum, quia nunc sacrificat filium; igitur non cognoscit in lege lata exemptionem, sed solummodò legem. Cognoscitur ampliùs charitas, ubi amplior in opus invenitur difficultas: nunquæ amor patris cognoscitur, ubi nunc filius libet à lege sacrificatur; quoniam amor pervenit in summum culmen, dum legi, adespotus lege, immolat immunitatem.

Genes. 22. 12.

*Ubi là perfecte legi, qui sine lege obedit.*

Ibid. cap. 22. 12.

*Summa charitas, ubi legi sacrificatur immunitas.*

5 Præmium sequitur inclytam operationem, & ideo iuxta numerum stellarum Abrahæ multiplicabitur semen. *Quia fecisti hanc rem.* Quam? Quid fecit? Hanc rem. *Nomen quo laudet, non invenit*: ait Oleaster hic *Ad mor.* Res ita suprema expellit in significationem nominis. Satis dicitur, dum dicitur factum, per se solummodò notum: etenim silentio & prætermissione magis potest dici, quod dici non potest: & nequit præ magnitudine exprimi quantum factum, legi propter obedientiam summittere privilegium. Hinc in *terram visionis* mittitur Abraham, ut perficiat sacrificium de filio, ob cuius facinus amori pectoris adveniet illuminatio. In terram lucidam magis ab actione, quàm à luce, vel nitidam ab operis splendore. In terram, ubi vivendo mirabilia, quæ non viden-

Vers. 6.

Oleaster

Vers. 2.

*Major sacrificium sacrificato privilegium.*





tur in terra: etenim si filium sacrificare, plusditur magnum; maius utique, sacrificare à sacrificio liberum: igitur spectabilior est visio, ubi fit sacrificium de privilegio.

6 Exactores tributi regij, Christo introeunte Chapharnaum, dixerunt Petro: *Magister vester non solvit didrachma?* Singula familiarum capita binas drachmas pendebant singulis annis Romano Principi, usui destinatas Capitolij, ut refert Iosephus de *Bell. Iudaic.* lib. 7. cap. 26. Interrogationi ait Petrus: *Etiam.* Cùm autem referre conaretur Christo quæsitum ab exactoribus, prævenit eum Salvator: dicens: *Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum vel censum? A filijs suis, an ab alienis? Et ille dixit, Ab alienis.* Dixit tunc Salvator: *Ergo liberi sunt filij*: sed vade piscatum, hamum mitte, piscem qui ascenderit tolle, staterem invenies, *da ergo pro me & te.* Haud facilè capitur. Argumentum opponitur solutioni tributi, & tributum contradicit causæ. *Liberi sunt filij*: Ergo solve, non est consequens. *Liberi sunt*: Ergo da didrachma pro me & te? Nobis est filiorum libertas: legitimè sequitur, Ergo non solvas: cur igitur & explicat libertatem, & urget in vectigalis pensionem? Ut actum heroicum eliceret, dum exemptionem à tributo expressit, & nihilominùs solvit. Non est magni, dum ius est, subijci legi, sed subijci, ubi in leg. ius non est; quippe privilegium à lege subtrahit ius: dicit que Christus, Pende didrachma pro me; quoniam in obedientia nihil cogitatur summum, ni in obsequium perfectionis subiiciatur privilegium. Adimplere legem, dum in opera lex urget; est obedientia laudabilis, sed communis: agnoscere privilegium contra legem, & tributum pendere; est summitas perfectionis: & solvi Salvator iubet, quæ ut adespotus non debet; ut elarescat libertas obedientiæ, amilla propter legem libertate: igitur quæ non lex sibi, sibi destinavit legem; illico ut subiecit legi liberam immunitatem.

Matth. 17. 24.

Vers. 24

*In obedientiæ exemptio.*

*In captivitate libertatis.*

*Hic sumimitas perfectionis*

7 Deinde. Publicani dixerunt: *Magister vester solvit didrachma?* Ideſt, habet à principe privilegium, vel aliquem alium exemptionis titulum? Ita cogitat hic Alapide. Habet? Habet. Tributum solvit? *Etiam*: respondet Petrus. Si exemptionem habet, qua lege solvit? Quia exemptionem habet, igitur nil sibi videretur facere in obsequium virtutis, ni summitteret legi summam æstimationem libertatis.

Vers. 24

Ulterius. Staterem, seu duplex didrachma vel tetradachma invenies in ore pi-

Vect. 17

*Ex tributi dum solvitur, plus exigitur.*

seis, qui quidem erit in pensionem vectigalis. *Da* igitur *eis*, sed *pro me*, *& te*. Quare etiam pro Petro, & non dumtaxat, pro Christo? Duplum erat stateris pretium, & pro pensione duorum: unde duplum pretium *Da*, dicit Petro Christus, *pro me & te*; quia in tributis pendi non congruit minus, vel plus: etenim si pius solvitur, pius exigitur: nequitque plaudi liberalitatis clargitio aut ostentatio, cum reliquorum dispendio, *Da eis pro me, & te*. Habet iussum, perspicuum argumentum. Hoc tributum solummodò solvebatur à capite familiæ, quapropter vocabatur capitale. Hinc Syrus legit: *Didrachmæa capitatim*: idest, impositum singulis capitibus domus. Si Christus caput erat, & non Petrus, cur imponitur vectigalis solutio pro se & pro Petro? Petrus non debet solvere. Sane. Petrus igitur solvat, quia non debet. Superbia hominis contrita est, solvente Christo tributum, & habente, ne solveret, privilegium: igitur si subiectionis signum est, dum homo tenetur lege, debita solvere; humilitatis est gloria, solvere, quasi lege, quæ non debita. Ultra debita studium perfectionis elevat culmen: & iubet Christus Petro immuni pendere, quæ non debet iuxta legem; quia humilitatis superioris est fastigium, si obedientia construit ex immunitate debitum. Liber est Petrus a vectigali, & quia liber solvit. Ut solvat, non habet legem, sed legis habet amorem: & legem nescit, dum legem cognoscit; quippe ut adimpleat legem, ignorat immunitatem.

Syr.

*Facere non debitum actum, est obedientiæ fastigium.*

8 Præterea. Nescit homo legibus subijci, sub imperio philautiæ, & suggestione superbiæ. Quomodò, quibus non tenetur, obivit, si debita respuit? Ut retundatur huiusmodi cordis protervitas, exponitur à Christo subiectionis humilitas: iubetque Petrum liberum, solvere censum; ut licèt à lege non teneatur, adimplere legem, subijciatur legi dumtaxat per subiectionem. Servus inutilis est, qui quæ præcipiuntur, facit. Servus utilis, qui facit ultra legem, quæ lex non præcipit: & præcipit Christus Petro, quæ minimè mandat lex; ut in libera actione conflet perfectionis ius: igitur magis insigne, quod census solvatur ex libertate: & servus utilis per ipsam exemptionis libertatem, profiteatur obedientiæ servitutem.

*Ubi non est lex, constat perfectionis ius.*

9 Denique. Liberi summus, verumtamen *Pro me & pro te* ex stratere statim solvatur census. Perpende, *Pro me & pro te*. Liber sum omni iure, tu verò liber à lege. Si liber sum, solve tributa pro me, & pro te. Si ego pendo, pende tu. Haud quia teneamur ad legem, sed quia perfectionis est summittere libertatem: igitur si non teneris tributa solvere, quippe familiaris, minimè caput familiæ; modò tenebris, cùm me solvere non debita videris: siquidem adimpleo præscriptam legem, quin in opus adspotus habeam obligationem. Lex non obligat: & modò magis obligat; quia obligat amore in legem, propter amorem. Servare auctoritatem privilegij, est auctoritas mundi, & minimè perfectionis studiosi: qui quidem obtinet obedientiæ superius culmen, dum auctoritate legis privilegium non habet auctoritatem. Servat mundus privilegio, quia habet uti hominum propudium esse in legibus, sicut cæteri hominum. Similes esse hominibus, in quo dissimiles, construit summam perfectionis, propter legi summissionem, & legis immunitatem: & solvendum est tributum, dum habemus privilegium. *Da eis pro me & te* retenim nil facimus, si non plus: & minimè declinamus ab obligationibus, cùm exemptiones subijciamus legibus.

*Quod subtrahitur privilegio auctoritatis habet auctoritas pendi fidelitati.*

10 Libertate donata erat Virgo-Mater ab ipsa lege, igitur Aurora Solis & genitrix lucis, sine tenebris legis. Immunis ergo vectigali rituum legalium, quippe virginitas excusserat iugum: & purificatur? Utique. Summittitur legi, obedientiæ dilectione: & obedientia perfecta intendit in legem, nequaquàm in libertatem. Privilegium est lex legis, seu contra legem lex à Legislatore data, ob puram gratiam, vel propter egregia merita: utrumque in excellentia Virginis-Matris, quæ quidem extra legem subditur lesi purificationis; quia obedientia obedientiæ respicit perfectionem, semper ignorans exemptionis legem. Si teneretur, esset obedientia communis: studet Virgo excellentiæ perfectionis: & excessus ex purificatione puritatis exprimitur; igitur lege, à qua excipitur, tenetur. Duos pullos columbarum pro matre lex erat solvi, & quinque siclos pro infante. Debent solvere? Nequaquàm. Ergo solvant. Debet redimi Redemptor? Inauditum. Ergo solvatur tributum. Debet purificari puritas? Non est lex. Ergo purificetur, si excipitur. Ad censum nulla tenetur lege. Ergo censum debent solvere. Huiusmodi conclusiones ab obedientia perfecta inferuntur legitimè: igitur causam, quam habet ad obedientiam, est nullam habere causam. Hispan. *La razon que ay para no observar la ley, para obedecerla, es la mas fuerte razon.* Excipitur sanè a tributo legis, sed non excipitur à tributo dilectionis, etenim

*Legem sublicit obedientia contra privilegia virginis regis.*

*Legi Virgo subijcitur, quæ immunis legis.*



enim vel in excessu videretur magnum, ni non legi uti præcepto summitteret privilegium. Semper amor meditatur nova, & singularia, maximè in studiosa obedientia. Hic flagrabat in pectore Virginis, quæ non tenebatur lege purificationis: & charitas ut ostenderet amoris excessivi demonstrationem, quæ lex sibi non erat, fecit legem.

*Privilegia quod habebat Virgo de dilectis præcepta.*

11 Imitata est Virgo filium, cuius semper avida sequebatur exemplum. In amoris insigne, ubi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum in mundum, factum ex muliere, *factum sub lege*: ait Paulus. Textus difficilis. Quomodò sub lege, qui adspotus etiam ut homo, gratia divini suppositi? Quomodò sub lege, qui supra legem? Quomodò intelligemus cum ipsa subiectione libertatem? Omnimoda immunitas servitutem legis subivit? Utique: verùm sustinuit, *Quia voluit*: infit Suarius in art. 3. quæst. 37. 3. part. D. Thom. Quia voluit, legem suscepit, & excessum amoris in susceptione demonstravit, quia voluit. Velle exprimit libertatem, servitutem admittentis. Teneri lege, obedientiam subeuntis. Quem obstringit, subditur, quia lex: quem non urget, quoniam obedire vult: & cùm velle, exprimeret in lege & à lege libertatem Christi, Christus sit voluntariè sub lege; quia nulla maior in excessu amoris demonstratio micat, quam legem sibi facere, quod non obligat.

Gal. 4. 4

Suar.

*Excessus amoris velle legem, quæ non legit*

12 Mater Dei sistitur cum filio templo, ut iuxta legem fieret puerperæ purificatio. Subijcitur purificationi, & quæ immunis, fit sub lege. Quæ valet privilegio, premitur iugo? Haud subivit, quia non valuit, sed quia voluit. Velle, ostendit libertatem de subiectione legis, vel exemptionis: & purificatur, ubi purificationi non tenetur; ut quod in actione liberum, videretur necessarium: unde liberam voluntatem facit purissima legem; ut exprimeret amorem: quippequàm cùm teneri voluntate, ad quod non tenetur lege, sit amoris studium; claret fidei præclaritissimum obsequium, & summa demonstratio charitatis, quod privilegium Virginis sit sum ptivilegium legis.

13 Ex huiusmodi amoris studio curiosa exoritur quæstio. Quid enim magis singulare, subijcere personam, vel immunitatem legi? Submittere personam, obtestando immunitatem, est subijci legi, quia persona vult subijci: igitur lex non teneret, ni velit teneri à lege, emancipatâ pro subito libertate. Subijcere exemptionem, est subijci legi sine gloria subiectionis, propter ignorantiam incognitæ, vel occultæ immunitatis: siquidem subiectio tribuitur observantiæ legis, & neutiquàm dispositioni voluntatis, quasi velle abdicari libertate, voluntarium non esset, sed observantiæ teneretur, vellit, nolit. Vernacule: *Como que no puede mas: como que no puede menos.* Potest sanè obedientia sumittere liberè legi personam immunem; verùm grave etiam legis amori, non dicere in ipsa subiectione voluntariam subiectionem. Subditur Christus liberè tributo, Cæsaris legi: nihilominùs & obediendo dicit: *Ergo liberi sunt filij.* In Purificatione Virginis nulla fit reclamatio pro puritate, sed subditur legi, quasi egeret lege purificationis. Vult subijci, sed non dicitur, quia vult, nec subiectio libera, sed iuxta legis præcepta. Fit ritus secundùm legem, quin immunis testaretur exemptionem. Fulget utcumque obedientiæ decus, dum instat iugum legis pari liberos: verùm dum purificatur Maria, lucet amplius obedientiæ præstantia; etenim legi subdidit libere puritatem, quin diceret exemptionem.

*An magis fingulare, persona vel immunitatem summittere legi?*

14 Iuxta Augustinum, uti vidimus *Didasc.* 5. Dominus N. Iesus *in passione pretium, in circumcisione amorem & voluntatem ostendit.* Ita Serm. 23. de *Temp.* In circumcisione excessus voluntatis, specimina flagrantis amoris? Quid demonstrabit pectus, si ita ardet, dum cœpit opus? Quid in cruce, dum ita in circumcisione? Pretium tantummodò. Ubi obedientiæ perfectio? In circumcisione, & non in cruce, estò factus obediens usque ad mortem. In passione sese tradidit ignominiæ, omni venarum effuso cruore. In circumcisione tantùm est passus ignominiam legis, effusis pro vulnere aliquibus guttis sanguinis. Quomodò igitur in circumcisione subiectorum ostendit voluntatem, ut voluntatis subiectio cordis explicaret amorem? In passione persona subijcitur, sed libertatem coram iudice obtestatur, quippe ni passionem voluisset, non pateretur. *Non haberes potestatem* (dicit Præsidi) *adversum me ullam, nisi tibi datum esset desuper.* In circumcisione liber subditur legi, prætermissa libertatis protestatione. *Postquàm consummati sunt dies, ut circumcideretur*; subivit vulnus & legem, quin Salvator vel vulneratus indicaret exemptionem: & magis in circumcisione, quàm in passione coruscavit virtus obedientiæ; quia plus est legi subdere legis immunitatem, quàm subdere personam immunem, exponentem exemptionem.

*Excessus amoris in subiectione abdicatio libertatis.*

Augustin.

Ioann. 19. 11.

Luc. 2. 21.

15 Amor cognoscitur amplior in ampliore cordis fide, & fides in excellentia obedientiæ. Postquam consummati sunt dies, cir-

circunciditur puer: postquàm impleti sunt dies, purificatur circuncisi mater. Non auditur reclamatio Virginis pro exemptione puritatis. Quæ paret purificationis immunitas, videtur legis necessitas. Ita adimplet legis ritum, quasi præceptum. Non videtur purificari, quia vult, sed quasi impelleret lex. Non videtur subijci, quia subijcitur, sed quoniam purificatur: verùm exprimit obedientiæ sublimioris excellentiam, subdens libere exemptionem & personam: igitur si libertas fecernit exemptionem à lege, subditur Virgo legi absque ullâ libertatis protestatione.

*Subditur Virgo legi sine libertatis protestatione.*

16 Non absre pingitur Amor cæcus & Argos. Vide Cartharium de *Cupidin.* quippe minus ille videt, dum cognoscit. Qui ducitur amore, tantùm scit obedire: igitur non sibi consulit, sed obedientiæ studio, pessundato privilegio: quoniam haud laudem collocat in libertate, sed solummodò in ambita servitute, arcanâ exemptione libertatis pro obsequio amoris, quod quidem amplius obsequium, dum videtur libera exhibitione necessarium. Amor est sibi lex: & legem utique nescit, qui præ amore exemptionem non cognoscit. Obedientia legem scit, ut adimpleat. Perfecta legem ignorat: quoniam ut amor consequatur gloriam, haud aliam legem noscit nisi obedientiam. Legem scit obedientia, quam ducit timor: Virginis uti perfectam regebat amor: quandoquidem propter leges, leges cunctas subegit immunitatis. Eadem Virgo & mater, puritas purificata, inter tenebras legis antes lucernat & ut verbis Prosperi utar de *Provid.* v. 397.

*Amor oculatus & cæcus.*

Prosp. *Lùce tegens, & nocte regens, eadem ignis, & umbra.*

## DIDASCALIA IX.

### *Unde mors irrepsit, inde vita prorupit.*

Gregor. Nazian. 1 QUàm vera sententia Gregorij Nazianzeni *Orat.* 9. patet in Domini cruce. Surrexit hominis vita, unde totius generis mors est orta: igitur inde convaluit humanum salcium genus, unde lethiferum vulnus. Ne sua factura periret, hominum miserius, Christus instauravit opus: donavitque suis semper placatus (ait Sedulius lib. 1. de *Christ. miracul.* v. 27.)

Sedul. ——*Ut unde*
*Culpa dedit mortem, pietas daret inde salutem.*

Olim ex curru triumphantis fiebat feretrum morientis. Ideo Picinellus lib. 24. *Mund. symbol.* cap. 3. num. 25. apponit epigraphe: *Funeribus, & triumphis*: igitur in ligno ex quo dæmonis victoria, ibi fuit victoria victa. Ex feretro feculum fecit rex Salomon in opprobrium principatuum dæmonum: quandoquidem vicit hostes in prælio, palàm triumphans illos in semetipso, ligno. *Visibiliter filius Dei in carne crucifixus est* (ait Origenes Homil. 8. in *Iosue*) *invisibiliter in ea cruce diabolus cum principatibus suis*: ut fieret lignum feretrum, unde numerabant triumphum: traherèsurque diabolus ligatus uti mancipium in pompam, dum cogitabat obtuliffe lauream: etenim Christi feretrum morientis, factum est currus triumphantis. Optimè canit N. Hæftenus lib. 3. *Regia via Crucis.* cap. 11.

Picinel. *Currus triumphantis pbantis lectulus erat morientis.*

Origen. *Quam tuleram, tulit hac me crux: cruci & ipsa volucres*
*Adde rotas, si vis currere, currus erit.*

Crux currus. Hæft.

2 Apud Ethnicos Deus salutis pingebatur sedens in solio cum laurea, in manu habens bacillum nodosum confertum spinis, altera manu premens caput draconis. Ita Pausanias in *Corinth.* & Vincent. Chartharius in *Apoll.* fol. 57. Respotior verbis. Præcellunt sacra profanis, quantum favillis sidera. Lignum nodosum est crux, draco sub pedibus stat: & Christus cum laurea in curru; quia Christus triumphat, ubi vicerat draco. *Crux fixa est* (inst Augustinus *Serm.* in *Parasc.*) *& dæmones disperst sunt. Crux fixa est, & mors subversa est. Hodie crux vicit, & mors victa est. Hodie diabolus victus, homo solutus, & Deus glorificatus.* Lignum est vitæ: qualem habebit fructum, si folia ligni ad sanitatem Gentium?

Deus salutis. Pausan. Efficax Crucis mirabilis. August.

3 In terram visionis, Ideft, in montem Moria, ubi crucifixus est Iesus, ducitur in holocaustum Isaac. *Ibi offeres eum in holocaustum.* Ibi? Cur non alibi? Morti Haac dicitur: verùm si in Moria ducitur, ut moriatur: non morietur: igitur ubi regnum videbatur mortis, ibi inveniendum instrumentum salutis. Ibi iacebat sepultum lignum, ex quo crux Domini facta, ait Petrus Comestor lib. 3. *Reg.* cap. 26. & nequibat vivens vitam amittere, invento ligno, quo mortui revocantur ad vitam. Vita erat præstanda hoc mirabili stipite: nondum habebat virtutem, quippe necdum susceperat Redemptorem: ibi ergo sacrificio destinatur filius, & non alibi; quoniam alibi non est virtus, qua liberetur à morte. *Per Crucem* (ait Leo Papa Serm. 8. de *Passion. Domin.*)

Arbor crucis ex arbore vitæ. Genes. 22. Comest. *In Moria iacebat lignum quo Christus fuit futura crux.* Leo Pap.



*min.*) *datur virtus de infirmitate, vita de morte.*

Per crucem salus de infirmitate, vita de morte

4 Agnovit Adamus & uxor eius. Cognoverunt se esse privatione gratiæ originalis nudos, & quamvis amaritudo pectoris, vel commotio cordis ferè surripuerant sensus, se etiam cognoscentes serpentis vafricie illusos, colligentes ex qua peccaverant arbore folia nuda, *fecerunt sibi* pro opportunitate *perizomata*. Ad quid igitur huiusmodi diligentia? An quia tunc pudor natus, vel tunc mortuus? Deo igitur omnia nuda & aperta: quo enim intuitu sibi contexuerunt ex eadem qua deliquerant arbore perizomata? In præsentia medicamina. Infirmata fuit humana conditio illo mortifero pomo: vita adempta fructus esu: & non ex alia arbore quàm ex ipsa qua peccarunt, folia carpserunt; quoniam eadem ipsa, quæ intulit plagam, latura erat pro tempore medicinam: igitur dispositione mirabili, virtus nata est ab infirmitate, vitaque à morte. Acumen est Alcimi Aviti lib. 3. *Genes.* 17.

Gen. 3. 7.

Alc. Avit. *Quoque aluit misero fallax insania pomo,*
*Vestivit folio; & quas fæva ex arbore nudos*
*Reddidit, hac gravius tenui de cortice texit.*
*Et tamen adveniens tempus, cum crimina ligni*
*Per lignum sanet, purgetque novissimus Adam,*
*Materiamque ipsam faciat medicamina vitæ.*

Quid mirum, quod vulnerati folia arriperent, quæ futuræ in sanitatem?

5 Priusquàm in interiora Didascaliæ dirigatur gressus, transcribere operæ duxit, quæ ex Rabbinis Galatinus *lib. 6. cap.* ultim. *Hæc arbor excisa fuit ab arbore vitæ, quæ in Paradiso sita erat, Angelorum manibus: quam quidem miserunt Adæ, cum ille misisset Seth filium suum ad paradisum, misericordiam Dei imploraturum de suo peccato. Angeli dixerunt ad Seth, ut plantaret hanc arborem, quæ quamprimum fructum faceret, misericordia Dei in eum descenderet, aperirenturque portæ cœli, quæ obserata sunt. Hanc autem arborem seu potius ramum accepit Seth, plantavitque in deserto, quam postea Moyses invenit, & ex ea virgam suam excidit, ideoque Virga Dei dicta est. Cum autem venisset Israel ad Mara, neque illius aquas (erant enim amaræ) bibere posset; Deus ostendit Moysi hanc arborem, ut aquas illas redderet dulces. Et hæc est arbor illa in qua Moyses serpentem æneum imposuit, per quam Deus universum orbem salvum facere instituit, & mittere misericordiam suam super Adam, cum venerit Rex Messias. Tunc enim hæc arbor fructus gestabit, quibus secundò aquæ amaræ efficientur dulces, purgabuntque primum peccatum, omnisque delicta, quæ fecerunt, facturique sunt homines.* Fides horum penes Auctorem sit, igitur si examinarentur virgâ Censoria, apparerent tanè lubrica & ludicra; verum retero relata.

Arbor crucis ex arbore vitæ. Galatin.

6 Pro emblemate crucis picta fraxinus cum lemmate: *Virulento virus.* Apte nocentibus noxia, igitur vel umbram fugiunt serpentia. Consule Picinell. ubi supr. *lib. 9. cap. 14. num. 180. Contra serpentes* (ait ex Plin. lib. 16. cap. 13. Ioan. Rav. in *Officin.* lib. 7. cap. 17.) *& imposita ulceribus opifera est. Tantaque est vis, ut nec matutinas, nec occidentes umbras serpens arboris eius attingat, adeo ut ipsam procul fugiant. Si ea fronde gyro claudatur ignis & serpens, in ignes potius fugiet, quam in fraxinum.* Appositius congruit huiusmodi virtus crucis trunco, quam fraxino: igitur ille verrispellis virulentus draco libentius patietur profundi ignivomi flammam, quàm mysticæ fraxini levissimam umbram. Figebatur etiam cruci diabolus, eo articulo quo ligno clavis adhærebat pendulum Christi corpus: & descendit in profundum comburendus flammâ, ne crucifixi tangeretur umbrâ: etenim crux quæ opifica hominibus, nocua dæmonibus. Fuit utique virulento virus, quippe nocua nocentibus. Qui bibit toxicum theriace sanatur, quæ quidem toxico artificiosè conficitur: & plauditur meritò lignum sacrum, mortalitatis antidotum, toxicum efficacius in toxicum; siquidem nihil in tot prodigijs mirabile, ni in vulnus virtus oriretur ex vulnere.

Fraxinus figura Crucis. Rav. Tex. Crux mortalitatis antidotum.

7 Crux Christi ut vidimus ex Galatino, facta fuit ex arboris vitæ surculo, quæ quidem eadem, ut aliquibus placuit, arbor vitæ cum ligno pestifero pravæ scientiæ boni & mali. Perpende modò quæ canit Hymn. de *Cruce* Venantius. Peccavit Adamus; & sagitta dæmonis Deus quasi intimè punctus, ex eo quòd cogitarum in hominis dilecti salutem, serpens callidè convertisset in perniciem. Unde

Cur mirabilis. Gen. 2. 9.

*De parentis protoplasti*
*Fraude factor condolens,*
*Quando pomi noxialis*
*Morsu in mortem corruit;*
*Ipse lignum tunc notavit,*
*Damna ligni ut solveret.*

Venant.

Saucium fuit pectus humanum, quasi pomo Phenelæ, serpentis arte, sagittis inanis cogitationis, & ambitionis telis, medicato arboris fructu, quo invitavit aspis: & hanc arborem à colubro homini confectam, & in-

infestam, Conditor notat; ut medelam ferret inde hostis unde læserat. Hominem restituere saluti, Conditoris dilectioni, atque potestati facile: sed lignum, ex quo homo saucius, meditanter observat; ut medicinam vulneri præstantiorem, & plausibilem exhibeat: igitur nil insigne, nisi virtus exiret de infirmitate, & obsequerentur medicamini ipsa instrumenta veneni. Insignia futura in notato ligno, ut resurgeret mirabiliter homo; & ad se alliceret, instrumento quo deviavit; igitur ligno Sanctissimæ crucis homo convaluit, & venenata fuit serpens: curata fuit signanter vulneris plaga, ipsamet vulneris medicina: igitur qui propinavit, ipse & ipsa venena bibit; stupente serpente, hominem inveniisse salutem, ibi ubi infeliciter contraxit infirmitatem.

*Illè convaluit homo, & venenatus est draco.*

Ioan. 3. 14.

8 *Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis*: dixit Dominus Nicodemo. Ita? Sane A serpentibus morsi viderunt medicamen in serpente: haud aliò ducuntur oculi, quàm quo læsi ut fieret insignior medicina, quàm plaga, & medici cœlestis haberetur notitia: quandoquidem validis viribus experlebantur miraculum, facta medicinâ in auxilium, quod fuit venenum. Sanari antidoto, est vulgaris medicatio. Toxicum conficiendum est in toxicum, & in salutem venenum, ut clareat mirabilis medicina, & archiatri ingeniosa diligentia; igitur serpente curantur, qui serpente percutiuntur. Ita exaltavit serpentem Moyses, & non secus erit filij hominis exaltatio in ligno crucis: quippe si ipso ligno perdidit homo salutem, in ipso recipiet homo vulneris sanitatem.

*Fuit in hominis auxilium, quod vergnum.*

*Aureus ex alta cùm pendens arbore serpens*
*Serpentis veteres morsus, atque omne venenum*
*Eluet, & veterem perimet sua forma draconē.*

Alcim. Avit.

Canit Alcimus Avitus ubi supr. Haud aliter fuisset in cruce cœlestis medicina, ni veneno serpentis, draconis expellerentur venena.

9 Sub initium Maij, ut autumat Lorinus in *Numer.* 33. 11. venerunt filij Israël in desertum Sin, & siti gravati, fessique molesto itinere. Invenerunt aquam, sed nequaquàm refrigerium; igitur caput scaturiginis fontium telluris malitiâ amarum. Adinstar Tantali appropiabat lympha linguæ sitienti, quin possent bibere. Angebatur dux asperæ gentis, duræ cervicis, & durioris cordis, quæ prona in iurgium, ni cuncta caderent ad placitum, & pararentur ad votum. Pungitur intimè cor præsidis, si modò non stultus, ubi subditi dicunt: *Quid bibimus?* igitur nullus potus, si non potabilis, vel dum aggravat sitis. Clamavit ergo Moyses ad Dominum: *Qui ostendit ei lignum: quod cùm misisset in aquas in dulcedinem versa sunt.* Hoc est factum, & dignum contemplatione prodigium: igitur ut canit Prudentius in *Cathemerin. v. 666.*

Exod. 15. 25.

*Instar fellis aqua tristifico in lacu*
*Fit ligni venia mel velut Atticum:*
*Lignum est, quo sapiunt aspera, dulcia:*
*Nam præfixa Cruci spes hominum viget:*

Prudent

Succinit etiam Paulinus de *Redit. Nicet.* v. 29.

*Per Sacramentum Crucis, unda missо*
*Dulcuit ligno, posuitque tristes*
*Myrrha liquores.*

Paulin.

10 Duo miracula patrata sunt coram filijs Israël. Alterum in conversione dulcedinis ex amaritudine aquarum; alterum demonstrando mirabile lignum. Quoties contentio viget inter miracula, singularia sunt prodigia. Quodnam maius? Videtur primum, cùm signum potestatis sit amoris, dum fiunt dulces ipsæmet amaritudines: at secundum sit ab Scriptura plurimi, quippe dulcor natus ex ligni ostensione. *Ostendit ei lignum*, ut dulcedinis miraculo prævaleret ostensio. *Ex hac arbore facta fuit Crux*, ut vidimus ex Rabbinis. Occultum erat oculis cognitionis huiusmodi lignum, ægris remedium, fessis subsidium, mœstis solatium, quo cunctæ hominis abolendæ miseriæ: & quamvis sint singularissimæ gratiæ; præ cunctis singularior miraculis, micat inventio ligni sacratæ crucis.

*Inventio Crucis singulare portentum.*

11 Suppetit causa. Certum est, lignum Crucis esse nostrarum ægritudinum alexipharmacum, & doloribus cunctis generis humani panchrestum: cæterùm inter dolores nullus maior, quàm quod cùm esset languoribus remedium, esset occultum: siquidem nequibant expelli mala, quoniam ignorabatur, ubi latebat singularis medicina: & virtute peregrinâ, ac mirabili in molestias languoris, plauditur iurè ostensio ligni venerabilis Crucis; quoniam nihil erat, quòd medicamen esset in cordium languorem, si ligno non ostenso non proderat medicamen.

*Crescebant mala, quia latebat medicina.*

12 Consideremus sequens portentum, ut præstet magis in collatione primum. Dulcedo aquarum facta est per simpathiam singularem, cùm in se traxisset lignum aquarum amaritudinem. Ita Vallesius de *Sacr. Philosoph.* cap. 15. Huius portenti geminatum fuit emblema, dum ferrum securis cuiusdam summersum Eliseo florente in aqua. Ferrum acerbas gustui reddit aquas, ipò ærugine venenosas. Mittitur in aquis lignum, & natat ferrum: dulcisque fit acerbitas aquæ, quam ex ferro imbibit; quoniam lignum aquarum amarorem ad se traxit. Verùm observa. *Misit lignum, natavitque ferrum.* Non quibat facere miraculum levationis ferri, sine descensu ligni? Ni Deus descendisset, homo non ascendisset. Ni veniisset in terram, homo non ascenderet ad gloriam. Aptiùs dicam: ne descendisset in lignum, haudquaquàm è profundo extraheretur ferrum, quo homo vinctus iacebat, ex quo deliquerat: & iam qui gemebat in profundo criminum, respicit cælum; quippe Christus in ligno sibi sumpsit pondera peccatorum. Vernacle. *No asligen al hombre mas, porque Christo traxo por el leño de la Cruz todos los hierros à si.*

*Vt homo amaritudinem non haberet, sibi sumpsit.*

4. Reg. 6. 6.

*Homo ascendit, quia Deus ascendit*

Vallesius.

Ioan. 12. 32.

13 *Omnia trahàm ad me ipsum*, sed cum in cruce exaltatus fuero: dicebat A Tertor N. Quidni videretur in huiusmodi exaltatione hominis exaltatio, si ferrum quo premebatur, confixum ligno? Misit lignum in aquis, ideò populis, & natavit ferrum: extunc que ferrum iniquitatum hominem non afflixit, quia omnia vincula ferrea ligno contraxit. Perpende statum servitutis hominis, & modum concessioni libertatis. Conturbatus erat David, & à voce peccati, & à voce inimici. Unde pœna afflictionis? *Quoniam declinaverunt in me iniquitates.* Quomodò igitur in illum declinaverunt, dum ille asserit, declinasse in Dominum? Ita eius verba: *Declinaverunt in te mala.* Quo ingenio utrumque? Ut constet status libertatis hominis, & servitutis: igitur declinarunt in peccatorem, quoniam pœnæ à tergo sequuntur iniquitatem: & minimè oppresserunt in quem iurè declinarunt; quoniam mala, quæ passurus homo, traxit innocens ad lignum. Iam non aggravant, in quem meritò declinant; quippe languores nostros per lignum tulit, & dolores nostros exaltatus in cruce, ad se charitate traxit. Dolores nostros in cruce, ne dolores essent nostri.

Pſal. 54. 4.

Pſal. 10. 22.

*Christus portavit in ligno, qua passurus homo.*

14 Ergo in superiorem auctoritatem. Lignum Moyses misit in aquas, quæ signant populos, seu humanum genus; quod aggravabat cum acerbitate primævæ labis serpentis callidi dolus. Dulcorata est acerbitas aquarum, ex quo cavo factum in visceribus Virginis divinum Verbum. Plura miracula simul visa, cùm per lignum iam dulcis amara pœna: sed maior in miraculo gloria, ostendere lignum in mari magno tot adversitatum, relinquens hominibus ipsis in pœnis dulcorem; quoniam sibi attraxit cunctarum amaritudinem.





Insuper. Lignum, in quo Primiparentis apparuit iniquitas, dulcedine replet acerbissimas aquas. Medicina erat, sed ignorabatur, ubi erat huiusmodi medicina: quousque ligno mirabili Dominus ostendit Moysi. Inventio eius, uti unica salus hominum, singularem deposcebat plausum: & inter miracula, quibus doloribus hominum indicatur medicina; inventio ligni pretiosi cuncta videtur miracula, & propter insigne beneficium, & propter mirabilem modum: igitur homo feliciter, in ipsa arbore qua Adamus perpidit, modo inexcogitabili salutem hausit.

*Salutem invenit, ubi ibi perdidit.*

15 Subinde. Caiusnam speciei huiusmodi esset lignum, inquiritur ab Interpretibus sacris. *Naturaliter amarissimum erat*: ait Petrus Comest. cap. 32. & Rab. Salomon, ex quo Abulensis hic. *Mortiferum*: Vallesius ubi supr. *Venenosum*: Bontrerius. Surculum fuisse arboris scientiæ boni & mali: Galatinus. Ab his sententijs summa oritur gravioris difficultatis. Si lignum amarissimum, ostensio eius in medicamen, erat addere amaritudini ampliorem. Si mortiferum, inventio eius magis videbatur in graviorem plagam, quàm in præsentaneam medicinam. Si surculus arboris, ubi Adamus invehit venenum, filiorum ægritudines postulabat pharmacum. Ad quid igitur Deus ostendit Moysi huiusmodi lignum? *Miraculo effectum in figura maioris sacramenti*: subdit Vallesius. Miraculum fit, & quo nil plus. Reddere dulcore potabiles aquas, non esset novitas. Insignis est medicina, ubi effectus idem causâ contrariâ. Mederi medicamine dissymbolo, erat intendere in bonum salutis, per accidentia opposita infirmitatis: cæterùm mortiferum vulnus curare vulnerante toxico; erat artis novæ medicinalis perfectio: siquidem inveniebatur salus, per quod advenerat vulnus: & ostenditur lignum, ut maius in inventione constet miraculum; igitur divinâ gratiâ, quòd venenum medicina. Singularis est ars, qua medicina fit. Virtus erit de infirmitate, dulcedo ex amaritudine. Inventio medicaminis semper plauditur, igitur languor à visceribus excutitur: & nunc inventio signatur pretiosi ligni, in figuram maioris sacramenti; quandoquidem divinus amor per Crucem confecit antidotum, ex ipsa vivacitate præsentanea venenorum.

Comest.

Vallesi.

Galatin.

Vallesi.

*Per crucem quod venenum medicamen.*

16 Nota modò. *Ostendit ei lignum.* Ostendit non tantùm lignum, sed etiam ligni mysterium. Ex hoc ligno, ut vidimus facta est Crux, in qua salus hominum; & solus Deus quibat ostendere, quod latebat, Te por-

*Mirabilia occulta inclusa.*

portentum. In hoc ligno salus hominis infirmata est; verùm perfecta in hoc ligno. Per hoc lignum vita amare ducitur, & amaritudo per hoc lignum dulcoratur. In hoc languit homo, & in hoc inventa hominis valetudo? Ad cœlum sanè spectat ligni occulti demonstratio: igitur ab hominibus non erat cogitabile, quòd lateret medicina in ægritudine. Quo ingenio homines cognoscere poterant venenata in medicinam? Quomodo valere filios, quo pater mortuus? Quomodò amaritudinem dulcorem, & infortunium summam felicitatem? Omnia per Crucem: igitur origo patuit bonorum cœlestium ex principio fatali calamitatum.

Genes. 2. 9.

17 Hoc lignum, Rabbinorum opinione, erat germen ligni scientiæ boni & mali: sed diligenter ius examinandum titulo. Impropria videtur nota, dum signis cuncta contraria. *Lignum scientiæ boni, & mali.* Nequit esse lignum scientiæ, igitur effectus fuit miserrimæ ignorantiæ. Non boni, quippe ex fructu arboris, universæ nobis prodierunt amaritudines. Lignum mali sanè, aptè & perspicuè: igitur dolor cordis, & quod peius, capitis, dimanavit in naturam, ex quò patres comederunt uvam acerbam. Quo ergo iure dicetur lignum scientiæ, si universitas patuit ignorantiæ? & lignum boni, quod omnino mali? Exitus acta probant. Si non habuisset remedium originale delictum, sicut piaculum non admisit prævaricatio Angelorum; fructus arboris hominibus fatuitatis, & toti generi esset infelicis sortis: verùm ex quo invalitudo parentum ex esu cœpit, arborem Verbum divinum in salutem sigillavit; ut qui victor diabolus gloriabatur, per idem quo vicerat, vinceretur, & esset ovanti opprobrium, quod ereverat trophæum: unde iure hominibus vocatur lignum boni, & lignum mali; quoniam ibi feliciter invenerunt, quicquid amiserunt ibi.

Genes. 3. 6.

*In illa in venit bonum, quicquid ami sit in ligno.*

18 Hoccine arcanum ostendit Moysi Dominus, dum ostendit in dulcorem aquarum nobile lignum. Non poterat esse simul bonorum & malorum, felicitatum, atque molestiarum. Dum eius fructus decerptus, fuit oraculum ignorantiæ, uti instrumentum draconis: ubi ex ligno formata Crux, extitit cathedra magistri docentis: igitur cognovit universum genus humanum, cùm in ligno de *Medicina cœlesti* legeret divinum Verbum (retorto in adversarium argumento, alio, quod non noverat, suppositò) idem lignum esse originem bonorum, quod fuerat quondàm causam originariam calamitatum. Hinc procedit ratio cur pro eodem usurpentur lignum scientiæ boni & mali, & lignum vitæ. Non poterat dici vitæ, quoniam introduxit mortem; nec boni quibat esse, quod immisit ægritudinem: sed utrumque mirabiliter nexum, ubi ex hac arbore nocua compactum fuit crucis lignum: igitur vulnerato generi humano fuit lignum vitæ, dum salutem exhausit ab ægritudinum fonte.

*Origo felicitatis, quod fuerat malorum*

Sibylla.

*O felix lignum in quo Deus ipse pependit!* Dicam cum Sibylla: siquidem per illud habemus ex veneno salutem, atque ex ipsa morte vitalitatem.

*Crux olim signum mortis.*

19 Apud Antiquos *Tau* fuit signum condemnationis, tum ob figuram, quam habet crucis, seu aptitudinis formæ in suspendium corpotis humani, ut videri est apud Lipsium, Hrabanum Maur. Iacobum Gretserum, Cluconium in tract. de *Cruc.* & novissimè apud Biverum in *Sacr. Sanctuar. Crucis*: tum qua erat ultima littera apud Hebræos, quia signabatur terminus. Quæ apud hos *Tau*, apud Græcos *Tueta*, initium in dictione *Thanatos* ideft Mors, cui vovebatur noxius, non per simplex *Tau* T. seu cum aspiratione *Thet*, vel *Theta*, ut placet Martin. Castillienfi in *Art. Græc.* Unde Persius *Satyr.* 4. v. 13.

*Et potis est nigrum vitio præfigere Theta.*

Cornutus ibid. subdit:

*O multum ante alias infelix littera Theta!*

Et Ausonius *Epigram.* 120. cui subscribic Erasmus in *Chiliad* 1. *Centur.* 5. *Adag.* 56.

*Miselle doctor* on *tibi sit obscœno,*
*Tuumque nomen y fœtilis signet.*

Ezechiel. 9. 4.

Modo observa missam Angelum, ut signaret *Thau super frontes gementium & dolentium.* Si è cœlo mittitur mœstis solarium, cur in signo damnationis augentur amaritudines? Ut magis innotescat vis divinæ medicinæ collata per adversa. Singularissimum amoris pignus singularis etiam sequetur modus. Hanc singulare præstaret in Dei misericordia, ut signo vitæ conferretur vita. Cognoscitur medicamen ingenij cœlestis, ex eo quòd conficiatur ex oppositis: & cordibus afflictis acerbitate dolorum, signum ampliorum dolorum immittitur ad solatium; quippe miraculum libertatis non insigne, ni vita amissa inveniretur in morte. Ii nece nex necis, è morte mors mortis, vitæ vulnere, salus ex morte.

*Vita lacerata sin gulariter in cruce.*

20 Mortiferum erat lignum, quod Dominus Moysi ostendit in sanitatem aquarum: mortiferæ etiam aquæ præ nimio salsugine. Quare igitur mors morti additur, & veneno venenum è cœlo ostenditur? Necessarium est medicamen contra vim mor-

Exod. ubi sup.





tis, haudquaquàm ut mortis venenis augeantur vires. Cor ergo virus demonstratur in ligno? Ut vivat homo: & morte? Utique. Non commune ostendendum erat miraculum, sed singularissimum: & claruit etiam cœleste in inventione arboris, in qua vitam ferebant venena mortis. Quàm aptè, & floridè Hermannus Hugo in *Suspiriis Anim.* crecinit!

*Insignis per crucem medicina.*

Hug.

*Infelix multis Theta, mihi littera felix:*
*Si Thanaton scribit, scribit & illa Theon.*

Ex eo quòd Deus mortuus, homo salvus: igitur natura humana formosa: per lignum quo fuerat nigra.

Cant. 8. 5.

21 Audiamus Sponsum. *Sub arbore malo suscitavi te. Ibi corrupta est mater tua: ibi violata est genitrix tua.* ibi ubi mater perijt, minimè filia peribit. Gratiæ quasi non sufficerent, illas circunstantiæ adaugent: siquidem ibi ornata fuit gratia, ubi perivit pulchritudo prima. Nota contextum, ut eximium clarescat beneficium. *Quæ est ista quæ ascendit de deserto deliciis affluens, innixa super dilectum suum? Sub arbore malo* &c. Magnum iurè spectaculum: igitur Sponsa ascendit, unde genitrix corruit. Ibi affluit deliciis: ubi mater plena malis. Ibi speciosa, ubi mater corrupta: & denique Sponsum invenit, ubi genitrix fugavit. Verùm ubi omnia? Sub arbore malo, ex quo crux, qua ex teterrima decoloravit Sol.

Ibidem.

*Quod bona boni è crucis stipite*

22 Deinde. Huius genitrix, violata & corrupta, fuit Eva. Arbor malus, arbor mala: igitur ex fructu mali viventes vivebant mortui. Vitam insigni fide præstiturus erat Sponsus, & in demonstratione amoris etiam videndus excessus. Salvare illam, amoris erat signum: ubi alij moriuntur, amoris emolumentum: & ut constaret insignis amor, dum Sponsam afflictam angebat dolor; à morte extitit feliciter animus liber, ubi mortua iacebat prima mater. Perpende: *Suscitavi.* Haud dicit, dedisse vitam, sed reddidisse. Vitam & gratis dedit, sed sub arbore malo natura rationalis amisit; igitur languens sine halitu spirans corruit. Virus viscerum in nauseam provocabat stomachum, quin expellere, quòd biberat, posset venenum, crebra vertigine capitis, atque inflammatione pectoris, non sinente cordolio ob intimam ægritudinem, cor observare arterijs pulsus tenorem. Quod respirare, erat mori, & spirare expirare.

*Ubi & quo mortuum revixit.*

Manil.

*Nascentes morimur finisque ab origine pendet.*

Et *Suscitavi* dicit, quod vitam amissam in beneficio supponit; quippequàm Sponsus illi redditurus vitam, ob amoris vehemen-

*Et cum ea amissa recuperavit.*

Ioan. 3. 16. Chrysost.

tiam, ibi & quo per serpentem fuderat vitam. Sub arbore malo fuit genitricis corruptio, sed Sponsa medicata ibi sub arbore malo. Magnum utique quòd resurgeret ex morte dilecta: sed summum amoris, ibi ubi mater fuerat mortua.

Ibidem

23 Haud facile, estò linguis Angelorum, verba adæquata suppetunt, queis possit vel umbratilè dici divinæ charitatis incendium. *Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, in mortem*: præut explicat Chrysostomus hic. Apparuit summitas amoris divini, cum Pater propter hominem, filium tradidit morti. Fatemur fide: verùm quid est, *diligere sic*? Singulare studium amoris, flagrans incendium pectoris, vehemens flamma, qua æstuabant plena charitatis viscera. Prodigium profectò, quòd immortalis traderetur morti crucis, ut immortalitate donaretur mortalis. Ita igitur Chrysostomus ingenio è exponit; cæterùm Christus aliter differit: *Sic dilexit, ut filium suum unigenitum daret: ut omnis qui credit in eum, non pereat; sed habeat vitam æternam.* Si venit, ut homo restituatur vitæ, quo pacto venit, ut vita tradatur morti? Mors eius est vita? Næ: in amore vehementia exprimitur sic. Exhibendum erat novum, & inauditum miraculum, in humanæ conditionis obsequium, quæ languerat lethaliter in paradiso, latente colubro sub arbore malo. Cogitavit amor artificium, quamvis iniquitas omnes semitas subvertit, ut nostræ salutis viam Verbum Patris inveniret. Dare propria vitâ vitam, erat charitas; attamen gratia non exprimebat summam. Demonstrabat in amore supremam gloriam, per mortem conferre vitam: etenim contrarietates mortis & vitæ offerebant ingeniose effectus adversos causæ: & Christus eradicur morte in hominis gratiam; ut mortalis habeat vitam: igitur studio charitatis vitam habuit, sub eadem arbore & forma, qua infeliciter amisit. Hisp. *Logrò la vida feliz, con lo mismo, y en lo mismo que infelice la perdiò.*

Ibidem

*Vitam habuit, quo vitâ amisit.*

24 Hoc est theatrum triumphi Crucis, & per Crucem amoris: etenim sic dilexit, & sic certamen intruxit, objicienis hosti eamdem formam, eamdemque naturam mortalitatis participem, sed totius peccati expertem, ut clarior esset victoria ex victoris vincendi vana fiducia, superbientis arrogantia. In eodem stipite à diabolo mancipati fuerunt mortibus filij Adæ, cum tyrannidis nota, quippe diuturna mors indulgebatur pro vita. Amatoribus sceletorum viventium, atque vivorum cadaverum adventura de cœlis mira

*Et omnia bona paritercum illa.*

dulcedo, divini amoris ingeniosissimo studio. Ut ars dæmonis falleretur ipsamet arte, ibi ubi Adam mortuus, decretum est Christum mori; ut homo haberet vitam, per quod acceperat mortem: igitur sub arbore malo qua corruit in totius fliepis infirmitatem, torti venenato generi consecutus est salutem. In pœna Primiparentes vim noscunt mali, & urget dolor, quò compulit error. Dubitant.

*An hoc esse mori: vel si graviora supersunt,*
*An detur reditus miseris, an fine perenni*
*Perdant, quod superest: an cum vita mortis amara*

Mar. Vict. *Per lignum ingruerit, mundo, populisque futuris*
*Posset adhuc aliquod per lignum vita redire?*

Succinit Marius Victor lib. 1. *Genesios* v. 543. Positi sunt voto, simulatque Christus pependit in ligno.

25 Hinc nobilitas arboris, & singularitas virtutis cœlestis. Nescio, an expressa pridem quam homines essent. Dixit Deus, die creationis tertio: *Germinet terra lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram.* Quomodò lignum fructum ferre quit, nisi iuxta genus suum? Vel quo ordine, si semen in semetipso non est? Quia lignum scientiæ boni & mali, laturum aliquando, quod non suum, fructum exoticum vitæ. Tullit suum fructum, & contulit fructu venenum: sic stabat, & præstabat, allaturum fructum, cuius semen in semetipso non erat: igitur dum ex ipso factus stipes crucis, fructus erat ventris Virginis, & non arboris. Cùm ferret fructum non proprium; in proprium utique, lignum ferret remedium: etenim fructu de cœlo delapso, mors auferenda, quæ processerat è ligno. Ideo lignum & non arbor, truncus ex quo facta Crux. Fructus in semetipso non est. Ecce arboris singularitas, & fructus novitas: igitur nactus est homo vitam æternam, ubi Adamus sibi, filijsque ademerat vitam, accepto medicamine in ligno, veneno poto: igitur salus adepta, ubi salus amissa. *Crux* (ait Hrabanus de *Crucis laud.*) *peccatorum est remissio, pietatis exhibitio, meritorum argumentum, infirmorum remedium, lassorum refugium, sanorum incolumitas, desperatorum securitas, infortunatorum felicitas.* Cui subscribit Cassiodorus in v. 6. *Psalm.* 4. dicens: *Crux est humilium tuitio, superborum dilectio, victoria Christi, perditio diaboli, infernorum destructio, cœlestium confirmatio, mors infidelium, vita iustorum, arbor resurrectionis, lignum vita aterna.* Ex illo enim mors irrepsit, sed ex illo vita mortuorum prorrupit. Ideo in eius inventione ut observat Baronius in *Notis ad Martyrolog. die 3. Maii.* infirmus convaluit, & cadaver resurrexit; ut pateret quòd in ligno Crucis concessa fuerit hominibus virtus de infirmitate, vita de morte. O dulce, ò nobile lignum! dicam cum Venant. Fortun. Hymn. 3. de *Cruce.*

*Quodque ferus serpens infecit felle veneni,*
*Sanguis in hac Christi dulce liquore lavat.*
*Hoc pius in ligno reparans deperdita pridem,*
*Quod vetiti ligni poma tulere boni.*

Hraban

Crucis mirabilia.

Cassiod

Baron.

Et mirabilia.

Venant.

## DIDASCALIA X.

### *Summa felicitas, dum nequit esse potentior, nisi qui melior.*

Sence.

1 Scribit Seneca *Epist.* 90. Inter homines pro summo est optimus, & optimus maximus. Inter flores rosa principissa, quia pulchrior, & aurum inter metalla, quia pretiosius. Unde Solorzanus *Emb.* 8. canit:

*Optimus esse prius Rex Divum Iupiter ambit.*
*Maximus esse ambis? Optimus esse prius:*

Maximus qui optimus. Solorz.

Iure quidem: dedecus in muneribus, quin priùs obtineantur merita, habere vana meritorum signa. Non est super, qui indignè in dignitatum cacumina surgit, sed qui meritis optimis indignè iacet:

Claud.

*——Velut altus Olympi*
*Vertex, qui spatio ventos hiemesque relinquit,*
*Perpetuumque nulla temeratus nubes serenum,*
*Celsior exurgit pluvijs, auditque ruentes*
*Sub pedibus nimbos, & rauca tonitrua calcat.*

In dignitate qui non melior, non sublimior.

Merita sunt, quæ potestas dignitatis inquirit, & adeptis pro splendore gaudet: igitur propudiosum, quòd sit dignitate sublimior, qui dotibus non est melior. Decus dignitatis nonnumquàm in electione quærendum, quod quidem constat excellentia meritorum: igitur priùs potestatem habuerunt merita, quàm per electionem designarent suffragia.

2 Pertæsa iudices gens Hebræa, satagebat de Monarcha. Illa quærebat dignitatem, Dominus regem: etenim electori dixit: *Cras mittam virum ad te de terra Beniamin, & ungens eum ducem super populum meum.* Quisnam hic? Saul enim erat: qui

1. Reg. 9. 16.



Vers. 1. qui quidem *electus & bonus, & non erat vir de filijs Israel melior illo: ab humero & sursùm eminebat super omnem populum.* Priusquàm ritus unctionis celebraretur in principem, vel collocaretur super fatalem lapidem (ita apud Scotos vocabatur locus augurationis, ut notat Hector Boethius *lib.* 13. quasi elevari ad potestatem regiam esset destinari in ruinam, & in exitium omen, tendente electo in fatalitatem) vel super scutum, iuxta institutionem plurimarum Gentium; priusquàm esset à suffragatoribus agnitus, vocatur electus. Ni pateret ex textu causa, electio videretur suspiciosa: & qui sæpe dum confertur suffragium, qui defungitur munere, habet electum; vel quia dum ambitio suggerit, modò ex natione præses; sit qui fuerit, vel qui primus occurrerit.

Abul. *Iure eligitur, qui excellit dotibus.*

Boeth. *Augurato Principem, malum omen.*

*Insaluatis vocatium.*

3 Electus dicitur Saul, necdum electus. Quo iure? *Erat electus & bonus.* Merita sunt, quæ Superiorem eligunt; siquidem suffragia subscribunt electioni meritorum. Ex bonitate surgebant merita, ex vocalibus pendebant suffragia: & qui bonus, ante electionem vocatur electus: quippe priusquàm suffragia designarent dignitatem, dotes illius constituerant principem. Dignitas suprema vacat, & est homo præclaris instrumentis ornatus? Ille bonus: & dum bonus ante electionem electus.

Ierem. 49. 19.

*Merita eligunt.*

Sine illis inhabilis

Perpende. *Erat bonus, & non erat vir melior illo.* Cur non dicitur, quòd melior cunctis: sed qui melior, dumtaxàt plauditur positivo bonitatis? Omnes meritis præcellere debet, qui dignitate præest omnibus: & minimè erit bonus, qui non melior. *Non erat vir melior illo.* Videntur enim dotes insignes, dum eliguntur, antequam conferantur dignitates: igitur dignitatis decor spectabilior, quòd è cunctis assumatur qui melior: sicut proponentis ad dignitatem, quòd elegerit meliorem.

*Præfert non bonus, ni cunctis melior.*

4 Cæterò. *Ab humero & sursùm eminebat super omnem populum.* Hæc est electionis causa, meritorum scilicet eminentia. Licet Forma speciosa congruat imperio, & proceritas, iuxta Aristot. lib. 4. *Ethic.* cap. 3. sit eximia corporis pulchritudo; unde Virgilius lib. 7. *Æneid.* v. 783.

Virgil.

*Ipse inter primos præstanti corpore Turnus*
*Vertitur arma tenens, & toto vertice supra est.*

Et lib. 8. v. 161. de Anchise dixit:

*——Mirabar & ipsum*
*Lædmedontiadem, sed cunctis altior ibat*
*Anchises.*

Hic non tam commendatur magnitudo corporis, quàm virtutis. *Animi bona & ornamenta virtutum intelliguntur*: subdit hic Abulensis. Eminebat virtutibus super omnem populum ab humero & sursùm; & iurè elevatur virtus huiusmodi in fastigia regiminis; cùm non inveniretur inter tot homo similis proceritatis. Vernacule vigilantius. *Fue la eleccion necessaria, no aviendo entre tantos hombres un hombre de su estatura.* Erat maior, & melior. Nemo è tantis melior illo: ergo necessaria electio: quippe si optimus maximus, ille unicus.

Maior est, qui melior.

5 His igitur instrumentis singularibus, & egregijs naturæ & animi dotibus, astruitur consilium maturum propositionis, & electio ante possessionem dignitatis. *Quis erit electus, quem præponam?* dicitur per Ieremiam. Phrasis re vera subtilis: igitur cordato ni dignus præponatur, non proponitur. Præponere dicit, dum proponere oportebat pro electione: sed meditanter, ac maturo consilio; ut prudentior suffragijs coruscet electio: igitur dum consulitur prudentiæ, non est dignus proponi, qui non præponi: quandoquidem apti dumtaxàt supremis dignitatibus, qui præponuntur à dotibus. *Electus, quem præponam. Electus, ideſt, eligibilis*: ait Sanctius in Iiai. 54. 13. Qui potest eligi, quippe sine meritis non potest. Eligunt merita, plusquàm suffragia: & dicitur electus per suffragia eligibilis; quoniam sine dotibus, estò proponatur, non est habilis.

6 *Electus quem præponam.* Alij, *Proponam*: quæ non videtur versio, sed auctoriratis confusio. Proponitur, ut eligatur: in propositionem non eligitur: quo igitur ordine supponitur iam electio, dum pro electione discutitur propositio? Omnia exponunt, quæ diximus de Saule, ut regia condecoraretur dignitate. In illius corde quasi in centro federat virtus; igitur haud indulsit, per magnatem legem frangi etiam miles gregarius. Erat bonus, erat optimus; etenim nemo è cunctis melior illo. Inter omnes eminebat corporis proceritate, & virtutis magnitudine; siquidem nullus similis ei: ut dicitur *cap.* 10. 24. Hæc enim instrumenta & proponunt & eligunt, priusquàm suffragia pro electione conferantur: & homo tot insignibus virtutum ornatus, ante assumptionem ad munus iurè dicitur electus; quoniam non fuit expositus congregationi, ut illum eligeret in principem, sed ut suffragia virtutum confirmarent electionem: etenim priusquàm hominem ita eminentem eligerent consensus vocalium, altiore iure suffragia elegerant meritorum.

7 Denique. Se in regem elegit Saulus;

*Et omnia bona paritercum illa.*

dulcedo, divini amoris ingeniosissimo studio. Ut ars dæmonis falleretur ipsamet arte, ibi ubi Adam mortuus, decretum est Christum mori; ut homo haberet vitam, per quod acceperat mortem: igitur sub arbore malo qua corruit in totius fliepis infirmitatem, torti venenato generi consecutus est salutem. In pœna Primiparentes vim noscunt mali, & urget dolor, quò compulit error. Dubitant.

*An hoc esse mori: vel si graviora supersunt,*
*An detur reditus miseris, an fine perenni*
*Perdant, quod superest: an cum vita mortis amara*

Mar. Vict. *Per lignum ingruerit, mundo, populisque futuris*
*Posset adhuc aliquod per lignum vita redire?*

Succinit Marius Victor lib. 1. *Genesios* v. 543. Positi sunt voto, simulatque Christus pependit in ligno.

25 Hinc nobilitas arboris, & singularitas virtutis cœlestis. Nescio, an expressa pridem quam homines essent. Dixit Deus, die creationis tertio: *Germinet terra lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram.* Quomodò lignum fructum ferre quit, nisi iuxta genus suum? Vel quo ordine, si semen in semetipso non est? Quia lignum scientiæ boni & mali, laturum aliquando, quod non suum, fructum exoticum vitæ. Tullit suum fructum, & contulit fructu venenum: sic stabat, & præstabat, allaturum fructum, cuius semen in semetipso non erat: igitur dum ex ipso factus stipes crucis, fructus erat ventris Virginis, & non arboris. Cùm ferret fructum non proprium; in proprium utique, lignum ferret remedium: etenim fructu de cœlo delapso, mors auferenda, quæ processerat è ligno. Ideo lignum & non arbor, truncus ex quo facta Crux. Fructus in semetipso non est. Ecce arboris singularitas, & fructus novitas: igitur nactus est homo vitam æternam, ubi Adamus sibi, filijsque ademerat vitam, accepto medicamine in ligno, veneno poto: igitur salus adepta, ubi salus amissa. *Crux* (ait Hrabanus de *Crucis laud.*) *peccatorum est remissio, pietatis exhibitio, meritorum argumentum, infirmorum remedium, lassorum refugium, sanorum incolumitas, desperatorum securitas, infortunatorum felicitas.* Cui subscribit Cassiodorus in v. 6. *Psalm.* 4. dicens: *Crux est humilium tuitio, superborum dilectio, victoria Christi, perditio diaboli, infernorum destructio, cœlestium confirmatio, mors infidelium, vita iustorum, arbor resurrectionis, lignum vita aterna.* Ex illo enim mors irrepsit, sed ex illo vita mortuorum prorrupit. Ideo in eius inventione ut observat Baronius in *Notis ad Martyrolog. die 3. Maii.* infirmus convaluit, & cadaver resurrexit; ut pateret quòd in ligno Crucis concessa fuerit hominibus virtus de infirmitate, vita de morte. O dulce, ò nobile lignum! dicam cum Venant. Fortun. Hymn. 3. de *Cruce.*

*Quodque ferus serpens infecit felle veneni,*
*Sanguis in hac Christi dulce liquore lavat.*
*Hoc pius in ligno reparans deperdita pridem,*
*Quod vetiti ligni poma tulere boni.*

Hraban

Crucis mirabilia.

Cassiod

Baron.

Et mirabilia.

Venant.

## DIDASCALIA X.

### *Summa felicitas, dum nequit esse potentior, nisi qui melior.*

Sence.

1 Scribit Seneca *Epist.* 90. Inter homines pro summo est optimus, & optimus maximus. Inter flores rosa principissa, quia pulchrior, & aurum inter metalla, quia pretiosius. Unde Solorzanus *Emb.* 8. canit:

*Optimus esse prius Rex Divum Iupiter ambit.*
*Maximus esse ambis? Optimus esse prius:*

Maximus qui optimus. Solorz.

Iure quidem: dedecus in muneribus, quin priùs obtineantur merita, habere vana meritorum signa. Non est super, qui indignè in dignitatum cacumina surgit, sed qui meritis optimis indignè iacet:

Claud.

*——Velut altus Olympi*
*Vertex, qui spatio ventos hiemesque relinquit,*
*Perpetuumque nulla temeratus nubes serenum,*
*Celsior exurgit pluvijs, auditque ruentes*
*Sub pedibus nimbos, & rauca tonitrua calcat.*

In dignitate qui non melior, non sublimior.

Merita sunt, quæ potestas dignitatis inquirit, & adeptis pro splendore gaudet: igitur propudiosum, quòd sit dignitate sublimior, qui dotibus non est melior. Decus dignitatis nonnumquàm in electione quærendum, quod quidem constat excellentia meritorum: igitur priùs potestatem habuerunt merita, quàm per electionem designarent suffragia.

2 Pertæsa iudices gens Hebræa, satagebat de Monarcha. Illa quærebat dignitatem, Dominus regem: etenim electori dixit: *Cras mittam virum ad te de terra Beniamin, & ungens eum ducem super populum meum.* Quisnam hic? Saul enim erat: qui

1. Reg. 9. 16.



Vers. 1. qui quidem *electus & bonus, & non erat vir de filijs Israel melior illo: ab humero & sursùm eminebat super omnem populum.* Priusquàm ritus unctionis celebraretur in principem, vel collocaretur super fatalem lapidem (ita apud Scotos vocabatur locus augurationis, ut notat Hector Boethius *lib.* 13. quasi elevari ad potestatem regiam esset destinari in ruinam, & in exitium omen, tendente electo in fatalitatem) vel super scutum, iuxta institutionem plurimarum Gentium; priusquàm esset à suffragatoribus agnitus, vocatur electus. Ni pateret ex textu causa, electio videretur suspiciosa: & qui sæpe dum confertur suffragium, qui defungitur munere, habet electum; vel quia dum ambitio suggerit, modò ex natione præses; sit qui fuerit, vel qui primus occurrerit.

Abul. *Iure eligitur, qui excellit dotibus.*

Boeth. *Augurato Principem, malum omen.*

*Insaluatis vocatium.*

3 Electus dicitur Saul, necdum electus. Quo iure? *Erat electus & bonus.* Merita sunt, quæ Superiorem eligunt; siquidem suffragia subscribunt electioni meritorum. Ex bonitate surgebant merita, ex vocalibus pendebant suffragia: & qui bonus, ante electionem vocatur electus: quippe priusquàm suffragia designarent dignitatem, dotes illius constituerant principem. Dignitas suprema vacat, & est homo præclaris instrumentis ornatus? Ille bonus: & dum bonus ante electionem electus.

Ierem. 49. 19.

*Merita eligunt.*

Sine illis inhabilis

Perpende. *Erat bonus, & non erat vir melior illo.* Cur non dicitur, quòd melior cunctis: sed qui melior, dumtaxàt plauditur positivo bonitatis? Omnes meritis præcellere debet, qui dignitate præest omnibus: & minimè erit bonus, qui non melior. *Non erat vir melior illo.* Videntur enim dotes insignes, dum eliguntur, antequam conferantur dignitates: igitur dignitatis decor spectabilior, quòd è cunctis assumatur qui melior: sicut proponentis ad dignitatem, quòd elegerit meliorem.

*Præfert non bonus, ni cunctis melior.*

4 Cæterò. *Ab humero & sursùm eminebat super omnem populum.* Hæc est electionis causa, meritorum scilicet eminentia. Licet Forma speciosa congruat imperio, & proceritas, iuxta Aristot. lib. 4. *Ethic.* cap. 3. sit eximia corporis pulchritudo; unde Virgilius lib. 7. *Æneid.* v. 783.

Virgil.

*Ipse inter primos præstanti corpore Turnus*
*Vertitur arma tenens, & toto vertice supra est.*

Et lib. 8. v. 161. de Anchise dixit:

*——Mirabar & ipsum*
*Lædmedontiadem, sed cunctis altior ibat*
*Anchises.*

Hic non tam commendatur magnitudo corporis, quàm virtutis. *Animi bona & ornamenta virtutum intelliguntur*: subdit hic Abulensis. Eminebat virtutibus super omnem populum ab humero & sursùm; & iurè elevatur virtus huiusmodi in fastigia regiminis; cùm non inveniretur inter tot homo similis proceritatis. Vernacule vigilantius. *Fue la eleccion necessaria, no aviendo entre tantos hombres un hombre de su estatura.* Erat maior, & melior. Nemo è tantis melior illo: ergo necessaria electio: quippe si optimus maximus, ille unicus.

Maior est, qui melior.

5 His igitur instrumentis singularibus, & egregijs naturæ & animi dotibus, astruitur consilium maturum propositionis, & electio ante possessionem dignitatis. *Quis erit electus, quem præponam?* dicitur per Ieremiam. Phrasis re vera subtilis: igitur cordato ni dignus præponatur, non proponitur. Præponere dicit, dum proponere oportebat pro electione: sed meditanter, ac maturo consilio; ut prudentior suffragijs coruscet electio: igitur dum consulitur prudentiæ, non est dignus proponi, qui non præponi: quandoquidem apti dumtaxàt supremis dignitatibus, qui præponuntur à dotibus. *Electus, quem præponam. Electus, ideſt, eligibilis*: ait Sanctius in Iiai. 54. 13. Qui potest eligi, quippe sine meritis non potest. Eligunt merita, plusquàm suffragia: & dicitur electus per suffragia eligibilis; quoniam sine dotibus, estò proponatur, non est habilis.

6 *Electus quem præponam.* Alij, *Proponam*: quæ non videtur versio, sed auctoriratis confusio. Proponitur, ut eligatur: in propositionem non eligitur: quo igitur ordine supponitur iam electio, dum pro electione discutitur propositio? Omnia exponunt, quæ diximus de Saule, ut regia condecoraretur dignitate. In illius corde quasi in centro federat virtus; igitur haud indulsit, per magnatem legem frangi etiam miles gregarius. Erat bonus, erat optimus; etenim nemo è cunctis melior illo. Inter omnes eminebat corporis proceritate, & virtutis magnitudine; siquidem nullus similis ei: ut dicitur *cap.* 10. 24. Hæc enim instrumenta & proponunt & eligunt, priusquàm suffragia pro electione conferantur: & homo tot insignibus virtutum ornatus, ante assumptionem ad munus iurè dicitur electus; quoniam non fuit expositus congregationi, ut illum eligeret in principem, sed ut suffragia virtutum confirmarent electionem: etenim priusquàm hominem ita eminentem eligerent consensus vocalium, altiore iure suffragia elegerant meritorum.

7 Denique. Se in regem elegit Saulus;

lus : elegit Samuel, & etiam omnis congregatio elegit, mutuis gratulationibus, & festivis plausibus, cunctis dicentibus : *Vivat Rex.* Non multis pòst diebus parta victoria de Ammonitis, *perrexit omnis populus in Galgala, & fecerunt ibi regem Saul.* Quid fecerunt, si iam factum ? Quod dotes iam fecerant, congregatione fecerunt. Instrumenta electum uti dignum demonstrant: suffragia eligentium electionem constitutione confirmant : & dum Saul elevatur in thronum, fecit congregatio, quod iam factum; igitur restabat, dignitate accepta à meritis, quod à vocalibus acciperet possessionem dignitatis.

Ibid. v. 24. Cap. 11 15.

*Quid post merita facilis sufferre?*

8 Destinari in sacrificium per patrem puerum Isaäc, fuit signum successionis in domo paterna ; quæ quidem vividè signatur, dum fit sacrificij victima : igitur qui destinatur regimini, cum splendore devoveturque morti. Relinquitur Ismaël, & assumitur Isaäc. Non maior, maior natu, sed qui merito. Verùm cur dum offertur, dicitur tentatio ? *Tentavit Deus Abraham.* Sæpe in surgunt tentationes vehementissimæ, dum fit deliberatio de successore. In bonis urget zelus, in malis utilitatis intuitus. Illi consulunt publicæ causæ, hi tantùm provident sibi ; quin prævideant, imò nec videntes videant, brevi & facilè dissipari à Deo, quicquid longo tempore construxit vanissima cogitatio. Conditionis fragilis sæpeæpiùs diabolicum conamem, non exponere quem cognoscunt proprijs dotibus superiorem, ne fit, cognitis super candelabrum dignitatis, obex, seu frustratio moliminum ambitionis, ignorantes cadere, per quæ conantur ascendere. Quid si instat, Gratus exibit? Adæquatè respondebit ? Favebit cogitationi ? Dirigetur in regimine ? Nequid faciamus, quod inducat pœnitentiam, excludendo medicinam. Dedet potestatem, si conferimus honorem ? Erit muneris, vel electoris ? Regemus cuncta, si videmur recti? Hoccine credibile ? O quanta vanitas! Quàm longè à cogitatione æternitas! Deus non irridetur : & operibus indicant, Deum nec videre, neque audire, dum hæc moliuntur immoto verme conscientiæ. Quæ non machinantur in propositum, ut iustificent varijs utilitatibus fœtum ambitionis fœtum, ne videntes videant, & audientes non intelligant ? O quantum est in rebus inane ! quandoquidem ex his queis construunt fabricam, videmus impetè ruinam. Serò sapiunt Phryges : igitur minimè à cogitationibus decidant, vel videntes frustrari cogitationes. *Hæc loquimur* (ait Cyprianus de *Discip. & habit. Virgin.* cap. 2.) *affectione potiùs, quàm potestate : non quòd, extremi & minimi, & humanitatis nostræ admodum conscij, aliquid ad censuram licentiæ vindicemus ; sed quòd ad solicitudinem magis cauti, plus de diaboli infestatione timeamus.*

Gen. 22 2. *Magna tentatio successoris electio.*

*Ambitionis propositio.*

Cypr.

9 Rectam igitur viam docuit SS. Confessor Christi Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 2. Electio prudentissima est, dum eligitur *Abbas qui præesse dignus sit.* Quis ergo dignus ? *Quem sibi omnis concors congregatio secundùm timorem Dei, sive etiam pars quamvis parva congregationis sanieri consilio elegerit. Vitæ autem merito & sapientiæ doctrinâ eligatur, qui ordinandus est, etiam si ultimus fuerit in ordine congregationis:* subdit ibid. cap. 64. Ille est dignus, qui præest dignè ; & non est dignus, quia præest. Ille est dignus, si præest dignus, & nequaquàm præest, quia electus. Ille qui eligitur secundùm Dei timorem, & nequaquàm iuxtà subobloratam utilitatem. Ille quem priùs elegerunt meritum vitæ & doctrina sapientiæ. Ille qui etsi ordine congregationis est ultimus, dotibus eminet primus. Ille qui dum præest subditis, præest magis meritis, quàm superioritate dignitatis. Ideo pro *Tentavit Deus Abraham*, Symmachus legit : *Glorificavit Deus Abraham* : igitur ubi de successore urget electio, in consilijs latent glorificatio & tentatio. Si dilecti affectum trucidat, erit ex culmine culmen, quoniam vicit affectus tentationem, & gloria augescit, quippe immolatur quod ex dilectione placet. Est tentatio, & glorificatio in huiusmodi consilio ; quoniam si benè consulit, conducit in gloriam, verùm si perperàm, procedit in ruinam. Ibi Abrahamus gloriosus, ubi tentatus. *Ibi offeres* successorem. Ibi te ostendes verum multitudinis patrem. Ibi offeres, & ibi glorificaberis ; quia videbis summè plaudi præclarissimas dotes successoris.

S. Bern.

Idem.

*Undecim sunt merita electi.*

Symm.

*Electio potest esse gloria & ruina.*

Vers. 22

10 *Cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israël* ; ait Dominus se sequentibus, & propter eum vanis cunctis renunciantibus. Non videtur præstans meritorum auctoritas, dum præmia pendent ex eo quòd alij concedatur dignitas. Merita ex operibus haud respexerunt in merendo conditionem, sed solummodò muneris crediti splendidam dignitatem. Præmia autem erunt, vel non erunt, si fuerint conditionata : suntque suspiciosa simul vel præclarissima merita, maximè si munera non rectè quadrant, ut dignati rectè sedeant.

Matth. 19. 28.

*Summa gloria est gratis dari gloria sui ccelestis.*



deant. Cur ergo quæ Apostolorum dignitas, dicitur Christi maiestas, ut dum illi sederint in maiestate sedis, ille etiam sedeat in suprema sede maiestatis ? Illos Christus elegit, & cum in cœlum iret, pro se in Ecclesia subrogavit. Gloria electi dignè, residet in electore : & dum meritis thronus promittitur dignitatis, etiam gloria connotatur eligentis : quoniam nil æquatur in gloria gloriæ videndi successorem in sede cum maiestate.

*Throni à dignis ùs beatur ab indignis occupantur.*

11 Dixi consultò *In sede cum maiestate*, ut constet gloria maiestatis in sede. In sede exprimitur gloria : in maiestate designantur merita : & tunc iurè electi habent sedem maiestatis, dum sedent meritis. Textus dicit: *Sedebitis super sedes.* Ubi ergo, si sedent? Est in sedibus discrimen. Honor non est honor in indigno, sed tantùm in benemerito. Quod huic plausus, indotato dedecus : & dum sedent digni, sedent in throno gloriæ ; quoniam cum gloria summa sedent in throno, dum sedent. Sedent super sedes, ut meritis sedemium præfulgerent dignitates : igitur cùm merita deaurent munera, & horum à dignis electis procedat gloria ; sederunt iurè in maiestate throni, quia sederunt in throno cum maiestate.

*Sedet in throno, qui meritò sedet.*

Vers. 6.

*Indotati sunt & non sunt in throno.*

12 Singulare capitulum invenimus in Apocalypsi Ioannis. *Sedes* (dicitur) *posita erat in cœlo, & supra sedem sedens.* Quis? Aptiùs cognoscitur, dum non agnoscitur; igitur qui sedet in maiestate sedis, totus debet esse dignitatis. Commendatio est iustitiæ, si non agnoscitur in sedente, nisi quòd sedeat pro tribunali. Vincat rex patrem, sed pater non vincat regem. Ideo Arabic. *Sedebat quidam. Quidam*, quasi neminem agnosceret in throno, nec noscetur ab ullo. Erat ibi agnus, qui *accepit de dextera sedentis in throno librum* ; ut exprimeret in dignitatem meritum. *In circuitu sedis sedilia viginti quatuor, & super thronos viginti quatuor seniores sedentes* ; & etiam *in medio sedis, & in circuitu sedis quatuor animalia, plena oculis antè & retrò* : celebrantibus cunctis iurè collatum præmium, dum Agnus pretio sanguinis assumebatur ad thronum : *Dignus est Agnus* (dicebant) *accipere honorem & gloriam* &c. Hæc capitulii visio mirifica. Ego lustremus omnia.

Apoc. 4 2.

Cap. 5. 7.

Cap. 4. 4.

Vers. 6.

*Quamdiù dò.*

Cap. 5. 22.

13 Etsi idem capitulum sit, est discrimen ingens inter eos, qui sedentes ibi sunt. In thronis erant *seniores sedentes.* Superior etiam *supra sedem sedens.* Voces sanè illustres geminatione. Si sedebat, ubi nisi in sede ? Potest sedere in throno, ni sedeat in fede? Utique. Sunt meritis calsi, & dignitatibus pleni, quibus fortuna favet, quia fortuna ; & sors respicit, quia cæca. Quos dignitas respuit, fovendos fortuna suscipit : collocat in thronis, & non sedent ubi sedent; quoniam sedes non habent, qui consequuntur, sed qui merentur. Ratio suppetit. Possessio throni non astruit meritum : meritum implet maiestate thronum : & non sedent indigni in sede, qua sedent ; quoniam sedis indigni : igitur sellas evacuant, dum illas occupant. Vernaculè. *Las sillas que ocupan, las ocupan, no las llenan.*

Vers. 2.

*Propter ambitum nec in quiete quiescunt.*

14 Perpendamus ex capituli descriptione, quàm verùm. Animalia dicuntur esse *in medio sedis & in circuitu sedis.* Quomodò possunt hæc fieri ? In throni medio, & in circuitu throni? Si sunt in medio, sunt in throno : extra thronum, si in circuitu. Qua arte sunt demonstranda intùs & extra ? Non ita novum, dum ascendunt indotati in dignitatis fastigium : igitur si intra thronum sunt plausui, extrà sunt muneris oneri. Dumtaxat conantur lucere, & nequaquàm pro splendore laborare. Officium comitat onere & honore, quippe individui comites in quovis munere : & animalia sunt intra, & extra sedilia ; intrà, quoniam satagunt de vanitate, atque plausu splendoris ; extra, quippe subtrahunt humeros ab onere dignitatis.

*Ambitio cæca & oculata.*

15 Clarius patet. Extra & intra sellam honoris animalia habebant sedes. Si merita in culmen animalia elevassent, sede haberent in throno, quamvis sedem in throno non haberent. Sederunt sedes in iudicio, sed sine merito. Indulsit fortuna, ut in fastigium ascenderent, sed sedilia, quæ occupant vel sedentes non habent ; quippe dum fortuna intra thronum perducit, thronus extra tamquàm iaculum expellit. Non potuit arcere, dum venerunt ; quippe oppressus à plenitudine potestatis, tulit prolubia phantasiæ quasi potestatem legis : & ut locum haberet indignos expulit ; quoniam amplius lucet sedibus vacuis, quàm occupatis à stolidis.

Procedamus ultrà. *Animalia plena* erant *oculis antè & retrò*, cùm essent *in medio sedis & in circuitu.* Ad quid ergo ambulant in circuitu, si sunt in solio ? Quoniam numquàm quousque iaceat, sedet vel in sede ambitio : & est in sede & simul extra sedem; igitur solium superioris ambitæ dignitatis disponit in ascensionem. Ex supremo gradu throni formant gradum scribendi magnitudinum : & sunt intra, & extra thronum ; quia dum corpore sunt intrà, corda ambitione sunt extrà. Ambulant in circuitu. Hæc atque illuc satagentes ambulant, & ambitionem possessionibus excitant. Sunt simul in medio throni, & in circuitu throni; an

an valeant in altiores dignitates intromitti: igitur vix micat à longe officium, dum pleni oculis, ut sibi arripiant, convertuntur in Argum.

16 De reliquis dicitur habere sedes, & sedere in sedibus; sed nequaquam de animalibus; quod res mira, igitur nullis aptiùs congruit sella. Sella insignis Curulis potestatis pro fulcris constabat rotis, ut vidimus *Tautolog. 3. Didasc. 1.* num. 14. ex Aul. Gellio. Nemo vocatur in resipiscentiam, ostò videat indignorum cum solio ruinam; etenim magis placet insulatos ruere, quàm extra sedem requiescere. Haud aliter collocantur indigni in throno, qui quidem dum sunt intrà, perambulant in circuitu: igitur si rotâ fortunæ fuisti, altiora gradu concipiunt, ab adiutrice fortuna ad ima præcipitantur. Quos fortuna tollit, elidendos assumit: quandoquidem haud extollit ut surgant, sed ut corruant. Numquàm illa vacuos meritis arcet, sed tandem tandem expellit: etenim proprius genius, elevare ineptum in admirationem spectantium, & præcipitare in risum.

*Sella Curulis.*

*Elevat fortuna, ut corruant.*

17 Fit iam palàm causa lapsus & originæ, cùm sint in honore sine honore, ac in gloria dignitatum, sine dignitatum gloria; igitur effulgurant tituli speciosi radijs, sine meritis numeris. Merita si aliquantula, frigida, invalida, ægra, debili complexione continuò infirma. Quamvis igne ambitionis & patrocinij foveantur, flatu levissimo frigent, & apodosi seu collatione meritorum languent. E throno expulit, indignitates exosa, quæ fortuna collocavit. E lapsu patuerunt cerebrum vacuum, & cor stolidum: tuncque ambiunt epithema alicuius dignitatis pro epitimia seu famæ integritate in curatione, nescientes secum in illa portare maiorem infirmitatem: igitur conferre in medicamen mali nominis officium; nocivum medicamentum. Vividiùs nostro idiomate. *Dàr por meditina de sus creditos un cargo, es matarles: no ay sugeto.* Omnes digni & indigni habebant subsellia in thronis, & dumtaxat de dignis dicitur sedere in congregatione superfedes: igitur indigni vel in sedibus sunt longè. Usuvenit sorte sinistrâ potestatis ad placitum, attoli in throni fastigium; sed coràm digne sedentibus sedentes non habent locum. Cuncti sedes habent, & non habent sedem; quippe sedis non habent maiestatem. Cuncti sedes habent: verùm non omnes habent, quas habent sedes; quoniam sedes, designantes officium, minimè sunt habentium, sed meritorum: quandoquidem non est dignitas in dignitate, dum habetur sine honore.

*Indignitas effertur throno, etiam de decus.*

*Dumtaxàt congruunt officio, gaudentes merito.*

18 Contemplemur dignos, possidentes thronos. *Sedes posita erat in cœlo, & supra sedem sedens.* Supra sedem sedit, qui sedit. Hoc est sedit dignè, siquidem sedit in sede cum maiestate. Præstanda erat prima sedes illius gloriosissimi throni, interpretanti mysteria arcana sigillari libri. Liber apertus est ab Agno, & plauditur summè qui sedebat in throno: igitur conciliat æstimationem eligentis benemerentes in dignitatem, conferre è suprema sella thronum, studenti pretio sanguinis palàm aperire librum. Ita enim factum: sed plausus singularis, ubi de throno procedebant voces gratulationis. *Dignus es Domine* (auditur) *accipere librum, & aperire signacula eius.* Si libri apertio merita designat, & merita pro dignitate clamant, cur non plaudunt dignum possidere thronum, sed dignum tantùm aperire librum? Aperire, erat dignitatem mereri: sedere in throno, dignitatem consequi: & aperire librum plauditur tantùm pro gloria; quoniam in cœlo non celebrantur munera, sed solummodò merita.

Vers. 3.

*In cœlo non plaudunt munera, sed merita.*

Cap. 5. 9.

19 Notetur ordo. *Dignus es Domine accipere librum*: pòst ergo, *dignus est Agnus accipere:: honorem & gloriam.* Primo subiectum honoris, deinde auctoramen dignitatis. Iurè, ut dignitas fulgeat Superioris honore: igitur tantùm plausibile, dum dignitas cognoscitur per honorem Superioris, non verò dum Præses fulget per honorem dignitatis. Inde plausus. Ergo observetur modus. *Dignus est Agnus accipere honorem & gloriam.* Quid hoc? Potest esse gloria dignitatis sine honore, ut notentur modò simul gloria & honor in dignitate: Utique: illustrantur & dedecorantur mutuò honores, & Præsides. Si sunt merita, honorem illustrant, quoniam splendori dignitatis dotes Præsidis adæquant. Gloria ostendit dignitatem: electus adimit, vel confert dignitati honorem: igitur sine meritis, gloria honoris dignitatis, nota dedecoris: hicque gloriæ & honoris describitur nexus, quoniam Agnus erat superiore sede dignus. Dignus maiestatis sedis, propter honorem mutuatum sedi, à sedentis maiestate: siquidem dotes insignium Præsidum sunt honores dignitatum.

Ver. 11.

*Fulget insignis dignitatis, dum rutilat fulgore Præsidis.*

*Dotes sunt honores dignitatis.*

20 Obsignetur igitur cogitatio ex illustri testimonio. Haccine gloria & honore plauduntur & qui sedebat super sedem, & qui aperuit librum in gloriæ commendationem. *Sedenti in throno & Agno & honor & gloria.* Cur igitur glorificatio sedenti in throno, si dumtaxàt congruit Agno, qui effundendo cruorem, adeptus est dignitatem?

Cap. 5. 13.



tem? Quid sedenti in throno laudis, ex Agni meritis? Maximum. Agnus hic est Deus homo, Christus Dominus, à Patre propter homines in throno sedente missus: & plauditur summâ gloriâ in maiestate sedis, propter electionem hominis, atque possessionem muneris: igitur in condignam meritis dignitatem, inter homines elegit eminentiorem. Constituit eligentis magnitudo, dum in dignitatem eligitur homo: & plauditur qui sedebat in maiestatis sede, propter electionem Agni: etenim licet dignitas insignis (uti sedere à dextris sedentis) haud elegit hominem eminentem dignitate, quàm meritò habet; sed dignitatem, quæ lucet per hominem, quem assumpsit. Ex destinatione digni muneris, pater plauditur à tota congregatione. *Sedenti in throno & Agno.* Clamat electio, quanto iure sedisset in throno: igitur assumptione digni in culmen honoris, apparuit consuluisse nomini patris.

*Honor eligentis ex electi constat electione.*

21 Digni honorant munera, munera indignos. Hi sedent sine maiestate in maiestate sedium, quia in officijs haud aliam habent præter maiestatem officiorum: sed digni sedent maiestate super sedem; quia sedi dotibus communicant maiestatem: & dum assumuntur ad thronum, etiam inimici aversi proclamant debitum. *Quid debet fieri viro, quem Rex honorare desiderat?* dixit Assuerus sitienti honores Amano. Larga utique effent dona, si qua, propria merita lege metiremur aliena: verùm philautia legem non habet nisi singularitatem, quæ supra legem. *Homo quem Rex honorare cupit, debet indui vestibus regijs:* incunctanter respondit. Sese pupugit consilio, cæso proposito. Iurè: non cogitavit de meritis honorandi, sed de honore: & sæpe fallitur, qui nescius merita, intendit in munera, non iuxta rationem legis, sed iuxta placitum regiæ potestatis. Inimicus consiliarij erat exaltandus, qui quidem honoris tanti dignissimus. Præclara sunt merita, quorum honorem decernit invidia: igitur consilio inimicus favet, velit nolit. *Debet*, dicit: iure debetur officium, dum assignatur præmium. *Debet.* Debitum est honor dignitatis creditoribus meritis, sicut dicitur gratia, dum desunt merita: & honorem à Rege datum, vocat vel in adversario ministerAmanus debitum; ob insignium commendationem dotium: quandoquidem honor etiam supremæ dignitatis iurè collatus, dum uti debitum meritis fatetur vel inimicus.

Esth. 6. 6.

*Lucet dignitatis thronus, dum honor figuratur debitus.*

V. 7. & 8.

*Et fatetur inimicus.*

22 *Debet indui vestibus regijs*, qui ita regibus studuit. Debet accipere & suscipere honorem, cui honor debetur. Quæ gloriæ non obtinuisset, si coram tyranno genuflecteret? Verùm quoniam noluit quæ non legis, salutem & honorem suscepit ex inimicis. Noluit adorare, quem adorare non debuit. Ideo debet admittere dignitatem, & constitui Superiorem: igitur dos magna, insignis, egregiaque (vel premente angustiâ in proiectionis dedecora) nolle titillante phantasiam utilitate, dignitatem per indignitatem adipisci. Hic debet indui, quia nescit ignominiosè flecti. Hic debet assumi in dignitatis culmen; quoniam fastus illi haud debuit vel levem inclinationem. Mutuò sibi respondent merita & præmia: Consultores debent decernere ad dignitatem, meliorem: electus haud frigidè despicere dignitatem: & dum illi munus adimplent exactè, hic debet oblatum munus suscipere: quippequàm iurè debet imperare, qui in regimen debet eligi. Debet inter omnes esse maior, qui cunctis melior. Omnia describit Claudianus pro *Consul. Manl. Theodori.* v. 238.

*Non flectì in dedecora, summa gloria.*

*Debet regere, qui debet eligi.*

*Pax maiora decet. Peragit trâquilla potestas,*
*Quod violenta nequit: mandataque fortius urget*
*Imperiosa quies: idemque præduxus iniquas*
*Accepisse preces: rursusque data petitu*
*Largitor facilis: nec quæ comitatur honores,*
*Ausa tua leviter tentare superbia mentem.*
*Tam privata manet. Non se meruisse fatetur,*
*Qui crevisse putat. Rigidi sed plena pudoris*
*Elucet gravitas fastu iucunda remoto,*

*Dotes in signes Superioritatis.*

Claudian.

# TAUTOLOGIA SEXTA.

## *MULTIPLICABO SEMEN TUUM sicut stellas cœli.*

Genes. 22. v. 17.

### EXPOSITIO LITTERÆ.

1 HOMO uti homo, in tot muneribus à Deo Opt. Max. gratis collatis, haud poterit respondere unum pro mille, estò gratissimus: Deus verò cuius voluntas potentia tribuit mille pro uno. Parum dixi: etiam voluntati respondet magnificè; igitur illi & voluisse sat est. *Bonum virum* (ait Seneca de *Provid.* cap. 1.) *in delicijs non habet: experitur, indurat, sibi illum præparat.* Facit etiam cum tentatione proventum, in tribulati pectoris gaudium. *Ipsum quippe senectæ suæ iubetur dextrâ iugulare* (infit Emmanuel Thesaurus *in Thesaur. Man.* de *Abraham.*) *lucroso nimirùm periculo: nam pro sobole oblata, stellarum numerum æquaturus.* Intendit Deus pugnam, ut victor homo arripiat quasi ex condigno emeritam palmam, & divinâ liberali undique gratia, nonnumquàm & ultrà merita. Respondet ergo Deus Abrahæ facinore: siquidem quia obtulit Deo in filio risum temporis, audit: *Quia fecisti hanc rem, multiplicabo semen tuum, sicut stellas cœli.*

Senec: *Per se beatificus Deus.* Emm Thesaur. *Et ultra merita.*

Matth. 22. 30. & 24. 36.

2 *Stellas cœli.* Ly *Cœli* argumentum Tautologiæ est. Ita additur *Deuteron.* 1. 10. *Nah.* 3. 16. 2. *Mach.* 9. 10. & *Hebr.* 11, 12. Pariter *Matth.* 22. 30. dicitur: *Erunt sicut Angeli Dei in cœlo.* & cap. 24. 36. *Angeli cœlorum.* Hæ & aliæ Scripturæ Tautologiæ eformantur ratione loci, ut vidimus *Tom.* 1. ad illud: *Et præsit piscibus maris, volatilibus cœli, & bestijs* &c. Quid ergo intendatur, addito nomine *Cœli*, cùm sufficeret ad numerum sine numero signare stellas; operæ pretium erit explanare. Hebraismus est, frequensque in cunctis linguis dialectus, ut rei explicetur ornatus, vel situs. Unde multiplicatio sicut stellæ cœli, idem signat, ac sicut stellæ, quæ sunt in cœlo, quarum numerus tantùm Deo cognitus; quod patet ex contextu: igitur additur: *Et velut arenam quæ est in littore maris*: quæ quidem præ multitudine numerari non potest. *Sidera cœli*: cecinit Iuvenc. in *Prolog. Histor. Evangel.* v. 3. *Cœli astra*: Euripid. in *Hippolyt.* Sil. Italic. lib. 7. v. 451. *Dum sidera cœlo lucebunt.* Stroza pater: *Dum vaga sidera cœlo.* Bapt. Pius: *Fulgeat ignibus æther.* Ovid. lib. 1. *Metam.* Fabul. 2.

*Cur dum signantur sidera, additur Cœli?*

*Sidera cæperunt toto fulgescere cœlo.*
*Neu regio foret suis animantibus orba.*
*Astra tenent cœleste solum, formæque Deorum.*

Ovid.

Arbitratur, estò erroneè, sidera animalia esse, de quo num. 5. & dicuntur stellæ *Formæ Deorum* propter figuram: *Rotundam illis qualem Deo dederint formam*: ait Seneca *Epist.* 113. igitur Dij adorabantur formâ rotunda, quia mundus inferior & cœlum & astra eadem figurâ prædicta. Vide Vincent. Chartar. de *Imag. Deor.* in *Magn. Matr.* & Platon. in *Timæo.* Quare Manil. lib. 1. *Astronom.* cap. 3. v. 15.

Senec. *Forma Deorum rotunda, & cur?*

*Stellarum, Solisque orbem, Lunæque rotundum*
*Aspicimus tumido quarentis corpore lumen.*
*Hæc æterna manet, divisque simillima formâ,*
*Cui nec principium est usquàm, nec finis in ipso,*
*Sed similis toto remanet, perque omnia par est.*

Manil.

3 Cœlum, tamquàm sedem stellarum, vel campum lucentium florum designant Vates sacri. Marius Victor. lib. 1. *Histor. Genes.* v. 103. succinit:

*Cœlum campus stellarum.* Mar. Vict.

*Astraque distinctis mundum pingentia zonis,*
*Floribus atherijs varios vibrare colores,*

*Et*



*Et magis ornatis cœlum splendere,*
*Cœrula nox stupuit.*

Alcimus Avitus etiam lib. 1. de *Origin. Mund.* v. 20.

*Tunc lumina cœlo*
*Fulsere, alterno Lunæ Solisque meatu.*
*Quin & sidereus nocturno tempore candor*
*Temperat horrentes astrorum luce tenebras.*

Alcim. Avit.

Cæcilius Cyprianus de *Genes.* v. 15.

*Quarta dies generat Solis cum lampade Lunam;*
*Et stellas tremulo radiantes lumine fingit.*
*Hæc elementa dedit subitæ insignia mundo.*

Cæc. Cypr.

Denique Dragontius de *Oper. Sex dier.* v. 99

*Flammeus ornatus cœli per sidera fulsit,*
*Officia & stellis numeros & nomina iussit,*
*Tempora distribuit, loca contulit, ignibus egit,*
*Limitibus fixit, iubar induit, axe rotavit.*

Dracont.

Quo claret; quod sup. dicebamus per *Cœli* nomen designari locum, vel loci ornatum.

4 Sæpe numerus magnus signatur per arenam & stellas, sicut in præsentiarum exponitur. Hinc illud de Virgine Deipara. *Tot tibi sunt dotes Virgo, quot sidera cœlo.* Apud Profanos passim. Catullus in *Nupt. Iuliæ.* & Manlij v. 48.

*Numerus ingens per stellas, & arenam.*

*Ille pulvis Erythræi*
*Siderumque micantium*
*Subducat numerum.*

Catull.

Idem dicit Epigr. 7. ad *Lesb.* Ovidius lib. 4. *Tristium* Eleg. 4. & lib. 1. de *Arte*

*Quot cœlum stellas, tot habet tua Roma puellas.*
*Tot mala sum passus, quot in æthere sidera lucent,*
*Parvaque quod siccus corpora pulvis habet.*

Ovid.

Marulus verò, & Silius Italicus ubi supr. lib. 7. & sæpe alibi.

*Non tot signa micant tacente nocte,*
*Non tantus numerus Libyssæ arenæ*
*Quam multa affixus cœlo sub nocte serena*
*Fluctibus è medijs sulcator navita ponti*
*Astra videt.*

Marul.
Sil. Ital.

Alijs parco auctoritatibus, quippe cuique obvia. Modò signemus Priscorum deliria:

*Astra non sunt animata.*

5 Aliqui dixerunt sidera animalia esse. Philo lib. de *Gigant.* infit. *Quos alij Philosophi Dæmonas, Moyses Angelos solet vocare. Hi autem animæ sunt in aëre volantes. Necesse est enim, ut universum hoc per omnes partes animantium sit, quæ singulæ animalia habeant naturæ suæ accommodata: terra quidem terrestria, more & fluvij aquatilia, ignis pyrigona, cœlum astra.* Quid mirum, si plutes Philosophorum animalia dixere virtutes etiam & vitia? Consule Iustum Lipsium & Ian. Gruterum in *Epist.* 113. Senec. Pasci astra aquis: Plinius *lib. 2. cap. 9.* & 68. Senec. lib. 2. *Nat. quæst.* 5. cap. 5. Quo sensu Lucanus lib. 9. *Pharsal. bell.* v. 313. & Anacreon apud Stobæum.

*Quod rapidus Titan, ponto sua lumina pascens;*
*Æquora subduxit zona vicina perustæ,*
*Et potat æquor aquas*
*Phœbusque potat æquor.*

Lucan.
Anacr.

Quod aliqui etiam tribunt Ambrosio lib. 2. *Hexæm.* cap. 3. ubi dicit: *Solem videmus madidum & rorantem: in quo evidens dat indicium, quod alimentum sibi aquarum ad temperiem sui sumpserit*: quin intelligant, Solem hic pro ære calido sumi, seu calore. Sol temperari nequit aquis inferioribus, sed dumtaxat calor Solis: ideoque divina providentiâ locatur Oceanus sub torrida zona: quod quidem vel Macrobius notavit lib. 2. in *Somn. Scip.* subdens: *Ut omnis nimirùm latitudo quâ Sol cum quinque vagis & Luna ultrò citròque discurrunt, habeant subiecti humoris alimoniam.* Ut calor Solis suprà temperetur habet in cœlo aquas, quæ vocantur Superiores: dicente Ambrosio ibidem: *Cùm ipsi dicant, voloi orbem cœli, stellis ardentibus refulgentem; nonne divina providentia necessariò prospexit, ut intra orbem cœli & supra orbem redundaret aqua, quæ illa ferventis axis incendia temperaret?* De hoc latè diseruimus *Tom.* 1. *Tautolog.* 1. num. 18.

Ambrol.

*Alveus Oceani sub torrida zona.* Macrob. Ambrol.

6 Alij dixerunt Astra non solum animata esse, sed intellectiva. Zeno apud Stob.

*Neque intellectus.* August. Phil.

& Cicero lib. 2. de *Natur. Deor.* Refert Augustinus lib. 4. de *Civit. Dei* cap. 11. *Dicunt omnia sidera partes Iovis esse, & omnia vivere, atque rationales animas habere, & ideo sine controversia Deos esse.* Unde à Philone libell. de *Optific. mundi* dicuntur *animalia cœlestia sensu prædita, imagines divinæ, & pulcherrimæ.* Et Virgilius lib. 6. *Æneid.* v. 725.

Virgil.

*Lucentemque globum Lunæ, Titaniaque astra*
*Spiritus intus alit, totaque infusa per artus.*
*Mens agitat molem, & magno se corpore miscet,*

*Quo sensu animata dici possunt* Philip.

Multi interpretantur animam non debere intelligi univocè sicut formam corporis, sed æquivocè aut extrinsicè, sicut movens mobili. Consule Ferdin. Velloſillum in *Advert. Theolog.* quæſt. 1. in *Tom.* 7. D. Hieronym. Hinc quòd *Mens* corporum cœleſtium *omnino bona & omnis mali incapax*, dicta à Philone libell. de *Pietat.* ſumenda pro intelligentia Motrice. Pariter illud Ciceronis ubi ſup. *Neceſſe eſt* (ætherium locum obtinentibus aſtris) *quòd animal in eo gignatur: idem quoque ſenſu acerrimo & mobilitate celerrima eſſe*: accipienda de Angelo motore, non prout illis uniatur, ſed prout movet. N. Gregor. Magn. Homil. in *Evang.* dum dicit: *Iudeis tamquàm ratione utentibus, rationale animal, ideſt Angelus, prædicare debuit*; intelligendus eſt, non quaſi deſignet Angelum eſſe animal, aut animam habere; cùm Angeli nec ſubſiſtendi, nec intelligendi, nec ſeipſos movendi gratiâ, corporibus egeant: ſed quatenus Angelus in aſſumptitio corpore apparebat hominibus, tamquàm homo; cuius corpus ſine anima non movetur: & ad ſimilitudinem ſpeciei, qua apparens viſus eſt ab animali rationali homine, dicitur Angelus animal rationale. Ita patet ad illud Auguſtini *Epiſt.* 115. *Angelos eſſe animantia aërea, vel atherea*: igitur ut ait D. Thom. 1. part. q. 51. art. 2. ad 1. & 2. *ſent.* diſt. 8. art. 2. ad 3. *Non indiget Angelus corpore aſſumpto propter ſe, ſed propter nos.* Quare Auguſtinus lib. 2. de *Trinit* cap. 13. inſit: *In uſum rei præſentis aſſumpta creatura eſt, quæ & humanis oculis appareret, & auribus inſonaret, & appellaretur Angelus.*

*Cur Angelus dicitur Animal rationale?* Augiſt. D. Thom.

*Cicer. Greg. Mag.*

7 Quod nequit in bonum ſenſum flecti, eſt cogitatio Originis (*tom.* 1. Comm. in *Ioann.* cap. 7. in lib. 1. *Periarch.* cap. 6. & in 2. cap. 2. ac pluribus alijs in locis) delirantis, aſtra eſſe animata, & animas eſſe Angelorum præexiſtentes ante conſtitutiones ſtellarum. *Solis, Lunæ & ſtellarum animas non eo tempore quo mundus factus eſt, eſſe cœpiſſe, ſed antequàm lucens illud & ardens corpus intrarent.* Ita refert Hieronym. *Epiſtol.* ad Avitum. Quam ſententiam Ruffinus objicit D. Hieronymo, verùm ſeſe validè purgat lib. 1. in *Ruffin.* Cogitavit igitur Origines Angelos, vel animas rationales præexiſtentes vidiſſe obiectam ſpeciem Dei-hominis, ex quibus quæ noluerunt adorate, converſæ ſunt in dæmonas: quæ adorarunt, in Angelos (retorquens illud Pauli cap. 1. 6. ad Hebr. *Cùm iterum*) *Iterum* nota) *introducit primogenitum in orbem terræ, dicit*: *& adorent eum omnes Angeli eius*) quæ verò ancipites fuerunt in huiuſmodi adoratione detruduntur ordine temporum in corpora humana, ut probentur; vel in aſtrorum corpora, ut exerceantur. Papæ mi homo! Succinit in eiuſmodi errorem nimis Platonicus Severinus Boëtius lib. 3. Metr. 9. v. 18. de *Conſ. Philoſoph.*

*Origenes.*

*Delirium Origenis de Angelis, & animabus. Animæ rationales non ſunt creatæ Anni.*

*Boet.*

*Tu cauſis animas paribus vitaſque minores*
*Provehis, & levibus ſublimes curribus aptans,*
*In cœlum, terramque ſeris: quas lege benigna*
*Ad te converſas reduci facis igne reverti.*

*Error etiam Philonis.*

Adſis D. Thom. hic Abulenſ. *Paradox.* 4. cap. 35. & Velloſill. ubi ſupr. in Tom. 9. *Hieronym.* quæſt. 17. Proinde Philo Iudæus de *Plantat. Noë* & Origines loc. cit. aſſerunt: Angelos deſcendentes in ſcala Iacob, & aſcendentes, eſſe animas hominum propter peccata de cœlis in terras deſcendentium, & per pœnitentiam è terris in cœleſtia redeuntium. O triſtes ineptias! Dicamus cum Poëta *lib.* 2. *Epig.* 86.

*Martial.*

*Turpe eſt difficiles habere nugas;*
*Et ſtultus labor eſt ineptiarum.*

*Ethnici Angelorum hæ buerunt notitiam.*

8 Ex quo inferes obiter, ex eo quòd in cognitione Angelorum præfati AA. erraverint; perperam ſequi, cognitionem Angelorum quoad an eſſent, non habuiſſe: ſicut perperam infertur ex errore cognitionis circa animam rationalem, veteres non cognoviſſe eſſe animam rationalem. Cœlum eſſe ſcimus, quamvis quid ſit cœlum neſciamus. Unde licèt Ethnici varijs nominibus Geniorum, Dæmonum, Lemurium, Manium, &c. appellaverint Angelos; aut arbitror quoad exiſtentiam Angelorum caruiſſe notitia.

9 Deinde Angelos non habuiſſe ſpatia temporis ut adhærerent bono, vel ut peccando appeterent inordinate bonum; ſed tantùm primum inſtans creationis in gratia, ſeu imperfecta



fecta gloria. Secundum ſimiliter viæ. Tertium denique termini: ut aſſerunt Scholaſtici cum Angelic. Doct. 1. part. q. 63. Peccaverunt qui peccarunt ſtatim poſt primum inſtans: & peccatum Luciferi præceſſiſſe peccata aliorum Angelorum naturâ, non tempore; inſit idem Angel. Magiſt. in 2. *Sent.* diſt. 6. art. 2. Modo perpende quæ ſarragine & tomento phantaſiæ bucca ferrea effutit Franc. Ignatij de Zarraga cerbellum in *Theopolit. oper. Iovis & Numin. Splend. Veſpert. Scintil.* 2. *Lucifer* (inquit) *Angelorum principatum obtinuit, quod* (*quem* dicere debebat, ne qui meſotheologus appareret etiam grammaticaſtrus) *per modum feudi recepit abſque cenſus obligatione ſolutionis; ſed ſub conditione indiſpenſabili fidelitatem ſervandi, perſonaliter ſerviendi, & obediendi. Temporis autem decurſu, ut præſcriptionis iure directum dominium acquireret, in ſuperbiam elatus obedientiam negare præſumpſit, & Dei filij humanitatem futuram in Verbo venuit adorare. Cum ergo trino tranſacto termino obediendi, moram celeriter non emendaret, declaratoriâ Numinis ſententiâ Lucifer principatu expoliatur, & in eius locum Michaël ſubſtituitur*:: *In illa enim rerum ac temporum ſerie Angelorum omnium via terminum vidit.*

*Via Angelorum nõ fuit in ſerie temporum, ſed in inſtanti.* Zarrag.

10 Alij Priſcorum, ut ait Macrobius lib. 1. *Saturnal.* cap. 17. Stellas mares & fœminas finxere: quod niſi Mythologicè ridiculum eſt. Eadem refert Cæl. Rhodiginus *lib.* 18. *cap.* 6. Sexus etiam diverſos aliqui exiſtimarunt in Angelis, de quo vide Iulium Cæſar. Bulenger. lib. 1. de *Magis lic. & illicit.* cap. 24. Non ita intellexerunt Iudæi, eſtò duo Cherubim ſtatui ſint ſpecie maris ac fœminæ iuxta Propitiatorium (ut ait Arias Mont. In Apparat. Bibl. lib. de *Noë* titul. de *Propitiator.* Quem impugnant ferè omnes. Conſule N. Quintanill. de *Arca Fœder.* lib. 4. §. 6.) quia tantùm ad ſpeciem devotionis. Non mirum Angelis tribui, quicquid ſtellis; quippe in conceptu idololatrarum maximè Iſraelitarum, ut obſervavit Hieronym. *Epiſt.* 151. ad Algaſiam, aſtra & Angeli pro eodem uſurpabantur. *Militiæ cœli nomine* (inquit) *& aſtra rutilantia, & omnis Angelica multitudo intelligitur.* In Iob 38. 7. patet. *Cùm me laudarent aſtra matutina, & iubilarent omnes filij Dei.* Etiam militia cœli ſumitur pro Angelis. 3. Reg. 22. 19. ubi: *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium ſuum, & omnem exercitum cœli aſſiſtentem ei à dextris & a ſiniſtris.* Pro Stellis Deut. 17. 3. *Adorent eos, Solem & Lunam & omnem militiam cœli.* Idem Iſai. 45. 12. Quod claret Iudic. 5. 20. *De cœlo dimicatum eſt contra eos: ſtellæ manentes in ordine & curſu ſuo adverſùs Siſaram pugnaverunt.* Ubi Interpretes & Angelos intelligunt, & influxus ſtellarum, quibus contractis nubibus in medium interſtitium regionis aëris, inde fulgura mittebantur in hoſtes. Ex his alijſque Auctoritatibus Stellas eſſe Angelos & econtrà intellexere Hæretici, qui Angelici dicti: de quibus & in quos videris Auguſtinum. Irenæum, Epiphanium, Alphonſum à Caſtro lib. 2. *Hæreſ.* 6. Corn. Alap. in cap. 2. Epiſt. ad *Coloſſ.* v. 18. noviſſimè Petr. Annatum in *Appar. ad Theolog. poſitiv.* lib. 7. art. 3. Gregorius Nazianzenus Carm. de *Laud. Virginit.* ita definit in Angelicos de Angelis.

*Pro militiâ cœli Angeli & aſtra.*

*Qui hæretici Angelici.*

*Idem quiſque ſibi: natura eſt omnibus una,*
*Unaque mens, ſimilique Dei rapiuntur amore.*
*Optimus hic cunctis cibus eſt, ut numine ſummo*
*Exſatient mentem, Triadiſque ex lumine lucem*
*Immenſam excipiant. Sunt porrò coniugis omnes*
*Expertes, puri regis, purique miniſtri:*
*Hic mens, & ſimplex natura eſt, atque coruſca,*
*Non à carne fluunt: namque omnis carnes moles*
*Poſtquàm concrevit, certæ eſt obnoxia morti.*
*Nec rurſùs carnem ſubeunt, & corpora craſſa,*
*Sed tales remanent, quales ſunt ante creati.*

*Greg. Nazianz.*

11 Iam igitur palàm, cur dum ſermo ſit de Angelis & ſtellis, additur *Cœli*, vel *Cœlorum*. Cœlum in Scriptura ſæpe ſumitur pro aëre, vel corpore cœleſti, ut aſtruximus *Tom.* 1. *Tautolog.* 1. num. 23. & *Tautolog.* 2. num. 30. Interdùm etiam accipitur pro loco eminentiore, ut notat D. Thom. 1. part. quæſt. 68. art. 4. in corp. Quod probat in ſuperbia Luciferi dicentis: *Aſcendam in cœlum*: ideſt, ad *æqualitatem Dei propter ſublimitatem & lucem*: inſit Angel. Doctor. Quo intelligitur illud Pſalm. 113. 16. *Cœlum cœli*: hoc eſt, Supremum ſupremi. 3. Reg. 7. 23. 2. Paral. 6. 18. & Pſalm. 148. 4. *Cœli cœlorum*: nimirùm, ſupremum & excellius cœlum, ut diximus in *Prolog. Galeat.* §. 4. num. 6. Hinc ſenſus Tautologiæ eſt: *Angeli cœlorum, ſtellæ cœli*: ideſt, Angeli & ſtellæ, que ſunt ſupra nos. Ideo ſæpè in Scriptura cum epitaſi exponitur v. g. *In cœlo ſurſùm, & in terra deorſum*: de quo Nos *Tom.* 4. *Tautol.* 4. Iſai. 7. 11. dicitur: *In excelſum ſuprà.* cap. 45. 8.

*Cœlum prò loco eminenti.* D. Thom.

Ro-

*Angeli & sidera pro re sublimi.* Seneca. *Rorate cœli desuper.* Psalm. 67. 19. & Ephes. 4. 8. *Ascendisti in altum:* putà, in cœlum. Quæ acceptio frequentissima est apud Prosanos. Atreus apud Tragicum in *Thyest.* Act. 5. v. 883.

*Æqualis astris gradior, & cunctos super*
*Altum superbo vertice attingens polum.*

Et idem Vates in *Hercul. furent.* Act. 1. v. 128.

Idem. *Signum cœli gratiale poli*
*Septem stellis Arcades ursæ.*

Ovidius lib. 7. *Metamorph.* Fabul. 1. & Horat. *Carm.* lib. 3. Od. 23.

Ovid. Horat. ——— *Quo coniuge felix*
*Et Dijs chara feras & sidera vertice tangam.*
*Sublimi feriam sidera vertice.*

Propertius *lib.* 1. *Eleg.* 8. & Tibullus *lib.* 1. *Eleg.* 4.

Propert. Tibull. *Nunc mihi summa licet contigere sidera plantis;*
*Editiora sidera mundo.*

Pamphilus Saxus *Eleg.* 12. & Virgilius *Bucolic.* Eclog. 5. v. 57.

Pamph. Virgil. *Sidera cùm radios spargent tellure sub ima.*
*Sub pedibusque videt nubes, & sidera Daphnis.*

E Sacris Vatibus etiam Paulinus in *Cantic.* post Natal. S. Felicis, v. 27.

Paulin. ——— *Viam, quâ me post vincula corporis ægri;*
*In sublime feram: puri qua lactea cœli*
*Semita ventosa superat vaga lumina Luna.*

Hilarius quoque in sua *Genesi*, v. 73. de cœlo canit:

Hilar. ——— *Signis & regia summa*
*Picta, parens varia stellarum luce coruscat.*

Unde cœlum & sidera manu, digito, vertice, plantisve tangere sumitur vel pro summa felicitate, vel audacia; quippe cum à nobis ita dicti sint, impossibile stantes in terra meritò censent. Hinc illud de Antiocho: *Qui paulò antè sidera cœli contingere se arbitrabatur, cum nemo poterat propter intolerantiam fœtoris portare.*

2. Mach. 9. 10.

12 Faxò ergo intelligentiâ genuina delicatur illud Baptistæ ad Sacerdotes Iudæorum: *Qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur.* Hoc est, Qui in hoc mundo natus est, de infimis est, & de infimis loquitur; *qui de cœlo venit, super omnes est*: quasi Ioannes contraponeret sursùm & deorsùm, terram & cœlum. Quapropter ut idem significet, quod longè à nobis terrenis, modò dicit: *Qui de sursum venit*: modò, *Qui de cœlo venit super omnes est.* Q. d. *de cœlo & de terra*, non pro acceptione rerum; sed pro diversa inter se origine personarum, igitur Christus erat suppositum divinum & Ioannes humanum. Ioannes purus homo, Christus homo-Deus. Deus per patrem, homo per Virginem, sed in utraque natura, unica divina persona, verè & realiter: non ut finxerunt Prosani de filijs Deorum: ex his, immorralibus; & mortalibus ex fœminis: quare Herculem elatum flammis in cœlum fingitur, sic alloqui matrem: apud Tragicum in *Hercul. Oetæo*, Act. ult. v. 1963.

Ioan. 3. 31.

*Filij Deorũ mortales & indirabatur mortales, & immortales.*

Seneca. ——— *Quicquid in nobis tui*
*Mortale fuerat, ignis iniectus tulit:*
*Paterna cœlo pari data est, flammis tua.*

Apage Ethnicum: te tenit pestis. De cœlo Dominus Iesus, quia licèt humanitas ex voluntate carnis, non ex voluntate viri, sed ex Deo natus est. Canit Venant. Fortunat. Carm. de *Gaudijs & spe vit. aetern.* v. 67.

Venant. *Hæc sua membra putans, quæ nulla iniuria fuscat,*
*Quæ neque sunt alio participata viro.*
*Cùm sua regna Deus pariter velit omnibus esse,*
*Hoc commune tamen Christus habere fugit.*

*Quomodò Christi corpus de cœlo*

Alij dicuntur è terra, quia corpora illorum ex traduce, coniunctione maris & fœminæ: Christus verò dicitur de cœlo, haud quia è cœlo Verbum Divinum corpus traxerit; sed quia cùm esset in cœlo apud Patrem, in uterum Virginis descendit, ut homo fieret.

13 Vel dicitur corpus Christi de cœlo ob proprietatem cœlestium corporum, quæ quidem peregrinam impressionem non admittunt, Christus ergo licèt cum corpore carneo eiusdem speciei, ac Adami, differt etiam in corpore à cæteris corporibus terreis, eò quòd ex primo suæ conceptionis instanti corpus eius gloriam habuit in actu primo, ut dicunt Scholastici; tamquàm connaturalem animæ beatitudinem prædiræ. Malus fuit illo in corpore miraculum, quòd proprietates haberet corporis terreni in actu secundo. Ideoque quia ra-



ratione animæ gloriosæ corpus erat in actu primo incorruptibile & immortale, dicitur corpus cœleste: ideò, adinstar cœli, ni miraculosè suspenderentur dotes, quibus aliquando pro opportunitate ad libitum usus est, ut claritate in Transfiguratione; subtilitate, in Nativitate; agilitate, abulando super aquas; & impassibilitate, in sacramento Eucharistiæ. Secus autem est in corpore terreo: igitur quia terreum continuò admittit impressiones intrinsicè & extrinsicè agentium; queis patitur, & repatitur, demùmque corrumpitur. Quapropter in Scriptura vocatur corpus animale; & cum dotibus gloriæ, corpus spiritale, ideò, quasi cœleste. Unde Paulus ad Philip. 3. 21. *Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ*: ubi ingeniosè Alapide: *Transfigurabit in aliam figuram, non essentialem, sed accidentalem: ut scilicèt ex corruptibili fiat corpus incorruptibile, ex passibili impassibile, ex terrestri cœleste.*

*Vel corpus cœleste.*

*Quando erit homini corpus ex terra non terrestre.* Philipp. Alap.

14 Hinc colligitur cur dicatur, *Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis.* Quid ergo Adamus, primus homo, de terra, nisi terrenus? Quid secundus homo Christus de cœlo, nisi cœlestis? Qui de cœlo venit, ut fieret homo, cœlestis est, ideò de sursùm, super omnes: qui verò est de terra, de terra est, & de terra loquitur. *De terra limaceus*: ait Tertulianus. Syr. *Pulverulentus de terra primus homo, secundus divinus de cœlo.* Quare, ut sursùm sint corda (cùm cogitatione esse possimus supra nos, licèt terreni, aut terrigenæ ex parte corporis simus) subdit Gentium Doctor: *Si portavimus* (filij huius sæculi) *imaginem terreni: portemus & imaginem cœlestis*: quippe *qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cœlestis, tales & cœlestes.* Ideò, licèt simus ex terra tamquàm filij hominis terreni; haud imitemur eum, qui factus est ex terra in animam viventem; sed eum, qui licèt in carne, factus est in spiritum, animas viventium in corporibus terreis vivificantem, & à terreis voluptatibus removentem. Iccircò Augustinus Tract. 14. in *Ioann.* in illud *Qui est de terra de terra est*; infit: *Primò terra signat originem, secundò materiam.* Quod quidem Christus Ioann. 3. 5. Nicodemo perspicuius expresserat, dicens: *Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est*: ut sicut portamus imaginem hominis terreni, terrena solummodò cogitantes; imitemur hominem cœlestem, cœlestia ad quæ nati, demonstrantem. Si hucusque caro ex carne iuxta imaginem terreni, modò spiritus ex spiritu hominis cœlestis, ut conformemur imagini filij Dei, & sit Christus primogenitus in multis fratribus. Unde Paulus ad Rom. 7. 5. ait: *Cum essemus in carne* (quasi iam non esset) *passiones peccatorum operabantur in membris nostris.*

1. Cor. 15. 47.

Tertul. Syr.

*Quæ passa hominis è terra cœlestis?*

August.

15 Iuxta huiusmodi acceptionem, ut homines æmulentur non opera carnis (igitur quod natum ex primi hominis carne, caro est) sed secundum hominem de cœlo cœlestem (quia quod natum est ex spiritu, spiritus est) dicuntur facere, vel non facere fructum, si respondent, vel non respondent rationi, qua homo vel in carne fit cœlestis. Utrumque describit Paulus ad Philipp. 3. à num. 8. *Multi* (inquit) *ambulant, quos sæpe dicebam vobis inimicos crucis Christi, quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Nostra autem conversatio in cœlis est.* Homo dicitur metaphoricè arbor: quare de iusto & Ieremias 17. 8. & David Psalm. 1. 3. dicunt: *Tamquàm lignum secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo.* Quare in hunc sensum homo non ut ex carne constat, sed ut ex ratione, carnis appetitui dominante, uti *Terra Iuda dabat fructus suos, & ligna camporum fructum suum.* Quod etiam dicitur Psalm. 66. 7. 84. 13. & Iacob. 5. 18. *Terra dedit fructum suum*: scilicet homo mortificando membra carnea, quæ sunt super terram. Literaliter verò phrasis est, qua exprimitur pax, vel fœminarum fœcunditas. Pro pace 1. Mach. loc. citat. ubi: *Unusquisque colebat terram suam cum pace, & terra Iuda dabat fructus suos* &c. & Psalm. 84. *Etenim Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum.* Pro fœcunditate, quippe uterus fœminæ sæpe terra vocatur, eò quòd acceptum fovet semen, & germen producit. Psalm. 138. 15. *Non est occultatum os meum à te, quod fecisti in occulto, & substantia mea in inferioribus terræ.* Ideò, in utero matris. Psalm. 66. 7. *Confiteantur tibi populi omnes, terra dedit fructum suum.* Terra, hoc est fœmina. *Uterus Virginis Salvatorem peperit*: ait Maldonatus in Luc. cap. 1. num. 133. Hinc Apollinaris legit: *Terra dedit fructum vitalem*: & Tertull. *Terra dedit benedictiones.*

*Homo cur dicitur arbor.*

1. Mach. 14. 8. *Ferre fructum pro pace.*

*Terra pro fœmina.*

16 Quia in homine sunt opera carnis, & fructus spiritus (qui tantùm dicuntur fructus, igitur opera carnis non sunt fructus, sed defectus) dum terra humana iuxta rationem operatur, suum fructum facere perhibetur. Quapropter dum malè operatur, maximè si ratione dignitatis, vel status, exactiùs adimplere legem debet, defecisse à natura, utpotè rationali, dicitur. Afsidæi, propter iusiurandum Alcimi patriæ proditoris, nihil doli ca-

3. Mach. 7. 27.

ventes, ad cæteros Scribas de illo dixerunt: *Homo sacerdos de semine Aïron venit, non deciptet nos.* Haud arbitrandum, potuisse esse Angelum sacerdotem: Iudæi iudicarunt Aggæum, & Malachiam Angelos, seu spiritales superiores substantias, & sublimiores hominibus intelligentias, in assumptis corporibus, more & specie hominum conversantes; ut refert, & refragatur Hieronymus in *Aggæum.* 1. & in *Prolog. Malachiæ* contra Origenem. Error igitur ortus, ex eo quòd *Malach.* Hebr. sonat Angelum: *Aggæus* gyrantem, seu velocissimum motum, proprium harum intelligentiarum. Quod quidem iudicium, quasi esset necessarium, Angelos esse, habentes nomina magna Angelorum, tamquàm conditionis notam, & minimè quasi magni nominis umbram.

Nullus Angelus incarnatus est.

17 Sensus igitur præfati testimonij est: Non est hominis fallere. Quid si data fide? Quid si hominis sacerdotis, & nobilissimæ familiæ Aaronicæ? Non decet credere fidem fluxam, & datam dextræ subdolæ dextram. Longè ab homine fallere: quantò magis à sacerdote, qui dignitati debet consulere & sibi? Unde Haye hic: *Vir primarius.* Io sentu tropologico aliter. Iurè hic improbus sacerdos, quia improbus dicitur homo: igitur qui gaudet sacerdotali dignitate, gaudere debet etiam conditione, quæ non hominis est in homine, sed Angeli immaculatis. Ideo dicitur de oleo apotheosis Sacerdotum Exod. 30. 32. *Caro hominis non ungetur ex eo*: quasi qui homo sacerdos, ratione dignitatis non esset homo. *Angelum faciunt* hominem, *puritas, charitas, & humilitas*: ait Richardus à S. Laurent. de *Laudib Virgin.* lib. 1. cap. 8. & Ugo Carens. in 1. *Luc. Angeli*, ut vidimus, *cælorum*, Angeli dicuntur, & *Stellæ cæli*; quia sacerdos debet esse Angelus terrenus, vel homo cœlestis, qui quasi stella fulgeat in terra virtutibus, & homines, ut supra homines sint, illuminet splendoribus. Sed hoc in Didascalijs.

Ug. Carens. Sacerdos debet esse Angelus terrenus, vel homo cœlestis.

Greg. Mag.

18 Ex his claret etiam cur dicantur *Angeli cœlorum.* Nomen Angeli *non est naturæ, sed officij*, ut inquit Gregorius Magnus Homil. 34. in *Evang.* Angeli sunt, dum per eos aliqua nunciantur: igitur etiam, eorum quibus in terris præsunt *desideria & postulationes ad æternum, & invisibilem Deum ambitioso Angelorum famulatu, ac ministerio perveniuntur* ut ait Hilarius *Comm.* in *Matth.* 18. Hi qui iussu Dei nobiscum sunt semper in cœlis sunt. Cœlum ut vidimus, rem sublimen, & gloriam significat: passim teritur in Scriptura. *Dominus in cælo sedet eius*: Psalm. 10. 4. *De cælo à regalibus sedibus*: Sapient. 18. 15. *Cælum sedes mea*: Isai. 66. 1. Ideo Augustinus lib. 1. de *Serm. Dom. in mont.* cap. 9. ait: *Per cælos intelligitur altitudo spiritalium bonorum.* Quapropter *Angeli cælorum*, idest Angeli, qui sunt gloriosi, vel in gloria. Quo intelligitur præclarum testimonium, & à cunctis Expositoribus prætermissum. *Angeli eorum* (parvulorum scilicet) *in cœlis*, idest in gloria, subaudi *semper sunt*; quia *semper vident faciem Patris, qui in cœlis est* illis gloria per manifestationem Deitatis. Quapropter sive in cœlis, sive in terris, sive in summis, sive in imis sint, divino gaudent aspectu: *Nam quolibet missi veniunt, & inter ipsum currunt, qui ubique est*: inst Gregorius Magn. lib. 2. *Moral.* cap. 2. & Scholastici cum D. Thom. 1. part. quæst. 112. art. 1. & 1. 2. quæst. 4. art. 7. ad 3. Confutantur ergo & refutantur, tum qui dixerunt, non habere gloriam usque ad diem iudicij, quia in terras mittuntur (vide Angelicum Magistr. 1. part. quæst. 64. art. 4. ad 3.) tum Origenes Homil. 35. in *Luc.* asserentis, Angelos aliquando videre faciem Dei, aliquando non videre propter vigilem, vel desidem custodiam hominum. Alio sensu: *Angeli eorum* tutelares, seu propugnatores, gloriosi sunt: Angeli verò impugnatores, qui dæmones, ut homines exerceantur, non sunt gloriosi; quippe faciem Patris non vident, nec videbunt. Dari singulis singulos Angelos, bonum & malum, placuit aliquibus: Gregorio nimirùm Nysseno in *Vit. Moys.* Bedæ in cap. 22. *Act.*. *Apost.* Cassian. *Collat.* 8. cap. 17. & Origeni Homil. 22. in *Luc.* Consule Eminent. Card. de Aguirre in *Ludis Salm.*

Hilar.

August.

Matth. 24. 36.

Matth. 18. 10.

Greg. Mag.

Angeli boni sunt beati.

19 Via aperitur iam alijs tautologijs affinibus: nimirùm ut loquamur de Angelis terrarum, dum sermo factus de *Angelis cœlorum.* Astipulatur Serm. 2. de *Nativ. Virgin.* Bernardus: *Angelica planè vita virginitas est*: *& qui non nubent, neque nubentur, similes erunt Angelis Dei.* Succinit etiam Hieronymus Epist. de *Virgin.* ad Eustoch. *Statim.* (inquit) *ut filius Dei ingressus est super terram, novam sibi familiam instituit*: *ut qui ab Angelis adorabatur in cœlis, haberet Angelos & in terris.* Erunt utique virgines sicut Angeli Dei in cœlo: quoniam in carne, ubi non regnat caro, videtur plusquàm humana, Angelica portio. *Filij huius seculi nubunt, & traduntur ad nuptias*: *illi verò qui digni habebuntur sæculo illo & resurrectione ex mortuis neque nubent, neque ducent uxores*: ait Christus Luc. 20. 34. Sicut hic *Nubere* fœminis, *Ducere* viris adscribitur; ita fieri congruebat, dicunt hæretici duce Hunno, inpalijs testimonijs, queis *Nubere* dicitur tam de fœminis, quam

Bernard.

Virginitas in terra angelica portio est. Hieron.



quàm de viris, quòd improprium omninò in lingua latina: ut Matth. 19. 10. 22. 30. Marc. 12. 25. 1. Cor. 7. 9. & alijs in loc. Naso aduneo Novatores, ore retorto, crepitante sulva, Priscianj regulis, ogganiunt in Vulgatum vocis ineptiam, & latinitatis imperitiam; quin cogitent ab illis, quos eloquentissimos plaudunt, uti linguæ Latiæ Oracula, huiusmodi verbum commendari, & passim uti, & eodem sensu.

*Nubere etiam viris congruit.*

20 Astruantur ergo exempla ex politioribus, venerandis, colendis, mirandis, ut ipsi hæretici dicunt: Iuvenal. *Satyr.* 2. 134.

Iuven.

*Quæ causa officij? Quid quaris? Nubit amicus.*

Martialis *lib.* 8. *Epigr.* 12. *Uxori nubere nolo meæ.* Claudian. lib. 1. in *Eutrop.* v. 223. *Nubat, ducatque licebit.* Terentius eo sensu in *Hecyr.* Act. 4. Sc. 1. & 4. & in *Phorm.* Act. 1. Scen. 5. *Nuptum* accipit. Plaut. in *Casin.* Act. 5. Scen. 1. *Novum nuptum.* in *Pers.* Act. 2. Scen. 1. *Nubitur.* Idem in *Prolog. Amphitruon.* v. 99. & in *Prolog. Trinum.* v. 10. *Senex cuius nubunt liberi.* Ovven. lib. 1. Epigr. 20. *Uxori nubas.* Valer. Max. lib. 9. cap. 1. *Nuptijs inter se iunctis.* Marc. Senec. lib. 7. *Controv. 6. Tyrannus permisit servis, ut dominabus suis nubant.* Pomponius in *Pannuceatis* ait: *Frater meus nupsit vetulæ varicosæ Aphræ.* Politian. in illud Herodiani lib. 4. *Nymphion*, legit: *Novum nuptum* Varr. libr. 14. *Divinat.* ait: *Viris nuptijs sacrificabantur.* Cuius frequens acceptio quit videri apud Casaub. lib. 5. cap. 1. Frideric. Taubmann. in *Plaut.* (hæretici sunt: fidem faciant habentibus læsam fidem) & Alb. Gentilem lib. 2. de *Nupt.* cap. 3. qui de his accuratè disputat. *Nubere veteres* (ait Nonius cap. 11. §. 577.) *non solùm mulieres, sed etiam viros, dicebant.* Et rationem adducit D. Thom. in 4. dist. 27. quæst. 1. art. 1. quæstiunc. 2. in corp. ubi: *Capita nubentium olim velabant.* Quid, ò utres vacui vento sapientiæ humanæ extendi, videtur vobis? Sunt auctoritates? Deest, vel non, aliquid grammaticæ in auctoritate: Si deest, quo pacto in vulgato erit imperitia, & in vestratibus eloquentia? Quia vestrates? Si nihil deest, ad quid dens, & natura facies virga Censoria? Ostendam autem vobis quid rodere, præter vestros mores, iurè poteritis.

Martial. Claudian. Terent. & alij.

D. Thom.

21 Virgilius *Bucol.* Eclog. 3. v. 103. *His certè vix ossibus hærent.* *His* dicit, cùm deberet *Hi.* Item *Georgic.* lib. 1. v. 25. *Urbis invisere Cæsar.* ubi *Urbis*, pro *Urbes.* lib. 8. v. 160. *Vestibat.* lib. 10. v. 531. *Quæ magna talenta gnatis parce tuis.* Quicquid decertet La-Zerda utrovique. Seneca in *Hercul. furent.* Act. 4. v. 964. *Vincla Saturno exuam*: pro *Saturnum vinclis exuam.* Idem de *Provid.* cap. 6. *Alijs bona falsa circundedi*: pro *Alios bonis falsis.* Terent. in *Hecyr.* Act. 3. Scen. 5. v. 45. *Servibo*: in *Phormione* Act. 5. Scen. 7. v. 78. *Neque huius sis veritus fœminæ.* Similiter Act. 4. Scen. 1. v. 57. *Forma in tenebris nosci non quita est.* Ubi *Quco* passivum facit. (Quod etiam Lucretius lib. 1. de *Rer. natur.* v. 1039. *Summa queatur.*) In *Eunuch.* Act. 4. Scen. 4. v. 59. *Ego scibo.* Propertius lib. 2. Eleg. 2.

Virgil. Solœcismi insignes in Ad. celebratis ab hæreticis.

Senec. Terent. Lucret. Propert. Plaut.

*Iupiter ignosco priscina furta tua.*

Id videbis apud Plautum, cuius ore, ut dixit Varro, locuturas benè Musas, si vellent verba latina loqui: qui quidem in *Asinar.* Act. 1. Scen. 1. v. 13. ait: *Ipse scibo, te faciam ut scias.* In *Stich.* Act. 1. Scen. 2. v. 87. *Probriores arbitrabunt.* In *Captiv.* Act. 3. Scen. 4. v. 86. *Audibis.* In *Pers.* Act. 4. Scen. 3. v. 8. *A quiquam homine accepi.* In *Epidic.* Act. 2. Scen. 1. v. 49. *Exugebo.* Iurè ipse apud Conrad. Rittershus. *Sic me barbaries varie fœdaverat olim*: igitur præter solœcismos barbarismis comœdiæ scatent, & in pluribus scenis quolibet pede. Cicero denique *Epist.* ad Lentulum ita ait: *Quia in causa non modò non negabo, sed etiam semper & meminero, & prædicabo libenter, usus est quibusdam nobilissimis hominibus*, &c. *Usus es* pro *Usum esse.* Mirum, quantum sudaverit pro loco Henric. Stephan. lib. 2. *Schediasm.* cap. 26. sed labor cassus, ut notat Dionys. Lambinus. Plurimis parco, ne sint fastidio. Hæc hæretici à lingua latina degeneria plaudunt, & peritiam Hieronymi plodunt. Si improprias locutiones notare in eorum scriptis, libuerit, occurrent certatim. Sufficiant Scaligeri, & Critici alij in hac pessima & frivola occupatione. Quæ quanta sit, describitur à Iust. Lipsi. in *Fabula Menip.* & Dic. Sasved. in *Rep. litter.* &c.

Cicero.

22 Ergo ad rem. De Rebecca enim dicitur: *Puella decora nimis, virgoque pulcherrima & incognita viro.* Quid quòd virgines cœlo comparentur, si Angelorum Domino copulantur? Vel Ethnicus accinit lib. 5. *Carm.* Od. 15. v. 5.

Genes. 24. 16.

*Desine inter ludere virgines.*
*Et stellis nebulam spargere candidis.*

Nomen *Virgo* latè sumitur tàm apud Sacros, quàm apud Profanos. *Terra* dicitur *virgo*, apud Varron. lib. 1. de *Ling. Latin.* quæ vomere necdum rupta. *Virgo aqua.* Martial. 6.

Horat.

*Variæ acceptiones Virginis.*

*Epigr.*42. quæ alijs non mista. *Charta virgo*, quia sigillata lib. 1. 67. Terram ad corpus Adami formandum, dicit *intactam* (idest, puram) Iosephus lib. 1. *Ant. Iud.* cap. 2. Unde civitates quæ libertate gaudent, dicuntur Virgines. De Venetijs Paulus Prieratus, cap. 3. de *Civit. dignitat.* profert: *Inter cæteras prærogativas, quibus est insignita, hac quoque illustratur, ut virgo appelletur. Sicut enim puella, virgo dicitur, quæ à nullo fuit violata; sic Civitas Veneta virgo, quia à nullo hostium violento impetu fuit oppressa.* Eadem refert Petr. Andr. Canonher. in lib. 1. *Hippocr.* Aphor. 1. Sit ergo, & sibi gratuletur, sed caveat, paveatque, ne de illa intelligator, quod in suis vaticinijs prædixit Malachias Monachus Cisterc. in Aragonia, sub hoc tempus! *Et Virginem veterem ipsi tenebunt.* Scitote quia propè est in ianuis. Hæc enim acceptione Thren. 1. 15. *Virgini filiæ Sion.* cap. 2. 13. *Virgo filia Sidonis.* Idem Isai. 23. 12-47. 1. & Ierem. 14. 7. 31. 4 46. 11. Per Catachresim intelliguntur Civitates pridem non expugnatæ ab hostibus: ideo aliquæ vocatæ *Bethul.* idest, Virgo, Iosue 19. 14. & *Bethulia* Virgo Dei, Iudith. 6. 7.

*Alia Civitates.*

23 Virgo aliquando dicitur fœmina latens, vel abscondita à radice *Hbalam*, unde Hebr. *Hbalm.* Haud quia fœminæ sicut apud Sinas, teste Ioanne Nieuhovio in *Legation. Batav.* part. 2. c. 6. non procederent in publicum (contrarium constat ex Rebecca, Rachele & alijs) quo sensu Electræ filiæ dicit Clytæmnestra apud Senec. in *Agamemn.* Act. ult. v. 950.

*Virgo cur abscondita dicitur?*

*Quo more cœtus publicos virgo petit?*
*Quis esse credat virginem?*

Senec.

Propertius lib. 2. Eleg. 32. & Catullus. in *Carm. nuptial.*

Propert.

*Qui videt is peccat, qui non te viderit, ergo*
*Non cupiet, facti crimina lumen habet.*

Catull.

*Ut flos in septis secretus nascitur hortis,*
*Ignotus pecori, nullo contusus aratro,*
*Quem mulcent auræ, firmat Sol, educat imber &c.*
*Sic virgo dum intacta manet.*

Non ita: sed quia fœmina non dicitur abscondita, sed cognita, alicui revelata turpitudine Quo igitur sensu virgo opponitur mulieri, non sexu, sed corruptione. Unde Cicero, ut ai Erasmus lib. 4. *Apophth.* de Popilia: *Cras mulier erit, & ego non virginis sponsus.*

24 Virgo etiam dicitur fœmina vel puerpera, ad thalamum modò pervenerit virgo. Luc. 2. 36. *Erat Anna Prophetissa ::: vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua.* Idest, à die nuptiarum. Quod frequens in Scriptura; quippe retinetur nomen status, aut conditionis prioris: ideo dicitur Filius, Pater, Mater &c. & postquàm fato functi. Matth. 11. 5. *Cæci vident, claudi ambulant, surdi audiunt* &c. Luc. 11. 14. *Locutus est mutus.* Matth. 26. 6. *Simonis Leprosi.* Ierem. 12. 7. *Dedi dilectam meam in manibus inimicorum eius.* Haud quia tunc dilecta, sed quoniam fuerat. Sic igitur dicitur virgo, quæ non est. Idem cap. 18. 13. *Quis audivit talia horribilia, quæ fecit virgo Israël?* Virgo per fidem integram fuerat, quæ iam corrupta per idololatriam; igitur meritrix prostituta signatur, cap. 2. 20-3. 2. Apud Profanos ubique occurrunt testimonia. Terent. in *Adelph.* Act. 4. Scen. 7. v. 10. & 14. *Puer natus est. Virgo nihil habet. Illinc huc transferetur virgo.* In Eunuch. Act. 4. Scen. 4. v. 53. postquam dixerat. *Virginem vitiatam esse*, subdit: *De istac rogas virgine?* Seneca in *Oedip.* Act. 2. v. 489. *Tradidit Thalamis virginem relictam*: Ariadnen, scilicet, vitiatam à Theseo. Horatius lib. 2. *Carm.* Od. 8. v. 23. *Virgines nuptæ.* Ovidius Epist. 6. *Heroid.* & lib. 15. *Metam.* Fab. 5. 1.

*Sæpe retinetur nomen conditionis prioris.*

Terent.

Senec.

Orat.

Ovid.

*Turpiter illa virum cognovit adultera virgo.*
*Prospiciens prolem sancta de virgine natam.*

Ubi Iacobus Pontanus, & Natal. Comes vertunt pro *Virgine*, *Coniuge.* Virgilius de Pasiphaem trium puerorum iam matre *Bucolic.* Eclog. 6. v. 47. & 52. & Calvus apud Servium hic de Io in vaccam conversa:

Virgil.

*Ah virgo infelix! Quæ te dementia cepit?*

Calv.

*Ah virgo infelix! Herbis pasceris amaris.*

Etiam de Penelope defiorata ab Ulysse canit Andr. Alciatus *Emblem.* 196.

Al. iat.

*——— Manet anxia virgo,*
*Hinc pater, inde viri mutuus urget amor.*

*Virgo pro ornatu virginis.*

Paret acceptio virginis pro fœminæ conditione priori. Quod etiam apud Iurisconsultos, leg. *Mulieris* ff. de *Verbor. signif.* Alia subinde.

25 Nomen Virginis aliquando non significat fœminarum integritatem, sed habitum, aut cultum. Ierem. 2. 32. *Obliviscetur virgo ornamenti sui, aut sponsa fasciæ pectoralis sui*: De Thamar dicitur 2. *Reg.* 13. 18. *Induta erat talari tunica: huiusmodi enim filiæ regis virgines vestibus utebantur.* Quarum ornatum describit Ezech. cap. 16. à v. 11. & Isai. cap. 3. 18. Astruitur etiam ex Ethnicis: Ovidius lib. 13. *Metam.* Fabul. 1.

*——— Nec adhuc protexerat heros*
*Fœmineos habitus.*

Ovid.

Et Catullus de *Berenic. Coma:*

Catull.

*Quam de virgineis gesserat exuvijs.*

De stupratore olim dicebatur: *Zonam & candida pectora rupit.* Quæ zona, seu fascia virginalis vocabatur *Cestus.* Hinc *Intestus*, quia sine zona fœmina. In *Nupt. Iuliæ & Manl.* Catull. *Zonula solvunt sinus.* Zona symbolum est virginitatis, quæ pridem signum. Virgines olim Palladi zonam ante nuptias sacrasse, asserit Pausanias in *Bœotic.* & Athenis esse simulachrum Dianæ Solvizoniæ; Herodotus *lib.* 1. Vide Pier Valerian. lib. 40. *Hierogl.* cap. 45.

*Virgines zonam sacrabant Dianæ*

26 Etiam nomen Virginis sumitur metaphoricè. Unde Cicero in *Orat.* Philosophiam vocat virginem incorruptam: frequenterque dicimus Veritatem virginem (idest, puram) integritatem morum, Iudicem incorruptum, & sic alia. De anima, ut vidimus num. 24. per fidem semel coniuncta Deo, prædicatur virginitas; & cum à fide propter idola deficit, fornicatio: de quo Nos vitâ & gratiâ comitibus *Tom. 6. Taut.* 10. ad illud Ose. 4. 18. *Fornicatione fornicati sunt.* Paulus cùm Corinthios è tenebris idolorum revocasset, & vocasset in admirabile lumen cognitionis veri Dei, cap. 11. 2. ait: *Despondi enim vos uni viro, virginem castam exhibere Christo.* Cuius acumini astipulatur Augustinus Tract. 13. in *Ioann.* dicens: *Virginitas mentis est integra fides*: ita anima quæ idolorum adoratione nigra, fide Christo desponsata, mirè formosa. *Moyses quidem Æthiopissam* (ait Bernardus Serm. 2. *Domin.* 1. *post Epiphan.*) *duxit uxorem; sed non potuit eius mutare colorem: Christus verò, quam adamavit ignobilem adhuc & fœdam, gloriosam sibi exhibuit Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam,* sicut virgo traditur ducenda viro, ita Corinthij virgo casta traditi Christo per fidem à Paulo. Novum non est in Scripturâ usus Prosopopœiæ, quo schemate inducimus, quæ velimus, incorporea, quasi corpora habentia: motus & indolem animi, quasi sub personâ, quæ Græce *Somatopœia*, vel *Charactevismos.* Latinè Designatio, seu personæ confictio. Isai. 49. 14. de *Iudicio, iustitia & veritate*, quasi de habentibus corpus loquitur textus. Idem Daniel. 7. 10. Zachar. 4. 2. Apocal. 5. 6. & sæpe alibi. *Novit* (inquit Ioann. Damascenus lib. 2. de *Fid. Orthod.* cap. 6.) *Scriptura etiam Prosopopœiam, personarumque fictionem usurpare.* Quæ quidem figura, aliquando dicitur *Allegoria*, aliquando *Metaphora.*

*Virgo pro castitate.*

2. Cor.

Augustinus

Bernard.

*In scriptura interdum Prosopopœia.*

Damasc.

27 Hæc meditanter & studiosè præmissi propter difficiliorem locum Pauli, quem singulariter exponam (utinam fauste! quippe, quod sciam, sine interprete duce) igitur expositione evanescunt argumenta hæreticorum de patria potestate in filias virgines, ut tradantur, vel non tradantur nuptui; queis catholicis negotium facessunt. Locus ergo Pauli est, Epist. 1. *Cor.* cap. 7. v. 36. ubi: *Siquis turpem se videri existimat super virginem suam, quod sit superadulta, & ita oportet fieri: quod vult faciat: non peccat, si nubat* &c. Hic quantum auguror, argumentum non est de filia virgine iam nubili, seu matura virò; sed de unoquoque fidelium, qui quidem cogitare debet ex se, an possit cœlibem vitam ducere, vel non: etenim si valet, *Volo omnes vos esse sicut meipsum*: sin autem, *Melius est nubere, quam ari. Unusquisque proprium donum habet ex Deo: aliud quidem sic, alius verò sic.* Per prosopopœiam Paulus alloquitur Corinthios, quasi virginitas esset persona, & consequenter separata ab unoquoque, de qua tamquàm sub propria potestate, potest ad libitum facere, & decernere. Hæc igitur allegoriâ dixit, ut vidimus num. anteced. *Vos viro Christo tamquàm virginem castam despondi.* Quo claret auctoritatis genuinè sensus. *Siquis turpem se videri existimat super virgine sua* (idest, super se) *quod sit superadulta* (hoc est, iam in statu pubertatis, aptus ad matrimonium, perpensis quæ in vita cœlibe, & quæ in matrimonio tribulationes occurrant) *& ita oportet fieri, quod vult faciat: non peccat, si nubat. Nam qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem* (propter urgentiam libidinis, vel complexionem calidioris conditionis) *potestatem autem habens suæ voluntatis, & hoc iudicavit in corde suo servare virginem suam* (hoc est, se virginem, vel matrimonium non ineundum) *benè facit. Igitur & qui matrimonio iungit virginem suam* (nimirùm, se) *benè facit: & qui non iungit, melius facit.* Aliter intelliges auctoritatem, etsi eodem sensu, si Ly *Virgo* sumpseris pro sexu, vel pro corpore; quo claret ad litteram perspicuè expositio: quæ sanè acceptio crebra apud AA. unde mares virgines appellatos

2. Cor.

*Virgo pro cœlibe.*

*Pro corpore vel sexu.*

Chrysol. *Mares virgines etiam dicti.*

inveniet. Chrysologus. *Serm.* 148. *inducta virgo* (ait) *inducit virginem mox maritum.* & Paulinus in *Epitalam.* Iuliani & Titiæ apud Prider. Taubm. in *Cistell.* Plauti Act. 2. Scen. 3. canit:

*Concordes anima casto foctantur amore:*
*Virgo puer Christi, virgo puella Dei.*

Paulin. *Virgo pro ætate pueri-li.*

28 Nomen quoque Virginis sæpiùs pro ætate puellari, virore, aut vigore: unde etymon virginis deducitur. Hinc intelligitur, cur quæ corruptæ, & iam puerperæ dicantur virgines, num. 24. *Virgo à viridiore ætate dicta est:* Isidorus lib. 11. *Etymolog.* cap. 2. & D. Thom. 2. 2. quæst. 152. art. 1. Ideo Clemens Alexandrin. lib. 7. *Strom.* ait: *Vidua quæ rursus virgo per temperantiam.* Quare nomine Virginis nullo modo (maximè si iteratur nomen, vel quid æquivalens) intelligitur status conditionis, sed ætatis. Hinc Hebræi distinguunt *Bethulath* ab *Hhalmah*, seu *Habhalmah.* (Chald. *Ulimath*) quasi *Bethulath* significet virginem intactam, & *Hhalmah* puellam. Alij verò AA. econtra intelligendas voces conantur. Vide disputationem apud Hieronym. tum in *Comment. in Isai.* lib. 3. cum in *Trad. Hebr.* in Genes. 24. & lib. 1. *contr. Iovinian.* Sanct. Pagnin. in *Thesaur. ling. Sanct.* Lyr. in cap. 30. *Prov.* v. 19. Pererium in *Genes.* 24. n. 70. Viegas in 12. *Apoc.* sect. 14. Delr. *Adag.* in *Proverb.* 275. Maldonat. in cap. 1. *Matth.* v. 23. Leon. Castrum, Forerium, Abulens. Sanctium & Alapid. in cap. 7. *Isai.* v. 14. Finium lib. 2. *Flagel. Iudæor.* cap. 6. Canisium lib. 2. de *Deipar.* Scholasticos apud Suarium *Tom.* 2. in 3. part. D. Th. q. 27. disp. 1. sect. 2. & Vazquez ibid. disp. 121. cap. 3.

Genes. 24. 26.

29 Ergo iam in testimonium de Rebecca igitur dicit Moyses: *Puella decora nimis, virgoque pulcherrima, & incognita viro.* Rabbini, & excogitator inter eos ampliorum anilium næniarum, Rab. Salomon, aliique AA. nimis Rabbinis addicti, huiusmodi phrasim *Incognita viro*, præposterè intelligunt. Vide Galatinum lib. 7. cap. 17. Hæc cane ludrica, & ab illis dumtaxat excogitabilia. Caietanus nervosè interpretatur testimonium: *Puella* inquit *ab ætate: à formositate decora: ab habitu, virgo: ab integritate carnis, incognita viro.* Origines Homil. 10. in *Genes.* Clem. Alexandrinus lib. 4. *Strom.* Menochius hic, & Novarinus in *Umbr. Virgin.* Excus. 10. num. 130. testimonium accipiunt pro duplici virginitate, formali videlicèt & materiali. Q. d. Erat pura illibata, intemerata, intacta, castaque corpore & mente: corde & carne: quasi per *Virgo* designaretur integritas mentis, & per *Incognita viro* integritas carnis. Ingeniosè acumen astruit Novarinus, ubi dudùm. *Apud Hebræos* (subdit) *Virginitas, plurali numero Bethulim, singulari numero destituitur: quia nisi virginitas duplex, nulla virginitas;* scilicet mentis & corporis. Iccircò num. 134. *Virgo non ginitas duplex, nulla virginitas;* scilicet mentis & corporis. Iccircò num. 134. *Virgo non est* (inquit) *tui corrupta mente corpus integrum. Integra integritas illa non est, quæ carnis non mentis.* Hinc Sponsa Cant. 4. 12. *Hortus conclusus;* corpore: *fons signatus,* mente: ut dicit Rupertus hic. Alia videtur virginitas, præut integritas carnis, & alia præut est mentis, quæ dicitur in integritate Amor virginitatis, iuxta Virgilium lib. 11. *Æneid.* v. 583.

Caietan. *Virginitas mentis, & corporis.* Novarin. Rupert. Virgil.

*——— Et virginitatis amorem*
*Intemerata colit.*

Verùm hoc morale est: quantumvis illustravimus, non placet, imò fastidit in litteræ expositione.

30 Sed arridet acceptio nominis Virginis pro ætate virente, quam astruximus num. 28. Unde sensus testimonij est: Puella erat & virgo: igitur inveniet quæ virgo & non puella: etiam econtrà. *Virgo*, quia florebat ætate nubili: *Incognita viro*, quia virgo carne. *Bethulath* non semper significat virginem incorruptam, ut observat Hayé hic. Videtur loci. 1. 8. ubi *Plange quasi virgo*, dicitur nuptæ. Septuag. *Quasi nupta.* Quo in loco Hebr. *Bethulath*: diciturque *Quasi nupta*, per nomen virginis, ut exprimatur valens ad thalamum puritas, & non virginalis puritas. Idem Ezech. 23. 3. Ubi *Pubertas* signatur in textu Hebræo ætas, & non virginalis puritas. Idem Ezech. 23. 3. Ubi *Pubertas* signatur in textu Hebræo *Bethulath*, ideſt, virginitas: nequitquè ibi signari carnis integritas: igitur dicitur: *In adolescentia sua fornicata sunt: ibi subacta sunt ubera earum, & fracta sunt mammæ pubertatis earum.* Favet sensui Doctiss. Sanctius in Isai. 7. num. 26. *In Rebecca* (inquit) *dicitur Bethulath, & additur: Vir non cognovit eam, quasi posset esse Bethulath, quam vir cognoverit.*

*Bethulath non semper signat virginitatem.* Sanct.

31 Quapropter textum primò expono in eodem ipso sensu. Ideſt, Rebecca erat puella virgo. Puella flore ætatis, vel temporis; & incognita viro, flore virginitatis. Puella quia in annis pubertatis; & virgo integritate corporis. Puella ætate vitidi, virgo conditione. Septuaginta. *Virgo spectosa aspectu, virgoque erat.* Non *Virgo & virgo* idem significantia; sed primò significatur tempus, secundò status. Ita Esth. 2. 2. dicitur: *Quærantur regi puellæ virgines, aspectosæ.* Proinde cùm non semper *Bethulath* significet intactam, & ali-

Septuag. *Virgo, virgo ideſt, puella virgo.*



& aliquando corruptam; additur à Moyse: *Et incognita viro*: nimirùm puella speciosa, quam nemo cognoverat. Græc. *Parthenos.* Latinè, *Virgunculla.* Terentius in *Andr.* Act. 1. Scen. 1. v. 92.

*Unam aspicio adolescentulam formâ & vultu.*
*Ardetque in virgine virgo.*

Terent.

Cecinit Ovidius lib. 9. *Metamorph.* Fabul. 12. ideſt, puella in puellam. Horat. lib. 1. *Carm.* Od. 20. v. 1. *Dianam teneræ dicite virgines.* & lib. 4. Od. 6. v. 32. *Virginum primæ.* Martial. lib. 3. Epigram. 65. *Tenera puella.* Philippus Beroaldus Epigram. de *Duob. Amant.* v. 51.

Ovid. Horat. Mart.

*Hanc spectans, pulchraque oculos in virgine figens.*

Denique Catullus ubi supr. num. 23. *Ut flos, sic virgo dum intacta manet.* Ideſt, puella, quippe si intacta non manet, virgo non erit. In hocque sensu Rebecca dicitur *Virgo*, quia viro apta: & *Incognita viro*: quia nec dum mulier.

Beroal. Catull.

32 Secundò. Quit liberè exponi periodus per Exergasiam, seu Epitasim, quibus schematibus prima sententia amplius clarescit secunda: & hæc propositò additur, ut verimus in opere, non est coniunctio, sed explicatio, aut particula causalis, vel rationalis. Unde sensus: *Virgo erat, & (ideſt) incognita viro.* Frequens profectò in Scriptur. 1. Cor. 7. 34. *Mulier innupta & (hoc est) virgo cogitat,* &c. Levit. 21. 3. *Sorore virgine* (nimirùm) *quæ non est nupta viro.* Apocal. 14. 4. *Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt.* Q. d. Virgines sunt, quia cum mulieribus &c. Etiam Prefani eodem sensu & in eadem materia. Suetonius in *Vita Augusti* cap. 62. *Fulviam* (ait) *dimisit intactam adhuc & (nempè) virginem,* Senec. in *Hercul. furent.* Act. 3. v. 851.

*Exergasia interdum in Scriptura.* *Et aliquando particula expositiva.*

*Virgines, nondum thalamis iugatæ.*

Causam astruit, cur virgines. Ovid. lib. 10. *Metam.* Fab. 8. de Pygmalione ait:

Senec. Ovid.

*——— Sine coniuge cœlebs*
*Vivebat, thalamique diu consorte carebat.*

Sic sequenti clausula explicatur, quod obscurè dictum priore, & tunc per Hebraismum sit particula coniunctiva, causalis: ut in præsentiarum: *Virgo erat*, quia *incognita viro.* Vatablus confirmat: *Virgo, quippequam vir non cognoverat eam.* Hebr. *Virgo pulcherrima & (quia) vir non cognoverat eam.* Demum Caietanus: *Virgo & (quoniam) vir non cognovit eam* per Enallagen.

Vatabl.

33 Tertiò & denique. *Virgo* erat Rebecca, integritate carnis, qua fœminæ virgines, non ablatæ nec a viro quoquam, nec ab alio agente extrinseco. Pro quo nota, olim maximè apud Ægyptios & Phœnices obstetrices, illicò ut fœmella nascebatur, integritatem carnis confringere, putantes frustra fœminis datam, & ne in primo congressu pro voluptate amplecterentur dolorem. Ita astruit Petr. Andreas Canonherius ubi supr. in *Apho. rism. Hipp. Tom.* 1. Refert Galenus de *Usu partium*, lib. 15. & etiam Severus Pinæus de *Notis virginit.* lib. 1. cap. 3. Apud Israelitas ita inolevit (quod non credam) huiusmodi usus, ut Rab. Elias apud Galatin. *lib. 7. cap. 14.* asserat, omnes fœmellas ab ortu corruptas, & usque ad Mariam non fuisse virginem in Israel. Quod videtur erga Virginem virginum obsequium, est Iudæorum malignantium studium: igitur addunt, factum coram obstetricibus virginitatis in partu & post partum experimentum, cuius vel mentionem refugit cogitatio. Abeant in corvos.

*Aiud Prisc. ios illicò nata fœmellas ab obstetricibus torum-pebatur.* Canonh. Galen. Pinæus.

Dolet, quòd referat Suidas; sed intimè quòd Cassaneus in *Catalog. Glor. mund.* Cannih. ubi supr. Nicol. Nancel. *lib. 7. Problem.* 5. vel meminerint; adscribantque Clemens Alexandrino lib. 7. *Stromat.* cùm ille non propriam, sed aliorum sententiam referat, igitur ait: *Multis in hodiernum diem videtur Maria esse puerpera propter ortum filij, cum non sit puerpera* (de proprietate huius vocis, egimus *Tautolog.* 2. n. 33.) *etenim dicunt aliqui, eam postquàm peperisset, inspectam ab obstetrice, inventam fuisse virginem.* At hoc num. seq. Denique Nancelius in *Analog. Mier. ad Macr.* lib. 7. cap. 4. & 8. non abcens: *Nubilibus virginibus, aut tamtam sponsis futuris caruncullam ab utero longiùs propendentem resecare pariter solerent. Sic Æthiopes non secùs fœminas, atque Hebræi suos mares circumcidere.* Ex quo non inferas fœminas circumcisas in Israel, ut aliqui delirarunt, cùm in præcepto Abrahæ lato Genes. 17. 10. dumtaxat dicatur: *Circumcidetur ex vobis omne masculinum.* In fœminis enim delebatur originale peccatum per sacrificium, uti in cunctis ante promulgatam circumcisionem: imò necesse non erat fœminas circumcidi, cum non ab illis, licèt per illas, peccatum originale trahatur, ut asserit D. Thom. in 4. *distinct.* 1. quæst.

*Virginitas Mariæ non accepit ab obstetricibus testimonium.* Clem. Alex. *Fœmina circumcisa.* Nancell. *Inter Iudæos non circumcidebantur.*

*Peccatum originale in illis delebatur sacrificio.*

1. quæst. 2. art. 2. quæstiunc. 2. in corp. & 3. part. quæst. 70. art. 2. ad 4. Ex his, aliter quàm diximus (si usus corruptionis apud Nationes prævaluit in ortu vel pòst fœminarum) exponitur incorruptio de Rebecca. *Virgo erat & incognita viro* : nimirùm, virgo, quia à viro non cognita; & virgo, quoniam non defloratà nec à fœmina. Junge in intentum expositionis versiones præfatas.

*Ezech. 44. 2. Augus.*

34 Restat adhuc exponendum illud Ezechielis de Regina cœlorum Deipara Virgine Maria allegoricè, vel ut aliquibus placet, literaliter dictum: *Porta hæc clausa erit: non aperietur, & vir non transibit per eam: quoniam Dominus Deus Israël ingressus est per eam, eritque clausa.* Augustinus de Mariæ virginitate auctoritatem intelligit Serm. 2. de *Nativ.* vel 6. de *Tempor. De Mariæ generatione, & porta erat clausa & non aperta. Porta clausa, idest signaculum pudoris, immaculatæ carnis integritas. Non enim est violata partu, quæ magis est sanctificata conceptu.* Iurè Galatinus observat ubi supr. *Porta clausa, Non aperietur, Eritque clausa*; quasi pro triplici Virginis tempore, cùm Virgo extiterit ante partum porta clausa, in partu non aperta, & post partum semper clausa. Primum contra Ebionitas: secundum contra Iovinianum: tertium verò contra Helvidium. Vide Irenæum, Augustinum & Alphons. à Castro de *Hæresib.* Unde Paulinus Consularis Carm. de *Baptist.* v. 103.

*Porta clausa & numquàm aperta est Deipara semper virgo.*

*Sponsa marito*
*Sed magè lecta Deo, mundi paritura salutem*
*Virgo illibatum servabat casta pudorem.*

35 Diximus *Tom.* 1. *Tautol.* 6. num. 34. etiam fœminis, pro conditione felicissimæ status iustitiæ originalis, concipientibus & parturientibus illæsa integritate carnis, Mariam esse adhuc singulariter virginem; quippe, quam illæ fœminæ adhuc illo in statu non habituræ, integritatem puritatis habuit. *Porta* pudoris, in qua signaculum virginitatis, *clausa erit* (& per Epitasim, ut altiùs certitudo commendetur) *non aperietur, eritque clausa.* Clausa in Christi conceptione, & non aperietur vel in partu. Vivide: quippe asserunt multi fœminam virginem posse concipere; uti diximus loc. cit. num. 31. illibata virginitate Maria Christum concepit, & quod maximum est, peperit. Vide quantum miraculum apud Ildephons. de *Mariæ virginit.* cap. 3. Petr. Damian. in *Nativit. Virg.* Serm. 3. Rupert. lib. 1. in *Matth.* Bernard. Homil. 2. sup. *Missus est*, & Serm. 2. de *Nativ. Dom.* Ambros. de *Virg. instit.* cap. 7. 8. August. Serm. 138. de *Temp.* Canis. lib. 1. de *Deipar.* cap. 1. & Theophil. Raynaud. in *Diptych. Marian.* 1. part. punct. 7. Haud ita usuveniret fœminis in statu originalis gratiæ: aperirentur siquidem illarum claustra pudoris, licèt illicò redirent ad integritatem carnis, numquàm verò ad integritatem puritatis, quam haberent ante viri congressum. In Maria semper fuit flos huiusmodi puritatis, uti in singulari virgine, & præcunctis adhuc in ipsa virginitate, præstantiore. Maria igitur, ut ait Hieronymus lib. 13. in *Ezech.* & in *Apolog.* pro lib. adversus Iovinian. *Est porta orientalis semper clausa, & lucida, operiens in se, vel ex se proferens Sanctia Sanctorum: per quam Sol iustitiæ, & Pontifex noster secundùm ordinem Melchisedech ingreditur & egreditur.* Et Venantius Hon. Fortun. de *Part. Virg.* v. 33. & 51.

*Maria semper speciali virgo inter virgines.*

*Hieron.*

*Cur dicitur porta?*

*Venant.*

*Cuius non poterat Deitas per aperta videri,*
*Velamen sumpsit, carne videndus homo.*
*Hæc porta est clausa, in quam intrat vir nemo, nec exit,*
*Ni Dominus solus, cui quoque clausa patent.*

Sedulius lib. 2. v. 46.

*Pro Virgine testis*
*Partus adest, clausa ingrediens & clausa relinquens.*

Succinit etiam Cardinal. Arator in *Act. Apostol.* lib. 1. v. 57.

*Arat.*

*Porta Maria Dei genitrix intacta creantis,*
*A nato formata suo. Mortalia gignens,*
*Et divina ferens, per quam mediator in orbem*
*Prodijt, & veram portavit ad æthera carnem.*

36 Hæc de Tautologiarum littera: modò cursus deflectatur ad mores, quippe omnes Interpretes conveniunt sine versione vel in terminis testimonij principalis.

ADI-



ADINATON EXEGETICUM.

*Epil. Excurs.*

1. *Sicut stellas cœli.* Et super faciem telluris? Sanè, ut quæ terrena, apareret cœlestis conceptio Virginis.
2. *Stellas cœli.* Est differentia loci: quandoquidem in coniugatis virginitas, splendoris vehementia, superat stellas.
3. *Stellas cœli.* Etenim plusquàm in cœlo sidera, fulget in carne virginitatis gratia.
4. *Stellas cœli.* Profectò insigne, videre homines inter Veneris flammas, sicut in cœlo miramur splendescere stellas.
5. *Stellas cœli.* Aptè, non ab origine splendor, sed origo à splendore.
6. *Stellas cœli.* Patet virtutis magnitudo, si rutilat uti stellæ fulgent in cœlo.
7. *Stellas cœli.* Fulgor qui in stellis cœli, magis fulgurabit in pulvere.
8. *Stellas cœli.* Amoris præstantia, qui stellæ cœli videntur in terra.

## DIDASCALIA PRIMA.

### *Maria est pretiosa margarita orbis terrarum.*

*Cyril. Maria cur margarita pretiosa?*

1 ITA plauditur à Cyrillo Alexandrino *Homil. 6. Contra Nestor.* Non tantùm margarita, sed pretiosa: igitur licèt margaritæ pretiositatem habeant, & ob illam momenta contineant; pretiositates æstimabiles unionum, respectu huius margaritæ, quasi non haberent pretium:

*Plin.*

*Dos unionum* (ait Plinius *lib. 9. cap. 35.*) *in candore, magnitudine, orbe, lævore, & pondere.* Iurè dicetur pretiosa margarita, quæ continet omnia.

*Venan.*

*Pulchra super gemmas splendorem Solis obumbrans,*
*Alta super cœlos, & super astra nitens,*
*Chara, benigna, micans, pia, sancta, venerabilis, amanda, venusta,*
*Flos, decor, ara, nitor, palma, corona pudor.*

Canit Venantius de *Part. Virgin.* v. 349. Ecce patent pretiositates unionum: & pretiositati additur: *Quod nullo lapsu frangantur:*

*Plin.*

ita Plinius ubi supr. Amplior est Virginis pretiositas, quam demonstrat singularitas: igitur in pretiositatis commendabile momentum, nec habuit lapsum. Pondere corporis in conceptione filiorum Adam (qui labuntur, antequàm nascantur) amittitur candor animæ, ex se margaritæ pretiosæ: & solummodò Virgo nitet margarita pretiosa orbis terrarum; quoniam illi vel inconceptione adhæsit candor, dum aliæ lapsu frangantur.

*Non habuit lapsum.*

*Sedul.*

*Gratia plena Dei est, quæ totis gentibus exstat.*

Succinit Sedulius in Hymn. de *Reparat. hom.* v. 101. Perperàm frangi quivit, quæ non corruit: etenim lævore gratiæ, candoris magnitudine, etiam pondere corporis non offendit.

2 Deinde. Margarita ut pretiosa sit non indiget arte, uti cæteræ gemmæ. Non artifice politur, perpolitur dum formatur: Virgoque virginum plauditur pretiositate singularis margaritæ, quoniam habuit pretiositatem à conceptione. Nequit esse margarita sine pretio, nec sine gratia Virgo: auctis in margarita momentis pretiositatis quippe hanc obtinuit vel ab instanti primo conceptionis. Altiore causa nititur comparatio, ut noteſcat quanta Dei Virgo Mater vel à principio. Semper enim respondent effectus causæ iuxta principia inconcussa naturæ. Sequuntur filij similitudinem principiorum à quibus constitutionem accipiunt: & margaritæ formationi confertur aptè conceptio illibata Mariæ; quippe summum prodigium, egrediente concha ex concha, quòd in concha genitricis videretur margarita. Hispan. *Salga una perla.* E cœlo dicitur à Plinio, Rondeletio, & Rueo margaritæ formatio. E terra formatur Virgo: & dicitur uti margaritæ constitutio cœlestis, ut constet illibata conceptio Virginis Matris. *Stellas cœli* dicitur ab Scriptura. Sunt etiam Stellæ in terra: igitur si illæ à primo formationis momento unitæ fuerunt lucidam formam; Virgo ab ipsa animatione consecuta fuit gratiam: etiam maiore prodigio, quia visum in mundo, quod rutilabat in cœlo. Contemplemur ergo in Virgine quantum prodigium & ex parte naturæ, & ex privilegio gratiæ.

*Sed essentiâ simul & gratiâ*

*Puritate exili in carne.*

*Gen. 22 17.*

*Conceptio Virginis sub hâc stellâ.*

*Is. 11. 1.*

3 Ab arbore Adami per ramum Iesse provenit Virgo, de qua natus est Iesus: & dicitur à Propheta: *flos de radice eius ascendet.* Hæc arbor nunquàm protulit flores, quippe corrupæ ab origine radices. Minimè creperum; sed conceptione Virginis exponendum prodigium: quandoquidem

*Peccatum originale in illis delebatur sacrificio.*

1. quæst. 2. art. 2. quæstiunc. 2. in corp. & 3. part. quæst. 70. art. 2. ad 4. Ex his, aliter quàm diximus (si usus corruptionis apud Nationes prævaluit in ortu vel pòst fœminarum) exponitur incorruptio de Rebecca. *Virgo erat & incognita viro* : nimirùm, virgo, quia à viro non cognita; & virgo, quoniam non defloratà nec à fœmina. Junge in intentum expositionis versiones præfatas.

*Ezech. 44. 2. Augus.*

34 Restat adhuc exponendum illud Ezechielis de Regina cœlorum Deipara Virgine Maria allegoricè, vel ut aliquibus placet, literaliter dictum: *Porta hæc clausa erit: non aperietur, & vir non transibit per eam: quoniam Dominus Deus Israël ingressus est per eam, eritque clausa.* Augustinus de Mariæ virginitate auctoritatem intelligit Serm. 2. de *Nativ.* vel 6. de *Tempor. De Mariæ generatione, & porta erat clausa & non aperta. Porta clausa, idest signaculum pudoris, immaculatæ carnis integritas. Non enim est violata partu, quæ magis est sanctificata conceptu.* Iurè Galatinus observat ubi supr. *Porta clausa, Non aperietur, Eritque clausa*; quasi pro triplici Virginis tempore, cùm Virgo extiterit ante partum porta clausa, in partu non aperta, & post partum semper clausa. Primum contra Ebionitas: secundum contra Iovinianum: tertium verò contra Helvidium. Vide Irenæum, Augustinum & Alphons. à Castro de *Hæresib.* Unde Paulinus Consularis Carm. de *Baptist.* v. 103.

*Porta clausa & numquàm aperta est Deipara semper virgo.*

*Sponsa marito*
*Sed magè lecta Deo, mundi paritura salutem*
*Virgo illibatum servabat casta pudorem.*

35 Diximus *Tom.* 1. *Tautol.* 6. num. 34. etiam fœminis, pro conditione felicissimæ status iustitiæ originalis, concipientibus & parturientibus illæsa integritate carnis, Mariam esse adhuc singulariter virginem; quippe, quam illæ fœminæ adhuc illo in statu non habituræ, integritatem puritatis habuit. *Porta* pudoris, in qua signaculum virginitatis, *clausa erit* (& per Epitasim, ut altiùs certitudo commendetur) *non aperietur, eritque clausa.* Clausa in Christi conceptione, & non aperietur vel in partu. Vivide: quippe asserunt multi fœminam virginem posse concipere; uti diximus loc. cit. num. 31. illibata virginitate Maria Christum concepit, & quod maximum est, peperit. Vide quantum miraculum apud Ildephons. de *Mariæ virginit.* cap. 3. Petr. Damian. in *Nativit. Virg.* Serm. 3. Rupert. lib. 1. in *Matth.* Bernard. Homil. 2. sup. *Missus est*, & Serm. 2. de *Nativ. Dom.* Ambros. de *Virg. instit.* cap. 7. 8. August. Serm. 138. de *Temp.* Canis. lib. 1. de *Deipar.* cap. 1. & Theophil. Raynaud. in *Diptych. Marian.* 1. part. punct. 7. Haud ita usuveniret fœminis in statu originalis gratiæ: aperirentur siquidem illarum claustra pudoris, licèt illicò redirent ad integritatem carnis, numquàm verò ad integritatem puritatis, quam haberent ante viri congressum. In Maria semper fuit flos huiusmodi puritatis, uti in singulari virgine, & præcunctis adhuc in ipsa virginitate, præstantiore. Maria igitur, ut ait Hieronymus lib. 13. in *Ezech.* & in *Apolog.* pro lib. adversus Iovinian. *Est porta orientalis semper clausa, & lucida, operiens in se, vel ex se proferens Sanctia Sanctorum: per quam Sol iustitiæ, & Pontifex noster secundùm ordinem Melchisedech ingreditur & egreditur.* Et Venantius Hon. Fortun. de *Part. Virg.* v. 33. & 51.

*Maria semper speciali virgo inter virgines.*

*Hieron.*

*Cur dicitur porta?*

*Venant.*

*Cuius non poterat Deitas per aperta videri,*
*Velamen sumpsit, carne videndus homo.*
*Hæc porta est clausa, in quam intrat vir nemo, nec exit,*
*Ni Dominus solus, cui quoque clausa patent.*

Sedulius lib. 2. v. 46.

*Pro Virgine testis*
*Partus adest, clausa ingrediens & clausa relinquens.*

Succinit etiam Cardinal. Arator in *Act. Apostol.* lib. 1. v. 57.

*Arat.*

*Porta Maria Dei genitrix intacta creantis,*
*A nato formata suo. Mortalia gignens,*
*Et divina ferens, per quam mediator in orbem*
*Prodijt, & veram portavit ad æthera carnem.*

36 Hæc de Tautologiarum littera: modò cursus deflectatur ad mores, quippe omnes Interpretes conveniunt sine versione vel in terminis testimonij principalis.

ADI-



ADINATON EXEGETICUM.

*Epil. Excurs.*

1. *Sicut stellas cœli.* Et super faciem telluris? Sanè, ut quæ terrena, apareret cœlestis conceptio Virginis.
2. *Stellas cœli.* Est differentia loci: quandoquidem in coniugatis virginitas, splendoris vehementia, superat stellas.
3. *Stellas cœli.* Etenim plusquàm in cœlo sidera, fulget in carne virginitatis gratia.
4. *Stellas cœli.* Profectò insigne, videre homines inter Veneris flammas, sicut in cœlo miramur splendescere stellas.
5. *Stellas cœli.* Aptè, non ab origine splendor, sed origo à splendore.
6. *Stellas cœli.* Patet virtutis magnitudo, si rutilat uti stellæ fulgent in cœlo.
7. *Stellas cœli.* Fulgor qui in stellis cœli, magis fulgurabit in pulvere.
8. *Stellas cœli.* Amoris præstantia, qui stellæ cœli videntur in terra.

## DIDASCALIA PRIMA.

### *Maria est pretiosa margarita orbis terrarum.*

*Cyril. Maria cur margarita pretiosa?*

1 ITA plauditur à Cyrillo Alexandrino *Homil. 6. Contra Nestor.* Non tantùm margarita, sed pretiosa: igitur licèt margaritæ pretiositatem habeant, & ob illam momenta contineant; pretiositates æstimabiles unionum, respectu huius margaritæ, quasi non haberent pretium:

*Plin.*

*Dos unionum* (ait Plinius *lib. 9. cap. 35.*) *in candore, magnitudine, orbe, lævore, & pondere.* Iurè dicetur pretiosa margarita, quæ continet omnia.

*Venan.*

*Pulchra super gemmas splendorem Solis obumbrans,*
*Alta super cœlos, & super astra nitens,*
*Chara, benigna, micans, pia, sancta, venerabilis, amanda, venusta,*
*Flos, decor, ara, nitor, palma, corona pudor.*

Canit Venantius de *Part. Virgin.* v. 349. Ecce patent pretiositates unionum: & pretiositati additur: *Quod nullo lapsu frangantur:*

*Plin.*

ita Plinius ubi supr. Amplior est Virginis pretiositas, quam demonstrat singularitas: igitur in pretiositatis commendabile momentum, nec habuit lapsum. Pondere corporis in conceptione filiorum Adam (qui labuntur, antequàm nascantur) amittitur candor animæ, ex se margaritæ pretiosæ: & solummodò Virgo nitet margarita pretiosa orbis terrarum; quoniam illi vel inconceptione adhæsit candor, dum aliæ lapsu frangantur.

*Non habuit lapsum.*

*Sedul.*

*Gratia plena Dei est, quæ totis gentibus exstat.*

Succinit Sedulius in Hymn. de *Reparat. hom.* v. 101. Perperàm frangi quivit, quæ non corruit: etenim lævore gratiæ, candoris magnitudine, etiam pondere corporis non offendit.

2 Deinde. Margarita ut pretiosa sit non indiget arte, uti cæteræ gemmæ. Non artifice politur, perpolitur dum formatur: Virgoque virginum plauditur pretiositate singularis margaritæ, quoniam habuit pretiositatem à conceptione. Nequit esse margarita sine pretio, nec sine gratia Virgo: auctis in margarita momentis pretiositatis quippe hanc obtinuit vel ab instanti primo conceptionis. Altiore causa nititur comparatio, ut noteſcat quanta Dei Virgo Mater vel à principio. Semper enim respondent effectus causæ iuxta principia inconcussa naturæ. Sequuntur filij similitudinem principiorum à quibus constitutionem accipiunt: & margaritæ formationi confertur aptè conceptio illibata Mariæ; quippe summum prodigium, egrediente concha ex concha, quòd in concha genitricis videretur margarita. Hispan. *Salga una perla.* E cœlo dicitur à Plinio, Rondeletio, & Rueo margaritæ formatio. E terra formatur Virgo: & dicitur uti margaritæ constitutio cœlestis, ut constet illibata conceptio Virginis Matris. *Stellas cœli* dicitur ab Scriptura. Sunt etiam Stellæ in terra: igitur si illæ à primo formationis momento unitæ fuerunt lucidam formam; Virgo ab ipsa animatione consecuta fuit gratiam: etiam maiore prodigio, quia visum in mundo, quod rutilabat in cœlo. Contemplemur ergo in Virgine quantum prodigium & ex parte naturæ, & ex privilegio gratiæ.

*Sed essentiâ simul & gratiâ*

*Puritate exili in carne.*

*Gen. 22 17.*

*Conceptio Virginis sub hâc stellâ.*

*Is. 11. 1.*

3 Ab arbore Adami per ramum Iesse provenit Virgo, de qua natus est Iesus: & dicitur à Propheta: *flos de radice eius ascendet.* Hæc arbor nunquàm protulit flores, quippe corrupæ ab origine radices. Minimè creperum; sed conceptione Virginis exponendum prodigium: quandoquidem

dem non egreditur ut germen arboris à radice, sed de radice infecta tamquàm flos gratiæ. *Orietur stella ex Iacob.* Intelligitur de Virgine. Quo pacto stella, si compacta ex carne? Quia Virgo fulget in carne, sicut stellæ cœli: igitur si astra puritatis insignia, Virgo-Mater in mundo concipitur ut stella: fulsit enim claritate gratiæ lucis à primo instanti purissimæ conceptionis.

Num. 24. 17.

4 Pulchritudini igitur à Poëtis & Oratoribus assignatæ comites Gratiæ. Ideo Pulchritudo sine gratia ab Apelle dicebatur insulsa, ut notat Erasmus in *Apophthegm.* lib. 7. Igitur, licèt picta & arte elaborata, deerat illa gratia (& certum quid) quæ à Græcis dicitur *Charites*: quasi pulchritudo venusta: quippe venustas non potest esse sine pulchritudine, sed pulchritudo potest sine venustate. Unde Plautus plurib. in locis dicit:

*Quæ pulchritudo pulchrat*

*Quæ te amat, tumque expetiscit pulchram pulchritudinem.*

De quo nos ex professo tom. 5. *Tautolog.* 3. ad illud Cant. 4. 7. *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Hinc de Virgine virginum à Greg. Nicomed. orat. de *Oblat.* dicitur: *Pulcherrima pulchritudo pulchritudinum, pulchriorum omnium summum ornamentum*: etenim non solùm pulchra, sed venusta, & tota.

*Virgo pulchra & venusta.* Gregor. Nic.

5 Gratiæ ergo comitabantur pulchritudinem, ut canit Mantuan. Virgilius de *Rosa.* Senec. lib. 1. *Benef.* cap. 3. & latè Vincent. Charcar. de *Imag. Deor.* in *Veneri.* fol. 342. & in *Gratijs* fol. 355. Delicemus enim acumina, ut clareat unde pulchritudo gratiosa. Mundus huiusmodi societatem admisit in phantasiæ lenocinium, amictà civili idololatria, velamine urbanitatum: igitur adorat pectus, quod inaurat dolus, & ludunt adorantes simulachra, quippequàm venerantur, quæ fingunt corda. Gratiæ & pulchritudinis Vates excogitant nexum, ut mutè exprimatur singulare prodigium: igitur haud mererentur reflexionem pulchritudo peregrina, si abesset à pulchritudine gratia. Ex mari & aquis salsis originem finxerunt conceptionis, ubi Gratiæ præveneruntexitum, ut haberet ex universali amaritudine singulare principium: ne pedem poneret super superficiem infectæ terræ, quin à primo animationis esse comitarentur speciosæ Gratiæ.

*Pulchritudinis comites Gratiæ.*

*Exit in mundum exitus.*

6 Hæc ex tabula delineata à cæca Antiquitate, in cuius umbris relucet summitas latentis prodigij. Velamina sunt quæ quidem obnubunt propter absentiam fidei sacramentum; sed relatis fide ostenditur spectabile prodigium. Nubes oppositæ lumini veritatis, quibus disectis splendor rutilat Solis. Pulchritudo & gratia. Singularis idea! Perveniunt ipsæ res sacris mysterijs per fidem ultra fictiones: igitur plauditur terræ cœlique Regina in primo naturæ instanti præventa à gratia. Deinde. Privilegium Vates iudicarunt, apparere nuper natam è mari Deam ita pulchram, ut non contraheret ex salsugine maculam. In Dea ficta vel fictæ Gratiæ assistunt nativitati: Mariæ verò vel in ipsa conceptione; ne aliquod interveniret temporis, in quo natura non duceretur à Gratijs. Deæ, quando posuit in via gressus suos: Virgini antequàm formaret gressus. Deæ, ut pede proculcaret, procul lubricitate tellurem: Virgini antequàm moveret pedem. Deæ assitunt Gratiæ è periculo egredienti: Virgini ante egressum, quippe non habuit gratià præveniente periculum. Iam Dea habebat in natura esse, dum occurrerunt Gratiæ: Virginis autem sine gratia haud leve instans in natura. Illa exivit è mari turbata à pusillanimitate spiritus & tempestate: hæc ita immunis à procella universalis culpæ; ut pateret prodigio, totius generis viso naufragio, quòd ubi æstuabat universorum periculum, ibi inveniret Virgo feliciter portum.

*Maria cum esse habuit gratiam.*

7 Aliquid amplius innuit Ethnicorum cogitatio, dum socijs Gratijs mundo apparuit eximia pulchritudo. Libertas ab originali labe constitit & in tempore, & temporis præcisione. In tempore propter primum animationis instans, sine minima intellectus dependentia. In temporis precisione, propter instantis ab intellectu signum, quo aptiùs purissimæ conceptionis exprimitur argumentum. In instanti, quippe nullum, in quo natura careret gratiâ. In signo, quippequàm in illa, priùs concipitur gratia, quàm natura. Nunc verò claresceit conceptionis argumentum, & Virginis in conceptione prodigium. Qui socias Pulchritudinis fecerunt Gratias, etiam Gratiarum sorores finxerunt Horas: verùm primò genitas, quàm Gratias. *Tres Chrysippus Gratias ait, Iovis & Eurymones filias esse, ætate autem minores, quàm Horas, sed meliuscula facie, & ideo Veneri datas comites*: subdit Seneca ubi supr. Sit ergo. Cæterùm quid interest Horarum præcedentia Gratijs, in commendationem, vel dispendium pulchritudinis? Maximum: quo enim in Virginis conceptione exprimitur miraculum summum. Cùm Horæ essent primò genitæ, quàm Gratiæ; iam cogitabatur tempus, quo sine gratia inveniretur natura. Si simul essent, essent simul in eximia pulchritudine & tempus & Gratiæ. Ibi primò genitæ: in Virginis conceptione simul exortæ: siquidem non fuit tempus, vel instans, quo concepta natura careret gratiâ. Horæ & Gratiæ simul, quoniam in illa simul tempus & Gratiæ. Nascuntur unà Virgine conceptâ. Non sunt sorores, sed ipsæmet entitates. Horæ & Gratiæ eodem tempore, quoniam Virgo cum splendore gratiæ ex primo instanti.

*Imago Horarum, & Gratiarum.*

Senec.



*In Virgine non fuit tempus sine gratia.*

8 Ergo recedant vetera, luce novâ. Simul acceperunt esse mundus & tempus. Primo die facta est lux, tertio verò die Sol, qui in sententia D. Thomæ fuit prima lux: sed illicò ut inter astra Soli suprema concessa dignitas, & Superioris maiestas (quippe lucet maiestate, qui in solio maiestatis præest splendore) cursus illius destinantur *ut sit in signa & tempora* (idest, in signa temporum per *Is eniautus & dies & annos.* Grave argumentum habet huiusmodi auctoritas. Si Sol ut luminare maius signat tempus, & iam erat tempus, priusquàm Sol; paret quòd ante constitutionem Solis, non erant signa temporis, aut tempus signatum in descriptionem operum. Deinde: ex tempore constant momenta, ex momentis horæ, ex horis dies: cur igitur si signatur dies primus, etiam secundus, & tertij cursus; non signatur dierum tempus? Quid obstat, si ante Solis constitutionem tempus erat, quòd describeretur, priusquam Sol videretur in natura? Commendatio constitutionis Solis, qui cunctis superior astris. Si signaretur tempus priusquàm Sol; cogitaretur in Sole priùs tempus, quàm cogitaretur lux: & quamvis est tempus, non signatur, ut Solis constitutio commendetur. Esse cum claritate post decursum temporis, in Sole non erat mirum. Videndum erat in Sole singulare privilegium: & quamvis tempus iam existeret, sub silentio manet; quoniam nec fuit instans temporis, quo corpus Solis esset sine ornatu lucis.

Gen. 1. 14.

*Sol numquam sine duce.*

9 Transeamus in mirabilioris Solis lucem, ex umbris lucis splendentis Solis. Maria *progreditur electa ut Sol.* Et Sol signum est temporis, dum à tempore signatur? Utique. Hoc est signum magnum in Virginis conceptione. Si priùs signaretur tempus, priùs conciperetur esse naturale Solis, quàm forma lucis: & signatur meditanter tempus post conceptionem; quoniam non esset prodigium, si esset sine luce vel in temporis instanti. Si Virgo concipitur instar Solis, sine luce nec momento temporis. Aptiùs. Tempus signat conditionem naturæ, Sol in natura esse lucidum gratiæ. Natura fuit prior, æmulando temporis principium, quàm Sol nanciscereturlucis exordium: exterùm cùm conceptio Virginis singularis, uti singularis, sequeretur radios Solis; priùs rutilat Sol mirabilis in gratia, quam tempus signet existentiam in natura. Præterea: Aliquà prærogativà ornanda, quæ futura Mater Dei, dum concipitur in esse naturali velut Sol. Tempus est index operationum naturalium in conceptione reliquorum hominum. Pervertitur in natura præfixus ordo, dum Solis fit constitutio: igitur si in cæteris tempore destinato post conceptionem, gratiæ rutilat radius; in Virgine eminet singulari prodigio, quòd sit gratia, & ante tempus.

Cant. 6. 9.

*Virgo sine luce gratiæ iustificatur, nec nominatur temporis.*

*Peculiaris gratiæ & ordine singularis.*

10 Claret amplius. Tempus priùs factam Sole; sed Sol ostenditur uti signum temporis, dum tempus est mensura universalis. Non miraremur Solis prærogativam, si tempus priusquàm Sol non haberet existentiam. Si Sol prior esset tempore; lucem præcessisse naturam, haud signaretur uti singulare. Stat prodigium, ex eo quòd Sol posterior quàm tempus, designaret tempus, quod fuerat priùs: igitur esse naturale conditionis præceluit splendor lucis. Ergo in propositum. Corpus humanum tamquàm massa infectæ Adami, devenustat animam ingressu primo naturæ: igitur anima ex se non coinquinatur nisi per corpus, quo includitur. Aliquod privilegium spectandum erat in conceptione Virginis, licèt ex infecta carne primiparentis: etenim, infusâ corpori animâ, à primo instanti quo fuit, apparuit corpus purissimum tamquàm Sol. Aliter essent Horæ priores, quàm Gratiæ: & ut signarentur vel à conceptione Virginis excellentiæ; non dicitur in historia sacra fuisse tempus & Solem, sed Solem temporum indicem: quia nec instans in toto tempore quibat signari, quo Virgo Sol rationalis esset sine gratiæ luce.

*Ex quò fuit factus ut Sol.*

11 Etiam plus venustatis considerandum in speculo Solis. Ex aquis quasi ex crystallo purissima cogitant Expositores astra fuisse formata. Consule Pererium & Alapid. hic, die creationis quarto. Anastasius Sinaita lib. 4. in *Hexaem.* materiem Solis cogitat, sicut Adami ex terra: *Cùm Solem sicut Adam super terram esset fabricatus, postea in altum subleuatum posuit in firmamento.* Quo videtur degener ab excellentia, lucet singularis præstantia. E terra formatur homo, & in eius conceptione macula communicatur ab infecta terra; dum astra formantur adinstar crystalli luminosa: sit, verùm necessariùm, celebrare uti naturæ miracu-

Gen. 1. 16.

Anast. Sinait.

*Purissima crystallus.*

lum, quod terreum & ex terra impura corpus, resplendeat in formatsone ut purissima crystallus. Si Virgo non esset ex ipsamet terra corrupta in Adamo, haud mirabilis eius pura conceptio. Non solùm puritas, sed summa puritatis videnda erat in conceptione Virginis, ut inter omnes esset Virgo singularis: & nullum maius prodigium, uti naturæ in propagatione incognitum; quàm quòd corpus formaretur ex infecta terra Adam, & præstaret simul corpus pulcherrimum tamquàm Sol. Haud sapit terram ex qua formatur, & in cuius splendorem concipitur. Illam à primo instanti comittatur lux: quid mirum, si progreditur ut Sol?

*Matth. 17. 2.*

12 In mirifica filij Transfiguratione videtur theatrum, quo exponitur stupori conceptionis prodigium. *Resplenduit facies eius sicut Sol, vestimenta autem eius sicut nix.* In Sole intelligitur anima, quæ radios lucis gratiæ foràs emisit, & cuius lumine totum corpus resplenduit. In nive natura corporis humani, ad cuius albedinem, ut portemus imaginem cœlestis, si portavimus imaginem terreni, urget Paulus dicens: *Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes novum, eum qui renovatur in agnitionem secundum imaginem eius, qui creavit illum.* Invenitur homo in primo animationis instanti impurus, labe originaria, quam pro hæreditate filijs reliquit Adamus; quousque post per baptismum dealbatur anima, & redditur nivi humana natura. Hæc gratia post ortum est: aliquibus privilegio in tenebris uteri materni exorta est lux: sed puræ creaturæ nisi Virgini non accidit in ipsa corporis animatione. Hæc, licèt filia Adami, fruitura speciali privilegio, ut singularis fuisset conceptio vel à principio: siquidem à primo instanti corpus in quo gratiæ lux, albicavit quasi nix. Ni macula removeatur à corpore, statim inhæret animæ: & visa fuit gloria nova, dum concepta fuit Maria; igitur illicò ut corpus, animæ vestis, apparuit ut nix, anima Virginis gratiâ resplenduit ut Sol.

*Colos. 3. 9.*

*Corpus Virginis ut nix, anima ut Sol.*

13 *Sicut nix*, dicitur. O miram excellentiam! Renovatur in agnitionem secundum imaginem eius qui creavit illam. *Sicut nix.* Propriissimum simile, dum Maria esse accipit naturale. Paradoxum fuit Anaxagoræ, nivem atram esse. Vide Laërtium, Cicer. in *Luc.* Unde Ovvenus retorquens ad mores *lib. 1. Epigram. 115.* canit:

*Dixit Anaxagoras, atram esse nivem, gravis auctor:*
*Hæc atas multos vidit Anaxagoras.*

*Ut nix atra?*

*Ovven.*

Unicè in conceptione Virginis potest verificari paradoxum opinionis. Illa massa candida humanæ naturæ decolorata est originariâ labe, quippe evanuit color candidus & rubicundus, & remansit nigra quasi corvus. Non erat portio materialis in homine, quæ huius veneni non laboraret nigredine. Nigra est, & erit coram Domino huiusmodi massa, quoniam toxico imbuta à radice infecta. Quòd ex candore formarentur pura corpora hominum, minimè magni haberetur prodigium: sed verè magnum, quòd corpus ex nigra traduce Adam, in conceptione candidum rutilaret tamquàm nix. Iam enim videtur nix formata ex nigredine, cùm formetur corpus Virginis ex carne Adami.

*Splendet in tenebris.*

14 *Nigra sum, sed formosa*: dixit Sponsa Maria. Quomodò nigra, si pulchra, à qua procul macula? Quomodò nigra, dum prædicatur formosa? Formosa & nigra? Utique. Privilegium speciale! Nigredo spectat carnem, ex qua formatum Virginis corpus. Pulchritudo splendorem gratiæ, quo fulsit animus; qui quidem sine privilegio fœdaretur ex primo instanti conceptionis, fuligine supplantationis originis. Quòd virgo formosa esset, quin haberet originem regularem naturæ; esset prodigium, sed nequaquàm privilegium. Concipienda erat singularis in portentum orbis: & concipitur summè pulchra & speciosa, ex eadem animata massa, quæ in cæteris erat nigra. Formosa fuit à principio, singulari privilegio: etenim à conceptione venustas effulsit floris, vel dum peccato denigrata radix.

*Cant. 1. 4.*

*Eius singularis conceptio.*

15 Summitas artis exceluit in fabrica Salomonis. Ac inter cuncta, ut opus mirum, designantur capitella columnarum. Ita enim habes: *Quasi in modum retis & catenarum, sibi invicem miro opere contexta-rum ::: super capita columnarum quasi opere lilij.* Mira utique omnia, sed non plauduntur retia, catenæ, aut lilia: dumtaxat igitur nexus retium, catenarum, ac liljorum. Cur igitur plauditur operis huiusmodi nexus, & non opus? Columna significat Adamum, tamquàm humani generis fundamentum. Firma maneret rationalis columna, si in proposito maneret: cæterum ictu valido serpentis fracta, posteris pro floribus reliquit vincula & retia: igitur ab illo constructæ catenæ, queis proles devincta nascitur, quippe inter retia calamitatum in ampliores, atque graviores concipitur. Cuncta in columna retia & catenæ, non lilia: & dum inter vincula formantur lilia, dicuntur iurè ordine miro contexta; quippequàm cùm vincula significent originale peccatum, in Virgine videndum erat prodigium: siquidem expers fulsit in carcere carceris, dum alij gemunt transgressionis catenis. Expandit crimen rete pedibus hominum, dum Adamus extendit in lignum vetitum manum: dirupit vincula gratia, ubi concepta Maria: igitur apparuit primævæ transgressionis immanitas, inter criminis catenas. Inserit meditanter Salomon inter vincula retium, fasciculum florum, ut conceptionis Virginis notum faciat opus mirum: etenim dum posteriores Adam, ex quo concipiuntur, sub pondere catenarum infeliciter gemunt; tamquàm in eadem conditione, & origine miraculum, rutilat Virgo insignis candidum lilium. Ultrà progrederemur, ni latè fuissent examinata acumina *Tom. 1. Tautolog. 4. Didasc. 14.* à n. 24.

*1. Reg. 7. 17. 19.*

*Virginis immunitas inter criminis catenas.*

*Fulsit ut lilium.*

*Num. 24. 17.*

16 Oritur stella ex Iacob, & etiam dicitur, quòd oriente stellâ, *consurget virga.* Quo pacto virga, si stella? Stella respicit cœlum, sed virga truncum. Ex Adamo virga, ex cœlo stella. Uti virga Virgo intendit in truncum primiparentis: uti stella manum Conditoris. Lux stellæ designat gratiam, origo virgæ naturam: & prius dicitur stella, quàm virga; quoniam natura Virginis præventa à gratia. Singularis constructebatur conceptio., unde necesse fuit, quòd virga degeneraret à trunco: siquidem fulsit purissima stella, ubi ex radice Adami concipiebatur ut virga, rutilante gratiæ luce, vel in ipsa conceptione. Stella & virga, quasi non esset ex animata terra: siquidem concepta in terra, purissima ex putrido trunco, quasi haberet originem ex purissimo cœlo.

*Ut stella.*

17 *Primus homo*, Adam, ait Paulus, *de terra terrenus; secundus homo*, Christus Dominus, *de cœlo cœlestis.* In his duobus describitur à Paulo summa hominis diversitas, & ni fallor, etiam Virginis à labe minimâ immunitas; igitur rutilat in fabrica ornamentum gratiæ, opere mito conceptionis Mariæ. Scrutemur testimonium. *Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis.* Virgo est filia Adami, Adamus ex pulvere. Si esse terreum Adami communicat virgo filio, quo pacto filius potest dici homo de cœlo? Distinguitur materia cœlestis à sublunari, in eo quòd hæccine subiacet mutationi. Visum fuit in conditione humana, status conditione pervertà, dum à felicitate originalis gratiæ corruit in barathrum culpæ. Homines uti filij Adami sunt terreni, peregrinis accidentibus subditi: & Christus estò in conditione terrenæ carnis, designatur à Paulo de cœlo cœlestis; quia

*1. Cor. 15. 47.*

*Formavit gratia, quasi non esset ex terrea natura.*





eius matrem licèt trunci Adami germen; formavit gratia è cœlo, quin admitteret peregrinam impressionem.

18 Observetur modò Pauli contrapositio inter primum hominem & secundum, ut puritatis effulgure: argumentum. Primus homo è principio terreno, haud oblitus conditionis, vel à principio: secundus verò ex utero Virginis, quasi è cœlo cœlestis. Haud videtur summa encomij magnitudo, quòd cœlestis sit è cœlo, sicut non novum, quòd sit terrenus, qui è massa terræ, seu pulveris conditione: cur ergo Paulus primum vocat de terra terrenum, terræ imaginem portantem, secundum autem de cœlo cœlestem, originis designantem conditionem? Potest fieri aliter? Potest, & patet opus in conceptione Virginis. Primus homo Adam ex terra terrenus, quippe in eius formationem à terra sumptus. Secundus è cœlo, quoniam conceptus homo de Spiritu Sancto. Secundus de cœlo, primus de pulvere terræ: restat adhuc ut conceptio exprimatur Mariæ; in qua gratiæ ita fulsit pulchritudo, ut cùm esset ex Adamo, quia pura, potiùs videbatur de cœlo.

*Sed nè cœlesti materiam.*

19 *De cœlo*, meditatò dixi: *Progreditur Virgo ut Sol.* Quare eius conceptio confertur formationi Solis, & non formationi Adami, dum Virgo provenit nobile germen ab Adami radice? Aptior videtur collatio ad Virginis excellentiam: igitur Deus hominis condebat naturam, & elargiebatur gratiam: & Virgo non progreditur, ut eligitur Adam, sed ut eligitur Sol? Næ. Maioris miraculi specimen formatio Solis edidit, quippe Deus in Solis formatione materiam forma posteriorem protulit. Vide Gregorium Nazianz. *Orat.* 43. Licèt in eodem temporis instanti, priùs in corporis formam è pulvere dispositi materiam, quàm Deus communicaret rationalem formam. Priùs visus est lucis radius, quàm Solis formaretur ad lucem corpus. In Adamo prior fuit materia; quàm forma: in Sole prior fuit forma, quàm materia; quod quidem singulare in formationibus, cùm indigeat materia prævijs dispositivis accidentibus: & formationi Solis confertur Virginis in esse naturæ initium; quippe Solis inter cunctas fuit singulare miraculum.

*Cant. 6. 9.*

*Singulare in natura miraculum.*

20 Patet iam proprietas symboli conceptionis singularis, in formatione Solis, & non hominis. Luce indicatur gratia: Sole corpus, quod format natura. Priùs cogitatur existens natura, quàm gratia communicata, uti visura in Adamo, in quo materia præcessit formam: in Sole præcessit forma ma-

materiam: & formatio Solis, non Adami exponitur symbolum in Virginis conceptione: igitur in Sole Maria lux inerat gratiæ, priusquàm corpus formaretur à naturæ conditione, estò in ipsomet instanti. Sol rutilat. Sol solus: & sola Virgo in conceptione ornata fuit gratiæ luce. Formatio Solis fuit catagraphæ amplioris novitatis. Fractæ sunt leges naturæ præcedentis formæ: & in hoc eminet vivacitas symboli; quandoquidem dum natura expoluit conceptum, patuit naturæ miraculum. Patuit nix, aurum, lilium, cœlum, Sol, Luna, crystallus, Nilus, olympus, laurus, fons, hortus, puteus, rosa, adamas, margarita, pyramis, cythara, & area. Nix, quoniam ab origine candor. Aurum, quia rubiginis expers. Lilium, quippe ab indecore decor. Cœlum, igitur citra umbram. Sol, itaque medijs formosus in aquis. Luna, quia sine macula, gratiâ plena. Chrystallus, igitur umbram nescit. Nilus, quia purus profluit. Olympus, siquidem sine caligine. Laurus, quoniam triumphat intacta fulmine. Fons, quippe purus ab origine impura. Hortus, quia serpentibus clausus. Puteus, etenim aqua ab amara, non amarus. Rosa, ex spinis sine spina. Adamas, quia caret maculâ. Margarita, quia è cœlo concepta. Pyramis, sine umbra. Cithara semper consona: Arca demum Noëmicæ liberratis; quippe expers generalis discriminis. Ergo dicamus cum Ioanne Geometra *Hymn.* 3.

*Symbola varia conceptionis internerate Virginis.*

Geomet.

*Gaude concretum sublimi corpus Olympo,*
*Et vitij nostri crimine Virgo carens.*

## DIDASCALIA II.

### *Cœleste non terrenum coniugium Virginis & Ioseph.*

1 Exclamat merito N. Tuicicnsis Abbas de *Gloria filij Dei* lib. 1. seu cap. 1. in *Matth.* Quomodò coniugium? *Non permisto corporis sexu, sed custodito mentis affectu*: ait Augustinus lib. 2. de *Consens. Evang.* cap. 1. & lib. 1. de *Nuptijs & concup.* cap. 11. etiam lib. 5. contr. *Iulian.* cap. 9. *Nuptiarum bonum impletum est in illis parentibus Christi proles, fides, sacramentum. Prolem cognoscimus ipsum Dominum Iesum: fidem, quia nullum adulterium: sacramentum quia nullum divortium.* Rupertus ubi supr. *Coniugium verum & sanctum; coniugium cœleste, non terrenum: nimirum in eo quòd unus spiritus & una fides erat in eis, sola illic desinit corruptio carnis. Propterea verissimè dixit Paulus: Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis.* Unde Zelada de *Benedict. Patriarch.* §. 240. num. 4. exclamat. *O felicem duitatem in unitate indivisibilis coniunctionis animarum! Maria & Ioseph anima individua est, una plures, alia ipsa.* Quod omninò expenderem, ni fecissem *Tom. 1. Scen. sacr.* Orat. 3. Ex quo constat coniugium Mariæ & Iosephi verum, per indivisibilem coniunctionem animorum: ut ait D. Th. 3. part. quæst. 29. art. 2. in corp. Sanctum, idest purum, quippe matrimonium ratum, non consummatum. Cœleste denique, quoniam proles sine virginitatis corruptione. Hoc nostrum propositum.

Rupert.

August.

*Tria bona matrimonij etiam matrimonio Virginis & Iosephi.*

Rupert.

Zelad.

*Quod fuit verum, anima & una & cœleste.*

2 Quàm aptè Venantius lib. 1. de *Partu Virgin.* v. 30.

*Napsit honore novo.*

Venant.

Quisnam novus honor in nuptijs? An quia fructus cum flore virginitatis? Diximus hic *Tautol. 2. Didasc.* 12. Aliquid indicatur in huiusmodi nuptiarum honore, Sponsis sanè commune. Perpende. Quæstioni Sadducæorum de fœmina ducta à septem viris, respondit Assertor N. *In resurrectione neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei in cœlo.* Ita in resurrectione: sed erit insigne, quòd in corporibus hominum natura miretur huiusmodi dignitatem, ante futuram corporum resurrectionem. Dotibus gloriæ tunc florebunt corpora carnea, illo in statu minimè corruptibilia: & mirum utique corpora corruptibilia esse in carne quasi corpora gloriosa. Homines erunt, sed in resurrectione quasi non essent homines; igitur vivent in alia felicitate sine carnis conditione. Hoc mirum: verum magis spectandum, quòd induti carne vivant in mundo, sicut Angeli sancti vivunt in cœlo. *Quid castitate decorius* (ait Bernardus Epist. 42.) *quæ mundum de immundo conceptum semine, de hoste domesticum, Angelum denique de homine facit? Differt quidem inter se homo & Angelus, sed felicitate non virtute: etsi illius castitas felicior, huius tamen fortior esse cognoscitur. Sola est castitas quæ in hoc mortalitatis, & loco & tempore statum quendam immortalis gloriæ representat.* Habentur etiam Tom. 4. Tract. de *Morib. & offic. Episc.* cap. 3. Summum bonum quod affert mortalibus in carne immortalitatem, & in loco & tempore corruptionis, in corruptionem. Summum: verum hoc *Didasc.* seq. Ergo proposito.

Matth. 22. 30.

*Mirum, quòd corruptibilia, sint ut corpora gloriosa.*

Bernard

*Insignia castitatis*

3 *Neque nubent, neque nubentur, sed erunt*



*erunt sicut Angeli Dei in cœlo.* Ideo erunt sicut Angeli Dei in cœlo, quia nuptijs non erit locus, & caro vivet sine corruptione in illa felicitate. Aliquod prodigium hoc prodigio singularius, jam viderat mundus in Sponsis Maria & Ioseph, ultra quod non erat plus: siquidem nubentes virginitatis consortio, erant sicut erunt, qui nec nubent, nec nubentur. Nubunt & nubuntur homines: illotunc astruunt, quòd non sint Angeli, igitur carnis propagantur corruptione. Coniugium tendit in prolem, abdicens corporum integritatem: & huiusmodi Sponsi erant sicut Angeli Dei, quia in eorum coniugio virginitatis micavit rutilus flos. Virginitas in Angelis dicitur felicior, in hominibus fortior: fortior & felicior Mariæ & Iosephi in hoc misero statu, quàm Angelorum in cœlo: igitur hi gaudent virginitate sine corpore; illi verò Angeli puritate, in ipsa carne. *In corpore carnis*: phrasis est Pauli. Cur non *in carne corporis*? Ut rutilet in his coniugatis splendor virginitatis, collatâ horum virginum puritate, cum Angelorum candore: igitur Angeli virgines sine carne corporis, Maria & Ioseph sine corpore carnis: quandoquidem in coniugio floruit virginalis animus, quasi non haberent corpus.

*Virginitas Mariæ & Ioseph felicior Angelica.*

Coloss. 1 12. *Non habuerunt corpus carnis in carne corporis.*

4 *Sicut Angeli Dei. Sicut* nota comparationis est. Non esset mirum, quòd esset virginitas immaculata, si abesset à sponsis portio corruptibilis terrea, sed valde mirum, quòd in carnis corruptione, sint coniugati sine corruptione carnis: igitur homines puri sunt sicut Angeli. *Angeli Dei in cœlo.* Videtur iam præstantia virginitatis in matrimonio: etenim Deus habet homines Angelos virginitate carnis in terra, sicut sine carne habet Angelos in gloria. Hos sine corpore in cœlo, illos cum corpore mundo in mundo.

*Sed carnem sine conditione carnis*

Hinc claret novus honor in nuptijs. Honor est virginitas, quæ quidem amittitur in coniugio cum honore; igitur ut canit Claudianus lib. 1. in *Rufin.* v. 73.

Claud.

*Uxorisque decus matris reverentia pensat.*

Verùm novus honor fuit in nuptijs Mariæ & Iosephi; quoniam ubi flos virginitatis marcescit, ibi floruit. Ideo cœleste coniugium & non terrenum: etenim virginitas ubi amittitur, quia cœleste connubium, ibi servatur, permanente in Sponsis puritate, sicut micant fulgentes *Stellæ cœli.* Est differentia loci, sed non lucis qualitate: igitur in coniugatis virginitas splendore vehementi superat stellas.

*Novus honor in huiusmodi coniugio.*

Genes. 22. 17.

5 *Angeli cœlorum*: dixit Dominus Iesus. Ad quid igitur *cœlorum*? Quia *Angeli sunt in terra*: respondet Bernardus de *Verbis Isai.* Serm. 3. num. 2. Quare ergo si utrobique Angeli, discrimen notatur loci? Ut signetur Angelorum differentia. Construunt naturam Angelicam Angelica conditio, & Angelica operatio: & Angeli cœlorum designantur loci notâ, ut mirifica appareat conditio Angelica in conditione humana: igitur puritate & candore Virgo, coniuxque vixerunt in terra, uti cœlorum Angeli vivunt in gloria. Iuxta operationes cognoscuntur naturæ, & sunt excellentiores, si opponuntur conditioni. Conditio status coniugij non designat virginitatis decorem, sed fructus fœcunditatem: & dum Iosephi & Mariæ cœleste demonstratur connubium, designantur Angeli cœlorum in exemplum: igitur habuerunt in natura humana per gratiam; quicquid Angeli obtinent puritatis per naturam.

Matth. 24. 36.

*Vivebant in terra sicut Angeli in gloria.*

6 Observa insignem Tautologiam: *Qui est de terra, de tera est.* Quid hoc? Expressio excellentiæ matrimonij Virginis & Iosephi. De terra est, & non est de terra: quippe non terrenum, sed cœleste, dum contrahitur connubium illæsa virginitate. Angelicas æmulantur actiones illi coniuges cœlestes, celebrantes puritate connubium, sicut essent Angeli cœlorum: quandoquidem amplior in matrimonio gloria, quòd terrenum non esset ortum ex terra. Conferatur huiusmodi Tautologia cum alia ab eodem auctore in eodem sermone dicta. *Qui habet sponsam sponsus est. Qui est de terra de terra est.* Aliter quit esse? Quis. Rutilat in hoc cœlesti coniugio, virginitatis singularis commendatio. In matrimonio de terra, terra cuncta, quippe corruptione carnis maculata. In connubio quod in terra, sed non de terra, flos servatur virginitatis; & in Virgine & Ioseph nexus dicitur cœlestis; quoniam virgo sanctissimus Iosephus, Sponsam Virginem habuit, quasi non esset Sponsus.

Ioann. 3. 31.

*In connubio cœlesti.*

Ibid. v. 29.

*Quasi non essent sponsi.*

7 Si aliquod hieroglyphicum huius cœlestis matrimonij fingerem, pro corpore emblematis effarmarem annulos ferreos non inter se, sed extimâ superficie magnetis virtute coniunctos, cum lemmate: *Iungimur, non nectimur.* Vel iugum, seu nodum cum epigraphe: *Iungit, non unit.* Magneti inesse huiusmodi virtutem constat ex Augustino lib. 21. de *Civ. Dei* cap. 4. *Cernebam* (inquit) *à magnete lapide ferreum annulum raptum, atque suspensum, deinde tamquàm ferro, quod rapuerat vim dedisse suam, communemque fecisse, is annulus admotus est alteri, eumque suspendit: atque ut ille prior lapidi, sic*

*Emblemata coniugij inter virginis.*

August.

*sic alter annulus priori annulo cohærebat. Iamque sibi per mutua connexis circulis non implicatorum intrinsecùs, sed extrinsecùs adhærentium quasi catena pependerat annulorum.* Accinit Solorzanus Emblem. 67.

Solorz.

*Ferreus arcano trahitur magnetis amore*
*Annulus, inde alium protinùs ipse trahit.*

Magnate signatur amor, annullo matrimonium, vel corda contrahentium, ut ait Pier. Valerian. lib. 41. *Hierogl.* cap. 8. & huiusmodi annuli virtute magnetis attracti exponuntur in indicem purissimi matrimonij; quippe licèt corda Virginis & Iosephi amore in connubio iuncta, corpora ad nexum nullo modo copulata. Ex corporum traditione constat coniugium tàm cœleste, quàm terrenum: cœlesti deficit usus, quia thorus immaculatus, non permisto corporis sexu, sed affectu cordium conciliato: unde servata corporis atque mentis puritate, matrimonium Mariæ & Iosephi plauditur iurè cœleste; quoniam estò in matrimonio iungantur, non connectuntur.

Sanctè, non nexi

8 Micet igitur umbra clara. De Sponsis, illicò ut Eva producta, venustate decora, dixit Adamus: *Erunt duo in carne una.* Eadem profert Christus, sed aliquid addit: *Erunt duo in carne una. Itaque iam non sunt duo, sed una caro.* Quidnam vult hoc esse? Quantum sapio, quantum capio. Quid est hoc? *Erunt duo, non erunt duo?* Quomodò si erunt duo, duo non erunt? Quid est hoc? Qua lege duo non erunt, qui duo sunt; & quia sunt duo, coniunguntur matrimonio? Haud ullà aptiùs poterat explicari phrasè matrimonium ex puritate cœleste. Virgines erant Maria & Iosephus, ac in matrimonio duo sunt: sed non sunt duo in matrimonio coniuges, quoniam in coniugio virgines. In matrimonio minimè nectuntur, estò coniugio iungantur, in cuius cœlesti arcano & sunt duo, & non sunt duo: duo non sunt, quoniam sponsi; & sunt duo, quia minimè copulati. Duo non sunt, quoniam unum corda bina: & duo sunt, quippe adhuc in coniugio bina sunt corpora. In coniugio terreno unum corpus ex diversis efficitur: in cœlesti corpora, & non corda numerantur; quoniam corpora diversa, sed cor & anima una.

Genes. 2 24.

Marc. 10. 8.

Quo pacto Maria & Ioseph duo, & non duo?

9 Restat adhuc alius honos, qui novus in mundo, ut constet huiusmodi matrimonium de cœlo. Inter coniugatos virgines non est proles: & visa est proles estò coniugati virgines, ut novitas pateret singularis honoris. *Cùm esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph, antequàm convenirent, inventa est in utero habens.* Ecce cœlestis matrimonij auctoramen, cùm proles videtur, antequàm convenirent. Dum est proles, coniugati non sunt virgines. Novus addendus honos, mattimonij cœlestis decus, inter virgines sponsos. Si convenissent, haud novum, quòd consequerentur fructum: sed esset sine honore virginitatis, in qua summitas honoris. Cœleste matrimonium gaudet utroque: & exponitur inter sponsos uti novum & mirabile, quòd prolem virginalem haberent, & antequàm convenirent. Si bona matrimonij sacramentum, fides, sed non proles inter virgines; ut coniunctio omninò clarcat mirabilis, etiam inter virgines sponsos rutilat proles.

Matth. 1. 18.

Non est unus proles matrimonium cœleste.

10 Percipitur modò Matthæi difficilis textus. *Christi autem generatio sic erat.* Quid est sic? Infit statim: *Cùm esset desponsata Maria Ioseph, antequàm convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu Sancto.* Generatio est ex viro & fœmina, virginitate corrupta. Erit sic Christi generatio? Nullo modo. *Christi autem generatio sic erat.* Quomodò? Non erat sic. Generatio communis sic ex utroque parente: Christi autem generatio ex matre coniugata, sed non ex coniuge: quippe uterus intumuit per prolem, antequàm sponsi propter prolem convenirent. Sic erat Christi generatio, matre coniugatà viro, ut proles esset sine semine profis, in commendationem matrimonij cœlestis: etenim inventa est habens de cœlo, quod in terreno conceptura ex viro.

Ubi supr.

Matth. 1. 18.

Virginis concessio mirabilis

11 Rutilet miraculum. *Quod natum est ex carne, caro est*, dixit Dominus Nicodemo. Ideſt, quod natum est ex homine, seu ex hominis semine: quod in Scriptura sæpe dicitur caro. Hæc generatio communis est: Christi autem generatio non sic: cùm mater esset desponsata viro, non ex viro habuit in utero, sed dumtaxat de Spiritu Sancto, ut cœleste videretur coniugium, & prodigium illatenùs arcanum: igitur quid oriebatur divinum & non ex carne, & vera caro conceptus & non ex semine. *Christi autem generatio sic erat*, ut mater in Iosepho haberet sponsum, & nullo modo maritum.

Ioan. 3. 6.

In quo prodigium?

*Dignus ager Domini generans sine semine frugem.*
*Et sine casta seges messe repleta places.*

Canit feliciter Venantius de Part. Virg. lib. 1. v. 245.

Venant.

12 Clarius promam. Potest dari licèt non partus, naturalis conceptio in virgine, illibato pudore; ut vidimus *Tom. 1. Tautolog. 6.* in *Expostion. litt.* num. 31. ve-



verùm tunc non erit carnis puritas, estò sit carnis integritas; quia conceptio semper ex commistione sanguinum, & non est purum quod mistum. Non sic generatio Christi, quia erat ex virgine singulari, & integritate corporis, & integritate puritatis: integritate corporis, quoniam virgo; & integritate puritatis, quoniam humana conceptio sine semine humano. Integritate corporis, quippe fœtus non ex voluntate viri: integritate puritatis, quia opus Spiritus Sancti, divina virtute facientis, quod virtus in consorte naturalis: diciturque Christi generatio ex virgine desponsata viro, & concipiente de Spiritu Sancto; ut in Virginis utero videretur insigne, quòd caro nasceretur, & non ex carne.

Caro in conceptione non ex semine.

13 Innuit Scriptura. *Mulier si susceptò semine pepererit*: inquit. Quorsum igitur, si nequit parere sine semine? Ut clareat, quid in cœlesti coniugio singulare.

Levit. 12. 2.

*Intactam matrem pro spermate Sanctus ad umbrat*
*Spiritus, hac tantùm sanctum præbente cruorem,*
*Inde caro Verbum efficitur, quique imperat ipso*
*Cum Patre in cœlo, materno in corpore servit.*
*Ante ævum de Patre, & matre in tempore natus,*
*Seminis hinc expers omninò, & temporis illinc.*

Alc. Avit.

Canit perpropriè Alcimus Avitus lib. de *Castit. laud.* ad Soror v. 235. Desponsatur igitur Virgo Ioseph, at de Ioseph semina nequaquàm sumpserat. Christi autem generatio sic erat: ut mater puritate carnis pareret, quin in fœtum semen susciperet à consorte. Virgo desponsatur, & ex illa tunc filius Dei homo concipitur. Magnum utique privilegium Mariæ, sed non minoris habetur Iosephi, ut Sponso Virgo pareret, quod ab illo non susceperit.

Privilegia Mariæ & Ioseph.

14 Anxius Sponsus Ioseph de uxoris fœcunditate, quievit; dum illi Angelus in somnis apparuit, dicens: *Ioseph fili David noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est. Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum.* Si filius Virginis de Spiritu Sancto, quo pacto ad Iosephum nominis impositio? Pariet filium Virgo-Mater, sed non ex Iosepho: quid Ioseph, si fœtus tantùm à Spiritu Sancto? Ex iure desponsationis, ut coniugij clareret gloria cœlestis. In matrimonio terreno fœmina parit marito, ex quo formata conceptio; quippe in eius potestatem cedit, quicquid in fructum fœmina concipit: & fit contractus desponsationis inter coniuges virgines, ut particeps Ioseph esset, in quo non particeps: igitur iure connubij cedebat Iosepho, quod in Virgine natum de Spiritu Sancto. Haud de desponsata conciperetur homo Dei filius, ni aliquid ex Virgine nuptâ virgo haberet Sponsus: & quidem mirabile, quòd Virgo Iosepho pareret, quòd à Ioseph non susceperit. Nomen filio imposuit: sed non proprio filio, sed Virginis. Proprium reputabatur, dum erat coniugis: siquidem Iosepho lege matrimonij proprium, quod in Sponsa miraculosè de Spiritu Sancto natum.

Matth. 1. 20. 21.

Virgo peperit Iosepho, quod non susceperit ab illo.

15 Iuxta Iurisconsultos, *Instit.* de rerum divis. §. *cum in suo.* quicquid, licet ab alio satum, in proprio fundo natum, iuris est, cuius est solum. Unde fons mirabiliter in fundo exortus, est eius cuius est fundus, haud aliter ac si ibi naturaliter scaturijsset. Ita igitur Virgo per coniugium erat possessio Sponsi, qui dicitur pater Christi, quoniam Christus estò non satus ex Iosephi semine, nihilominùs tamen natus ex coniuge. Unde Fortunatus de *Part. Virgin.* ut vidimus num. 12.

Virgo Sponsi possessio.

*Dignus ager Domini generans sine semine frugem,*
*Et sine casta seges messe repleta places.*

Observa insignem allegoriam. Venit Iesus, ut transiret per Samariam, *Iuxta prædium, quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Erat autem ibi fons Iacob. Iesus ergo fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem.* Si Virgo mater fons est; ut quærat peccatricem, sedet fatigatus supra fontem: igitur Virgo trahit, ut quiescat qui fatigatus peccatores quærit. Dedit igitur Iacob huiusmodi fontem, ubi sedet fatigatus Iesus, filio Ioseph: quare ergo si donatus, non dicitur fons Ioseph, sed fons Iacob? Quia erat, & non erat Ioseph. Erat, quia prædium, in quo fons, in possessionem acceperat: & non erat, quia in originem fontis non influxerat: etenim habebat in proprio fundo, cuius origo ab Oceano. Filius Dei factus homo significatur in fonte. Virgo-mater in possessione prædij, Pater æternus in Jacob, Sponsus Virginis in Ioseph: cuius possessus non dicitur fons; quia scaturiens, licèt ex possessione Virginis, erat origo fontis ex inscrutabili Oceano divinitatis. Non habuit Ioseph concursum in fontis ortum; quia conceptus, hominis citra concursum: verùm eius erat fons, quippe creditus Ioseph, cuius Sponsa Virgo Iosephi pulchra possessio, ex qua filius altissimi, fons lucis, natus

Ioan. 4. 5. 6.

Quisquis Christus in Maria, ex peccatorum pœna.

Quisquis à Deo habet Virgo, credit Iosepho.

ut

*Ioseph quo iure pater Christi?*

ut homo. Non fuit pater Christi Josephus ratione originis, sed fuit pater filij Dei ratione Virginis coniugis: ex qua proprius vel cœlestis fructus, quia licèt non usus, ius illi datum in Virginis corpus.

Bernar.

16 *Fidelis servus* (exclamat Bernardus Homil. 2. super *Missus est.*) *quem constituit Dominus suæ matris solatium, suæ carnis nutritium, solum in terris magni consilij coadiutorem fidelissimum*: igitur felicior Amphitruone, vicit fabularum cogitationes veritate: quandoquidem meruit mortalis, ut pater diceretur filij Jovis. *Mundissimus erat in virginitate, profundissimus in humilitate, ardentissimus in charitate, altissimus in contemplatione, sollicitissimus pro omnium salute, ad similitudinem Virginis illius Sponsæ suæ, ut videlicèt esset adiutorium simile virgini*: ait Bernardinus Senens. tom. 3. Serm. de *Sanct. Ioseph.* Hi duo cherubim respiciunt se mutuò, versis semper vultibus in Propitiatorium. Vir Virginis Ioseph dicitur. Sat, & encomium adæquatum, si inter æquales debet esse matrimonium. Vir Mariæ: restat ne quid laudi? Næ. Mittitur Angelus *ad virginem desponsatam viro.* Pater laudis plenitudo. *Viro*: mirum sane, quod virtutibus tantis ac talibus fuisset homo. *Angelus erat* (ait Isidorus de Isolanis 1. part. *cap.* 30.) *moribus, societate, intellectu, voluntate, officio, ac contemplatione.* Hinc intelliges illud Hieronymi, lib. 1. *Comm.* in cap. 2. *Matth.* ubi: *Magi* (postquàm Dominum infantem adorarunt) *responsum accipiunt non per Angelum, sed per ipsum Dominum: ut meritorum Ioseph privilegium demonstraretur.* Quia responsum acceperunt per ipsum Dominum, Ioseph demonstratur privilegium: igitur ad illum loquebatur Dominus facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum: Ni intelligas ex huiusmodi locutione altiùs privilegium singulare. Angeli inferiores minimè nisi ab Angelis superioribus illuminantur: patetque Iosephi magnitudo, dum immediatè illuminatur à Deo, ut esset in conditione homo, sed Angelus superior officio, quorum munera æmulabatur societate, voluntate, contemplatione, moribus, & intellectu. O verè cœleste coniugium! O par sine pari virginum coniugum!

Mirum, quòd esset homo.

Luc. 27.

Isola.

Nicon.

Privilegiù meritorum Ioseph.

Torn. Gal.

*O niveas luces! O tempora dulcia! verè*
*Aurea Saturni sæcla fuere senis.*

## DIDASCALIA III.

## *Virginalis integritas Angelica portio est.*

August.

1 DEfinit S. Augustin. lib. de *Sanct. Virginit.* cap. 2. Sunt *Angeli cœlorum*, etiam sunt Angeli terrarum, ut ille qui habebat Angelos in cœlis, virginitate haberet Angelos & in terris. Voluit Christus promere, ubi potest homo pervenire perfectione, si perfectionis satagit. Angeli cœlici, & Angeli carnei. Angeli, & homines. Illi in cœlo, ubi felicitas: hi in mundo, ubi calamitas. Illi sine contradictione puritatis: hi cum adversitate corporis. Illi natura, at hi gratia: & sunt Angeli cœlestes, quia sunt Angelici homines: quandoquidem supra naturam in natura fragili, angelico puritatis candore, habitant puri mundum, sicut Angeli in cœlo videntes Dominum.

Matth. 24. 36.

*Virgines, angelici homines.*

Genes. 22. 17.

2 *Sicut stellas cœli*, exponit Dominus genus Abrahæ. Quo pacto genus mortale sicut stellæ cœli? Gravati pondere carnis homines appetitus umbris subiacent, astra verò licèt corporea mirabiliter splendent: & homines dicuntur sicut stellæ cœli, viventes puritate in carnis contradictione; igitur plusquàm in cœlo sidera, lucet in carne virginitatis gloria. In hoc sensu verum est, quod cecinit Boetius de *Consol. Philosoph.* lib. 3. Metr. 9.

*Sicut stellæ cœli fulgentia infimo orbe.*

Boet.

*Tu caussi animas paribus, vitasque minores*
*Provehis: & levibus sublimes curribus aptans,*
*In cœlum, terramque seris.*

Serit sanè, dum fulgor stellarum micat in candore virginum: igitur sicut stellæ in cœlo, micant virgines in mundo. Pater cœlestis per resurrectionem Christi, ex mortuis regeneravit homines *In hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcessibilem, conservatam in cœlis in vobis*: ait Ecclesiæ & Apollolatus vertex. Difficile prorsùm. Quomodò *in vobis*, si *in cœlis*? Cœli sunt incorruptibiles, ac corruptibiles homines: & propria iam hominum, quæ corporum propria cœlestium; quippe puritate donatos, terrigenas homines candor mutat in cœlos.

2 Mach. 9. 10.

1. Pet. 1. 4.

*Sunt cœli animati.*

Matth. 25. 1.

3 Hæc pretiosa hæreditas est in carne virginitas: quæ quidem plausa in cœlestibus, & meritò eminet in hominibus: quandoquidem huiusmodi virtute, cœlesti hæreditate, corruptibile conservatur incorruptum,



ptum, deturpabile incontaminatum, languidum immarcesibile, & cœleste quid in carne: stupente natura, quomodò in carne floret, quod in carne crebrò languet. Haud sine præmio vel in hoc mundo speciosa virtus, quam fovet mundum corde carneum pectus. Conditio opponitur huiusmodi hæreditatis pulchritudini: & dicit Petrus *In cœlis, in vobis*, tamquàm mirabile: quippequàm mirum, candor florens in cœlis, quòd conservetur in vobis.

*Candor virginitatis cœlestis.*

Quatuor Prædicamenta designantur in isthac cœlesti hæreditate: *Substantiæ* scilicet, *Qualitatis*, *Quando* & *Ubi*, sive temporis, & loci. Substantia, dum dicitur *Incorruptibilis*: Qualitas, quia *Incontaminata*: tempus, quia *Immarcesibilis*: & locus, quippe *Cœlestis.* Ecce locus, ubi videnda hæreditas speciosa; verumtamen per virginitatem locus etiam invenitur in terra: dicitque Petrus *in vobis, in cœlis*; ut pateat quanta gloria castitatis: siquidem quod futurum in cœlis, per virginitatem etiam apparet in vobis. Est differentia loci, quin sit loci differentia. Est differentia loci, quia à tellure distat cœlum; & differentia non est; quippe cœlum, si cor mundum. Trahitur Deus puritate, & mundo corde, ut ibi tamquàm in cœlo habitet. Ibi cœlum, ubi sedet: & dum designantur virgines, meritò dicitur, *in cœlis, in vobis*: etenim castitate habitabit in vobis, qui habitat tamquàm proprio throno in cœlis. Carnis locus proprius terra est. In peregrina ducitur, dum in cœlo collocatur. Profectò mirabilia, sed magis spectanda, dum cœli videntur in terra, vel ubi mutantur sine discrimine loca: igitur in commendationem castitatis, citra discrimen tàm cœlum, quàm virgines important incorruptionem. *In cœlis, in vobis.* Est in vobis, qui est in cœlis: siquidem per mundiciam cordium, corda virginea transformantur in cœlum.

*Cur virginitas confertur cœlis*

4 *Sidera cœli*, sæpe dicitur in Scriptura. Necdum cognoverat mundus, esse sidera in terra. De omnibus quibus Christus Dominus contulit regnum cœlorum semper dixit. *Est. Simile est regnum cœlorum homini, Regi, Scribæ* &c. dum virginibus confert, non dicit: *Est*, sed *Erit. Simile erit regnum cœlorum decem virginibus.* Mundus hoc arcanum non novit, licèt regnum Dei intra homines esset: & dicit Christus *Erit* in virginitatis indicem, quippe pridem non cognoverant virginitatem. Novam familiam Salvator N. instituit, & cœlum novum in terra nova formavit; ut per candorem nitidissimum virginum, inter homines esset regnum cœlorum. Quod impossibile videbatur Profanos in terris instituitur à Christo:

*Terra fert stellas.*

*Terrat feret stellas.* Ovid.

Feret absdubiè: quandoquidem illibata virginitate, in terra splendent mire sidera cœli.

Genes. 1. 14.

5 *Fiant luminaria*: iussit Dominus. Verùm ubi? *In firmamento cœli.* Ubi ergo firmamentum nisi in cœlo? Quare igitur cœlum additur, dum firmamentum exponitur? Quia in terra etiam futurum animatum firmamentum. *Erit firmamentum in terra*: ait Regius Psaltes. Si firmamentum cœlum, quomodò in tellure erit firmamentum cœli? Sidera sunt ornatus firmamenti, ibi collocata, ut luceant, & illuminent terram: & in terra signatur etiam firmamentum; quia in terra cordium fulgebunt homines virginitate, sicut luminaria fulgent in superiore firmamento cœli. In cœlo sunt stellæ: in terra homines: & erit firmamentum in terra, quia homines virgines fulgent in mundo, quemadmodum sidera ruilant in firmamento. Erat firmamentum cœli, ut lucerent super terram sidera: necdum erat firmamentum in terra: & dicit David *Erit*; quia Christus cùm venerit: ex terra cœlum formabit: siquidem lilia castitatis in infimo mundo lucent, sicut in firmamento cœli sidera florent.

Psal. 71. 16.

*Et in illa est firmamentum.*

Si in terra lucet virginitas, terra fert stellas: stellarum sedes est firmamentum. Si homines virginitate, vel potiùs caro virginea transformatur in astra; non novum, quòd per virgines sit firmamentum in terra. *Cœlum cœli Domino.* Aptè. E terra etiam formatur cœlum: & dicitur *cœlum cœli*, ut constet etiam aliud esse cœlum Domini: igitur in terra requieseit virginum corde, ut sedet in cœlo cœli. *Cœli cœlorum* illum capere non possunt. Non possunt cœli cœlorum, & valent cœli terrarum: igitur capit virginitate intemeratum pectus, quem nequaquàm potest capere cœlorum ambitus. *Cœli cœlorum*, ut micet virginitatis momentum: etenim hac virtute, quod fragile & omninò caducum, solidatur in cœlum.

Psal. 113. 16.

1. Reg. 8. 27.

*Et cœli ex terra.*

Sunt homines & non sunt homines: sunt homines fragilis conditionis, & non sunt homines fragiles. Sunt in se, contra se, & super se. *Homo sacerdos* dicitur: Sacerdos & homo? Utique. Pessimus erat. Infra se erat, de terra erat, cùm super se deberet esse conditione status: & sacerdotis non est bona conditio, dum est homo. Potiùs cœlestis, quàm terrenus debet esse sacerdos, ut congruat vita conditioni status: & dicitur homo, dum non decet vita sacerdotem, in iniquitatem indicem: quippe si homo in di-

1. Mach. 7. 14.

*Sacerdos debet esse in carne Angelus.*

gnitatis officio; minùs, quàm homo. Non est quod est in constitutione, si plus debet esse ex collata dignitate? igitur dedecet quòd in carne sit homo, qui debet esse in carne sine carnis desiderio.

1. Reg. 2. 12. — 6 De filijs Heli dicitur: *Filij Heli filij Belial.* Homines erant, & non erant, homines, quia homines erant. Homines erant in officio sacerdotum: & homines non erant, quoniam non habebant virtutes sacerdotum, sed officium. Homines erant, & ideo non erant, quoniam erant homines: quippe in dignitate sacerdotij tantùm homines, non sunt homines, sed dæmones. Homines erant, sed diabolici, fraude, lasciviâ, impietate. Officium sacerdotis elevat hominem in Angelicam classem: & non dicuntur filij hominis, cuius erant filij; sed filij diaboli; quoniam sunt infra se vel in conditione hominis, qui supra se non sunt incumbentiâ dignitatis: siquidem sequuntur in officio caducam hominum formam, quam mutare debebant in conditionem Angelicam.

*Malus Sacerdos non homo.*

Luc. 1. 5. — 7 Perpende. De Alcimo impio sacerdote dicitur: *Homo sacerdos.* De Zacharia patre Ioannis Baptistæ non dicitur, quòd fuit homo: *Fuit in diebus Herodis regis Iudææ, sacerdos quidam nomine Zacharias.* Si Alcimus homo, cur Zacharias non dicitur homo? Quia non erat homo Zacharias. Pessimus sacerdos non est homo, quia homo: & probus sacerdos, quia plusquàm homo. Pessimus non est homo, quippe transit in diabolicam indolem: & bonus non est homo, quia in Angelicam transformatur conditionem. Ille quia sequitur desideria cordis, hic quia excellentiam sequitur dignitatis. Pessimus, homo & non homo, quia totus corpus; probus non homo, quippe totus spiritus. Sacerdos malus non homo, quia malus, cùm sit sacerdos. Sacerdos bonus non homo, quoniam in corpore Angelus. Ille quoniam in carne carnis sequitur conditionem. Hic verò contrà, quoniam in carne extra carnem.

*Sed dequon.*

*Bonus Angelus.*

Rom. 7. 5. — 8 Nota exemplar in Paulo. *Cùm autem essemus in carne, passiones peccatorum, quæ per legem erant, operabantur in membris nostris.* Quando igitur Paulus non fuit in carne, ut dicat asseveranter: *Cùm essemus?* Lamentatur se infelicem lege carnis, quasi de corpore mortis, oppressus illecebris, lætatus delicijs, captus dulcedine, & profert: *Cùm essemus in carne?* Non vivit? Utique: sed non vivit in carne, qui carne extra carnem vivit. Verùm hoc *Didasc.* seq. n. 13. Vivebat Paulus in carne, antequàm transisset in gratiæ legem, in qua instituerunt sacerdotem: & quamvis constet carne, non est homo; quippe fungitur sacerdotis officio. Officium sacerdotis est hominis viatoris per carnem mortalitate constantis: & dicit cùm essemus in carne, quasi non esset, dum sacerdos viveret: igitur ubi homo sacerdotis auctoratur officio, potiùs Angelus, quam homo. Non pendet carnis constitutio à carne, sed à carnis corruptione: & carnem minimè vocat carnis constitutionem, quoniam sexabatur officio virginitatem.

*Potiùs quam homo.*

1. Cor. 15. 47. — 9 *Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis*: dicit Paulus de Adamo & Christo. Christus ab Adamo est, carneus primus, carneus secundus. Quo ergo pacto secundus cœlestis, si primus, ex quo secundus, cum corpore carnis? Cato potiùs dicitur à corruptela, quàm à forma, & constitutum ex carne vocat Paulus cœlestem; quippe eius caro numquàm vidit corruptionem. Primus constitutus erat ex carne, verùm sequente conditionem carnis. Ex carne etiam secundus, quin haberet vel nebulam conditionis: & primus dicitur carneus, cœlestis verò secundus; quoniam homo, qui in carne aliquid habet non carnis, est ex terra homo cœlestis.

*Vel homo cœlestis.*

Matth. 6. 32. Luc. 12. 30. — Signavit Christus singulari voce, & vigilanti phrasi. Solicitudinem rerum temporalium abigere conatur à discipulis, & ait: *Hæc enim omnia gentes inquirunt.* Apud Lucam autem sic legitur: *Hæc enim omnia gentes mundi inquirunt. Gentes mundi?* Cogitato. Num sunt homines ex alio mundo? Non sunt, sed quia dissimiles cæteris, mirabiles sunt in hoc. Si sequuntur conditionem carnis, sunt ex hoc mundo, sed non sunt ex hoc mundo (si munda caro) quoniam virginitatis virtus tollit homines ad cœlos: & homines reliquos Christus signat gentes mundi: quoniam virgines extant homines Angelici. Homines carne sunt, & supra homines. Ex mundo hoc, & etiam ex alio mundo: si ex alio mundo, quid quòd homines cælestes, carnem habentes sine conditione carnis?

*Non ex hoc mundo.*

Galat. 1. 4. — 10 Succinit Paulus. Nova vita adventu Salvatoris apparuit, novus homo, novus mundus; igitur venit, *ut eriperet nos de præsenti sæculo nequam.* Paulus in mundo est: quomodò in mundo ereptus ex mundo? Quia minimè in mundo vivebat ut homo. Vivebat in mundo, cum esset in carne: & non vivebat, quippe vivebat, quasi in carne non esset. Per amorem mundissimæ castitatis, homines transformantur in cœlestes: & est in mundo, & non est in mundo;



*Per castitatem novus homo, novus mundus, nova vita.*

do; quoniam in carne veteri novus homo. Homo vetus erat in mundo, cùm esset in carne veteris hominis, sequens desideria carnis: novus homo est virginitate in carne, qua constat corpus, sed quasi non haberet, cum carne extra carnem vivit. Quicumque extra carnem est, minimè in hoc mundo stat: & Paulus etiò vivat carne ut homo, non vivit carne in hoc mistero mundo; siquidem per virginitatis amorem, erat in carne extra carnem.

*Quartè* — Magna operaturus Christus cœlesti novâ doctrinâ, cuius in mundo non erat scientia. Non novum ex mundo eripi, & iudicari extra mundum, qui non est in carne. Novum utique, esse in carne, & in carne non esse: & Paulus dum in mundo est, eripitur de præsenti sæculo nequam, ob castitatis de corpore carneo singularem victoriam: igitur non magnus qui mortuus carne, sed qui in carne mortali mortuus à corde. Nova vita est, quoniam ex carne corruptio, & floret cœlitus sine corruptione caro. Novus mundus, quippe gratiâ virginitatis, quos viderat carneos, vidit homines cœlestes. Novus denique homo, quia in hoc mundo ex alio mundo, vel quia in carne sine carne iam non homo.

2. Cor. 10. 3. — 11 Causam & excellentiam promit Gentium Doctor, ut inter homines fulgeat Angelicus splendor. *In carne enim ambulantes, non secundùm carnem militamus.* Ecce Angelica portio, vel dum exponitur caro: etenim non cognoscitur caro à constitutivo, sed ab effectu: quandoquidem carnis non est insigne, ambulare in carne, sed secundùm carnem ambulare. Ambulare in carne, est in carne, ut mortalis, vivere: secundùm carnem vivere, vivere carni: & quia carni non vivebat, dicit, quòd secundùm carnem minimè militabat; igitur ita vivebat carne in Ecclesia militante, quasi iam triumpharet in cœlesti. Non secundùm carnem militabat, etiam militans in carne. Hoc opus & labor, verùm fulgent castitatis triumphus & honor: quandoquidem extra communem ordinem, in carne ambulare, tamquàm ambularet extra carnem. Qui in carne ambulant, in virginitatis custodiam, sunt primò contra se, ut convertantur ad cor. Deinde, sese vicis, sunt in se, quippe iam direpta lis. Denùm suprà se sunt in ipsa conditione; quoniam secundùm carnem non militant, ambulantes in carne. Unde cùm non caro, sed corruptela constituat carnem, & status conditionem; sine conditione carnis, non mirum, quòd non sint homines. Ordo plane inter homines Angelicus, cùm sint incorrupti extra labilem conditionem status.

*Caro sine carne.*

Matth. 11. 10. — 12 Mittitur Baptista, ut præparet vias Domini: & Dominus turbis dixit: *Hic est enim de quo scriptum est: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam.* Angelum? Utique. Non est homo? Plusquàm homo. Non magnum, quòd esset Angelus in Angeli constitutione, sed quòd esset Angelus in humana carne: quandoquidem moribus extra carnem, in carne habebat Angelicam conditionem. Ioannes nomine, gratiâ, homo naturâ, Angelus excellentiâ. Operationes naturæ sunt indicia: & Angelus vocatur conditione humanâ; quippequam in misera conditione mortali, actiones erant superioris conditionis, vitam gerens Angelicam in terris: siquidem ita vivebat in mundo, sicut Angeli sancti vivunt in cœlo. Vivebat secum, sed sine se in conditione carnis: & cùm ita vivere, sit vita cœlestis, vivebat tamquàm Angelus in terra, vel homo in patria.

*Baptista homo natura, sed Angelus excellentia.*

Matth. 15. 1. — 13 Cœlo confertur, ut vidimus n. 4. grex virginum, in terra degentium. Si in terra & flos, & decor virginitatis quasi peregrini florent, non sunt flores in terra? Floribus eius nec rosæ, nec lilia desunt, ut amœnum nectatur peregrinorum reticulum. Sunt utique in terra flores & pulcherrimi, sed in exemplum virginitatis non apti; igitur si cœlestia sunt dona, in terra non sunt exempla. Rosa lucet speciosa, & magis lucet, quoniam inter spinas; verùm citò defloratur. Lilium eminet candore, & eximia pulchritudine, eò venustum, quò inter luxuriem viridantium foliorum; sed citò corrumpitur. Præstat alba viola, sed languet: fulget purpurea: marcescit. Omnis pulchritudo florum tandem tandem temporis ludibrium: & cœlo, non floribus confert Assertor virginitatem; quippe non habet virginitas corruptionem.

*Virginitas immarcescibilis.*

Apoc. 4. 6. — 14 *In conspectu sedis* (Dei & Agni erat) *tamquàm mare vitreum, simile crystallo.* In adæquatum simile puritatis, ingenium pater emblematis. Vitrum & crystallus in mari magno, ubi reptilia, quorum non est numerus, & ubi scopuli senius? Ne miseris.

*Quinque voluntatis voluptatisque ministri*

*Officium faciunt, an magis officiunt?*

Overd. — Vitrum conditionem signat carni, seu fragilitatem hominis: crystallus candorem & perspicuitatem, aversantem mortalium conditionem. Vivitur natura gratiâ, & videtur in hominibus donum Angelicum; igitur vitrum conditionis permutatur in cry-

crystallum, cùm pulchritudo virginei coruscantis candoris, nitilet ita vivax in vitro fragilitatis. Crystallus aqua est, dum aqua, inconstans: ideo fluit, & inferiora petit. Si concreta, stat tamquàm saxum, sed pellucidum: & caro fragilis uti vitrum transmutatur in crystallum; quoniam ad virginitatis gloriam per cœli gratiam, crystallus pulchra transformatur in petram. Hispan. *La flaqueza se buelve crystal de roca.*

*Per illam fragilitas laudatur.*

15 Contemplemur triumphum. *Vidi* (inquit ecstaticus Ioannes) *tamquam mare vitreum miſtum igne, & eos qui vicerunt: : : ſtantes ſuper mare vitreum, habentes citharas Dei, & cantantes canticum.* Super mare vitreum candor virginitatis construit thronum, & super aquam exhalantem ignem. Victoriam singularem! igitur illustre & grande miraculum, quòd non comburantur inter flammas, nec fatiſcat ardore vitri fragilitas. Magnum utique: quippe frequenter cantant, ubi alij atque alij lamentabiliter plorant. Illis est musica, quod alijs tragœdia: etenim ubi victi iacebant, sine læsione qui vicerunt, stabant. Vidit *ſtantes ſuper mare vitreum*: ubi ignis, quo æstuabat, plusquàm fluctibus mare? Ibi erat, sed victoribus quasi non esset ibi: siquidem amore virginitatis, *illis*, alijs ambustis, non erat ignis. Parùm cavit pectus flammas, dum inter flammas acceperunt citharas. *Super mare vitreum.* O forte pectus! ò virtus! Vitrum facilè rumpitur: & pes lubricè non labitur, dum leviore carnis pondere premitur? Stant? Miraculum est. Vitrum vel dum premitur, frangitur. Felix profectò pes, qui nititur, ubi nullus nititur. Felix uticique igitur adamantis fortitudo videtur in vitro, & vitrum fragilis conditionis lucet sicut adamantis. Late argumentum *Didasc. ſeq.* Iurè Ioanni in cœlo exponitur huiusmodi visio; cùm virginibus idem sit esse in mundo, ac si essent in cœlo. Supra se sunt homines, ut leventur super se pondere virginitatis. Removeatur adhuc in carne caro, ut Angelica sit portio. Succinit Nazianzenus in *Carm.* ad Virgin.

*Apoc. 15. 2. 3.*

*Ubi alijs ruina, ibi virginum laus ea.*

*Inſignis victoria virginitatis.*

*Ne vita ipſa tua immittas echineida, carnem,*
*Quæ velut iniecta properantem compede puppim*
*Detinet, ac tantam cogit ſubſiſtere molem.*

Gregor. Naz.

***

***

***

## DIDASCALIA IV.

### *Ingens in carne virginitatis labor: ex victoria ſummus decor.*

1 ITa Ieremias Drexel. in *Niceta* lib. 2. profert de victoria D. P. Benedicti cap. 1. Conflictum vidimus *Tautolog. 3. Didasc. 10.* & triumphum: modò exponemus trophæum; ut constet virtutis decor, qui fuit in hoc Hercule tertiusdecimus labor. *Sapiens* (ait Senec. *Epiſt. 59.*) *ad omnem incurſum munitus, & intentus, non ſi dolor impetum faciat, pedem referet: interritus & contra illa ibit, & inter illa.* In pericula irumpit è tuto pectus validum, ut prævaleat periculis: verùm minimè periculis urgetur, ut valeat: quippe estò fortis virtute constituatur, non potest premere à quibus premitur. Hoccine facimus virtuti Benedicti servatum, vt ex conflictu erigeretur trophæum: igitur in Veneris iacula irruit contrà, & inter illa; quandoquidem in circuitu eius tempestas valida. Vulnera ingruebant Veneris, & Virtutis. Vulnerat amor, ut pereat: odium, ne pereat. Sagittæ à Venere vibrantur amoris specie: à Benedicto, nomine odij, contorquentur spinæ. Fecit sui odium, ne periret, quod intenderat amor ut perderet. Hic intulit voluptatem in dolorem: Benedictus dolorem in voluptatem. Inter vepres sese volutavit, & quia iacuit vulneribus, vulnera vicit. Vicit fomitem Veneris veprium stimulis. Vicit peccatum, quia mutavit incendium: siquidem traxit in corporis saucij dolorem, instructam in corde à Venere voluptatem. Quàm aptè, etti aliò, Claudianus de *Conſul. Manlij Theodor. v. 210.*

Drexel.

*Virtus magna, pericula ſuperare inter pericula.*

Senec.

*Conflictus Benedicti inter Venerem, & virtutem.*

*——— Ut altus Olympi*
*Vertex, qui ſpatio ventos, hiemeſque relinquit,*
*Sic patiens animus, per tanta negotia liber*
*Emergit, ſimiliſque ſui, iuſtique tenorem*
*Flectere non odium cogit, non gratia ſuadet.*

Claudian.

2 *Quid ſunt plagæ iſtæ?* Non sunt plagæ, sed medicina plagarum: igitur per flagella expellitur Veneris plaga. Iurè interrogatur *Quid ſunt?* Siquidem ignoratur an sint, cùm appareant medicamina, flagella inflicta. Saucietur, ne saucietur: etenim videntur medicamina vulnera. *Quid ſunt plagæ iſtæ?* Idest, ad quid? Faxò respondet: *His plagatus ſum in domo eorum, qui diligebant me.* Non quæritur ubi, & à quibus vulnus, sed ad quid plagatus? Aptè respondet. Sunt vulnera blanda Cupidinis, verùm acerba doloris. Illa ab amore, ut virtus pereat: hæc à virtute ut à vulneribus valeat. Odit qui diligit: diligit qui odit: & dum vulnera corpus spiculis sauciant; plagæ inflictæ dicuntur ab his, qui plagatum diligebant: quippe periret odio, si mulceretur obsequio: & adhibetur pro medicamine plaga virtutis, ne periret in conflicto iaculis Veneris.

Zach. 13. 6. *Mortificatio carnis preſſio Veneris.*

Ibidem.

*Spicula Veneris hebetantur ſpiculis.*

3 Patent plagæ Benedicti ad his, qui diligebant. Ferrum Veneris pertransijt animam, sed non animum; quoniam dum corpus spinis sauciavit.

Ovid. *Lignum ſine acumine venit, ferrumque volanti*
*Abſtulerat iacula.*

Ira feri Cupidinis mora, sed frustrà. Nec fulmine leniùs arsit, sed flammas flammâ compescuit. Redigit in cineres, quæ ardebant sanguinis pabulis: & in vivaces Cupidinis scintillas;

Idem. *Emicat ex oculis, ſpirat quoque pectore flammas.*

Veneris servet opus, igitur tentatum mollescit ebur; verùm non recessit vel in tentatione candor. Adhuc instat in audacem. Cæterùm Benedictus valuit:

Virgil. *——— Telumque intorſit in hoſtem.*
*Inde aliud ſuper, atque aliud fixitque volatque*
*Ingenti gyro. Sed ſuſtinet aureus umbo.*

*Contentio Benedicti inſignis.*

Nimirùm victor cùm cecidisset, erat. Torpuerat manus valida, & facies pallebat rubore suffusa. Ita victa, quæ semper victrix? Ita victrix caro languens.

*——— Uritur igne*
*Frigoris & gelido cœli de rore rigeſcit.*

Paulin. Canit in propositum Paulinus *Natal. 4. v. 201.* & Prudentius in *Pſychomach. v. 970.*

*——— Fervent bella horrida fervent*
*Oſſibus, atque incluſa fremit diſcordibus armis*
*Non ſimplex natura hominis. Nam viſcera limo*
*Effigiata premunt animum. Contra ille ſereno*
*Editus afflatu nigrantis carcere cordis*
*Æſtuat, & ſordes arctat inter vincla recuſat.*
*O quoties animam, vitiorum peſte repulsâ,*
*Senſimus, incaluiſſe Deo!*

Prud.

*Et confuſa Veneris.*

Iacebat fremens, vocans vivaciorem in pectus, frigidam flammam; implevitque sacram querelis ululantibus Idam. Prævenit demùm in triumphum iacula myrtea, sed Benedictus tamquàm Angelus stabat inter myrteta, palàm triumphans de Venere in semetipso; à se potiùs, quàm à Cupidine



corpore saucio: equidem in signum, spinæ veprium converterunt in rosas, & in perpetuum caro sopivit flammas. Hoc est trophæum. *Stellæ cœli* dicuntur de humano genere. Sublimitas cœli in pulvere? Sanè: quippe insigne videre homines inter Veneris flammas, sicut miramur in cœlo splendescere stellas.

Gen. 22. 17.

4 In honorem igitur transierunt triumphi, etiam instrumenta supplicij. Dumetum in quo corpus volutavit, & Venerem SS. Patriarcha, videns humanus Seraph Franciscus in rosetum benedictione vertit. *Dignè ſanctæ rei contemplatione Franciſcus* (inquit Lucas Vvadingus tom. 1. *Annal. Minor.* ann. 1222. num. 5.) *profundè immerſus, ſanctitatemque inſignem magni ſecum expendens Patriarchæ, qui tam duro & diro ſibi ſuccurrit remedio, dumeta attrectans & exoſculans; demùm ſigno crucis afficiens, in roſarium pulcherrimum divinâ vertit virtute. Quo factum eſt, ut deinceps ille locus in maiori haberetur reverentiâ, & roſetum utriuſque Patriarchæ religione ſacratum, mirâ virtutis roſas produceat, quæ multam ubique infirmitatum medelam attulerunt.* Eadem invenies apud Alapid. in Eccli. 24. 18. Unde quidam utrique devotus ingeniosè cecinit:

*S. Franciſcus ut prius Benedicti convertit in flores.*

Vvad.

*Virgineum ſepit florem Benedictus acutis*
*Vepribus, & proprij rore cruoris alit.*
*Hinc dumeta novas, tanto fœcunda liquore*
*Franciſcique manus culta tulere roſas.*
*Falſa quidem roſeo cecinere è germine Vates,*
*Sed latuit falſo carmine vera fides.*
*Scire cupis roſei flos exeat unde pudoris?*
*Sola roſas potuit gignere puncta Venus.*

*Roſæ ex ſanguine Veneris laſæ.*

Alludit fabulam de Rosa pedis Veneris sanguine tincta. Hinc Pier. Valerian. *lib. 55. cap. 8.* de Venere:

*Affixit duris veſtigia cæca roſetis:*
*Albaque divino picta cruore roſa eſt.*

Pier. Valer.

Secùs in Divi Benedicti certamine. Veneris rosa albedinem commutavit in purpuram, quippe illius tetricam concepit flammam. Effudit, pro Venere vincenda, Benedictus è toto corpore sanguinem; attamen purpurâ lilium corporis minimè amisit candorem. De vulnere nati hyacinthi. Fidem astruunt Veteres falso carmine: igitur mirum, quòd floreant albedine, qui nati sanguine.

*E ſanguine Benedicti roſa candor.*

*——— Urticæ proxima ſæpe roſa eſt.*

Ovid.

Sed numquàm visum, urticas proferre rosas. Plinius pro re mirabili refert lib. 24. cap. 13. *Alterum genus rubi eſt, in quo roſa naſcitur.* Hoc genus rubi incognitum, quousque Benedictus tinxit sanguine cuspides veprium: igitur efficacia cruoris, in

Plin.

crystallum, cùm pulchritudo virginei coruscantis candoris, nitilet ita vivax in vitro fragilitatis. Crystallus aqua est, dum aqua, inconstans: ideo fluit, & inferiora petit. Si concreta, stat tamquàm saxum, sed pellucidum: & caro fragilis uti vitrum transmutatur in crystallum; quoniam ad virginitatis gloriam per cœli gratiam, crystallus pulchra transformatur in petram. Hispan. *La flaqueza se buelve crystal de roca.*

*Per illam fragilitas laudatur.*

15 Contemplemur triumphum. *Vidi* (inquit ecstaticus Ioannes) *tamquam mare vitreum miſtum igne, & eos qui vicerunt: : : ſtantes ſuper mare vitreum, habentes citharas Dei, & cantantes canticum.* Super mare vitreum candor virginitatis construit thronum, & super aquam exhalantem ignem. Victoriam singularem! igitur illustre & grande miraculum, quòd non comburantur inter flammas, nec fatiſcat ardore vitri fragilitas. Magnum utique: quippe frequenter cantant, ubi alij atque alij lamentabiliter plorant. Illis est musica, quod alijs tragœdia: etenim ubi victi iacebant, sine læsione qui vicerunt, stabant. Vidit *ſtantes ſuper mare vitreum*: ubi ignis, quo æstuabat, plusquàm fluctibus mare? Ibi erat, sed victoribus quasi non esset ibi: siquidem amore virginitatis, *illis*, alijs ambustis, non erat ignis. Parùm cavit pectus flammas, dum inter flammas acceperunt citharas. *Super mare vitreum.* O forte pectus! ò virtus! Vitrum facilè rumpitur: & pes lubricè non labitur, dum leviore carnis pondere premitur? Stant? Miraculum est. Vitrum vel dum premitur, frangitur. Felix profectò pes, qui nititur, ubi nullus nititur. Felix uticique igitur adamantis fortitudo videtur in vitro, & vitrum fragilis conditionis lucet sicut adamantis. Late argumentum *Didasc. ſeq.* Iurè Ioanni in cœlo exponitur huiusmodi visio; cùm virginibus idem sit esse in mundo, ac si essent in cœlo. Supra se sunt homines, ut leventur super se pondere virginitatis. Removeatur adhuc in carne caro, ut Angelica sit portio. Succinit Nazianzenus in *Carm.* ad Virgin.

*Apoc. 15. 2. 3.*

*Ubi alijs ruina, ibi virginum laus ea.*

*Inſignis victoria virginitatis.*

*Ne vita ipſa tua immittas echineida, carnem,*
*Quæ velut iniecta properantem compede puppim*
*Detinet, ac tantam cogit ſubſiſtere molem.*

Gregor. Naz.

***

***

***

## DIDASCALIA IV.

### *Ingens in carne virginitatis labor: ex victoria ſummus decor.*

1 ITa Ieremias Drexel. in *Niceta* lib. 2. profert de victoria D. P. Benedicti cap. 1. Conflictum vidimus *Tautolog. 3. Didasc. 10.* & triumphum: modò exponemus trophæum; ut constet virtutis decor, qui fuit in hoc Hercule tertiusdecimus labor. *Sapiens* (ait Senec. *Epiſt. 59.*) *ad omnem incurſum munitus, & intentus, non ſi dolor impetum faciat, pedem referet: interritus & contra illa ibit, & inter illa.* In pericula irumpit è tuto pectus validum, ut prævaleat periculis: verùm minimè periculis urgetur, ut valeat: quippe estò fortis virtute constituatur, non potest premere à quibus premitur. Hoccine facimus virtuti Benedicti servatum, vt ex conflictu erigeretur trophæum: igitur in Veneris iacula irruit contrà, & inter illa; quandoquidem in circuitu eius tempestas valida. Vulnera ingruebant Veneris, & Virtutis. Vulnerat amor, ut pereat: odium, ne pereat. Sagittæ à Venere vibrantur amoris specie: à Benedicto, nomine odij, contorquentur spinæ. Fecit sui odium, ne periret, quod intenderat amor ut perderet. Hic intulit voluptatem in dolorem: Benedictus dolorem in voluptatem. Inter vepres sese volutavit, & quia iacuit vulneribus, vulnera vicit. Vicit fomitem Veneris veprium stimulis. Vicit peccatum, quia mutavit incendium: siquidem traxit in corporis saucij dolorem, instructam in corde à Venere voluptatem. Quàm aptè, etti aliò, Claudianus de *Conſul. Manlij Theodor. v. 210.*

Drexel.

*Virtus magna, pericula ſuperare inter pericula.*

Senec.

*Conflictus Benedicti inter Venerem, & virtutem.*

*——— Ut altus Olympi*
*Vertex, qui ſpatio ventos, hiemeſque relinquit,*
*Sic patiens animus, per tanta negotia liber*
*Emergit, ſimiliſque ſui, iuſtique tenorem*
*Flectere non odium cogit, non gratia ſuadet.*

Claudian.

2 *Quid ſunt plagæ iſtæ?* Non sunt plagæ, sed medicina plagarum: igitur per flagella expellitur Veneris plaga. Iurè interrogatur *Quid ſunt?* Siquidem ignoratur an sint, cùm appareant medicamina, flagella inflicta. Saucietur, ne saucietur: etenim videntur medicamina vulnera. *Quid ſunt plagæ iſtæ?* Idest, ad quid? Faxò respondet: *His plagatus ſum in domo eorum, qui diligebant me.* Non quæritur ubi, & à quibus vulnus, sed ad quid plagatus? Aptè respondet. Sunt vulnera blanda Cupidinis, verùm acerba doloris. Illa ab amore, ut virtus pereat: hæc à virtute ut à vulneribus valeat. Odit qui diligit: diligit qui odit: & dum vulnera corpus spiculis sauciant; plagæ inflictæ dicuntur ab his, qui plagatum diligebant: quippe periret odio, si mulceretur obsequio: & adhibetur pro medicamine plaga virtutis, ne periret in conflicto iaculis Veneris.

Zach. 13. 6. *Mortificatio carnis preſſio Veneris.*

Ibidem.

*Spicula Veneris hebetantur ſpiculis.*

3 Patent plagæ Benedicti ad his, qui diligebant. Ferrum Veneris pertransijt animam, sed non animum; quoniam dum corpus spinis sauciavit.

Ovid. *Lignum ſine acumine venit, ferrumque volanti*
*Abſtulerat iacula.*

Ira feri Cupidinis mora, sed frustrà. Nec fulmine leniùs arsit, sed flammas flammâ compescuit. Redigit in cineres, quæ ardebant sanguinis pabulis: & in vivaces Cupidinis scintillas;

Idem. *Emicat ex oculis, ſpirat quoque pectore flammas.*

Veneris servet opus, igitur tentatum mollescit ebur; verùm non recessit vel in tentatione candor. Adhuc instat in audacem. Cæterùm Benedictus valuit:

Virgil. *——— Telumque intorſit in hoſtem.*
*Inde aliud ſuper, atque aliud fixitque volatque*
*Ingenti gyro. Sed ſuſtinet aureus umbo.*

*Contentio Benedicti inſignis.*

Nimirùm victor cùm cecidisset, erat. Torpuerat manus valida, & facies pallebat rubore suffusa. Ita victa, quæ semper victrix? Ita victrix caro languens.

*——— Uritur igne*
*Frigoris & gelido cœli de rore rigeſcit.*

Paulin. Canit in propositum Paulinus *Natal. 4. v. 201.* & Prudentius in *Pſychomach. v. 970.*

*——— Fervent bella horrida fervent*
*Oſſibus, atque incluſa fremit diſcordibus armis*
*Non ſimplex natura hominis. Nam viſcera limo*
*Effigiata premunt animum. Contra ille ſereno*
*Editus afflatu nigrantis carcere cordis*
*Æſtuat, & ſordes arctat inter vincla recuſat.*
*O quoties animam, vitiorum peſte repulsâ,*
*Senſimus, incaluiſſe Deo!*

Prud.

*Et confuſa Veneris.*

Iacebat fremens, vocans vivaciorem in pectus, frigidam flammam; implevitque sacram querelis ululantibus Idam. Prævenit demùm in triumphum iacula myrtea, sed Benedictus tamquàm Angelus stabat inter myrteta, palàm triumphans de Venere in semetipso; à se potiùs, quàm à Cupidine



corpore saucio: equidem in signum, spinæ veprium converterunt in rosas, & in perpetuum caro sopivit flammas. Hoc est trophæum. *Stellæ cœli* dicuntur de humano genere. Sublimitas cœli in pulvere? Sanè: quippe insigne videre homines inter Veneris flammas, sicut miramur in cœlo splendescere stellas.

Gen. 22. 17.

4 In honorem igitur transierunt triumphi, etiam instrumenta supplicij. Dumetum in quo corpus volutavit, & Venerem SS. Patriarcha, videns humanus Seraph Franciscus in rosetum benedictione vertit. *Dignè ſanctæ rei contemplatione Franciſcus* (inquit Lucas Vvadingus tom. 1. *Annal. Minor.* ann. 1222. num. 5.) *profundè immerſus, ſanctitatemque inſignem magni ſecum expendens Patriarchæ, qui tam duro & diro ſibi ſuccurrit remedio, dumeta attrectans & exoſculans; demùm ſigno crucis afficiens, in roſarium pulcherrimum divinâ vertit virtute. Quo factum eſt, ut deinceps ille locus in maiori haberetur reverentiâ, & roſetum utriuſque Patriarchæ religione ſacratum, mirâ virtutis roſas produceat, quæ multam ubique infirmitatum medelam attulerunt.* Eadem invenies apud Alapid. in Eccli. 24. 18. Unde quidam utrique devotus ingeniosè cecinit:

*S. Franciſcus ut prius Benedicti convertit in flores.*

Vvad.

*Virgineum ſepit florem Benedictus acutis*
*Vepribus, & proprij rore cruoris alit.*
*Hinc dumeta novas, tanto fœcunda liquore*
*Franciſcique manus culta tulere roſas.*
*Falſa quidem roſeo cecinere è germine Vates,*
*Sed latuit falſo carmine vera fides.*
*Scire cupis roſei flos exeat unde pudoris?*
*Sola roſas potuit gignere puncta Venus.*

*Roſæ ex ſanguine Veneris laſæ.*

Alludit fabulam de Rosa pedis Veneris sanguine tincta. Hinc Pier. Valerian. *lib. 55. cap. 8.* de Venere:

*Affixit duris veſtigia cæca roſetis:*
*Albaque divino picta cruore roſa eſt.*

Pier. Valer.

Secùs in Divi Benedicti certamine. Veneris rosa albedinem commutavit in purpuram, quippe illius tetricam concepit flammam. Effudit, pro Venere vincenda, Benedictus è toto corpore sanguinem; attamen purpurâ lilium corporis minimè amisit candorem. De vulnere nati hyacinthi. Fidem astruunt Veteres falso carmine: igitur mirum, quòd floreant albedine, qui nati sanguine.

*E ſanguine Benedicti roſa candor.*

*——— Urticæ proxima ſæpe roſa eſt.*

Ovid.

Sed numquàm visum, urticas proferre rosas. Plinius pro re mirabili refert lib. 24. cap. 13. *Alterum genus rubi eſt, in quo roſa naſcitur.* Hoc genus rubi incognitum, quousque Benedictus tinxit sanguine cuspides veprium: igitur efficacia cruoris, in

Plin.

flores amœnos transformati sunt vepres.

Exod. 3. b. 5 Scrutemur abdita, an aut huius trophæi signa. Rubum vidit Moyses flagrantem, sed minimè læsum ab igne; quippe Dominus erat in corde rubi: & ignis cor minimè lædit, si Deum concipit. Rubus carnis conditionem fragilissimam designat: ignis voracem Veneris flammam: & cùm Deus residet in throno cordis, futilis ignis: equidem conservatur illæsa virginitas vel inter Veneris flammas. Virginitas designatur hoc miraculo, ut placet Hieronymo Serm. de *Assumpt. Virgin.* Gregor. Nyssen. Orat. de *Christ. Natiov.* & denique Bernard. Serm. de *Duod. stell.* quippe summum miraculum, quòd decor splenderet virginei candoris, inter Veneris incendia cum fragilitate carnis.

*Non lædit à Veneris igne, cui Deus habetur in corde.*

Alapide hic placuit, ignem huiusmodi non inhæsisse rubo, sed duntaxat adhæsisse. Pacet in corde hominis flammis Veneris amplius miraculum, quàm cum Moyses vidit rubum incombustum: igitur flamma in rubo lucebat foràs, & Veneris acumen præcordia utique deferebat flammas. Habeatur utique magni, inter flammas non comburi. Hic Deus adest: etenim cor, ni illo arderet, arderet: & quod occasio congesserat in splendorem, redigeretur ad cinerem. Canit ubi supr. Prudentius v. 975.

*Magnè inter ignes non amburi.*

*Spiritibus pugnant variis lux, atque tenebræ,*
*Diffantesque animas duplex sub stantia vires:*
*Donec præsidio Christus Deus adsit, & omnes*
*Virtutum gemmas componat, fede piatâ.*

Prud.

6 Videbat Moyses, quòd *rubus arderet, & non comburetur.* Haud mirabile, si arderet ignem concipiens: sed novum, quòd non ureretur ardens: igitur flamma concepta, quasi non esset flamma: cùm haberet in fragilitate, quo foveretur fulgor, & expelleretur ardor. Hoc sanè symbolo designatur in carne fragili conservata virginitas. Verùm quare? *Flamma ignis vepres convertit in rosas*: ait Rab. Salomon in lib. *Vellefemeth.* Causa claret portenti D. Francisci, dum in rosarium mutantur vepres dumeti, quod iam lectulus floridus, quo requievit irrequietus Benedictus: siquidem si vepres rubi corporis transformantur in florem, conservatam agnovimus pretiosam virginitatem. Franciscus in rubo protulit, quod Benedictus in carnis fragilitate feliciter pertulit. Terra rebellis rubi carnis germinat vepres, non flores: & floruit propalàm Benedicti virginitas, dum Franciscus pro spinis respexit rosas.

Rab. Salom.

*Caro Benedicti tentationes patitur.*

7 Hinc novitate perculsus Moyses, ipse impulit dicens: *Vadam, & videbo visionem hanc magnam.* Ideo magna, quia necdum visa. Rubus corporis scatet spinis, terra carnis: & magnam itaque, quòd ubi semper vepres, rebellionis signa, apparerent flores in terra nostra. Virginitas flos est, fulgens sicut lilium inter spinas, vel adamas inter flammas. Hic spectatissimus flos igne luxuriæ languet: at vincit ignem, si floret: florere flamma exuante, difficile est: & Moyses in admirationem ducitur; ex eo quòd corpus uti fragile arderet, verùm non combureretur. *Vadam* ait, *& videbo.* Iam viderat. Quid visurus? An falleretur oculus: quippe tot ignibus lignum ita fragile servari, videbatur, & tamen videbatur impossibile. *Vadam & videbo visionem hanc magnam*, præter naturam. Rubum ardentem, & non combustum? Rubum non rubum? Vepres flores, & in corpore fragili, vel quasi carere corpore? Igne floret caro? magna visio! etenim magnum, videre rosetum floridum, dum oculi spectabant spinarum dumetum.

Vers. 3.

*Insigne portenti.*

8 Rosam, placuit Basilio Homil. 5. in *Hexaëm.* ante originale peccatum carnisse spinis, postea verò additos fuisse aculeos pulchritudini floris; ut quod ex voluptate carnis oblectamentum percipimus, punctionibus cordis in pœnitentiam, luamus. Quia primus homo in crimen consensit, rosas in spinas permutavit. Quia peccavit Adamus, rosæ in vepres: & modò vepres in flores: quippe Benedictus non peccavit. Sine oblectamento carnis non sunt spinæ: & pro sentibus in rubo corporis Benedicti apparent rosæ; quia vel inter globos ignis, illibatus resplenduit flos puritatis.

Basil.

*Rosa prædem sine spinis.*

Gratiam indicat rosa sine stimulis, ait Pier. Valerian. ubi supr. & in conflictu Benedicti cum stimulis Veneris, puritas excoluit ut rosa; quia in anima illibatè fœderat gratia. Rubus corpus fragile in bonam olivam insertus, castitatis in acriore illecebrâ retulit fructum. Longè à rubo maximè ardenti flores: fructus tribulorum vepres. Hoc proprium telluris lapsæ naturæ: illud autem gratiæ: & in corde Benedicti tamquàm singulare miraculum, inveniuntur *promptuaria eructantia ex hoc in illud*: siquidem in rubo carnis corruptibilis, virginitatis supereminentes flores. Rab. Ionathas: *Germinantia ex hoc in illud, de specie in speciem.* Alij: *Suppeditantia de genere ad genus.* Nunquid colligunt de spinis uvas, aut de tribulis ficus? Fructus sunt iuxta radicem: & in rubo carnis florem habuit Benedictus degenerem, quia vicit carnem. Radix corrupta erat:

Per illa ita, figuficata gratia.

Pſalm. 143. 13

Rab. Ionathas.



*In Benedicto flos puritatis singularior.*

erat: & immutata est natura, dum rubus rosas protulit; quia flos nitidus de infecta radice ascendit. Ut infecta scatebat sentibus, quippe victa. Si victrix cuncta contraria: & rubus transit de specie in speciem, dum Benedictus superat carnem victricem: etenim signum victoriæ, conspicere in rubo floseulos: dum caro, terra corrupta, semper germinavit tribulos. Rem in natura mirabilem narrat Plinius: Aqua Scantia ignem vomit: cæterùm *viret* (inquit *lib. 2. cap. 107.*) *æternò hunc fontem igneum contegens frixinus.* Mirabilior Benedicti contentio, dum volutatur in rubo: igitur non tantùm corpus faucium inter ignes Veneris viret, sed in signum victoriæ pro tribulis flores profert. Telum Veneris astruit Benedicti victoriam, ubi ignitum & aridum floruit in palmam. Stupuit Venus.

*Fraxinus inter flammas virent.* Plin.

*Telum floreat.*

Ovid. ——— *Subitò vidit frondescere hastam,*
*Quæ radice nova, non ferro stabat adacta,*
*Et iam non telum.*

Erexit hoc Benedictus in titulum, quia excussit à telo indeclinabile ferrum.

*Benedictus vel tantùm sensit ultrà, semel vitam.* Greg. Mag.

9 Aliud etiam in signum victoriæ de Venere, perstitit Benedicti clarius insigne. *Vicit itaque* (ait Gregorius Magnus lib. 2. *Dialog.* cap. 2.) *peccatum, quia mutavit incendium: ex quo videlicet tempore ita in eo est tentatio voluptatis edomita, ut tale aliquid in se minimè sentiret.* Suffragatur Bonaventura lib. 2. de *Profect. Religiosor.* cap. 61. Haud secundò in arenam descendit, qui cum Hercule semel manum conferit. Semel vincitur, si accedit semel. Myrtus sacra Veneri. Quare Virgilius *Eclog. 7. v. 62.*

Virgil. *Formosæ myrtus Veneri, sua laurea Phœbo.*

Idem Pier. Valerianus *lib. 50. cap. 25.* & Ioannes Passeratius in Catull. de *Nuptijs Iuliæ & Manl. v. 22.* Æneas ergo cùm avellere conaretur ad sacra, ex myrtis vidit virgulta sanguine tincta; quas postea sacravit virginitati, & agrestium Nimpharum venerationi. Describit Virgilius lib. 3. *Æneid.* à v. 23.

*Myrtus sanguine manans.*

Virgil. *Virgulta & densis hastilibus horrida myrtus.*
*Nam quæ prima solo ruptis radicibus arbos*
*Vellitur huic atro liquuntur sanguine guttæ.*
*Ater & alterius sequitur de cortice sanguis.*
*Multa movens animo Nymphas venerator agrestes.*

Haud difficilis Mythologia. Myrtus Veneri sacra, igitur in nobilissimis gerimus, unde certamina toleramus: sed nequit servari flos puritatis in myrteo corpore hominis, ni manet è toto corpore sanguis. Per myrtum Veneris figuratur flamma. Flocci est. Benedictus Angelus stabat inter myrtea. Illa iaculis urgebat, sed Benedictus stabat. Quid iracunda Venus, si occurrit Angelus? Quievit. Sed inquires, & iurò: quomodò in Benedicto quievit, dum quandiù vita mortalis, semper igniculus vivit? Quo pacto non arsit ignis, si adhuc in venis impuritatis fomes? Dicam, ni fallar. Ignis adiutus à domestico appetitu contendit in Benedictum, quantum potuit; sed non prævaluit: & recessit, quia defecerunt vires, cùm superaretur vel adiutus à domesticis. Accessit Venus comite Tartaro spe victoriæ, & iterùm non accessit, quia victoriæ nec spes.

*Cur post tentationem suppetiarum nullam Veneris Benedictus sensit illecebram?*

10 Intende. Voluptas Veneris vocatur apicula. Iccircò luculenter Boëtius de *Consolat. Philosoph.* lib. 3. Metr. 7. succinit:

*Habet omnis hoc voluptas*
*Stimulis agit fruentes,*
*Apiumque par volantum,*
*Ubi gratia mella fudit,*
*Fugit, & nimis tenaci*
*Ferit icta corda morsu.*

*Apicula symbolum libidinis.*

Boët.

Vide huic proposito, si lubet, consona, apud Claudium Minoën in *Emblem.* 112. Alciat. Apicula pungit, verùm haud quantum valet, ni aculeum figendo, relinquat in vulnere, iam destinata morti: igitur interitus signum, in vulnerato deponere telum. Arbitror ideo dictum: *Ero mors tua ò mors*: siquidem Christus credentibus aperuit regna cœlorum, quoniam morte devicit mortis aculeum. Infigere aculeum, in apicula mors est. Ecce causa trophæi Benedicti Patris, dum iacula sensit Veneris; ut ultrà non sentiret, qui ita molestissimam sensit: etenim in corpore Benedicti Veneris derelictus est aculeus, & mortua etiam apicula Venus.

*Benedictus vel ne iris fregit audaciam.*

Ose. 13. 14. *Christus morte sua mortem vicit*

11 *Vacuus passionibus* plauditur à Papa Zacharia N. Benedictus, ut vidimus *Tautolog. 3. Didasc. 3. n. 2.* Non est homo? est. In hoc triumphi magnitudo: quippe passionibus vacuus, quasi non esset homo. *Cœlum cœli Domino, terram autem dedit filijs hominum*: dicit Regius Psaltes. Mirificum nè, quòd videatur infrà, in terra deorsùm, quod miramur & iurè, in cœlestibus sursùm. Quid hoc *cœlum cœli*? Aliqui huiusmodi cœlum autumant stellas, quæ exornant lucidè firmamentum. Alij verò cœlum Empyrium. Utrumque acumini favet, dum caro vulnerata Benedicti sine acumine, vacua passionibus floret. Vividè Benedicti trophæum repræsentat cœlum cœli, seu Empyrium: igitur dum alij cœli rorant volubilitate; cœlum cœli semper & ubique in quiete.

Zachi. Pap. *Benedictus passionibus vacuus.* Pſal. 113. 16.

*Semper in quiete.*

Stel.

12 Stellas fixas credimus, etsi firmamenti sit velocissimus motus. Ideo cœlum cœli dicitur de stellis, quarum propriétas lucet in Benedicto, victa tentatione carnis: siquidem dum firmamentum in pernici gyro, semper astra sine motu. Aliqui finxere animata & vagabunda, sicut pisces in aqua, ita ut esset cœlum firmum, ex quo firmamentum cœlum, cæterum cursus Astrorum. Non est huiusmodi stellarum cursus nec in cœlo, neque in astris inferioris mundi; dum splendet in terra cœlum cœli: etenim virginitate corporis mundum cor, sicut stellæ, non habet motum à se. Hoc stellarum insigne: in Benedicto magis mirabile. Quia astra mota, à Prisciis signabantur viventia. Maior est de Venere Benedicti victoria: igitur quia vivens, in Venerem est impulsus: sed victâ vel in vivente, Veneris non erat motus.

*Similis stellis.*

13 Audi Apostolum. *Cùm essemus in carne, passiones peccatorum, quæ per legem erant, operabantur in membris nostris.* In membris operantur carnis passiones, quamdiù homines fuerint viventes; quippe hæc lex peccati, ut appetitus conentur vivere sine lege: & iungit existentiam in carne, & passiones carnis; quia sine passionibus carnis in carne vivere, non est hominis. Passiones carnis sunt carnis inordinati motus; quia motus adversatur legi rationis, omni tempore, quo vivit pugnax mortalitas carnis: motus indicium passionum sunt, adversùs quos insurgit rationis lex: & sanè mirabile in carneo corpore humano, quòd passiones adessent, sed sine motu. Passiones carnis Paulus sentit, quia est in carne. Motus fugiunt Benedictum calcatâ Venere. Quid hoc Paule? Quid Benedicte? Ille sentit aliam in membris legem, legi rationis pugnantem: hic indutus novum hominem, haud habet in carne, nisi rationis legem. Effectus probavit virtutem, habente in conditione carnis præstantiorem conditionem: & patuit miraculum, quod nisi in statu iustitiæ originalis nô visum: igitur si in carne remanent spinæ originariæ labis; mirum itaque, quòd Benedictus esset in carne, & non haberet passiones.

Rom. 7. 5.

*Benedicti vita cœlestis.*

*Non habuit in carne carnis passiones.*

14 Deinde. Qui in carne est, lege peccati sentit ipse, quòd in carne sit; quippe vehitur, trahitur, impellitur in desideria carnis, passionibus corporis. Si Benedictus extra carnem esset, quiescerent pectoris sentes, quoniam non entis non sunt passiones: in illa erat, & in illa non erat. In illa, quia sugessit, & ingessit blandula Venus flammas libidinis. In illa non erat, quoniam sopivit flammis flammas Veneris. Ex huiusmodi victoria orta Benedicti excellencia, & Veneris fuga: igitur pro trophæo privilegium claruit insigne, ut in illa esset, quasi non esset in carne. Non est in carne, quicumque carnis non est: & in Benedicto non solùm insigne, quòd in conditione carnis viveret sine carnis conditiones; sed quòd quasi extra carnem nullis passionibus viveret, cùm esset in carne. Caro dicitur mortua, à qua sensus deficiunt; viva, cui adsunt: & iacet Benedictus in vita mortuus, quippe ad Veneris ludibria non habuit sensus.

*Imò extra carnem erat in carne.*

15 In *sensibus perfecti stote*: dicebat Paulus. Intelligitur modò auctoritas, dum Benedictus vicit ex toto Cupidinis flammas. Habet sensus sine perfectione, qui sequitur perfectionem sensus in carne: sed habebit sensus perfectos, qui habuerit, ut habuit post victoriam Benedictus: in carne erat, sed quasi esset mortua: in carne, ut habent cadavera: igitur ut sensuum perfectio lucet in Benedicto, habuit sensus sine sensu. In *sensibus perfecti estote.* Quomodò, & qua lege, cum lege carnis? Ita S. Benedictus auctoritatem interpretatur *Regul. Sanct.* cap. 4. instrum. 58. *Desideria carnis non perficere.* Perfectio sensuum imperfectio sentuum est, quia desiderijs carnis in carne minimè ducitur cor: & D. Benedictus sensus perfectos habuit, non habens sensus; quippe sine passionibus ad illecebras, & sine sensibus carnis in carnis delicias. Iure dicitur, vitam Angelicam habuisse in terris, cùm non habuerit sensus in sensu carnis.

1. Cor. 14. 20.

*Et in sensu sine sensu.*

S. Benedict.

16 Astruit Paulus in hoc statu huiusmodi hominis perfectionem, intra carnem, & extra carnem. *Semper enim nos qui vivimus, in mortem tradimur propter Iesum, ut vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali.* Hæc Doctor Gentium, queis constat quantis gratijs Deus ornaverit Benedictum. Vivit, & vivens in mortem traditur: tunc que virginitas privilegium ostenditur: igitur vivit in carne, quasi iam fuisset caro tradita morti. Caro mortua motu caret: & ut esset in carne, quæ summa carnis perfectio; in desideria carnis erat caro sine motu. *In carne nostra mortali*: ait Apostolus. Caro mortalis moritur, mortua non moritur: & caro Benedicti ita in sensibus perfecta, ut esset simul mortalis & mortua. In mortem traditur, dum caro Venere pungitur, ut corrumpant iacula, & rumpant vulnera. Tella caro Benedicti superavit: & tradita in mortem, vivit; quippe caro non moritur, dum non corrumpitur. De paribus atletis cecinit Martialis *Spectac.* Epigram. 30.

*Vita Iesu in vita benedicti ostensa.*

2 Cor. 4. 11.

*Eius vita Angelica.*

*Et caro mortua.*

*In-*





Martial

*Inventus tamen est finis discriminis aquis*
*Pugnavere pares, succubuere pares.*

Suo sepulti sunt inclyto triumpho: quippe *Cùm duo pugnarent, victor uterque.*

*Mortua similitudo nediti caro & Venus.*

Aliter pro triumpho Benedicti in Amphitheatro corporis, certamen Veneris & carnis. Cùm duo pugnarent, victus uterque, sed victor singulari virtute Benedictus: igitur in illo ex hac contentione victa caro, & victa Venus. Venus, quia posthac Benedicto sine facibus, caro verò estò vivens, quia sine sensibus.

Ibid.

17 Ni fallor, latet in auctoritate acumen. Vivit, & in mortem traditur, ut vita Iesu in carne eius mortali manifestetur. Qualis vita Iesu in carne mortali, ut manifesta fiat in corpore Benedicti? Caro Christi erat in similitudinem carnis peccati, sed non caro peccati, quia fomes extinctus, ita ut in passiones inordinati appetitus, quasi non haberet sensus: & huiusmodi cœlestis singularisque vita manifestatur in Benedicto. Veneris parta victoria; quippe si fomes in Christo extinctus, in Benedicto ligatus; siquidem in carnis desiderta, ac Venerem, quasi non haberet carnem. Christus corpus habebat in similitudinem carnis peccati, Benedictus habebat carnem peccati, ratione conditionis lapsæ, pronam in peccatum carnis. Sese vicit, & Venerem superavit: pòst verò nec motum sensit. O singulare privilegium! O naturæ miraculum! Magnum profectò, quòd in commendationem victoriæ Benedicti, vita Iesu manifestaretur in carne nostra mortali.

*Apparent aridæ*: dixit Conditor, cùm aquis esset oppleta terra. *Aliquid magnum latet sub aquis*: exclamat Rupert. hic. Magnum in profundo? Magnum profectò. Sepulta erat aquis terra; cum illam aquarum congeries undique imbutam vallaret: & iurè magnum, quòd terra ita sepulta appareret. Magnum, quòd appareret terra: sed prævaluit potestatis excellentia, ut quæ apparebat, appareret arida. In nostrum propositum exponit Augustinus de *Genes. contr. Manich.* lib. 1. cap. ult. *Separata labe, & fluctibus tentationum carnalium, tamquàm aridam habeat mentem à perturbationibus maris.* Fluctibus irruentis Veneris sepelitur Benedictus, mergitur, submergitur: sed apparet in mari tentationum estò sepultus. Obruit aqua, quæ intravit usque ad animam: tantæ molis erat. Verùm cor Benedicti non obruitur. Pectus validum in fluctus habuit. Magnum næ, quòd appareret. Magnum, sed omninò stupendum in crebris fluctibus Veneris, mentem aridam habere à perturbatione maris. Mirabiles elationes maris, mirabilior in altis Dominus: etenim Benedicto concesit, ut inter fluctus procellosè non fluctuaret. Apparuit, quia vicit: & in signum victoriæ carnalium fluctuum, apparuit terra arida, separata à labe & fluctibus tentationum carnalium. Fundavit terram super aquas, quippe carnem constituit ipsa fragilitas: sed separavit aquas ob insignem victoriam, ne converterentur operire terram.

Gen. 1. 9. Rupert.

*Magnè quòd caro non fluctuet inter Veneris flu ctus.* August.

*Vita Iesu in vita benedicti ostensa.*

*Carnalez nedicti à fluctibus tentationis apparuit arida.*

——— *Ne mollia sentibus*
*Lilia, purpurei neu per violaria campi*
*Carduus, & spinis surgat paliurus acutis:*

Canit Sedulius lib. 1. *Carm.* v. 276. Ecce Benedicti de virginitate labor, & ex victoria decor. Si nihil infesti valens vidisset, esset planè *Felix, sed sine laude foret.*

Ovid.

## DIDASCALIA V.

### *Virtute decet, non sanguine niti.*

1 CAnit Claudianus lib. 2. de *Laud. Stilicon.* Vera, æquè ac plausibilis sententia, cùm pereat vigens nobilitas, cuius laus est in origine sola. Vera de meritis ad temporalem famam, sed nimis audax ad æternam gloriam: ad quam non decet niti propria virtute, sed Christi sanguine: igitur sine huiusmodi sanguine non est virtus, sicut sine radice non est fru-

Claud. ian.

*Virtus nostra & Christi sanguis.*

*Ad cœlestia.*

Ovven.

ctus. Succinuit Ovvenn. *lib. 2. Epigram. 8.*

*Antiquùm est: Virtute decet non sanguine niti.*
*Non meritis, famen sanguine nitar ego.*
*Non inquam virtute decet, sed sanguine niti:*
*Non virtute mea, sanguine Christe tuo.*

Omnia possumus in eo, & nihil sine illo possumus facere: virtuteque decet, atque sanguine niti.

*Gloria aliena, non nostra.* Luc. 24. 26.

De splendore loquitur Vates originis, & de splendore virtutis: inter utriusque insignia, virtutis longè lateque decora: siquidem virtutis propria, sanguinis aliena: & quæ aliena non sunt propria. *Hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam:* dicit Servator discipulorum, resurrectionem expectantium comes, ut gloria per crucem esset illustris. Sufficiebat dicere *in gloriam*: & dicit *suam*; quoniam ni sua, haud haberetur ut gloria. Gloria est sublimis, si acquiritur pretio sanguinis. Eius erat gloria, ut filius Patris Æterni, & hæreditatis iure, habebat per naturam: hancque haud signat propriam gloriam; quippe ut homines invitaret virtutibus gloriæ, exprimit quam habebat ab opere, & nequaquam ab origine. Ita oportet intrare. Erit gloria, si fuerit ita: siquidem quam habebat iure, acquisivit sanguine. Observa, quid Assertor dicat discipulis: *In hoc clarificatus est pater meus, ut fructum plurimum afferatis.* Sit: verùm ad quid fructus? dicit: *Hæc locutus sum vobis ut gaudium vestrum impleatur.* Hæc est nobilitas nobilitatis, quippe quæ non tantùm a gloria genitoris. Nobilitas comprobatur fructu, & possidetur gaudio; cæterùm non est gaudium, quandiu non habuerit fructum: imò non habebit fructum nec gaudium, si non vestrum. Nobilitas est gloriosa cum est vera: erit ex fructu gaudium, & gaudium plenum: igitur numquam plena, dum in hærede nobilitatis non hærent insignia nobilitatis opera. Stemmata quid faciunt, si sunt virtutis stigmata? Quid prodest longo sanguine censeri, & vitijs cruentari?

*Quæ pretio sanguinis magna.*

Ioann. 15. 8.

*Quanta plena.*

V. 11.

*Ergo ut miremur te, non tua, primum aliquid da,*
*Quod possim titulis incidere præter honores,*
*Quos illis damus, & dedimus, quibus omnia debes.*

Iuvenal

Ait meritò Iuvenalis *Satyr. 8. v. 68.* Quales nam honores sine meritis? Non honores. Quid tituli tantùm? Ungitur lapis etiam in titulum, sed remanet lapis, sicut homines titulis. Cuncta illis debent, & nihil illis debetur, cùm gloria aliorum in propriam commendationem demonstratur: siquidem vel in honoribus summum dedecus, dum

*Honor sine bonore indigna.*

honores miramur, & non illos. *Sicut stellas cœli, semen Abrahæ Dominus promittit multiplicandum.* Quid splendor stellarum propagationi hominum? Nobile lucet exemplar, ut hominibus gloriæ cupidis addatur calcar, ad optandam veram nobilitatem, per virtutem. Originem habent homines à sanguine: & ut sint iure nobiles, æquantur stellis cœli, quarum non ab origine splendor, sed origo à splendore.

Gen. 22 17.

*Non ab origine splendor sed origo à splendore.*

2 Hominem intendit facere Conditor præstantem nobilitate; & *Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ.* Ecce materia nobilitatis, pulvis. Haud aliam originem quærat pectus gloriolæ cupidum, ab uno hoc omne genus humanum. Ergo ut surgat è pulvere, minimè nitatur sanguine: etenim ni accedat virtutis præstantia, præstantia nobilioris haudquaquam surgit à terra. Formavit igitur Deus hominem, qui eius spiraculo, *Factus est in animam viventem*; ut constaret, quòd hominis nobilitas ab anima, non a terra. Nobile ne a pulchritudine corpus? Si sic, ita nobilis truncus. Corpus sine anima habet sanguinem, verùm in operationibus nullam virtutem: & virtute decet, non sanguine niti, studentem verè ingenuæ nobilitati: siquidem cum ab anima derivetur vitalitas; sine operibus, sanguini corporis non potest esse nobilitas. *Animus facit nobilem* (inquit Senec. *Epist. 44.*) *cui ex quacumque conditione supra fortunam licet surgere. Intuendum est, non unde veniant, sed quò eant.* Ratio patet. Nobile est singulare inter commune. Quomodò nobilitas, ubi nulla operum singularitas? Nec habet, quod cæteris commune, procul opere. Quid prodest unde veniat, si inde non movetur ultrà? Erit sanguinis nobilitas, sed planè mortua.

Gen. 2. 7.

Ibid.

*Sine operibus non potest esse nobilitas.*

Senec.

3 Fecit Deus hominem, & ut operaretur, *factus est in animam viventem.* Præsidem cunctorum constituit, super terrena terrenum erexit: cæterùm cùm cuncta diceret bona, recedit elogium ab humana creatura. Homo non bonus? Bonitatem probabit eventus. Si Deus fecit, & quæ fecit bona cuncta (quorum nobilitas à Conditore rerum) nobilitas subticetur Præsidis universorum? Utique: cætera haud habebant, neque habere quibant aliam nobilitatem, præter originem. Ab hac hauserant cum existentia splendorem: hominis est alia bonitas, alia nobilitas, quæ a virtute, & non ab origine: unde ut abdicant sanguinem, & sequantur stemma virtutis, subsit cœur meditanter origo nobilitatis: quippequam hominis origo ab operum splendore, & nequaquam

*Vera nobilitas operum claritas*



quàm splendor ab origine. Ideo postquàm homo formatus, dicitur: & *factus est homo.* Originem habebat corpus hominis, sed sine operatione, quousque infusa anima rationalis. Accessit nobilitas, dum accessit operositas: igitur cui adest tantùm nobilitatis origo, non est homo. Non est homo, quia homo dumtaxat à sanguine, & non à virtutis splendore.

*Homo bomo à virtute, non ab origine.*

Eccli. 45. 1. 7.

4 *Nemo natus est ut Ioseph, qui natus est homo.* Quis hominum homo non natus, ut dicatur, quòd Ioseph natus est homo? Omnes nascuntur homines, sed non sunt homines omnes, qui homines nascuntur: nascuntur homines, quia ab hominibus nascuntur: & non sunt, quia non sunt ad quod nascuntur homines. Considerant unde veniant, non quò ire inde hominibus, ut sint homines, congruat. *Unde* sanguis est. *Quò* virtus: & nemo ut Ioseph est natus quia à splendore sanguinis, transivit à puero ad splendorem virtutis.

*Si non à virtute, nec à sanguine.*

Clarius dicam. Nasci è nobilibus fortuna est, sed plane sub cuiuslibet manu, ne sit fortuna; cùm sit singulis virtus (à qua sanguis nobilis) & ex quacumque conditione posset homo supra fortunam surgere. Homo fit, dum nascitur; & nascitur dum fit homo. Fit homo, si operationes virtutis non degenerant à splendore sanguinis: & Iosephum plaudunt hominem natum ob momenta acquisitarum virtutum; quippequam licet ignobilis esset, per opera sanguis haberet honorem: & meruit illustriùs gestis, quam sanguine accepit nobilitatem.

*Nobilitas vera, quam affirmant opera.*

5 Ulteriùs. Homo nascitur, dum homo cognoscitur: in ortu cognoscitur origo; & qui tantùm cognoscitur homo origine, non est homo. Fit homo, dum cognoscitur filius nobilitate parentis: nascitur homo, dum per opera filij patet nobilitas patris: & nemo natus est ut Ioseph in illo sæculo; quippequàm natus est homo: siquidem sanguinis patris nobilitas summa, virtute Iosephi est summè nobilitata. Canit Solius Sidonius Apollin. in *Epitaph. Patris* v. 17.

*Et nobilitant.*

Sidonius Apoll.

*Hoc primum est decus, hæc superba virtus,*
*Spe præcedere, quos honore iungas:*
*Quique hic sunt vitulis parentes,*
*Hos illic meritis supervenire.*

6 Baptistæ nota nobilitas, sed amplior propria, quàm sanguinis generositas. Si elaboravit virtus, nobilius splendore sanguinis genus. Nobilitatur parentibus: amplius moribus. Insignitur præclaro sanguine, & magis cœlesti munere; *ut per parentes ita inclytos descenderet ad Baptistæ miraculum cogitatio, in quo quasi in elaborata apprimè*

*Baptista nobilis genere, nobilior munere.*

*tabula manus Domini erat & florebat:* inquit Idiota Serm. de *S. Ioann. Baptist.* Retorqueamus meritò in dignum, quòd illò indignè direxit Tibullus lib. 4. in *Panegyr. Messal.* v. 28.

Idiota.

*Nam quamquàm antiquæ gentis superant tibi laudes,*
*Non tua maiorum contenta est gloria famâ,*
*Nec quæris quid quaque index sub imagine dicat,*

Tibull.

*Sed generis prisci contendis vincere honores.*
*Quàm tibi maiores, maius decus ipse futurus.*
*At tua non titulus capiet sub nomine facta:*
*Queis potius certamen erit. Sim victor in illis,*
*Ut nostrum tantis inferiam nomen in actis:*

Ita igitur Ioannes commendatur à natura. Videamus quantum à gratia. *Erit enim magnus coram Domino* (dicit Angelus Patri Zachariæ) *& Spiritu Sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ.* Occurrit origo vera nobilitatis, quæ minimè à nobilitate originis. Magnus est homo apud homines, qui nascitur à magnis: apud Deum, qui facit magna; cùm reddat unicuique secundùm opera propria: & Ioannes non tantùm dicitur magnus coram sæculo, sed etiam coram Domino; quia nobilitatem generis splendor superavit acquisitæ virtutis. Magnus non est, qui magnus æstimatur avorum, ac parentum magnitudine; cùm magnitudo generis non sit à genere: sed qui est magnus magnitudine propria, & actorum excellentiâ. Hæc est vera generis magnitudo: & Baptista magnus dicitur coram Domino; quia à se habebat splendorem magnitudinis, & non a genere patris. Commendare intendit Angelus nobilitatem Baptistæ: quæ nequaquàm sumitur à patris nobilitate; igitur per fortunæ pignus, nemo magnus: & dumtaxat splendida generis qualitas, non est hominis nobilitas.

Luc. 1. 15.

*Generis dumtaxat qualitas non est nobilitas.*

7 Patet ex contextu. *Spiritu Sancto replebitur adhuc ex utero matris.* Honor Præcursoris effulgurabit latè ante tempus nativitatis. Cæteri hominum cognoscuntur, postquàm in lucem editi: Ioannes erit magnus ante lucem: siquidem erit coram Domino magnus, priusquàm agnoscatur quoruminam parentum filius. Non ab utero genitricis, seu tempore nativitatis; sed adhuc ex utero erit magnus coram Domino: etenim cùm nobilitas extollat hominem, accipientem ab operibus nobilitatem; Ioannis nobilitas designatur adhuc in matris utero, ut eius splendor non nasceretur ab ortu. Adhuc ex utero matris, quia per il-

*Sed illa quæ non oritur ab ortu.*

lum illustrata nobilissima principia formationis.

Genes. 1. 17.

8 Fecit Deus duo luminaria magna, unum ut præesset diei; aliud, ut nocti præesset. Constituit igitur fulgentem fabricam, *ut lucerent super terram.* De terra erant, & super terram coruscabant. En summus splendor: non materia superavit formam, cum lucerent super terram. Hoc mirum sanè: quòd de terra essent, & lucerent super. Ita designatur Solis Lunæque materia à Sinaita lib. 4. in *Harmer.* dicente: *Cum Solem & Lunam sicut Adam, & Evam super terram esset fabricatus; postea in altum sublevatos posuit in firmamento.* Terra materia horum luminarium: & collocantur super terram, ut illustrent formationis principium. Lutum nullum habet splendorem. Sol & Luna copiosissimam lucem: & in altum super cœlos collocantur; ut terra à quâ esse habuerunt, illuminetur: igitur ex ignobili principio, lucent superiori throno, indice nobilitate, quæ nequaquàm ab origine: siquidem ita magna, ut minimè lucerent per principia, quicis formata; sed splendorem dederint principijs, à quibus orta. Non super cœlos in quibus erant, coruscabant, sed super terram, à qua originem ducebant; ut insignis esset luminarium nobilitas, cùm à seipsis tantùm oriretur claritas: etenim origo illorum suo fulgebat splendore, & illa nullum habebant splendorem ab origine.

Anast. Sinait.

Splendor originis est origo splendoris.

9 Nobilitas profectò nitet splendor hominis; ut inter lutum commune sit, qui præstat, singularis. Alij prudentes vel non habent lampades, vel si habent acquirunt oleum operibus, sumptis splendoris lampadibus. Alij fatui, acceptis generis splendidi lampadibus, secum oleum operum non ferunt. Clarent splendor originis, & origo splendoris. Modò perpende. Lux in materiam terream illata est, & claruerunt ex terra Luna & Sol. Lux lampadum inclusa est in lagenis militum Gedeonis, & cum ruina lagenarum fulserunt lampades. *Cæperunt buccinis clangere, & complodere inter se lagenas.* Nullo modo est in nobilitate nobilitas.

Oleo operum lucent lampades nobilitatis.

Iud. 7. 19.

Iuvenal.

*Nobilitas, sola est, atque unica virtus.*

Iuxta Iuvenal. ubi supr. v. 20. Ex eodem luto sunt omnes homines. Splendor est nobilitatis: sed alij destruunt principia, alij illustrant ignobilia exordia: igitur complodunt lutum, à quo & in quo sumpserunt generis splendorem; cùm alij generi luteo aggregent nobilitatem.

Plures non habent generis thesaurum, & in vasis fictilibus studiosè virtutibus congerunt: plures thesaurum nobilitatis habent in vasis fictilibus, vitijs facientibus angustias, lucis largitæ includentibus flammas: limus ubique est: sed vitijs vergit in destructionem generis, & virtutibus surgit in apicem splendoris: igitur qui Sol in virtute, illustrat formationis ignobile lutum; qui verò lampas sine oleo devenustat nobilissimum principium. Sine fomite præclarè actorum lampades nobilitatis extinguuntur. Pater filijs nobilitatis lampada tradit, ut fomite vitæ actis agendis coruscet. Haud egregiè respondet, qui lucem accipit, ut accipiat, & lutum nobile destruat; sed qui accipit lutum, ut portet virtute in cœlum: siquidem dedecet accipere genus splendidum patris, & non lucere tamquàm splendorem generis.

*Genus virtutis est splendor splendoris generis.*

10 *Si cognovissetis me, & patrem meum utique cognovissetis*: dixit Assertor N. Iesus mœrentibus propter eius absentiam summè, discipulis. Tunc ergo Philippus: *Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis.* Sufficiebat sanè, in divina inenarrabili generatione, ubi nec genitor genito prior, nec genitus est genitore posterior ubi eadem maiestas, eadem claritas, eadem *Usia* eadem substantia proprietate distincti, sed natura non discreti. In generatione humana profectò non ita, quia ab origine sæpe devia natura: & ad honoris complementum, ex nobilitate patris parvum indicium: igitur parum habet honoris, qui totus cognoscitur per auctoritatem patris. Nemo est, qui licet agnoscat generis claritatem, veneretur, si tantùm claritas generis: & ita non sufficit, ostendi patrem; ut habeat habens generis splendorem. Ideo dixit: *Si cognovisetis me, & patrem meum utique cognovisetis*: siquidem clarius est, quòd genitor insignis cognoscatur per prolem, quàm quòd proles solummodò cognoscatur per patrem.

Ioann. 14. 8.

*Parum honoris cognosci per honorem sanguinis.*

Vers. 9.

11 Abstraxit Dominus, Philippo respondens. *Tanto tempore vobiscum sum, & non cognovisti me?* Ex filij cognitione, clara fit cognitio Patris cœlestis, quem honorificavit Christus adhuc in substantia carnis. Per Patrem cognosceretur filius genere: per opera, quàm digne accepit genus à patre: & dum exposcitur ostensio Patris, sese filius ostenditur ut obiectum cognitionis; quoniam aptiùs cognoscitur nobilitas per originis splendorem, quàm per originem. Pater cœlestis est pater luminum, qui habitat lucem inaccessibilem: venit filius factus homo, ut mundus qui non cognovit, cognosceret Patrem: & sese filium ostendit, dum ostensionem Patris discipulatus percupit; ut constet vera & insignior nobilitas, dum in filio

*Per Patrem filius cognoscitur genere: per opera, quàm digne ac cepit genus à patre.*



filio lucet originis claritas: igitur malus est, ut per filium Pater cognoscatur pater luminum, quàm quòd filius sit genitus in splendoribus sanctorum.

12 Nobilitas est veluti fides. Sine operibus mortua est. Statua Hermetis, sed sine manibus trunca. *Non enim omnes, qui ex Israël, ij sunt Israëlitæ: neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filij; sed in Isaac vocabitur tibi semen: id est, non qui filij carnis, hi filij Dei, sed qui filij sunt promissionis æstimantur in semine.* Quid caro nobilis, si spiritus nequam? Caro autem non prodest quicquam.

Rom. 9. 6.

*Pulchrius est nobilem virtute fieri, quàm nasci.*

Iuven.

*Quis enim generosum dixerit hunc, qui*
*Indignus genere, & præclaro nomine tantum*
*Insignis?*
Quid manus vacuæ?
——— *Trunco simillimus Hermæ*
*Nulla quippe alio vincis discrimine, quàm quòd*
*Illi marmoreum caput est: tua vivit imago.*

Idem.

Canit Satyricus ubi supr. vers. 54. *Clarus sanguis elationem parit, potentiam affectat, conculcat inferiores, pares contemnit, superiores habere dedignatur, loquitur grandia, totus tumet alto magnoque sanguine*: ait Ioannes Sarisberiensis lib. 8. de *Nugis Curial.* Rigidè loquitur: verùm levis censura pro huius sæculi nobilium insolentia: siquidem arbitror (utinam fallerer!) potius athæos, quàm Christianos. Dum rogant, indignè proiecti; dum rogantur, superbissimi. Licentiam vitiorum, vivere sine lege, studere vanitati, satagere de domus splendore, iniqua cogitare, omnes opprimere, immodestiam sequi, flagitia prosequi, in crimi-nibus singularitatem vel habere, vel fingere, insidias instruere, severitatem pro maiestate conficere (novi quemdam ita insanum, ut maximè exultaret, dum cum illo loquens verbis offenderet. Nihil potiùs valebat ad gratiam, quàm labijs exspirare loquelam: dedecusque auctoritatis rebatur maximum, loquentis eloquium rectum: ita in vanitatem pronum, ut in nullam renderet actionem moralis virtutis, ni à consiliarijs imbueretur, vel ad minus fuco tingeretur vanitatis, ac colore ostentationis. Quàm longè ab huiusmodi arrogantia vel Echnici modestia! *Hæret lateri tuo* (dicit Plinius Traiano in *Panegyr.*) *quisquis accessit: finemque sermonis suus cuique pudor, non tua superbia*, (deest magnitudo auctoritatis *facit.*) Fas, quod voluntatis ius, ius quod appetitus lex; iudicant astituere nobilitatem, & conservare splendorem.

Sarisb.

*Mortino bilium.*

*Phantasia cuiusdã Principis.*

Plin.

*Turpia credoni, Volsci, Brutumque decebant?* Minimè illis alia cogitatio, aut conversatio, nisi de genere singulorum, ac de gratia meretricum.

Iuvenc.

13 Hoc fulcrum nobilitatis. Hoc insigne splendidi generis. Potiùs dicam gregem fanaticorum, ludicrè atque seriò debacchantium. *Quotus quisque est, quem avi sui non pœniteat?* dicit iurè Barcalus in *Euphorm.* lib. 3. Latet aliquid in prosapia fastidij, tota licet atria veteres exornent undique ceræ. Non maiores olim ex regibus: non reges ex maioribus. Unde ergo tantus flatus? Caro ex Adamo, anima cuiusque à Deo. Si nobilitas quid est inter commune singulare; utrumque commune. A virtute igitur accipienda est differentia, ut in communibus sit nobilitatis forma. Anima & corpus nequeunt generosum reddere quemquam: in se virtus claudit veram nobilitatis causam. *Servi à regibus, reges orti sunt à servis*: ait Plato in *Alcibiad.* 1. igitur *Reges ex regibus nasci, donec origo revocetur ad Iovem*: vel ipse ridet ibid. Quid quòd Nabal ex genere Caleb? Quid Iob ex genere Esau? Hic nobilis inter omnes orientales: ille vilis, rusticus inter omnes gentes. Ille convertit generis ignominiam in gloriam: hic generi optimo intulit ignominiam.

Barcl. *Nemo est quem avi sui non pœniteat*

Plat.

1. Reg. 25. 1. Gen. 36 32.

14 Huiusmodi vicissitudo, generis ascensio & descensio in statua, quæ occurrit Nabuchi phantasiæ, habet hieroglyphicum insigne. *Huius statuæ caput ex auro optimo erat: pectus autem & brachia de argento: porrò venter & femora ex ære: tibiæ autem ferreæ, pedum quædam pars erat ferrea, quædam autem fictilis.* Ecce splendor humanæ propaginis. In deteriora traduce descendit: in pretiosiora etiam scandit. In voluntate fuit quòd genus descendat, vel ascendat. Quod ascendat de limo in pretiositatem auri; vel quòd descendat ex auro in dedecus luti. Caput optimum erat, quasi principium generis ex auro, sed nulla pars respondebat principio. Ecce fatuitas hominum: gloriari scilicet in luto vitiorum, quòd genus habeat ex metallo nobiliore principium; cùm non sit genus, vel regalibus insignibus illustrius, cuius sordes non sint in pedibus eius.

Dan. 2. 32.

*Nobilitas designata in statua Nabuchi,*

15 Cur autem ex luto in aurum, ex auro in lutum fiat transmutatio, haud aliam habet causam, vel originem, præter operositatem, vel actionum omissionem. Observa: omnibus membris corporis humani statua constat: verùm manibus caretur: per manus operatio designatur: per caput sta-

*Otiositate in deterioratur nobilitatis splendor.*

tuæ

tuæ origo generis exprimitur: si otiosis in genere manus, quid mirum, quòd in deterius ruerent nobilissimum genus? Taxantur Præsides & Concionatores, qui vivunt sine exemplo. Si manus sine opere, vel in summo otio: quid audientibus aurea proderit cogitatio?

Iuven. *Omne animi vitium tantò conspectius in se*
*Crimen habet, quantò maior, qui peccat, habetur.*

*Exemplum in Præsidè, & Concionatore necessarium.*

Canit qui supr. v. 140. Caput destinatur intellectionis regimini: manus verò intellectarum rerum operationi: & dum omittitur operatio, intellectus tantummodò sine pretio. Manus respondere debent capiti: operatio intellectioni: & non tantùm manus, sed *aureæ manus* capiti aureo, sicut respondebant in Sponso. Sublimitas operæ sublimitati intelligentiæ: siquidem nullius prætij aurea verba, si desint opera.

Cant. 5. 11, 14.

16 Igitur principali proposito. Caput nobilissimum habebat statua. Non ita nobilia pectora, brachia, &c. Perpende: *Pectus autem & brachia de argento.* Brachia habebat, sed manus non habebat. Ecce causa degeneris metalli membrorum ac capitis, atque ignobilitatis nobilissimi generis. Per brachia potentia ad operandum describitur: per manus carentiam, omissio operationis ostenditur: & omninò lamentabile in humano luteo vel aureo genere, quòd descendant otiositate geniti de aurea origine ad lutum; dum possint, uti progenitores fecerunt, de luto ascendere ad aurum. *Solemus dicere* (infit Senec. de *Brev. vit.* cap. 15.) *non fuisse in nostra potestate, quos sortiremur parentes. Sorte nobis datos. Nobis verò ad nostrum arbitrium nasci libet. Nobilissimorum ingeniorum familia sunt: elige in quam adsciscì velis: non in nomen tantùm adoptaveris, sed in ipsa bona.*

Ibidem

*Opera deserant genus.*

Senec.

17 Aliud maximè Monachis præstat in emblemate documentum, ut imitentur caput aureum, à quo originem ducunt. Gloriamur, quia parentes Patriarchas habemus: cæterum eorum virtutibus & tribulationibus non gloriamur. Quid quòd caput aureum, & corpus fictile? Quid quòd pretiosum, & corpus abominabile? Quid quòd caput solidum, & corpus aureum specie, totum vacuum? Quid quòd caput fulgeat tot dotibus, tot virtutum insignibus, & brachia fulgere soliciteni sine manibus? Licèt præstet speciosa, paret statua manca.

*Monachi imitentur Patriarchas*

*Disce virtutem, verumque laborem.*
*Sis memor & te repotentem exempla tuorum,*
*Et pater Æneas & avunculus excitet Hector.*

Virgil.

Miserum est oculos habere, & cæcutire. Aures, & surdescere. Manus, & otiari. Pedes, nec gressum dirigere: linguam demùm nec verbum loqui. Quid in huiusmodi degeneri figura? Mera statua. Faciamus statuam auream, sequentes magistram regulam: ut constet sæcularibus in vitia projectis,

*Qua simus origine nati.*

Ovid.

Hæc obiter, quia late *Didasc. seq.*

## DIDASCALIA VI.

### *Ad virtutem venitur per ipsam.*

1 AIt Seneca *Epist.* 89. Virtus sæpe vocatur quæ non virtus, sed virtutis species; ut fallant, vel potiùs fallantur corda apparentiâ coloris. Causam ostendit ipse *Epist.* 44. *Si quid est, quod beatam vitam potest facere, id bonum est suo iure: depravari enim in malum non potest. Quid est ergo in quo erratur? Cùm omnes beatam vitam optent, quòd instrumenta eius pro ipsa habent, & illam dum petunt, fugiunt. Per insidiosum iter vitæ non solum ferunt sarcinas, sed trahunt.* Multis importuna videntur in perfectionem, & sunt sarcinæ: quas ferentes non ferunt, nec trahunt; imò trahentes ab illis trahuntur. Ambulantes pondere offendunt usquequaquè, sarcinis valentioribus pede: & cùm procedentes succumbant, iter non ambulant, quoniam à meta deviant.

Senec.

Idem.

*Quæ ali quando perfectionis videntur pœnæ, sunt sarcinæ.*

*Frigida curarum fomenta relinquere posses,*
*Quò te sapientia cœlestis duceret, ires.*
*Hæc opus, hoc studium, parvi properemus, & ampli,*
*Si patriæ volumus, si nobis vivere cari.*

Horat.

*Non locus desertus, faccus pro veste, legumina pro cibo, neque ieiunia, neque chamenuæ simpliciter Monachum absolvunt.* Ita Cyprian. de *Duplic. Martyr.* cap. 14. Hæc perfectionis instrumenta, sed non perfectio; quoniam frigida curarum fomenta concipiuntur in animo, queis infeliciter fugiunt, dum perfectionem exterioribus petunt.

Cypr.

2 Hæccine perfectionis impedimenta vel petentibus in perfectionem. Iter perfectionibus perfectionem arbitrantur, & semper sunt in itinere, verùm non ambulantes, sed sedentes. Unde tanti interest, quòd sint in itinere, quàm si essent longè: igitur cognoscunt viam, verum non ambulant.

*Ego*



Isai. 48. 17.

*Ego Dominus Deus tuus docens te utilia, gubernans te in via, qua ambulas.* Semper enim utilia consilia Dei, ut in perfectionem proficiscatur cor: exterùm sine utilitate proponuntur cùm minimè animi defides proficiscantur, habentes viam, sed neutiquam ambulantes per eam. Non prodest esse in Religione, & Religiosum non esse. Esse in Religione est instrumentum virtutis: Religiosum esse, est ipsa virtus cordis æstuantis: & numquam Monachi nanciscuntur perfectionem, quoniam non veniunt ad virtutem per virtutem; sese plaudentes inani gloriola, eò quòd habeant perfectionis instrumenta: & cum iactantia atque apparentia instrumentorum, cultu exteriorum specierum, queis latet virtutis corpus; numquam ponunt in via gressus suos.

*Non prodest esse in Religione, & Religiosum non esse.*

3 Monachi Angeli nuncupabantur ab Antiquis, ut vidimus hic *Tautolog.* 5. num. 25. Quare Novarinus in *Umbr. Virgin.* Excurs. 113. num. 1046. infic: *Qui terræ hærent, & terrena cogitant, licèt Monachorum habitum habeant, verè Monachi non sunt, & Angelorum nomen non merentur. Qui est de terra de terra est, & de terra loquitur.* Indicatur modus, quo qui de terra est, de terra non sit: igitur cùm lingua loquatur, quæ ab amore in pectore concipiuntur; est de terra, qui terram cogitat, & super terram terreus qui non cogitat terram. Quid si habitu Monachi, & moribus contra Monachi habitu? *Habitu humiles, & moribus pestiferi. Habitu religiosi, & moribus exitiosi. Habitu amici, & moribus inimici. Habitu gratiosi, & moribus odiosi. Habitu exercitatores seduli, moribus athletæ ignavi. Habitu sobrij, moribus prædones. Habitu pudici, moribus adulteri. Habitu modesti, moribus vagabundi. Habitu mites, moribus arrogantes. Habitu consolatores, moribus destructores. Habitu consiliarij, moribus obtrectatores. Habitu simplices, moribus duplices. Habitu defensores, & moribus proditores.* Hucusque Ephræm Tom. 1. libell. *adversus vitiosè viventes.* Et ferè eadem Augustinus libell. de *Specul. peccator.* cap. 8. Breviore periodo N. Patriarcha *Regul. Sanct.* cap. 1. expressit: *Adhuc operibus servantes sæculo fidem, mentiri Deo per transitum noscuntur.* De terra sunt & de terra loquuntur, cùm status conditione debeant esse super terram, fugientes quam instrumentis sequuntur perfectionem; quoniam adhuc pravis operibus, sæculo servant sub habitu fidem.

Novar.

Ioan. 3. 31.

*Pravi Monachorum mores.*

Ephræm

Augustin.

S. Benod.

*Notus fidei sæculo sub habitu religiosi.*

4 Loca diversa receperunt semen verbi Dei, sed *aliud cecidit in spinas, & ascenderunt spinæ & suffocaverunt illud, & fructum non dedit.* Non ita imprudens Seminator casti consilij, ut inter spinas spargeret semen verbi. Cur igitur in spinas cecidisse perhibetur semen, dum semen fugit semicolam tellurem? Patet ex Luca: *Simul exortæ spinæ*, ait: si simul exortæ, cùm seminatum est verbum, non erant spinæ. Quo ergo pacto, si spinæ non erant, semen cecidit inter spinas? Spinæ non erant, sed erant spinarum radices. Erant spinæ latentes: & semen cecidit inter spinas, quippe ibi erant, estò lateret pravitas.

Marc. 4. 7.

Luc. 8. 7

*Radix vitiorum secunda.*

Symbolum arbitror perversæ Monachorum conversionis, dum semen selectum vallatur spinis. Spinæ sunt, curæ sæculariunt, voluptariétas appetituum, ambitio dignitatum, relaxatio cordium, æmulationes, detractiones, proditiones, insidiæ, decipulæ, philautia, & cætera lolia. Latent sub habitu religioso, & nõ destruuntur, quia latent. Latent sub Monachi specie, & usque ad tempus non apparent, quæ latebant spinæ. Conversatio ostendit, quas pectus fovit: & in conversatione non morum mutatio, sed perversio; quoniam sub habitu Monastico Religionis specie, ut magis prævalerent, servabantur spinæ. Allicit corda preciosa virtus, quam nitide demonstrat intuentibus habitus: sed facies meditanter deauratur, ut dolus sine cautione operetur: igitur partâ iam cognitâ occasione, apparent statim quæ latebant spinæ. O Bone Deus! Hic est decor fastus? Hic habitus religiosus? Nihil igitur turpius, quàm sub larva virtutum abscondi spinas vitiorum. Haud vivere religiosè volunt, sed arte in genium, ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum. Spinis patentibus, nullus illis honor à sæcularibus: & speciem pulchram quærunt, ut sine suspicione germinent spinæ cupiditatum.

*In illis sæpe perversio, & non conversio.*

5 Spinæ ibi erant: super huiusmodi spinas semen cecidit, verum minimè prævaluit: igitur licèt semen sit bonum, inter spinas cordis non fert fructum. Simul exortæ spinæ cum semine. Ecce animi hypocrisæ, & dæmonis fallaciæ: quasi speciositate fructus vitentis, foverentur sentes cordis, & allicerentur humana corda perfectionis apparentiâ. In hæc tendunt, quin agnoscant præcipitium: cùm nequeant oriri in fructum semina præclaræ virtutis, spinis ibidem affectionum seminaris: igitur humorem quem participare debent virtutes, fugunt luxuriantes vepres. Perpende. Spinæ aculeos habent, queis proximos ulcerant, sed non suffocant. Cur ergo dicitur, quòd

*Ubi spinæ prævirarit, ibi nec semen virtutis.*

quòd *suffocaverunt* semen proiectum, non quòd vulnerarunt ortum? Quia non ortum semen. Vulneratur, laceratur, quod existit: & semen suffocatur antequàm nascatur; quippè ubi spinæ vitiorum in terra cordis, ibi nec semen virtutis.

S. Benedictus. Præcaver in suis Monachis Legislator omnium Benedictus: *Neque dissimulet Abbas* (ait ubi supr. cap. 2.) *peccata delinquentium: sed mox ut cœperint oriri, radicitùs ea, ut prævalent, amputet.* Noo contemplaris Legislatoris acumen? *Ut cœperint oriri. Ut prævalent.* Apte. Prævalent & prævalebunt, si semel oriantur. Parum dixi. Prævalent etiam in semine. Astruit contextus. *Aliud cecidit in spinas; & ascenderunt spinæ, & suffocaverunt illud, & fructum non dedit.* Semen non ascendit, & spinæ ascendunt? Utique, sunt spinæ: & vitia ascendunt, quamprimùm oriuntur. Si prævalent sepultæ, quid exortæ? Illæ ascendunt, virtus suffocatur. Ascenderent virtuosi, modò suffocarentur iniqui. Verùm quomodò virtutes virebunt, si ante exortum suffocantur? Perperàm virtus florebit in exemplum, & imitationis excellentiam; cùm vitiosi nec respirare sinant, nec capere auram.

Plutes inter vitia languet, vel coarcescit.

*6 Radicitùs*, meritò insit: igitur nullæ virtutes, dum vitiorum sunt radices. Officium ædificatoris, aut reparatoris committitur Ieremiæ, & ut creditis respondeat; tenor præcepti est, ut evellat, & destruat. Non sufficit ad destructionem destruere? Non sufficit. Minimè destruitur, quod destruitur, nisi evellatur: quippe semper prævalebunt spinæ in excellentiam perfectionis, ni summo conamine evellantur radices. Latet anguis sub herba, & sub cultu splendenti vomuntur toxica. Ergo amputentur radicitùs, ut in virtutem, oppositis suffocatam, tendat dulciter pectus: siquidem nemo sequetur, qui virtutes pressas viderit, & nemo non sequetur, qui crimina ita plausa circumspexerit.

Ierem. 1. 10.

Alia & peioris conditionis latet causa, cur ita prævaleant vitia. Semen bonum seminatur in agro cordis: unde ergo sentes? Non sunt simul spinæ seminatæ: quomodò ergo *simul exortæ spinæ*? Huiusmodi vitium oritur in terra humana, à malitia in habitantium in ea: igitur propter radicatam cordibus iniquitatem, faciunt terram fructiferam in falsuginem. Proh dolor! In eodem prato, quo apis mellas, virus conficit aranea. Semen bonum est, uti verbi Dei selectissimum granum. Insunt exempla virtutum, charismata gratiarum, sollicitudo agricolæ Præsidis, & continuæ irrigationis. Hic non seminantur spinæ: verùm simul, cùm non essent, sunt exortæ; quia telluris cordis pravitas, selectum tritici granum transmutavit in spinas. Quanta erit agricolæ amaritudo huiusmodi transformatio? Infelix tempus, infelicior labor: quandoquidem terra elaborata tot sumptibus reddidit spinas pro laboribus.

Vitia amputantur radicitùs

Luc. ubi supr.

Fructus malitiâ conversuntur in vepres.

7 Querimonia, quam expressit Dominus de populo Hebræo, invenitur palàm de Monacho: igitur ut sit vitis abundans plantata in domo Domini, segregatur à sæculo, removetur à mundo, divinæ custodiæ munitione vallatur, ab incursibus spiritalium bestiarum defenditur: ibique Dominus torcular expectatissimum sedulò formar, ut uvæ rationalis fructus interiùs pro tempore defluat. *Quid est* (ait) *quod debui ultrà facere vineæ meæ, & non feci ei: An quòd expectavi, ut faceret uvas, & fecit labruscas.* Labrusca est uva sylvestris. Hinc Virgil. *Bucol.* Eclog. 5. v. 6.

Isai. 5. 4

Virgil.

——— *Aspice ut antrum*
*Sylvestris raris sparsit labrusca racemis.*

Alij uvas apparentes, specie pulchras intelligunt, sed tactui evanidas, ut pomæ iuxta Lacum Asphaltidem: quare Deuteron. 32. 32. dicitur: *De vinea Sodomorum, vinea eorum, & de suburbanis Gomorræ uva eorum uva fellis, & botri amarissimi.* Quapropter Hebr. pro *Labruscas* legit: *Uvas fœtentes.* Aquil. *Pessimas & putres.* Symmach. *Imperfectas.* Plinius verò huiusmodi sylvestrem vitem lib. 16. cap. 17. vocat *Infanam*: eò quòd *in his alia matureſcunt, alia turgeſcunt, & alia florent.*

Quid las bruscæ

Plinius

8 Hæc est metaphora sub qua pater, quàm dignè queritur Dominus de Monachis, ab instituto alienis. In maiori celsitudine ex projectione sæculi collocantur, ut proficiant. Custodiuntur, ut adolescant. Defenduntur, ut floreant; & denique foveantur, ut fructus afferant. Ex his plantavit Dominus vineam electam, ut produceret sapidiorem uvam; ex qua vinum virgines germinans: & invenit pro uvis fœtentes labruscas; quoniam vinea latura dulcedinem, versa est in amaritudinem. Sæculares ut arbores autumnales, infructuosæ, bis emortuæ, & eradicatæ, fructum non faciunt. Religiosi, sicut lignum secùs decursus aquarum, fructum referre debent ita copiosum; ut Domino virtus feraci solo retribuat, quicquid sæculum defraudat. Venit Dominus in hortum suum, ut videat, an vinæ floreant; & labruscæ hinc & inde luxurient.

Fructus Monachorum degenerans à Religione. Dominus quàm amari!





Labruscas haud plantavit: & dolor vinearum intimè pupugit; ex eo quòd fructum non ferrent, & magis quòd fructum in labruscas commutassent.

Sua pravitate degenerant.

9 Monasteria sunt paradisus deliciarum, quo dulcoratur animi amaritudo ex peccatis mundanorum. Hic vites opimæ, quippe nulla excusatio, ni sint optimæ, igitur terra ferax & pinguis, & cœlum plenum salutiferi roris. Laborat agricola, ut fructus ex iure capessat; sed queritur infelix, dum fructus congregat: igitur pro dulcedine vitis, invenitur in vitibus uva fellis. Non colliguntur de spinis uvæ, sicut nec ex vitibus spinæ. Desperatur illarum fructus; quia arbor mala non potest perferre bonos: sed omninò lamentabile, quòd vites ita degenerent à radice; ut uvæ pessimæ & putres, quæ repelluntur à mundo, nutriantur in Monasterio.

Qui Monachi sæculares?

10 In Scriptura invenitur singularis phrasis, suspendens pallogiâ iudicium cogitationis. *Terram olivarum, & olei.* Si oleum ex olivis, cur additur oleum, quod olivarum cognoscimus fructum? Ut ostendatur discrimen Monachorum, & sæcularium, & etiam sæcularium Monachorum. Terra sæculi, neque est olivarum, neque est olei. Monasterium est olei, & olivarum: & additur oleum suppositis olivis, in probrum studentium proposito vanis: quia vivunt in Monasterio, sicut vivunt sæculares in mundo. Sæculares & Monachi: igitur olivæ, sed sine oleo: quandoquidem sine fructu. Tolluntur uti Isaac de domo parentum in terram visionis, ut *Ibi* offerantur in holocaustum; sed ibi non offeruntur. Ibi sunt, & ibi non sunt. Ibi corpore, & alibi mente. Ibi inter instrumenta perfectionis, sed sine perfectione virtutis. Sunt ibi, quia olivæ in loco sancto: non sunt ibi, quippe olivæ sine oleo: & qui ibi sine fructu est, estò in loco, non est ibi. Plauduntur greges Sponsi, quoniam licet innumeræ oves, *non erat sterilis in eis.* Imò *inter eas.* Tribuitur probro, quòd in selecti regis grege aliquis sit sine fructu. Oves sunt animæ pascuis uberrimis virtutibus plenæ. Inter eas aliquando contingit inveniri sæculares, virtutibus steriles: & ita debet florere ob exemplum in animabus Monachorum fœcunditas; ut neque sterilis sit sterilis inter eas: & conversatio quasi ignis ita corda audientium adurat, ut in se inflammata convertat. Ut quisquis Monacho iungitur, quasi è salis tactu æternæ vitæ sapore condiatur. Verùm hem! Sal infatuatum est, & steriles animæ sunt, ubi non sunt steriles: siquidem flo-

4. Reg. 18. 32.

Quæst

Genes. 22. 2.

Cant. 4. 2. & 6. 5.

Eorum debet esse conversatio cœlestis.

rent olivæ sine olei virtutum fœcunditate.

11 Lachrymatur Bernardus Homil. 4. Super *Missus est* num. 10. *Video* (inquit) *quod non sine dolore videri debet, post aggressam Christi militiam, rursùs sæcularibus impleari negotijs, rursus cupiditatibus terrenis immergi. Ita ne mundum sibi, & se mundo crucifixerunt, ut qui antea vix in suo vico, vel oppido cogniti fuerant, modò circumeuntes provincias, & curias frequentantes, regum notitias, principumque familiaritates assecuti sint? Pudet dicere.* Quid ergo diceret, si affectiones, factiones, dispositiones, prævisiones, dolos atque fallacias inter Ecclesiasticos videret? *Neque aliunde hæc omnia mala contingunt, nisi quòd illam, qua sæculum deseruimus, deserentes humilitatem; dum per hoc coguntur inepta denuò sectari studia sæcularium, canes efficiuntur revertentes ad vomitum.* Vide alia apud eundem ibid. Ecce sterilitatis causa, & virtutum inopia.

Sed in deteriora ruit.

Bernard.

Relata rationis causa.

12 *Dolor meus super dolorem*: profert Ieremias. Non solùm dolor, sed dolor summus, ut in querelam erumpat amarum pectus? & iure. *Non est uva in vitibus* (ait) *non sunt ficus in ficulnea.* Iusta querimoniæ causa, qua etiam tunditur Monachorum negligentia. Non est uva in sentibus: verùm summus est dolor, quòd uva non sit in vitibus. Non sunt in tribulis ficus, quia præter spinas nil profert carduus: cæterùm pravitas magna, ubi desunt in ficulnea. Dolor est, arbores rationales esse telluris inutile pondus: sed dolor super dolorem, arborum fructiferarum evanescere fructus. Magna diligentia pro fructibus adhibita, sed omnino diligentia vana: igitur si lætitia fœcunditatis allevat acerbitatem laboris; super summum dolorem adhuc est dolor, quod non obtineatur ex labore nisi labor.

Ierem. 8. 18.

Versus 13.

Magnus dolor, quid ex labore sit labor.

13 In vinea patet. Expectavit agricola, quòd *faceret uvas, & fecit labruscas.* Labrusca colitur foliis, extendit palmites, ornatus eius amœnus, & spectabilis cultus. Cultus foliorum est habitus Monachorum, uvæ liquores virtutum: hæc est doloris agricolæ gravitas, cùm pro pingui atque utili fructu videt labruscas: quasi insufficeret habitus splendor monachalis, cùm nullus sit fructus vitis. Uva hæc dicitur *de vinea Sodomorum.* Uvarum Sodomæ nitet pulchra species, ad tactum dumtaxat pulvis. Vide Adricom. *Theatr. Ter. Sanct. in Iuda.* num. 28. Non secùs accidit Monachis cœlestium oblitis. Invitat decor vestis in virtutis amorem, & pulchritudo evanescit in cinerem.

Ubi sup.

Deuteron. 32. 32.

Gloria omnis debet esse ab intus, sed quia exterior tantùm flatus. Ideo labrusca *vitis insana* signatur à Plinio: quippe amentium est gloriari de exterioribus, & supersedere fructibus: proijci summo conamine in exteriora, & abdicere cœlestia: reverti in sæculum, & reverhonem arbitrari fructum: tempus & operam perdere, & lucrum perditionem iudicare. Horum negotiorum labor pat t agricolæ dolor, cùm possint esse potentes, & inter tot divitias exultant inopus. Marcescunt, ubi alij florent: enervantur, ubi alij virent, quin agnoscant viam perditionis, quam perperàm arbitrantur salutis: igitur his vitijs cogitare de gloria, paret summa Monachorum insania. Astruit Anselmus Carm. de *Mund. contempt.*

*Nil valent exteriora ad perfectionem.*

*Non vos illiciat brevis hæc, ac falsa voluptas.*
*Non vos decipiant hæc peritura bona.*
*Cur quæso cuplat quicquam qui cuncta reliquit?*
*Ad mala cur redeat, qui bona proposuit?*
*Terram contemnas, qui cœlum quæris habere:*
*Si mansura volet, hæc fugitiva fuge.*

*Eorum tantùm studium, studium amentiæ.*

Anselm

14 Ad instar vineæ plantatur ordo Monasticus, ut fructus afferat, cùm venerit tempus. Ideo Deus expectavit, ut vinea faceret uvas, ne fructus destrueret exactionis celeritas. Labruscas invenit: idest, uvas imperfectas, putres, fœtentes, ubi aliæ maturescunt, aliæ turgescunt, & aliæ florent. Hæc est insania, qua laborant Monachi, qui adinstar lunaticorum (quos uti dæmoniacos sanavit Dominus) modò crescunt, modò decrescunt. Iam perfecti, iam pigri, iam turgentes, iam florentes, vel simul omnia, ut ampliùs clarescat amentia, & quod spiritu ducantur, cùm ducuntur: igitur ad tempus omnia volunt agere sine tempore, & ad tempus nihil agere. Ideo simul illo in articulo curavit archiater cœlestis & *lunaticos & paralyticos*; quippequam huiusmodi spiritus lunatici, vel diabolici, modò conantur ascendere in perfectionis fastigium, modò ut paralytici, nec movere gressum. Quàm aptè Seneca de *Brevit. vit.* cap. 15. *Illorum brevissima, ac felicitissima ætas est, qui præteritorum obliviscuntur, præsentia negligunt de futuro timent. Cùm ad extrema venerint, serò intelligunt miseri, tandiù se, dum nihil agunt occupatos fuisse.*

*Spiritus lunatici quis?*

Matth. 4. 24.

Senec.

15 Aliter ergo cogitarem de labruscis, ut contemplentur Monachi, quanti interest studium perfectionis. Hæc scopus debet esse animi, quippe non Monachi, ni fuerint perfecti: & quia uvas agricola electæ vineæ invenit imperfectas, vocat labruscas; quoniam in huiusmodi vinea uvæ amaritissimi saporis, ni sint perfectæ dulcedinis. *Quasi parturivimus, & peperimus*: dicit Evangelicus Vates. Quid novum? Nonum ne parturire conceptum? *Concepimus* (dixit) *& quasi parturivimus & peperimus spiritum.* Multi parturiunt & non pariunt; quoniam fœtum spiritus non pariunt perfectione, qua possunt.

*Imperfecta in Monachis, quasi ob opera.*

Isai. 26. 18.

*Semper enim sanctis superest, quo crescere possint.*
*Et perfectorum gloria principium est.*
*Virtutem virtus pariat, de lumine lumen*
*Prodeat, atque omnis palma gradum faciat.*
*Nam cur non cupidè mens quærat, quæ Deus offert*
*Cui dando ut rectè posceret, ipse dedit?*

Prosp.

Canit Prosper Aquit. *Epigram.* 27. Ideo cavendum ne fœteant, quæ uvæ corda lætificant; & quia imperfectæ operationes, reputentur pro labruscis.

*Vel perfectis semper aliquid restat.*

16 Virtuti semper damnosa quies. Hinc qui destimantur altari, in terris debent esse sicut *stellæ cœli*, quæ sunt in continuo motu: siquidem ut virtutis emineat magnitudo, fulgere oportet, sicut stellæ lucent in firmamento. Monachi debent imitari flammam: semper scilicet sursùm, quousque perveniant in centrum. Ingeniosa fuit cogitatio Orozzij in commendationem perfectionis virtutis, quæ florere debet in Monachorum claustris. Pinxit *lib.* 2. *Emblem.* 26. puerulum ascendentem ad gloriam per scalam, cuius gradus dumtaxat parabantur in ascensum, non in descensum: igitur illicò ut pedem removebat, ut descenderet, nequaquàm videbat gradum. Unde necesse erat in scala, sic stare, vel ascendere, vel ruere. Subtile hieroglyphicum, ut qui stat videat, ne cadat, sed in superiora ascendat: igitur seriùs obtinebit beatitudinem, qui retraxerit à gradu præfixo pedem. In scala Iacob Angeli ascendebant, & descendebant. Aliquibus placuit, ut videri licet apud Alapide, Angelos descendisse, homines ascendisse; ni homines à terra remotos, iudices Angelos. Angeli descendunt in mundum, homines ascendunt in cœlum. Illi descendunt, ut homines ascendere doceant. Hi fugientes mundum scandunt, ut ulteriora contingant; quoniam deficit gradus, & nullus datur regressus: quare cùm gradum ascendentes, sint summæ felicitati proximiores; crebrò per gradus scalæ ascendunt, ut cacumen perfectionis, & quamprimùm consequantur.

Gen. 22.

Orozz. Emblem. perfectionis in perfectionem.

Gen. 28. 12.

17 Imperfecti monachi sunt adinstar margaritarum, quarum *decorem usu atteri,*

*Quotidiè Monachi proficiat.*



Plin.

*Cur simules margaritis?*

*rl, non dubium est, coloremque indiligentiâ mutari*: ut ait Plinius lib. 9. cap. 35. Aceto liquantur, & dum diuturno tempore durant, in splendore nigrescunt. Fugiant huiusmodi infelicitatis insigne, qui possunt esse margaritæ pretiosæ: igitur status dedecus, usu atteri, dum possunt perfici. Momenta æstimationis evanent, cum quibus obtinent: siquidem amaritudine imperfectæ vitæ mutatur color optimus, qui continuatione primæ flammæ potest esse perfectissimus. Quo magis vita crescit, candor debet crescere morum: & dedecet aninstar margaritarum tendere tempore in devenustam nigredinem, cùm tempore senectutis, par sit, vitæ puritis ostentare candorem.

Hab. 3. 17.

18 De ficu enim dicitur: *Ficus non florebit.* In hoc singulari hieroglyphico designatur Monachi adæquata perfectio: uti vidimus latè *Tautolog.* 3. in *Exposit. litter.* num. 31. & *Didasc.* 6. num. 17. Adæquata, ut clareat Monachi vita: etenim ficus fert fructus suavitate, & dulcedine insignes, quùm aliæ arborum dumtaxàt producunt pro specimine flores. Unde appositè apud Picinel. in *Mund. Symbol.* lib. 9. cap. 13. num. 160. de ficu epigraphe dicit. *Flores mei fructus.* Hæc ille: verùm animi turpis ingrati, atque desidis, num. 163. designatur emblema. Quo pacto per ficus ita adversa sunt signata? *Maturitate nigrescunt*: ait Alapid. in Cant. 2. 13. Lucent cogitationi consona, quæ videbantur dissonæ: siquidem cùm maturitas expectetur in fructus perfectionem; ficus tendunt in nigredinem. Optima spes concepta de perfectione, quando initio conversionis, pro floribus Monachus protulit fructus opimos virtutis, qui quidem gratiores tempore, & perfectiores ætate: exterùm vigor languit in progressu, mirabiliter virens in introitu: doletque animus, cùm perfectiores tempori respondeant fructus; quod in inventute floreant, & senectutis maturitate nigrescant. Tempore amittitur, quod tempore quæritur: verùm iurè uti indignum iudicatur, quòd vere ficus proferat grossos, & in autumno ætatis in ficulnea non sint ficus.

Picinel.

Alapid.

*Probrà vitæ, quòd pro floribus fructus & pro fructibus nihil.*

19 Clarescit modò nova causa doloris Ieremiæ, ut eor pungeret super dolorem molestia pœnæ. *Non sunt ficus in ficulnea.* Quare non? Ficus erant, sed levi pruinâ deciderant. Ficus frigore rigescunt: & notatur incuria Monachorum, dum in matura ætate pro perfectione fructus, friget animus. Dum ficus maturitati sunt proximæ, illis magis nocua glacies; quippe resistit grossus, & corruit ficus. Ergo Monachus de tepore caveat, dum videt quantum tepor spiritus perfectioni noceat: igitur status & operationum negligentiâ, non sunt ficus in ficulnea.

Ierem. 8. 13.

*Negligentia quàm nocua.*

Haud quia ferunt fructus letenturi si in fructus maturitate, levi pruinâ decoquuntur. Nulla senectutis signa labentis habeant invidiam temporis, nec mala fata timeant. *Ideo expectat Dominus nos quotidie* (ait S. Benedictus in *Prolog. Regul. Sanct.*) *bit suis sanctis monitis, factis nos respondere deberet* quippe summa ingratitudo, profectum negligere, cùm in profectum nil ultrà potuit agricola facere. Expectavit fructus pro tempore: & turpe quidem quòd fructus evanidi respondeant expectationi. Bonum ergo facientes, non deficiamus: quoniam non facimus, si deficimus.

S. Bened.

*Mens perfectis vitæ in fine colocior.*

*Sic mentes etiam queis sunt cœlestia curæ,*
*Perpetuum servant, & sine fine decus.*

Achèb.

Accinit Paulus Achembergus, sustratusque documento Gregor. Nazianzeni in libr. 1. *Sentent.*

*Operanda cuique semper est salus sua,*
*Sed id requirit terminus vitæ magis.*

Greg. Nazian.

20 Hinc de sæculo Monachi transplantantur super aquas mortificationis, & dulcedinis, ut quasi ligna rationalia ad humorem mittant profundissimè radices, & ferant fructus etiam cùm venerit æstus. Ita desiguat David. *Erit* (ait) *tamquàm lignum plantatum secus decursus aquarum.* In aquis exhibetur exemplum satagentium perfectionum, ut numquàm desinant facere fructum. Aquæ semper tendunt in centrum: & Monachi debent esse sicut decursus aquarum; quoniam ut obtineatur perfectio, adinstar fluminis semper diteseit eundo. Numquàm respicit retrorsùm: patiformiter ergo, qui quærit fructum: igitur nullum habebit vel in claustro, quisquis respexerit retrò. Quæ semel flumen transiit, semper transit: & per decursum aquæ Monachus designatur; quippe quæ retrò, obliviscitur: & ni in perfectionem, ut iuris est, properet tamquàm hibernalis glacies tabescet, & inter ipsa virtutis instrumenta, putrescet tamquàm aqua supervacua. Ecce virtutis Monachi decor: aliàs sese.

Ps. 1. 3.

*Semper properet in centrum.*

*Fallit sorte beatior.*

Horat.

## DIDASCALIA VII.

### *Redemptoris resurrectio nostra festivitas est.*

Greg. Magn.

1 GAudibundus profert Gregorius Magnus Homil. 21. in *Evang.* & iurè: igitur gloriâ suscitati è tumulo Redemptoris, pulvis habet pignus immortalitatis

Caro nostra surgit surgente Christo.

*Nec nostro tantùm voluisti è corpore nasci,*
*Sed caro quæ nasci pertulit, atque mori.*
*Funeris exequias pateris novus auctor & orbis,*
*Intra mortis iter dando salutis opem,*
*Tristia cessarunt infernæ vincula legis,*
*Expavitque chaos luminis ore premi.*

Lact. Fir.

Canit Lactanc. Firmianus Carm. de *Resurrect. Christ.* v. 56. Graphicè describit triumphum, & ex triumpho nostrum emolumentum Maximus Homil. 2. de *Pascha*. Aperitur tartarus, renovatur tellus, reseratur paradisus. *Apertus* (infit) *tartarus reddit mortuos, innovata terra germinat resurgentes, cœlum reseratum suscipit ascendentes. Tartarus quos habet reddit ad superos, terra quos sepellit mittit ad cœlum, cœlum quos suscipit repræsentat ad Dominum; & una eademque operatione Salvatoris passio elevat de imis, suscitat de terrenis, collocat in excelsis.* Omnia immutantur, & ad perfectiora pervehuntur: nostra ergo pater festivitas, dum videtur in Christo carnis integritas: etenim cùm eius resurrectio propter nostram sit resurrectionem, eius festivitas transit in nostram festivitatem: quandoquidem elevamur ab imis, suscitamur de terrenis, collocamur in excelsis. Pascha est (ut suscinit Paulinus de *Advent. Nicetæ* v. 54.

Maxim.

Quantæ in eius resurrectione miracula.

Paulin.

*Contestians Domini mortem cruce, de cruce vitam:*
*Cunctorum tamen hæc magnæ pietatis in omnes*
*Grande sacramentum.*

2 Iam ergo natura humana habet, quem expectabat Salvatorem, qui reformaret corpus humilitatis nostræ, *configuratum corpori claritatis suæ.* Corpus claritatis est gloria & claritas corporis: & nostrum configuratum est corpori gloriæ; quippe ex corruptibili factum incorruptibile, ex passibili impassibile, & ex terrestri cœleste. Videamus ergo in corpore mirabilia, ut eius constet festivitas nostra.

Phili. 3. 21.

Propter facinus inauditum immolationis filij, promittitur Abrahæ seminis propagatio numerositate insigni. *Multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, & velut arenam, quæ est in littore maris.* De quantitate ad qualitatem fit non immeritò transitus. Quo ergo pacto, dum sicut arenæ exiguæ, erunt filij Abrahæ sicut stellæ cœli: Quia fulgor qui in stellis cœli, apparebit in pulvere: igitur Christus vivificavit corpora mortalia, & rutilabunt cœlestia. Ex arena vitrum fit, uti astruunt Plinius *lib. 5. cap. 19. lib. 36. cap. 26.* Iosephus de *Bell. Iudaic.* lib. 2. cap. 17. Polidor. Virgil. de *Inventor. rerum* lib. 2. cap. 22. Henric. Salmuth. in 1. part. Pancirolli *tit. 36.* Eberartus Uvelhe de *Speculor. origin.* à num. 17. alijque plures. Corpora humana opaca sunt: cùm gloriosa resurgent, quæ opaca, erunt lucidissima: & conferuntur arenæ matris, ex quibus vitrum splendens; quoniam corpora quæ iacebant in pulvere, gloriâ corporis Christi rutilabunt uti stellæ.

Gen. 22. 17.

Corpora nostra rutilabunt ut stellæ.

3 Modus operæ est, *Si sanguis hirci & cineres vitri æquis portionibus mittantur in acetum*: ait ubi supr. num. 24. Eberartus. Hoc mystice factum, ut quod corpus opacum esset pellucidum: igitur sanguine Christi, passionis acerbitate, cadavera humana fulgebunt uti crystallus perspicua, & quæ iam cinis per mortem, rutilabunt extra pulverem. Corpora, priusquàm surrexisset Dominus, habebant vitri fragilitatem, & nequaquàm splendorem. Unde homo ficut flos egreditur, & conteritur (alij, ut *crystallus*) & nescio quis cecinit:

Splendido uti crystallus.

*Ut facili teritur lapsu, vel verbere vitrum,*
*Sic magis est fragili vitrea vita vitro.*

Mutanda erant cuncta resurrectione Dominica: quapropter humana corpora tantùm habent splendorem, quæ vitri dumtaxàt, teste, pulvere, habebant fragilitatem.

4 Ad rem igitur Ambrosius lib. de *Fide Resurrectionis* inquit: *Resurrexit in eo mundus, resurrexit in eo cœlum, resurrexit in eo terra: erit enim cœlum novum & terra nova.* Cœlum novum est, & quia terra videtur uti cœlum pellucidum splendore, & quia splendor perduret sine mutabilitate. Terra nova: igitur novum quòd terra fulgida; & quæ in sepulchris iacuit ignobilitate pulveris, rutilet uti cœlum perennitate splendoris. Surgunt, quæ corpora dormiunt in tumulo, quia illuminantur à Christo. Ponunt in pulvere os suum, quippe resurgendi est spes. Seminatur corpus animale, resurget corpus spirituale, eiusdem naturæ & alterius gloriæ: igitur per gloriam plena erunt

Ambr. Isai. 61. 17.

Et ut corpora cœlestia.



erunt luce, quæ iacebant in cinere, pro natura, atque originis resoluta conditione. Non mirum, lucida esse coram Sole splendida, sed quæ opaca lucida: Unde corpora erunt alterius gloriæ, & eiusdem naturæ; quoniam eadem per naturam, erunt altera per gloriam. Eiusdem naturæ conditione carnis: alterius omninò sine corruptione conditionis. Terra facta est cœlum, cùm Dominus deseruit telluris sepulchrum: viso novo miraculo, dum apparuit gloriosus è tumulo: quandoquidem miseri homines visi sunt, estò de terra, cœlestes.

Licèt è pulvere facta.

5 In illa celebri ac singulari adoratione Iacob iamiam morituri figura rutilat huius speciosi privilegij. Cognovit finem mortalis vitæ, & avidus pro corporis immortalitate gloriæ, satagebat de sepulchro, & etiam de sepulchri loco, ut simul requiescerent ossa, cuius fides semper viva. Iuravit Iosephus patri: quo iurante, *Adoravit Israël Dominum ad lectuli caput.* Alij: *Adoravit fastigium virgæ Ioseph.* Alij: *Adoravit versus orientem.* Alij denique: *Adoravit florem virgæ, vel sceptri.* Ratio itaque, quia frequens apud nationes insigne, flos in sceptris, ut tradunt Plutarchus *Problem. 158.* & de *Fortun. Roman.* Dionys. Alicarn. lib. 3. Tit. Liv. lib. 9. cap. 7. & Herodotus lib. 1. ubi ait: *Reges Babylonij gestant sceptrum affabrè factum, cui superstat aut malum, aut rosa, aut lilium, aut aliud quidpiam: nam absque insigni gestare sceptrum ipsis nefas est.* Apud Ægyptios fere oculus fictus super sceptrum, ut passim invenitur apud Pier. Valerianum. Ex Scriptura etiam constat *Baruch. 6. 13. 14. Psalm. 2. 9. Esth. 5. 9. Cant. 2. 4.* & *Zach. 11. 7.* Sat pro litera.

Genes. 47. 31.

Apud Priscos insigne aliquod in sceptris.

Herod.

Hebr. 11. 21.

6 *Adoravit* igitur *Iacob ad lectuli caput*: quod caput dicitur *fastigium virgæ* à Paulo. Virga designat regimen vel subditorum vigile moderamen: lectulus maximè floridus requiem, & animi laxationem: lectulusque proponitur cum virgæ fastigio; quoniam in dignitatis fastigio student homines solummodò commodo: quandoquidem haud accipiunt regimen ut regant, sed ut quiescant, vel ut dormiant. Hinc provenit inter Ecclesiasticos turpis socordia, & malitiosa desidia: igitur inhibet pro requie rectoris excommunicatio, quod cavere, & præcavere debet præsidis solicitudo. In labore hominum non sunt, quippe rentur dignitate non esse, sicut cæteri hominum; adorantes dignitatem, non dignitaris laborem: & onus magis subditorum aggravant, ut ipsi quiete securissimè dormiant.

Pierique assumsit regimen, non ut regant, sed ut dormiant.

7 *Ad lectuli caput. Ad fastigium virgæ.* Ubi occurrit in compunctionem exemplum, ambitio struit regiminis præcipitium. Fastigium virgæ exprimit dignitatem: lectulus funestam mortem: plusque consulerent bono publico, quàm proprio: si in fastigio dignitatis cogitarent de sepulchro. Non est respectus morti eorum: ex hoc in regimine sine obice frequens malum: etenim in cunctis insidiantur rationi, quasi nùquam redditurus. *Adoravit fastigium virgæ.* Virga iustitiæ symbolum est, verùm eorum depravatum cor: siquidem in destructionem legum, & subditorum, non adorant iustitiam, sed fastigium.

Prudentissimum esset regimen, si rectores respicerent mortem.

*Consurget virga de Israël & percutiet duces.* Fatale videtur prognosticon: igitur haud oritur virga, ut regat, sed ut percutiat. Ubi *Virga*, aliqui legunt: *Homo.* Arcana versio: quippe mirabile, quòd homo videatur in regimine, & dignitatis splendeat magnitudo, si in illa fulserit homo. *Homo. Virga.* Ecce indignorum imprudentia & audacia. Dignitate decorantur, & sui, decoris splendore, infatuati, obliviscuntur: quandoquidem quisque modò habeat semel virgam in dignitatis fastigio, iam est homo. Hispan. *En teniendo una vara les parece que son hombres.* Contra huiusmodi inanitates celebri, philautiâ perenniter terebrati, præmittitur: *Oritur stella: consurget virga*: etenim si homines destinantur ad regimen, splendore dignitatis non fulgent. Dum per illos fulgent dignitates, tunc fulgent homines; quippequam tunc adorantur homines, & nequaquàm dignitates. Qui per dignitates sunt, non sunt: ideo fatigantur, ut sint. In adoratione Iacob relucet ambitiosi cogitatio. Virga erat, sed *versùs orientem adorabat.* Dignitatem adorabat, dum venerabatur virgam, & non personam: igitur cùm omnia ambitiosus dirigat in proprium commodum, & minimè in publicum; adorat orientem versùs; quoniam ex Sole oriente diuturniores sunt influxus: & vel præclarè merito negabit fidem, estò agnoscat per illum è pulvere factum hominem.

Num. 24. 17.

Indigni ludicra cogitatio.

Digni est flo.

Studiosa ambitio.

8 Digressionis satis. Iacob moribundus *adoravit ad lectuli caput*, & Dominum in virga illa figuratum coluit. Idest, *Corpus Redemptoris resurgentis*: subdit Pineda in Iob. 19. 25. num. 23. De sepultura corporis sagit, & corpus Christi resurgentis respicit: Meritò, ut proprium corpus careret sepulchro: igitur si in eius resurrectione hominis resurrectio; gloriæ Christi præfigitur iurè intuitus, ut carnis morientis reformaret corpus: igitur per illum immor-

Corporâ fragilia Christi corporis gloriâ, immortalitate donanda.

## DIDASCALIA VII.

### *Redemptoris resurrectio nostra festivitas est.*

Greg. Magn.

1 GAudibundus profert Gregorius Magnus Homil. 21. in *Evang.* & iurè: igitur gloriâ suscitati è tumulo Redemptoris, pulvis habet pignus immortalitatis

Caro nostra surgit surgente Christo.

*Nec nostro tantùm voluisti è corpore nasci,*
*Sed caro quæ nasci pertulit, atque mori.*
*Funeris exequias pateris novus auctor & orbis,*
*Intra mortis iter dando salutis opem,*
*Tristia cessarunt infernæ vincula legis,*
*Expavitque chaos luminis ore premi.*

Lact. Fir.

Canit Lactanc. Firmianus Carm. de *Resurrect. Christ.* v. 56. Graphicè describit triumphum, & ex triumpho nostrum emolumentum Maximus Homil. 2. de *Pascha*. Aperitur tartarus, renovatur tellus, reseratur paradisus. *Apertus* (infit) *tartarus reddit mortuos, innovata terra germinat resurgentes, cœlum reseratum suscipit ascendentes. Tartarus quos habet reddit ad superos, terra quos sepellit mittit ad cœlum, cœlum quos suscipit repræsentat ad Dominum; & una eademque operatione Salvatoris passio elevat de imis, suscitat de terrenis, collocat in excelsis.* Omnia immutantur, & ad perfectiora pervehuntur: nostra ergo pater festivitas, dum videtur in Christo carnis integritas: etenim cùm eius resurrectio propter nostram sit resurrectionem, eius festivitas transit in nostram festivitatem: quandoquidem elevamur ab imis, suscitamur de terrenis, collocamur in excelsis. Pascha est (ut suscinit Paulinus de *Advent. Nicetæ* v. 54.

Maxim.

Quantæ in eius resurrectione miracula.

Paulin.

*Contestians Domini mortem cruce, de cruce vitam:*
*Cunctorum tamen hæc magnæ pietatis in omnes*
*Grande sacramentum.*

2 Iam ergo natura humana habet, quem expectabat Salvatorem, qui reformaret corpus humilitatis nostræ, *configuratum corpori claritatis suæ.* Corpus claritatis est gloria & claritas corporis: & nostrum configuratum est corpori gloriæ; quippe ex corruptibili factum incorruptibile, ex passibili impassibile, & ex terrestri cœleste. Videamus ergo in corpore mirabilia, ut eius constet festivitas nostra.

Phili. 3. 21.

Propter facinus inauditum immolationis filij, promittitur Abrahæ seminis propagatio numerositate insigni. *Multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, & velut arenam, quæ est in littore maris.* De quantitate ad qualitatem fit non immeritò transitus. Quo ergo pacto, dum sicut arenæ exiguæ, erunt filij Abrahæ sicut stellæ cœli: Quia fulgor qui in stellis cœli, apparebit in pulvere: igitur Christus vivificavit corpora mortalia, & rutilabunt cœlestia. Ex arena vitrum fit, uti astruunt Plinius *lib. 5. cap. 19. lib. 36. cap. 26.* Iosephus de *Bell. Iudaic.* lib. 2. cap. 17. Polidor. Virgil. de *Inventor. rerum* lib. 2. cap. 22. Henric. Salmuth. in 1. part. Pancirolli *tit. 36.* Eberartus Uvelhe de *Speculor. origin.* à num. 17. alijque plures. Corpora humana opaca sunt: cùm gloriosa resurgent, quæ opaca, erunt lucidissima: & conferuntur arenæ matris, ex quibus vitrum splendens; quoniam corpora quæ iacebant in pulvere, gloriâ corporis Christi rutilabunt uti stellæ.

Gen. 22. 17.

Corpora nostra rutilabunt ut stellæ.

3 Modus operæ est, *Si sanguis hirci & cineres vitri æquis portionibus mittantur in acetum*: ait ubi supr. num. 24. Eberartus. Hoc mystice factum, ut quod corpus opacum esset pellucidum: igitur sanguine Christi, passionis acerbitate, cadavera humana fulgebunt uti crystallus perspicua, & quæ iam cinis per mortem, rutilabunt extra pulverem. Corpora, priusquàm surrexisset Dominus, habebant vitri fragilitatem, & nequaquàm splendorem. Unde homo ficut flos egreditur, & conteritur (alij, ut *crystallus*) & nescio quis cecinit:

Splendido uti crystallus.

*Ut facili teritur lapsu, vel verbere vitrum,*
*Sic magis est fragili vitrea vita vitro.*

Mutanda erant cuncta resurrectione Dominica: quapropter humana corpora tantùm habent splendorem, quæ vitri dumtaxàt, teste, pulvere, habebant fragilitatem.

4 Ad rem igitur Ambrosius lib. de *Fide Resurrectionis* inquit: *Resurrexit in eo mundus, resurrexit in eo cœlum, resurrexit in eo terra: erit enim cœlum novum & terra nova.* Cœlum novum est, & quia terra videtur uti cœlum pellucidum splendore, & quia splendor perduret sine mutabilitate. Terra nova: igitur novum quòd terra fulgida; & quæ in sepulchris iacuit ignobilitate pulveris, rutilet uti cœlum perennitate splendoris. Surgunt, quæ corpora dormiunt in tumulo, quia illuminantur à Christo. Ponunt in pulvere os suum, quippe resurgendi est spes. Seminatur corpus animale, resurget corpus spirituale, eiusdem naturæ & alterius gloriæ: igitur per gloriam plena erunt

Ambr. Isai. 61. 17.

Et ut corpora cœlestia.



erunt luce, quæ iacebant in cinere, pro natura, atque originis resoluta conditione. Non mirum, lucida esse coram Sole splendida, sed quæ opaca lucida: Unde corpora erunt alterius gloriæ, & eiusdem naturæ; quoniam eadem per naturam, erunt altera per gloriam. Eiusdem naturæ conditione carnis: alterius omninò sine corruptione conditionis. Terra facta est cœlum, cùm Dominus deseruit telluris sepulchrum: viso novo miraculo, dum apparuit gloriosus è tumulo: quandoquidem miseri homines visi sunt, estò de terra, cœlestes.

Licèt è pulvere facta.

5 In illa celebri ac singulari adoratione Iacob iamiam morituri figura rutilat huius speciosi privilegij. Cognovit finem mortalis vitæ, & avidus pro corporis immortalitate gloriæ, satagebat de sepulchro, & etiam de sepulchri loco, ut simul requiescerent ossa, cuius fides semper viva. Iuravit Iosephus patri: quo iurante, *Adoravit Israël Dominum ad lectuli caput.* Alij: *Adoravit fastigium virgæ Ioseph.* Alij: *Adoravit versus orientem.* Alij denique: *Adoravit florem virgæ, vel sceptri.* Ratio itaque, quia frequens apud nationes insigne, flos in sceptris, ut tradunt Plutarchus *Problem. 158.* & de *Fortun. Roman.* Dionys. Alicarn. lib. 3. Tit. Liv. lib. 9. cap. 7. & Herodotus lib. 1. ubi ait: *Reges Babylonij gestant sceptrum affabrè factum, cui superstat aut malum, aut rosa, aut lilium, aut aliud quidpiam: nam absque insigni gestare sceptrum ipsis nefas est.* Apud Ægyptios fere oculus fictus super sceptrum, ut passim invenitur apud Pier. Valerianum. Ex Scriptura etiam constat *Baruch. 6. 13. 14. Psalm. 2. 9. Esth. 5. 9. Cant. 2. 4.* & *Zach. 11. 7.* Sat pro litera.

Genes. 47. 31.

Apud Priscos insigne aliquod in sceptris.

Herod.

Hebr. 11. 21.

6 *Adoravit* igitur *Iacob ad lectuli caput*: quod caput dicitur *fastigium virgæ* à Paulo. Virga designat regimen vel subditorum vigile moderamen: lectulus maximè floridus requiem, & animi laxationem: lectulusque proponitur cum virgæ fastigio; quoniam in dignitatis fastigio student homines solummodò commodo: quandoquidem haud accipiunt regimen ut regant, sed ut quiescant, vel ut dormiant. Hinc provenit inter Ecclesiasticos turpis socordia, & malitiosa desidia: igitur inhibet pro requie rectoris excommunicatio, quod cavere, & præcavere debet præsidis solicitudo. In labore hominum non sunt, quippe rentur dignitate non esse, sicut cæteri hominum; adorantes dignitatem, non dignitaris laborem: & onus magis subditorum aggravant, ut ipsi quiete securissimè dormiant.

Pierique assumsit regimen, non ut regant, sed ut dormiant.

7 *Ad lectuli caput. Ad fastigium virgæ.* Ubi occurrit in compunctionem exemplum, ambitio struit regiminis præcipitium. Fastigium virgæ exprimit dignitatem: lectulus funestam mortem: plusque consulerent bono publico, quàm proprio: si in fastigio dignitatis cogitarent de sepulchro. Non est respectus morti eorum: ex hoc in regimine sine obice frequens malum: etenim in cunctis insidiantur rationi, quasi nùquam redditurus. *Adoravit fastigium virgæ.* Virga iustitiæ symbolum est, verùm eorum depravatum cor: siquidem in destructionem legum, & subditorum, non adorant iustitiam, sed fastigium.

Prudentissimum esset regimen, si rectores respicerent mortem.

*Consurget virga de Israël & percutiet duces.* Fatale videtur prognosticon: igitur haud oritur virga, ut regat, sed ut percutiat. Ubi *Virga*, aliqui legunt: *Homo.* Arcana versio: quippe mirabile, quòd homo videatur in regimine, & dignitatis splendeat magnitudo, si in illa fulserit homo. *Homo. Virga.* Ecce indignorum imprudentia & audacia. Dignitate decorantur, & sui, decoris splendore, infatuati, obliviscuntur: quandoquidem quisque modò habeat semel virgam in dignitatis fastigio, iam est homo. Hispan. *En teniendo una vara les parece que son hombres.* Contra huiusmodi inanitates celebri, philautiâ perenniter terebrati, præmittitur: *Oritur stella: consurget virga*: etenim si homines destinantur ad regimen, splendore dignitatis non fulgent. Dum per illos fulgent dignitates, tunc fulgent homines; quippequam tunc adorantur homines, & nequaquàm dignitates. Qui per dignitates sunt, non sunt: ideo fatigantur, ut sint. In adoratione Iacob relucet ambitiosi cogitatio. Virga erat, sed *versùs orientem adorabat.* Dignitatem adorabat, dum venerabatur virgam, & non personam: igitur cùm omnia ambitiosus dirigat in proprium commodum, & minimè in publicum; adorat orientem versùs; quoniam ex Sole oriente diuturniores sunt influxus: & vel præclarè merito negabit fidem, estò agnoscat per illum è pulvere factum hominem.

Num. 24. 17.

Indigni ludicra cogitatio.

Digni est flo.

Studiosa ambitio.

8 Digressionis satis. Iacob moribundus *adoravit ad lectuli caput*, & Dominum in virga illa figuratum coluit. Idest, *Corpus Redemptoris resurgentis*: subdit Pineda in Iob. 19. 25. num. 23. De sepultura corporis sagit, & corpus Christi resurgentis respicit: Meritò, ut proprium corpus careret sepulchro: igitur si in eius resurrectione hominis resurrectio; gloriæ Christi præfigitur iurè intuitus, ut carnis morientis reformaret corpus: igitur per illum immor-

Corporâ fragilia Christi corporis gloriâ, immortalitate donanda.

talitate donandum, quod pro conditione carnis ingrediebatur sepulchrum. Aliter promam. *Adoravit* moriturus *Dominum ad lectuli caput*. Ideſt, *Adoravit florem virgæ*. Florem immortalitatis, dum in lectulo deficiebat vita corporis: ſiquidem concepit, ubi Chriſti figurata reſurrectio, quòd eius etiam refloreret caro. In ſummitate virgæ erat lilium ſpecioſum; & reſpexit, ut floreret ſicut lilium: igitur ſine corporis Dominici gloria, corpora manerent terra: verùm cùm, illo ſurgente, videnda eſſet terra nova; virgam florentem adorat humili corde, ne corpus iaceat in pulvere; ſed adinſtar capitis, deſtructis viribus mortis, quod iacebat corruptibile, in triumphi ſignum tranſmutaret in cœleſte.

*Erſiat terra nova.*

9 Innuit Paulus. *Mortui enim eſtis, & vita veſtra eſt abſcondita cum Chriſto in Deo. Cùm Chriſtus apparuerit, vita veſtra, tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria.* Hoc eſt myſterium. Vita promittitur, & non ſolùm vita nova, ſed ſingulariter præſtita: igitur ſingularitas eſt vitæ, cùm eſſent mortui. Qui non mortui carent vitâ, qui mortui, vitâ privati. Spiritus hominis vadit, & non redit: & cùm eſſent mortui, vitæ conceſſus eſt uſus, ut pateret quòd ad vitam, Domini vitâ, concederetur regreſſus. Obſerva proprietatem. *Vita veſtra eſt abſcondita cum Chriſto in Deo.* Si vita hominum in Chriſto, non erit hominis vita. Quomodò *vita veſtra*? Quia in Chriſto abſcondita. Non erat hominibus vita, poſtquàm mortalis ſurrepta à fatali Parca; quippe ne homines ſurgerent, collocabat in ſepulchris, erectis è mortalibus, trophæis: reſurgente Domino, deſtructa ſunt mortis clauſtra, & reſerata ſepulchra; igitur dum mortalis amittitur, in immortalitatem reſervatur: quippe etiam dum perit, haudquaquàm amittitur, ſed abſconditur.

*Coloſſ. 3. 3.*

*Vita rerum in Chriſti voluntate.*

Rationem profert. *Vita veſtra abſcondita cum Chriſto*, qui *vita veſtra*. In vita Chriſti, abſcondita vita noſtra: & conſequens erat, ut appareret noſtra, cùm apparuit Chriſti vita. Si in Chriſti vita non eſſet vita noſtra, eſſemus morientes in morte, licet vitâ floreret caro Chriſti: & vitam noſtram Paulus vocat Chriſti vitam; quoniam dum è tumulo reſurrexit Chriſti caro, genus humanum reſurrexit cum Chriſto.

Subdit Doctor Gentium. *Cùm Chriſtus apparuerit, vita veſtra, tunc & vos apparebitis in gloria.* Vita glorioſa eſt verè vita: & ut explicetur vita, vitæ proponitur gloria; ut clareat quid per gloriam Chriſti habuerit maſſa corrupta totius generis humani: quandoquidem corpus carneum, gloriâ donatum, affectione dotium, ex corruptibili fit incorruptibile, ex mortali immortale, ex terreno cœleſte. Omnia ab hominibus nacta per reſurrectionem Chriſti: igitur quæ intra ſepulchra iam ſunt corpora cœleſtia.

*Et vita gloriosa.*

10 Triumphum ſervemus. Quiſquis viderit ſepulchrum, celebrabit Solis occaſum, non triumphum. Sed falsò. Iacet Phœnix, ſi qui Phœnix iacet. *Illum dico alitem orientis peculiarem, de ſingularitate famoſum, de poſteritate monſtroſum, qui ſe ipſum lubenter funerans renovat, natali ſine decedens, at ſuccedens iterùm phœnix.* Ubi iam nemo, iterùm ipſe. *Qui non iam, alius idem. Quid expreſſius, atque ſignatius in hanc cauſam, aut cui alij rei tale documentum? Deus etiam in Scripturis ſuis, & florebit enim inquit, velut phœnix: inueſt de morte, de funere, uti credas, de ignibus quoque ſubſtantiam corporis exigi poſſe. Multis paſſeribus antiſtare nos Dominus pronunciavit. Si non & phœnicibus nihil magnum.* Hæc Tertullianus, quæ obiter tango, quippe alibi ex profeſſo. Haud vel in languore languit corporis gloria, igitur in portentum egreſſa fuit de morte, de funere vita. Qui non iam, alius idem. *Ipſe Ieſus* occurrens diſcipulis, *ibat cum eis*: ut appareret qui non iam, alius idem, & ubi nemo, iterùm ipſe. Ipſe in eadem carne, alius in dotibus gloriæ. *Alius idem.* Mirifica vox! Igitur qui iacebat cadaver, reſurgit phœnix, idem & alter. In anima quaſi in cuſtodia gloria erat clauſa; & ruptâ à morte catenâ erupit gloria Vita mortalis nubes erat lucis, & non Solis. Nexus erat in corporis templo, quaſi velum expanſum in Sanctuario. Mors velum excidit, nexum dirupit, noctem fugavit, nubem abegit; & corpore iam glorioſo lumen reſulſit in habitaculo, victâ victrice morte, ſingulari ſtratagemate, ut vidimus ſupr. *Didaſc.* 4. num. 10.

*Phœnix ſymbolum reſurgentis Chriſti.*

*Tertull.*

*Luc. 24. 15.*

*Poſt reſurrectionē alius idem.*

11 *Abſorpta eſt mors in victoria*: dicit Paulus. Contendit mors, & vicit, verùm in victoria victa eſt mors. Ditioni addere voluit liberum vel inter mortuos, ut glorioſior eſſet de exemptione triumphus. Reliquit corpus in monumento, ut mutaretur ſicut cætera cadavera, apparente carne terrâ, quaſi non eſſet exitus corpori, peracto funere. Mutat homines in cadavera, poſt in terram, de qua caro in corpus ſumpta, ut qui homines iam non ipſi; prævalente in corpus morte. Hæc mortis victoria de Chriſto Domino in ſepulchro collocato. Noa

*1. Cor. 15. 54.*



magni, quòd Chriſtus vinceret mortem præliantem: magni iure, vincere mortem vincentem. Victoria mortis ſtat in privatione vitæ, verum non adæquatè, ſi in priſtinum ſtatum redit caro, quippe perit iuriſdictionis poſſeſsio, igitur in terram non convertitur terra: & mors victrix abſorpta eſt illicò in ipſa victoria; quoniam quem reliquit in tumulo mortum, ſtupuit eundem & alium. Eundem identitate carnis, & alium dotibus corporis. Floruit ut phœnix.

*Florvit ut Phœnix.*

——*Velox alienum pergit in orbem,*
*Portans gramineo clauſum velamine funus.*

Claud. *Innumeræ commitantur aves, ſtipatque volantem*
*Alitum ſuſpenſa cohors, exercitus ingens.*

Habuit ergo, Chriſto glorioſo, humana caro hanc feliciſsimam ſortem, quoniam corpus mortale indui immortalitatem.

12 Poſtquam Dominus per Prophetam ſe mortis mortem deſignavit; ut propria feſtivitas vel noſtra eſſet, infit: *De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos.* Ideſt, in redemptione copioſa, libertatem ademptam & optatam humana adipiſceretur natura. Verum intende. Captivitas eſt à morte: ſi à morte liberabit, à quo liberatos redimet? Dumtaxat redimuntur qui patiuntur ſervitutem: quomodò igitur ſervi, obtinentes licet gratis libertatem? *Liberabo & redimam.* Si idem eſt à morte liberare, & redimere; quot ſunt mortes, ut ex una clareat gratia libertatis, & ex alia redemptionis?

*Oſe. 13. 14.*

*Quid eſt corpus redimi?*

13 Non ſunt plures mortes, ſed mortis effectus plures. Per paſsionem Chriſtus in homine redemit animam: per reſurrectionem corporis portionem terream. Hæc redimitur per gloriam, illa per gratiam: & egreſſum eſt glorioſum corpus è captivitate ſplendidum; quoniam eius captivitas erat, non eſſet glorioſum. Conſtat homo ex anima & corpore. Utrumque iugum tolerabat ſervitutis, à vinculis originariæ labis. Sanguine pretioſo liberata eſt anima: reſtabat corpori gloria: & addit Chriſtus redemptioni libertatem; ut etiam corpus obtineret redemptionem: igitur nequaquàm iacet in tumuli pulvere, Chriſto glorioſo, capite, redivivo phœnice. Gloria & gratia procul erant à natura humana, primævâ culpâ. Utriuſque frequens audiebatur gemitus. Quieſcant voces & ploratus. *Gratiam & gloriam dabit Dominus.* Gratiam animabus, gloriam corporibus. Animabus, expirante in ligno: corporibus, reſurgente de ſepulchro.

*Quo rediimitur?*

*Anima & corpus redempta.*

*Et ornata gratiâ, & gloriâ.*

*Pſal. 83. 12.*

Denique. Proponuntur libertas à morte, & redemptio à morte. Duplex mors erat in hominibus, priuſquàm Chriſtus ſepulchrum reliqueret vacuum. Mors erat peccati, & mors corporis iacentis in pulvere. Morti peccati adhibita medicina, per crucem: morti verò corporis per ipſius reſurrectionem. Bino diſcrimine expoſitus quiſquis homo: & duplici morti exponitur duplex redemptio; quoniam poſtquàm animas ſanguine liberavit à crimine, corpus poſt mortem liberavit à morte.

*Quomodò corpus mortuū liberatur à morte?*

14 Audi, qui dicat primitias ſpiritus habens, in miſeria corporis ægerrimè degens. *Omnis creatura ingemiſcit, & parturit uſque adhuc.* Cæterùm cur ingemiſcit? *Expectantes* (ſubdit) *redemptionem corporis noſtri.* Pridem ſolliciti homines de redemptione animæ, modò de corporis redemptione. Corpus ne patitur ſervitutem? Utique. Mors ſurripuit libertatem. Mors interficit corpus, & in ſervitutem redigit. Interficit, dum adimit halitum vitalem: captivat, dum tranſmutat in pulverem: & Paulus avidè expectat corporis redemptionem; quippe quouſquè induatur ſtolâ gloriæ, ſemper iacebi-ſub mortis captivitate.

*Rom. 8. 23.*

Obſerva modò. Par eſt, quòd cadavera expectent reſurrectionem, quippe iam corpora mortua. Paulus adhuc vivit in carne mortali. Redemptio nequit fieri ſine morte: quo ergo pacto redemptionem corporis inſignem, vocat Paulus ipſam corporis mortem? Nequit vivificari niſi mortuum: & mortem exoptat, ut victoria ex morte pateat: ſiquidem corpus mortuum iacens in pulvere, veſtitu gloriæ apparebit immortale, nactâ gloriâ libertatis, carne à ſervitute liberâ corruptionis.

*Quo pacto in corpore dunlex mors.*

15 Modò nota, quòd cùm corpus mortuum expectet ſtolam gloriæ, non dicitur corpus mortuum, ſed mortale. *Cùm mortale hoc induerit immortalitatem.* Grave occurrit argumentum. Morietur, vel poteſt mori, quicquid mortale: quod verò mortuum eſt, mortale non eſt: qua ergo lege corpus erit mortuum & mortale, cùm ſtatutum ſit hominibus ſemel mori? Quia etiam reſtat alia mors, ubi corpus mortuum eſt. Mors prima fit carne mortua: mors ſecunda, quia caro iacet ſepulta. Prima, dum ſequitur mortem: ſecunda, dum ſequitur pulverem. Prima, dum iacet; ſecunda, dum non reſurgit. Prima, quia caret anima; ſecunda, quia caret etiam cadaveris forma. Prima tandem, quia corpus privatur vitâ: ſecunda, quia caret gloriâ, igitur iacet in pulvere: & quod mortuum, dicitur etiam mortale; quippe quouſque induat immorta-

*1. Cor. 15. 54.*

UNIVERSIDAD NOMADA

talitatem, semper patietur vel postquàm moriatur, mortem.

Rom. 7 24. 16 Singulari voce alibi Doctor Gentium expressit. *Quis me liberabit* (ait) *de corpore mortis huius?* Non de morte carnis, sed de corpore mortis. *Quis me liberabit?* Deus per Christum, ut rutilet de corpore mortis speciale trophæum. Mors corporis est, dum corpus caret vitâ: corpus mortis, dum caret gloriâ: & per Christum liberatur de corpore mortis, per mortem mortalitatis: igitur iustorum corpora quæ iacent adhuc post mortem mortalia; post tempus & tempus fulgebunt sine tempore gloriosa. Canit ubi supr. Lactantius v. 81.

Resurrectione abolitum corpus mortis.

*Eripis innumerum populum de carcere mortis*
*Et sequitur liber, quò suus auctor abit.*
*Evomit absorptam pacidè fera bellua plebem,*
*Et de fauce lupi subtrahitt agnus oves.*
*Quos habuit pœnale chaos, iam reddidit iste.*
*Et quos mors peteret, iam nova vita tenet.*
*Rex facer ecce tui radiat pars magna trophæi,*
*Tartara pressa iacent, nec sua iura tenent.*

Lactāt. Gloriosius, quàm fictum de Alcide, Salvator triumphat: igitur victrice manu rutilat laurea de inferno. Retorqueatur Tragicus in *Hercul. furent.* Act. 4. v. 1102.

Triumphus Christi.

——— *Gemitus vastos*
*Audiat æther, audiat atri*
*Regina poli, vastisque ferox*
*Qui colla gerit vincta catenis;*
*Imò latitans Cerberus antro.*
*Resonet mœsto clamore chaos,*
*Latique patens unda profundi.*

Senec. 17 De Achile fictum, viciisse post mortem, interfectricem. Penthasilea bellicosa fœmina, & armis vere Bellona, ductrix Amazonum pro Troianis adversùs Græcos, in eruptione quadam trasfodit, cui obviavit, Achillem. Verum ab ea interemptus, precibus matris in vitam revocatus, eam ipsam occidit, & victor victricis extitit: Vide Martin. Delr. in *Troäd. Senec.* v. 242. Patet in Christo veritas, quod cogitavit pro blandimine falsitas. Vicit Leo Iuda mortem, à morte victus, vocibus genitricis Virginis in hanc auram revocatus; ut triumphus esset gloriosior, quo mors de triumpho securior: igitur mortem moriendo destruxit, & vitam resurgendo reparavit. Haud plangant fœminæ Adonidem, Deum doloris, vel expirantem uti mortalem in ligno crucis. Plangi prohibetur, cui resurrectio debebatur. Instar Antæi vires ex casu resumit.

Achilles victor victoris. Delr.

Symbola Christi resurgentis.

Ovid. *Nimirùm victor cùm cecidisset erat.*

Uti Sol occidit oriturus. Iam spinis abeat dedecus. Totus in lumen: redituque suo singula gaudent.

Boet. *Utinam modò nostra redirent!*

## DIDASCALIA VIII.

### *Angeli custodes hominum amantissimi.*

Greg. Mag. 1 AIt Gregorius Homil. 6. in *Evang:* Probatio dilectionis exhibitio est operis: igitur amoris vehementia exprimitur per officia, & in Angelis etiam exprimitur per obsequia. *Stellæ cœli* dicuntur, ut vidimus in *Exposit. litter.* num. 10. & ut rutilet Angelorum dilectionis præstantia; propter homines, Angeli qui stellæ cœli, videntur in terra: siquidem ut canit Iuvencus lib. 3. de *Evang. histor.* v. 410.

Gen. 22 17.

*Horum custodes cœlesti in fide tuentur*
*Altithroni vultum genitoris sidera supra.*

Iuvenc. Ideo custos Israël, qui iuxta Philonem lib. 1. de *Vita Moys.* appatuit uti *forma pulcherrima nulli visibili similis, divinum simulachrum, luce clarissima*, in Scriptura dicitur apparuisse *in flamma.* Flamma semper in cœlum tendit naturali conamine: cæterùm pondus semper adhæret amori: & pro hominis custodia, Angelus demonstratus est in flamma; ut rutilaret miraculum ingens, dum videretur etiam flamma descendens: quandoquidem Deus in demonstrationem dilectionis, facit ministros suos & versus inferiora flammam ignis. Visio utique magna, dum flamma infrà.

Phil. Exod. 3 2.

Custodes quare conferuntur flammæ ignis.

2 Ferè eodem tempore, quo Catholica Ecclesia (igitur mense Martio) celebrat custodiam Angelorum, Prisci Romani celebrarunt Tutelarium, novis lauris redimitâ domo, ut Genij auxiliatores perstarent in patrocinio. Referunt Rosinus de *Antiquit. Rom.* lib. 4. cap. 4. & Dempster. hic: canitque Ovidius lib. 3. *Fastor.*

Festiola tarTutelarium apud Romanos.

*Laurea flaminibus, quæ tota perstitit anno*
*Tollitur, & frondes sunt in honore novæ.*

Ovid. Intuitus varius fuit, ut scribit Plinius lib. 15. cap. 30. *Laurus triumphis propriè dicatur, vel gratissima domibus ianitrix Cæsarum, Pontificumque: quæ sola & domos exornat, & ante limina excubat::::: nisi id à Divo Augusto cœperit, ex ea lauro, quæ ei missa è cœlo::: & quia fulmine sola non ictur.* O fatua Gentilitas! O lachrymabilis cæcitas! Verùm quanta nostra felicitas, dum cognoscimus cœlestes huius terreni habitaculi custodes! siquidem excubant & vigilant

Plin.



In custodia habentur gratiis singularis & præsentia. lant contra Manes, fugantes dæmones, & mittuntur in custodiam hominum, ut hostem pellant antiquum. Volitant ab alto, ut laurus missa de cœlo; ne fulgura suggestionum absorbeant igni, quos custodiunt passim ut pupillam oculi. Ergo grati simus erga custodes,

*Naturæ fragili quos Pater addidit*
*Cœlestis comites, insidiantibus*
*Ne succumberet hostibus.*

Per illos obtinetur à fragili natura gratia, & præsentia, & custodia, vel per custodiam præsentia, & gratia. Brevi ergo exponetur devotioni, ut proficiat charitate.

Quo cognoscitur Angelos in loco esse. 3 Inquiritur, quo pacto sint Angeli in loco, cùm sint spiritales substantiæ, haud subijcibiles commensurationi loci? Scholastici cum Magistro 2. *Sentent.* distinct. 6. astruunt non esse in loco circumscriptive, ut contineantur à mensura loci; sed definitivè continentes locum, quippe non sunt in illo ut in loco, sed ut in operato: igitur non operantes circa locum, non sunt in loco. D. Thom. Vid. D. Thom. ibid. & in 1. *dist.* 37. quæst. 3. Hæc exigit illorum natura, quibus explicatur in nostra custodia diligentia. Adhæret Custos lateri, sed non videtur à latere. Favet, sed oculos dignati vel in favore fugit: igitur cùm ibi sit Angelus, non demonstrat ibi esse: visus, sed dumtaxat opus. Operibus demonstratur dilectio, & Angeli Custodis etiam præstat in modo: etenim haud oculos adhibet favoris testes, sed fidei demonstrationes singulares. Non oculi designant præsentiam, opera tantùm demonstrant vigilantiam; quippe præsens est iuvamine, invisibilitate præsentiæ: siquidem dum præstat patrocinium, dicitur habere locum. *Nostra bona sunt utilitates arbitratur*: ait Chrysostomus Serm. de *Ascens. Dom.* Nostra, est Custodis utilitas; & ita erga hominem excellit charitas; ut vel explicando charitatem, haud velit agnosci nisi per operationem.

Quàm singularis amor eorum!

Chrysost.

Prozz. 4 Mos fuit apud Romanos, uti refert Orozzius *lib. 1. cap. 34.* mittere servos vel conducere in aliquam expeditionem alios, ut coronæ à se in prælio virtute partæ conductoribus cederent, ita ut alij contenderent, & alij quasi victores triumpharent. O tempora! O mores! Quanta huius farinæ videntur in aulis? Alij laborant, ut coronentur alij, divisis muneribus, & indivisis plausibus, igitur hi cedunt in otioli honorem, & fugiunt effundentes è toto corpore sanguinem. Longè à regimine prudentia, ubi meritis non obsequuntur munera. Odorandæ sunt huiusmodi merendi artes, ne mereantur nisi merita apud discretionem Præsidis: igitur propudiosum, quòd alij habeant meritorum laborem, & alij arte adipiscantur meritorum dignitatem. Displicet timido Saul, victoriâ à Davide partâ, quòd prælianti concederentur decem millia: cùm mille concessi regi, dumtaxàt essent blandimini. Hoccine credibile? Insania frequens Primatum & Principum: non merentur, qui contendunt in prælio, & merentur, qui otiosè sedent in solio.

Merita fitta qua sint? Ludibria aulæ & regiæ plerumque arte huiusmodi pollent, & quasi corniculæ nitent: quandoquidem salutationes matutinæ & vespertinæ, corporis curvitas, pedum gestus, mysteriosa verba, & plena pipere pro conversationis sale, ingressus & egressus è domo Principum, sunt merita & ars in dignitates Thrasonum. *Satis longa vita est* (ait Senec. de *Brevit. Vit.* cap. 1.) *& in maximarum rerum consummationem largè data est, si tota benè collocaretur: sed ubi per luxum, ac negligentiam defluit, ubi nulli rei bonæ impenditur: ultima demum necessitate cogente, quam ire non intelleximus, transisse sentimus. Ita est non accepimus brevem vitam, sed fecimus: nec inopes eius, sed prodigi sumus.* Satis ergo: igitur propositio.

1. Regi 18. 8. Principum insania, quòd nihil agentibus attribuatur victoria.

Senec.

Non est brevis vita, si bene rota collocatur.

5 Quod probrum inter homines, uti insigne amoris, miramur inter homines, & Angelos tutelares: etenim bona nostra, suas utilitates arbitrantur: & uti infit ubi supr. Seneca: *Modicæ opes si bono custodi traditæ sunt, usu crescunt.* Angelus haud quærit ex facinore gloriam sibi, sed operanti custoditò homini. Ille regit, ducit, disponit, instruit, facit, contendit in prælio, sed coronatur homo. Vincit hostes, proterit insidiantes: paritur victoria singularis eius auxilijs; verùm homini laurea, quem habet diligenter in custodia.

Senec.

Custos divus est victoria, & hominum laurea.

6 Prævaluit Davit in Philisthæum. Contemplemur ergo triumphum. Elegit pro armis quinque lapides de torrente. Primo igitur impositò in reticulo fundæ, hunc Custos in frontem direxit, vim vibranti brachio indidit; & facili iactu cecidit gigas, quem extollebat usque ad sidera vanitas. Cecidit, cæterùm (ut dicunt Rabbini apud Ar. Montan. in *Bibl. Reg.*) *Allophylus dixit Davidi videns Angelum: Non solus occidisti me, sed qui tecum aderat, cuius species non est sicut species hominis.* Quis igitur prævaluit Philisthæo? Victus est à Davide, vel ab Angelo? *Prævaluit* (dicitur) *David adversùm Philisthæum in funda & lapide: percussumque Philisthæum interfecit.* Si Angelus per David ho-

Act. Mont.

1. Regi 17. 50.

hostem proterit, quare psaltriarum chorus Davidem dumtaxat plaudit? Bellum est in quo alij congrait pugna, alijque corona. Bellum, in quo interfunt Angelus & homo, pro triumpho: & dum Angelus vincit, Davidem victorem chorus extollit; siquidem Angelus gloriam habet maximam, quòd per illum homo obtineat ex certamine coronam.

*Et gloria maxima eberetum erroris.*

7 Militia est super terram hominis vita. Descendit Angelus ut vita militans tuta evadat sub custodia. Ipse pro cliente contra gigantem dæmonem pugnat, & pro victoria decertat. Ipse valde fidei creditum diligit, & in cunctis protegit, instruit in aciem, ut viriliter agat in hostem. Monet, erigit, protegit, dirigit. Monet de insidijs, erigit animum meritis, protegit in incursu, dirigit in incursum, & homini cedit victoria, cùm sit tutelaris diligentia. Non omnia facit, & omnia facit. Instrumentum Angelus instruit in causam principem, regens hominis voluntatem, ut homo velit ad quod Angelus suaviter movet. Non compellit, sed impellit, ut homo amplectatur bonum, & quia liber habeat meritum. Impellit ut velit, & ut volitum exerceat, victis periculis, ne ab intentione resiliat. Disponit occasionem triumphi uti Ioab, ut plaudatur rex David: & invisibilis apparet in pugna, ne nomini eius abscribatur victoria. Cuncta fiunt ab Angelo, ut coronetur homo, & opere clareat quanta Custodis dilectio.

*Eorum officia.*

*2. Reg. 12. 28. &c.*

8 In lacum leonum missus est Daniel, causâ virtutis, & livore fomite, qui extorsit à rege malitiosè edictum, ne cùm vellet, posset revocare decretum. Securiora crimina sub legis larva, & ratione politica. Hoccine officium delatorum, innocentiæ insidiantium, & virtutem persequentium. In auctoramen potestatis subdole fraus ingerit, quorum postea autoritatem pœnitet. Pacem invenit innocentia inter bruta crudelissima animalia, ubi causa pœnarum innocentia. Quanta livoris crudelitas in homine, si mitiores vel in furorem concitatæ feræ! Si belluæ humaniores, homines profectò dæmones. Ambiunt virtutis æstimationem, cæterùm fugiunt virtutem. Innocentiam igitur astruxerunt, quam animalia vel norunt: sedebatque Daniel ieiunus inter belluas ieiunantes, frementes in delatores (tandem tandem dantur in escam qui alieno sanguine lactant calumniam) & Deus qui dat escam timentibus se, per Angelum intercepit Habacuc, qui prandium ferebat messoribus agri, ut vesculo ministraretur Danieli. *Fer prandium*: dicitur ei. Excusatur ignorantia loci, *& apprehendit cum Angelus Domini in vertice*

*Livor facit hominem dæmonem.*

*Daniel 14. 33.*

*eius, & portavit eum capillo capitis sui, posuitque illum in Babylonem super lacum in impetu spiritus sui*: peractaque ministratione officiosa, restituit eum Angelus unde tulerat. Obiter nota obedientiæ perfectionem, ut prompte ducamur in perfectionis vertice. Si ducimur, volamus, attollimur. Ergo ducamur: siquidem magna perfectio, dum ducimur, & capillo ducimur; nequaquam vero si capillis trahimur. Hisp. vigilantissime: *Si por un cabello nos dexamos llevar, sin ir arrastrados de la obligacion por los cabellos.*

*Vers. 35.*

*Obedientia fugi mui à terra.*

9 In huiusmodi rerum articulo inquiri potest: Cur esculenta esurienti Danieli Angelus non tulit de mensa regis? Habacuci prandium erat vile: & monet operatio, quid faciendum in necessitate; igitur tunc nullo modo sunt ministrandæ palato deliciæ. Intendatur itaque eleemosynis congruis inopiæ fuga, ac minime quod expensis eras augeatur inopia: siquidem infania est hominum, dum non est panis, cogitare de delicijs: de quo Nos hic *Tautolog. 10. Didasc.* 1. Cibus Habacuci erat rusticus, Principis autem regius. Hic tappetebat citò, quippe erat in Babylonia: ille verò per quàm longè, quia in Iudæa. Facilius erat & ministerium, & officium: quare igitur cibum e regia mensa, vel ab Habacuco non tollit, sed vectorem cibi cum cibo transferet?

*Omnia facit, ut homini cedant omnia.*

*Infania est, dum non est panis, cogitare de deliciis.*

10 Omnia indicant Angelorum benevolentiam erga humanam, quam custodiunt ambitioto famulatu naturam. *Fer prandium*, dicitur habenti: nequit ille succurrere: & Angelus facit, quòd homo ad impossibile possit; ut homo meritum habeat, quasi Angelus non fecisset: igitur neutiquam egenti ab homine ministraretur cibus; ni tulisset ut ministraret in Babylonem Angelus. Si hic arriperet è mensa escam, vel cibum Habacuci portaret in Babylonian; opus charitatis luceret, sed ab homine non fieret: hominemque portat, ut per illum homo faciat: siquidem cum eius studium sit hominis meritum; Angelus totam libentèr impendit operam, ut homo obtineat ex misericordia lauream.

*Studia Angelorum.*

*Custodis studium est hominis meritum.*

11 Non valebat Habacuc ad lacum accedere, igitur nequibat progredi, licet sciret ubi. *Fer*, Angelus dicit: voluntatem cognovit, & in altum ut misereretur sustulit, ingenti miraculo, palàm charitatis merito, & Tutelaris officio: igitur per charitatem Habacucus sublevatur à terra, & transcendit aëra; atque per custodem plenissimè fit officium, quin homo moveat in operationem gressum. Voluntatem in inopem esurientem cognovit, & ut miseriam sublevaret,



*Num. 22. 31.*

*Demonstrat in vocatum opportunitatem.*

ret, sublevavit: quippe non solùm corda movet in charitatem, sed etiam offert in merita ignoratam occasionem. Poterat sumere prandium ab Habacuco: verùm non rutilaret dilectionis demonstratio: portaturque per aëra in lacum leonum esurientium, à Iudæa; ut Daniel respiciat, qui cibum offert, & non respiciat qui offerentem ducit.

12 Denique: Non tulit Angelus Habacucum nescientem, sed postquam exploravit benefaciendi voluntatem. Si ferret, quin quò per quem, & ad quid rectus sciret, merito sanè careret: ferre volentem, erat illum invitare ad officium; quo obtineret compassionis meritum: quippe homini congruebat velle, & Angelo in volitum operari. Homo voluit, Angelus statim in Babylonem portavit; sed illo coram Daniele, recessitur quicquid fecit Danieli, cederet homini. Angelus duxit: Angelus reduxit, Angelus monuit. Angelus ita direxit, ut per illum præter velle herent cuncta; & gloria cederet homini, quasi per hominem facta.

13 Sæpe in prava curva protervitas rationalium, surdescit ad voces Custodum, in cõmoda aliena vigilantium: igitur salutaribus Angelorum monitis aspis astuta obturat rebelles aures. Veneno vivit fota callidi serpentis sinu, & renuit fatua expoliari veneno. Crimine cognitionem amittit, & executit vel ab auribus Angelorum spiramen, quia cognoscit redditurum cognitionem. Fastidit, sed Angelus non recedit, nec dimittit cùm peccaverit. Angelus pacis amarè flet, quia homo involutus errore, & saucius profundo vulnere, non flet amarè. Quam arctè diligit hominem Angelus, dum non fugit vel offensus! Numquid projiciens abiecisti peccatorem? Nullo modo, sed ut recipiat saucius sanitatem. Sequitur simul & persequitur, ut homo dulcissimum persecutorem sequatur. Impingit impetè quasi talpam, & allidit ad petram, ut vel ipsis erroribus cognoscat culpam, ac mortis atque amaritudinum ictus in pœnitudinem aperiant quam primùm oculos. Impellit ut corruat corpore, ad hoc quòd resurgat mente. Intendit vulnerari, ut vivat: molitur ægram valetudinem, ut valeat; & percutere cogitat absinam corpus in ruina, ut aperiat Balaamus lumina erroribus clausa.

14 Tropologia invenitur insignis, in medicina Archangeli Raphaëlis, ut à Tobia sene gravamen removeret cæcitatis. Piscis, quem in Tigri branchijs ceperat, fel inniori Tobiæ in medicamen reservare imperat. Ad quodnam ergo? interrogavit iuvanis. Respondit Angelus: in iniuriam excitatis: *Fel valet ad ungendos oculos, in quibus fuerit albugo, & sanabuntur.* Patet ergo iam effectus amoris Angelici, cum videt hominem in tentatione. Periculi flominis propter belluam non monuit, sed indulsit quòd in tanto discrimine clamaret; ut cognosceret victo hoste, haud potentiâ, sed specie formidabili, qui incursum passus, quantus & qualis ex tentatione proventus. Liquent utilitates: etenim valuit post certamen in cæcitatem & dæmonem.

*Tob. 6. 9.*

*Vers. 1. Ex tentatione plurima utilitates.*

15 Ergo argumento principali. Fel piscis (siquidem aliquibus placuit ex se non gaudere illuminationis virtute, sed dùtaxat habuisse virtute Angeli, de quo Alapide hic & Vallesi. de *Sacr. Philosoph.* cap. 42.) quare eligitur in cæcitatis medelam, & vasti corporis reijcit Angelus portionem aliam? *Fel* (ut ex Galleno lib. 10. de *Simpl. medicam. facultat.* astruit Nicolaus Nancel. in *Analog. Micr. ad Macr.* lib. 10. cap. 3.) *Si in oculos immittitur, effluunt acrimonia in lachrymas*: & felle abstergitur cæcitas; quippequàm homines tunc excutiunt cæcitatem, dum lachrymantur errorem. Error habetur, ubi ut error non cognoscitur. Cognitione gaudet citissimè medicamine: efficaciaque fellis oculus abundat lumine & lachrymis; igitur nullum aptius medicamen in cæcitatis expulsionem, quàm plorare cæcitatem.

*Gallen. Nic. Nanc. Cæcitatis medicina lachryma.*

16 Altiorem sensum demonstrat Scriptura, ut clarescat Angelorum custodia. Per fel indicantur pœnæ, amaritudines vitæ corporis mentisque cruciamina, atque mortalis halitus necessaria tormenta. *Deut.* 29. 18. Iob. 20. 14. & Thren. 3. 5. 19. Angelus intuetur homines ut fragiles, vel ut rebelles tendere in cæcitatem criminis. Monet, ut illuminentur: & præ visibilium voluptate magis à seipsis obcæcantur, atque offuscijs dæmonum irretiuntur: felle opus est, ut convertatur ad cor; quippe difficile revocabuntur frugi, ni tundantur voluptatis vexatione: insurgque Angelus fel tribulationum, absynthium amaritudinum; ut dolore acerbo flentes, lachrymis expellant gravamina cæcitatis, cogitantibus illis gaudea fellea, quæ sequebantur ut gaudia: quippe minimè fecillent, ni cæci ipsis voluptatibus essent.

*Haud respiceret crimina, ni mens cæca.*

17 Origo humoris fellis considerandа. *Ex melle fel* (ait Nancelius ubi supr. *lib. 9. cap. 10.*) *Cùm tamen dulcissimum sit tunc amarum futurum.* Mellea sunt voluptatum pabula, sed mortis fraudibus artificiosè imbuta, quæ quidem esurientes sequuntur impavide homines, ignari fraudis, quousque laborans toxico medicato voluptatibus pe-

*Nancel Fel ex melle.*

ctus, nauseâ lethali extentum exprimit per viscera virus; igitur mel iam non dulce, pro palati blandimine, cùm dulcedo illecebrarum in fellis pabulum fit calore convertum. Ita Ionathas exclamat: *Gustans gustavi paululum mellis, & ecce ego morior?* Utique, introitus voluptatum hunc habet exitum. Numquàm homines respiscerent si in voluptate invenirent voluptatem: & mel in fel meditantes convertitur, ut homo ab errore convertatur, atque demum cognoscat illecebrarum dulcedinem revera esse amaris-simum dolorem.

1. Reg. 14. 43. *Dulcedo voluptatis est apoteca doloris.*

18 Per huiusmodi speciem dulcedinis, furiosè insaniunt exercitientes homines, quibus vafrè occinunt acroâmata dæmones: id-est, offerunt larva, quæ inordinatè volunt, & volita fingunt, lactantes voluntatem, ut magis inducatur in errorem. Mœret Custos de hominum insatuatione voluntariâ, & satagit de voluntatis rationali pœnitentiâ: at cùm oculos minimè in errorum pœnitudinem, & cæcitatis expulsionem aperiant (ni crimina cognoscentes de cæcitate doleant) Angeli convertunt mel in fel, ut ignitabulo doloris mentis inclareſcat lux: igitur haud affligunt, ut affligant illos; sed ut afflicti ad splendorem lucis aperiant oculos.

*Custos hominem delectibus aggravat, ut convertat.*

19 Quàm sublimem sese cogitavit Nabuchus! super phantasiam, magis quàm super sidera ab eo collocabatur fulgide thronus. Ne vox exaggeratio sit, thronum excelsum elevavit super se. In arbore, cuius nimia erat altitudo, sæcta animi insolentis obumbratio: igitur proceritas arrogantiæ usque in astra cœli, aspectus tyrannidis scandalum erat orbi. Folia eius quasi cultus maiestatis pulcherrima, atque vanitatis insignia, vel pabula. Fructus eius nimius & nullus; quippe nullus, ubi nimius, maximè si ad umbram principum nulla est discretio personarum merentium & demerentium. Quænam ergo nimij fructus utilitas, si totus quantus expendebatur in bestias? Infelix sanè Principis magnitudo, sub cuius umbra nec ullus apparet homo. Cuncta micabant superbiæ blandimina, queis lactabatur in maiestate philautia; sed error magis obcæcavit regem, quo ius erat fugare à pectore errorem. In somnis vidit imperij, voluptatis, atque vanitatis simulachrum, nec resipuit vigilans, cùm posset cogitare sicut somnium. Simulachrum felicitatis, & non felicitas; speculum vanitatis, sed vera vanitas. De spectro interrogavit. Philautiam innuit: siquidem haud inde laberetur, si se cognosceret. Tunc Angelus de cœlo clamavit: Succidite arborem, præcidite ramos, excutite folia, dispertite fructus, bestiæ fugeant, & volucres abeant. Corruit arboris pompa, licèt radices permanerent sub terra. *Sermo completus est super Nabuchodonosor, & ex hominibus abiectus est, & fœnum ut bos comedit, & rore cœli corpus eius infectum est, donec capilli eius in similitudinem aquilarum crescerent, & ungues eius quasi avium.* Ita. Apparuit in agro, quod sub hominis larva dominabatur in throno. Quam turpem hominem arrogantia eformat! Audite apud Tragicum Hecubam in *Troâd.* Act. 1. v. 1.

*Principis turpis umbra, sub qua non meriteta.*

*Cognitio sui quanti interest.*

Daniel. 4. 30.

*Superbia ruina.*

*Quicumque regno fidit, & magna potens*
*Dominatur aulâ, nec leves metuit Deos,*
*Animumque rebus credulum lætis dedit;*
*Me videat, & te Troia. Non umquàm tulit*
*Documenta fors maiora, quàm fragili loco*
*Starent superbi.*

Senec.

20 Ab hominibus est eiectus, & à sede regali Nabuchus. Ab hominibus, quia non decet, hominum habere societatem, qui hominis non habet mentem: à sede regali, quoniam propudium regno, quòd bestia moribus, specie hominis collocaretur in throno. Ita rex, ut canit de Sciano Iuvenalis *Satyr.* 10. v. 103.

*Haud Princeps congruit regno, si non homo.*

——— *Qui nimios optabat honores*
*Et nimis poscebat opes, numerosa parabat*
*Excelsæ turris tabulata, unde altior esset*
*Casus, & impulsæ præceps immane ruinæ.*

Iuvenal

Rex ita fastiditus, & à subditis? Rex sine maiestate regis, è folio in campum, è delicijs aulicis in præsepium, vel sub dio, comedens & iacens fœno, uti monstrum vagabundus in agris, bellua humana vel homo silvestris? Magna animi amaritudo: amplior, quia inerat huius status cognitio. Quisnam huiusce-modi dolorem disponit? Qui intimè diligit. *Vigil de cœlo.* Angelus? Nonne pius, clemens, & mitis, philanthropus, seu amator hominis? Nonne à malo custodit? Sanè: cur igitur diligens in pœnas graves immittit? Folia arboris (idest opulentia) deserviebant vanitati; fructus, qui ad iuvamen subditorum, phantasticæ ostentationi. Nulla his levitatis ponderibus cordi gravato, inerat cogitatio de Deo, sed altè sederat mortalitatis, atque æternitatis oblivio: & denudatur ab Angelo folijs, & fructibus; ut rex studeat sanis cogitationibus: igitur in solio vivitur sine lege, ubi nulla cogitatio de corporis morte, & animæ æternitate. Spinæ sunt, quæ suffocant sementem patris familias, potissimè dum leges appetitus mulcet maiestas: resecanturque meditanter fructus & folia; ut fructus ferat arbor ostentatione vacua: etenim nullum fructum profert salutis, onusta folijs rutilis vanitatis. Ut profit animæ,

Vers. 19

*Dum auferuntur vitæ subsidia, auferuntur salutis instrumenta.*

*Vanitas quam nocua!*



mæ, & principatui virtutum fructus; exulent à consortio luxus & fastus.

*Et occasiones peccati.*

21 Cuncta estò strictim meditanda. Illa arboris rationalis proceritas, quæ quidem contingebat cœlum, ut immineret in elationem (supplicium) erant gravamina opum, & fascinans opulentia facultatum. His privatur rex, ut videat quid per se sit. Ipse sibi videbatur plusquàm homo in throni cœlo, & tunc vel illi claruit, quid esset homo: igitur nihili fiunt insulæ maiestatis, ubi hominem fugit maiestas virtutis. Hæc lapis Lydius in hominis constitutione. An sint, vel non, dicunt cineres nudi. Utinam resipiscerent Principes, dum non per se plauduntur, obeuntes pro tempore dignitates! Plausus blandientium excitat amorem proprium: & quousque decidant à cogitationibus suis, anxiè tendunt in molimina fraudis, cùm possint agnoscere subditos haud dirigere adorationem in hominem, sed dumtaxat in propriam utilitatem. Qui intuebantur arborem Nabuchi proceram; fugiunt, quippe arbor non habebat umbram: quandoquidem tot comitantes in throno, solum, qui fuerat Princeps, atque ut solivagum præteribant in agro. Hæc humanæ gloriæ lex. In Thabore post visionem, *neminem viderunt, nisi solum Iesum.* Hic hominum pro utilitate plausus. Post coronæ despectus, *fugit iterùm in montem ipse solus.* Ferè sequuntur regem; & quem regem fugiunt hominem.

*Homo est quicquid eius virtus sit.*

*Adoratio hominis ferè utilitas adorationi lita.*

Matth. 17. 8.

Ioan. 6. 15.

22 Opulentia Nabuchi obscuraverat mentem, & auri argentique pondera gravaverant indolem, ut tantùm cogitaret de terrenis, cùm sederet in sede maiestatis: & ut iter aliud carperet, omnia gravamina vigil de cœlo diligentissimè surripit; quoniam parùm ambulat cœlestis itineris, qui temporalium caducarum rerum onustus sarcinis. Per *cœli volucres* in Scriptura intelligitur potentia militum, & apparatus armorum, quibus Nabuchus subiugavit terram in tyrannidem, quin milles veneraretur insolentiâ locum sacrum & immunem: privaturque Princeps ab Angelo apparatu militiæ, ne habeat ad manum occasionem nocendi: igitur facilis in appetitus voluntas, dum suppetit pro voluntate potestas. Per *bestias terræ* (ut sæpe alibi dixi) designantur vitia. Fovebantur arboris umbrâ: & denudatur penitùs arbor, ubi florebat maiestatis decor; ne maiestatis potentiâ, quæ expelli ius erat, foverentur peccata.

*Removet Angelus divitias, negravet*

23 Adhuc observa intuitum huiusmodi exterminij, ut constet de Angelorum dilectione. Vox de cœlo sic: *Succidite arborem, & præcidite ramos eius: excutite folia eius, & dispergite fructus eius.* Quorsùm tot ictus? Dicitur faxòt *Fugiant bestiæ, quæ subter eam sunt, & volucres de ramis eius.* Volucres cogitationes sunt, quæ per cuncta pro lubidine vagantur, ut spe lactata corda in mala præcipitentur. Bestiæ sunt peccata opere consummata, quæ nec cognitione malignitatis expulsa; quippe catenis maiestatis vinciuntur, dum vel practico dolore à vanitate foventur. Monita excutiuntur per aërem. Haud respiscent mentes, nisi per intimam vexationem: & ab Angelis potentia destruitur, maiestas proteritur, corpus infirmitatibus tunditur, anima pœnis vexatur; sed cum summa dilectione, vel dum inferuntur gravissimæ pœnæ: siquidem homines ut affligantur, non vexant; sed ut vexatione sapiant, & bestiæ criminum fugiant.

V. 12.

*Premit homines, ut fugiat iniquitates.*

24 Intende. *Regnum tuum tibi manebit, postquàm cognoveris potestatem esse cœlestem.* Cur igitur si è throno propulsatur, quia superbia inflavit: ut iterùm inflectur in maiestatem, qui deiecit meritissimè, restituit? Spe etiam decidat, ne denuò mala mentis gaudia insatuatus concipiat, & qui occasionem habuerat arrogantiæ maiestatem, habeat ad manum elatus in regimen elationis occasionem. Ad quid tot amaritudinibus ictus, si restituitur in apicem principatus? Quia non cognoscebat per quem habebat regnum, ejicitur extra thronum: haud possibilia arbitrabatur mutationis decreta, cùm esset in sedis gloriâ; quasi humana dumtaxat paterentur mutabilitatem, & nequaquam mutationem. Didicit ex his quæ passus est obedientiam, ne se fastu reretur extra fortunam. E ruina tanta suscitata est in Principe intelligentia: & iterùm Nabuchus donatur gloriâ: quippe haud mala denuò cogitabit in throno, qui cognovit ex periculo. Videamus sine querimonia, quanti intersint animarum nostrarum afflictiones. Deiicitur Nabuchus ut firmiter sit in throno maiestatis. Non dijcimur tribulationibus ut deprimamur, sed ut elevemur. *Regnum tuum tibi manebit, postquàm cognoveris.* Errabat Princeps, quia non cognoscebat; & Vigil de cœlo affligit, & ad se in ipsa afflictione trahit; igitur non affligit, ut affligat, sed ut errorem præceps homo cognoscat. Patet. In regnum deiectum, & humiliatum restituit, postquàm cognovit.

*Amaritudine pœnæ gusta, renascitur cupa.*

*Quanti bonum ex tribulatione!*

25 Adhuc clariùs patet effectus tribulationis ex commodò utilitatis. *Igitur post finem dierum* (ait) *ego Nabuchodonosor oculos meos ad cœlum levavi, & sensus meus red-*

V. 31.

*Fluit in illata tribulatione quælit*

*redditus est mihi.* Fatuus lenocinio aulicorum, blandimine deliciarum erat, & extra se.

*Quantum sola noces animis illapsa voluptas?*
Sil. Ital. *Ebrietas tibi fida comes, tibi luxus, & atris*
*Circa te semper volitans infamia pennis.*

*Pœna est beneficium,* Ex hos fonte scaturit cum cæteris vitijs mentis ebrietas, & etiam in sensibilibus turpis fatuitas. Non igitur pœna illata regi, fuit pœna, sed beneficium, dum per illam qui fatuus recepit sensus. Ita operiens cupiditatibus iacebat humi, vel sedens in maiestate; ut à despicienda terra, non averteret oculos in qua hærebant stulti cogitatus. De Deo nec memoria: tota cogitatio de terra: & illum premit arctè pondus diuturnorum afflictionum, ut oculos tanto dolore elevaret ad cœlum. Haud recenseantur ictus amari in cordis acri dolore, dum urgent oculos ad cœlestia dirigere.

*Et magnum.*

Pers. 2. 26 Nota contextum. Dum esset in solio dormiebat & quietè in lecto. Hæc est pax peccatorum, quos numquàm excitant vel spinæ conscientiarum. Postquàm sedem amisit, oculos ad cœlum levavit. Modò vigilat, qui pridem stertebat? Quam aptè Horatius lib. 1. *Satyr.* 3.

Horat. ——— *Noctes vigilabat ad ipsum*
*Mane: diem totum stertebat. Nil fuit unquã*
*Sic impar sibi.*

*Excitat Angelus dormientes in vitijs homines.* Angelus dormientem voluptatibus è somno excitavit vel veterno, dum immissa fuit afflictio: igitur oculos somno gravatos aperuit, & apertos princeps ad cœlum levavit. Dona temporalia arcent cœlestium cogitationem, sine qua homines æternam & internam amittunt felicitatem: amorque Custodis illos exuit bonis terrenis; ut qui dormiunt vigilent, & excitatione exulteut: quandoquidem aperit oculos, ut cognoscant inania, quæ cogitabant ut bona, figantque in cœlis cogitatus, ubi erigunt tribulationibus oculos. Hinc pertrita pompa pulcherrimæ atque spectatissimæ arboris, iubet vox Angeli in terra fini radices. Radix in terra vita est: & non conterit, ut conterat; quia non vult peccatoris mortem, sed ut convertatur, & vivat.

Ver. 19. 27 Aptiùs ni fallor, promam. *Succidite arborem*: verùm in terra servetur radicum germen. Perpende in destructione misericordiam, & amoris in homines vehementiam. In terra radicum germen. Nihil remansit, quod tendebat in aërem. Radix in terra est hominis anima, quia cuncta proveniunt ab huiusmodi radice, igitur homo significatur in arbore, ut dicitur ibid. v. 19. Radix est anima, truncus corpus, folia divitiæ, fructus spensæ, aves ostentatio maiestatis, bestiæ vanitas ostentationis, quibus vivit homo, & pro quibus perit homo. Angelus custodit, dum nocua subtrahit: & destructis omnibus periculis vanitatum, duntaxàt

*Intendit maximè in animæ salvationē.* intendit in terra servari germen radicum; quippequàm modò salvetur anima, parvi pendit quòd pereant cætera bona.

Cant. 5. 7. 28 Hi sunt Custodes murorum, qui vel pœnis consulunt hominibus, licèt alumni de afflictione quetantur. Surrexit titulo devotionis anima sancta ut quæreret Sponsum, sed *inverunt* (ipsamet ait) *me custodes qui circumeunt civitatem. Percusserunt me, & vulneraverunt me: tulerunt pallium meum mihi custodes murorum.* Percusserunt Sponsam Custodes, ne à diabolo circulatore percuteretur; & illo dolore liberaretur à profundiore vulnere. Illata est corpori vulnere pœna, ne à sagittantibus in obscuro sauciaretur anima vaga, & tulerunt pallium, ne subriperet dæmon. Diligenter intende. *Tulerunt* (ait) *palium meum mihi.* Quomodò si illi, ab illa tulerunt pallium? Tulerunt, ut restituerent illi: igitur ni ab illa raperent, forsàn raperetur à dæmone. Sì per palium intelliguntur bona temporalia (quapropter Gregor. Magn. Homil. 32. in *Evang.* inquit: *Quid enim sunt terrena omnia, nisi quædam corporis indumenta?*) tulerunt ab illa bona temporalia, ut illi vagæ restituerent cœlestia.

*Vulneras corpus anima ne vulneretur.*

Gregor. Magn. 29 Sæpe huiusmodi felicitates, ad felicitatem sunt ferreæ compedes: & ab Angelis plerumque dormientis percutitur latus, ut peccatorum cadant *catenæ è manibus eius.* Petrus dormiebat, verùm Custos vigilabat: excitavit Custos, & sospes apparuit vinctus; quia Angeli excitatione aperuit statim oculos. Quid mirum, quòd vinctus iaceat, si inter catenas dormiebat? Quid quòd ab Angelo percuteretur, si in libertatem percussione & actutùm excitatur: laceret homo, ni huiusmodi lumen fulgeret in corporis habitaculo: etenim ut canit Prosper Aquitanic. lib. de *Provid. Dei* v. 847. felicitas est hominis plorata calamitas.

Act. 12. 7.

*Custodiã charitas, vel dum ab illis applicatur acerbitas.*

*Et percutit, ut excitet.*

Prosper ——— *Cui multus in ipso*
*Exitio est collatus honos.*

Tob. 6. 8. 30 Reflectatur sermo ad Raphaëlem, qui in physica cogitavit etiam indicare mysticam sanitatem. Apprehendit iunior Tobias; quam timuit belluam marinam, converso metu in victoriam, & servavit in medicamen, quam Raphaël designaverat piscis portionem: sed quorsùm ista: dixit iuvenis. Angelus verò: *Cordis eius particulam si super carbones ponas, fumus eius extricat omne*



*genus dæmoniorum.* Obiter nota, quid cor hominis sit lactatum mundi dulcedine, & tostum cœlestium amore: etenim igne activo charitatis, cognoscit fallaciam splendoris, ubi quæ lucent bona, verè sunt mala, felicia lamentabilia, risus error, ratio furor, prosperitas falsa, & amaritudo vera: cor denique plenitudine vanum, siquidem abit in fumum. Ergo Didascaliæ.

*Cuncta mundi gaudia fumus.*

*Lachrymis expelluntur dæmones*

*Non appetunt in bonis mundi corda, quo exultent, sed quo plorent.*

31 *Cordis eius particulam si super carbones ponas, fumus eius extricat omne genus dæmoniorum.* Quare si hæc opinio ut diximus ex virtute Angeli, tribuuntur virtuti fumi? Si corde exulto facienda erat miraculosa in expulsionem dæmonis operatio, quare non signatur in igne sed in fumo? Fumus provocat oculos in planctum, & mortificat in fletum. Dæmones sunt vitia, quibus gravatur anima, dum exultat voluptatibus, amicis insidiatoribus: & dum Angelus custos intendit dæmonum exterminium, medicinam signat duntaxàt fumum: igitur si oculi fumo copiosis abundant lachrymis; lachrymis tantùm expelluntur dæmones. Viderint sanè peccatores terræ, quid in vanitatibus deauratis bracteis desiderent: siquidem si fumus omnia, & appetunt fumos; nil appetunt quo exultent, sed quo plorent.

32 Demique. *Fumus eius extricat omne genus dæmoniorum.* Non ignis? Non. Per ignem signatur cruciatus, sine igne non est fumus: & custos Angelus, dum solicitat dæmonum expulsionem, animæ sanitatem, nullo modo signat ignem, causam fumi, seu principium tormenti; ut clareat eius erga hominem charitas, vel dum applicatur acerbitas: igitur etiam dum ignem tribulationis adhibet, non cruciat, ut homines crucientur, sed ut plorent. Ubi fumus est, haud libitò sedemus, imò fugimus: & Angelus ostendit pro medicamine fumum, maximè in occasione tentationum; siquidem satagit fastidio intolerabilis fumi, ut recedant peccatores ab occasione peccati, ne quod fumus modò oculorum, pòst transformetur in incendia viscerum. Fumus. Utique, nequaquàm ut cæcutiant, sed ut oculos aperiant, & clariùs videant: etenim non mortificat, ut fumo torqueantur, sed ut lachrymentur.

*Quæ tanta applicatur,*

33 Restabant plura, quibus superseDeo, ne in fastidium lectoris protrahatur Didascalia. Hæc est Angelorum gratia, præsentia, & custodia. *Quantam nobis debet hoc verbum inferre reverentiam, offerre devotionem, conferre fiduciam!* Ita exclamat Mellifluus Doctor super Psalm. *Qui habitat;* subditque: *Reverentiam pro præsentia, devotionem pro benevolentia, fiduciam pro custodia.* Sunt Custodes hominum amantissimi, & altrinsecùs opere. Altiori sensui commoda sunt Senecæ verba *De Brevitat. Vitæ* cap. 15. *Quæ illum felicitas, quàm pulcra senectus manet, qui se in horum clientelam contulit! Habebit cum quibus de minimis, maximisque rebus deliberet, quos de se quotidiè consulat, à quibus audiat verum sine contumelia, laudetur sine adulatione, ad quorum se similitudinem effingat?: Hi tibi dabunt ad æternitatem iter, & te in illum locum, ex quo nemo ejicietur sublevabunt. Hæc una ratio est extendendæ mortalitatis, imò in immortalitatem vertendæ.* Hæc ille: tædet, dum placet, quòd dixerit Seneca. Graphicè Alcimus Avitus lib. 4. *Genes.* v. 190.

Bernard.

Senec.

*Solatia hominis e Custodibus angelis.*

Alcim. Avit.

*Est ille in cœlis, numeros qui præterit omnes.*
*Angelicus sine fine chorus, qui laude perenni*
*Conclamat, celebratque Deum, famulantia sanctus*
*Ferre ministeria, & iussis parere supernis.*
*Hi nunc, quod rectum mortalia corda precantur,*
*Concipitur dignis sacro quod pectore votis,*
*Quicquid larga manus collectis spargit egenis.*
*Excipiunt, sanctoque ferunt super astra volatu:*
*Quin etiam iustos, fragilis dum vita fatigat,*
*Tutantur, mundique inter discrimina servant.*

TAU-

# TAUTOLOGIA SEPTIMA.

*VENIT ABRAHAM UT PLANGERET, & fleret eam*: ideſt, *uxorem Saram.*
Geneſ. 23. v. 2.

## EXPOSITIO LITTERÆ.

1 EST aliquis & dolendi, & dolentis decor. Hic à Sapiente ſervandus: & quemadmodum in rebus exteris, ita & in lachrymis aliquid ſatis. Plus oſtentatio doloris exigit, quàm dolor ipſe. Studendum igitur legibus naturæ, haudquaquàm oſtentationis voluptati. Appoſitè Stoicus Cordub. *Epiſt. 99.* & conſulit dolori, & tolerandi prudentiæ. *Cùm primùm nos* (inquit) *nuncius acerbi funeris percuſſit, cùm tenemus corpus è complexu noſtro in ignem tranſiturum, lachrymas naturalis neceſſitas exprimit, & ſpiritus ictu doloris impulſus, quemadmodum totum corpus quatit, ita oculos, quibus adiacentem humorem perpremit, & expellit. Hæ lachrymæ per eliſionem cadunt, nolentibus nobis. Aliæ ſunt quibus exitum damus, cùm memoria eorum quos amiſimus, retractatur, & ineſt quiddam dulce triſtitiæ. Cùm occurunt ſermones eorum iucundi, converſatio hilaris, officioſa pietas; tunc oculi velut in gaudio relaxantur. His indulgemus, illis vincimur. Eant ſuâ ſponte: ire autem poſſunt placidis, atque compoſitis. Sapè ſalva Sapientis auctoritate fluxerunt, tanto temperamento, ut illis nec humanitas, nec dignitas deeſſet. Licet naturæ obſequi gravitate ſervatâ.* Fortem in funere charorum voca impium, collubentem verò effœminatum. Nihil nimis. Ita fatò functa dilectiſsimâ & meritò, coniuge Sarâ, quas lachrymas, Abraham vel in filij oblatione repreſsit, cohibere minimè valuit; igitur in funere coniugis, & planxit, & luxit. Suffragatus eſt legibus naturæ, in coniugis anniſsione: etenim nec maieſtas hominem ex homine tollit, nec humanis paſsionibus, atque affectibus exuit. Aptiùs cadit, quam in Herculem, quod cecinit Tragedus in *Oeteo* Act. 4. v. 1263.

Seneca. *Modus prudentis in luctu.*

*Unde iſte fletus? Unde in has lachrymæ genas?*
*Invictus olim vultus, & numquàm malis*
*Lachrymas ſuis præbere conſuetus (pudor!)*
*Iam flere didicit. Quis diis fletum Herculis,*
*Quæ terra vidit?*

Gravatur cor mœſtitudine, & amore: unde in lachrymas erumpit, & in amoris ſignaculum & in cordolij ſubſidium.

2 Fœcundiſsimum igitur argumentum occurrit de ritu ſepeliendi: quod miſſum niſi in neceſſarijs faciam, videndum tamen (quippe non ſolùm pro varietate Nationum, & Gentium; ſed in qualibet, diſtincti mores pro diverſitate populorum) apud Raviſ. Tex. in *Officin.* lib. 2. cap. 103. Lil. Gregor. Gyrald. libell. de *Sepulchr.* & *vario ſepeliendi ritu.* Franc. Pomey in *Libitin.* Iuſt. Lipſium lib. 1. *Elector.* cap. 6. Adrian. Turneb. lib. 19. *Adverſ.* cap. 5. Ioannem Kirchmannum de *Funerib. Roman.* Alexand. ab Alexand. lib. 6. *Genial. dier.* cap. 14. Cælium Rodigin. *Lect. Antiq.* lib. 17. cap. 19. Sopranum de *Funerib.* Roſin. de *Antiq. Rom.* lib. 5. cap. 39. alioſque plures. Apud Poëtas obvia paſsim. Aliquarum Nationum ritus canit Silius Italic. lib. 13. de *Bell. Punic.* v. 469.

*Varij ſepeliendi ritus.*

Sil. Italic.

*——Tumuli & cinerum ſententia diſcors.*
*Tellure, ut perhibent, is mos antiquus Ibera.*
*Exanima obſcœnus conſumit corpora vultur:*
*Regia cùm lucem poſuerunt membra, probatum eſt*
*Hyrcanis, adhibere canes: Ægyptia tellus*
*Claudit odorato poſt funus ſtantia ſaxo*
*Corpora, & à menſis exanguem haud ſeparat umbram;*

*Exhau-*



*Exhauſto inſtituit Pontus vacuare cerebro*
*Ora virum, & longum myrrhata reponit in ævum.*
*Quid qui reclusâ nudos Garamantes arenâ*
*Inſodiunt? Quid qui ſævo ſepelire profundo*
*Exanimes mandant Lybicis Naſamones in oris?*
*At Celtæ vacui capitis circumdare gaudent*
*Oſſa (nefas) auro, & menſis ea pocula ſervant;*
*Cecropidæ ob patriam Mavortis ſorte peremptos*
*Decrevere ſimul communibus urere flammis.*
*At gente in Scythica ſuſpenſa cadavera truncis*
*Lenta dies ſepelit, putri liquentia tabo.*

Plura alia videnda apud Claud. Dauſquecium Silij commentatorem, ſicut apud Servium, Donatum, Pontanum & La-Zerda in Virgilium lib. 6. *Æneid.* v. 212. qui ita refert apparatum, ſeu funeralem pompam pro Miſeno Æneæ tubicine.

*Nec minus interea Miſenum in littore Teueri*
*Flebant, & cineri ingrato ſuprema ferebant.*
*Principio pinguem tædis, & robore ſecto* Virgil.
*Ingentem ſtruxere pyram: cui frondibus atris*
*Intexunt latera, & ferales ante cupreſſos*
*Conſtituunt, decorantque ſuper fulgentibus armis:*
*Pars calidos latices, & ahena undantia flammis*
*Expediunt, corpuſque lavant frigentis, & ungunt.*
*Fit gemitus: tum membra toro deſlecta reponunt.*
*Purpureaſque ſuper veſtes, velamina nota,*
*Coniiciunt. Pars ingenti ſubiere feretro*
*Triſte miniſterium, & ſubiectam more parentum;*
*Averſi tenuere facem. Congeſta cremantur*
*Thurea dona, dapes fuſo crateres olivo.*
*Poſtquàm collapſi cineres, & flamma quievit,*
*Reliquias vino & bibulam lavere favillam,*
*Oſſaque lecta cado texit Chorinæus aheno.*
*Iàm ter ſocios pura circumdedit unda*
*Spargens rore levi, & ramo felicis olivæ*
*Luſtravitque viros, dixitque noviſſima verba.*
*At pius Æneas ingenti mole ſepulchrum*
*Imponit, ſuaque arma viro, remumque, tubamque*
*Monte ſub aërio, qui nunc Miſenus ab illo*
*Dicitur, æternumque tenet per ſæcula nomen.*

3 Eluceat ergo ritus in pompa funerali. Funera enim ſolemnia celebrabantur tubis, vel tibijs (Mortuos ad ſepulturam cum cantu proſequi, uſitatum, quoniam animæ ipſæ poſt corporis vincula ad originem dulcedinis muſicæ, hoc eſt, ad cœlum ipſum redire creditum eſt Priſcis) quibus ſonitus triſtes edebant, & cantores *Siticines* appellabant: *Eò quòd* (inſit Gellius lib. 20. *Noctium Attic.* cap. 2.) *apud Sitos canere ſoliti eſſent: hoc eſt, vitâ functos, & ſepultos. Enque habuiſſe proprium genus tubæ, qua canerent, à cæterorum tubicinum proprietate differens. Funus* dicebatur, dum cadaver ardebat: *Exequiæ*, dum portabatur: *Reliquiæ*, poſt crematum, & buſtum; *Conditum* verò, iam ſepultum: ſed antequàm cadaver in pyram inijceretur, digitus manus dextræ incidebatur, ad quem ſervatum iuſta fiebant, reliquo corpore uſtulat refert ubi ſupr. Gyraldus: ſed hoc ſolummodò ſi in bello caderet, ut poſteà Romæ ſolemnes fierét exequiæ: quo intelligitur lex 6. p. 1. XII. Tabulat. ubi defuncti permittitur oſſa legere. Videſis Roſin. de *Antiq. Rom.* lib. 8. cap. 6. & Dempſ. hic. Tunc condito, ideſt humato (quippe olim dicebantur ſepulti, quoquo modo códiti) flores ibi, aromata, ſupellectilia, & pretioſiora quæque inijciebant in loculum: mactabantur victimæ (apud Barbaros etiam uxores & ſervi) ni priùs feciſſent, ut cadavera familiarú, equorum, eanumque ſimul in buſto cum principis cadavere cremarentur: ut refert Homerus factum ab Achille in parentalijs Patroclij. Poſtea fœminæ lamentatrices nœnias incipiebant, & ſiquæ vel vinculo amoris ac ſanguinis adſtrictæ evellebant capillos, carpebant faciem & genas unguibus ſibi radebant. Finito planctu cœnabant ſplendidè, unde *Cœna feralis, Siticernia*, funerum fercula, ac defunctorum pocula: demumque funebri ora-

*Funera celebrabantur tubis.*

*Quid Siticinia?*

Aul. Gell. *Quid funus & exequiæ?*

*Quando & cur digitus dextræ manus cadaveris ſecabatur?*

*Quid Silicernia?*

tione à propinquo fato functus laudabatur, atque dicebat novissima verba.

4 Fere omnia patent ex Scriptura. Musica seu tibiæ, Matth. 9. 23. *Cum venisset Iesus in domum principis, & vidisset tibicines, & turbam tumultuantem.* Quem articulum interpretans Sedulius lib. 3. de *Christ. mirac.* v. 130. ait:

*——— Moriens ubi virgo iacebat,*
*Extremum sortita diem, trepidusque tumultus*
*Omnia lamentis ululans implebat amaris.*
*Funereosque modos cantu lachrymante gerebant*
*Tibicines, plangorque frequens confuderat ades.*

Musica in luctu.

Tob. 14. 16. *Completis annis nonaginta novem in timore Domini cum gaudio sepelierunt eum. Cum gaudio, quia cum cantu:* inde Sopranus *Digress.* de *Funerib.* part. 2. cap. 5. quod quidem erat honor illustrium, uti ibid. v. 2. de seniore Tobia dicitur: *Sepultus est honorificè.* Claret Mich. 2. 4. ubi: *Tempus pessimum est. In die illa sumetur super vos parabola, & cantabitur canticum cum suavitate dicentium: Depopulatione vastati sumus* &c. Quod explicat Hebr. legens: *In die illa lamentabitur lamentum lamenti.* Et Ierem. 48. 36. præ dolore vastationis Moab, dicitur: *Propterea cor meum ad Moab quasi tibia resonabit.* & Isai. 16. 11. in idem argumentum: *Super hoc venter meus ad Moab quasi citbara sonabit.* Apud Profanos crebrò, Ovid. lib. 6. *Fastor.* & lib. 5. *Trist.* Eleg. 1.

Sopran.

*Temporibus veterum tibicinis usus avorum*
*Magnus, & in magno semper honore fuit.*
*Cantabat fanis, cantabat tibia ludis:*
*Cantabat mœstis tibia funeribus.*
*Interea nostri quid agant, nisi triste, libelli?*
*Tibia funeribus convenit ista meis.*

Ovid.

Et Papinius Statius lib. 6. *Thebaidos* v. 68. & 120.

*Gloria mista malis, afflictæque ambitus aulæ,*
*Cui grande exequijs onus, atque immensa ferantur*
*Membra rogo: sed cassa tamen, sterilisque dolentes*
*Flamma iuvat, parvique augentur funere Manes.*
*Cum signum luctus cornu grave mugit adunco*
*Tibia, cui teneros suetum pro ducere Manes.*

Stat.

Propertius lib. 2. Eleg. 7. & Eleg. 13. & lib. 3. Eleg. 12.

*Ah mea tum quales caneret tibi Cynthia sonos*
*Tibia, funesta tristior illa tuba!*
*Nec mea tunc longa spatietur imagine pompa,*
*Nec tuba sit fati vana querela mei.*
*Sic mœsta accinere tubæ, cum subdita nostrum*
*Detraheret lecto fax inimica caput.*

Propert.

Denique Virgilius lib. 11. *Æneid.* v. 185.

*Constituere pyras: huc corpora quisque suorum*
*More tulere patrum, subiectisque ignibus atris*
*Conditur in tenebras altum caligine cœlum.*
*Ter circum accensos cincti fulgentibus armis*
*Decurrere rogos, ter mœstum funeris ignem*
*Lustravere in equis, ululatusque ore dedere.*
*Spargitur & tellus lachrymis, sparguntur & arma.*
*It cœlo clamorque virum, clangorque tubarum.*

Virgil.

Huius moris meminere Hieron. Magius lib. 1. *Miscell.* cap. 13. Tiranquell. in lib. 3. cap. 7. Alex. ab Alex. Senec. in *Mort. Claud.* Cicer. lib. 2. de *Legib.* Petron. in *Satyr.* Suetonius in *August.* cap. 100. *Funus* (inquit) *triumphali porta, canentibus Neniam principum liberis utriusque sexus.* Subdit Ioseph Scalig. *Ea canebatur ad tibias.* Eadem habet *in Cæsar.* cap. 83. Gallen. lib. 3. de *Symptom. causis*, ait: *Porrò sunt alij bombosi, bombis latissimarum tibiarum non absimiles, quales habere solent, qui tympanula, ideſt sitticines nominantur.* Astipulatur Apulcius Florid. 1. & 3. ubi: *Tibia questu delectabilior, & fistula susurru iucundior, & buccina significatu longinquior.*

Gallen.

Apulei.

5 Flores spargi etiam ritus Hebræorum in obsequium cadaverum. Hinc Sponsa quasi iam præ charitatis vulnere proxima morti, Cant. 2. 5. sodalibus dixit: *Fulcite me floribus: stipate me malis, quia amore langueo:* diximus floribus ornari sepulchra, *Taut. l. 3. Di-*



*Didasc.* 7. num. 1. Ierem. 48. 9. *Date florem Moab, quia florens egredietur: & civitates eius desertæ erunt:* quasi iam mortuum regnum, vel destinatum morti. Unde Sept. Interpret. *Date signa Moab, quia igne succendetur, inflammatione inflammabitur:* sicut solet construi pyra cadaveribus. Portenditur signum exterminij Moabitarum. Primò, quia qui devoti morti, olim coronis redimebantur (maximè si peripsema urbium, ut notat Suidas, quod quidem fiebat cum victimis immolandis, constatque forma etiam ex Sacr. pagina, *Act.* 14. 12.) igitur ut specie illa pulchra lenirent dolorem vel mœstitudinem mortis, ducebantur ad aras onusti floribus rutilis, & alijs delicijs, genialibus pro interficiendorum conditionibus. Ita Pyrrhus abductam fraude Helenæ Polixenam, ad tumulum Achillis iugulat, connubialibus vestimentis ornatam. Canit Seneca in *Troad.* Act. ult. v. 1130.

Floribus ornabantur sepulchra.

Victima etiam.

*Cum subditò, thalami more, præcedunt faces.*
*It pronuba illi Tyndaris, mœstum caput*
*Demissa. Tali nubat Hermione modo*
*Phryges precantur &c.*

Seneca

6 Deinde, quia solebant cadavera ornare floribus, ut observat Hieronymus *Epist.* 26. ad Pammach. *Cæteri mariti super tumulos coniugum spargunt violas, rosas, lilia, floresque purpureos, & dolores pectoris his officijs consolantur,* &c. Profanorum magna seges. Iuvenal. *Satyr.* 7. v. 207.

Et cadavera.

*Dij maiorum umbris tenuem, & sine pondere terram,*
*Spirantesque crocos, & in urna perpetuum ver.*

Iuvenal.

Persius *Satyr.* 1. v. 50.

*——— Nunc non è Manibus illis,*
*Nunc non è tumulo, fortunataque favillâ*
*Nascentur violæ?*

Pers.

Virgilius lib. 6. *Æneid.* v. 883.

*——— Manibus date lilia plenis,*
*Purpureos spargam flores animamque nepotis*
*His saltem accumulem donis.*

Virgil.

Tibullus *lib.* 2. *Eleg.* 5.

*Illa mihi sancto est illius dona sepulchro,*
*Et made facta meis serta feram lachrymis.*

Tibull.

Propertius *lib.* 1. Eleg. 17. *Tenera poneret ossa rosa.* & *l. b.* 3. *Eleg.* 5.

*Me iuvet hesternis positum languere corollis*
*Et caput in verna semper habere rosa.*

Propert.

Quod quidem etiam arbitrabantur placationem Manium, ut canit Ovidius lib. 2. *Fastor.*

*Tegula porrectis satis est velata coronis*
*Et sparsa fruges parcaque mica salis.*
*Hinc que mero molita Ceres, violæque soluta:*
*Hæc habet media testa reperta via.*
*Nec maiora veto: sed & his placabilis umbra.*
*Adde preces positis, & pia verba focis.*

Ovid.

7 Unguentorum & aromatum etiam in Scriptura mentio fit. Apud Ægyptios commune. Hinc Genes. 50. 2. mortuo Iacob, Ioseph *præcepit servis suis medicis, ut aromatibus condirent patrem.* Quod postea inolevit apud Hebræos. 2. Paralip. 16. 14. de Asa dicitur: *Sepelierunt eum in sepulchro suo, quod foderat sibi in civitate David: posuruntque eum super lectum suum plenum aromatibus, & unguentis meretricijs, quæ erant pigmentariorum arte confecta, & combusserunt eum ambitione nimia.* Christus ritum signat, Matth. 26. 12. *Quid molesti estis huic mulieri, opus enim bonum operata est in me. Mittens enim hæc unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit.* Eadem Ioann. 12. 7. Ita ergo ut condiretur, *venit Nicodemus ::: ferens mistluram myrrhæ & alloes quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligaverunt eum linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire.* Ioann. 19. 39. Adhuc post sepultum dilectæ discipulæ *cum transisset sabbatum, emerunt aromata, ut venientes ungerent Iesum.* Marc. 16. 1. & Luc. 24. 1. Apud Ethnicos plura obvia. Ovidius lib. 3. *Fastor.*

Unguenta & aromata huic cadaveri condita.

*Mista bibunt molles lachrymis unguenta favilla,*
*Vertice libatas accipiuntque comæ.*

Ovid.

Homerus *Illiad.* 18. v. 349. 22. 442. 23. 40. *Odyss.* 4. v. 49. 17. 85. 19. 317. & alijs in locis.

Homer.

*Sed poſtquàm ferbuit aqua in nitido ære,*
*Tunc abluerunt, & unxerunt pingui oleo,*
*Et vulnera repleverunt unguento novem annorum.*

Perſius *Satyr.6.* v.34. & Ennius de funere Tarquini, *Urna*

Perſ. Enn.

*Oſſa inodora dabit: ſeu ſpirent cinnama ſurdum,*
*Seu cerafo pecent caſia.*
*Tarquini corpus bona fœmina lavit & unxit.*

Vel in hoc tempore viret huiuſmodi mos, potiſsimè cum Principum cadaveribus. *In fune re Iuſtiniani* canit Corippus:

Corip.

*Thura Sabæa cremant, fragrantia mella locatis*
*Infundunt pateris, & odore balſama ſucco*
*Centum aliæ ſpecies, unguentaque mira feruntur.*

*In funeribus etiam Iudæorum cremabantur cadavera.*

8 Corpora cremata, & oſſa ſepulta etiam conſtat in Sacris, ut vidimus de corpore Aſa, num. anteced. etiam 1.Reg.31.12. de Ioram dicitur 2. Paral. 21. 19. *Mortuus eſt infirmitate peſſimâ, & non fecit ei populus ſecundùm morem combuſtionis exequias, ſicut fecerant maioribus eius.* Sedeciæ dicit Ieremias 34. 5. *In pace morieris, & ſecundùm combuſtiones patrum tuorum regum priorum, qui fuerunt ante te, ſic comburent te: & Va Domine plangent te.* Clarèſcit etiam ex Amos 6. 10. *Et tollet eum propinquus ſuus, & comburet eum, ut efferat oſſa de domo.* Modus concinnandi graphicè deſcribitur à Tibullo lib.3. Eleg.2.

*Quomodò ſervabantur oſſa cadaverum poſt ignem?*

Tibull.

*Ergò cùm tenuem fuero mutatus in umbram,*
*Candidaque oſſa ſuper nigra favilla teget,*
*Ante meum veniat longos incompta capillos,*
*Et ſleat ante meum mæſta Neæra rogum.*
*Præfatæ ante meos Manes, animamque, rigatæ*
*Perfuſa pias ante liquore manus.*
*Pars quæ ſola mei ſuperabit corporis, oſſa*
*Incinctæ nigra candida veſte legant.*
*Et primum annoſo ſpargant collecta Lyæo*
*Mox etiam niveo fundere lacte parent.*
*Poſt hæc carbaſeis humorem tollere ventis*
*Atque in marmorea ponere ſicca domo.*

Etiam deſcripſit Virgilius, uti oſtendimus num.2.

*Næniæ apud Priſcos.*

Amos.

9 Nænias & alia ludicra (quæ etiam hucuſque in Gallecia obſervantur) devenuſtare faciem, tundere pectora &c. refert pariter Scriptura. Amos 8. 10. *Convertam feſtivitates veſtras in luctum, & omnia cantica veſtra in planctum, & inducam ſuper omnem dorſum veſtrum ſaccum, & ſuper omne caput calvitium, & ponam eam quaſi luctum unigeniti, & noviſſima eius quaſi diem amarum.* Eſth. 14. 2. dicitur de illa, audito à patruo exterminij populi decreto: *Cùm depoſuiſſet veſtes regias, ſletibus & luctui apta indumenta ſuſcepit, & pro unguentis varijs cinere & ſtercore implevit caput, & corpus ſuum humiliavit ieiunijs: omniaque loca in quibus antea lætari conſueverat, crinium laceratione complevit.* Vide eadem apud Iſai. 3. 17. 15.2. Ierem.7.29. Thren.2.10. & Ezech.5.1. Commune ſanè apud Ethnicos. Sil.Italic. lib.13. v.310.

Eſth.

*Evellere capillos.*

Sil.Ital.

———— *Nunc propexis in pectora barbis*
*Verrere humum, nunc fœdantes in pulvere crinem*
*Canentem, & turpi lachryma precibuſque pudendis*
*Fœmineum tenues ululatum fundere in auras.*

Virgil. Eurip. Stat. Propert. Ovid.

Virgilius *Æneid.*lib.10. v.726. & lib.12. v.209. *Arſuraſque comas obnubit amictu.* Eurip. in *Oreſte. Extquiæ fuerant rari furtiva capilli munera.* Statius ubi ſupr. *Cæſariem ferro minuit.* Propertius lib.1. Eleg.17. *Charos donaſſet funere crines.* Ovid. *Epiſt.*Canaces:

*Non mihi te licuit lachrymis perfundere iuſtis*
*In tua nec tonſas ferre ſepulchra comas.*

*Lacerare pectus.*

10 Tunc ergo fœminæ, ut ait Petronius in *Satyric.* Lacerabant vehementer pectus, ruptoſque crines ſuper pectus iacentis imponebant. Canit Tragicus in *Troiad.* Act.1. v. 82. ubi ita furibunda clamat Hecuba ad fœminas captas:

*Fidæ caſus noſtri comites*
*Solvite crinem, per colla fluant*
*Mœſta capilli tepido Troia*

*Pul-*



*Pulvere turpes: paret exertos*
*Turba lacertos: veſte remiſſa*
*Subſtringe ſinus, uteroque tenus*
*Pattant artus. Cui coniugio*
*Pectora velas captive pudor?*
*Cingat tunicas palla ſolutas,* Senec.
*Vacet ad crebri verbera planctus*
*Furibunda manus. Placet hic habitus.*
*Solitum ſtendi vincite morem,*
*Lacerum multo funere crinem,*
*Coma demiſſo libera nodo,*
*Spargitque cinis fervidus ora.*
*Complete manus: iam nuda vocant*
*Pectora dextras. Nunc nunc vires*
*Exprome dolor.*

Eadem in *Hippolyt.* Act.5. v.1177. Videſis plura exempla morì atteſtantia apud Delr. hic. Virgilius lib.4. Æneid.v.673.& lib.12. v.604. *Lan'art gest.*

*Unguibus ora ſoror fœdans, & pectora pugnis*
*Quam cladem miſeræ poſtquàm acceſere Latinæ,*
*Filia prima manu flavos Lavinia crines,* Virgil.
*Et roſeas laniata genas: tum cætera circùm*
*Turba furit reſonant latè plangoribus ædes.*

Ovidius *Epiſt.* Oenones ad Paridem:

*Oraque ſunt digitis aſpera facta meis.* Ovid.

Sophocles in *Antigone*, & Euripides in *Helena.*

*Sanguineam facem deformat,* Sophocl.
*Madefaciens formoſas genas.*
*Unguibuſque teneras genas* Eurip.
*Cruentavit lethalibus plagis.*
*Iniiciam genis cruentos ungues.*

*Lex Romæ prohibitum.*

11 Sufficiant ergo teſtimonia aſtruentia fœmineæ deliria, igitur propter huiuſmodi amentiam, quia ad inſtar Saliorum lanceolis ſeſe fœminæ limphaticè cruentabant, quaſi non poſsint explicare cordis mœſtitudinem, ni in carne diris vulneribus haberent dolorem, lege cautum eſt apud Romanos, ne in iſthæc quaſi deſperationis ſigna fanaticè laberentur. Ita ergo lege 5. part. 1. *Duodecim Tabull.* ſancitur: *Mulieres genas ne radunto, neve leſſum* (ideſt ſepultum, quia apud Priſcos, uti obſervat in *qq. Epiſtolicis* Iuſtus Lipſius *Defunctius, Situs, Loſus, Lauſus & Leſus*, aut *Leſus* idem ſignabant) *Funeris ergo habento.* Quaſi in prima prohiberent doloris nimietatem, & in ſecunda ludicram eiulationem. Ritus erat Gentium, quas ſæpe imitati Iſraelitæ, quod enim etiam cautum lege, ut videbimus num. 29. Ierem. 41. 5. *Venerunt octoginta viri raſi barba, & ſqualentes.* Hebr. & Ar. Montan. *Inciſi, Stigmatici.* de quo Nos egimus latè hic *Tautolog.* 4. in *Expoſit. litter.* à num. 17. Conſtat liquidò ibid. cap. 16. 6. ubi dicit Propheta: *Morientur grandes & parvi in terra iſta: non ſepelientur, neque plangentur, & non ſe incident, neque calvitium fiet pro eis.* Unde Hieronymus hic: *Ad Gentium ſimilitudinem lacertos incidebant, & crinali veſtitu caput nudabant, quod honori putabant eſſe vitâ functis cognatis.* Morem Gentium refert Plutarchus in *Conſolatoria* ad Appollon. prop. med. *Multis gentibus* (inquit) *aſſuetum eſſe in ſuorum funere deformare corpus, aures, nareſve abſcindendo, aut alijs corporis partibus fœdè laceratis.* Pridem Cicero *Tuſc.* qq. lib. 3. dixit: *Ex hac opinione ſunt illa varia, & deteſtabilia genera lugendi, pædores, mulebres lacerationes genarum, pectoris, fœminum, capitis percuſſiones.* Eadem de Scythis refert Herodotus lib. 10.

Iuſt. Lipſ. *Quid Situs & Loſus, aut Leſus?*

Hieronym

Plutarch.

Cicer.

12 Obiter, ne quid intactum relinquamus, quippe opportunè occurrit expoſitio aliquorum teſtimoniorum, ingenia Interpretum torquentium; notandum in Ciceronis auctoritate ly *Pædores.* In funeribus, ut exprometur mœſtitia, vel ut arte extorquerentur ab oculis lachrymæ, herbæ fœtidæ vel alia eiuſmodi cremabantur igne, vel folia vividi acriſque pædoris applicabantur ad nares. Quo intelliges illud Iob 18.15. *Aſpergatur in tabernaculo eius ſulphur.* & Ezech.8. 17. *Converſi ſunt ad irritandam me, & ecce applicant ramum ad nares ſuas.* ubi Pagninus ex Hebr. *Fœtorem.* Symmach. *Quaſi emittentes ſonitum, vel can-*

*Quid ſint Pædores in funere Priſcorum?*

Iob. Ezech. Pagnin. Symm.

*canticum per nares*: quippe fœtore, aut suffitu offensæ halitum emittunt; ut mutent, vel tantam effugiant acerbitatem. Hinc Lucretius lib. 3. de *Rer. natur.* v. 70.

Lucret. ——— *Crebras reducunt naribus auras.*

Per tamum ita Venus designavit planctum de morte Adonidis, uti canit Ovidius lib. 11. *Metam.* Fab. 11.

Ovid. ——— *Luctus monimenta manebunt*
*Semper Adoni mei, repetitaque mortis imago.*

Ideo conversus dicitur in anemonen (Nos *Amapola*) fœtidi odoris, licèt visu delectabilis. Pariformiter igitur intelligendum in tabernaculo aspergi sulphur: idest cremari ia sensus oppressionem, internæ amaritudinis indicem. Fœtor sulphure tzpe indicatur ab Scriptura *Psalm. 6.* 10. *Ezech.* 38. 22. Quare ob prædorem, vel ob similitudinem odoris tetri fulmina dicuntur sulphurea. Ita Plin. *lib.* 35. *cap.* 15. Lucretius lib. 6. de *Rer. natur.* v. 213.

*Cur fulmina vocantur sulphurea*

Lucret. *Quod superest quali natura pradita constent*
*Fulmina, declarant ictus, & inusta vapore*
*Signa, notaque graves halantes sulphuris auras.*

Denique Silius Italicus de *Bello Punic.* lib. 10. v. 165.

Sil. Italic. ——— *Proavis ab origine cognita quercus*
*Ceu fumat percussa Iovi, sacrosque per ævum*
*Æthereo ramos populantur sulphure flammæ.*

Vide plura alia curiosa, & erudita apud Mart. Delr. in Tragœd. Senecæ, & in *Adag.* p. 2. Adag. 8.

*Præficæ in funeribus.* 13 Ergo sermo ad Præficas, quarum etiam usus in Sacra pagina. Ierem. 9. 17. *Vocate lamentatrices & veniant, & ad eas quæ sapientes sunt mittite, & properent.* & v. 20. *Docete filias vestras lamentum, & unaquæque proximam suam planctum.* & cap. 22. 18. de Ioacim Iosiæ filio: *Non plangent eum, Va frater, & va soror: non concrepabunt ei, Va Domine, va inclyte.* Etiam viri conducebantur in huiusmodi ministerium. 2. Paral. 35. 25. *Cantores & cantatrices usque in præsentem diem lamentationes super Iosiam replicant.* Amos 5. 16. *Vocabunt agricolam ad luctum, ad & planctum eos qui sciunt plangere.* 3. Reg. 13. 30. *Planxerunt eum, Heu heu mi frater* Eccle. 12. 5. *Circuibunt in platea plangentes*: idest, Præficæ: ut ait Marian. in *Vers. metric.* Denique Iob. 3. 8. *Maledicant ei, qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare Leviathan.* Dicitque Iobus huiusmodi planctum maledictionem, quippe dolore sibi dira precabantur, & in cœlum etiam ponebant os suum.

Ierem. Iob.

*Insania earum in querelis.* Dido apud Virgil. lib. 4. v. 24.

Virgil. *Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat,*
*Vel Pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras*
*Pallentes, umbras Erebi, noctemque profundam*
*Ante &c.*

Hecuba apud Senecam in *Troad.* Act. 4. v. 993.

Senec. *Me mea sequentur fata. Non pelago quies*
*Tranquilla veniat, sæviat ventis mare*
*Et bella, & ignis, & mea, & Priami mala,*
*Dumque ista venient, interim hæc pœna in loco est.*

Pap. Statius lib. 1. *Thebaid.* v. 385.

Stat. ——— *Tunc flere, & scindere vestes,*
*Fataque & iniustos rabidos pulsare querelis*
*Cœlicolas, solamen erat.*

Qui mos frequens apud nescientes Deum verum, eiusque providentiam. Innuit Baruch. cap. 6. 31. *Rugiunt autem clamantes contra Deos suos, sicut in cœna mortui.* Vide alia num. 34. 35. & 36.

14 His & alijs fœminæ furentes quasi ab Erinny percitæ insaniebant, & quæ phantasiæ, præ dolore iactæ, obvia sine circumspectione clamabant; de quo plura infr. num. 34. Non ita Virgo virginum Maria lamentata est filium suum & Dominum nostrum, ut dixtorte cogitat Maximus Planude, quasi hoc esset traducere fabulas Æsopi. Exsibilandus est, igitur Orat. de *Christi sepultur. & Virgin. lament.* statuit, B. Virginem in obitu filij unguibus, ac digitis genas sibi laceraſſe; capillos vulsisse, pugnis contudisse pectus, omnia inconditis questibus, & insanis vociferationibus compleviſſe; in Iudæos, Iudam, & quoscumque Christi morti cooperatos multa intorsisse. Longè à Virgine Matre huiusmodi uæniæ: licet tranfixa dolore, stabat supra dolorem: semper ipsa & iuxta crucem. Quiete omnia tu-

*Virgo Dipara placide pertulit filij crucem & mortem.* Max. Planude.



tulit, & sedatè ac placidè pertulit. Eius in cunctis voluntas subdita Dei voluntati, & amor conformis amori. Nihil igitur degener à fortitudine invicti animi egit, nec indignum virginei pectoris cœlesti robore vel plena amaritudine demonstravit. Consule Cardin. Vigerium *Chord. 7. cap. 13.*

*Pretiosa sepelibantur cum cadaveribus.* 15 Pretiosiora sepeliri cum cadaveribus tradit Hieronymus lib. 5. *Comment.* in Ierem. 8. Iosephus lib. 16. cap. 11. *Antiq. Iud.* ex quo Abulensis tùm 3. *Reg.* 2. quæst. 20. cùm 2. *Paralip.* 12. quæst. 18. describit fabricam sepulchri David à Salomone structam, & septem loculis distinctam, in quam ingentes thesauros intulit, quorum magnam suminam (licèt titulo sumptuositatis augusti templi quod restauraverat) surripere conantem Herodem, terruit mors duorum satellitum, quos ut interiora penetrarent, præmisit in sepulchri abditum. Idem Iosephus ibid. *lib. 13. cap.* 15. refert Hircanum Pontificem tria talentorum millia extraxisse ex Davidis sepulchro. Clarè ni fallor constat ex Iob 3. 21. 22. *Quasi effodientes thesaurum, gaudentque vehementer, cùm invenerint sepulchrum.* & Ierem. 8. 1. *Eijcient ossa Regum Iuda & ossa Principum eius, & ossa Sacerdotum & ossa Prophetarum & ossa eorum qui habitaverunt Ierusalem de sepulchris suis.* Idem Baruc. cap. 2. 24. quia pretiosam supellectilem, vasa argentea & aurea, ornamenta pulchra, aliaque æstimatione digna inferri sepulchris cum cadavere solitum. Vide Pinedam in *Iob* 3. v. 22. & de *Ritus Salomonis* lib. 4. latè, maximè *cap.* 1. à num. 10. & *cap.* 22. num. 7. ac Sanctium in *Iob* & *Ierem.* loc. cit.

Ioseph. Iud. Iob. Ierem.

16 Apud Profanos passim. Consuetudo apud Persas constat ex Herodot. lib. 1. qui ibid. refert inscriptionem sepulchri Semiramidis: scilicet, *Si cui Regum Babylonis post me futurorum fuerit pecuniæ penuria, aperto sepulchro sumat quantumcumque libuerit* &c. Unde Xenophon laudat Cyrum, eò quòd testamento mandasset, ne corpus suum auro aut argento includeretur, sed terræ mandaretur. Ælianus *Var. histor.* lib. 7. cap. 8. de Alexandro ita ait: *Cùm Hephæstion diem suum obisset, Alexander iniectis in pyram armis, auro, & argento, simul ea cum mortuo igni tradidit, itemque vestem magni pretij apud Persas.* Suetonius in funere Cæsaris cap. 84. Ita profert: *Quicquid præterea ad donum aderat, congessit: deinde tibicines, & scenici artifices vestem, quam ex instrumentis triumphorum ad præsentem usum induerant detractam sibi, atque discissam iniecere flammæ, & veteranorum militum legionarij arma sua, quibus exculti funus celebrabant. Matronæ etiam pleræque ornamenta sua quæ gerebant, & liberorum bullas, atque prætextas* &c. Eadem refert in *Neron.* cap. 50. Plautus huius ritus memor, ait in *Pseudol.* Act. 1. Scen. 4. v. 19.

*Sepulchra Semiramidis, Hephæstionis Cæsaris & aliorum.*

Plaut: *Ex hoc sepulchro veteri viginti minas*
*Effodiam ego hodie, quas dem berili filio.*

De quo Kirchmanus late de *Funer. Rom.* lib. 3. cap. 24. Marquardus Freherus *Parerg.* lib. 1. cap. 4. Tiraquel. in *Alex. ab Alex.* lib. 3. cap. 7. & Donatus in illud præfat. Virgil.

——— *Decorant quæ super fulgentibus armis.*

Et in lib. 11. v. 591. ubi Poëta fingit loquentem Dianam.

Virgil. *Hæc quicumque sacrum violaverit vulnere corpus,*
*Tros Italusve, mihi pariter det sanguine pœnas:*
*Post hæc nube cava miseranda corpus & arma*
*Inspoliata feram tumulo, patriaque reponam.*

Astruit etiam Lucanus lib. 9. de *Bell. Pharsal.* v. 10.

Lucan. *Non illuc auro positi, nec thure sepulti*
*Perveniunt.*

Etiam apud Græcos: igitur Homerus de Penelope canit, *Odyss.* 2. v. 94. texisse speciosam telam, qua corpus Laërtis soceri eius involveretur, cùm decederet è vita.

Homer. *Exorsa magnam telam intra domum texebat*
*Laërti sepulchralem, quando tandem ipsum*
*Fatum malum prehenderit asperæ mortis.*

Apparatum insignem in funere Herodis refert Iosephus de *Bell. Iudaic.* lib. 1. cap. ultimo. *Lectus quippe* (ait) *totus erat gemmis, auroque distinctus, torus autem purpurâ variatus, corpusque super eum velatum itidem purpurâ. Capiti autem diadema erat impositum, corona verò desuper aurea, sceptrumque in dextera* &c. Sozomenus lib. 1. prope fin. refert in sepulchro Zachariæ Prophetæ inventum fuisse puerum è regia stirpe aureâ coronâ redimitum, & vestibus regalibus indutum.

Ioseph: *Apparatus in funere Herodis Magni.*

17 Quid igitur mirum, igitur sæpe uxor, vel si plures vir habuerat, clarior se cum cadavere projiciebat in bustum. Canit Propertius *lib. 3. Eleg. 13.*

*Nam-*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
SECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Fœminæ viri mortuis ſe cum eorum cadaveribus projiciebant in buſtum.* Propert.

*Namque ubi mortifero iacta eſt fas ultima lecto,*
*Uxorem ſuſis ſtat pia turba comis,*
*Et certamen habent lethi, quæ viua ſequatur*
*Coniugium. Pudor eſt non licuiſſe mori.*
*Ardent victrices, & flamma pectora præbent,*
*Imponuntque ſuis ora peruſta viris.*

Horat. Horatius *lib. 2. Od. 17. v. 10.*

*Ibimus, ibimus*
*Utcumque præcedes, ſupremum*
*Carpere iter comites parati.*

Ovid. Virgil. Ovidius lib. 12. *Metamorph.* Fabul. 7. & Virgilius lib. 8. *Æneid.* v. 486.

*Oraque ad ora*
*Admouit, atque animæ fugienti obſiſtere tentat:*
*Componens manibuſque manus, atque oribus ora.*

*Quomodò apud Indos ſervabantur reliquiæ mortuorum?* Apud Indos uſus prævaluit, priuſquam Chriſtianam recepiſſent fidem. *Cùm vir ibi moritur, cadaver eius in rogum dolatum comburitur, & in cineres redigitur, cineres verò iſti in vaſculum colliguntur, inque domum defuncti relati pretioſiſſimi theſauri loco habentur, atque aſſervantur. Vna autem ex uxoribus eius, quam præ cæteris charam in vita habuit, octavo vel decimo à morte eius die prandium inſtruit, & cum amicis familiaribuſque ſuaviter conviuatur, finito prandio ad locum cum amicis, ubi interim ingens ignis extructus eſt, procedit, ſalutatiſque illis in ignem lata proſilit, amorem ſuum erga maritum hac ratione comprobatura, quòd ipſum ab aſtantibus, & tripudiantibus amicis in honorem & beatitudinem ipſi reputatur.* Ita habetur in *Nona part. Indiæ Orientalis Icon.* 5. in Secund. *Icon.* 9. & 32. in Sept. *Icon.* 22. & Duodec. cap. 35. in *Occidentali* part. 1. Icon. 22. part. 8. lib. 5. cap. 5. & 6. part. 9. Icon. 5. in *Legat. Batavic.* part. 2. cap. 5. Alia vide apud Textor. in *Officin.* lib. 2. cap. 103. & Franc. Pomey in *Libitin.*

*Vxor magis dilecta arderet cum mariti cadavere.*

18 Apud Romanos decurſiones fiebant cum ſcutis, ut refert Torrentius, & Suetonius in *Claudio*, cap. 1. in *Neron.* 7. & in *Galb.* 6. vel pugnabant gladiatores. *Munus gladiatorium in memoriam patris* (ſubdit Suetonius de Tiberio cap. 7.) *& alterum in avi Druſi dedit, diverſis temporibus ac locis: primum in foro, ſecundum amphitheatro.* Mortem homicidijs conſolabantur, quia cogitabant, animas defunctorum humano ſanguine propitiari. Plin. lib. 15. cap. 18. *Ara inde ſublata gladiatorio munere Divi Iulij, quod noviſſimè pugnavit in foro.* & lib. 35. cap. 7. de C. Terentio: *Avo, à quo adoptatus fuerat, triginta paria in foro per triduum dedit.* Canit quoque Horatius lib. 2. *Satyr.* 3. v. 84.

*Decurſiones in funere, & gladiatores.* Sueton. Plin. Horat.

*Hæredes Staberi ſummam incidere ſepulchro:*
*Ni ſic feciſſent, gladiatorum dare centum*
*Damnati populo paria, atque epulum.*

Virgilius lib. 10. *Æneid.* v. 518. Virgil.

*Quatuor hic iuvenes totidem quos educat Ufens*
*Viventes rapit inferias quos immolet umbris,*
*Captivoque rogi perfundat ſanguine flammas.*

Senec. in *Troäd.* Act. 2. v. 294. Senec.

*Quod ſi levatur ſanguine infuſo cinis,*
*Opima Phrygij colla cedantur gregis.*

Eadem Ovidius lib. 12. *Metamorph.* Fabul. 1. à v. 1. & v. 364.

*Epulum in funere.* 19 Epulum in luctu deſignat etiam Scriptura. Ierem. 16. 5. *Hæc enim dicit Dominus: Ne ingrediaris domum convivij, neque vadas ad plangendum, neque conſoleris eos.* Hebræi lautas in parentalijs ornabant menſas, ut erga fato functos oſtenderetur charitas. *Diebus ſeptem* (inſit Ioſephus lib. 2. de *Bell. Iudaic.* cap. 1. de Archelao) *in lugendo patrem conſumptis, epuliſque feralibus prolixè populo exhibitis* (hic autem mos apud Iudæos neceſſarió multos ad inopiam redegit, nam qui eum neglexerat, impius exiſtimabatur) *candida veſte indutus procedit ad templum.* Ad templū arbitror, ut victimas offerret pro patre, uti claret feciſſe Iudam Machabæum *lib. 2. cap. 12. 43.* quæ quidem cedebant in uſum ſacerdotum vel dividebantur egenis. Quapropter Tob. 4. 18. dicitur. *Panem tuum & vinum tuum ſuper ſepulturam iuſti conſtitue* (Haud more Ethnicorum, qui cogitabant noctu ſurgere comedere & bibere, ut tradit Tertullianus lib. de *Reſurrect. carn.* cap. 1. & Epiphanius in *Ancborato*, reprehenditque Auguſtinus *Epiſt. 64.* ex illo Eccli. 30. 18. *Bona abſcondita in ore clauſo quaſi appoſitiones epularum circumpoſitæ ſepulchro.*) Sed dumtaxat ut inde in me-

Ioſeph. Iud. Auguſt.



merent pauperes; & orarent pro defunctis. Quod indicatur à Baruch contraria objiciens Idolorum Sacerdotibus, cap. 6. v. 27. *Hoſtias illorum vendunt Sacerdotes ipſorum, & abuntur: ſimiliter, & mulieres eorum decerpentes, neque infirmo, neque mendicanti aliquid impertiunt.*

*Quid cibus lugentium?* 20 Cibus eiuſmodi vocabatur feralis: ab Ezechiele 24. 17. *Cibus lugentium*, quippe tunc largiùs bibebant, ut vino hauſto dolorem lenirent, vel mœſtitudinem vini ſpiritu levarent: quod patet ex Ieremia 16. 7. ubi: *Non frangent inter eos lugenti panem ad conſolandum ſuper mortuo, & non dabunt eis potum calicis ad conſolandum ſuper patre ſuo & matre:* idem Prov. 31. 6. 7. Apud Principes olim uſitatiſsimum: de Athenienſibus tradit Pollux, de Scythis Herodotus *lib.* 4. De Romanis Sueton. in *Cæſar. Auguſt.* & alijs. Vidimus ex Horatio n. 18. *Populo paria, atque epulum.* Ex Perſio Satyr. 6. v. 33. *Sed cœnam funeris hæres negliget iratus.* Virgilius lib. 5. *Æneid.* v. 90. Horat. Perſ.

*Obſtupuit viſu Æneas. Ille agmine longo*
*Tandem inter pateras & levia pocula ſerpens*
*Libavitque dapes, rurſuſque innoxius imo*
*Succeſſit tumulo, & depaſta altaria liquit.* Virgil.

*Cur Siliceorum vocabatur feralis epulæ?* Huiuſmodi convivia vocabantur *Siliternia*, eo quòd ſuper ſilicem, ſeu ſuper nudam humum ſolerent fieri, ut notavimus num. 3. Hæc inter celebrantes parentalia, nam vitâ iam ſanctis apponebantur eſculenta, & poculenta. Quædam refert Virgilius lib. 5. in Anchiſæ ſuperijs, & pro Polydoro lib. 3. v. 66.

*Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte*
*Sanguinis, & ſacri pateras, animamque ſepulchro*
*Condimus, & magna ſupremum voce ciemus.* Virgil.

*Oratio funebris.* 21 Denique laudatio, ſeu funebris panegyris pro defuncto, conſtat ex lamentationibus Ieremiæ in Ioſiæ morte. 2. Reg. 3. 33. de Abner ait David: *Nequaquam ut mori ſolent ignavi mortuus eſt Abner. Manus tuæ ligatæ non ſunt, & pedes tui non ſunt compedibus aggravati, ſed ſicut ſolent cadere coram filijs iniquitatis ſic corruiſti.* Ita etiam ſummè idem laudavit Saulem, Ionatham & inclytos duces Iſraël, 2. Reg. 1. 18. Alludenſque huiuſmodi morem Baldad Iob. 18. 17. de impio dicit: *Memoria illius pereat de terra, & non celebretur nomen eius in plateis:* igitur viri inſignes de Republica præclarè meriti, plaudebantur fato functi. Frequenter à puero vel puella, inter cognatos vel filios natu minima. Homer. *Odyſſ.* 3. v. 463. 2. Reg. Iob. *Et à natu minimo.*

——— *Minima natu filia Nelida.*

*Quid ſit: Sit tibi terra levis?* Orationis finis formula erat (ideoque nonnumquam ſculpta ſepulchris *S. T. T. L.*) *Sit tibi terra levis.* Canit Propertius lib. 1. *Epig.* 17. Propert.

*Illa meum extremo clamaſſet pulvere nomen,*
*Ut mihi non ullo ponderet terra foret.*

Tibullus *lib.* 2. *Eleg.* ult. *Sic bene ſub tenera parva quieſcat humo.* Ovidius Epiſt. *Didus: Mollitèr oſſa cubent:* quem ſtylum iterat lib. 1. *Amor.* Eleg. 8. & lib. 3. *Triſt.* Eleg. 3. Tibull. Ovid.

*Nec mandata dabo, nec cum clamore ſupremo*
*Labentes oculos condet amica manus.*

Auſonius in *Parental.* 19. Auſon.

*Ille etiam mœſti, cùm defuit urna ſepulchri,*
*Nomine ter dicto ſæpe ſepultus erit.*

Iuvenal. *Satyr.* 7. v. 205. & Martial. *lib.* 5. *Epigram.* 36. Iuvenal. Martial.

*Quid ſit tibi ſit terra gravis?*
*Dij maiorum umbris tenuem, & ſine pulvere terram,*
*Mollia nec rigidus ceſpes tegas oſſa, nec illi*
*Terra gravis ſueris, non fuit illa mihi.*

Seneca in *Troäd.* Act. 3. v. 1050. *Patriæ tellus Hectorem leviter premat.* Sicut econtrà dira defunctis precantes dicebant: *Sit tibi terra gravis: lapis, humus* &c. Hoc enim dicebant ut torquerentur à Manibus. Idem in *Hippolyt.* Act. ult. v. ult. *Gravíſque tellus impio capiti incubet:* & Ovidius ſæpe *in Ibim.* Tibull. lib. 1. Eleg. 4. *Infelix urgeat oſſa lapis.* Plura videbis apud Barn. Briſſon. lib. 1. de *Formul.* Quem morem recolit Tertullian. lib. de *Anima*, cap. 4. ubi: *Terram gravem imprecaris, & cineris penes inferos tormentum.* Arbitrabantur enim animam ineſſe corporis oſſibus (quoutque vi rumperet terram, & avolaret è tumulo in cœlum, aut in campos Elyſios) & nullo exitu in tumulo indulto animam premi & diſpergi. Satis deliriorum. Conſule Senecam *Epiſt.* 58. Finito ergo apparatu publicè dicebatur *Ilicet*: Ideſt, ire licet: *Actum eſt*: tunc que, ſi princeps erat, ibi ni intenebris ſederet, Tertullian.

*Lucerna inextinguibilis in sepulchris.* condebatur simul candela perpetuò lucens, de cuius fabrica vide Fortun. Licetum de *Lucernis Antiquor.* & Ioann. Baptistam Portam in *Magia natur.* lib. 12. cap. 13. Quo intelliges illud Iobi: *Ipse ad sepulchra ducetur, & in congerie mortuorum vigilabit.* Curiosa quædam prætereo, ne sit molesta expositio. Hæc igitur operæ pretium duxi, præmittere uti necessaria, ut clarescceret Tautologia.

Iob. 21. 32.

22 Ita ergo se habet: Mortua igitur Sara, *Venit Abraham ut plangeret & fleret eam.* Frequentissimus in Scriptura Hebraismus, & Helenismus, ut videbimus. Quare ne sit formaliter Tautologia, Cornel. Alapide hic distinguit planctum à fletu, eò quòd planctus significet solemnem cultum, luctum, vel luctus aut funeris apparatum & pompam, quod alijs vocibus dicitur *Planctus magnus.* Genes. 50. 10. Zachar. 12. 10. 1. Machab. 1. 26. & Act. 8. 2. *Planctus ingens.* Esth. 4. 3. *Omnis planctus.* Ierem. 48. 38. Pererius hic n. 10. *Flere* ad expressionem doloris concepti in corde, *Plangere* ad lugubrem vocem, & orationem de virtutibus mortui pertinere, ait: quod pridem Oleaster, igitur insit hic: *Plangere, Hebr. Sapad, est magno ciulatu, & vocibus flere: flere, quod Bachah, est propriè flere seu lachrymari.*

*Planctus pro solemni luctu.* Alapid.

*Pro lugubri voce.* Perer. Oleast.

23 Perspicuior est, ut arbitror, alia acceptio in Scriptura. Unde planctus distinguitur à fletu, quia per fletum signatur lachrymatio, per luctum aut planctum vociferatio, clamor, ululatus, gemitus & suspirium. Quod quidem propriè exprimitur per *Plangere*, igitur *Flere* significat solummodò lachrymas: *Plangere* autem fiere, & aliquibus signis dolorem animi manifestare. Quo sensu apud Ethnicos passim *Plangere pectora, ora, genas, ubera*: *Plangere humum*, & *Fluctus littora plangere*: quibus quia ubique obvia supersedeo. Ideo alibi dicitur: *Flevi & luxi.* Ideft, flevi, & gemui. Et ibid. cap. 8. 9. *Nolite flere, & nollte plangere*: hoc est nolite lachrymari, nec gemere. Ideo Ezech. 30. 24. *Gement gemitibus.* Pagnin. *Gement clamoribus.* Ierem. 31. 15. *Luctus & fletus Rachel plorantis*: nimirùm, *lugentis & clamantis præ dolore.* Proin Sedulius exponens Ieremiæ auctoritatem, lib. 3. *Carmin.* v. 117. succinit:

*Pro clamore, aut gemitu.*

2. Esd. 1. 4.

Sedul.

*——— Vacuas implent balatibus auras.*

Et Iuvencus lib. 1. *Histor. Evangelic.* v. 292.

Iuvenc.

*Hæc enim cædes olim præscripta manebat.*
*Nam pius hanc vocem, divino numine doctus*
*Comprobat, miserò sobolis pro funere matres*
*Horrendis graviter cœlum pulsare querelis.*

Senec. Ezech.

Unde Seneca *Epist.* 64. *Lachrymandum est* (ait) *non plorandum in luctu*: quasi cohiberet in prudentibus clamorem, & minimè fletum amaritudinis indicem. Quod quidem profundè exprimitur Ezech. 24. 16. *Ecce ego tollo à te desiderabile oculorum tuorum in plaga: & non planges, neque plorabis, neque fluent lachrymæ tuæ: ingemisce tacens, mortuorum luctum non facies* &c. Quapropter quia frequenter voces comites lachrymarum, dicitur sæpe, lachrymas clamare. Ierem. 14. 17. *Deducant oculi mei lachrymam per noctem & diem, & non taceant.* Thren. 2. 18. *Deduc quasi torrentem lachrymas ::: neque taceat pupilla oculi tui.* Psalm. 38. 13. *Auribus percipe lachrymas meas.* Ideft, clamorem, & vocem meam præ dolore, cuius vi oculi desinunt in lachrymas.

*Lachrymæ clamantes.*

24 Ita igitur intelliguntur plura testimonia. 2. Reg. 1. 12. *Planxerunt, & flevérunt.* Idem cap. 19. 1. Marc. 16. 10. *Lugentibus, & flentibus.* Apoc. 18. 9. 11. 15. 19. *Flebunt, & plangent.* Tob. 3. 22. *Post lachrymationem, & fletum*, quod iteratur Isai. 16. 9. Ierem. 22. 10. ac varijs effectibus Ezech. 30. 24. *Gement gemitibus.* & Psalm. 37. 9. *Rugiebam à gemitu cordis mei.* Haud hic luctus accipitur metaphoricè, præut interdùm sumitur in Sacra pagina, & etiam apud Poëtas invenies. Seneca in *Agamemn.* Act. 5. v. 677. *Fluctu leviter plangente.* Lucan. lib. 6. v. 691. *& planctus illisa cautibus unda.* & Lucret. lib. 2. v. 1159. *Nec mare, nec fluctus plangentes saxa crearunt.*

Igitur luctus dicitur de omnibus rebus, quæ in deteriora vergunt, vel destruuntur, aut aliquid usui deficit illarum. Amos 1. 1. *Luxerunt speciosa pastorum.* Osee 4. 3. *Propter hoc lugebit terra.* Quapropter si vis scire, quo sensu luctus dicatur, attende in personam antecedentem, vel subsequentem; igitur ibi datur, aut innuitur causa, cur haccine metaphora in rebus inanimis utatur Scriptura. Isai. 24. 4. & 33. 9. *Luxit*, & (ideft) *elanguit terra.* Ierem. 12. 4. *Usquequò lugebit terra*, & (nimirùm) *herba omnis regionis siccabitur?* Thren. 1. 4. *Viæ Sion lugent, eò quod non sint qui veniant ad solemnitatem.* & cap. 2. 8. *Luxitque antemurale*, & (quia) *murus pariter dissipatus est.* Sic alia. Hic est genuinus sensus: etenim in signum luctus ornamenta murorum, vel ipsos muros everti (sicut refert Ælia-

*Ploratus & luctus de rebus inanimis.*



Ælianus *lib. 7. var. histor. cap.* 8. & Plutarchus in *Vit. Pelopidæ*, Alexandrum muros Ecbatanæ funditùs subvertisse ob luctum in funere Hephæstionis, ut vel innanima mortem amici lugerent) non placet: siquidem non à ludæis ob cladem, sed à Chaldæis in urbis expugnationem, antemuralia, mœnia, & propugnacula fuerunt detrita.

*Alexander muros Ecbatanorum sustulit in funere amici.*

25 Proprie igitur accipiendus est luctus in præsentiarum: sed observandum vocem geminari propter Epitasim, Auxesimve, ut delicetur causa summi doloris & importabilis. Zachar. 12. 10. *Plangent eum planctu.* Ezech. 32. 16. *Planctus est, & plangent eum: filiæ gentium plangent eum* &c. Mich. 2. 4. *Cantabitur canticum.* Hebr. *Lamentabitur lamentum lamenti.* Hoc est, copioso planctu. Ita enim Isai. 16. 9. *Plorabo in fletu.* q. d. uberi lachryma. Iacob. 4. 9. *Lugete, & plorate.* Apoc. 18. 15. *Flentes & lugentes.* Thren. 1. 2. *Plorans ploravit*: putà nimis ploravit. Unde Tigur. *Uberrimè ploravit.* Maluend. *Acerbè, & amarè ploravit.* Pagn. *Plorando ploravit.* In hoc sensu etiam Profani. Ælianus *Var. hist.* lib. 3. cap. 18. de flumine & arbore tristitiæ ait: *Flatibus luctibusque.* Empedocles apud Clem. Alexand. *Strom.* lib. 3. *Destevi, & luxi.* Chartar. de *Imag. Deor.* fol. 311. de statua Pœnitentiæ: *Flens ac lugens.* Gyrald. libell. de *Rit. sepel.* de Niobe: *Nimio lachrymarum fletu.* Seneca in *Troïd.* Act. 4. v. 901. *Digni planctus & gemitus sonent.* & in *Ludo Claudij*

*Planctus plorare. Idest, nimis.*

Ælianus. Empedo. Chartar.

*Fundite fletus. Edite planctus. Fingite luctus.*

Senec.

Homer. *Iliad.* 22. v. 57. & alijs pluribus in locis:

*Sic enim fatiati fuissemus flentesque lugentesque*
*Materque, quæ ipsum peperit, infelix & ego ipse.*

Homer.

Hinc ut exprimatur acerbitas, pro gravitate doloris in illud Zach. 12. 10. Septuag. legunt: *Dolebunt dolore*: Syr. *Dolore frangentur.* Pagnin. *Amaritudine afficientur.* Ar. Mont. *Amaricare super eum.* Aptè & propositò, quippe pro summo ploratu S. Prosper Aquitanicus *Epigram.* 92. v. 760. canit:

*Atque ipsum toto gemitu planctuque precemur.*

Prosp.

26 Aliter enim accipit subtilis & eruditus Gaspar Sanctius. Scilicèt multum plorasse in nocte captivam Ierusalem, quippe à tyrannide Chaldæorum suam cladem, stragemque lugere cohibebatur infelix. Cicero ita invehitur in Pisonem: *Quis hoc fecit ulla in Scythia tyrannus, ut eos quos luctu afficeret, lugere non sineret? Mœrorem relinquis, mœroris autem insignia: eripis lachrymas, non consolando, sed minando.* Haud aliter queritur Octavia apud Tragicum *Act.* 1. v. 56.

*Summa tyrannis, cohibere fletum.*

*O mea nullis æquanda malis*
*Fortuna, licèt repetam luctus,*
*Electa tuo! Tibi mœrenti*
*Cæsum licuit flere parentem,*
*Scelus ulcisci vindice fratre,*
*Tua quem pietas hosti rapuit,*
*Texitque fides.*
*Me crudeli sorte parentes*
*Raptos prohibet lugere timor:*
*Fratrisque necem deflere vetat.*

Seneca.

*Iudymnasia tas Neronis.*

Imitatus est Sophoclem in *Antigon.* Multis etiam accidit, hoc leve lachrymarum solamen nec concedere inimicis. Unde in Iunonem Hercules apud Senec. in *Hercul. Oetæo* Act. 4. v. 1269.

Idem.

*——— Prima & ante omnes mihi*
*Fletum abstuliste, durior saxo horridò*
*Et chalybe vultus, & vaga Symplegade*
*Rictus meos infregit, & lachrymam extulit.*

Ita crudelitas, ut miseri vorarent mala, & biberent plena mœrore suspitia. *Cambyses* (ait Ravii. Text. in *Offic.* lib. 5. cap. 11.) *sororem interfecit, quòd fratris sui mortem ingeret.* & Rupertus in 2. *Exod.* de Pharaone filius Israël vitæ usque tædium premente, dicit: *Ingemiscere prohibebat.* Addam etiam quod de Tryzo tyranno narrat Ælianus *Var. hist.* lib. 14. cap. 22. *Legem suæ regionis* (profert) *incolis posuit, ut nemo cum altero neque privatim neque publicè sermones misceret.* Nutus etiam prohibuit, imò lachrymas. *Festinans* (subdit) *ut & illud prohiberet, neque solum linguam, nutusque servitute constringeret, sed etiam oculis à natura tributam libertatem eriperet, quanta potuit celeritate, pedes cum stipatoribus & satellitibus accurrit, ut lachrymas sedaret.* Inauditum prorsùm ab hominum memoria.

*Cambyses.* Text. *Pharaonis.* Rupert.

*Tryzo.* Ælian.

*Quid sit plorare in nocte*

27 Non secùs autumat hic clarissimus Doctor contigisse in excidio illo primo Ierosolymitano. Placeret expositio, cuius cuncta mihi arridenti, ni faxò Propheta contraria ostenderet: igitur postquàm dixerat: *Plorans ploravit in nocte*: subdit, *& lachrymæ eius in maxillis eius*. Habebant igitur subsidium lachrymarum, quod minimè concedebatur à præfatis tyrannis, ut vidimus; igitur laborabant patientes in gemitu, quia lachrymarum flumina prope oculorum ostia, ad mare cordis, unde exibant, impetè revertebantur, ut minimè fluerent. Ni exponamus illud in obsequium Auctoris (quem ex corde veneror, & par est) ita quòd licet dolor corda captivorum premeret, & angustia pondere amaritudinum pectus gravaret; nollent lachrymari videntibus hostibus, ne sibi complacerent de captivorum fletu, atque calamitatibus. Nihil magis volupe inimicis, quàm victoriam victorum scribi lachrymis. Queritur Hercules ubi supr. v. 1273.

*Adscribi victoriam victorū lachrymis, gaudium vincentis.*

*Flentem, gementem (fumme prob rector poli!)*
*Me terra vidit: quodque me torquet magis,*
*Noverca vidit.*

Senec.

Nescio hinc, timidè profero, an huiusmodi cogitatio latitet in versione Septuaginr. Interp. ad illud Ezech. 30.14. *Gement gemitibus*: ubi legunt, *Spoliavit spolia eius*: igitur spolia victorum non alia nisi fontes lachrymarum, quos obturare solet prudentia, ne gaudeat inimicus de angustia. Ira hostilis struit solatium ex victorum mœrore, & animus, ni insultet, exultat in graviore acerbitate: quapropter haud alienùm puto, Ierosolymitas nocte proijci in fletus, ne inimici lætar ntur videntes planctus. Cecinit Martus Victor de Primis parentibus post peccatum lib. 1. *Genes.* v. 438. & lib. 2. v. 38.

Septuag.

*Tacitis miserabile questi*
*Fletibus — Lachrymis tantum, mutique doloris.*
*Dum pudor iniustis subduxit membra querelis.*

Mar. Victor.

*Fertur elephantas noctu miserabiliter immurmurans deplorare servitutem: ad quem si homo accesserit, sistit querelas quasi veracundus*: aiunt Philostr. lib. 11. cap. 5. & Caussinus *lib. 7. Symbol.* 37.

Philostr.

28 Etiam eiusmodi geminatio astruit certitudinem doloris: igitur oculus quasi fons dicitur lachrymarum, quoniam quidem sicut à fonte aqua, haud aliter lachrymæ ab oculis. *Ami*, vel *Hain*, ut vidimus *Tom.* 1. *Tautolog.* 4. *Diluse.* 7. num. 3. Hebræo idiomate & oculum & fontem significat. Ideo in Scriptura dicitur interdùm: *Fontes aquarum*. Psalm. 17. 16. *Stagna aquarum*. Psalm. 113. 8. & Isai. 35. 7. 41. 18. Haud quia inæ aqua stagnæ possint dici, nec esse, sicut nec fontes; sed quia in voce æquivoca *Ami* signatur fons proprie, & metaphoricè. Quare Ierem. 9. 1. *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum & plorabo die ac nocte*. Quæ testimonia etiam exponi possunt per Hypallagen, quo schemate verba per contraria intelliguntur. *Manus restituta est sanitati*. Matth. 12. 13. Hoc est: sanitas est restituta. Coloss. 1. 22. *Reconciliavit in corpore carnis eius*; idest, in carne corporis. Psalm. 80. 6. *Testimonium in Ioseph posuit illud*: nimirùm. Ioseph in testimonium. 3. Reg. 22. 27. *Aqua angustiæ*: scilicet, angustia aquæ. Apud Profanos passim. Iuxta huiusmodi acceptionem facilè percibitur sententiæ sensus: quapropter *Fontes & stagna aquarum*, idem est, ac aqua stagni, & aqua fontis. Ideo Tigur. *Id fontem abundantem aquis*. Chald. *In lacum aquarum*. Arabic. *In congeriem aquæ*. Hac enim figura usus est S. P. Noster Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 20. dicens pro lachrymis compunctionis, vel ex compunctione cordis, *Non in multiloquio, sed in puritate cordis, & compunctione lachrymarum nos exaudiri sciamus*. Colligitur ergo, *Fontes aquarum* dici, ad distinctionem aquæ oculorum: quia quæ in oculis lachrymæ, in fontibus lymphæ: itaque à Poëtis lachrymæ dicuntur *Ros oculorum* Horat. de *Art.* v. 430. *Aquæ falsæ*, *Amarus imber*.

*Quid fontes aquarum?*

Ierem.

*Hypallage in scriptura.*

Psal. 113. 8.

S. Bened.

*Lachrymæ ros oculorum.*

Horat.

29 Interdùm in Scriptura fletus pro ieiunio, & ieiunium pro fletu usurpatur; quippe eadem erant signa mœroris & in ieiunio, & funere. Zachar. 7. 3. *Numquid flendum est mihi in quinto mense, vel sanctificare me debeo? Flendum*: idest, ieiunandum. Isai. 58. 3. *Quare ieiunavimus, & non aspexisti, humiliavimus animas nostras, & nescisti? Ecce in die ieiunij vestri invenitur voluntas vestra*. Ubi ieiunium pro afflictione. Quod indicatur Levit. 23. 27. *Affligetis animas vestras* in die expiationis: & v. 29. *Omnis anima, quæ afflicta non fuerit in die hac, peribit*. Nempe, quisquis non ieiunaverit: siquidem cùm in signum pœnitentiæ aliqua facerent, quæ in tempore ieiunij fiebant; ieiunium & afflictio mutuò accipiuntur. Quæ in die ieiunij refert Isaias ubi supr. à v. 4. *Nolite ieiunare sicut usque ad hanc diem, ut audiatur in excelso clamor vester. Numquid talis est ieiunium quod elegi, per diem affligere hominem animam suam? Numquid convolvere quasi circulum caput suum,*

*Fletus, pro ieiunio, & contrà.*



*sacum, & cinerem sternere?* Pro pœnitentia dicitur 3. Reg. 21. 27. igitur Acab, post sententiam ab Elia propter crimen mortis Naboth, *scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, ieiunavitque, & dormivit in sacco, & ambulavit demisso capite*. Argumentum complectitur Zacharias cap. 7. 5. ubi simul signat ieiunium & planctum, dicens: *Cùm ieiunaretis, & plangeretis*. & Ioel 2. 12. *In ieiunio, & in fletu, & in planctu*. Eadem. 2. Reg. 1. 12. Non alia neque in planctu, neque in ieiunio. Unde Levit. 19. 27. 28. *Non in rotundum attondebitis comam, nec radetis barbam: & super mortuo non incidetis carnem vestram, neque figuras aliquas, aut stigmata facietis vobis*.

Levit.

30 Patam ergo intelligentia in illud: *Ieiunavit David ieiunio*. Id est, non solùm ieiunavit abstinentiâ ciborum, sed etiam afflixit se, ut patet ibid. igitur *seorsùm tacuit super terram &c.* Qui ritus erat signum ieiunij magni: Iudith. 9. 1. 10. 1. Ubi nota, quòd ieiunium non accipitur pro naturali ieiunio (sicut Rabbini quidem intellexerunt; asserentes Davidem pro parvulo ita ieiunasse, ut nihil cibi, potusve gustaverit septem diebus) sed solummodò pro insigni ieiunio, protracto tempore usque ad vesperam, vel noctem; quia in ieiunijs, maximè pro aliqua gravi necessitate, ita observatum. Asttuunt Hieronym. lib. 2. *contr. Iovinian.* Philo in *Vita Moys.* lib. 2. & late Abulens. in 3. *Reg.* 4. q. 6. Vel exponi etiam potest, parum panis Davidem sumpsisse, vel panem non ita delicatum, sicut mensis regijs apponi solebat, uti Daniel exprimit cap. 10. 3. ubi de se dicit: *Panem desiderabilem non comedi*. Unde Genes. 49. 20. de tritico ex tribu Aser astruitur: *Pinguis panis eius, & præbebit delicias regibus*. Apud Hebræos in afflictione, aut luctu inolevit mos miscendi parum cineris cum pane: quapropter panis huiusmodi dicitur Deuter. 16. 3. *Afflictionis panis*. 3. Reg. 22. 27. *Panis tribulationis*: & Ieremias *Thren.* 3. 16. *Cibabit me cinere*. Demùm David Psalm. 101. 10. *Cinerem tamquàm panem manducabam*. Quare *Ieiunavit ieiunio* idem est, ac ieiunavit plus solito, maiori afflictione, vel ciborum parsimonia, aut paucitate.

2. Reg. 12. 16.

*Prosterni in terram signum afflictionis summæ.*

*Acceptiones ieiunij.*

*Quid panis afflictionis?*

31 Claret iam expositio ad illud Actuum Apostol. *Quartadecima die hodie expectantes, ieiuni permanetis, nihil accipientes*. Ieiunus, vel vesculus vocatur qui parcè comedit, vel qui comedit haud ita ut solet, sicut dicitur nudus non qui caret vestibus, sed qui non ita cultus, ut procedat in publicum, uti probabimus hic *Tautol.* 11. in *Exposit. litt.* Patet Matth. 11. 18. ubi Assertor N. de Baptista dicit: *Venit Ioannes neque manducans, neque bibens*. Idest, parcè victitans, vel insuetis alimentis, ut videtur apud Lucam cap. 7. 33. *Venit Ioannes Baptista neque manducans panem, neque bibens vinum*. Matth. 27. 34. *Vinum felle mistum cum gustasset, noluit bibere*. Apud Marcum verò cap. 15. 23. *Et non accepit*. Accepit, bibit, sed non accepit, quia tantùm gustavit. Ioann. 7. v. 39. *Nondum erat Spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus*. Id est, non erat datus in tanta copia, & effusione: ut ait hic Alapide. Licèt intellexerim (nescio, an aptiùs) visibiliter: quippe invisibiliter constat datum Virgini Matri, Zachariæ, & eius filio, *Luc.* 1. 35. 41. & 67. Eodem sensu, ut astruximus hic *Tautolog.* 4. *Expos. lit.* num. 13. dicitur: *Non sunt aquæ*: Haud quia non essent aquæ, sed quia non potabiles, quasi non essent. Plautus etiam usus fuit huiusmodi phrase: siquidem in *Amphitruon.* Act. 1. Scen. 1. v. 27. Sosia servu dicit:

Act. 27. 33.

*Parùm pro nihilo.*

Marc.

Ioan.

*Pugnata pugna usque à mane ad vesperum,*
*Hoc adeo hoc commemini magis, quia illo die impransus fui.*

Plaut.

Idest, subdit Meursius: *Parum cibi sumpsi*. Quare sensus testimonij præfacti est: *Quarta decima die hodie ieiuni permanetis, nihil accipientes*: idest placidè, vel quòd prodesse potuisset (Vernaculè: *Con sossiego, ni cosa de substancia.*) qua acceptione & metaphora *ieiuna* dicitur *terra* sterilis: Virgil. *Georg.* lib. 2. v. 212. *Somnus ieiunus*: Propertius *lib. 4. Eleg.* 5. *Ieiunus animus*: Cicer. 4. *Philipp.* eodemque sensu de *Claritat. Orat.* & lib. 2. *Tuscul. qq.* plerumque dicimus frigidam vel ieiunam orationem, sine succo sententiarum, tropis, vel figuris inopem. Ita non strictim accipiendum ly *Nihil*, sed per Epitasim, aut Hyperbolem, quippequàm interna & externa commotio animi causa urgentis tanto tempore procellæ, cum discrimine vitæ, haud indulgebat aliquid gustare, nisi sicut canes aquam in Nilo. Exaggeratio est, ut periculo impendente explicetur animi prius quam corporis naufragium; haudquaquàm quia nullum, in levamen naturæ, cibi aut potus accepissent subsidium. Non rigorosè intelligendum, sensu quo Ovidius (quem imitatur Iuvenalis *Satyr.* 5. v. 10. vocans *Ieiunam famem*) lib. 8. *Metamorph.* Fabul. 11. canit:

Nihil *pro parco, vel insufficienti.*

Iuven.

*Frigus iners illic habitant, Pallorque, Timorque,*
*Et ieiuna fames.*

Ovid.

Et Otho Vænius Emblem. 97. *Amor.* exprimens vacuum fruitione Amasij votum; ait:

Oth. Væn.

*Me tua ieiunum saltem satiabit imago.*

His

32 His præmiſsis proclivè exponemus principalem huius Tautologiæ auctoritatem: *Venit ergo Abraham* functa fato coniuge, *ut plangeret & fleret eam. Venit.* Aliqui cogitarunt, venit de monte Moria ab immolatione filij, quod falsum eſt: quippe *Surgere, Venire, Converti*, & alia ſic ſæpe in Scriptura ſunt paragogica, & ornatus adhibentur gratiâ. Repetere licet, quod aliàs annotavimus in *Prolog. Galeat.* §. 4. n. 3. & 4. ac *Tom.* 1. *Tautol.* 4. *Didaſc.* 14. n. 9. ſcilicèt, verba multoties poni pro Adverbijs, vel Interiectionibus. Ibi plura iacent teſtimonia cogitationi atteſtantia, addam & alia. Cant. 2. 3. *Surge, propera.* Id eſt, citò propera. Eia propera. Levit. 24. 10. *Ecce autem egreſſus filius mulieris Iſraëlitidis.* Hoc eſt, ecce accidit, ut quidam filius &c. Exod. 3. 10. *Veni, mittam te ad Pharaönem:* ſcilicet, nunc mittam te. Ierem. 2. 2. *Vade, & clama:* nempè, modò clama. Pſalm. 94. 1. *Venite, exultemus Domino.* Ierem. 11. 19. *Venite, mittamus lignum in panem eius:* q.d. nunc exultemus, mittamus &c. ſic plura in verbis *Venio, Converto, Reverto, Aido, Adijcio, Surgo.* Conſule Forerium in *Iſaiam* 6. 12. Riberam in Oſeam 5. num. 7. Garpar. Sanctium in *Proph. min.* paſsim, & Sanct. Pagnin. lib. 4. *Inſtitut. Hebraic.* Regul. 22. Hinc textus expoſitio. *Venit ergo Abraham*: hoc eſt, mortuâ Sarâ, illicò exequias ei magnificè fecit, cum planctu & fletu.

*Verba pro Adverbijs, vel interiectionibus.*

33 Placet etiam ſententia Pererij, aſſerentis hic num. 10. veniſſe Abrahamum cum cognatis & amicis è domo propria, ubi mortua Sara, ad locum quo funeris erat peragendum officium. Mihi videor hic videre hyeſterologiam, uti dicemus *Tautolog.* ſeq. num. 1. igitur prius erat, quòd emeretur ſpelunca, quàm quòd funeris fierent officia: quæ quidem fiebant iuxta ſplendorem iam functi, ſeptem, triginta, vel quadraginta dierum ſpatio, uti dicitur Eccli. 22. 13. Num. 20. 30. Deuter. 34. 8. & Geneſ. 50. 2. (De Ethnicorum ritu vide Gyraldum ubi ſupr. & Senec. de *Conſolat. ad Helv.* cap. 16.) Tunc Abraham ad pompam funeralem ſe præparans, cœpit pro coniugis cadavere officia. Indicant lectiones. Syr. *Cœpit Abraham plangere.* Rav. Ionath. *Sedit ad lugendum Saram, & ad flendum eam.* Non domi ſicut Samuel 1. Reg. 25. 1. neque in horto domus ſuæ, ſicut Manaſſes 4. Reg. 21. 18. igitur uti Abraham locutus eſt ad filios Heth: *Advena ſum, & peregrinus apud vos,* nec ſepulchrum ſibi habebat: quare in ſpelunca duplici, quam ab illis emit, cadaver condidit: è domo propria, vel è tabernaculo eductum corpus efferebatur in locum editiorem, ibique officia peragebantur, poſtque in loculum inferebatur.

*Quanto tempore durabant exequiæ apud Hebræos?*

34 Quare additur; *Ut plangeret, & fleret.* Ideſt vere fleret, & animi mœſtitudinem luctu exprimeret. Ideo Arabic. *Ut affligeretur coram mortuo, & contriſtaretur.* Ar. Montan. *Ut amaritudinem exprimeret.* Perſ. *Ut conſolationem haberet de Sarah, & deſineret eam.* Aptè *conſolationem*: ſiquidem de Romanis morte Scipionis mœſtiſsimis canit Silius Italicus lib. 13. v. 389.

*Quid eſt, Plangere & fleret? Prima expoſitio.*

*Non comites tenuiſſe valent, non ullus bonorum*
*Militiæve pudor: pietas irata ſiniſtris*
*Cœlicolis fruit, atque odit ſolatia luctus.*

Sil. Italic.

Huiuſmodi expreſsio anguſtiæ ineſt ut ſolatium cordi, cui ſummus dolor & extrema calamitas, ſi aliquo caſu deficeret luctus felicitas: quare Oedipus apud Tragicum v. 55.

*Non plorari plerabant Priſci.*

*Fletuque acerbo funera, & queſtu carent,*
*Quin iſta tanti pervicax clades mali*
*Siccavit oculos; quodque in extremis ſolet,*
*Periere lachryma.*

Senec.

Et Ovidius lib. 7. *Metamorph.* Fabul. 25. de clade aëris corruptione, facta, & mœrore civium, canit:

*Quæri?*

*Qui lachryment, deſunt, indefletæque vagantur*
*Natorum, matrumque animæ, iuvenumque, ſenumque*
*Nec locus in tumulos, nec ſufficit arbor in ignes.*

Ovid.

35 Ut vere uxorem plangeret ad luctum cum amicis venit, haudquaquàm vocans lamentatores vel lamentatrices, quæ ad deflendos mortuos conducebantur, ut aſtruit Plato lib. 9. de *Legibus.* & Lucilius lib. 2. *Antholog.*

*Expoſitio ſecunda.*

*——Mercede quæ*
*Conductæ flent alieno in funere præficæ*
*Multò, & capillos ſcindunt, & clamant magis:*

Lucil.

Homer. *Iliad.* 24. v. 31. in funere Hectoris.

*Sic dixit flens: inſuper gemuit populus multus.*

Homer.

Cui aſtipulatur Nonius lib. 22. *Dionyſ.* & etiam Horatius de *Arte*, v. 429.

*Etiam*



*——Etiam ſtillabit amicis*
*Ex oculis rorem. Saliet: tundet pede terram.*
*Ut qui conducti plorant in funere, dicunt*
*Et faciunt propè plura dolentibus ex animo——*

*Præfica in funere.*

Ad rem igitur ly *Dolentibus ex animo*, quippe qui conducuntur, ploratus fingunt. Virgil. lib. 10. *Æneid.* v. 465. *Lachrymaſque effudit inanes.* & Ovidius de fœminis lib. 3. de *Arte.* & lib. 1. *Amor.* Eleg. 8.

*Quòd non ars penetrat? Diſcunt lachrymare decenter*
*Quoque volunt plorant tempore, quoque modo.*
*Quin etiam diſcunt oculi lachrymare coacti*
*Et faciant udas ille vel ille genas.*

Ovid.

Ideo Iuvenalis *Satyr.* 3. v. 101.

*Flet, ſi lachrymas conſpexit amici, Nec dolet.*

*Earum lachryma fictæ.*

Qui corde dolet, verè dolet; & qui dolet, verè flet: hac ergo cauſa additur ſæpe planctus planctui, luctui luctus, gemitibus gemitus. Thren. 1. 16. *Iecircò ego plorans, & oculus meus deducens lachrymat.* Quæ dicuntur *Calidæ* ab Homero, quia ex cordis mœſtitudine, & *Veræ* ab Ovidio; quippe ex dolore: ab alijſque Poëtis *Piæ, Triſtes, Amaræ, Miſeræ, Acres, & Teneræ.* De quo Nos hic *Didaſc.* 5. num. 10. 11. Pro quo ſciendum eſt, diſcrimen olim eſſe inter Præficas, & Funeras: igitur Funeræ erant quæ verè dolebant, Præficæ autem, quæ invitæ plorabant, ſeu planctus fingebant. Unde conducebantur, ut vidimus. Funeræ verò erant vel foror, vel coniux, vel mater: quare mater Euryali apud Virgilium lib. 9 *Æneid.* v. 486. clamat:

Thren. 1. 16. *Calidæ & teneræ quæ? Diſcrimen Præficarum & Funerarum.*

*——Nec te tua Funera mater*
*Produxi, preſſive oculos, aut vulnera lavi,*
*Veſte tegens.*

Virgil.

Quæ verò Præficæ, dumtaxat vocabantur ad doloris ſpeciem, ſeu funeris oſtentationem, ut conſtat ex dictis. Incognitus in Pſalm. 50. v. 10. *Lachrymabiliter flere*: ait. Lamentatrices autem, ſuſpectis, invitiſque lachrymis (quoniam ars conſtruit, & oculos fiere erudit) non flent plangentes, nec lachrymantur plorantes. Abraham flevit & luxit, ſiquidem obitus coniugis affixit, & commovit in planctum viſcera, teſte dilectionis lachryma. Quadrat in propoſitum illud Senecæ Epiſt. 99. *Vidi ego in funere ſuorum verendos, in quorum ore amor eminebat, remotâ omnium lugentium ſcenâ. Nihil erat niſi quod veris dabatur affectibus. Non eſt itaque quòd lachrymas propter circumſtantes, aſſidentesque aut contineas, aut exprimas: nec ceſſant, nec fluunt umquàm tam turpiter, quàm finguntur.* Aſtipulatur Cicero de Legibus lib. 2. & in *Tuſcul. quæſt.* lib. 3. *Hoc idem in dolore maximè eſt providendum, ne quid abiectè, ne quid timidè, ne quid ignavè, ne quid ſervilitèr, muliebriterve faciamus. In primiſque refutetur Philoctetis ille clamor. Ingemiſcere nonnumquàm viro conceſſum eſt, idque raro: eiulatus ne mulieri quidem. Et hic nimirum eſt fletus, quem XII. Tabulæ in funeribus adhiberi vetuerunt.* Diximus ſupr. num. 11.

Incognit.

*Mœſtitia & triſtitia in luctu.*

*Quid Philoctetis clamor?*

36 *Ut plangeret, & fleret*: ritu mœroris, habitu funebri (ſcilicèt atro, & veſtimentis ſciſsis, ut mos erat: notat Pagnin. in Ierem. 8. 21. & Pſalm. 34. 14. *Veſtibus pullatis, & ſciſsis.* Huiuſmodi ritus etiam Ethnicorum fuit. Vide Senecam in *Lud. Claudij*, Sueton. in *Neron.* cap. 42. & 47. Ovidius lib. 8. *Metam.* Fabul. 4. *Auratis mutavit veſtibus atras.* Sic alij paſsim) non ut carnem corporis fauciaret propter mœrorem, neque dira precaretur, uti Gentiles faciebant, & innuit Senec. in *Troäd.* Act. 1. v. 114. & in *Hercul. Oetæo* Act. 5. verſ. 1665.

*Tertia Expoſitio. Ferre atras in funere, & ſcindere veſtes, etiam apud Ethnicos.*

*Tibi noſtra ferit dextra lacertos,*
*Humeroſque ferit tibi ſanguineos,*
*Tibi noſtra caput dextra pulſat,*
*Tibi materni ubera palmis*
*Laniata iacent: fluit, & multo*
*Sanguine manat, quamcumque tua*
*Funera fecit rupta cicatrix.*
*——Nec lachrymas dolor*
*Cuiquam remiſit. Mater in luctum furens*
*Diduxit avidum pectus, atque utero tenus*
*Exſerta, vaſtos ubera in planctus ferit:*
*Supraſque & ipſum vocibus pulſans Iovem*

Senec.

Im-

*Implevit omnem voce fœminea locum.*

Vide pulchra apud Deir. hic. Denique Statius lib. 11. *Thebaidos* v. 315.

Stat. *At genitrix primum funestæ sortis, ut amens*
*Expavit famam (nec tarde credidit) ibat*
*Scissa comas, vultuque & pectore nuda cruento,*
*Non sexus, decorisque memor.*

Haud ita Abrahamus, sed ut ait pro huiusmodi argumento Seneca ubi suprà: *Nihil erat, nisi quod veris dabatur affectibus.*

37 *Ut plangeret & fleret*, non ut in apparatu ferali ostentationem faceret facultatum, sed ut lachrymis exprimeret pignus amissum; & pateret quàm digna erat planctu, quæ iam non erat, oblatis pro anima coniugis Deo Opt. Max. pijs precibus & sacrificijs; modo quo diximus num. 19. Aliquid odoror in hoc planctu & fletu: & quantum auguror, plangere & flere hic non idem signant, sed alterutrum vel sepulturam, vel funeralem pompam. Ita ut sensus sit: Venit Abraham ut sepeliret coniugem mortuam, & fleret eam: vel venit ut plangeret, & eam sepeliret. Planctus enim in Scriptura sæpe sumitur pro sepulchro, & contrà. Psalm. 78. v. 3. Postquàm insepulturam carnium sanctorum David recolit, & lamentatur, addit: *Effuderunt sanguinem eorum in circuitu Ierusalem, & non erat qui sepeliret.* Ideſt, qui fleret: quod quidem summa calamitas, ut vidimus num. 34. In prima acceptione, Ieremias cap. 34. 4. 5. Sedeciæ dicit: *Morieris, & Væ Domine plangent te*: hoc est, sepelieris: de Ioacim autem cap. 22. 18. *Non plangent eum*: quia uti subdit v. 19. *Sepultura asini sepelietur, putrefactus & proiectus extra portas Ierusalem.* Etiam cap. 16. 6. *Non sepelientur, nec plangentur.* Etiam apud Senecam invenio huiusmodi cogitatum: etenim in *Troïd.* Act. ult. v. 1098. succinit:

Quarta expositio. Planctus vel fletus pro Sepultura. Senec.

*Non flet è turba omnium, qui fletur.*

Ovid. Ideſt, non flet, qui sepelitur. Dixerat quoque Ovidius lib. 4. *Metam.* Fabul. 3.

*At populus lachrymas, quas illa tenebat,*
*Non tenet.*

Hieron. Quippe pestilentiâ sublatus, & illa flebat eiusmodi calamitatem. Hinc claret, quòd fletus & planctus nequeant pro eodem assumi: sed planctus pro funere, & fletus pro mœrore, quatenùs veniret Abraham, ut coniugem sepeliret, & sepultam, vel sepelicudam fleret. Favet Hieronym. Epist. ad *Paulam* de morte Blesillæ. *Planctum aliquando significare non ipsas lachrymas, aut plangentium exanimationem, sed pompam funeris, & exequiarum ornatum.*

Dolor non ostentatio debet esse in luctu. 38 Ideo additur *Eam.* Venit ut eam sepeliret, & non pretiosa cum ea, neque alia faceret more Ethnico, quorum meminimus suprà, & præ omnibus feliciter cecinit Lucanus de *Bell. Pharsal.* lib. 6. à v. 535. & lib. 9. v. 173. ubi:

Lucan. *Geminato verbere plangunt.*
*Ut primùm in socia pervenit littora terra,*
*Collegit vestes, miserique insignia Magni*
*Armaque, & impressas auro, quas gesserat olim;*
*Exuvias, pictæque togas, velamina summo*
*Ter conspecta Iovi, funestoque intulit igni.*
*Ille fuit miseræ Magni cinis.*

Cod. Theodos. Ænigma de cadavere hermaphrodito. Sæpe nomen retinetur conditionis prioris. Persuas. Ut fleret tantùm, nonut epulum institueret, & cætera supervacua in apparatu funebri, dum cor totum debebat esse tristitiæ. Innuit Codex Theodosianus tit. de *Sepulch. violat.* Ubi: *Liberari convenit populi totius aspectus, ut dolor esse in funeribus, non pompa exequiarum, nec ostentatio videatur.* Inquiri potest, cur dicitur: *Ut fleret eam*, si cadaver neutrum est? Hinc illud ænigmaticum. *Ælia Lelia nec vir, nec mulier, nec Androgyna, nec puella, nec iuvenis, nec anus, nec pudica, nec impudica, sed omnia.* Expositionem habes hic præcedente *Tautolog.* in *Litter.* num. 24. Sæpe nomen retinetur prioris conditionis. Ibi sunt plura attestantia testimonia. Renuo lectorum fastidia, & implere, vel potius farcire folia.

39 Hæccine pro Textus explanatione sufficiant: restant Versiones quæ ferè in expositione sparsæ. *Venit Abraham, ut plangeret, & fleret eam.* Syr. *Cœpit Abraham plangere Saram.* Rab. Ionath. *Sedit Abraham ad lugendum Saram, & ad flendum eam.* Pers. *Venit Abraham, ut consolationem haberet de Sarah, & desineret eam.* Oleastr. *Ut plangeret Sarah, & ut fleret eam.* Arabic. *Ut affligeretur coram mortuo, & ut contristaretur.* Denique Ar. Montan. *Ut amaritudinem exprimeret.* Flectamus igitur calami cursum in aliquod documentum.

ADI-



ADINATON EXEGETICUM.

1. *Venit, ut plangeret*: & venit, ut exultaret; quoniam ad plangendum venit.
2. *Venit, ut plangeret.* Vividè. Plures veniunt in templum, ut plangantur.
3. *Venit, ut plangeret.* Ideſt, citò: & planxit, quia citò venit.
4. *Ut plangeret & fleret.* Quis non? Qui lachrymis gaudet.
5. *Ut plangeret & fleret*; ne, ni rectè, fleta plangeret.
6. *Ut plangeret, & fleret*: igitur non flet, qui pœnitens plangit, ni per effusam lachrymam, mortuam animam revocaverit ad vitam.
7. *Plangeret, & fleret*; ut unde mœstitudinem, haberet consolationem.
8. *Eam.* Mortua & ipsa? Utique: & quia cadaveris florebat memoria; & quia nullum discrimen pulchritudinis & cadaveris.

## DIDASCALIA PRIMA.

### *Magnanimi est, in reconciliationem etiam offensum offensorem quærere.*

Maxim 1 DIxit Maximus *Serm.* 7. Magnum sanè, si homo non læserit, à quo læsus: magnum, si etiam læsus, temiserit: magnum, si potens ulcisci, pepercerit. Comprehendit Achilles Bocchius lib. 2. *Symb.* 44.

Ach. Bocch. *Magna animi virtus, numquàm si læserit, à quo*
*Læsus es: at maior, si læsus, sponte remittas:*
*Maxima, si parcas, cui possis ipse nocere.*

Quæ ostentationi sunt corda diversa, reconciliationi sunt in distincta S. Bened. Hæc maxima: cæterum, ni fallor, est aliquid ultra. In his se vincunt humana corda, sed offendentium & offensorum sunt omninò diversa: aliquid maximis est maius, dum affligit inimicus: igitur reconciliatione cordium aversanctium facta, quæ diversa prorsum, sunt cor, & anima una. Hinc Patriarcha N. Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 4. *Instrum.* 71. (ait) *Cum discordantibus ante Solis occasum in pacem redire.* Desumpsit documentum ex Paulo ad *Ephes.* 4. 26. ubi: *Sol non occidat super iracundiam vestram*: ut si fragilitate humana, bile, sensus abundantiâ, commotâ, pateant corda certantium diversas supportantibus invicem, vi reconciliationis, fervent unitatem spiritus in vinculo pacis.

Eph. 4. 26. 2 Gloriosus Legislator, qui decretum tulit, ibid. cap. 71. in altiora meditanter expolit. *Si quis frater leviter senserit animum Prioris cuiuscumque contra se iratum, vel commotum, quamvis modicè, mox sine mora tandiù prostratus in terra ante pedes eius iaceat satisfaciens, usquedùm benedictione sanetur illa commotio.* Optima in charitatem regula: verùm quid si nulla causa? Quid si qui ira commotus non est offensus, imò offensor & verbis & factis? Iaceat in terra prostratus ante pedes Prioris. Quid magni faceret, si veniam peteret ab offenso. Alia est perfectionis magnitudo: & Monacho iuxta Regulam incumbit: ante pedes offensoris sese humiliter curvare; quoniam omninò magnum, offensum offensorem in pacem quærere.

*Magnè intendere offensum placare offensori animum.*

In luctu Abrahami rimor huiusmodi perfectionem. *Venit ut plangeret*: & venit ut exultaret; quoniam ad plangendum venit. Propter mortem speciosæ coniugis plangit Abrahamus, quàm deplorat oculus. Symbolum paret mortis animæ ob deformitatem culpæ. Deus offenditur: sed venit Abraham, ut plangat, & de morte doleat; siquidem ius est, ut qui fecit delictum, quærat fletibus offensum. Plangit, quia dolet: quia dolet, venit; ut deposcat veniam, qui commisit iniuriam. Hæc homo: altiora Deus; igitur ut quamprimùm redeat miser ad vitam: vel offensus quærit, qui fecit offensum. Peccator venit, quippe de animæ morte intimè dolet, ac propter dolorem plangit: & Deus misericors venit, ut offensorem quærat; quasi ipsi magis, quàm dolenti, de morte intromissâ doleat.

Gen. 23. 2.

*Amat Dei iustitia, ut ob vertantur peccatores.*

3 Altruit, qui in illo clementiam uti sublimen cognovit. *Misericordia tua magna est super me, & eruisti animam meam ex inferno inferiori.* Eruitur sanè ex infesto, quisquis eruitur ex peccato. Cæterùm si liberare peccatores à culpa, est Dei clementia; quare in Davide non solùm est clementia, sed clementia magna? Aliquid in eius conversione micavit insigne. Sanè. *Misit Dominus Nathan ad David.* Deus offensus

Ps. 85. 13.

2. Reg. 12. 1.

*Implevit omnem voce fœminea locum.*

Vide pulchra apud Deir. hic. Denique Statius lib. 11. *Thebaidos* v. 315.

Stat. *At genitrix primum funestæ sortis, ut amens*
*Expavit famam (nec tarde credidit) ibat*
*Scissa comas, vultuque & pectore nuda cruento,*
*Non sexus, decorisque memor.*

Haud ita Abrahamus, sed ut ait pro huiusmodi argumento Seneca ubi suprà: *Nihil erat, nisi quod veris dabatur affectibus.*

37 *Ut plangeret & fleret*, non ut in apparatu ferali ostentationem faceret facultatum, sed ut lachrymis exprimeret pignus amissum; & pateret quàm digna erat planctu, quæ iam non erat, oblatis pro anima coniugis Deo Opt. Max. pijs precibus & sacrificijs; modo quo diximus num. 19. Aliquid odoror in hoc planctu & fletu: & quantum auguror, plangere & flere hic non idem signant, sed alterutrum vel sepulturam, vel funeralem pompam. Ita ut sensus sit: Venit Abraham ut sepeliret coniugem mortuam, & fleret eam: vel venit ut plangeret, & eam sepeliret. Planctus enim in Scriptura sæpe sumitur pro sepulchro, & contrà. Psalm. 78. v. 3. Postquàm insepulturam carnium sanctorum David recolit, & lamentatur, addit: *Effuderunt sanguinem eorum in circuitu Ierusalem, & non erat qui sepeliret.* Ideſt, qui fleret: quod quidem summa calamitas, ut vidimus num. 34. In prima acceptione, Ieremias cap. 34. 4. 5. Sedeciæ dicit: *Morieris, & Væ Domine plangent te*: hoc est, sepelieris: de Ioacim autem cap. 22. 18. *Non plangent eum*: quia uti subdit v. 19. *Sepultura asini sepelietur, putrefactus & proiectus extra portas Ierusalem.* Etiam cap. 16. 6. *Non sepelientur, nec plangentur.* Etiam apud Senecam invenio huiusmodi cogitatum: etenim in *Troïd.* Act. ult. v. 1098. succinit:

Quarta expositio. Planctus vel fletus pro Sepultura. Senec.

*Non flet è turba omnium, qui fletur.*

Ovid. Ideſt, non flet, qui sepelitur. Dixerat quoque Ovidius lib. 4. *Metam.* Fabul. 3.

*At populus lachrymas, quas illa tenebat,*
*Non tenet.*

Hieron. Quippe pestilentiâ sublatus, & illa flebat eiusmodi calamitatem. Hinc claret, quòd fletus & planctus nequeant pro eodem assumi: sed planctus pro funere, & fletus pro mœrore, quatenùs veniret Abraham, ut coniugem sepeliret, & sepultam, vel sepelicudam fleret. Favet Hieronym. Epist. ad *Paulam* de morte Blesillæ. *Planctum aliquando significare non ipsas lachrymas, aut plangentium exanimationem, sed pompam funeris, & exequiarum ornatum.*

Dolor non ostentatio debet esse in luctu. 38 Ideo additur *Eam.* Venit ut eam sepeliret, & non pretiosa cum ea, neque alia faceret more Ethnico, quorum meminimus suprà, & præ omnibus feliciter cecinit Lucanus de *Bell. Pharsal.* lib. 6. à v. 535. & lib. 9. v. 173. ubi:

Lucan. *Geminato verbere plangunt.*
*Ut primùm in socia pervenit littora terra,*
*Collegit vestes, miserique insignia Magni*
*Armaque, & impressas auro, quas gesserat olim;*
*Exuvias, pictæque togas, velamina summo*
*Ter conspecta Iovi, funestoque intulit igni.*
*Ille fuit miseræ Magni cinis.*

Cod. Theodos. Ænigma de cadavere hermaphrodito. Sæpe nomen retinetur conditionis prioris. Persuas. Ut fleret tantùm, nonut epulum institueret, & cætera supervacua in apparatu funebri, dum cor totum debebat esse tristitiæ. Innuit Codex Theodosianus tit. de *Sepulch. violat.* Ubi: *Liberari convenit populi totius aspectus, ut dolor esse in funeribus, non pompa exequiarum, nec ostentatio videatur.* Inquiri potest, cur dicitur: *Ut fleret eam*, si cadaver neutrum est? Hinc illud ænigmaticum. *Ælia Lelia nec vir, nec mulier, nec Androgyna, nec puella, nec iuvenis, nec anus, nec pudica, nec impudica, sed omnia.* Expositionem habes hic præcedente *Tautolog.* in *Litter.* num. 24. Sæpe nomen retinetur prioris conditionis. Ibi sunt plura attestantia testimonia. Renuo lectorum fastidia, & implere, vel potius farcire folia.

39 Hæccine pro Textus explanatione sufficiant: restant Versiones quæ ferè in expositione sparsæ. *Venit Abraham, ut plangeret, & fleret eam.* Syr. *Cœpit Abraham plangere Saram.* Rab. Ionath. *Sedit Abraham ad lugendum Saram, & ad flendum eam.* Pers. *Venit Abraham, ut consolationem haberet de Sarah, & desineret eam.* Oleastr. *Ut plangeret Sarah, & ut fleret eam.* Arabic. *Ut affligeretur coram mortuo, & ut contristaretur.* Denique Ar. Montan. *Ut amaritudinem exprimeret.* Flectamus igitur calami cursum in aliquod documentum.

ADI-



ADINATON EXEGETICUM.

1. *Venit, ut plangeret*: & venit, ut exultaret; quoniam ad plangendum venit.
2. *Venit, ut plangeret.* Vividè. Plures veniunt in templum, ut plangantur.
3. *Venit, ut plangeret.* Ideſt, citò: & planxit, quia citò venit.
4. *Ut plangeret & fleret.* Quis non? Qui lachrymis gaudet.
5. *Ut plangeret & fleret*; ne, ni rectè, fleta plangeret.
6. *Ut plangeret, & fleret*: igitur non flet, qui pœnitens plangit, ni per effusam lachrymam, mortuam animam revocaverit ad vitam.
7. *Plangeret, & fleret*; ut unde mœstitudinem, haberet consolationem.
8. *Eam.* Mortua & ipsa? Utique: & quia cadaveris florebat memoria; & quia nullum discrimen pulchritudinis & cadaveris.

## DIDASCALIA PRIMA.

### *Magnanimi est, in reconciliationem etiam offensum offensorem quærere.*

Maxim 1 DIxit Maximus *Serm.* 7. Magnum sanè, si homo non læserit, à quo læsus: magnum, si etiam læsus, temiserit: magnum, si potens ulcisci, pepercerit. Comprehendit Achilles Bocchius lib. 2. *Symb.* 44.

Ach. Bocch. *Magna animi virtus, numquàm si læserit, à quo*
*Læsus es: at maior, si læsus, sponte remittas:*
*Maxima, si parcas, cui possis ipse nocere.*

Quæ ostentationi sunt corda diversa, reconciliationi sunt in distincta S. Bened. Hæc maxima: cæterum, ni fallor, est aliquid ultra. In his se vincunt humana corda, sed offendentium & offensorum sunt omninò diversa: aliquid maximis est maius, dum affligit inimicus: igitur reconciliatione cordium aversanctium facta, quæ diversa prorsum, sunt cor, & anima una. Hinc Patriarcha N. Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 4. *Instrum.* 71. (ait) *Cum discordantibus ante Solis occasum in pacem redire.* Desumpsit documentum ex Paulo ad *Ephes.* 4. 26. ubi: *Sol non occidat super iracundiam vestram*: ut si fragilitate humana, bile, sensus abundantiâ, commotâ, pateant corda certantium diversas supportantibus invicem, vi reconciliationis, fervent unitatem spiritus in vinculo pacis.

Eph. 4. 26. 2 Gloriosus Legislator, qui decretum tulit, ibid. cap. 71. in altiora meditanter expolit. *Si quis frater leviter senserit animum Prioris cuiuscumque contra se iratum, vel commotum, quamvis modicè, mox sine mora tandiù prostratus in terra ante pedes eius iaceat satisfaciens, usquedùm benedictione sanetur illa commotio.* Optima in charitatem regula: verùm quid si nulla causa? Quid si qui ira commotus non est offensus, imò offensor & verbis & factis? Iaceat in terra prostratus ante pedes Prioris. Quid magni faceret, si veniam peteret ab offenso. Alia est perfectionis magnitudo: & Monacho iuxta Regulam incumbit: ante pedes offensoris sese humiliter curvare; quoniam omninò magnum, offensum offensorem in pacem quærere.

*Magnè intendere offensum placare offensori animum.*

In luctu Abrahami rimor huiusmodi perfectionem. *Venit ut plangeret*: & venit ut exultaret; quoniam ad plangendum venit. Propter mortem speciosæ coniugis plangit Abrahamus, quàm deplorat oculus. Symbolum paret mortis animæ ob deformitatem culpæ. Deus offenditur: sed venit Abraham, ut plangat, & de morte doleat; siquidem ius est, ut qui fecit delictum, quærat fletibus offensum. Plangit, quia dolet: quia dolet, venit; ut deposcat veniam, qui commisit iniuriam. Hæc homo: altiora Deus; igitur ut quamprimùm redeat miser ad vitam: vel offensus quærit, qui fecit offensum. Peccator venit, quippe de animæ morte intimè dolet, ac propter dolorem plangit: & Deus misericors venit, ut offensorem quærat; quasi ipsi magis, quàm dolenti, de morte intromissâ doleat.

Gen. 23. 2.

*Amat Dei iustitia, ut ob vertantur peccatores.*

3 Altruit, qui in illo clementiam uti sublimen cognovit. *Misericordia tua magna est super me, & eruisti animam meam ex inferno inferiori.* Eruitur sanè ex infesto, quisquis eruitur ex peccato. Cæterùm si liberare peccatores à culpa, est Dei clementia; quare in Davide non solùm est clementia, sed clementia magna? Aliquid in eius conversione micavit insigne. Sanè. *Misit Dominus Nathan ad David.* Deus offensus

Ps. 85. 13.

2. Reg. 12. 1.

erat à Davide, & summè coacervata iniquitate. Non misit David Prophetam ad Dominum, ut precaretur pro eo. Dominus misit Nathan, ut Principi resurgeret à peccato. Dei misericordia est, cum quærere, & ad illum venire; ut pœnitudine mediâ, divina restauretur amicitia: verùm Deum offensum, hominem quærere delinquentem in amicitiæ fractæ restaurationem, ut gaudeat gratia divina; profectò patet misericordia magna. Illius cujus interest, est, ac debet esse solicitudo, ut abalienatorum formetur reconciliatio: & à Domino, peccatorem quærente, intenditur gratia; quoniam magna super illum Domini misericordia.

*In quo magna Dei misericordia.*

4 Contemplemur Dominici amoris artem, & Davidis pœnitudinem. Confitetur in criminibus audaciam, atque mentis insipientiam: & consideratis, quæ in articulo digna cogitatione, perculso & intimè pectore; exclamat iurè: *Propter te sustinui opprobrium: operuit confusio faciem meam. Propter te?* Propter quem? Propter Dominum. Opprobrium propter peccatum. Cur ergo quæ ex peccato, tribuuntur Domino? Quæsivit peccatorem, qui à peccatore quærendus in gratiam. Intendit offensus in audacis delinquentis amicitiam; quasi esset quærentis utilitati, & non commodo quæsiti: & dum clementiæ divinæ ostenditur magnitudo; opprobrium patitur ratio: siquidem opprobria mentis, beneficio perspicacis, offensi solicitudines. Par erat, instaurari amicitiam ab eo qui fregerat: verùm offensus quasi sua interesset, solicitabat. Agnovit Rex pœnitudine, quod cognitionem fugiebat errore. Quæritur ab offenso & meritò faciem operit confusio; quoniam ius erat, confusionem operire faciem, dum videbat in offenso amoris demonstrationem. Vernaculè. *Era preciso, viendo fineza tanta, se le cayesse la cara de vergueza.*

Ps. 68. 8.

*Quærit Deus quærendus à peccatoribus.*

*Quàs clementia confundit.*

5 Quæ mens vestra insensati peccatores? Quæ cogitatio, dum illa cogitatis? Rationalitatis sanè opprobrium, tantum divini amoris studium. Nos quærere Deum, quasi ægrotantes medicum, ob subsidium medicinæ, est omninò rationale: verùm Deum nos quærere & anxiè, & industriè, quasi in nostra medela interesset & sua? O fides amoris magna! Quoties ianuam pectoris pulsavit, ut anima ostium proprio commodo aperiret? Quot ictus passa, ut saltem respiceret pœna? Quia amorem pulsantis cognoscit, de redamatione nequaquàm satagit: imò fatua amplectitur somnum, quin suspicetur posse transire in lethargum. *Aperi mihi soror mea*: dicit Sponsus expulsus: Ideo dum recedit, fingitur Amor claudus, & retrò spectans dubio lumine, an revocetur abimpellente corde: igitur ut ait Otho Vænius *Amor*. Emblem. 93. *Amor qui desinere potest, numquàm verus fuit.* Stat ergo ad ianuam & pulsat, an soror aperiat. *Aperi mihi*. Vox est dilecti. Tot voces ab amore ob Sponsæ commoda, & surdescit anima? *Aperi mihi. Mihi*: infortunium næ quod mihi claudas ostia cordis, ac aperias cæteris; igitur expellis bona, & in ianuam avide recipis mala. Utilitates arces, & vanitates suscipis. Procedis fatuè. *Aperi mihi*. Peris, si claudis: aperi mihi te perditam quærenti, & te vel ingratam percunti. *Mihi*. Respice in me, quia ego sum, & loquor ad cor, & quæro te in delicias, dum me quærere debebas. Respice me, & respice te, misericordiam & miseriam; amorem & ingratitudinem, salutem & febrem: igitur erga te ita mei exarsit amoris flamma, ut à me quæratis, estò adultera, ut Sponsa; cùm adæquaret magis nomen meretricis, quàm sororis. *Aperi mihi soror mea*. Quid enim anima? *Vox dilecti mei pulsantis*. Dilecti? Falleris, & fallis. Diligentis. Si dilexeris, ostia occluderes? In lecto iaceres? Iaces quia diligeris? Quia dilecta nil respondes? Quam vana fiducia! Cave ne recedat. Ex fiducia orta est audacia: igitur stas, & dilectus vocat. Esset excusatio, pulsantis nescientia: verùm pervicacia summa, iacere sciendo quis pulset in anima. Opprobrium est cordi, ignorare & scire vocem esse dilecti. Claudere cordis cubiculum & agnoscere pulsantem esse Sponsum. O bone Deus! Quid ad te quod pereat, si vult perire? Intimè dolet. Ostendere satagit magnitudinem pietatis, demonstratione singulari dilectionis, quæ quidem non esset magna; ni propria arbitraretur hominum commoda.

Cant. 5. 2.

Osh. Væn.

*Quanta Domini dilectio!*

Ibid.

*Et anime dilecte ingratitudo!*

6 Quàm adversi & averti Christus Dominus & Zachæus! Hic propter usuras leges protriverat, ac in numorum acquisitionem, quamnam non fregerat? Lex est avaro nullam habere legem, nec humanitatem. Placuit videre, cuius lex non placuit. Ascendit in arborem, ut poriretur voto; sed præventus est à Christo: igitur vidit illum medicus, priusquàm medicum videret ægrotus. Summa est necessitatis diligentia, cæterùm velocior gratia. Præcurrit Zachæus in ascensum, ut videat transeuntem: & Christus videt priùs, quia præcurrit præcurrentem. Perniciores nonnumquàm pennæ amoris, quàm curiositatis. Vidit igitur eum, quia ascendit pusillus, ut descenderet

*Gratia Christi prompta*



magnus, claro discrimine altæ humilitatis, atque despectæ superbiæ: dixitque illi Dominus. *Zachæe festinans descende.* Quare? *Quia hodie in domo tua oportet me manere.* Te oportet? Vocat huiusmodi articulus memoriam, ubi ut quæreret aliam aberrantem animam; *Oportebat eum transire per Samariam.* Quærit offensa violatus, ut nobile clareat pectus, vel ut læsor erubescat, ubi in demonstrationem oculos figat: quandoquidem semper magnanimum, quærere in reconciliationem inimicum.

Luc. 19. 5.

Ioan. 4. 4.

*Quærere gratiam adversarij est magnitudo clementiæ.*

7 *In domo tua oportet me manere.* Quem Domine? Te? *Me.* Hodie me oportet tecum loqui in domo tua, & non de re momentanea, sed magni momenti, quippe de tua ac æterna salute. Utique Domine: verùm Te? *Me.* Zachæus uti peccator non est ægrotus, & tu cœlestis archiatrus? Est sum. Quem igitur oportet medela vulneris? *Oporte me.* Nonne inimici moribus estis? Nonne averti? Leges Zachæus perfregit, tenorem sceleribus dirupit. Iustitium tuam implorant scelera: manifesta sunt crimina. Tu offensus es: ille audax, & transgressor. Et quæris? Dicat ius. Quem enim oportet? *Me.* Arbitrata est vanitas humani cordis, offensum adversarium quærere in gratiam, esse eclipsim auctoraminis: & ignorant homines magnitudinem, quam non concipiunt, inter ipsas vanitates, quibus gloriam anxiè quærunt. Solicitare offensorem inhonorati gratiam, per supplicem veniam; est iustitia. Invenire, planè gratia: cæterùm injuria affectum quærere in reconciliationem offendentem; indicat clementiam omnimodè singularem.

*Cedat proprio iure, qui falsarum interest adversarij.*

*Præveniat gratia, ne offensa procedant ultrà.*

8 Deinde. Utilitas videtur Zachæi, Christum in eius manere domo; igitur ingressa cuncta bona pariter cum illo: & hanc reconciliationem vocat Christus propriam utilitatem: quippe expromit articulus (in pectore flagrante) charitatis magnitudinem. Crescunt sæpesæpiùs inter homines offensæ, dum non prohibent, quòd valeant inimicitiæ: & inimici à Christo Domino propria designatur convenientia, ne temporis intervallo injuriæ procedant ultrà. Vernaculè: *Dice, que à si le conviene la reconciliacion; porque no pissen los agravios à mas.*

*Deum, hominem in gratiam quærere, magna gratia.*

*Recentiatio inimicorum, quamprimùm.*

9 Perpende. *Hodie in domo tua oportet me manere. Hodie.* Quare? Cras non fiet? Fiet, sed creperum valdè. Si in concordiam reducendi qui inimici; concordandum hodie: igitur dum inter corda mediat acerbitas iniuriarum, reconciliatio cordium & quamprimùm. *In domo tua.* Auctoritatem plodit, ut in gratiam adversarium amanter

*Excusatio frivola in reconciliatione.*

tarantur corda, quæ articulo fastidij, vel acerbitatis videntur aversa. Sciat mundus, quòd dicis scire cœlum: pateat, si habes cor, uti crystallum. Per te fiat confestim reconciliatio. *Per me? quid dicis fatue? Desipis:* respondet. *Auctoritas mea, splendor, honor ::: alia taceam: Non sat remittere iniuriam?* Haudquaquàm. Ambigitur, an ex animo remissio, dum à corde renuitur reconciliatio. *Quærere inimicum & non in vindictam, sed in gratiam!* Utique. *Non sat factum?* Nil perfectum. *Non sat?* Non.

11 Deliquit Adam. Quam patimur cuncti pœnam, haud dubium, attruere gravissimam culpam. Offensus fuit Deus: nil ultrà. Crimen summum, summa læsa maiestate, & per hominem, quem dudùm lubitò eraxit de pulvere. Crevit scelus, unde oritur excusatio: quæ non audebit, dum ingratus homo? Concessit Deus ex nihilo esse: & ut esset, sicut decebat hominem, suam (licèt summè distantibus) donavit amicitiam, per iustificantem gratiam, elevans animatum rationale lutum in supernaturalem excellsiorem statum. Brevi corruit, qui studuit esse miser: igitur Deo odiosus, ac eius indignatione dignus, rupit amicitiæ legem, gratiæ unionem: ita fractione in tanta ruina remotis extremis necessitudinis, ut ad hoc quod eius consolidarentur bases, & fierent utraque unum; necesse fuerit (nobili amoris ingenio) quòd Dei filius subiret hominem, atque pateretur crucem. Sequitur rubor noxam. Vel audacior criminis timet conscientiam. Cùm ergo Deus sciat cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt, præcipuæ si fracta lex (igitur in excusationem iterabunt erratum, si coârtantur profiteri unum) exivit quærere aggressorem, ne desperatus inculcaret crimen, dicens: *Ubi es?*

*Cognoscitur culpæ ex pœna.*

— *Quò te timidum fas est, subducere corpus?*
*Sed verum nefas est, pavidos fraudare latebrâ.*
*Quàm vastis iaceas & non celère tenebris,*
*Voce vocans ubi sis pariter testatus utrumque.*
*Nam cur te cernens quærit Deus?* —
*Cur ubi sis quærit, nisi quod te more doloris*
*Lapsum sponte tua secum non esse fatetur,*
*Et cœlo cecidisse sacro?*

Mar. Vict.

Modulatur Marius Victor lib. 1. *Genes.* v. 456. Odium Dei Adamus prævaricatione contraxit: sed illicò ut lapsus, ne præceps rueret; *Vocavit Dominus Deus Adam, & dixit ei: Ubi es?* Hæc meritò intentè considerandæ.

Genes. 3.

12 Deus est offensus: inimicus Dei est Adamus: & inaudito scelere posuit homo Deum contrarium sibi. Fugit homo iustitiam, & Deus vocavit Adamum in gratiam: quis refugere audeat, dum ille & ita placidè vocat? Vocavit Adam. Non vocat, ut puniat, sed ut Adamus respondeat, & respondens resipiscat. Blandè se gerit, vel dum agit iudicem: igitur palam confuso, & tacitè confesso proponit criminis causam, ut vocet in pœnitentiam. Vocat. Haud nominis est oblitus, uti affectat sæpe offensus: & expressione nominis offendit benevolentiam, ut offensi suavitate in protritam revertatur amicitiam. Vocat, ut vocatus revocetur: appa et ut reducatur; quin multi filij Adam respondeant, dum ita clementiæ iudicis clamant: quandoquidem ob voluntatem amaritissimam criminis, despiciunt voces usquequaque vocantis.

*Homines obdi unt voci Dei vocantis in pœnitentiam.*

13 *Vocavit Deus Adam & dixit ei.* Non tantùm loquitur, sed cum illo loquitur. Interdùm inter homines regnat implacabile odium, quoniam inimicorum non auditur ullum verbum. Ideo ex mea sententia homines non quia inimici verba mutuò non proferunt; sc. quia mutuo non loquuntur, sunt inimici. Multoties reconciliatio est utilitas utriusque, desiderata ab utroque: & persistit discordia inimicitiæ, quoniam neuter cœpit loqui. Offensus erat Adami crimine Deus, prævaricator Adamus, quem quidem vocat, ut crimen lachrymis diluat: & ut faciliùs in reconciliationem trahatur; Deus qui offensus primus loquitur.

*Exemplum & amor Dei pro reconciliatione peccatoris.*

14 Cæterùm quid? *Ubi es?* Ut pelliciat in noxæ odium, exponit statum: ut demulceat in pœnitentiam, demonstrat ruinam: ut ducat in dolorem, ostendit peccati infelicitatem. Non dixit: Perfide, Proditor, Perduellis, Audax, Maiestas mea, lex, auctoritas &c. sed *Ubi es*: q. d. vel signaret: Quò ruerit, quid perdiderit, quæ vita sequatur, quanto aliud iam sit, dum se quærit & non invenit, quanto mutatus, qui mali expers pœnas crudeles expertus; ut potiùs videret in iudice advocatum, quàm in censore flagellum. Discant quibus incumbit animarum medicamen, eas arte disponere in scelerum confessionem. Bona verba, verba consolatoria, verba blanda, ut ultrò fateantur crimina; etenim semel ingressi in cor aversione de criminibus; post estò gravem, pœnam & supplicium amplectentur obvijs manibus.

*Prudentia necessaria Confessarijs.*

15 Ergo principali instituto. Vocat Dominus Adamum, dicens post eius lapsum: *Ubi es?* Domine, quid tibi amicitia Adam? Si recedit, quid ad te? Pendent ne à familiaritate hominis & ingrati gloriæ tuæ? A natura ita vili quodnam emolumentum auctoraminis? Quisnam splendor à detorpante decorem, & obumbrante, quoad potest, inaccessibilem lucem? Quid boni expectandum à corde pravo, ab intellectu stupido, at pectore ingrato? Vel memoria fastidiosa. Clamat à dignato, & in auctorem iniuria. Quid ad te? Ipse viderit. Respiciat sua. Nonne tibi manent, etsi rumpatur divinitatis stemmata? Cuius interest? Cuinam refert? Quis est offensus? Quisiniquus, & contumeliosus? Si cui plurimi amicitia confert, nihili pendit; honor tuus recordatione vilescit, imò despicitur, celsitas exauctoratur. Si ille tui immemor, tu non oblivionis memor? Favebit memoria, cuius abdicitur gratia? Ni aclinis & humilis veniam deposcat; si intendit perire, pereat. Quid ad te? Quid ergo cordati, dicent? Magna, qui fuerint cordati. Ita cogitat inter homines vanissima auctoritas, quæ vanitas vanitatum & omnia vanitas. Differt plurimum politica cœli à politica mundi. Adamus ut sibi consuleret, Dominum debebat quærere, lachrymis placare, præoccupare faciem eius in confessione, dolere de vulnere, & præ dolore silere; ut ora vulnerum cordis faterentur confusionem ingrati pectoris: minimè Deum decere videbatur, quòd Adamum fugientem sequeretur: & Deus delinquentem inquirit, de vulnerato satagit in gratiam, quamvis sustinuit offensam; quoniam qui intendit nanciscì inimicorum reconciliationem, vel summam debet proterere status auctoritatem.

*Cedat au thoritate quæstudet inimici reconciliationi.*

*Vana hæminum ratio, ne cedant inimico.*

16 Observa. *Ubi es Adam?* Ubi est Adam, si sum hic? Si Adam mecum non reconciliatur, impœnitens spontè moritur: minimè iam habebit excusationem, meam modò fugiens familiaritatem: igitur venio ad illum, ut ille veniat: sto ad ostium, & pulso. Viscera misericordiæ quæro delinquentem, me non quæret Adamus misericordem? Ubi est? Requirat pœnitens, accedat supplex: licèt peccatum summum, ecce adsum. Ego quæro offensus: non quæret, ut parcam, ignominiosus? Ecce ego. Quid? Adam ubi est? Ignoscendus recedit? Condonatus adest. O natura vilis! Ubi est? Tanti amoris demonstratio erga conditionem ingratam? Magnam demonstrare intendit Dominum erga lapsum misericordiam: magna dilectionis fides, estò Dominus criminis cuspide punctus: docet quid in iniuria facturum nobile pectus: igitur pessumdedit tantæ, uti divinæ, splendorem maiestatis, in prima recenti oblivione honoris, cùm Princeps supremus esset; ut hominem despicabilem suæ gratiæ reconciliaret.

*Abdicatur maiestas ubi inimici solicitatur reconciliatio.*

——*In nulla fide morantur*
*Maiestas & amor.* Ovid.

Sæpe obstat maiestas, ut reconciliationis obtineatur utilitas: & ductus amore, qui fulget maiestate in documentum hominum; exit quærere in reconciliationem inimicum.

17 Modò igitur Aulici, filij sæculi, qui tanta cogitatis de auctoraminis læsione, vel libertate; dicite: Deus num inhonoratus mansit, quia Adamum inimicum gratiæ quæsivit? Dum misit amicum ut loqueretur Davidem, in amicitiæ divinæ utilitatem, ut prisca rediret cordium familiaritas? Domini forsàn est devenustata maiestas? Nullo modo. Cur ergo à vobis, nisi sanguine renuitur reconciliatio? Qua lege homo quæreus inimicum ad reconciliationem, inter vos non habebit auctoritatem? Hæc ferenda propter amentiam cogitationis, vel iuxta prudentiam legis? Honor vester amplior est, ac delicacior, quàm Dei honor? Erit maior offensa, gravior iniuria? Fides vestra, ornatus, decor, maiestas, dignitas, splendor, atque auctoritas? Fugiat apodosis (Nos: *Cotejo.*) conditionis, in tanto discrimine maiestatis. Ergo fateri debetis, offensum quærentem inimicum in reconciliationem, æstimabiliorem obtinere auctoritatem & expetatissimam gloriam; vel auctoritatem vestram esse phantasticam. Unde in phantasias læsi iudicij bracteatas futili honore, maiestatis specie, haud diriguntur discretionis gladij.

*Offensa phantastica.*

18 Cogitatio nostra sæpe inimica nobis. Non iuxta factum sese gerit ratio in discriminæ vindictæ, sed iuxta fictum à cogitatione. Vivida est apprehensio humana, & sibi nocua. Qui sibi iniuriam illatam cogitat, non inimicum, nec ab inimico, sed ipse se vulnerat. Fatetur profectò in dedecoris prolatione defectum intelligentiæ: & ubi non est intellectus, argumenti non est modus. Quænam non orta ex principio falso? Est ens rationis sine fundamento. Hostem amaritudo fingit, & cor se meritò perentit: igitur homo non haberet vulnus, nisi esset fatuus. Si qui aversi adessent simul, nullum esset vel satagenti iniuriarum argumentum, quoniam reus inficiaretur suppositum: & quæ iniuriæ pectus in vindictam urgebant quasi veræ, apparerent omninò ludicræ, pictæ, phantasticæ, dignæ offensi rubore, & non inimici sanguine. Hæc cunctis clara, atque rationi consona: sed sunt plerique ita tenaces propositi, ita in honore, atque auctoritatè delicaruli: ut priùs velint pacì infernum, quàm indulgere apicem auctoritatum.

*Medela carum.*

Notæ

19 Notæ omnibus iniuriæ, quas placidè Lazarus pertulit ab Epulone. Fautus hic à fortuna, videnti in ludo perituram gloriam, quasi pro gratia ingrediens & egrediens pauperi saucio largiebatur contumeliam. Hæc est gratia magnatum: requirire patrocinium. Versa est ergo scena, & fortuna: uti assolet, favim quem oderat, & aversata est, cui propositò faverat: quo embolio descendit felix in flammas inferni, & miser ascendit in sinum Abrahæ. Respicite finem: contemplamini æternitatem, non status momentanei conditionem. Ut magis æstuaret dives calore invidiæ, quàm flammæ; è flamma gloriam prospexit inimici despecti. Secabatur: nihilominùs tamen siti motus, petijt ut Abraham mitteret Lazarum in refrigerium. *Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum.* Multa movent in fastidium, sed magis pungit in impatientiam dominium phantasticum. Quòd cùm viveret, uti insolens & arrogans, inopem traheret, & retraheret insis, excusari poterat superbiâ maiestatis, & independentia à voluntate inopis; igitur plauduntur in sæculo uti gratiæ, horum Thrasonum iniuriæ. Quis à quo pendet? Miser à fortunato, vel fortunatus à misero? Lazarus ab Epulone, vel hic à Lazaro? Quis fuit offensus? Mendicus. Benè. Nonne congruebat, vel ratione status, ut reus veniret supplex ad offensum, & nequaquàm quòd offensus veniret visere fastidientem in ergastulum? Capitur votis, quod obtineri nequit. Sors sanè felix, si exiret. Quare igitur non petit vehi, ubi cùm Lazaro quiescat; sed quòd Lazarus veniat, ubi illum flamma trucidat? Vixerat in mundo erga inimicos affectato tædio, deaurato bracteis auctoritatis, atque gradu & apicibus honoris. Hispanè: *Avia vivido en el mundo a lo señor.* Vel inferenti iniuriam, offensus petebat veniam: & quamvis flamma gravat, insaniâ novâ, iubet, quòd Lazarus veniat; quippe estò crucietur igne, vel in inferno vult esse cum maiestate. Vividè, vernaculè: *Se estará su Excelencia en el infierno, por no perder de su punto.* Pereat anima, modò auctoritas non pereat. Erit in inferno, quicquid & quomodò in mundo. Non fallitur. Servatur honos: opera enim illorum sequuntur illos.

*Magnatum iniuriæ iudicantur gratia.*

Luc. 16. 24.

*Magnates estò crucientur, non curvantur.*

20 Quis non ridet huiusmodi amentiam? Rident etiam qui eandem exercent insaniam. Ideò dicitur *in inferno deorsum*: quoniam eisdem operibus infernus sursum. Usuvenit homines detrahi, & evehi in cacumina roræ fortunæ, ubi hærent pro sortis conditione, alij suprà, alij infra, alij expectantes, alij gaudentes, in imis, in summis, vel flentes, vel cantantes. Rotat rota, ac in momento temporis mutantur cuncta, quo in articulo multis congruit exterior saltem cultus, in eum qui fallidijs fuit exaltatorum scopus. Pendent commoda & magna ex averiorum concordia. Accedit vox amici monentis, delirium esse odium immortale inter mortales. Urget in veniam: at cuia interest, fatue auctoratus dicit amico: *Nequaquam.* Peris. *Peream. Ego, quem despexi? Quis est ille? Quid dicent?* Quod sapis, aliter desipis. *Et auctoritas?* Moneo, ut habeas, vel ut serves. *Hoccine vellet ille. Non fa-ciam.* Ni facias, faciet, quæ cum illo feceris. *Nil refert: Non curvabor. Prior est honor, quàm vita. Cadat, non cedam. Vincet miseria vel fortuna, non ille; licèt perpetiar dolores inferni. Multa feram, & modò patior: verùm illæsus honor.*

Eccli. 31. 5.

*Deliria hominis conter-a diam faci-entis.*

21 O stupidi! Luitis pœnas phantasticarum vestrarum cogitationum. Fingitis honoris statuam, ut verè figat; & adinstar Perilli structis cruciamen, quod artifices gravat. Non solum honor, sed honoris vestri species est fallax & falsa, quæ magis splendorem obumbrat, quàm decorat. Sequimini Deum, ut sitis filij patris vestri, & minimè diaboli; cùm ille quærat delinquentem in reconciliationem, ob ipsius offendentis utilitatem. Dei & vestra est excelsitas, igitur in huiusmodi exauctoritate nititur maior auctoritas, & animi, amorisque rutilat magnitudo, dum confusio indulgentiæ prodest etiam adversario. Canit vel Ethnicus, de VI. *Consul. Honor.* v. 248.

*Quàm stupidi?*

*——Nulla est victoria maior,*
*Quàm quæ confessos animo quoque subiugat hostes.*

Claud.

## DIDASCALIA II.

### *Deus irascitur, dum in eius templa immodestè homines ingrediuntur.*

1 PRofert Chrysostomus *Homil.* 15. in Epist. ad *Hebr.* Proscdò. Domum Dei decet sanctitudo. Dominus est in loco isto. Decebit impudenter ingredi, vel inconsultò loqui; ubi nefas à Iacobo iudicatur, vel incuriosè dormire? *Terribilis est locus iste.* Excusabit piaculum, pescire locum. Verùm quomodò terribilis, si domus Dei, & ibi porta cœlestis? Quoniam per impudentiam, & audaciam, sibi occludunt beatitudinis portam: terribilisque pa-

Chrysost.

Gen. 28. 17.



*Templum de fiuatum veniæ, irreverentiâ hominet tradunt ultioni.*

Ovid.

ret, quòd ubi porta cœli, porta sit barathri, provocantibus in ultionem iustitiam, dum ingrediuntur in templum petere misericordiam. Ingrediuntur in templum, quasi procederent in theatrum: igitur quasi nulla esset loci sacri differentia, utrobique procaces concinnant crimina.

*Peccandi causam quàm multis sæpe dederunt!*
*Hic sedet ignoto tunc ta puella viro.*
*Cùm quædam spatientur in hac, ut amator eodem*
*Conveniat; quare porticus ulla patet?*

*Qui locus est templis augustior? Hæc quoque vitet,*
*In culpam siqua est ingeniosa suam.*

Canit Ovidius lib. 2. *Trist.* Eleg. unic. *Egregiè Aristoteles ait* (Seneca lib. 7. *qq. natur.* cap. 30.) *numquàm nos verecundiores esse debere, quàm cùm de Dijs agitur. Si intramus templa compositi, si ad sacrificium accessuri vultum submittimus, togam adducimus, si in omne argumentum modestiæ fingimur; quanto hoc magis facere debemus* &c. Heu! Monent Ethnici, & rident Catholici? Aptè dum venit Abraham, ut coniugis mortuæ celebraret feralem pompam, ac in venerabilem traderet sepulturam: dicitur, quod venit, *Ut plangeret & fleret.* Quis enim non flet, si plangit? Qui procedunt in sacra, cum immodestia: siquidem non ut plangant ingrediuntur in templum, sed ut plangantur.

Seneca.

Genes. 23. 2.

*Non ingrediuntur ut plangãt, sed ut plangan tur.*

2 Apud Ethnicos inolevit, simulachra Deorum constringi vinculis, in eorum celebrioribus aris. Vide Vincentium Chartarium in *Imag. Mercurij*, Rhenanum in *Ludum Claudij* Senec. Videtur enim nefas apud illos esse, mereri statuam: cùm potiùs quàm in thronum traderentur in custodiam. Ingenium latet invidiæ sub larva venerationis, quippe re verâ opprobrium, dum cultus luceat species. Herculem, & Martem Lacedæmones compedibus aggravarunt: Harpocratem, seu Consum Romani sub terra, quasi in latumijs coluerunt. Athenienses decurtarunt pennas Fortunæ (nonnumquam infelices vel in fortuna plumæ, queis pennæ) Scythæ truncam pedibus venerabantur in ara; quoniam vera felicitas, si esset immota. Eorum cogitatio astruebat, quàm futilis potestas Divorum, siquidem metiebantur iuxta templorum ambitum: Deos habebant in patrocinium calamitatum & afflictionis ut per illos liberarentur a malis: suspicantesque propter peccatum Deitatis absentiam, vinculis venerationis alligabant in custodiam: igitur in strage impendente maior clades, non habere in templo Deum ad quem confugere possint. Ad pietatem consequendam eriguntur delubra, quippe ibi quasi in domo propria Divorum iudicabatur reposita gratia: & simulachra Deorum (quos amiè venerantur) catenis religiose obstringuntur; quippe in malis, quæ frequenter pectora gravant, & patrocinio, quod in delubris expectant, excedit dolorem, atque acerbitatis amplioris amaritudinem, pietatem in templo quærere, & in illo nec invenire pietatem. Gravitas minuitur doloris, dum exprimitur; & maximè si suspirijs in cœlum usque levatur. Si abesset Deus, quodnam solatium irruente conflictu? Unde statuæ Deorum vinculis detinentur in templo; quoniam maior infelicitas Dei absentia, quam calamitas: igitur acerbioris mali summum; ire in sanctuarium, & non invenire Deum.

*Symbolum invidiæ.*

*Simulachra Deorum cæ tenata.*

*Maior infelicitas Dei absentia, quam ca lamitas.*

*Ire in sanctuarium, & non invenire Deum.*

3 Cogitabant Deorum beneficentiam dumtaxàt in & erga Civitatem, à qua acciebant cultum, & venerationem. Haud per immensitatem arbitrabantur patrocinium, sed tantummodò per locum: verùm ibi nec actio, nec cogitatio illos latebat; quippequàm illis summa vigilantia, in cunctorum, ac singulorum custodia. Discant Præsules, potissime Episcopi, qui in Ecclesia rationales Dei statuæ, custodire templum, servare gregem commissum, ligari vinculis muneris, ne pereat aliquid propter absentiam pastoris. Duplici intuitu quamlibet Deorum vinciebant statuam: scilicet propter permanentiam & præsentiam. Permanentia erat in publicam utilitatem, præsentia in singularem circumspectionem. Illa in patrocinium supplicum, hæc in observantiam legum: igitur vel in homine cæco & audaci impossibilis iudicabatur cogitatio, Dei proterendæ legis, & coram Deo. Maiestas retinebat eisdem vinculis corda, quibus detinebantur simulachra: & quamvis oppositæ videantur manicæ, & victimæ, deserviunt sanè cautioni: igitur vel audaciam cohibebit futentis, inviolabilis reverentia maiestatis. Ibi Dij erunt, si homines vincti sunt timore Deorum: quoniam horum experientur permanentiam & gratiam; modò habeant accedentes in sanctuarium reverentiam.

*Abstentia Præsulum subditis nocua.*

*Dei con-fideratio præsentia fræna audacia.*

4 Proh Superi! Haud vox Stentoris apta in audaciam Catholicorum, templa præruptè ingredientium. *In aulam regiam intraturus* (subdit Chrysostomus ubi supr.) *& habitu, & oculis, & incessu, & in cunctis alijs componis, & ornas temet ipsum: in templum autem ingressurus, ubi verè aula regia est, & talis qualis est cœlestis, vides?* Templum iam non templum, sed theatrum; cul-

Chrysost.

*Quanta reverentia in templo?*

cultus videtur iocus, Ecclesia forum, atque murmur obloquentium; quin veniat in mentem, Deum esse præsentem & offensum in propria domo per hominem. Cultus vestium nimius, muliercularum ornatus, gestus impudentia, celebrata inverecundia, impudica colloquia, officiosa verba, plena vanitatis uti aulica, videntur & audiuntur in Ecclesia. Si in officijs sæculi observatur ab hominibus veste & vultu conformari functionibus (igitur nemo pullatus vadit ad nuptias, neque purpuratus ad exequias) visere Deum in cruce pendentem, docentem proterere vanitatem, vocantem ad pœnitentiam, & quæri in pompam vestimenti elegantiam; patebit sanè ludibrium: quandoquidem vel inter homines iudicaretur insanum, si ita culti, & repumicati processissent in luctum. Vulgò. *Por locura la juzgaran los hombres, si vestidos de gala dieran los pessames.*

*Quantus abusus!*

Exec. 8. 3. 5 Recolitur memoria passionis Christi in hebdomada pœnosa, & relaxatione morum spectantur Bacchanalia. Quicquid Stationibus & Processionibus ab inconsideratis agitur, ab Ezechiele adæquatè describitur. Adductus est in Ierusalem in visione Dei, *Iuxta ostium: ubi erat statutum idolum zeli ad provocandam æmulationem.* Idest, iram Dei: iure, siquidem cùm templum deceat ingredientium sanctitudo; est maior abominatio, quòd vitia deaurentur ingredientis, specie venerandæ sanctitatis: igitur quæ revelata facie meritò vel à solutiori arcentur; larvâ sanctitatis procul obice ingrediuntur: & dum cogitatur Dei exæstuans pectore zelus, invenitur zeli simulachrum & non amplius. In introitu idolum zeli divini honoris, in templo zelus Dei ut velum iniquitatis. Aliqua diximus *Tautolog.* 1. *Didasc.* 4. num. 3. *Tautolog.* 4. *Didasc.* 2. num. 6. & latè *Didasc.* 3. à num. 19.

*Crimina teguntur fucatitatis larvâ*

Versf. 10 6 Percussus animo trasivit introrsùm: *Et ecce omnis similitudo reptilium, & animalium abominatio, & universa idola domus Israël depicta erant in pariete in circuitu per totum.* Quisquis videret in introitu zelum, arbitraretur sanctuarium, uti sanctuarium: & ibi servabantur reptilia & animalia, ministrorum vitia; quoniam sancto velamine & specie mysteriorum, pingebant faciem cultarum iniquitatum. Ecce signum pravitatis: facie rutilat pulchrâ, in corde cuncta venena. Hisp. *Malas sabandijas, todo sapos, y culebras.* Ut mores reformentur, templa ædificantur: & ubi introitus ornatur zelo, in penetralibus circumspicitur reptilium similitudo; ut facilior sit animarum iactura, dum per oculos etiam hauriunt venena. Hinc *depicta idola in pariete in circuitu per totum.* Nulla pars parietis vacua, ut anima esset abominatione plena: siquidem Ingrediens in abdita, sine discrimine nec oculos quibat versus cœlum elevare; cùm quærentem pœnitudine gratiam, effigies pictæ provocarent in luxuriam. Hoc est templum? Hæc doctrina ministrorum? Hoccine scandalum ingredientium: quandoquidem inveniebant introeuntes reptilia venenata, dum vulneribus in templo quærebatur medicina.

*Malum sumâ si in templo scandalum.*

*Ibidem*

7 Alius actus in huiusmodi tragœdia. *Septuaginta viri de senioribus Israël* adolebant incensum picturis reptilium & animalium. Si hæc senes, quid horum exemplo non facerent iuvenes? Seniores erant, quia in senatu primi, & idola venerabantur in abditis templi. Plerumque enim Primates vel in sacris sunt insolentiores. Vanis simulachris corda offerebant in fumo. Ita templi & in templo veneratio? Hæc est solemnitas? Hæc iniquitas, & extrema audacia; siquidem titulo obsequij ingrediuntur in sanctuarium, ut venerentur idola. Est aliquid ultrà? Est.

Versf. 11

*Extrema audacia in templo adorare idola.*

8 *Ecce ibi mulieres sedebant plangentes Adonidem.* Hæccine statio fœminarum. Aptus locus templum videtur, ut vita earum solutissima plangatur, & oculorum ex corde amarissimo liquore, purgentur ritè, atque abluantur animæ; igitur aquâ parissimâ lachrymarum ignis extinguitur cordium. Sed hem! Haud flebant iniquitatem: sedebant miseræ plangentes Adonidem. Haud animas perditas, & perituras plangebant, Amasium tantùm plorabant; ut in lachrymis pateret dilectio pectoris. Quisquis audiret fletum, & ex imo suspiria, cogitaret dirigi in commissa peccata; & erat iniquitas, quæ pectus dolore premebat in lachrymas: igitur larva pietatis & devotionis, plorabant in mortuo Adonide evanescentem occasionem Veneris. Obiter nota conditionem lasciviæ, vel dum adorat pectus. Quid in dolore, si in adoratione planctus?

Versf. 14.

*Fletus male collocatus.*

*Conditio lasciviæ.*

9 Etiam est alia scena. *In ostio templi quasi viginti quinque viri, dorsa habentes contra templum Domini, & facies ad Orientem, & adorabant ad ortum Solis.* En spectaculum floridorum adolescentium, vel puerorum centum annorum, qui comitantur Crucifixi imaginem, quasi sequerentur meretricem: igitur si quælibet transeat fœmina, in illa dirigunt lumina, intendentes in colloquium, ac dorsa habentes impudenter contra templum; quousque adveniat alia,

Versf. 16





*In Dei sanctuario nec cogitatio de Deo.*

quam adorant uti Solem, cùm deservire posset in pœnitudinem. Quidnam boni in huiusmodi obsequio? Ubi mysteriorum, atque beneficiorum cogitatio? Ubi passionis memoria? Ubi ex tanta pœna pœna? Ubi institutio Christiana? Ubi doctrina Catholica? Quid dicent Heterodoxi? Quid Æthnici? Ethnici hoc faciunt? Ubi fides? Cuncta fiunt absque ulla legis consideratione, dum nulla ex tot beneficijs vel reprimuntur, vel moderantur audaciæ.

Versf. 6.

10 Hæc est Ezechielis visio, & Catholicorum relaxatio. Modò nota. Videt Propheta cuncta, & illi dicitur: *Fili hominis putas ne vides tu quid isti faciunt?* Singularis propositio! Videt sanè Propheta. Cur interrogatur, an videat visa? Si patent oculis, quid erit ambiguitatis? Fidem habebant; sed abominationes, quasi non haberent, adorabant. Crevit iniquitas in crimina, ita enormia, ut in homine fideli crederentur omninò impossibilia: diciturque videnti Prophetæ, an videat certè quæ videt; quoniam crimen malitiæ modum excedit: & dum crescunt in summum, nullomodò creduntur, vel quæ videntur.

*Peccata enormia non creduntur, etsi visa.*

Matth. 26. 25.

11 Observa quid dicit proditor Iudas. Exponitur à Magistro inorme eius crimen, & respondit: *Numquid ego sum Rabbi?* Perfide adhuc fallere conaris, cuius cognitio nequit falli? Omnia nuda & aperta sunt ei. Scrutatur renes & corda, tuaque eum minimè latet perfidia. Non fallis, falleris. Quid dicis? Tu scis esse, & de te interrogas? Temet ignoras? Utique. Crevit in summum iniquitas: & ita crevit, quòd delictum non crederet, vel qui commisit. Ita proponuntur Ezechieli crimina excessiva. Israëlitici populi. Videt, & interrogatur, an credibile, quod vident oculi: siquidem huiusmodi operationes potiùs videntur dæmonum, quàm hominum. *Putas ne vides?* Longè iudicium à visis, exorbitantia ingentis iniquitatis: quippequàm talia crimina in fidelibus non crederet, ni vidisset. Quis crederet templum transmutatum in theatrum? Quod videtur, vel vigili videtur somnium. Idola in templo, in sacris abominatio, indui vitia virtutum larvâ, sunt credibilia? Putas videre, quæ putas? Vides, quæ cernis: Deficit à visis fides, igitur eò crevit abominatio; ut minimè crederetur, fieri posse in sacro templo, quæ refugerent in domo.

*Nec qui committit, credit.*

*Crimen incredibile profanationis Sanctuarij.*

Versf. 18

12 Hæc igitur in Sanctuario facta. Manebunt inulta? *Non parcet oculus meus, nec miserebor, & cùm clamaverint ad aures meas voce magna, non exaudiam:* igitur ibi excitarunt sopitam iram, ubi semper invenient vigilem misericordiam, *Non parcet oculus meus.* Ita qui misericors commotus? Iurè. Perpendè. *Vide* (dicitur Prophetæ) *abominationes pessimas, quas isti faciunt hic.* Propudium, quòd indulgerent fieri, quæ toto corde ius erat abominari. Præterì *Quæ*; attamen observa *Ubi* & *Qui*. Vide Quid Isti faciunt Hic. Quasi non sat iniquitas in audaciam, & impudentiam; prolongaverunt iniquitatem suam. *Isti.* Qui sunt isti? Qui maximè dignati. Quos illustrat fides? & cognitio maiestatis: qui sciunt sanctuarium meum esse pietatis thronum. Quis crederet ab istis; inauditæ erumptionem iniquitatis? Malum, quòd faceremt Ethnici; sed excusationem haberent, eò quòd divinitatem nescirent: cæterùm nec ullum micat effugium excusationis, dum thronus meus profanatur ab istis. *Isti* & *hic.* Pervenit amentia, ubi non ultrà, vel ubi regnat impudenter pervicacia: etenim hic ubi beneficus sedeo, prævaluit abominatio. *Hic.* Summa est iniquitas, quam non reprimit auctoritas, & qua abdicitur maiestas. *Hic.* Superexcedit substantia criminis, præsentia iudicis: & dum iudicem præsentem non timent, quæ non facient? *Hic.* Proteritur reverentia Sanctuarij; & etiam Deitatis cognitione! Pater in pectore pravitatis magnitudo, ubi præcipites irruunt in crimina coram Deo. Quòd extra traherentur propijs voluptatis, atque proclivitatis affectibus; malum est: cæterùm hic? & *Isti*? & Catholici? Cœlum provocant in ultionem, quippe tantam nequit sustinere iniquitatem: quæ crescit quidem in summum, dum criminibus sacrum polluitur templum.

Versf. 9.

*Provocant Dei iram, qui templa crimine violant.*

13 *Isti hic.* Quomodò parcam, si delictà coràm? Hic ubi gratia? Iam non est ad tot crimina patientia: non exaudiam, estò patiens; quoniam quàm à templo pietatem expulerunt, non invenient. Templum statuitur ut à malis homines per misericordiam liberentur; ac cùm per crimina à templo exularet, & procul fugeret; nil mirum, quòd non invenerint in conflictu, quam ejecerunt è templo. *Non exaudiam*: imò *paoeul recedam* à Sanctuario; ut magis illos, cùm venerit, premat afflictio: igitur destructa pietatis fede, iniquitatis molimine; si pœnis anxiatur pectus, haud habebunt iniqui, quò vertant oculos. *Non exaudiam*, sed *procul recedam*: siquidem nolentes misericordem, nec invenient ad quem clament. *Non exaudiam*, quamvis clamaverint, & voce magnâ doloris cœlos impleverint: quippe, si ut isti hic invenirent solatium, exstrui decrevi, ut thronum pietatis, templum: corrupto ab iniqui-

Versf. 6.

*Non ita veniunt refugia in refugio.*

tate, haud locus erit clementiæ, dum isti, & hic violarunt auctoritatem Sanctuarij.

14 Fugit iram Domini, qui ad Dominum fugit, ne veniat ira. Canit Marius Victor. lib. 1. *Genes.* v. 453.

Mar. Vict. *Ille potest Dominum fugiens evadere summi,*
*Qui fugit ad Dominum.*

*Fugit Domini iratum, qui fugit ad Dominum.*

Misera sors transgressorem gravat, si non habet ubi fugiat. Unde polluto iniquitate Sanctuario, impudentiæ decreto, violans non habet effugium, nec confugium quoniam quod habebat ad manum, destruxit templum.

*Templi irreverentiâ Dei excæcat defcit iustitia.*

*Nec satis hoc trepidis: quid agant, quâ crimen inultum*
*Seque ipsos fugiant. Cuperunt, si fortè paterent,*
*Condere se terris: adeo contermina pœna*
*Culpa suæ est.*

Ubi fugiet? Ubi cruciamina premant, quia tantam corde fovit audaciam: ubi experiatur in ultionem offensæ Domini commotam iram: igitur supplicia respondent crimini, & tormenta contumeliæ: quæ cunctis maior, dum Dei despicitur honor. Si coram iudice patraretur iniquitas, in graviore supplicio argueretur acerbitas. Si admittitur crimen, plectitur iuxta legem: verùm coram Maiestate? Non æquat excessus pœnæ. Est irreverentia, & culpa: quæ quidem licèt perfacile remittatur, irreverentia tamen severissimè punitur.

Ier. 7. 16. 15 Misericors Dominus & patiens, cuius iustitiam clementia excedit (fas sit dicere, dum ita studet criminum indulgentiæ) Ieremiæ pro populo oranti dixit: *Noli orare pro populo hoc, neque assumas pro eis laudem & orationem, & non obsistas mihi, quia non exaudiam te.* Preces semper iustorum amplectitur Dominus, & modò surdus? Oculi Domini super iustos, & aures eius ad preces eorum. Quare modò inexorabilis, derogata lege amoris? *Fecerunt mala in oculis meis: dicit Dominus. Posuerunt offendicula in domo, in qua invocatum est nomen meum, ut polluerent eam.* Adulteri, homicidæ, periuri fregerunt legem, propriam sequentes voluptatem. *Ego vidi*: sed clementer indulæ, & quasi non vidissem, de pœna tacui: attamen ex pietatis indulgentiâ, & misericordiâ, eò crevit pravitatis libertas, ut *in domo mea* sacraretur iniquitas. *In oculis meis* fecerunt mala: & minime parcam, quantumvis pro eis implores misericordiam; quoniam licèt per te facâl condonarem culpam, nec per te, nec per me remittam irreverentiam.

Vers. 10

Vers. 11

*Non remittitur.*

16 Dominus & pater sum. Si dominus, ubi timor? Si pater, ubi ex honor? Nec honos nec timor coram oculis est, ut caveat, vel paveat cor: & nequaquàm exaudiam deprecantem; eò quòd meum proculcaverunt honorem. Timor oritur ex ingruentia malorum: honor autem ex collatione gratiarum. Timor ex lege, quæ vibrat in transgressores supplicium. Honor ex amore, qui invitat ad præmium. Nec bona movent, nec mala terrent: cùm creverit ita audacia; ut mala lege prohibita, fecerint in domo mea: & non exaudiam, quantumvis magnam voces in opem clementiam: igitur licèt possim connivere, quid fecerint contra legem, indulgere nolo despectam auctoritatem.

*Gravint vulnus in legista torem, quam in legem.*

17 In templum ascendebant afflicti, ut removerent confugio afflictiones, & minimè iniquitates; quibus dicitur: *Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes, Templum Domini, templum Domini est*: igitur vanum omninò, cum delicta non deleat adoratio, sed pœnitudo. Adorant illudentes: quoniam lingua plena laude, & pectus crimine. Mendacium est, cùm corda sint lapidea, & genuâ flexa: commoto in iram stomacho fraudulenter adorati, quia præsefertur iniquitas sub habitu pœnitentiæ. Mendacium est: igitur venerabile templum, scelere faciunt spelunçam latronum. Mendacium, quoniam templum non templum: siquidem in templo latebant scelera, quæ minimè invenirentur in latronum spelunca. Non procedunt ut adorent, sed ut larvâ adorationis foveantur iniquitates. Quia templum est, illis videtur deaurare substantiam criminis: & iustè deputantur transgressorum pœnis; quippe ibi constructebant iniquitatem, ubi & quo moveri debebant in compunctionem. Thronus misericordiarum statuitur templum, & eorum vana fiducia erit mendacium; igitur quod cogitant thronum pietatis, tribunal erit, quia pollutum, iudicis: quandoquidem acerbiores patiuntur criminum pœnas, ubi criminibus inveniebant ampliores misericordias.

Vers. 4.

*Grave cruciamen, in patrocinio invenire rigorem.*

18 Causa inspicienda. *In oculis meis posuerunt offendicula in domo mea, ut polluerent eam.* Titulo reverentiæ ascendebant in templum, & in templo venerabantur idolum: iure exander percita furore bilis, ut vel pietas studeat gravissimis pœnis: etenim etiam misericordiæ intolerabile, ut adoratio quæ tribuitur Deo, malitiâ cordis conferatur idolo. Ægrè fertur irreverentia, magis urget zelotypia: & ibi iustitia sedet, ubi amasius dilectionem constituit: ut ulciscatur severè iuxta apices legis, neglectum honoris, & irreverentiam maiestatis: quandoquidem importabile; quòd in domo mea mihi dirigantur adorationis exterioris signa, & simulachris vanitatis dicentur avidè corda.

*Ægrè ferre Deus aliis qui sibi dedicari cerda.*



*Et esse entitatis iniuriæ in specie reverentiæ.*

Sunt idola affectuum, scandala in via vitæ. Templum via regia sine obice: & tædet divinam pietatem, quòd homines ita sint citra rationem, ut claudicent in semitis suis, quasi in præruptis & decipulis pedis: igitur obviant scandalo, dum student patrocinio. Ibi regnat industria pravitatis, ubi florebat ingenium amoris: qui quidem est conversus in odium, considerans cogitationes ingredientium in templum: igitur minimè ingrediebantur, ut adorarent, sed ut offenderent: non ut adorarent Dominum, sed ut ruerent adorationis specie in immane præcipitium.

*Spreta in templo divina auctoritate.*

19 Denique. Templum tantùm sacratur in cultum Deitatis, & patrocinium hominis; cæterùm aræ destinabantur licentiâ liberiori profanis victimis, cùm præstarent altaria plena criminum, ex cordibus offerentium: & iratcitur Dominus visâ impudentiâ, eò quòd bracteâ adorationis deaurarentur idola: quia in loco sacrato sibi, statua per illos dedicaretur Veneri; quia spreverunt eum sine rubore lætæ maiestatis, & sine timore iustitiæ auctoraminis vindicis; quin posset flectere in clementia perculsum pectus, vel liquefaciens cor in lachrymas amicus: siquidem *Non exaudiam*, dicit, ubi supplex veniam pro populo poscit. *Non exaudiam*: imò in vindictam procedam. Haud erit offensa inulta, igitur coràm facta, & etiam in domo mea.

*In templo sit domus decor & habitantis honor.*

Psal. 25. 7.

20 Modus præsentiæ in templo exponitur à Davide. *Circundabo altare tuum Domine, ut audiam vocem laudis, & enarrem universa mirabilia tua.* Perperàm homo ingreditur, si vox Dominicæ laudis in templo non exauditur: igitur vanis verbis, risum moventibus, & fatuis cordibus, non erit sanctuarium Catholicorum, sed Ecclesia maligniantium. Locus est habitationis gloriæ, & fas non est, quòd locus sit ignominiæ: quandoquidem ibi fulget domus decor, & coli debet maiestatis honor. *Si cùm hominibus potentioribus volumus aliqua suggerere, non præsumimus nisi cum humilitate, & reverentia; quantò magis* (ait D. Benedictus *S. Regul.* cap. 20.) *Domino Deo universorùm cum omni humilitate & puritatis devotione supplicandum est*? In loco ubi crux Domini fixa, ibi à Gentilibus collocata fuit Cupidinis statua; ut referunt Hieronymus *Epist.* 13. ad Paulin. & Ambrosius in *Psalm.* 43. Conatus Gentilium est propudium Christianorum: igitur frontę perfrictą, fide violata, cervice in curva adorant in templo Venerem, dum ingrediuntur adorare crucem. Proh miseri! Infaustum sanè, quòd thronus gratiæ, sit officina vindictæ: quòd cathedra magistri docentis sit tribunal iudicantis. Thesaurizant sibi iram, ubi potunt thesaurizare clementiam. Discite ergo.

S. Benedict.

Hieron.

*Statua Veneris collocata ubi crux fixa.*

*Non temnere Divos.* Virgil.

## DIDASCALIA III.

### *Tardè velle, nolentis est.*

Seneca. 1 Ait Seneca lib. 2. de *Benef.* cap. 5. Utique, igitur qui tardè voluit, diu noluit: ademitque gratiæ, quantum indulsit morulæ. Congruit manus beneficio muneris, magis pedes: siquidem immotum est cor ad gratias, si immota benignitas. Quid quòd sit velle in solio voluntatis, dum idem articulus esset morula nolentis? Unde Ausonius *Epig.* 81. canit:

*Gratia magna devenusta: magis clausa.*

*Si benè quid facias, facias citò: nam citò factum*
*Gratum erit. Ingratum gratia tarda facit.*

*Ingrata gratia quæ*

Ausonius.

Nihil æquè amarum, quàm diù pendere. Æquiore quidam animo ferunt spem fœcundam aboriri, quàm ultrà tempus parere: etenim iucundius præciditur, quàm dissolvitur. Efca vanitatis est fomes ingratitudinis. *Plerisque* (infit Seneca ubi supr.) *hoc vitium est, ambitione prava differendi promissa, ne minor sit rogantium turba: qualis regia potentia ministri sunt, quos delectat superbiæ suæ longum spectaculum, minusque se iudicant posse, nisi diù multumque singulis, quid possint ostentent. Nihil semel faciunt.* Athalaricus studuit auctoritati superbiæ, accipientium æstimatione, ut beneficiorum pretiositates à difficultate penderent consecutionis. *Habet hoc enim humana conditio* (scribit apud Cassiodorum *Var.* lib. 9. Epist. 24.) *ut celerius adepta fastidio sint. Omne pretiosum vilescit oblatum, & contrà dulcius accipitur, quod sub aliqua dilatione præstatur.* Ignoravit beneficium, dum nescivit modum; siquidem ubi in beneficio sibi consuluit, accipienti denegavit. Non sunt beneficia, quibus abest gratia: & abest gratia, si intercedit morula.

Seneca.

Cassiodor.

*Non est gratia, si adest mora.*

*Gratia quæ tarda est, ingrata est. Gratia namque*

Ausonius.

*Quam fieri properat, gratia grata magis.*

Succinit Ausonius *Epigr.* 81. Acumini non suffragor: igitur gratia quæ non prompta, non est gratia.

2 *Gratia & veritas* dicitur à Ioanne.

Coniunctio ingeniosa. Quænam gratia non vera? Quæ non prompta: igitur inficiatur in beneficio entitatem, qui à gratia secluserit promptitudinem. Venit Eliezer, ut sponsam Rebeccam duceret Isaac: iungitque veritatem cum gratia, citò in matrimonium domini sui concessâ Rebeccâ; quippe gratia quæ sera, nulla gratia. Gratiam plenam inquisivit, ubi citò remitti cum Rebecca cogitavit: igitur per concessionis gratiæ promptitudinem, gratiæ intendebat cognoscere veritatem. *Venit Abraham*, dicitur, ut plangeret coniugem. *Venit*, idest, *Citò*: uti vidimus in *Exposit. litter.* num. 32. Venit, quia venit citò, & planxit, quia citò venit: etenim haud esset gratia, quam comitaretur, aut sequeretur mora.

Gen. 24 27.

*Gratia vera, gratia prompta.*

Gen. 23 2.

3 Delatâ à Mardochæo proditione duorum militum, Regem Assuerum iugulare cupientium; *Præcepit ei Rex, ut in aula palatij moraretur, datis pro delatione muneribus*, tunc pro tempore congruis, estò officio haud adæquatis; quousque amplioris auctoritate mercedis, decursu temporis possit remunerari tanta fides. Tandem quæ nonnumquàm volat in aula, venit hora. Mirabile tempus, quo in regia æstimatur virtus. Nesciunt Principes, quia dormiunt. Scirent, si legerent; & dignos utique legerent, si vigilarent. *Quid pro hac fide* (dixit Rex) *honoris, ac præmij Mardochæus consecutus est? Nihil omninò* (responderunt aulici, indignandum à Principe propensi, vel ut venderent fumos, vel ut per illos transferretur honos, & lateret utilitas, quò propendebat auctoritas) *mercedis accepit.* Nihil? Iam uti nulla, quæ æmulabantur ut magna? Ponderantur merita & præmia in statera affectionis; & mendaces filij hominum in stateris. Abominabile pondus & pondus

Esth. 12 1.

*Officium meritis adstruit, & defruit.*

Ibidem c. 6. 3.

4 Liquet dubium obvium. Si recipitur peregrinos inter aulicos, non est honos? Quomodò nihil accepit in familiam regiam acceptus, qui in civitatem ingressus est peregrinus? Magnum civitate donari, quid si habitatione regiæ? Ergo fidei magna fuit remuneratio: nihil omninò. *Præcepit Rex ut in aula palatij moraretur, & ibi expectaret dignam tanto beneficio mercedem*: infit Sanctius hic. Præmia expectare iussit, & Mardochæus nihil mercedis accepit; quoniam quæ gratia sera, non reputatur ut gratia. Quæque munera gratiosa erant, cæterùm tanta expectatione ingrata: igitur licèt magna operiretur à magnifica regis liberalitate; ampliora iam merebatur expectatione, quàm fide.

Sanct.

*Gratia sera, & est gratia.*

§ Causam exponit Seneca ubi suprà. *Ubi intædium adductus animus, incipit beneficium odisse, dum expectat.* Beneficia remedia sunt: & dum expectantur, oritur tædium, ex eò quòd beneficia non sint remedia, sed vulnera. Remedia sunt: & remedia non sunt, quippe si tarda, advenient quando non prosunt, vel postquàm perlatum malum. Constat ex Textu. Mardochæus motabatur in aula, expectavit opportuna præmia. Obtinuit: & nihil omninò mercedis accepit; quia in mercede, etsi copiosa, venit remedium, ubi ille & genus illius gladium habebant ad iugulum. Vernaculè: *Vino el favor, quando todos estavan tan cerca de perecer.* Vel, *Llegò la gratia, quando estava pereciendo èl, y toda su familia.* Nullam omninò mercedem accepit, si mercedem expectavit. *Si le mandan aguardar, es señal que no le han hecho merced.* Quænam enim merces? Nihil est tanti: igitur in mercedis expectatione vel excessivam superabant expensæ.

Seneca.

*Est mediam, & non remedium.*

6 Accidit cuidam, gratiam à rege petenti, quòd illi Princeps responderet: Nolo. Gratias dedit illicò. Quo intuitu, Rex dixit, si postulata nego? *Quia arcetur spes, & exulat expectatio.* Æquiore stomacho fertur, spem præcindi; quàm expectatione trahi: & iucundius est, scire non esse remedium; quàm spectare nullum; igitur habetur modò laboris excusatio, quæ æquivalet beneficio: & iurè debentur gratiæ laboris excusationi. In tarda gratia non tantùm fatigatur gratitudo, sed patientia; quæ quidem subitò renunciaret, ni petijsset; tædioque afficitur animus, eò quòd difficilè facile, & facilius difficilius: siquidem propter molestam cunctationem gratiæ, facilius est impetrare, quàm accipere. *Patientia vobis necessaria est, ut voluntatem Dei facientes reportetis promissionem.* Spes delectat, expectatio gravat: & in dolorum gravamina, semper hominibus necessaria patientia. Patientia doloribus necessaria est. Quisnam ex bonis dolor? Expectatio. Si non promissa, nulla inesset cordi pœna: quorumdam bonorum, sicut & malorum intolerabilis patet magnitudo; ex felicitatis desiderio: & patientiam suggerit Paulus ad bona, quasi essent mala; quoniam ad spectanda bona promissa, non est homini patientia.

*Cur placeat placra negata, quàm promissa*

Hebr. 10. 36.

*Ad promissa expectanda non est patientia*

7 Hæc de gratijs breviter: sed altiora proponenda de cunctatione iudicum in expeditione litium: igitur his morulis arte fictis, pereunt ministrorum animæ in inferno tribunalis. Væ Domini *misericordia & veritas & iudicium.* Idest; misericordia, iustitia, & iudicium; ut fiat iudicium de misericordia & de iustitia: hisque iungitur veritas; quoniam utraque in tribunalibus fallax. Fingit lassitudinem iudex, ne incumbat causæ: exaggerat attonitum caput, & fine quiete cerebrum; ut gaudent quiete. Omnia ficta, & licèt essent vera; *Vel audi, vel non fis Rex*: dixit vetula Philippo, ut refert Erasmus in *Apophthegm.* lib. 4. Vel officium dimitte, vel muneri incumbe. Non sibi vivit, qui alijs consulere debet: igitur prior est expeditio litigantium, quàm proprium commodum.

Iob. 3. 2

*Iudicij officij sint.*

*Non sibi vivit, qui alijs consulere debet.*

Erasm.

8 Christus, ò iudices! in cruce mortuus est, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius. In ligno erat saucius, vulneribus defessus; sed ligno uti officio fixus. Respondit exactè muneri, estò proximus tot cruciatibus morti. Homo vilis, latro scilicèt, petitionem ante tribunal misit, ut iudex eum à delictis absolveret. Haud suspicatus est excludi posse, nec Principem excusari; quem viventem videbat, licèt in cruce. Illotunc etiam iudex videbat matrem desolatam, destitutam, atque mœrore confectam. Cæterùm vel animam agens utriusque causam respexit, expedivit, atque muneri respondit; dicens Matri Virgini: *Mulier, ecce filius tuus*: & Latroni, *Hodie mecum eris in paradiso.* Ecce decreta Principis: sed quodnam prius? Pro Matre, vel pro Latrone? Pro Latrone. Latro prior Matre: Utique. Rex erat: & prius est officium, quàm proprium emolumentum. Pro matre postulabat affectus, pro latrone status. Non propria curat, qui publico bono exponitur: & Matre pro latrone supplice abdicitur; quoniam arctiora sunt vincula muneris, vinculis sanguinis. Totus iustitiæ debet esse, cuius manui tradita virga iustitiæ: & Christus iudex, pro tunc obliviscitur matris, meminitque Latronis; quia multoties ob iuris cumen, oportet regem priùs audire & exaudire vilem latronem, quàm afflictam genitricem.

Ordo iuris dictum dicti in causa fit.

Ioan. 19 26.

Luc. 23. 43.

*Arctiora sunt vincula muneris, vinculis sanguinis.*

9 Perpende momentum prioritatis in decreto, ut salutaris esset urgentium negotiorum expeditio. Protracto matris patrocinio, quid: Nihil interetat. Si differretur causa Latronis, Latro peribat. Quia sera, non esset expeditio, sed desperatio. Hispan. *No despacho, si despecho.* Anima pendebat è diligentia, & ibi incubuit, ubi animarum pericula, remittens cum palma Latronem, quamvis patiebatur crucem: igitur in regiminis decus, libelli supplicis promptissima subscribitur expeditio; ut non periret vel Latro. Respicere matrem, erat geniti rationabile obsequium: iuvare pœnitentem latronem, erat iudicis officium: & præterit diligentiam pro matre, dum in tribunali agitur de latrone; quia ubi causa in iustitia, in officium iudex debet intendere, & non in alia: igitur pro auctoritate legum, non matrem debet respicere, sed officium.

*Si differtur expeditio, est desperatio.*

10 Iustitiam implorabant sola mater, & Latro pendens. Duplicem causam iudex præ oculis habebat. Utraque instabat: & priùs absolvit causam Latronis, quàm matris; quoniam sententia non ferenda pro materia, sed per iura: etenim prius est, quod primum est; & primum est, ubi prævaluerit ius: quod quidem in causa infeliciter caderet, ni causæ genitricis, quæ posterior, prævaleret. Opitulari matri erat utilitas iudicis. Latronem absolvere, commodum, atque libertas Latronis: & pro Latrone prius pronunciatur suffragium; ut pro potiore iure qui iudex, sui obliviscatur & suorum: quippequàm vel in iudicio perspicuo suspecta lex, dum in causis decernendis priùs quæsierit, quæ sua sunt. Fovet matri, quæ poterat postea faveri. Latroni, ni tunc, nequibat opitulari: & illico ius circa acta latronis dicitsquippe si tantisper sententiam iudex differret; qui absolvi poterat Latro, omninò sanè periret.

11 Nota. *Memento mei*, dicit, *cùm veneris in regnum tuum.* Petit uti supplex memoriam, & iudex concessit gratiam. Hoc est verè signum recordationis, collatio scilicèt muneris: quippe honor est benefacientis, & splendor dignitatis; quòd memoria, cuius dans obliviscitur in prompta gratiæ vel mercedis collatione, per gratitudinem transeat, ut vivat in recipiente: siquidem summa gratia, ubi gratia pro memoria. *Memento mei, cum veneris in regnum tuum?* Hic facit, quippe eius est regnum, conferre hominibus beneficium: vel nobilius disponit, dum supplicibus favet, priusquàm in regnum veniret. *Cùm veneris.* Modò non, quoniam gravat arctè crux. Non est tempus, ut mihi subvenias, quousque in regnum veniasi sed ut tibi consulas. Cùm veneris, memento mei; ut mihi benè sit: & Christus tunc concessit, quod à Latrone audivit; igitur tunc maiestatem tribunalis decorat, dum iudex facit ultra quod libellus indicat. Post illud tribulationis tempus petit absolutionem, & Christus tribulatus ei concessit gratiæ promptitudinem, & dati celeritatem. Plus clamavit Principis liberalitas, quàm Latronis desideravit cupiditas. Nulla ab homine fit gratia sine gravamine, atque pœnâ expectationis: & gratiam Christus elargitus est Latroni, tunc & in momen-

Luc. 23 42.

*Summa gratia, ubi gratia pro memoria*

*Gratiæ est beneficio, cunctationis excusatio*

to temporis ; ut magis haberet accipientem gratum , quia tunc concedebat donum , & temporis beneficium.

12 Tunc. *Hodie* ( respondet petitioni memoriæ ) *mecum eris in paradiso*. Hodi ? Utique. Hodie Domine , & ex in Cruce ? Hodie. A planta pedis usque ad verticem capitis non est sanitas in carne , & stas iuri ? Summa adest mortis anxietas , & decernis causas ? Et latronis ? Et dudum blasphemantis ? Ubi thronus , ut accipias , & subscribas acceptos precum libellos ? Veniat crás. Si crás , non veniet. Hodie erit, quia venit hodie. Hodie dicenda sententia, quia hodie in tribunal introducta causa. Haud expectavit exitum,ut sit felix. Hodie egredietur cum palma latro supplex. Hodie habebit gratiam , quia hodie clamat ad iustitiam. Profectò turpe , quòd crás audiatur, quisquis clamat hodie. Ad quid expectandum usque manè,qui vociferatur vesperè ? Qua lege crás faciendum , quod faciendum hodie? Utquid crás relinquendum ambiguitati , si hodie quit fieri ? *Hodie*. Hodie erit absolutio ; igitur si procrastinatur expeditio , inveniet mortuum , & decretum iudicis ettò omninò propitium , omninò vanum.

*Expeditio causarum prompta fit.*

13 Obiter notandum Ambrosij acumen in huiusmodi articulo ne in iudicibus sit causarum ofcitatio. *Scivit* ( inquit *serm.* 23. ) *quòd illa in corpore Christi vulnera, non essent Christi vulnera , sed latronis : atque ideo plus amare cœpit, postquàm in corpore eius sua vulnera recognovit.* Luculenter: si scire vis, quid sit peccatum ; contemplare pendentem in cruce Dominum. Si vis efficaciter declinare: respice in faciem Christi tui : igitur pulsabit ad ianuam pectoris pœnitudo , si meditatur anima , dum hoc in viridi, quid erit in arido? Filio proprio non pepercit : servo ne parcet ? Suffocetur ergo in fluvio lachrymarum iniquitas , maximè dum patet Redemptoris supereminens charitas : igitur quæ non rapuit , exolvit ; & ut vulnera non essent, vulnera sumpsit. Latronem,illicò ut sua in Christo respexit vulnera, in lachrymas impulit respisscentia , confitens errata : & amare cœpit , cognoscens quod non cognovit, discens ex his quæ passus , quanta pateretur Christus. Iudex iniquus aliquando Latro fuit , & inexorabilis, & inflexibilis: modò affigitur cruci uti reus, & dignè:studetque implorata clemētia pœnitentiæ; ut iudices discant promptæ causarum incumbere expeditioni: siquidem celeriùs decernerent, quæ arte, ac malitia in infinitum usque procrastinantur ; si quod ipsi

Ambros.

*Revocatio peccatoris ipsa pœna iustitia Dei, & charitate Christi.*

*Remediū in resentientem expeditionem causarum.*

fecerunt perpeti , paterentur. Citò ab illis exitum haberet causa,si sustinerent prorogationis vulnera.

14 *Hodie* , dicit Christus Latroni , terminandum est iudicium; quia præiudicium, ni finiatur hodie. Nesciunt iudices , quantum noceat litium comperendinatio , & terminorum productio. Hinc sine termino lites, & plenæ vulnere leges. *Hodie* fiet , ut fiat. Peccat Adamas , & acturum Dominus *Ubi es*? Sistat. In conspectum iudicis veniat: respondeat : & non evacuatà obiectionibus causâ, in illum statim fulminetur sententia: igitur concessio longioris temporis, nequaquam est , ut obiecta evacuet , sed ut iura involuere conculcet:non ut respondeat, sed ut commenta in excussationem fingat. Adultera in iudicium adducitur , & ibi causa discernitur, & decernitur. Statim. *Nemo te condemnavit? Nemo Domine. Nec ego te condemnabo. Vade.* Si purgata est causa, vadat in pace, procedat liberè:ad quid igitur mora,si non est causa? Intende, quid post huiusmodi articulum dixerit Dominus. *Ego sum lux mundi.* Aptè. Illuminat iudices in decernendis causis. Quorsum prorogatio litium ? In iudicum & ministrorum emolumentum ? Si iniqui causa , cedat pœnæ : si evacuatur obiectio extemplò vadat in pace.

Genes. 3. 9. *Indulgentia termi norum in iure ab est ut causa clareat, sed ut de lur prodeat.* Ioan. 8. 11.

Vers. 12

15 Nihil ab illo protrahitur , nec in crastinum producitur. Implorat Magdalena , & ei dicit : *Remittuntur tibi peccata.* Homo hydropicus erat ante illum , & cùm accumberet , extendens manum , *apprehensum sanavit eum , ac dimisit.* Iacet ille alius in grabato, & confessione præmissa de morbo , ac de valore propositi ; *Statim sanus factus est homo ille.* Dormit in navi , periclitantur discipuli, surgit, & fugata procella, *Facta est tranquillitas magna.* Vidit Zachæum & illi ait: *Festinans descende;quia hodie in domo tua oportet me manere.* Sic plura in Historia Evangelica. Hodie,& festinè? Utique. Pender momentum ab ipsa festinatione. Nescit tarda molimina gratia : quid iustitia? Haud placet , quòd reus in domum iudicis veniat , ni iudex in domum delinquentis vadat : & dicit iudex quòd illum oportet, dum iudicium diligit ; quippe decus est iustitiæ, quòd fiat festinè & fiat hodie. Quia causis fatigantur iudices, nulla ab illis dirimitur causa: & iudicis iudicum exponuntur exempla;ut cogitent quantum boni publici nocumentum in dilatione causarum: igitur ille causas expedit , dum ad mensam recumbit , dum quiescit , dum ambulat, dum templo appropinquat,dum sedet, dum præterit, etiam dum animam agit. In plausum

Luc. 7. 4.

Ibid. c17. 14. 4.

Ioan. 5. 9.

Marc. 4. 39. Luc. 19. 5.

*Nulla est Principi requies in causarum expeditione.*



sum enim iustitiæ oportet Principem non tantum stantem mori ; sed officio , morientem etiam vigilanter incumbere. Pro iudicum schola canit Homerus de Agamemnone *Illiad.* 2.

Homer.

*Non decet ignavum tota producere somnum*
*Nocte virum, sub consilio, sub nomine cuius*
*Tot populi degunt. Cui rerum cura, fidesque*
*Credita summarum.*

*Vigilantiæ symbolum.*

Hinc apud Ægyptios oculus super sceptrum, ut scribit Horus Apollo lib. 1. *Hieroglyph.* cap. 19. vigilantiam Principum portendit ; quia non dormit , nec dormitat qui custodit.

16 *Hodie* dicit Christus. Cognoscitur, Principem , & Dominum incumbere expeditioni causæ in causæ expeditione,& exitus felicis celeritate. Quæ obviantia non fingeret minister auctoratus , oggrassans , sibi placens de togæ cultu,barbam mulcens, supercilia attollens , & dicens meditatà circumspectione : *Magna petis. Non est locus. Negotium facessit mihi negotium. Libellus supplex. Suggere aliquando.* O oracula iuris! *Memento mei* dicit cliens: & ille ita celeriter in causam intendit, ut dum aliqua ludicra prudentibus , in solamen fatuorum molitur, annus est ; & causa dirempta à tempore,quæ nequivit sub iudice. Nescio quid in huiusmodi prorogationibus habent ministri, estò sint Angeli.

*Fatuitas indigni iudicis.*

17 Venerunt ministri ad Abraham, cùm esset in convalle Mambre. Diu enim querulus de carentia prolis , expresserat filij votum ex Sara, ut constat Genes. 15. 3. Ut illo potirentur nuncij venerunt. Eos Abraham invitavit ad prandium. Indulserunt. *Cùmque comedissent dixerunt ad eum : Ubi est Sara uxor tua ? Ille respondit : Ecce in tabernaculo est.* Tunc Præses huius senaculi dixit : *Revertens veniam ad te tempore isto, vita comite , & habebit filium Sara uxor tua.* Gratia fit, & post annum, si fata concedunt. Post tot dies, post duodecim menses, liberaliter acceptis, lautè tractatis, urbanè & comiter obsecutis , & cum amico? Christus Dominus hodie Latronem vidit, & hodie latronem absolvit. Angeli protrahunt solatium Abrahæ iam seni post tempus & tempus: & illicò adest Latroni, vel dum est in cruce Christus? Utique. In quo igitur vertitur tanta expeditionis differentia? In causa ? Nullo modo. In quo ergo ? Christus erat Princeps : Angeli ministri : & licèt ministri Angeli ; ita distat regimen Principis à regimine ministrorum , in expeditione causarum; ut quicquid illi in anni curriculo,faciat Princeps & perfacilè vel in temporis momento. Quod hodie petitur, & post annum non dissolvitur ; si dirigitur immediatè Principi,fit celeriter & hodie.

Genes. 18. 8. 9.

Vers. 10.

*Princeps non remittat ministrit causas, quas per se expedire possit.*

18 Promissionem audivit mater futura, & *risit*, quasi prole desperata ; vel irrisit. Nonne conceditur , quod tot annis desiderabat ? Profectò. Ideo ridet , siquidem pignus tot annis desideravit. Gratia est,sed protrahitur : & licèt beneficium , si prorogatur, ridetur: quandoquidem, etsi fit , diu velle nolentis est. Cupiebat anxiè domus inclytæ hæredem : promittitur , cùm perveniset mater in senectutem,& non absolutè,sed conditionatè. *Vita comite* : ridetque Sara, vel dum audit à iudice completa vota; quippe pretio expectationis omninò molesta. Ridet potens supplicem, dum promissis constituit expectantem. Ridet dum promittit ; & expectans ulciscitur, dum accipit; quippe huiusmodi concessio beneficiorum, etiam in modestioribus provocat risum. Quæ in Angelis lucent mysteria,in iudicum expeditionibus sunt officia : quæ ita fastidiunt(vel dum ad placitum veniunt)ut quæ coram dicisgratiâ verbis æstimant , occulrè propter diuturnitatem expectantes,totis visceribus rideant. Causam prorogationis causarum aliquando indicabo. Utinam exularet à mundo! Prompti ergo sint iudices in litigatorum audientiam , ut expeditiones causarum dicant suffragantium , aut refragantium iustitiam. Aures semper ad audiendum patulæ, ita sint portæ. Innuit Solorzanus *Emblem.* 55.

Ibidem

*Beneficia sera ridentur, non æstimantur.*

*Porta iudicum patulæ.*

*Ergo ministrorum populo sint ostia plura,*
*Regale ut Numen quisquis adire queat.*

Solorz.

## DIDASCALIA IV.

### *Pretiosæ lachrymæ, & felices.*

1 ITa lachrymas extollit Bernardus tract. de *Contemp. mund.* Felices , quæ signa infelicitatis ? Pretiosæ , quæ nullius momenti nisi in indicem amaritudinis cordis? Nulla res tanti momenti. *Uniones lachrymæ* : dicit Pierius Valerianus lib. 41. cap. 43. Proprium utique symbolum: igitur sicut unio designat infirmitatem conchæ , ita lachryma morbos ostendit animæ. Margaritæ concipiuntur atque nutriuntur in mari, cuius aquæ amarissimæ : non secùs lachrymæ : siquidem ex amaritudine pectoris , prosiliunt oculis , mirantibus iurè tantam ex amaritudine dulcedinem , tantam

Bernard.

*Margaritæ symbola lachrymarum.*

ex

to temporis ; ut magis haberet accipientem gratum , quia tunc concedebat donum , & temporis beneficium.

12 Tunc. *Hodie* ( respondet petitioni memoriæ ) *mecum eris in paradiso*. Hodi ? Utique. Hodie Domine , & ex in Cruce ? Hodie. A planta pedis usque ad verticem capitis non est sanitas in carne , & stas iuri ? Summa adest mortis anxietas , & decernis causas ? Et latronis ? Et dudum blasphemantis ? Ubi thronus , ut accipias , & subscribas acceptos precum libellos ? Veniat crás. Si crás , non veniet. Hodie erit, quia venit hodie. Hodie dicenda sententia, quia hodie in tribunal introducta causa. Haud expectavit exitum,ut sit felix. Hodie egredietur cum palma latro supplex. Hodie habebit gratiam , quia hodie clamat ad iustitiam. Profectò turpe , quòd crás audiatur, quisquis clamat hodie. Ad quid expectandum usque manè,qui vociferatur vesperè ? Qua lege crás faciendum , quod faciendum hodie? Utquid crás relinquendum ambiguitati , si hodie quit fieri ? *Hodie*. Hodie erit absolutio ; igitur si procrastinatur expeditio , inveniet mortuum , & decretum iudicis ettò omninò propitium , omninò vanum.

*Expeditio causarum prompta fit.*

13 Obiter notandum Ambrosij acumen in huiusmodi articulo ne in iudicibus sit causarum ofcitatio. *Scivit* ( inquit *serm.* 23. ) *quòd illa in corpore Christi vulnera, non essent Christi vulnera , sed latronis : atque ideo plus amare cœpit, postquàm in corpore eius sua vulnera recognovit.* Luculenter: si scire vis, quid sit peccatum ; contemplare pendentem in cruce Dominum. Si vis efficaciter declinare: respice in faciem Christi tui : igitur pulsabit ad ianuam pectoris pœnitudo , si meditatur anima , dum hoc in viridi, quid erit in arido? Filio proprio non pepercit : servo ne parcet ? Suffocetur ergo in fluvio lachrymarum iniquitas , maximè dum patet Redemptoris supereminens charitas : igitur quæ non rapuit , exolvit ; & ut vulnera non essent, vulnera sumpsit. Latronem,illicò ut sua in Christo respexit vulnera, in lachrymas impulit respisscentia , confitens errata : & amare cœpit , cognoscens quod non cognovit, discens ex his quæ passus , quanta pateretur Christus. Iudex iniquus aliquando Latro fuit , & inexorabilis, & inflexibilis: modò affigitur cruci uti reus, & dignè:studetque implorata clemētia pœnitentiæ; ut iudices discant promptæ causarum incumbere expeditioni: siquidem celeriùs decernerent, quæ arte, ac malitia in infinitum usque procrastinantur ; si quod ipsi

Ambros.

*Revocatio peccatoris ipsa pœna iustitia Dei, & charitate Christi.*

*Remediū in resentientem expeditionem causarum.*

fecerunt perpeti , paterentur. Citò ab illis exitum haberet causa,si sustinerent prorogationis vulnera.

14 *Hodie* , dicit Christus Latroni , terminandum est iudicium; quia præiudicium, ni finiatur hodie. Nesciunt iudices , quantum noceat litium comperendinatio , & terminorum productio. Hinc sine termino lites, & plenæ vulnere leges. *Hodie* fiet , ut fiat. Peccat Adamas , & acturum Dominus *Ubi es*? Sistat. In conspectum iudicis veniat: respondeat : & non evacuatà obiectionibus causâ, in illum statim fulminetur sententia: igitur concessio longioris temporis, nequaquam est , ut obiecta evacuet , sed ut iura involuere conculcet:non ut respondeat, sed ut commenta in excussationem fingat. Adultera in iudicium adducitur , & ibi causa discernitur, & decernitur. Statim. *Nemo te condemnavit? Nemo Domine. Nec ego te condemnabo. Vade.* Si purgata est causa, vadat in pace, procedat liberè:ad quid igitur mora,si non est causa? Intende, quid post huiusmodi articulum dixerit Dominus. *Ego sum lux mundi.* Aptè. Illuminat iudices in decernendis causis. Quorsum prorogatio litium ? In iudicum & ministrorum emolumentum ? Si iniqui causa , cedat pœnæ : si evacuatur obiectio extemplò vadat in pace.

Genes. 3. 9. *Indulgentia termi norum in iure ab est ut causa clareat, sed ut de lur prodeat.* Ioan. 8. 11.

Vers. 12

15 Nihil ab illo protrahitur , nec in crastinum producitur. Implorat Magdalena , & ei dicit : *Remittuntur tibi peccata.* Homo hydropicus erat ante illum , & cùm accumberet , extendens manum , *apprehensum sanavit eum , ac dimisit.* Iacet ille alius in grabato, & confessione præmissa de morbo , ac de valore propositi ; *Statim sanus factus est homo ille.* Dormit in navi , periclitantur discipuli, surgit, & fugata procella, *Facta est tranquillitas magna.* Vidit Zachæum & illi ait: *Festinans descende;quia hodie in domo tua oportet me manere.* Sic plura in Historia Evangelica. Hodie,& festinè? Utique. Pender momentum ab ipsa festinatione. Nescit tarda molimina gratia : quid iustitia? Haud placet , quòd reus in domum iudicis veniat , ni iudex in domum delinquentis vadat : & dicit iudex quòd illum oportet, dum iudicium diligit ; quippe decus est iustitiæ, quòd fiat festinè & fiat hodie. Quia causis fatigantur iudices, nulla ab illis dirimitur causa: & iudicis iudicum exponuntur exempla;ut cogitent quantum boni publici nocumentum in dilatione causarum: igitur ille causas expedit , dum ad mensam recumbit , dum quiescit , dum ambulat, dum templo appropinquat,dum sedet, dum præterit, etiam dum animam agit. In plausum

Luc. 7. 4.

Ibid. c17. 14. 4.

Ioan. 5. 9.

Marc. 4. 39. Luc. 19. 5.

*Nulla est Principi requies in causarum expeditione.*



sum enim iustitiæ oportet Principem non tantum stantem mori ; sed officio , morientem etiam vigilanter incumbere. Pro iudicum schola canit Homerus de Agamemnone *Illiad.* 2.

Homer.

*Non decet ignavum tota producere somnum*
*Nocte virum, sub consilio, sub nomine cuius*
*Tot populi degunt. Cui rerum cura, fidesque*
*Credita summarum.*

*Vigilantiæ symbolum.*

Hinc apud Ægyptios oculus super sceptrum, ut scribit Horus Apollo lib. 1. *Hieroglyph.* cap. 19. vigilantiam Principum portendit ; quia non dormit , nec dormitat qui custodit.

16 *Hodie* dicit Christus. Cognoscitur, Principem , & Dominum incumbere expeditioni causæ in causæ expeditione,& exitus felicis celeritate. Quæ obviantia non fingeret minister auctoratus , oggrassans , sibi placens de togæ cultu,barbam mulcens, supercilia attollens , & dicens meditatà circumspectione : *Magna petis. Non est locus. Negotium facessit mihi negotium. Libellus supplex. Suggere aliquando.* O oracula iuris! *Memento mei* dicit cliens: & ille ita celeriter in causam intendit, ut dum aliqua ludicra prudentibus , in solamen fatuorum molitur, annus est ; & causa dirempta à tempore,quæ nequivit sub iudice. Nescio quid in huiusmodi prorogationibus habent ministri, estò sint Angeli.

*Fatuitas indigni iudicis.*

17 Venerunt ministri ad Abraham, cùm esset in convalle Mambre. Diu enim querulus de carentia prolis , expresserat filij votum ex Sara, ut constat Genes. 15. 3. Ut illo potirentur nuncij venerunt. Eos Abraham invitavit ad prandium. Indulserunt. *Cùmque comedissent dixerunt ad eum : Ubi est Sara uxor tua ? Ille respondit : Ecce in tabernaculo est.* Tunc Præses huius senaculi dixit : *Revertens veniam ad te tempore isto, vita comite , & habebit filium Sara uxor tua.* Gratia fit, & post annum, si fata concedunt. Post tot dies, post duodecim menses, liberaliter acceptis, lautè tractatis, urbanè & comiter obsecutis , & cum amico? Christus Dominus hodie Latronem vidit, & hodie latronem absolvit. Angeli protrahunt solatium Abrahæ iam seni post tempus & tempus: & illicò adest Latroni, vel dum est in cruce Christus? Utique. In quo igitur vertitur tanta expeditionis differentia? In causa ? Nullo modo. In quo ergo ? Christus erat Princeps : Angeli ministri : & licèt ministri Angeli ; ita distat regimen Principis à regimine ministrorum , in expeditione causarum; ut quicquid illi in anni curriculo,faciat Princeps & perfacilè vel in temporis momento. Quod hodie petitur, & post annum non dissolvitur ; si dirigitur immediatè Principi,fit celeriter & hodie.

Genes. 18. 8. 9.

Vers. 10.

*Princeps non remittat ministrit causas, quas per se expedire possit.*

18 Promissionem audivit mater futura, & *risit*, quasi prole desperata ; vel irrisit. Nonne conceditur , quod tot annis desiderabat ? Profectò. Ideo ridet , siquidem pignus tot annis desideravit. Gratia est,sed protrahitur : & licèt beneficium , si prorogatur, ridetur: quandoquidem, etsi fit , diu velle nolentis est. Cupiebat anxiè domus inclytæ hæredem : promittitur , cùm perveniset mater in senectutem,& non absolutè,sed conditionatè. *Vita comite* : ridetque Sara, vel dum audit à iudice completa vota; quippe pretio expectationis omninò molesta. Ridet potens supplicem, dum promissis constituit expectantem. Ridet dum promittit ; & expectans ulciscitur, dum accipit; quippe huiusmodi concessio beneficiorum, etiam in modestioribus provocat risum. Quæ in Angelis lucent mysteria,in iudicum expeditionibus sunt officia : quæ ita fastidiunt(vel dum ad placitum veniunt)ut quæ coram dicisgratiâ verbis æstimant , occulrè propter diuturnitatem expectantes,totis visceribus rideant. Causam prorogationis causarum aliquando indicabo. Utinam exularet à mundo! Prompti ergo sint iudices in litigatorum audientiam , ut expeditiones causarum dicant suffragantium , aut refragantium iustitiam. Aures semper ad audiendum patulæ, ita sint portæ. Innuit Solorzanus *Emblem.* 55.

Ibidem

*Beneficia sera ridentur, non æstimantur.*

*Porta iudicum patulæ.*

*Ergo ministrorum populo sint ostia plura,*
*Regale ut Numen quisquis adire queat.*

Solorz.

## DIDASCALIA IV.

### *Pretiosæ lachrymæ, & felices.*

1 ITa lachrymas extollit Bernardus tract. de *Contemp. mund.* Felices , quæ signa infelicitatis ? Pretiosæ , quæ nullius momenti nisi in indicem amaritudinis cordis? Nulla res tanti momenti. *Uniones lachrymæ* : dicit Pierius Valerianus lib. 41. cap. 43. Proprium utique symbolum: igitur sicut unio designat infirmitatem conchæ , ita lachryma morbos ostendit animæ. Margaritæ concipiuntur atque nutriuntur in mari, cuius aquæ amarissimæ : non secùs lachrymæ : siquidem ex amaritudine pectoris , prosiliunt oculis , mirantibus iurè tantam ex amaritudine dulcedinem , tantam

Bernard.

*Margaritæ symbola lachrymarum.*

ex

*Unde lachrymarum pretium?*

ex devenustate pulchritudinem. Denique: magni sit margarita pretiositate; & lachrymæ conferuntur margaritæ; quippe in cœlo margaritæ, quæ ab oculis defluunt lachrymæ.

Ovid. *Est honor & lachrymis.*

Canit Ovidius lib. 10. *Metamorph.* Fabul. 9. & maximus honor, quandoquidem quas conchæ oculorum effuderunt uti guttas; conversas vident in margaritas pertiosas.

Genes. 23. 2. 2 Mortua Sara, *venit Abraham, ut plangeret, & fleret.* Quis non? Qui lachrymis gaudet. Ne miteris.

Terent. *Homini illicò lacrumæ cadunt gaudio.*

Dixit Terentius in *Adelph.* Act. 4. Scen. 1. v. 20. Errat anima, sed erratum plorat. Urget dolor, ut pœniteat. Lachrymatur præ dolore; & gaudet, dum plangit, in doloris voluptate: igitur maxima cordis voluptas, ubi non invenit lachrymas, lachrymas; sed margaritas. Plangeret, dum fleret; si in fletu levamen doloris non inveniret: gaudetque anima fletu, vel corde amaro; quia lachrymis, quibus se dicit prævaricatricem, pretium habet actutùm in redemptionem.

*Lachrymæ redemptrices animarum.*

3 In contrapositione lachrymarum & unionum, claresci pretium cum momento lachrymarum. In Ierusalem cœlesti (quæ ædificatur ut civitas) ut rutilaret undecunque pretiositas; *Duodecim portæ: duodecim margaritæ sunt per singulas: & singulæ portæ erant ex singulis margaritis.* In cœlo collocantur uniones, & pro portis cœli: Non sunt adamantes? Non est aurum, Struxit pietas in solamen hominis huiusmodi artificium, ut amissa per crimina gratiâ, invitaret ad fletum: Igitur si lachrymæ sunt margaritæ, construuntur ex unionibus portæ: quoniam cœlorum ingredietur portas, quisquis pro culpis effuderit lachrymas.

Apoc. 22. 21.

*Et porta cœli.*

4 *Singulæ portæ.* Aptè, ut constet virtus fletus, & potentia luctus. *Singulæ portæ ex singulis margaritis.* Portæ cœlorum non è multis, sed ex singulis margaritis: igitur ut in cœlis, clausis crimine, clamanti aperiatur porta; unica sufficit lachryma. Clamabat quidam amans, & indignans in ingratam, apud Terentium in *Eunuch.* Act. 1. Scen. 1. v. 20.

*Quàm pretiosa lachryma!*

Terent. *Ego ne illam? Quæ illum? Quæ me? Quæ non? Hæc verba, una meherclè falsa lachrymula, Quam oculos terendo, misera, vix vi expressit.*

*Reslinguet.*

Ecce tota ira sopita lachrymâ. In mundo falsâ, in cœlo vera: etenim scrutatur Dominus corda. Arcentur ab ostijs cœli peccatores, quoniam per noxam elegerunt iuga captivitatis. Deditionis habet diabolus testimonium, ut impediat ingressum: igitur haud præsentit, quo catenatus solvat, & è vinculis evadat. Crimen plorat errati pœnitens, lachrymis debita solvens: & non confunditur effusâ lachrymâ, dum loquitur inimicis in porta; quoniam ut adipiscatur introitum, habet in lachrymis pretium: siquidem ut iugum excutiat, & animam è catena dæmonis salvam faciat; ab oculis vi doloris expressas lachrymas veras, acceptione Dei pœnitens transformat in margaritas.

*Quàm pretiosa!*

5 *In aqua mollis unio* (ait Plinius lib. 9. cap. 35.) *exemptus protinùs durescit.* In concha non est unio, sed gutta, vel aqua: educta fit, quæ lachrymâ, margarita: non aliter in guttis, quæ ab oculis, transformatis in momenta pretiositatis: igitur ita Deus favet peccatoribus à malo rosipiscentibus; ut ab illo in pretium captivitatis, ex aquæ gutta fiat margarita pretiosa. Ex his fiunt portæ cœli, & ex singulis singulæ: quippe qui habuerit lachrymam, in cœlo habebit ad beatitudinem portam. *Beati qui lugent*, quoniam ipsi Deum videbunt. Arcetur ingressus: adest de criminis planctus: & ut ingrediantur per portas has, ut adorent Dominum, clavibus lachrymarum habent patulum cœlum. *Mala præterita* (hortatur Monachos Protoparens Benedictus *Regul. S.* cap. 4. *Instrum.* 57.) *cum lachrymis, vel gemitu quotidiè in oratione Deo confiteri.* Sit: verum Sapiens dicit: *Redimi iniquitatem.* Quid lachrymæ cum redemptione? Multum. Aptiùs dicam: Totum. Captivus habet in lachrymis pretium redemptionis, pro gravitate vinculorum criminis: & quas lachrymas pro peccatis Benedictus designat, redemptionem iniquitatum Salomon vocat: quippe pœnitens si habuerit plantum, habebit & prompte pretium: igitur quæ in oculis aquæ guttæ, exemptæ ab oculis sunt margaritæ pretiosæ.

Quæ in oculis lachrymæ, Deo sunt æstimabiles gemmæ.

Plin.

*Ex illa fit in pretiosa margarita.*

Matth. 5. 5. *Per planctum patulum cœlum.*

S. Benedict. Prov. 16. 6.

*Redimi iniquitatem.*

6 *Mulier, quid ploras?* dixerunt Angeli mœstissimæ Magdalenæ, cùm non invenisset Dominum, ubi posuerunt eum. Iurè lachrymatur: infelix namque anima, cum Dei absentia, maximè si non invenit, etiam dum lachrymis quærit. Quænam non debet esse solicitudo, si amittit anima; ubi dum ablatum credidit, ita mœret Magdalena? Hinc inde recto proposito errabat, & anxiè de Domino fatagebat. Cuncta solicita circuit, nec spes felicitatis apparet: unde ut potiretur voto; lachrymis inquisitionem ingeniosa credidit, & saput: siquidem lachrymis quot curæ, tot linguæ, tot vigiles oculi. Dixit Ariadne apud Ovidium in *Epist.*

Ioann. 20. 13.

*Absentia Dei gravis animæ.*

Ovid. *Quid potius facerem, quam me mea lumina flerent?*

*Iamque oculis ereptus eras, tunc denique flevi.*

Oculi lumina sunt, ardent; sed lachrymis lucent. Flevit ergo, & Angelorum accessit consolatio; qui quidem lachrymas in peccatore cupiunt, verum effusas abstergunt. *Quid ploras?* dixerunt. Singularis stylus, & novus, dum oculis micat planctus. *Quid?* Cur ploret, indagare debent: verùm *Quid?* Si plorat, quid plorare poterit nisi lachrymas? Ad quid igitur, si lachrymas lachrymatur, *Quid* lachrymetur, inquiritur? Ut constet planctus pretiositas, cùm dolor cordis erumpit in lachrymas: igitur quas lachrymæ ostentant oculi, non sunt lachrymæ. Christum amisit, & quoniam amisit, flevit. Habet pretiosiora momenta æstimationis, qui manat planctus ob absentiam Deitatis: & interrogatur Magdalena, quid ploret, dum amissum Dominum fletu amatissimo inquirit; igitur quæ illi flenti videbantur lachrymæ, Angelis erant margaritæ pretiosæ. Si, *Cur fleret*, inquirerent; scrutarentur lachrymarum causam: *Quid fleret*, erat demonstrare fletus materiam: & non dicunt *Cur*, sed *Quid*; ut in se reversa inquireret, Quid est hoc? quandoquidem lachrymæ quæ apparebant in speculo luminum, erant gemmæ pretiosissimæ æstimationi Angelorum.

*Momenta lachrymarum.*

7 Illa plorabat, Angelus plancta gaudebat. Parum pretiositatis inesset lachrymis, si materia æstimaretur ex oculis. Parvipendimus planctum, quoniam ignoramus pretium. Plus anima intenderet in dolorem, si cognosceret insitam lachrymis pretiositatem: de illisque dicitur, *Quid* sint, neutiquàm, *Cur* sunt; quia tantùm parent cognitioni Angelorum, quanta sint momenta lachrymarum. Dum captivatur Princeps, vel Monarcha, eius lytrum est pondus margaritarum: in pretio constat, quis est, quem captivitas gravat. Nulla res animâ nobilior, nec pretiosior. Captivatur noxâ: Ploret anima: igitur patietur sub iugo tyrannidem dæmonis, ni redimatur margaritis lachrymis. Lachrymæ sunt pretium, ut hoc pretio redimatur pretiosum. Si unionum fit æstimatio, ut fiat adæquatè redempcio; excutient iugum servitutis animæ mancipatæ, dum quæ lachrymæ in oculis, sint margaritæ.

*Et litterum promptum.*

8 Inquires, meritò quidem, cur lachrymæ aliquando lachrymæ, aliquando margaritæ? Unde fletus metamorphosis, ut constet in eadem materia momentum lachrymarum, vel unionum? Quomodò separabitur pretio-





sum à vili, ut lachrymæ non sint lachrymæ? Vel unde lachrymarum felicitas, ut transformentur in margaritas pretiosas? Quisquis flet, margaritas pro lachrymis flere vult: qua igitur arte potietur voto? Faxò. Duplex reatus inest crimini, culpæ scilicèt, & pœnæ. Plorat anima, verum cum summo lachrymarum discrimine: etenim si lachrymatur pœnas, plorat lachrymas; sed si fleverit culpas, margaritas.

*Origo pretiositatis lachrymarum.*

9 *Peccatum peccavit Ierusalem*, & tradita hosti deploravit peccatum: *Plorans ploravit in nocte, & lachryma eius in maxillis eius.* Ecce plorat, & flet lachrymas. Mulier, quæ fuerat in civitate peccatrix, cùm vacuum videret; *Stabat ad monumentum foris plorans*: cæterum cùm fleret, haud plorabat lachrymas, sed margaritas. Ideo Angeli dicunt lachrymanti: *Mulier, quid ploras?* Utraque plorat: verum hæc gemmas, & illa lachrymas. Quare igitur in Ierusalem lachrymæ sunt lachrymæ, & non amplius; ac in Magdalena fletus omninò pretiosus, ita ut in illa dumtaxat sint guttæ roris è cœlo capitis, & in hac spectatissimi uniones? Magdalene amiserat Deum: & plorat, quoniam Dominum amiserat. *Quia tulerunt Dominum meum.* Ierusalem peccavit, in captivitate pro crimine flevit; at licet medijs Dei offensis, ploravit *propter afflictionem, & multitudinem servitutis.* Plorare, quia captiva erat, est plorare esse captivam, seu propter criminis pœnam. Plorare, quia Deus recessit, vel illum anima amisit; est plorare offensam Dei, qui recedit ab anima per offensam. Lachrymæ propter culpam sunt uniones, queis excutitur iugum tyrannidis. Lachrymæ propter pœnam sunt expressiones doloris: & Magdalenæ lachrymæ sunt margaritæ, Ierusalem verò lachrymæ; quoniam hæc fatua, lachrymabatur in dolore pœnam, & illa prudens deplorabat culpam.

Threni 1. 8. Vers. 2.

Ioann. 20. 13.

Ibidem.

Threni 1.

*Quæ lachrymæ, & quæ margaritæ?*

10 Hic planctus singularis est; siquidem rarò in oculis videtur, quia Deus per legis eius transgressionem amittitur. Captiva crimine est anima. Quid plorat? Deum amissum. Propter Dei iniuriam, vel propter iniuriæ pœnam? Sic, perperàm collocatus fletus, licet desiciat fletibus udus oculus; etenim transactâ pœna, deficit lachryma. Non redimitur anima nisi margaritis: & patietur absdubiè cruciamina captivitatis; ni quas lachrymæ oculi plorant, quia Deus offensus, margaritæ fiant. Si expensæ fiunt, quid laboris, ut eleventur ad Deum? Ploret margaritas, quisquis plorat lachrymas: igitur fatuitatis est, habere fletibus pretium, &

*Dirigenda est in Deum, ut sint pretiosæ?*

mittere in saccum undecumquè pertusum: nihilo prodesse lachrymis; cùm possint esse summæ æstimationis, dum defluunt pro culpa, quæ effunduntur ab oculis pro pœna: igitur qui ita flet, plorando plorat; quia pro offensa flet, ne fleat. *Plorans ploravit* Ierusalem. Si rectè planctum dirigeret, post ploratum non ploraret: non ploraret captivitatem, cùm haberet redemptionem: & plorat plorans, quia nescivit lachrymas transformare in margaritas: igitur quas quivit habere ut pretium, effudit tantùm ad planctum. *Plorans ploravit.* Iure. Pro pœna criminis flevit: & plorata ploravit; quia digna planctu, pro queis lachrymas effudit.

Ubi supr.

Ne post plorentur.

Ierem. 9. 1. Fletus propter culpam Lasificat animam.

11 Audiatur Ieremias. *Quis* (exclamat) *dabit oculis meis fontem lachrymarum & plorabo?* Ad quid igitur lachrymæ, nisi fletus? Possunt esse in structuram gaudij: etenim gaudet anima, cùm videt margaritam, quam arbitrabatur lachrymam. *Et plorabo.* Quis non? Qui propter Deum offensum continuo dolore flet: igitur miratur thesaurum esse pretiosiorum unionum, fontem vel officinam lachrymarum. *Et plorabo.* Et qui non fleat, dum infortunium plorat? Utique. Respice intuitum lachrymarum: *Plorabo interfectos filiæ populi mei,* Non propter quid interfectos, sed interfectos lugebat: & lachrymis Vates plorat; quippe lachrymatur peremptorum culpæ pœnam, & non punitorum culpam. Sunt lachrymæ lachrymæ, & lachrymæ margaritæ. His qui plorat, non plorat; quia pretium habet in animæ redemptionem: illis qui plorat, plorat; quippe fletu non excutit cruciamen: & plorat Vates, quia pœnam plangit; quandoquidem si culpam fleret (quo fletu lachrymæ fiunt uniones, & gemmæ amplioris pretiositatis) interfectos propter culpam non ploraret, sed margaritis ab interitu redimeret. Patet pretiositas lachrymarum, igitur à maxilla elevantur ad thronum.

Ibidem.

Et redimit à morte.

Iob. 16. 21.

12 *Ad Deum stillat oculus meus*: dixit Amicis patientiæ speculum Iob. Deus in cœlo est; & minimè oculi irrorant in solum, sed versus cœlum. Stillat cœlum lachrymas nubium in terram. Hoc est coràm. Cæterùm novum, quòd oculi quasi nubes ascendentes è mare pectoris, cœlum irrigent copiosis lachrymis. Non est lapsus versus cœlum, sed in profundum. Quo pacto igitur cadentes lachrymæ dirigentur, ut in cœlo lapsu ascendentes inveniantur? Deus est suprà, lachrymæ infrà, igitur hominum in hac valle lachrymarum: & ad Deum stillat oculus, dum præ criminum dolore tunditur pectus; quippe Deus trahitur lachrymis, ubi sunt flentes. Novum est, quòd lachrymæ in genas descendentes, nanciscantur ascensum; verùm respectu pretij apud Dominum, non novum: igitur ita æstimat lachrymas hominis ex fonte pœnitudinis pectoris; ut quasi in terra essent indecorè collocata, in cœlestia trasferat à maxilla. In vultu est fletus, & stillando in cœlo patet repositus. Exprimitur in phrase quid habeant lachrymæ per inclinationem naturalem, & per divinam gratis æstimationem. Iuxta iuc inationem sicut aqua labuntur: iuxta æstimationem sicut ignis ascendunt: & fletus collocatur in cœlis, cùm locus proprius sit facies; quoniam ut elarcat, quæras in cœlis lachrymarum æstimatio, obsequiosè blandito, iure elevantur à Deo.

Deus lacrymis trahitur.

Quas in cœlestibus collocat.

13 Pater, quomodò portæ cœli ex margaritis, ubi in fabrica micat summat vestitatis. Lachrymæ stillant in terram, & cadentes arte procedunt in gloriam. Cœlum aperit lachryma, quod occluserunt crimina, & cùm oculus lachrymas stillat, ad Deum meditanter elevat; quoniam Deus attollit è terra lachrymas, ut ex lachrymis construat cœlorum portas. *Ad Deum stillat oculus,* dum abluitur aquâ lachrymarum pectus. In cœlo sedes Domini, cuius amicitiæ amittitur crimine. Quæritur ab anima stimulis pœnitudinis, & inquisitio iure creditur lachrymis, quæ ubi sunt, non sunt, sed ubi dilectus est: unde dum oritur ex dilectione planctus, ad Deum stillat lachrymosus oculus; quippe licet Dominus ad cœlum elevetur, dum ab homine relinquitur; ut quærant Dominum, lachrymæ statim elevantur in cœlum. Breviùs dialecto Hispanâ: *Torando à las lagrimas buscar el bien summo perdido; aunque al Cielo se eleve, subem al Cielo.*

Apoc. 21. 21.

Quare in cœlum elevat?

Discrimen lachrymarum, quia Deus iratus, & quia Deus offensus.

Domi-num inquirunt & invenium.

14 *Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo.* Ita Dominum alloquitur plorans David. Deus magni pœnitudinem ducit, si coràm lachrymas habet. Lachrymæ in Deo? Nec enim homo est, ut agat pœnitentiam. Vel Profanus astruit lib. 2. *Metamorph.* Fab. 9.

Psalm. 55. 9.

——— *Neque enim cœlestia tingi*
*Ora decet lachrymis.*

Ovid.

Qua ergo lege erunt Dei, quæ lachrymæ sunt David? Sicut ros Auroræ à Sole elevatur, ita lachrymæ à Domino usque in cœlum attolluntur. Sunt hominis, quia ab illo effussæ. Sunt Dei, quia ab illo elevatæ: non enim magna esset lachrimarum æstimatio, ni Dei studio collocarentur in thronio. Proposito igitur. Deus sedem habet in cœlo: plorabat David in mundo, eò quòd Dominus recesserit, dum cæcus crimen admisit:

Chry. post.

Gen. 32. 26.

Ose. 12. 4.

Esto recedat à mundo.



misit: & lachrymæ pœnitentis sunt in Domini conspectu, vel dum videntur in plorantis vultu: igitur cùm Dei inquisitio creditur lachrymis, & Deus habitet in cœlis; ascenderunt velociter in cœlum, ut ad animam traherent amissum bonum. Ulteriùs. *In conspectu tuo*: igitur dignus planctus, quòd respiciat Dominus, si propter illum fit planctus.

15 Lachrymæ David sunt in throno Dei. *Lachrymas meas in conspectu tuo.* Aliter videtur in Civitatis planctu: *Lachrymæ eius in maxillis eius.* Quare igitur Davidicæ lachrymæ usque in cœlum efferuntur, & Ierosolymitanorum in maxillis detinentur? Utrique Deum offenderant: utrique plorabant: sed utrique non plorabant, quia Deum offenderant. Elevantur lachrymæ, dum in conspectu Domini fuat prætiosæ. Detinentur in maxillis, ni dirigantur in scopum doloris: ab hoc aberrant lachrymæ, obsequentes in offensa pœnæ, quin offensi sint obsequium; igitur minimè respicit, quæ non respiciunt. Deum respicit, qui plorat culpam, propter Dei offensam; quia ductus voluptate posthabuit, quem propter summam bonitatem summè diligere debuit: & lachrymæ David in Dei collocantur throno, dum Ierusalem habet lachrymas in vultu; quoniam hæc dolebat, quia Deus iratus: & ille, quia Deus offensus. Illa dolebat propter pœnam; hic propter causam. Ierusalem non pœnitebat criminis, sed sui: igitur ni pœna opprimeret, non ploraret. David non dolebat de pœna, sed de iniuria: & eius usque ad thronum ascendit lachryma; quoniam in eius ascensu descendit misericordia. Deus non respicit, cui non parcit. Respicit sanè, cui indulget: & lachrymæ pœnitentis David in conspectu Dei sunt; quoniam illicò ut ascenderunt in cœlum, descendit in animam condonatio delictorum. Verùm hoc lat: *Didasc. seq. In conspectu*, extorquentibus lachrymis indulgentiam, esto Deus videret noxam: igitur quæ in oculis pœnitentis erant lachrymæ, erant Domino sagittæ.

Ibid.

Thren. ubi sup.

16 Victoria pro fletu stat. *Nemo ad Deum aliquando flens accesit, qui non quod postulavit, acceperit*: ait Chrysostomus *Homil.* 15. ad Pop. Antioch. Patétin Iacob. Vir præliabatur cum eo, & prævaluit: igitur vel percusso dixit potens: *Dimitte me.* Qui intendit certamen, in conflictu & vincens cogitat diremptionem? Iacobum non percussit? Utique, sed Iacob etiam illum qui percussit, vulneravit. Quo pacto percussit? *Flevit*: & quas in oculis cogitabat lachrymas in pectore athletæ invenit graves sagittas. Prævaluit Deus, & prævaluit Iacobus: uterque victor & victus: ille valuit, quia percussit, & hic quia flevit: siquidem licèt eius sagittæ acutæ sicut potentis, in conflictu cum homine curvatur lachrymis.

Deus vincitur lachrymis.

Ibid.

Perpende. *Flevit*, dicit Oseas de Iacobo, *& rogavit eum*: verùm flenti & vulnerato dicit victor? *Dimitte me.* Quis rogat? Qui dimissionem petit, vel qui luget? Qui plorat, vincit; & victor nequaquàm prævalet: siquidem quicquid acquisierat potentia roboris, amisit devicti lachrymis. Rogat homo, & dum flet, etiam rogatur: flectit, & à victore flectitur: qui quidem petit in certamine inducias, cùm ferre nequiret ictus sagittas lachrymas. Singulare quidem. Cœlum, quod nulla sagitta ferit, fletus percussit.

Lachryma sagitta.

17 Haud alia tela potentiora lachrymis. Sagittæ ab oculis excussæ ex arcubus superciliorum in pectus (quod multiplex & altum gravabat vulnus) pictæ ab Othone Vænio *Amor.* Emblem. 76. cum epigraphe: *Lachryma.* Lachrymæ potiùs indicia fragilitatis, quàm fortitudinis: & dum exponitur lachryma, videntur tela; quippequàm graviora vulnera cordis veniunt à lachrymis.

Ovidi Væn.

*Nil opus est armis Veneris tibi nate, nec arcu:*
*Ecce oculis telum nostra puella gerit.*

Vociferabatur ictus. Ita vel in ira Deus? Vulnerata crimine anima plorat. Vindicem manum & gladium iustitiæ prævalentis illigat. Conantem percutere icit. Quo ingenio? Ecce oculis telum nostra pupilla gerit; & dum fletus in oculis, nil opus est armis: siquidem nihil est, quo magis Deus in pietatem curvetur, quàm cùm cor offensas miserentis lachrymatur: Nil opus est armis. Si lachrymæ, ad quid sagittæ? Ferrum sine acumine venit, si oculus plangit: acriores sagittæ sunt lachrymæ, quàm sagittæ: etenim si ingeritur lachryma, non habent spiculas. Ars quæsita, qua invencibilis vinceretur: & ab anima planctus cogitatur; quoniam cor Dei statim ac videt lachrymam, vulneratur in flentis misericordiam.

Quibus pellus Domini vulneratur.

18 Ita ergo queritur de Amasiæ luminibus, in Dilectum fastidientem intendentibus. *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum.* Ideft, in uno duplicis muneris luminum, in faciei firmamento rutilantium. Oculi Sponsæ avolare fecerunt, & modò queritur, quippe pectus vulneratum? Du-

Cant. 4. 9.

Trahitur cor.

plex ministerium habent oculi, videndi scilicet & lachrymandi: & fatetur Sponsus vulnus in pectore altum, in uno dumtaxat oculorum, quippe si sponsa Dilectum curiositate fugavit, fugientem lachrymis in gremium prompte reduxit. Oculi sunt artifices lachrymarum, & quia lachrymarum, officina telorum. Lachrymæ de Deo triumphant, dum manifestatis ulcisci meditatur offensam: & intimè vulneratur, dum crimen fletur; quia quæ lachrymæ in oculis Sponsæ, in corde Dei erant acutæ sagittæ.

*Et in pietate vincitur.*

19 Haud videre Sponsa poterat, quem fugientem animitùs desiderabat. Prosequendus erat desiderijs, & lachrymis, ut severteretur in penetralia cordis. Pervenit sagitta; ubi nequibat anima. Quæ sagitta? Lachryma in oculis & visus & planctus in Dilectum, qui sanè vulneratur in uno dumtaxat oculorum; quoniam illa non videbat, ut plangeret, sed plangebat ut videret: igitur quibus cor Sponsi percutitur, lachrymis trahitur, cum illi sint sagittæ perfusæ lachrymæ. Quis enim in lachrymas non intendit, *cum fletus pateat* (in sententia Cassiodori super *Psalm.* 41. v. 4.) *cibus animarum, corroboratio sensuum, absolutio peccatorum, refectio mentium, atque lavacrum culparum?*

*Et Sponsus videtur.*

Cassiod.

*Officia lachrymarum.*

Herm. Hug.

*Nec nisi flere mei oculis erit ulla voluptas:*
*Dum erunt lachrymis crimina mersa meis.*

Dicit anima apud Hermann. Hugonem lib. 1. *Gemit.* 8. Eece lachrymarum pretiositas, planctus felicitas: utrumque vel Ethnicus cogitans, canit:

Ovid.

——— *Est quadam flere voluptas.*

## DIDASCALIA V.

### *Quandoque flebiles lachrymæ.*

Ambros.

1 ASTruit Ambrosius de *Obitu Valentiniani.* Miserum profectò, quòd quæ felices sint flebiles: igitur calamitas summa, quæ quo lætatur, augetur. In subsidium pungentium corda dolorum, copia à natura conceditur lachrymarum: & plorantur, queis ploratur dolor cordis: quoniam pars fraudis in illis. *Flebilis audiebatur planctus ploratorum infantium*: dicitur à Salomone. Flebilis planctus! Ergo ad fletum alius fletus: utique, igitur dum plorantur indebita, flebilis lachryma. *Lugentes non dicuntur* (ait Hilarius in *Matth.* can. 4.) *orbitates, aut contumelias, aut damna mœrentes, sed peccata.* Ægyptij Deum summè offenderant, qui cædes primogenitorum statuit propter iniuriam; ululantibus cunctis, visis tot mortuis: & huiusmodi planctus dicuntur flebiles; quoniam dolebant de pœnis, & minimè de peccatis. Non lachrymæ, sed

*Quis fletus flebiliet* Sap. 18. 20.

Hilar.

*Fletus verus de peccatis.*

*Illuvies plorabilium lachrymarum.*

Canit Herm. Hugo lib. 1. *Gemit.* 8. Lachrymæ sunt medicina dolorum: plorantur pœnæ cruciaminum: & flebilis non dicitur pœna, sed lachryma; quoniam in crimine tantùm deploratur pœna: quæ sanè magna, cui non medetur lachrymarum medicina. Ploratur propter dolorem, & dicit Salomon ploratum flebilem; quoniam necessarius in oculis alius fletus, ut deploraretur lachrymabilis planctus.

Herm. Hug.

2 De Abrahamo exprimente dilectionem erga mortuam Saram, dicitur, quòd *Venit, ut plangeret & fleret eam.* Ideò, verè fleret, igitur si finis planctus non rectus, in planctu non erit planctus: planctusque fletui iungitur, ubi Abrahamus uxorem sepeliendam lachrymatur; quippe tunc in oculis sunt lachrymæ, dum fuerint veræ,

Gen. 23. 2.

*Non omnibus qui flent, datur*

*Flet si lachrymas conspexit amici,*
*Nec dolet.*

Iuvenal

Ait Iuvenalis *Satyr.* 3. v. 101. Si non dolet, haudquaquàm in planctu flet: & Abrahamus dicitur in fletu & planctu funerali fleville; quoniam lachrymæ oculorum procedebant à dolore.

*Quid dolere in fletu*

Elevetur igitur tropologicè planctus argumentum, ut in plorantibus cursus dirigatur lachrymarum. Sara speciosa signat animam crimine mortuam, & noxâ devenustatam; quam plangit homo, cogitans ad quid peccato redacta eximia eius pulchritudo. Plangit: flet, & non plorat, quamvis plangat; ni lachrymetur propter abiectum gratiæ, dum amaritudinem sustinet inflictæ pœnæ. Dolor est. Patet in fletu: & abest dolor à planctu; quippe vel fletu doloris expressione non dolet, ubi non dolet præne dolere debet. Debet flere offensam Deitatis, dum gravamina lachrymatur doloris: animam speciosam vivificatam à gratia, & ie mortuam & deturpatam à culpa, non dolere de dolore illato per audaciam legis fractæ: & tunc lachrymæ videntur in lachrymis; quoniam considerata offensa legislatoris, minimè dolet de mortis cruciamine, sed de morte. Flere debet, quod fleri debeat: & dum Abraham funeri assistit, venit ut plangeret, & planctu fleret; quippe, ni rectè fieret, proculdubiò fleta plangeret: igitur pœnitentia non ritè facta eget aliâ pœnitentiâ.

Ani-



Hermann. Hug.

3 Anima pœnitens habens præ oculis impendentem propter crimina mortem, & cogitans pœnitentiam liberatricem; pingitur ab Hugone lib. 1. de *Suspir. Anim.* Gemit. 13. ante Dominum iudicem genuflexa (arguti sumus in nostram utilitatem; & ingerimur in clementiam; igitur preces, iudicis præcogitamus blandimen) humiliter exclamans: *Dimitte me, ut plangam paululum dolorem meum.* Angustiæ igitur sunt undique in hac lachrymarum valle. O miser homo! Quoties dixisti:

Iob. 10. 20.

*Pro lachrymis spatium, spatium pro planctibus opto.*

Idem.

*Hæc mihi tantilla, quam peto, causa mora.*
*Ergo meo exiguum spatium concede dolori:*

*Non nisi concesso tempore fata quærant.*

*Concessio temporis ix pœnitentiâ, speciale beneficium.*

Quoties? quoties *Dimitte me, ut plangam*, ut agam pœnitentiam: & quicquid temporis indulsit in planctum, collocatti in animæ detrimentum, tercus in culpas, quod redimere debebas? Tempus petisti, ut pœnitentiam exprimeret planctus; sed felix eris, si ad temporis planctum concedatur tempus.

4 Nota petita ab anima. *Dimitte me, ut plangam paululum dolorem meum.* Dolorem? Perturbata dolore videtur anima, dum ita transmutat verba. Plorare dolorem? A dolore igitur procedunt lachrymæ. Lachrymaris, quia doles; vel doles, quia lachrymaris? Iniquitas ingessit usque ad intima dolorem: haud deplores dolorem, sed fœvam iniquitatem. Nullo modò. Plorandus est planctus, ac de dolore dolendum. Est in qualibet transgressione præcepti, culpa & pœna; ex queis procedunt tamquam à fonte suspiria. Anima plorabat, cæterùm minimè pro quo plorare debebat. Plorabat in doloris subsidium, haud in audaciæ tormentum. Plorabat, quia mala habebat, haudquaquàm quia bona amiserat. Dolebat de peccato, quia dolebat: & minimè de peccato, à quo dolor tamquàm à principio. Dolebat de peccato, prout erat pœna; & nullo modo quia inimicitiæ causa, qua anima separata erat à Domino, sibi gravis & etiam inimico. In dolore ac lachrymis rectum haud respexit finem: & tempus petit, ut plangat etiam dolorem, & tempus quo doluit, & præ dolore planxit; quippequiam in dolorem alius dolor, & in planctum alius necessarius planctus; ni in offensa Dei per crimen deploretur Deus offensus. Infelix sanè lachryma, dum collatâ medicinâ, planctu patet dignus planctus.

*Quid in peccato plorandum?*

*Planctus quisnam dignus planctus*

*Nec secum auxilium, sed digni tempore fletus.*

Ovid.

5 Clariùs igitur. Lachrymas in oculis ex corde hominis dumtaxat excitat afflictio, & non dilectio. Planctus respiscentiam indicat, fletus pœnitentiam demonstrat. Dilectio lachrymatur Deum amissum, afflictio verò tormentum: & in huiusmodi dolore quæ lachrymæ, non sunt lachrymæ; quippe lachrymæ sunt imperfectæ pœnitentiæ. Plorat pœnitens, si pro gratia amissa plorat: non plorat, si plorat criminis pœnas: igitur quascumque effuderit lachrymas, non designabit conscientia à principio pœnitudinis, sed à fonte utilitatis: plorantur itaque ob cordis dolentis quietem, & nullatenùs per crimen.

*Fleri præceptum, nisi est pœnitentia vera.*

6 Fieri debet pœnitentia, de quo dolere par est, & à quo dolor originem habet. Fletus pectoris pœnitentiam ostendit: & ubi lachrymis cordis exprimit amaritudinem, tempus petit, ut possit planctu plangere dolorem; quoniam curvo lachrymarum recto fine, debet etiam anima pœnitentiæ pœnitere. *Planctus est, & erit in planctum*: dicitur ab Ezechiele. Planctus in planctum, vel in pœnæ refrigerium? In lamentationem, & carmen & væ: siquidem cùm pœnitentia, quæ pro culpa, vere pœnitentia sit; dum finis planctus non rectus, erit in planctum vel uberrimus planctus: dolor in dolorem, pœnitentia in pœnitudinem; quoniam ni lamenta sint pro culpa, oportet animam dolere de pœnitentia: *Planctus est, & plangent eum.* Planctus plangi debet; quia nequaquàm ploratur, ut debet plangi. Ploratur sæpe angustia, dolor, amaritudo, & aliæ pœnæ, sociæ commissæ culpæ. Planctus est, sed erit in planctum: planctus est, & plangent eum: igitur dum est dolor de pœna, tracta lege; ut verè sit pœnitentia, erit pœna de dolore. Lachrymæ inditia sunt afflictionis: & dum pervertitur lachrymarum finis; dolor exprimens à visceribus fletum, est necessarius in doloris planctum.

Ezechi. 19. 14.

*Quasi pœnitentiæ pœnitentia*

Id. cap. 32. 16.

7 Causa suppetit. Sit in delicto absentia fugati boni, atque vexantis præsentia mali. Hæc omnia in dolorem influunt: hæc omnia pectora premunt. Hæc omnia dolor: cæterùm dolor de dolore pœnæ indiget alio dolore: siquidem cùm huiusmodi pœnitentia non sit pro culpa, pro qua vera pœnitentia (cuius exhibitione Dominus offensus faxò placatur, & simul reatus iniquitatis remittitur) petit tempus pœnitens seriò, atque dolens de dolore; ut faciat pœnitentiam pœnitentiæ factæ. *Pœnitentiam qui peccavit agat non pœnitendam*: ait Novarin. in *Umbr. Virgin.* Excurs. 16. num. 120. Pœnitentia pœnitenda? Utique. Lachrymæ impenduntur pro lachrymis, & etiam pro doloribus dolores. Ille lachryma-

*Lachrymæ lachrymarum.*

Novarin.

matur, Ille alius affligitur; sed neque afflictione affligitur, nec lachrymis lachrymatur: igitur cùm sit effectus culpæ, mittere ex corde in oculos lacrymas, medio speculo conscientiæ, ut sicat offensam læsæ maiestatis, & maiestatis divinæ; dumtaxàt in offensæ dolore, attenditur dolori, & non offensæ, dum ius est, ut profundatur planctus, quia Deus offensus. Undè qui planctus est, est in planctum: & qui plangunt, plangent eum; quia aliarum lachrymarum est necessitas, ad deplorandas huiusmodi profusas lachrymas.

Origen. 8 Mors Lazari iuxta Originem Homil. 2. de *Magdalen.* fuit pœna sororis invercundiæ, igitur ornatu vestium, atque talibus verborum quasi stimulis pungens penetralia contuentium, obviabat animarum offendiculum. Hæc erat culpa, verùm mors Lazari pœna. Venit Christus in castellum, ut præsentiâ levaret promptè conflictum, sed Magdalena lachrymis obtulit Domino libellum supplicem, laboris indicem, ut fratris obtineret plorando resurrectionem. Flevit: *Iesus ergo ut vidit eam plorantem: lachrymatus est.* In oculis Christi videtur lachryma quippe lachrymatur Magdalena. Surgit ex articulis dubium. Dum Magdalena cognovit deliria voluntaria, artificio cognitionis oculos construxit in flamina, quæ fluere cœperunt versus Redemptorem, verùm ignorarunt finem. Si sympathia cordium in lachrymis, referat per oculos fontes miserationis: plus Magdalena in conversione flevit, plus deploravit. Quare igitur Christus modò plorat, & tunc ab illo nec emissa lachryma, si in utroque articulo plorat largè Magdalena? Fleverat priùs pro morte animæ suæ, nunc verò pro morte Lazari. Priùs fleverat, quoniam Deus offensus: modò plorat, quippe Lazarus defunctus. Priùs pro culpa, nunc pro pœna. Priùs dolor ursit in planctum, in quo cordis sacrificium: modò obliquo lachrymarum fine, Christus dolet de dolore, lachrymans lachrymis lachrymas, quæ effunduntur per illatas à vindice pœnas; quoniam lachrymæ quæ non habent finem perfectum, dignæ sunt ut deplorentur alio planctu lachrymarum.

Ioann. 11. 33. 35.

Fienda est culpa

Luc. 19 41.

9 *Iesus videns Civitatem flevit super illam.* Ut vidit fœminam quæ fuerat in Civitate peccatrix, plorantem, lachrymatus est Iesus. Ergo plorat, quia ista plorat, & quia illa non plorat. Utique. Non tantùm ploranda est impœnitentia, sed etiam pœnitentia, quæ fit pro iniquitatis ærumna: plorante Christo, cùm videret Magdalenam plorare; quia in planctu haud habebat finem, quem debebat habere. Patet etiam in lachrymis pœnitentis Regis. Plorat, ieiunat, & dum conficitur lamentatio, lachrymas vidit in Domino. *Posuisti* (ait) *lachrymas meas in conspectu tuo.* Lachrymæ sunt Dei, quæ lachrymatur David? Meritò. *Ieiunavit pro parvulo, & ingressus sterum iacuit super terram.* Ecce signa pœnitentiæ, sed in dolorem passionis & non criminis: igitur cùm lapsus fuerit in tot execranda crimina, in pœnitentiæ signis tantùm dolebat de pœna: & eius lachrymæ fletæ, uti flebiles, patent in conspectu Domini; quoniam lachrymæ pro pœna culpæ, quia perperam fusæ, lachrymis sunt lachrymandæ. *Dulce, vivum luctus lugere, dolere dolores, Et lachrymis lachrymas, planctusve scribere planctum.*

Et pœna plorat. lachryma

Ps. 55. 9

2. Reg. 12. 16.

Archi-tran.

Canit Architrenius lib. 4. Habent, pœnas plorantes, irriguum inferius, verùm non superius. Non superius, quippe haud cogitat anima offensam divinæ maiestatis; sed inferius, quoniam tantùm intendit in pœnam criminis. Debet anima colorare lachrymas, ubi æstimatur lachrymarum pretiositas: & nihili habentur, dum sine pretio ab oculis effunduntur; quippe ut habeant, & finem rectum obtineant, debent dirigi in amissionem gratiæ, quam patitur anima propter admissionem culpæ: quia Deus offensus, quia Deus amissus, quia anima patitur absentiam Deitatis, quia iugum sustinet dæmonis: aliàs dum flectitur finis, ius est de doloribus dolere, planctu planctum scribere, & lachrymas lachrymari.

Iosa. 15. 19.

Quid, ut lachryma fiat pretiosa?

10 Parasis insignis invenitur in *Regul. Sanct.* cap. 20. Cùm Patriarcha Gloriosus modum orationis Monachos doceret, infit: *In compunctione lachrymarum.* Cur non dicit: *In lachrymis compunctionis*, igitur & est *Compunctionis unum.* Psalm. 59. 5. & *Spiritus compunctionis*, Rom. 11. 8. Diversus est fletus in lachrymis, pro diversitate finis. *Sunt* iuxta Aristotelem *sect.* 31. *Problem.* quæst. 24.) *lachryma calida, & lachrymæ frigidæ.* Quæ calidæ, sunt à corde; quæ frigidæ ab oculi infirmitate: igitur infirmatur oculus, si planctus frigidus: inutilesque erunt lachrymæ, ni processerint à corde. Dolor exprimit lachrymas, dolorem amor, quia culpa anima videt absentem, quem desiderat amantem: amore dilectus trahitur, lachrymis cordis revertitur: & nequaquàm trahunt profusæ ex oculis lachrymæ in abdita pectoris, quia non oriuntur à dolore cordis.

S. Bene

Non reputatur Deum lacrymæ, nisi procedant à corde.

*Sudores frigidi in morbis lethales*: ait Hippocrates lib. 1. *Prasagior.* Deficit ignis in

Hippoc



in cordi ubi frigidæ lachrymæ. Morbus animæ peccatum est: medicina peccatorum lachrymæ, quæ fudores cordis, præ angustia & vexatione infirmitatis. Lachrymæ prosunt, sed inutiles fiunt; quoniam habentibus cordis frigiditatem, cuiusvis affectus infirmitas est ad mortem. Oritur lachryma ab oculis frigidâ, si in morbo animæ, peccato, defletur pœna. Oritur per oculos lachryma à corde calida, si plangitur culpa. Discrimen lachrymarum non est in conductu, sed in origine: & minimè prosunt frigidæ lachrymæ; quippequam urgente morbo, estò magna lachrymarum profusio, languens non surget à crimine, cùm planctus tantus non derivetur à corde.

Quæ lachrymæ calidæ & frigidæ?

12 Modò ad auctoritatem Benedicti. Est compunctio lachrymarum, & etiam sunt lachrymæ compunctionum. Utraque lachryma calida est: verùm compunctio lachrymarum dirigitur in lachrymas, & lachrymæ compunctionis in culpas. *Multi flent fletu Babylonico* (ait Augustinus supr. Psalm. 127.) *quia & gaudent gaudio Babylonis: quia gaudent lucris, & flent lachrymis. Utrumque de Babylonia est.* Multi veniunt in Monasterium, ut plorent pondus suarum iniquitatum: ut plorent, quæ non plorarunt in sæculo; ut lachrymentur, de quibus ritus in mundo: cæterùm nesciunt etiam debere plorare, quæ in sæculo ploravere. Ploraruntfalsitatem mundi, fallaciam labentis sæculi, non habere divitias, perferre pœnas, sustinere iniurias, ad quæ plorandæ debent disponere lachrymas: & cùm supponat lachrymas compunctorum cordium, monet etiam Patriarcha de compunctione flebilium lachrymarum; quoniam non solùm lachrymandæ sunt culpæ, sed etiam quæ non pro culpis effusæ ab oculis lachrymæ. Compunctio lachrymarum est dolor lachrymarum. Lachrymæ labuntur præ gravitate doloris: & patet dolor de lachrymis; igitur dum lachrymæ manant, commisso crimine propter dolorem cruciaminum, vel de dolore dolendum. Amor est, sed amor improbus, quoniam ex philauria planctus. Dixit vel Ethnicus lib. 4. *Æneid.* v. 412.

Auguſt.

Quid compunctio lachrymarum & lachrymæ compunctionum?

*Improbe amor quid non mortalia pectora cogis!*

Virgil.

*Ire iterùm in lachrymas, iterùm tentare precando,*
*Cogitur, & supplex animos submittere amori.*

13 *De planctu Iazer plorabo.* Iazer civitas insignis erat Moabitarum, vastanda per Nabuchodonosor victoris exercitum. Venit inimicus, & cœpit afflictorum civium planctus, quem plorat Ieremias, illorum præveniens lachrymas. *De planctu plorabo.* Plorare planctum? Ploratur tormentum, propter dolorem inflictum. Quare igitur dolor non ploratur, sed planctus, cum à dolore sit fletus? Deum offenderant idololatrijs, populum Domini crebris offensis. Venit, etsi serò, supplicium, quippe tandem tandem non parcit audaciæ cœlum. Pœnæ culparum offensores vexabant, & illi tantùm de dolore dolebant. Ingerebantur supplicia, ut illorum dolore averiarentur culpas; sed illi dumtaxàt ululabant propter pœnas. Dolor in illis excitabat fletum, in Ieremia lachrymæ illorum commovebat in planctum: siquidem planctus dignus planctu, & fletus fletu; ubi cùm in delicto sit pœna & culpa, tantùm ploratur transgressionis pœna. Planctum plorat, quoniam nesciunt plorare, dum dolore discunt flere: igitur si culpa causa, & effectus culpæ pœna; plorantes pœnam nesciunt removere causam: quandoquidem iudex pœnam remitteret iniquitatum, si illum lachrymæ compellerent, condonare delictum.

Ieremi. 48. 32.

Qui plorat pœnam, non removet pœna causam.

14 Deinde. Correptio per supplicia morum solicitat correctionem: & ploratur planctus pœnæ digno planctu; quoniam per huiusmodi lachrymas haud obtinetur correctio. Non probat lachryma pectoris contritionem; ni habeat è fonte cordis originem; & pro pœna culparum copiosus planctus, nequaquàm æstimatur ut fletus; quia simulatque transit pœna, siccatur lachryma, & remanet culpa. Lachrymæ veræ sunt, quæ pro crimine etiam effunderentur, estò à pœna quiescerent vindicis brachium: ploranturque lachrymæ lazer, dum oculi plorant, & nequaquàm cor: quippe dignè ploratur, lachrymam potentem frangere animæ captivitatem, ipsidem expensis esse flentibus inutilem. *Multo opus est fletu, multo gemitu, multo dolore cordis, ad sanandos ipsius cordis dolores*: ait Eusebius Emissenus *Homil.* 5. ad Monach. Perperàm igitur lachrymis dolor dirigitur, qui alio dolore, uti medicina, deletur. Inutilis dolor ubi in planctu non est planctus, sed lachrymarum abusus.

Perperàm dolor, qui alio dolore deletur.

Euseb.

15 Astruit Petrus Celensis tract. de *Panibus*, cap. 12. *Tristis est omnis effusio lachrymarum, quæ non effunditur propter regnum cœlorum.* Hæ sunt lachrymæ, nequaquàm quæ effunduntur pro pœna culpæ; et enim tantùm fletus, qui non flebilis: & non flebilis, si ex dolore cordis, ut non sint cordis dolores. Peccaverunt filij Iuda, & tradidit illos Dominus in manus Nabuchodonosor,

Petrus Cel.

honor. Amiserunt patriam, templum, libertatem, sustinentes tot annis Babyloniam diram servitutem. Dolores scripserunt lachrymis, quasi iudicibus doloris, augentes fletu fluvina: siquidem iuxta illa etiam oculorum aqua. *Super flumina Babylonis* (dicunt) *ibi sedimus & flevimus, dum recordaremur tui Sion.* Causam fletus exponunt, ubi dolor patet oculis per fletum. Oculus flet, dum memoria obviat amissæ Sion. Veræ, & pretiosæ sunt lachrymæ: igitur in captivitate obliti captivitatis, recordantur originis afflictionis. Non pœna præsens, sed memoria vexat animam plorantium. Non servitus est causa dolorum: quid? Recordatio Sion. Haud memores tormenti, sed templi amissi. In amissione templi exprimitur absentia Deitatis: in propria pœna tormenta servitutis: & non hæc, sed illa urget in lachrymas, ut lachrymarum constent veritas, utilitas, & pretiositas. Veritas, quoniam illæ verè lachrymæ sunt, quæ plorant absentiam Dei. Utilitas, quippe tantùm prodest fletus, quo Deus ploratur amissus. Denique pretiositas, quia dumtaxat his lachrymis captivæ animæ liberantur à dæmonis servitute: igitur delinquentes haud criminis lugent pœnas, sed transgressionum iniurias.

Psalm. 136. 1.

Veritas, utilitas & lachrymarum pretiositas in quo?

16 Dixit ex Pietia, *Didasc. præced.* num. 1. lachrymas demonstrari per uniones. Post lapsum, ut homines à peccato resurgant; & guttulis gratiam emant (siquidem huiusmodi emptio non fit argento, nec auro) quærit negotiator regni cœlestis *bonas margaritas*: idest bonas lachrymas. Lachrymæ non sunt bonæ? Videbitur momentum illarum in Lydio contritionis lapide. Ex unionibus alij ad speciem tantùm lucidi, & alij veri: ita lachrymæ: quæ non pro crimine, sed pro criminis pœna sunt effusæ; sunt margaritæ ad speciem, sed non bonæ: etenim bonitas lachrymarum è fontibus oculorum effluentium, non est fletus quo deploratur pœna, sed dumtaxat quo anima liberatur à culpa: Peccat homo, & plorat. Verùm inquirendum, cur plorat homo? Quia deliquit? Quia Deus recessit? Non plorat Dei absentiam, non recordatur Sion; sed afflictionum, quas sustinet invitus absentia Dei. Huiusmodi lachrymæ non sunt veræ, nec utiles, nec pretiosæ: siquidem esto madeant oculi copiâ fletuum, terra erunt sine aqua & in exitus aquarum. Lachrymæ sunt quæ pretiosæ: pretiosæ, quæ veræ: & illæ veræ quibus ita ploratur fœlix, ut non deploretur amplius.

Matth. 13. 45.

Lachrymæ ut margaritæ.

Unde viles & pretiosæ?

17 Astruit Isaias. *Plorans nequaquàm plorabis*: dicit afflictæ Ierusalem. Implicans termini: quo pacto non plorabunt plorantes oculi? An quia qui plorat crimina in mundo, non plorabit in futuro sæculo? Lachrymæ sunt semina gaudij: & cuntes in fletu, venient cum exultatione; igitur quicquid modò amaritudinis, habebunt postea dulcoris. Non plorabunt, qui ploraverint, quoniam ni fleverint, flerent. Plorantes nequaquàm plorabunt. Perpende: Quis igitur non lachrymatur, dum luget, ut dicatur Ierusalem, *Plorans nequaquàm plorabis*? Sunt lachrymæ pro criminis afflictione, & sunt lachrymæ pro crimine. Lachrymæ quæ pro pœna, alijs lachrymis egent; quippe deficit planctus, quo deplorandum fœlcus. Qui ita plorat, ni ploret, amplius plorabit: etenim si planctu non deletur delictum, semper remanet materia lachrymarum. Lachrymæ quæ pro culpa delent crimen, & dolor etiam dolorem: unde plorans pro culpa Ierusalem non plorabit; quoniam non habet his lachrymis de quo pœnitere possit. Plorabit, qui plorat; & qui plorat, non plorabit. Plorabit, qui plorat pœnam: non plorabit, qui lachrymatur culpam: siquidem cùm lachrymæ quæ pro pœna lachrymandæ sint; qui flet pro culpa, non flet: igitur lachrymis debitum solvitur, pro quo animus molestissimè gravatur.

Isai. 30. 19.

Ne flenamus, flere debemus.

Ni fletu deletur delictum semper est materia lachrymarum.

18 Causam ostendit Propheta ibid. Plorans nequaquàm plorabis: *miserans miserebitur tui.* Hoc est, tanè misereitur, ut veniam cordis pœnitudo consequatur. Non plorabit plorans, quia Deus miserebitur miserans. Miseratio Domini stat in eo, quòd deleat culpam & conferat gratiam: pro bono gratiæ, & culpæ expulsione, legati ad Dominum mittuntur lachrymæ: & non flet, quicumque fleverit sic; quippe tantùm flenda lachryma, quam missam non comitatur Domini misericordia. *Lachrymæ* (ait Ambrosius lib. 5. in *Luc.* cap. 6.) *non veniam postulant, sed merentur.* Indulgentiam extorquent, propter offensi iudicis bonitatem. Trahitur eius pietas, ubi videt lachrymas. Non erunt lachrymæ vel in fletu, si non trahitur. Unde vel magnæ nihili habentur; cùm pronus Dominus lachrymis ad clementiam, nullo modo, & viso fletu, ostendat misericordiam. Signum bonitatis lachrymarum est exhibitio prompta miserationum. Cum miseratione non est lachryma: cum lachryma non vindicta: & Ierusalem quæ pro iniuria lugens luget, plorans nequaquàm plorabit; quoniam per ostensam à corde in oculis lachrymam; ab offenso statim extorsit misericordiam.

Ibidem.

Ambros.

Deus lachrymis flectitur.

Vera Israel ex his, quæ obtinetur Domini misericordia.

19 Per elephantem, ut notat Gregorius



rius in Iob. 40. 10. signatur dæmon: ac de illo dicit Ioannes Ravisius Textor in *Officin.* lib. 7. cap. 27. *Aquæ claræ potio inimicissima elephanti est: turbidam & sordidam suavissimè bibit.* Aqua clara est lachryma propter culpæ reatum: aqua turbida & sordida, est lachryma propter pœnæ tormentum. Potio lachrymarum clara est dæmoni inimicissima: igitur anima expellit crimen, & simul captivitatem. Turbida dæmoni placet; quoniam affectus manet tristitiæ & morum non deservit correctioni. *Dereliquisti Dominum?* Luge, quia dereliquisti. *Nunc quid tibi vis in via Ægypti, ut bibas aquam turbidam*, cùm possis, qua dæmon creper, stillare ex corde per oculos aquam claram? Ad quid ergo lachrymæ guttæ, si possunt esse margaritæ pretiosæ, quin præstantiâ planctus possit dæmon habere fiduciam, quòd insuat Iordanis in os eius? Luge ne lugeas. Luge, ut animam redimas. Luge, ut ploret dæmon. Luge, ut sis felix, te miserum. Quid tibi ut bibas aquam fluminis? Pro Dei offensa aqua debet esse maris: ideo lachrymæ saltæ, quippe non lachrymæ cum dulcedine, dum apparet momentum pretiositatis ex amaritudine cordis. Luge, ne lachrymæ alijs indigeant lachrymis, & planctus sint etsi copiosi, flebiles. Luge pro culpa, non pro pœna; igitur huiusmodi lachrymæ potiùs fœminarum, quam dolorum.

Ioannes Text.

Ierem. 2. 17. Vers. 18.

Quæ in lachrymis aqua clara, & turbidat

Horat. *Vos quibus est virtus muliebrem tollite luctū.*

## DIDASCALIA VI.

### *Deus si lachrymis quæritur, invenitur.*

Augusti. 1 QUi ita flevit, quousquè inveniret, profert Augustinus *Homil.* ult. ex quinquag. cap. 15. Si invenitur, ergo amissus. Felix igitur animæ planctus, cùm possit quærere, quem nolentem non potest invenire.

Ovid. *Flectitur iratus voce rogante Deus.*

Dicit vel Profanus lib. 1. de *Art.* Amplius pondus habent lachrymæ, quàm voces: & qui flectitur vocibus, adveniet fletibus; quoniam illicò ut prospicit lachrymas, dimittit iras.

Athenis, ut referunt Eusebius de *Præpar. Evang.* lib. 12. & Gregor. Nazianz. *Orat.* 18. Erat Ara sacra Clementiæ, cuius victimæ erant lachrymæ. Expressit Gentilitas fictione potestatem planctus, quo flectitur in suspiria hominum sedens in cœlo gloriosus:

Ara, & victima Clementiæ.

etenim idem est ascendere lachrymam, ac descendere clementiam. Ingenium patebat Deitatis, quando colebatur clementia lachrymis, victimis: siquidem licèt lateret ob commissa crimina, & autugeret sceleraut indulgeret pravitati cordis, in thronum iterùm revocabatur à lachrymis.

2 *Plorans nequaquàm plorabis: miserans misereberit tui: ad vocem clamoris tui statim ut audierit, respondebit tibi*: dicit Evangelicus Vates pœnitenti criminum Ierusalem. Plorat Deum amissum interventu transgressionis legum; clementiam eius absentem, quoniam cives civem receperunt iniquitatem: & ut clementia è cœlo descendat, Civitas pœnitens plorat; quippe Deus quantumvis iratus propter excessus hominis, confestim placatur lachrymis. Plorat; sed non plorabit, quia plorat: plorat quousque misericordiam obtineat: cæterùm non plorabit, dum ita luget; quoniam sufficit, si lugeat, ut misericordia veniat. Illa lachrymatur: Deus misereturr. Prompta est Domini clementia, quàmprimùm apparet lachryma: & exponuntur simul Domini miserationes, & lachrymæ Civitatis; ut clarescat connexio pœnitudinis erarti, atque pieratis divinæ: igitur comisso peccato, si congruit respisscenti plorare, spectat utique ad Dominum, misereri.

Isai. 30. 19.

Descensa de cœlo clementia, ascendere lachryma.

3 Plorat ad Dominum Civitas, ut conspecto fletu descendat de cœlis pietas. *Ad vocem clamoris statim ut audierit, respondebit.* Haud ostenderet magnitudinem, ni responderet statim. Observa *Vocem clamoris*: Civitas plorat, non clamat: & demonstratur vividè vox clamoris, dum Civitas studet lachrymis pro peccatis; quoniam ad contrahendam, fugientem propter crimina, pietatem in animan pœnitentem, eloquentiores sunt voces lachrymarum, quàm doctius idioma vocum.

Lachrymæ vocem habent.

*Non oculi tacuere tui.* ——

*Sermonem agnovi: quid non videatur amanti?*

Ovid.

*Verbaque pro certis visa valere notis.*

Dixit Ethnicus lib. 2. *Amor.* Eleg. 5. Meliori sensui aptanda verba, igitur lachrymas comitatur lingua: *Linguas infantium* Dominus *fecit disertas*: infantesque haud habent aliam linguam præter lachrymas. Infantes sunt, & ita non fantur: intelligenti loquuntur. Esto mutum eloquium, est eloquium; fletuque aperit os facundissimum mutorum, quoniam loquuntur infantes idiomate lachrymarum. Hoc est *labium electum* in infante, lachrymæ linguæ.

Sapient. 10. 21.

Et eloquentem.

Sapho. 35. 9.

4 Ergo ad ad textum. *Statim ut audierit, respondebit.* Non audiret plorantem,

si non haberent lachrymæ vocem. Respondet auditu, interroganti fletu (& statim, ut det voci suæ vocem virtutis) vacanti pro misericordia lachrymis: igitur ita placet vocibus lachryma, ut statim ploranti respondeat misericordia. *Ad vocem clamoris.* Fugit clementia ob perpetrata crimina: & vox conceditur lachrymis ex fonte contritionis pœnitentis; quippe si crimen urget, ut fugiat in cœlum, lachrymæ faciunt clamore, ut revocetur in mundum. Surdis auribus peccatores fugit: verùm lachrymis respondet, & preces audit: siquidem licet ascendat in cœlum, cœlum usque appropinquat vox lachrymarum. Ingreditur lachryma sola, sed non egreditur vacua: igitur beneficia comitantur, dum revertitur in mundum, si revertitur. In planctu Abrahæ pro Sponsæ funere (quæ animæ hieroglyphicum, peccato mortuæ) elaret lachrymarum imperium, vel propudium. *Venit* (dicitur) *ut plangeret, & fleret.* Quis non? Qui non flet, dum flet. Venit Abraham, ut plangeret, & fleret; igitur non flet qui pœnitens plangit; ni per effusam lachrymam, mortuam animam revocaverit ad vitam.

*Clementia Dei revocatur fletu.*

*Genes. 23. 2.*

5 Lachrymæ prosunt; & quæ non prosunt, non lachrymæ. *Dolor*, iuxta Petrum Blesens. *Epist. 49. speciem ignis gerit.* Cor dolore flagrat, sed oculos mirabiliter illuminat; ut vel in tenebris & caligine noctis, nox illuminetur sicut dies. Haud querula vagaretur Sponsa, quærens dilectum, si igne doloris cordis accenderet facem, planctum. *Quæsivi illum* (inquit) *& non inveni.* Inveniret actutùm; si ploraret: etenim si latet divina maiestas, est secus lachrymas. Pulsat ostium pectoris Sponsæ, & quia non respondet, abit. Quærendum est bonum: & lachrymarum supponitur lenocinium; ut capiatur lachrymis, qui nequit votis.

*Petr. Bles. Dolor ut ignis.*

*Cant. 3. 2.*

*Lachryma illumina.*

——— *Rigandumque facillima flendi*
*Fœmina pectus habet, didicitque cadentibus illtrò*
*In lachrymas claudere dolos.*

Architr.

Canit Architrenius *lib. 7.* Fraus blanda est fletus, dum dilectum minimè rimatur oculus; ut lachrymis Sponsa teneat, & apprehensum non dimittat. Non invenitur in tenebris peccati aliud luminare, quam fletus; ut latens crimine inveniatur Sponsus. Fletus est iter ad Deum. Dolori obviat, pœnitudini apparet, clamori occurrit, & manifestatur ita lachrymis, ut omnia nuda, & aperta sint oculis.

*Itur ad Deum.*

*O mea si subitò duo flumina, lumina fiant!*

Herman. Hug.

Optabat Sponsa apud Herm. Hugon. lib. 1. de *Susp. Anim.* Gemit. 8. Flumina oculorum lumina? Aptè: Sunt oculi lumina, dum fletu flumina: igitur nulla instrumenta aptiora ad Deum inveniendum, quàm præ dolore accensa fax lachrymarum.

6 Ut certò scirent, an quod à fœminis verum, iam devicta per Dominum morte, cùm tantùm viderent vacuitatem monumenti; Petrus & Ioannes exiérunt in hortum, & currebant duo simul. Viderunt sicut dixerat Magdalena, sed recesserunt ad propria. *Maria autem stabat ad monumentum foris plorans.* Si Dominum quærit, ad quid plorat? Ut inveniat: siquidem Dominus lachrymis obviat. Mœrens de Domino sublato satagit, & anxia inquisitione non invenit, verùm flevit: in alijs fletus desperationis est signum: in Magdalena amoris ingenium. Lachrymis Deus trahitur, dum ab anima amittitur: & desperaret Magdalena boni amissi restaurationem, si fugeret lachrymantem.

*Ioann. 20. 11.*

*Quæ inveniuntur.*

7 Meditemur articulum. *Currebant duo* discipuli, ut pateret veritas: *Maria autem stabat ad monumentum foris plorans.* Summè distat inquisitionis modus. Illi commendant inventionem cursui, hæc solummodò fletui. Etiam Magdalena cucurrit, dum oculis inquisitionem commendavit: igitur quandiù uterque currebat, foris ad monumentum stabat. Perpende. Illa currens ubi erant discipuli, facta nunciavit. Hoc audito, uterque cucurrit. Quo pacto stare poterat ad monumentum? Pernicitate velociore lachrymarum: igitur quod cursu nacti fuerunt duo discipuli, obtinuit illa plorans in ictu oculi. Illa stabat, ubi uterque currebat; & velociùs currebat, dum stabat. Illi diligentiam credidérunt velocitati pedis; sed Magdalena oculis. Quisnam vividiùs? Magdalenæ pectus. Oculi lachrymantur: lachrymæ Dominum quærunt: & quod illi credunt gressibus, hæc commendat ingeniosiori gemitibus; quoniam ut Christus inveniatur amissus, haud brevior via, quàm ingemiscentis planctus.

*Vers. 4.*

*Et brevior via.*

8 Iactus expressit, quod diligens cogitavit. Priùs enim apparuit deplorantibus oculis, quam currentibus discipulis. Viderat monumentum vacuum; & recurrit ad fletum. Flevit, & Dominus confestim apparuit: quippe si latet oculis, non latet lachrymis, cùm illicò ut ab oculis egreditur lachrymæ, illam Dominica comitetur præsentia. Ibi Dominus erat, sed Magdalena non viderat. Videre satagit, & protinus vidit. Protinùs? Sanè. Ploravit: fecit flumina lumina: flagravit lachryma: & vidit quem sublat cum redidit Magdalene, quippe lachrymis eius illuminati

*Vers. 14.*

*Lachrymis Dominus obviat.*



nati sunt oculi. Illa plorat, prudentius sese gessit, quàm qui currebant: igitur diligentius inquiritur gressibus lachrymarum, quàm velocitate pedum. Planctus exprimit amissionis dolorem: & statim vidit, quia dolenti semper adest; & cùm lachryma quærat, nonnumquàm obviat.

9 Observa. De Domino solicita erat, & quia solicita plorat. Illicò vidit duos Angelos. Prope est Dominus quærenti, ubi videntur ministri. Adest Iesus, quem vidit, sed nesciebat, quia Iesus esset. Dixit ei Iesus: *Mulier quid ploras? Quem quæris?* Non *quid habes*, sed *quid non habes?* Haud, *de quo doles*, sed *quid quæris?* Bene quid quærat plorando inquiritur; quoniam aliquod bonum est amissum, si ploratur: & lachrymis inquisitionem commendat, ut citò appareat. *Quid ploras? Quem quæris?* Si Deus quæritur lachrymis, & ploras; ne plores. Quem quæris, si plorando, coram habes? Si plorando quæris, & lachrymis invenis, ne plores. Quid plores, dum emisisti lachrymas? Dubium est in fletu, & minimè in patrocinio. Discrimen in lachrymis, nequaquam in inventione: igitur Deus lachrymis invenitur sine discrimine. Ilia ploravit, Dominum vidit; sed non cognovit. Patet prompta diligentia lachrymarum, quærentium Dominum: e enim fletus Dominum lachrymanti repræsentat, antequàm dolens cognoscat. Ploravit, ut accensis lachrymarum lampadibus inveniret; quippe fletus illuminant abscondita tenebrarum, caligine criminum: & quem lachrymis quærit Magdalene, vidit priusquàm cogitaret; quippe dum illa lugens, iam erat præsens. *Quem quæris?* Ne quæras, quem feliciter possides. Non quæras, quem vides: igitur statim ut videro fletum, lachrymis adtum.

*Ibid. v. 15.*

*Quod Iacbrymæ quærit, illicò invenit.*

*Vers. 14*

10 Subit incidens dubium, quo astruitur diligentia lachrymarum. Plorat Magdalene, cui dicunt Angeli: *Mulier, quid ploras?* Christus verò: *Mulier, quid ploras? Quem quæris?* Singuli inquirunt, quid plorat; & Christus etiam quid quærat? Cur Angeli non interrogant, quem quæreret, si dispiciunt, quid ploraret? Quoniam non illos, sed Dominum quærebat, dum plorabat: & omittunt, scientes quem quæreret, quæsiti interrogationem, cùm viderent lachrymantem; quippe citiùs illa poterat lachrymis quem quærebat invenire, quàm illi, vel videntes, demonstrare. Christus inquirit desideratus à Magdalena, & quem quærit, & quid plorat; igitur coram oculis stabat, quem quærebat. Lachrymis invenitur Dominus: & apparet lachrymis Magdalenæ

*Ibid. v. 11. Vers. 15*

*Et Dominus apparet.*

desideratus; quoniam ægrè ferret, quòd prò illo Magdalena ploraret, & ille non appareret.

11 Quod Magdalenæ contigit, animæ propter crimen usuvenit. Amittit Deum: privatur gratiâ, absorbetur culpâ. Absentiam summi boni patitur? Ut non lugeat, lachrymetur. Querendus est Dominus diligentiâ cordis: ergo quæratur lachrymis. Nescit, ubi est, vel ubi potuerunt eum? Ploret, quoniam ipse veniet: igitur idem est Dominicam absentiam deplorare, ac Dominum apparere. Altiùs sacramentum cogito in huiusmodi articulo, ut discamus quomodò deploranda Christi passio: igitur nec fons lachrymarum sat, ad plorandum ut par est.

*Non dbi sat dilachrymæ.*

Mortuus amore Dominus fuerat pro nobis, & occisus à Iudæis. Corpus eius collocatur in sepulchro, quod tertia die gloriosè surrexit de monumento. Quærit Magdalena, & non inveniens amarissimè ploratdicunt ergo illi duo Angeli: *Mulier, quid ploras?* Dominum ablatum: *Tulerunt Dominum meum.* Iusta lachrymarum causa, igitur Domini deploratur absentia: sed *quid plorat?* Quid ploratura? Lachrymas. Ergas. Haud satisfacis amori, dum vel lachrymis ostendis causam mœstitiæ; igitur qui pro te tanta passus, à te amissus, non quærendus per lachrymas communes, sed per fletus in quibus materia sanguis.

*Vers. 13*

*Eius absentia lachrymis sanguineis deploranda.*

12 Clariùs igitur. Lachrymarum materia debet esse uti lachrymarum causa. Iuxta circumstantiam boni amissi, ius est quòd fluant ex oculis lachrymæ; igitur magnitudo gratitudinis speculum est muneris benefactoris: & ubi Magdalena pro Domino amisso flet, interrogatur pro materia planctus *Quid*; quoniam absente Domino (tot dira pro lachrymante perpesso, totum sanguinem effundente è venis, pretiosum lytrum captivitatis hominis, cognoscentis nec vitâ posse rependere beneficia tanta) minimè lachrymæ exprimuntur ex corde, ni in doloris argumentum conficiantur ex sanguine.

*Materia debet esse uti lachrymarum causa.*

Haud respondet dolori mœstitia, si Luna, Sole vulturibus obscurato, lucet clara. Si Sol convertitur in tenebras; Luna in sanguinem, ut fletus materia designet cordis dolorem: igitur pœna de dolore gravi levis, ni sanguine vitæ describatur ab oculis.

*Quantum cura potest, & ars doloris?*

Martial

Inquirit Martialis lib. 7. *Epigram.* 38. Respondebit, quisquis amore pro Domino passo, atque amisso ploraverit. Per fletum ostenduntur amor & dolor. Per qualitatem

magnitudo doloris, & charitatis. Si bonum amittitur, fletu plangitur. Bonum summum aliter plorandum est: & quando flet Magdalena, meritò inquiritur *Quid*; quoniam amor non solum ostendendus per dolorem, sed per artem, ut designet magnitudinem: igitur si dolor communis in subsidium, sanguinem cordis transmutat in fletum; ut summa cordis explicetur acerbitas, in cruorem transformat lucidas lachrymas. Iuxta doloris momentum, ministrabitur materia lachrymarum. Dei amissi summum est. In fletu videtur quid: etenim ità doloris ars constituit ex corde liquorem, ut in oculis guttæ amoris flammâ convertantur in sanguinem.

*Dolor summus mutat in chrymas in sanguinem.*

Ovid. *Sanguineæ manent tamquàm de vulnere guttæ.*

Ierem. 9.10. 13 *Docete* ergo *filias vestras lamentum, & unaquæque proximam suam planctum.* In planctu instruitur humana natura, dum cum natura recipitur scientia? Semper plorat, semper luget, semper plangit: & planctum plangentes Propheta docet; quoniam ut ritè deploretur Deus amissus, debet esse singularis planctus. Filiæ nostræ animæ sunt. Plorat dolore corpus: plorat etiam amaritudine animus: & ubi Deum Vates exponit amissum, docet filias lamentantes singulare lamentum, & plorantes verum planctum: igitur non respondent, patiente Christo, charitatis vehementiæ, si lachrymæ fuerint lachrymæ.

*Quid sit planctus animæ?*

Mich. 1. 10. 14 Inquit Michæas: *Lachrymis ne ploretis*: dicit habitatoribus Sion. Haud commendat non plorare, sed ostendit impossibile. Vel lachrymandum non est, vel lachrymis lachrymandum. Quo pacto lachrymæ non erunt, si plorant; vel sine lachrymis erunt plorantium ploratus? Tota prophetia de Christo Domino est, ab illis crucifigendus, pro illisque in stipite moriturus: & non sunt lachrymæ quæ tantùm lachrymæ, cùm vident homines pati pro ipsis, quod ipsi debebant pati. Sunt lachrymæ, sed non congruæ; quoniam lachrymæ dumtaxat, inæquant doloris causæ: & non fletur, dum Christus in cruce vulneratus objicitur; licèt lachrymis ploretur. Non respondent dolori, quæ tantùm lachrymæ. Dolori congruit, adæquari tragœdiæ: & dum cor, vulnere vulnerum saucium, præparatur ad fletum; lachrymis, ut ploret aptè mortem Redemptoris, nequaquàm est ploraturum: igitur quisquis pro lachrymis non effudit ex oculis sanguinem; minimè demonstrat fletu tantæ passionis dolorem.

*Duo plà filii Christus pro nobis in cruce plorandus?*

15 *Deducant oculi mei lachrymam:: quoniam contritione magna contrita est filia populi mei*: ait Propheta Ieremias. Quid nisi lachrymam deducent oculi, studentes ploratui? Perproprie dicit lachrymam, dum oculi plorant: siquidem sanguis esset, si cor dolore ploraret. Lachrymæ cordis sunt guttæ sanguineæ: fletus oculorum lachrymæ. Plorat Propheta, sed lachrymâ; quoniam filia populi contritione contrita. Aliter erit ploratus, dum pro nobis Dominus moritur in stipite suspensus, clavis confixus, vulneribus & opprobrijs saturatus. Huiusmodi mortem (quæ oculis pervia) non oculi debent plorare, sed corda: igitur cùm fletus oculorum sint lachrymæ, & planctus cordis cruoris pellucidæ stillæ; minimè mors Christi ploranda lachrymis, si dolentes intendunt promere dolorem cordis.

Ierem. 14. 17.

*Discrimen lachrymarum oculorum, & cordium.*

16 Eadem virga fuit, quæ aquas Nili in sanguinem convertit, & ex rupe aquas elicuit. *Virgam, quæ percussisti fluvium tolle in manu tua ::: & exibit aqua.* Virga hæc Christi crucifixi erat figura, uti observat Alapide. Per rupem designantur peccatores in malis obstinati; per aquas fideles adhærentes cruci: & fideles sanguine dolorem scribunt, dum peccatores lachrymis dumtaxàt exprimunt; ut pateat quibus fletibus deploranda Christi passio, maximè si urget in fletum cordis, dilectio: igitur ius est, ubi facit, in lachrymas erumpere silicem; quòd corda amore fletum convertant in sanguinem. Patitur Christus, quas perferre debeo pœnas: *Iccircò ego plorans*: sed *oculus meus deducens aquas*? Parum in est cordi ex tanta pœna pœnæ, si ex aquis lachrymæ. Deducant ergo cruorem, ut demonstrent pœnitudinem. Respondebit ita compassio passioni; si faciunt oculi, quod fecerunt venæ. Dormient discipuli desides siccis oculis arcentes lachrymam; dum factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram?

Exod. 17. 5.

*Sanguine debet pio fari Cori sti mors.*

Thren. 1. 16.

——*Meritisne hæc gracia tantis*
*Redditur? Hac vitam servatam dote rependis?*

Ovid.

Aliter sanguis Christi, quàm Medusæ.

*Corpora marmor erant.*

Idem.

Canit Ovidius lib. 5. *Metam.* Fab. 1. Sanguine Christi non marmora corda. Sanguis est quo mollit adamanta. De sanguine Medusæ fictum, quòd vel flentes transformaret in petras: de sanguine Christi verum, quòd etiam silices convertit in lachrymas.

*Sanguinis Christi virtus*

17 In prætati miraculi allegoria, clarebit quo pacto molleseant corda. Sumptâ virgâ à Moyse, dicit illi Dominus: *Vade: En ego stabo ibi coram te supra petram Horeb: percutiesque petram, & exibit aqua.* Quòd pe-

Exod. 17. 6.



petra percussa virgâ, fit imago Christi in cruce vulnerati, apud omnes inconcussum. Verùm inquirendum, ad quid prætentia Dei promittitur supra petram, cùm Moyses, ut eliceret aquas, extenderit virgam? *En ego stabo.* Mirifice; non erit silex, silex coram Deo. *En ego stabo*, & fluent aquæ largissimæ ex durissimo lapide: siquidem si corda saxea obstinata malitia; coram me non erunt saxea. *Ego stabo*, ut fiat compunctio: igitur plorabit præsentia Dei, quantumvis silex sit cor. Petra imago Christi est. Quid Deo præsente, si saxa lachrymantur abunde coram imagine? Quid corda, si præsentia Domini mollescunt saxa? Imago Christi est rupes, sed vulnerati, affixi, in cruce pendentis: & promittitur præsentia, ut lugeant passionem corda: quandoquidem coram Deo, & vulnerato, atque in cruce suspenso, quamvis pectora saxea duritie criminum, erumpent per oculos in flumina lachrymarum. Hisp. *A vista de un Dios, que muere en una Cruz, llorará aunque sea pedernal el corazon.* Exibit per oculos aqua, estò lapidea sint corda.

*Lachrymæ vel ex lapideo corde curâ Domino in cruce.*

18 Accedamus proposito Didascaliæ. Aqua elicita ex huiusmodi rupe præsignat & vulnera Christi, & lachrymas cordis puncti compassione. Ex vulneribus sanguis fluit: ex oculis lachryma exit: & in eodem signo patent vulnera & lachrymæ; ut constet, quomodò deploranda mors Christi: igitur tunc verè lachrymis dolorem cordis dicent, si flentes sanguinem fleverint. Magis scopo. Si amittitur Deus per culpas, est contagium peccatoribus ad lachrymas. Haud ambigua via est. Ibi stat. Sedet iam supra petram, ubi virgâ contritionis cor percutitur in lachrymam. Præoccupat locum ploraturi cordis: & ibi asserit præsentiam Deitatis; quoniam in loco, ubi quæsierit fletus, ibi Dominus. *En ego stabo*: dicit, quippequàm lachrymas non cognoscit à longe. Aversione Dominum perdidit? Quære amore. Si amore quæris, & conaris invenire;

*Et sanguinea.*

*Ibi Dominus, ubi fletus.*

Oth. Vzn. ——*Testis sit lachryma flammæ.*

## DIDASCALIA VII.

### *Suavissima dulcedo ex amaritudine lachrymarum.*

Ephræm. *Species lachrymarum.* Bonav. 1 SCripsit, qui ita probabit Ephræmus tract. de *Timore Dei*. Sunt species lachrymarum, iuxta Bonaventur. super Psalm. 18. v. 136. nimirum, *lachryma amara, lachryma dulcis, & lachryma cali-da*: de quarum effectu loquemur, cum demonstraverimus animæ potentias fontes aquarum, ut homo ductus verâ pœnitudine, lachrymetur *in amaritudinem animæ*. Modo inquirendum, quomodò potest nasci dulcedo ex amaritudine, & lachrymarum suavitas ex fletus acerbitate? *Si qui non habent quod fleant, lapsus fleant peccantium*: astruit Ambrosius in *Exhortat. ad Virgin.* Amara lachryma est, & dulcis, & calida. Amara pœnitudine, calida amore: & tunc ex amaritudine dulcis, si procedit ex igne charitatis. Pœnitentia de propriis peccatis est iustitia: de alienis verò charitatis gratia: & fit dulcedo ex amaritudine lachrymarum, dum pro peccantibus iustus dirigit fletum; quippe ex gratia fit iustitia, cùm operetur charitatis cordis flamma, quæ debet facere pro crimine pœnitentia.

Isai. 38. 15.

Ambro

*Lachrymæ quomodò amaritudo dulcis?*

2 *Venit ergo*, mortua Sarâ, Abrahamus, *ut plangeret, & fleret eam.* Persica versio, ut vidimus in *Exposit. litter.* legit: *Venit Abraham, ut consolationem acciperet de Sarah, & defleret eam.* In fletu subsidium, vel tormentum? Dolor exprimitur per lachrymas: non est in dolore voluptas: & ubi Abrahamus deducit ex corde torrentem lachrymarum, quod tormentum est subsidium; quoniam non venit in funus, ut sese plangeret, sed ut illam fleret. Si pro se fleret, esset lachryma amara; igitur fletus è corde eliceret pœnitentia: & unde flens Abrahamus mœstitudinem, nactus ex consolationem; quoniam pœnitentiam fecit, quam peccatis non contraxit.

Gen. 23 2.

Perse

*Et dolor suavis?*

——*Isthæc virtus firmissima legis:*
*Consimile est isti, magno tenantur amore*
*Ad ius fraternum iusta penetralia mentis.*

Iuvenc

Canit Iuvencus lib. 4. *Evangel. Histor.* v. 44. Magnum, quòd quisque de peccatis doleat, sed summum, quòd aliena, quasi nos aliena fleat.

*Homin cognoscitur fortuna, & non homo.*

3 Peccavit Petrus, negans quem ut filium Dei cognovit. Quis stabit, si Petrus à fide defecit? Fides humana fluxa est: videbatur Petrus sequi estò à longe personam, & secutus est fortunam: igitur abiectum ut hominem non cognovit, quem supra hominem in homine cogitavit. Crevit iniuria, quæ nequibat ampliore excellentiâ maiestatis læsæ, iniuriæ geminatione. Cognovit, se non cognovisse malitiosè, quem cognoverat; & ignorasse, quem nequaquàm ignoraverat: tuncque quod crimen defendi non potuit, ablui potuit: siquidem *Conversus Dominus respexit Petrum*, qui egressus foràs, cœpit flere amarissimè delictum. Pro *Conversus*, Leo Papa, *Flens Dominus respe-*

Luc. 22. 61.

*xit*

magnitudo doloris, & charitatis. Si bonum amittitur, fletu plangitur. Bonum summum aliter plorandum est: & quando flet Magdalena, meritò inquiritur *Quid*; quoniam amor non solum ostendendus per dolorem, sed per artem, ut designet magnitudinem: igitur si dolor communis in subsidium, sanguinem cordis transmutat in fletum; ut summa cordis explicetur acerbitas, in cruorem transformat lucidas lachrymas. Iuxta doloris momentum, ministrabitur materia lachrymarum. Dei amissi summum est. In fletu videtur quid: etenim ità doloris ars constituit ex corde liquorem, ut in oculis guttæ amoris flammâ convertantur in sanguinem.

*Dolor summus mutat in chrymas in sanguinem.*

Ovid. *Sanguineæ manent tamquàm de vulnere guttæ.*

Ierem. 9.10. 13 *Docete* ergo *filias vestras lamentum, & unaquæque proximam suam planctum.* In planctu instruitur humana natura, dum cum natura recipitur scientia? Semper plorat, semper luget, semper plangit: & planctum plangentes Propheta docet; quoniam ut ritè deploretur Deus amissus, debet esse singularis planctus. Filiæ nostræ animæ sunt. Plorat dolore corpus: plorat etiam amaritudine animus: & ubi Deum Vates exponit amissum, docet filias lamentantes singulare lamentum, & plorantes verum planctum: igitur non respondent, patiente Christo, charitatis vehementiæ, si lachrymæ fuerint lachrymæ.

*Quid sit planctus animæ?*

Mich. 1. 10. 14 Inquit Michæas: *Lachrymis ne ploretis*: dicit habitatoribus Sion. Haud commendat non plorare, sed ostendit impossibile. Vel lachrymandum non est, vel lachrymis lachrymandum. Quo pacto lachrymæ non erunt, si plorant; vel sine lachrymis erunt plorantium ploratus? Tota prophetia de Christo Domino est, ab illis crucifigendus, pro illisque in stipite moriturus: & non sunt lachrymæ quæ tantùm lachrymæ, cùm vident homines pati pro ipsis, quod ipsi debebant pati. Sunt lachrymæ, sed non congruæ; quoniam lachrymæ dumtaxat, inæquant doloris causæ: & non fletur, dum Christus in cruce vulneratus objicitur; licèt lachrymis ploretur. Non respondent dolori, quæ tantùm lachrymæ. Dolori congruit, adæquari tragœdiæ: & dum cor, vulnere vulnerum saucium, præparatur ad fletum; lachrymis, ut ploret aptè mortem Redemptoris, nequaquàm est ploraturum: igitur quisquis pro lachrymis non effudit ex oculis sanguinem; minimè demonstrat fletu tantæ passionis dolorem.

*Duo plà filii Christus pro nobis in cruce plorandus?*

15 *Deducant oculi mei lachrymam:: quoniam contritione magna contrita est filia populi mei*: ait Propheta Ieremias. Quid nisi lachrymam deducent oculi, studentes ploratui? Perproprie dicit lachrymam, dum oculi plorant: siquidem sanguis esset, si cor dolore ploraret. Lachrymæ cordis sunt guttæ sanguineæ: fletus oculorum lachrymæ. Plorat Propheta, sed lachrymâ; quoniam filia populi contritione contrita. Aliter erit ploratus, dum pro nobis Dominus moritur in stipite suspensus, clavis confixus, vulneribus & opprobrijs saturatus. Huiusmodi mortem (quæ oculis pervia) non oculi debent plorare, sed corda: igitur cùm fletus oculorum sint lachrymæ, & planctus cordis cruoris pellucidæ stillæ; minimè mors Christi ploranda lachrymis, si dolentes intendunt promere dolorem cordis.

Ierem. 14. 17.

*Discrimen lachrymarum oculorum, & cordium.*

16 Eadem virga fuit, quæ aquas Nili in sanguinem convertit, & ex rupe aquas elicuit. *Virgam, quæ percussisti fluvium tolle in manu tua ::: & exibit aqua.* Virga hæc Christi crucifixi erat figura, uti observat Alapide. Per rupem designantur peccatores in malis obstinati; per aquas fideles adhærentes cruci: & fideles sanguine dolorem scribunt, dum peccatores lachrymis dumtaxàt exprimunt; ut pateat quibus fletibus deploranda Christi passio, maximè si urget in fletum cordis, dilectio: igitur ius est, ubi facit, in lachrymas erumpere silicem; quòd corda amore fletum convertant in sanguinem. Patitur Christus, quas perferre debeo pœnas: *Iccircò ego plorans*: sed *oculus meus deducens aquas*? Parum in est cordi ex tanta pœna pœnæ, si ex aquis lachrymæ. Deducant ergo cruorem, ut demonstrent pœnitudinem. Respondebit ita compassio passioni; si faciunt oculi, quod fecerunt venæ. Dormient discipuli desides siccis oculis arcentes lachrymam; dum factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram?

Exod. 17. 5.

*Sanguine debet pio fari Cori sti mors.*

Thren. 1. 16.

——*Meritisne hæc gracia tantis*
*Redditur? Hac vitam servatam dote rependis?*

Ovid.

Aliter sanguis Christi, quàm Medusæ.

*Corpora marmor erant.*

Idem.

Canit Ovidius lib. 5. *Metam.* Fab. 1. Sanguine Christi non marmora corda. Sanguis est quo mollit adamanta. De sanguine Medusæ fictum, quòd vel flentes transformaret in petras: de sanguine Christi verum, quòd etiam silices convertit in lachrymas.

*Sanguinis Christi virtus*

17 In prætati miraculi allegoria, clarebit quo pacto molleseant corda. Sumptâ virgâ à Moyse, dicit illi Dominus: *Vade: En ego stabo ibi coram te supra petram Horeb: percutiesque petram, & exibit aqua.* Quòd pe-

Exod. 17. 6.



petra percussa virgâ, fit imago Christi in cruce vulnerati, apud omnes inconcussum. Verùm inquirendum, ad quid prætentia Dei promittitur supra petram, cùm Moyses, ut eliceret aquas, extenderit virgam? *En ego stabo.* Mirifice; non erit silex, silex coram Deo. *En ego stabo*, & fluent aquæ largissimæ ex durissimo lapide: siquidem si corda saxea obstinata malitia; coram me non erunt saxea. *Ego stabo*, ut fiat compunctio: igitur plorabit præsentia Dei, quantumvis silex sit cor. Petra imago Christi est. Quid Deo præsente, si saxa lachrymantur abunde coram imagine? Quid corda, si præsentia Domini mollescunt saxa? Imago Christi est rupes, sed vulnerati, affixi, in cruce pendentis: & promittitur præsentia, ut lugeant passionem corda: quandoquidem coram Deo, & vulnerato, atque in cruce suspenso, quamvis pectora saxea duritie criminum, erumpent per oculos in flumina lachrymarum. Hisp. *A vista de un Dios, que muere en una Cruz, llorará aunque sea pedernal el corazon.* Exibit per oculos aqua, estò lapidea sint corda.

*Lachrymæ vel ex lapideo corde curâ Domino in cruce.*

18 Accedamus proposito Didascaliæ. Aqua elicita ex huiusmodi rupe præsignat & vulnera Christi, & lachrymas cordis puncti compassione. Ex vulneribus sanguis fluit: ex oculis lachryma exit: & in eodem signo patent vulnera & lachrymæ; ut constet, quomodò deploranda mors Christi: igitur tunc verè lachrymis dolorem cordis dicent, si flentes sanguinem fleverint. Magis scopo. Si amittitur Deus per culpas, est contagium peccatoribus ad lachrymas. Haud ambigua via est. Ibi stat. Sedet iam supra petram, ubi virgâ contritionis cor percutitur in lachrymam. Præoccupat locum ploraturi cordis: & ibi asserit præsentiam Deitatis; quoniam in loco, ubi quæsierit fletus, ibi Dominus. *En ego stabo*: dicit, quippequàm lachrymas non cognoscit à longe. Aversione Dominum perdidit? Quære amore. Si amore quæris, & conaris invenire;

*Et sanguinea.*

*Ibi Dominus, ubi fletus.*

Oth. Vzn. ——*Testis sit lachryma flammæ.*

## DIDASCALIA VII.

### *Suavissima dulcedo ex amaritudine lachrymarum.*

Ephræm. *Species lachrymarum.* Bonav. 1 SCripsit, qui ita probabit Ephræmus tract. de *Timore Dei*. Sunt species lachrymarum, iuxta Bonaventur. super Psalm. 18. v. 136. nimirum, *lachryma amara, lachryma dulcis, & lachryma cali-da*: de quarum effectu loquemur, cum demonstraverimus animæ potentias fontes aquarum, ut homo ductus verâ pœnitudine, lachrymetur *in amaritudinem animæ*. Modo inquirendum, quomodò potest nasci dulcedo ex amaritudine, & lachrymarum suavitas ex fletus acerbitate? *Si qui non habent quod fleant, lapsus fleant peccantium*: astruit Ambrosius in *Exhortat. ad Virgin.* Amara lachryma est, & dulcis, & calida. Amara pœnitudine, calida amore: & tunc ex amaritudine dulcis, si procedit ex igne charitatis. Pœnitentia de propriis peccatis est iustitia: de alienis verò charitatis gratia: & fit dulcedo ex amaritudine lachrymarum, dum pro peccantibus iustus dirigit fletum; quippe ex gratia fit iustitia, cùm operetur charitatis cordis flamma, quæ debet facere pro crimine pœnitentia.

Isai. 38. 15.

Ambro

*Lachrymæ quomodò amaritudo dulcis?*

2 *Venit ergo*, mortua Sarâ, Abrahamus, *ut plangeret, & fleret eam.* Persica versio, ut vidimus in *Exposit. litter.* legit: *Venit Abraham, ut consolationem acciperet de Sarah, & defleret eam.* In fletu subsidium, vel tormentum? Dolor exprimitur per lachrymas: non est in dolore voluptas: & ubi Abrahamus deducit ex corde torrentem lachrymarum, quod tormentum est subsidium; quoniam non venit in funus, ut sese plangeret, sed ut illam fleret. Si pro se fleret, esset lachryma amara; igitur fletus è corde eliceret pœnitentia: & unde flens Abrahamus mœstitudinem, nactus ex consolationem; quoniam pœnitentiam fecit, quam peccatis non contraxit.

Gen. 23 2.

Perse

*Et dolor suavis?*

——*Isthæc virtus firmissima legis:*
*Consimile est isti, magno tenantur amore*
*Ad ius fraternum iusta penetralia mentis.*

Iuvenc

Canit Iuvencus lib. 4. *Evangel. Histor.* v. 44. Magnum, quòd quisque de peccatis doleat, sed summum, quòd aliena, quasi nos aliena fleat.

*Homin cognoscitur fortuna, & non homo.*

3 Peccavit Petrus, negans quem ut filium Dei cognovit. Quis stabit, si Petrus à fide defecit? Fides humana fluxa est: videbatur Petrus sequi estò à longe personam, & secutus est fortunam: igitur abiectum ut hominem non cognovit, quem supra hominem in homine cogitavit. Crevit iniuria, quæ nequibat ampliore excellentiâ maiestatis læsæ, iniuriæ geminatione. Cognovit, se non cognovisse malitiosè, quem cognoverat; & ignorasse, quem nequaquàm ignoraverat: tuncque quod crimen defendi non potuit, ablui potuit: siquidem *Conversus Dominus respexit Petrum*, qui egressus foràs, cœpit flere amarissimè delictum. Pro *Conversus*, Leo Papa, *Flens Dominus respe-*

Luc. 22. 61.

*xit*

*xit Petrum* : infit Serm. 3. de *Passion.* Fletus demonstrat dolorem : dum Petrum deficientem respexit, de quo doluit? De ignominijs, de improperijs, de devotione per concilium turpissimæ morti? Neutiquam. De lapsu Petri. Ploret, qui crimen commisit, non qui pertulit. Offensæ lachryma congruit audaci, & non patienti. Dolor de pœna est, pœna de culpa : quare qui pertulit iniuriam, sustinet pœnam, quasi contraxisset culpam? Ut per deploratum alienum crimen, exhiberet pœnitentiam singularem. Petrus peccat, Christus plorat : & est pœnitentia nova in ambitu doloris, pro satisfactione criminis; si Præses plorat, quod subditus peccat. Plorare peccata aliena, quasi propria, eximiæ decor rutilat pœnitentiæ virtutis : & pro splendore pœnitentiæ singularis Christus pertulit criminis pœnam, cùm Petrus haberet culpam : igitur cordis flagrantis flamma charitatis insigne, quæ non rapuerat, quasi qui rapuit, exolvere.

*Dolor pœnitentiæ est flere alienа peccata.*

4 Priusquàm progrediamur ultrà, sciendum est in Christo non fuisse pœnitentiam virtutem simpliciter, sed analogicè tantùm, vel secundum quid, scilicèt quantum ad detestationem culpæ, præut est iniuria divinæ maiestati. Ita ut pœnitentia ipsius esset mali aversio, quæ in nobis dolentibus est errati retractatio. Vide Angel. Magistr. 3. *part. quæst.* 84. *art.* 7. ad 4. Et Suarium hic *Disp.* 4. sect. 5. & *Disp.* 19. sect. 1. Ostendit fletu amarissimo Petrus, quomodò deboc, qui labitur, plorare delictum : & Christus, quomodò possit esse pœnitentia singularis, in exemplum; ut floreat charitas, ubi deficit proprietas : igitur si fletus index doloris Petri resipiscentis; in Christo signum erat lachryma conflagrantis charitatis. In Petro, pœnitentiæ; in Christo, pœnitentiæ heroicæ : quandoquidem amarè flebat, quod crimen Petrus malitiosè contraxerat. Christus flevit, sed iucundè. Petrus flevit, sed *amarè*. Ex amaritudine lachrymarum Petri, orta fuit dulcedo lachrymarum Christi : igitur tunc oculi fontes iucunditatis, dum lachrymæ defluunt pro peccatis alienis.

*Quæ sit hæresis pœnitentia.*

*Vers. 62*

*Et suavis lachryma.*

5 Audiamus Gentium Doctorem. *Qui peccatum non noverat, pro nobis peccatum fecit* : dicit de Christo Domino, pro nobis in cruce passo. Ut liberaret hominem, suis humeris peccatorum omnium baiulavit crucem. Maior est vis amoris, quàm Atlantis & Alcidis : ideo dicitur humeris portare mundum, pondus sine pondere; quippe ab illo tantùm poterat portari.

2. Cor. 5. 21.

*Amor portans mundum*

*Cælùm humeris Atlas tulit, Alcidesque vicissim:*
*At cælum, & terram fert simul unus Amor.*

Orb. Vzn.

*Robur Amoris enim non cedit viribus allis,*
*Hercule, & Atlante hinc maior habendus amor.*

Canit Otho Vænius Emblem. 19. *Amor.* Quis posset par esse Atlantis viribus? Amor, qui maior Atlante, & maior Hercule : igitur ut purgationem faceret peccatorum, omnia portavit verbo virtutis suæ.

*Cuius symbolum*

6 Modò textui. *Qui peccatum non noverat, pro nobis peccatum fecit.* Peccatum fecit, idest, pœnam peccati toleravit. *Peccatum* pro pœna peccati : ut sæpe in Biblia. Osee 4. 8. *Peccata populi mei* (sacerdotes) *comedent.* Zachar. 3. 4. *Ecce abstuli à te iniquitatem tuam.* 2. Machab. 12. 46. *Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis solvantur.* 1. Petr. 2. 24. *Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum.* Sic alibi. Textus difficilis est; & ex solutione, dum licet charitas, surgit maior difficultas. Pœna est ex culpa : quo pacto pœnam peccati super lignum in corpore pertulit, qui licèt carnem haberet peccati, peccatum non novit? Pœna non erat propria, sed aliena : hoc erat novum, scilicèt quòd esset pœna, cuius non erat culpa. Non pertulit pœnam pro peccatis suis, sed *pro nobis*: & magnum sanè, quòd nostrum esset crimen, & proprio sanguine pro nobis dedisset satisfactionem. Voluit Christus ostendere pœnitentiam heroicam, in illis qui peccatum non habent, & faciunt de peccatis pœnitentiam. Pœnitere de peccatis proprijs, & redimere lachrymis, iustitia est; sed charitas ambit plus: & de peccatis pœnitet, qui peccatum non novit; quoniam nota charitatis perferre culpæ pœnas, & non admittere culpas.

*Peccatū pro pœna peccati.*

*Summa charitatis schema, perferre pœnas & non admittere culpas.*

7 Intelliges ergo illud Pauli de charitate. *Omnia suffert.* Quid est omnia? In crimine & est iniuria, & est pœna, sequens crimen; quippe uterque reatus legis comitatur transgressionem. Offensa est in offenso, perfracti lege : pœna verò iniuriæ in offensore. Dividitur ergo respectus inter patientem & actorem; quoniam ad illum dirigitur despectus honoris, ad hunc autem pœna cruciamine. Pars in singulis est, quoniam iniuriam transgressor si in offensum torquet, sese pœnâ propter audaciam afficit : Charitas verò *omnia suffert* : igitur sustinet transgressoris iniuriam, & quasi ipsa peccaverit, tolerat pœnam.

1. Cor. 13. 7.

*Quid est, charitatis omnia sustinere?*

Perspicuiùs delicabo. Ius est, ut qui fregerit legem, patiatur prævaricationis dolorem. Hæc est lex. Aliud charitatis ius : igitur cùm patratori criminum incumbat pœna;



na; charitas, quia charitas sustinet omnia : & offensam, quæ patitur ab iniquitate, & pœnam undecumque sociam offensæ. Lachrymæ in peccatore iustitiæ sunt, quoniam satisfacere debet, quæ commisit; & non est alia satisfactio criminum præter pretium lachrymarum. Quicquid contraxit error, expellit dolor : igitur acquiritur Domini misericordia, peccatoris pœnitentiâ. Lachrymæ in iusto charitatis sunt, quia cogitat sarcinam alienam culpam, & pro peccatoribus insons effundit lachrymam. Peccatoris lachrymæ, quia ex iustitia, sunt amaræ; quandoquidem oriuntur ex crimine. Charitatis verò dulces, quippe sine crimine sunt lachrymæ dilectionis. Unde sic plorans habet dulcorem, ubi pœnitens peccator exhaurit amaritudinem; siquidem lachrymatur peccata, quæ non habet, quasi pro quibus lachrymaretur, haberet. Quæ igitur lex, nisi amoris, quibat urgere in lachrymas, ignorantes scelerum culpas? Ingenium summum est, quod contra ius afstruit ius. Ideo huiusmodi studium sequitur præmium : & oritur lachrymarum consolatio, unde pœnitentibus afflictio.

*Lachrymæ amoris dulces.*

8 Inter speciales virtutes, quas uti beatitudines recenset Assertor N. felices vocat lugentes: *Beati*, ait, *qui lugent*. Nota: luctus est mœstitudinis index : unde ergo qui luget, felix? Non felix sanè qui luget : igitur felicitas exprimit per oculos gaudium; & lachrymæ, cordis explicant tormentum. Si lachrymæ gaudia, ubi tristitia? In lachrymis quæ eliciuntur pro criminibus proprijs: igitur licèt peccator gaudeat, quoniam peccata plorat; nihilominùs tamen tristatur, quia in se cognoscit causam, cur lachrymetur. Amor dum peccata lachrymatur, habet *Quid*, verùm non cognoscit nisi in charitate *Cur*. Habet *Quid*, quia plorat culpam. Non habet *Cur*, igitur lachrymatur alienam. Illud est iustitiæ satisfactio : hoc amoris beatitudo. Illud amaritudo dulcoris : hoc dulcedo amaritudinis : Christusque Dominus luctus huiusmodi signat gaudia; & quia felicitas, lugere peccata aliena; & quia excedit ars amoris pœnitentiæ ingeniosè facultatem, dum acerbitatem lachrymarum facit ploranti dulcedinem.

*Matth. 5. 5.*

*Felicitas planctus unde?*

*Ingenium amoris excedit ingenium pœnitentiæ.*

9 Deinde. *Beati qui lugent.* Qui lugent miseri sunt : alias minimè lugerent : & qui non habent lugentes, de quo lugeant, sunt beati; quippe volunt, ut alij sint felices, esse miseri. *Beati qui lugent.* Sed quare? *Quoniam ipsi consolabuntur. Consolabuntur* futurum est : quomodò gaudium futurum, dum, quia beati, præsens lachrymarum gaudium? *Hic exponuntur* (ait Maldonatus) *qui sua lugent, aut aliena peccata.* Vivide : Qui sua, *Consolabuntur*; quia seminantes in lachrymis, dum peccata lugent, in gaudio metent. Qui aliena, iam consolantur, igitur habent beatitudinis dulcedinem, dum alienum plorant crimen. Unde ostenditur miseria & gloria lachrymarum, beatitudo & amaritudo pœnitentium; ut constet discrimen lachrymarum charitatis, à lachrymis pœnitudinis : eteuim quod in habente peccata est pœnitentia; pœnitentia non habentis, est vel in hoc mundo gloria.

*Ibidem.*

*Maldon.*

*Quando pœnitentiæ gloriat*

10 Flagrat sæpe pectus, ubi huiusmodi charitatis vulnus. Hinc Samuel plorat Saul. Hinc Dominus ingratam Ierusalem, ut latè vidimus *Tautolog.* 1. *Didasc.* 3. à n. 8. & de Patriarcha Noëmo cecinit Alcimus Avitus lib. 4. *Genes.* v. 216. dum illi apparuit Archangelus Gabriel.

*Et tunc fortè gemens cunctorum crimina Noë*
*Inflexit stratus genibus, cum supplice planctu*
*Mundanis veniam mundo nolente petebat.*

*Alc. Avit.*

Insignis sunt amoris studia. Cæterùm ubi huius dilectionis schola? Dixit N. Patriarcha Benedictus *Sanct. Regul.* cap. 4. *Officina verò ubi hæc omnia diligenter operemur, claustra sunt Monasterij.* Ibi Angeli pacis amarè flent, & duleiter flent. Amarè, dum lachrymantur præterita mala propria : dulciter, dum flent aliena, quæ non flentur à peccatoribus, commissis iniquitatibus : igitur satis sit iustitiæ vindici, ubi videntur Monachorum lachrymæ, cogitantibus iniquis, quantum debent habere de propria iniquitate dolorem, dum ita plangunt alienam, qui iniquitatem non habent.

*S. Bened.*

*Monachis convenit, sua, & aliena peccata plorare.*

11 Diversas sanè contemplor lachrymas plorantium, de quibus est ingeniosum hieroglyphicon. Arbores sensibiles, rationales sunt : & in arboribus videmus lachrymas, tamquàm signa purgationis. Idem planè in homine, sicut signum pœnitudinis; quandoquidem anima purgatur lachrymis. Cunctarum arborum lachrymæ deserviunt medicinæ, tùm balsami, tùm vitis, pro distincta affectione morbidi corporis; & pro morbis animæ analogia exhibetur, si pro quavis læsione lachrymatur : igitur in homine lachryma, uti alexipharmacum, patet universalis medicina. Sunt lachrymæ amaræ, uti myrrhæ; sunt lachrymæ dulces, uti vitis & balsami; sed aliæ sunt præstantiores, nimirùm electri, seu succini, in quas conversæ sunt Heliades, Phaëthontis sorores, dum fratrem ambustum plorarent, & mor-

*Lachrymæ, universalis medicina.*

*Lachrymæ pro aliis pretiosæ.*

mortem eius lugerent. Ideo lachrymæ pretiosæ, igitur fusæ pro fratre.

12 Verùm dices : Cur medicinales vitis & balsami lachrymæ, & ab electris pretiosæ? Dicit Poëta lib. 2. *Metam.* Fabul. 3.

Ovid. *Sanguineæ manant tanquam de vulnere guttæ.*
*Inde fluunt lachrymæ stillataq; Sole rigescunt*
*De ramis electra novis.*

Ecce discrimen. Lachrymæ vitis vel balsami à vulnere : lachrymæ electri à Sole. Vulnus peccatum est. Amor est Sol : & quæ à Sole dicuntur pretiosæ lachrymæ, & non quæ à vulnere ; quippe sunt pretiosiores, quæ manant ex fonte flammivomo charitatis. Si pro se essent pectoris gemitus, etiam essent ex pœnitentia ploratus, quippe illa, esto ex malo bonum, semper comitatur malum. Lachrymæ pretiosæ, pœnitentiæ sunt, sed heroicæ pœnitentiæ : siquidem non procedunt à vulnere, sed ab amore. Quorum fletus à peccato, nascitur fletus ex odio. Quorum fletus ab alieno crimine, nascitur ex dilectione : quæ ita inflammat viscera in satisfactionem offensæ Deitatis, & abolitione criminis ; ut erumpat in lachrymas flamma cordis.

*Lachrymæ ex odio peccati, & amore pœnitentiæ.*

13 Hi, qui digni vel persecutionum tentationibus sunt inventi, acceptique Deo, premente tribulatione, qua ingredi conantur in gloriam; dicunt per os David : *Transivimus per ignem & aquam.* Termini immutantur : igitur si procedunt de tribulatione in tribulationem, transire congruebat ab aqua in ignem. Minimè immutantur, cùm huiusmodi collocatione fons & origo pœnitentiæ in exemplum explicetur. In aqua vis designatur lachrymarum ; in igne amoris incendium : & ubi pro criminibus plorant, transeunt per ignem in aquam : siquidem haud in aquas lachrymarum erumperent lumina, ni amore boni amissi flagrarent pectora. *Amor*, dicit Publ. Syrus, *ut lachryma : ex oculis oritur, in pectus cadit.* Non est perfecta lachryma, nec flamma perfecta. Lachryma erit ut amor, si intendit esse pretiosior. Amorem ortum in pectore, declarant plorantes oculi : igitur non lugeret, ni flagraret : non transit ab aqua in ignem ; sed ab igne in aquam, ut aqua fletus demonstret flammam internam : igitur si corda, pœnitudine tacta, in lachrymas liquefiunt ; haud alia causa, nisi quia interiùs flammescunt.

Psalm. 65. 12. *Quia amore flagrant pectora, plorant lumina.*

14 Ego scopo Didascaliæ. Peccant homines dum transeunt, sed respiscunt. Transirent per aquam in ignem ; si ex lachrymis transirent in amorem. Transeunt per ignem in aquarum delicias, dum amor producit lachrymas : siquidem sunt voluptari, quæ non ex vulnere. Qui peccant & lachrymantur, ipsis lachrymis transeunt in affectum cordis ; ut excitetur amor, quibus conficitur dolor. Qui lachrymantur & non peccant, aliena peccata plorant : & cùm flent alienas culpas, transeunt ex amore in lachrymas ; quippe solùm amor vehemens poterat flere, quæ ius erat peccatores deplorare.

P. Syr. *Lachryma, ut amor.*

15 *Fulgura in pluviam fecit* : ait David loquens de miraculis Dei. Magnum sanè, quòd sint in pluviam, & non inflammam. Fulgur, fulminis comes vel index, potiùs videtur designare iguem vindicis iustitiæ, quàm divinæ clementiæ : & illucescunt eius coruscationes orbi ; ut videns commoveatur retrò in compunctionem, dum præsentit fulminantem : fulguraque disponit non in flammam, sed in pluviam ; & quia reprimitur flamma iustitiæ, dum plorant oculi, & quia Deus dum coruscat, haud intendit in peccatorum pœnas, sed in pœnitentiam lachrymas.

Psal. 134. 7. *Lachrymis reprimitur Dei iustitia.*

Quod dignum admiratione in meteoris, admirabilius claret in schola virtutis, dum plorantur aliena peccata, charitate magistra. Fulgura in pluviam Dominus fecit : fulgura etiam in pluviam charitas facit. Coruscatio est effectus fulminis, quæ objicitur oculis, nube recisa pectoris : & minimè fulgetrum indicat fulmen, aut flammam, sed fletus pluviam copiosam ; quoniam radij amoris excitantes incendia, & inflammantes corda ; inundant oculos lachrymis, ut effundantur pro peccatis alienis.

*Pluvia lachrymarum ex igne cordium.*

16 Hæ lachrymæ magni momenti sunt : igitur dum oculi deplorant aliena ; signum est, quòd pectus non habet propria. Hoc est officium Monachorum in claustris degentium : carere, scilicèt, peccatis, & lachrymari pro alienis. *Dolens clamat in doloribus suis* : Monachi verò in alienis, ut constet lachryma amaritudinis, & lachryma suavitatis. Amaritudinis, ex dolore pœnitudinis vulnerum : suavitatis ex dolore non dolentium : siquidem commoventur ut de proprijs doleant, cùm alienam vident pro se Monachorum pœnitentiam.

Isai. 26. 17.

*Hinc electra legunt alnis stillantia Celtæ,*
*Succina quæ memorant, mellis, vinique colore;*
*Quæ paleas rapiunt tactu, frondesque caducas.*

Delrio

Ergo *dolete filias vestras lamentum, & unaquæque proximam suam planctum.* Hæc est planctus scientia, plorare aliena peccata : igitur magnum incendium cordium, ubi vel paleas huiusmodi fletus trahunt : ægrè sanè tolerabunt gravia, qui ira trahunt, ut illachrymentur levia. Nescitur in

Ierem. 9. 20. *Scientia planctus in quit*



in mundo huiusmodi lachrymatio, qua quæ acerbitas sit suavitas : & docetur lamentum ; ut discatur scientia abscondita lachrymarum : siquidem suavis, quæ lachryma acerba ; ubi plorantur peccata, à plorante non commissa.

17 Quod de lachrymis David & Ionathæ fictum, in Monasterijs arbitror & iurè, verum. Vicissim ploravere, & impœnitentiam Regis, & propriæ acerbitatem calamitatis : *Philo refert* (ait Caulsinus lib. 7. symb. 37.) *lachrymas ipsas in tantæ amicitiæ pignus, vasculis exceptas esse, & simul reconditas.* Si ut libarentur Deo, illustris profectò cogitatio : igitur ubi à pœnitentia elicitur fletus, sacrificium Deo spiritus contribulatus. Cor humiliatum non despicit, qui lachrymas suscipit : maximè dum effundebatur utriusque lachryma pro Regis impœnitentia.

1. Reg. 20. 41. *Lachrymæ Ionathæ, & Davidis.* Caus. *Sacrificium lachrymarum.*

Servatæ fuerunt isthæ pretiosæ lachrymæ. An in signum amicitiæ ? An in demonstrationem doloris ? Nullus maior, quàm non dolere, qui dolere debet. Plorant, & eorum lachrymæ servantur ; ut lachrymas habeant, qui non plorant. Plures peccant, & respiscunt ; verùm tristes degunt, quia minimè lachrymantur. Gaudeant, modò pœniteant. Adhuc sunt lachrymæ : siquidem seervantur ab amore in Monachorum oculis, qui affatim plorant pro peccatis alienis ; fugentes dulcorem, ex quo peccantes degustant amaritudinem. Nil acerbius peccato : tamen

Ovid. ——— *Aliquis malo est usus in illo.*

*Monasteria schola planctus.*

## DIDASCALIA VIII.

### *Fallax omninò fœminæ pulchritudo.*

1 HUius veritatis oculi testes, potiùs quàm auctores : nihilominùs tamen astruit Blesensis *Epist.* 4. igitur non respiscunt oculi videntes, etiam dicentibus oculis.

P. Blef. *Pulchritudo anceps bonum.*

*Anceps forma bonum mortalibus,*
*Deperdit aliquid semper, & fulget minus.*

Senec. Canit Seneca in *Hippolyt.* Act. 2. v. 758. & in *Hercul. Oet.* Act. 2. v. 650. Fallacia nihil aliud est in fœminæ venustate, quàm aliud esse & aliud apparere : & pulchritudo fœminæ rutilans fallit, quippe deficit, dum fulget.

Fragile. Ovid. *Forma bonum fragile est, quantumque accedit ad annos,*
*Fit minor, & spatio carpitur illa suo.*

Insit Ovidius lib. 2. de *Art.* Illustre figmentum Antiquorum, ut per fictiones ostenderen verum. *Venus Parcarum maxima* : dicitur apud Vincent. Chartarium in *Pluton.* fol. 205. Vividè ostentum, quid pulchritudinis summum. Per Venerem designatur gratiosa venustas : per Parcas mortis acerbitas : & summa pulchritudo in Parcarum collocatur sublimi throno ; ut vel cæcis claareat, quàm fallax sit pulchritudo : igitur sunt iacula diræ mortis, speciosæ gratiæ Veneris. Tres fuerunt Parcæ, & ex his tribus una Venus, quæ signabat pulchritudinem, & etiam speciosam fallitatem : siquidem ubi præstabat speciositas simplex, mors comitabatur duplex : enitas binæ scilicèt mortis sub specie venustatis. Vide quæ diximus *Tautol.* 3. *Didasc.* 9. num. 14.

Vincet. Chart. *Quomodo fallax pulchritudo*

2 Scrutare symbolum. Venus collocatur inter Parcas, ut constet quid sit fœminæ speciositas, & etiam pulchritudinis fragilitas. *Venerem* (infit ibid. ex Plutarcho) *Romani Parcarum maximam natu habebant.* Quomodò natu maior, quæ ætate non prior ? O fragilitas pulchritudinis ! Priùs moritur, quod priùs nascitur. Parca, quia cum esse, est prior : pulchritudo, quippe post tempus, posterior : & quæ ætate posterior, dicitur prior ; quoniam priusquam quæ pulchra moriatur, ipsa pulchritudo moritur. Ideo Veneris seu pulchritudinis duplex Parca designatur comes : alia vitæ, & alia formæ. Alia morte, alia tempore. Unde inter Parcas pulchritudo maxima natu ; quoniam fallax omnimodè pulchritudo : igitur moritur cùm splendet ; & etiam vitâ, qua floret.

Idem. *Moritur ante mortem.*

3 Mortua est Sara : priùs extincta forma, quam vita. Mortua est Sara. Quam parvo tempore forma viget ! Nec semper violæ, nec semper lilia florent. Ecce pallida, quæ fuerunt candida lilia. Mortua est Sara, pulchriorum speculum : quia pulchrior, priùs properavit in sepulchrum. Adonis forma spectatissima in anemonen est conversa, qui flos dicitur *flos venti* (Nostrates, *Amapola*) & iurè. Levis sanè pulchritudo ; igitur non solùm à tempore rapitur, sed a vento. O temporis potestatem propudiosam ! Contra solium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam?

*Pulchritudo ventis.*

*Intumuit sicut fulvo perlucida cœlo*
*Surgere bulla soiet, nec plena longior hora*
*Facta mora est, cùm flos ut sanguine concolor ortus*
*Qualem quæ lento celant sub cortice granum*
*Punica ferre solent : brevis est tamen usus in illo:*

Ovid. *Adonidis metamorphosis.*

*Namque malè hærentem, & nimia levitate caducum*
*Excutiunt ijdem qui perflant omnia venti.*

Succinit Ovidius lib. 10. *Metamorph.* Fab. 13. Futilis proculdubiò venustas florida appareret, quam ventus flatu dispergit. Solidior est imago veritate, in celebriore augusta pulchritudine: quantæ durationis erit inconstans fœminæ pulchritudo, ubi a vento dispergitur pulchritudinis imago?

Gen. 23 2.

4 Mortua est Sara. Facile mutatur Luna, pulchritudinis elegantior forma; igitur Luna eclipsim non patitur nisi plena. Discant fœminæ studere virtuti, posthabita corporis venustate: etenim per immediationem terræ eclipsi propior, quæ speciositate plenior. Mortua est Sara: *Venitque Abraham ut plangeret, & fleret eam.* Observa *Eam.* Cadaver eius, sed *Eam*: Ea non est: & postquàm mortua, dicitur *Ea*, quippe Abrahæ dilectioni non erat mortua.

Eurip.

*Amare mortuum producit lachrymas.*

Dixit Euripides in *Alceste.* Iccirco ut Christi viderunt in domo Lazari planctum; dixerunt Iudæi: *Ecce quomodò amabat eum.* Amor cognoscitur lachrymis, & ampliori pro fato functis, igitur oculi eos cognoscunt, qui gratias pro lachrymis non rependunt; extolliturque fidei demonstratio, ubi nulla gratitudo: siquidem tunc magis obsequentes exprimunt dilectionem, dum desperant in exhibitione fidem. Intentum amoris est flectere obsequijs dilectum in redamationis vices. Altius studium viget, dum studio dignatus non respondet: igitur officia amoris præclari, sine mutua officiorum vicissitudine, cùm absentia obiecti dilectionis dirigat planctum, quin sit cadaver dilectionis obiectum: & Sara mortua, quæ non ea, dicitur *ea*; ut in Abrahamo constet amoris flamma: quandoquidem quæ mortua vitæ, adhuc vivebat amori.

Ioann. 11. 36.

Quòd mortuis vitæ, vivat amori.

5 Audiatur Seneca. *Obliviscì quidem suorum* (ait *Epist. 99.*) *ac memoriam cum corporibus efferri, & effusissimè flere, meminisse parcissimè, inhumani animi est.* Quomodò memoria parca cum lachrymarum copia? Quia cum corpore in terram oblivionis effertur; & deficit, cùm cadaver sepelitur. Vita amoris est ultra vitam: quippe uti phœnix vivit ex morte, atque surgit ex funere: & dum sepelitur Sara (vel non Sara, uti cadaver) eius non dicitur cadaver, sed *Ea*; quippe tunc magis in coniugis corde inolebat memoria, dum ab oculis cadaver removebat sepultura. *Ea*, & mortua, quæ mortua non erat ea; igitur dum affixit Abraham funeri, haud amorem sepelivit cum cadavere.

Senec.

Vivit amor erga mortuos in amantibus.

6 Venit Maria Magdalene in sepulchrum Domini, ducta erga illum, ut cœpit, fervidâ charitate. Quæsivit & non invenit: liquet pectoris dilectio, si quæsivit dilectum in sepulchro. Ablatum credidit, & præ dolore ploravit. Affixit dolor, quia vivebat amor. Abstergere conati sunt Angeli afflictæ lachrymas, & dixerunt ploranti: *Mulier quid ploras?* Dixit illicò: *Tulerunt Dominum meum, & nescio ubi posuerunt eum.* Cadaver Domini tulerunt dotes glorioſi corporis. Nihil mirum, quòd nesciat, ubi sit, dum cogitat formam cadaveris. Verùm perpende. Cadaver Domini subiatum credidit à monumento, & non dicit cadaver sublatum, sed Dominum. *Nescio* (ait) *ubi posuerunt eum.* Articulus improprius. Cadaver Domini non est Dominus, igitur corpus hominis non est homo: cur ergo si corpus inquirit, dicit nescire, ubi posuerunt eum? Per huiusmodi articulum pronominis adiectivi, designatur existentia dilecti: qua ergo lege *Eum* vocat in sphæra cadaveris? Lege amoris. Dominum quætit, quem lachrymis sepelivit: claret igitur magnum amoris incendium, si cognoscit Dominum, post sepulchrum. Si cadaver sibi non viveret, de corpore tantum interrogaret: & de corpore inquirit, quasi non cadavere; ut cogitatio ita adversa esset amoris infigne: siquidem non intulit cum cadavere memoriam, cùm corpus deferretur in sepulturam.

Ioann. 20. 13. Ibid.

Dilectio, quæ post mortem, vera dilectio.

Cogitatio dilecti post sepulchrum, dilectionis veræ signum.

7 Ultra sepulturam flamma glisçit in amore. Cessit dilectus crudelissimo fato: verùm non cessit dilectio: igitur parvi momenti, quæ vel mortuo dilecto potest mori.

*Qui benè cœpit amor, non hunc longæva vetustas,*
*Fortuna, aut tandem terminat ulla dies.*

Oth. Vænius.

Canit Otho Vænius Emblem. 10. *Amor.* Amor qui post mortem perseverat, verus est: & de Domino mortuo tamquàm vivo mentio à Magdalena fit; quoniam licèt corpus dilecti tradatur morti, & denique sepulturæ, dilectus verè numquàm moritur amanti: igitur dum corpori defecit vita, nascitur consultò ex sepultura memoria.

Dum defecit dilecti vita, surgit amoris memoria.

8 Virorem istiusmodi dilectionis, videbimus in Abrahamo satagente de pompa funeris. *Date mihi* (dixit filijs Heth) *ius sepulchri vobiscum, ut sepeliam mortuum meum. Meum.* En amoris indicium. Proprium dicit, etsi mortuum. Planè diligit, ubi mortuum agnoscit. Haud casus, vel fors sinistra fugavit dilectionem vehementem, quam

Gen. 23 4.



quam pectus fovit in coniugem: videnisque cadaver eam, suum meditanter dicit, quia diligit, quam dilexit: igitur minimè extincta dilectionis flamma, cùm coniux esset extincta. *Mortuum meum.* Dum vivebat Sara, utique sua: nequaquàm eius, si mortua: cadaverisque exprimit proprietatem, quoniam illam diligebat etiam post mortem. *Ut sepeliam mortuum meum.* Non sepelitur amor, sed cadaver. Quia *mortuum* sepeliendum, & *meum* quia sepultum. Quod sepelitur est telluris, non amoris: propriumque dicitur, dum sepulturæ traditur; quippequàm verus amor refugit flammam, ni flamma perseveret post sepulturam. *Ut sepeliam mortuum meum.* Hoccine amantis officium. Non servit, ut dignatus respondeat, sed dumtaxat ut serviat. Obsequi viventi, est sibi obsequi, non amori deservire: & Abraham solicitus de sepultura coniugis, cadaver eius signat nomine proprietatis, & dilectionis: *Mortuum meum.* Meum utique ad obsequium, licèt sit ad redamationem mortuum. *Meum* siquidem, licèt iam cadaver, tradita morti, vivit amanti.

Ioann. 11. 11.

9 *Lazarus amicus noster dormit*: dixit discipulis Christus. Hæc est vera amicitia: Lazarus est amicus, esto sit mortuus. *Absalom fili mi: fili mi Absalon*: clamat David. Filius & mortuus? Pater sine filio?

2. Reg. 18. 33.

——*Infelix mater* (nec iam modò mater)
*Orba super gelidum frustrà premit ubera natum,*

Sedul.

De matribus Innocentium cecinit Sedulius lib. 2. de *Christ. miracul.* v. 228. Deficeret amor, si deficeret dilecti vita: procedit ultrà: & David, qui iam cadaver, vocat filium: quoniam amori filius, licèt sit mortuus. *Fili mi Absalom.* Schema erat amoris, quòd vel mortuus viveret in corde patris. Filium vocat, & flammam pectoris erga mortuum indicat: equidem parùm diligeret, si quem mortuum videbat, uti vivum non haberet. Vivus filius non erat: & vivit qui mortuus patri, quippe dilectus semper vivit amori.

Dilectus semper vivit amori.

10 Reflectatur ergo cogitatio in suffragium animarum, in purgatorio degentium. Plangit Abraham, flet mortuam Saram, & post mortem vocat *Eam*: igitur si mortuam cogitabat, ut officijs amantis responderet: vivam cogitavit, ut officijs adiuvaret. Maius debet esse obsequium, ubi dilecti afflicti maius commodum, vel urgens malum: & plangit Abraham uti vivam coniugem, dum videt in sepulchro iacentem; quoniam magis dilectio cognoscitur, dum suffragijs levatur anima, quàm ubi officijs diligitur vita. Pudeat Catholicos propu-

Ubi supra.

Cognoscitur amor in defunctos, & gratijs levatur.

dioste oblivionis, dum de amore gloriantur, & dilecti sunt in pœnis. Dum sibi gratulantur de amicitia, & de amicis defunctis nec memoria: igitur ubi eosdem debent recognoscere in feretro, quos cognoverunt in throno; cùm intuentur cadaver in perpetuum sedem, numquàm cognoscunt eosdem.

Luc. 23. 49.

11 Quàm dignati à Christo nati eius! Mortuus est in cruce: *Stabant autem omnes noti eius à longè.* Hæc verba si consideantur narrativè, sunt historica: si verò tropologicè, aut allegoricè, maxima pœna. Refert Lucas cruciamina Christi, & hoc quasi extremum, postquàm expiraverat in cruce: igitur cùm alieni, quia eo passus, sua pectora percutiebant; noti eius eadem videntes, atque mirantes, stabant. *Omnes*: addit, desiderumque amicorum in necessitate ostendit: siquidem in arctiore articulo necessitudinis, non tantùm aliqui defecerunt, sed & omnes. *Omnes.* Hic vel in mortuo cruciatus: inter tot notos nec unus! Amici oblìti sunt. Si amici in terra oblivionis: quinam memores? *Omnes*: & tanti, & amici? In morte hoc est maximum cruciamen: nempè quærere amicum, nec invenire post mortem. *Omnes*: & dignati? Utique. Omnia tormenta tolerantia à Christo: & sanè quod magis dirum, patet oblivio amicorum. *Omnes noti*: ardet amor obice, igitur fulminis gaudet virtute: & in animo inhæret ut dirissima pœna, quòd ubi & quo ardere debet, extinguatur amicitia.

Oblivio amicorum post mortem tormentum maximum

*Omnes noti à longè.* Circumstantia articuli aggravavit dolorem, ubi inimici auctorem vitæ sustulerunt in crucem. Inimici iuxtà, ut tollerent è medio: accessit etiam amicorum oblivio; igitur stabant à longè, ubi stare debebant, ut adiuvarent, à latere. Demum. *Noti eius*: Hic colliocavit dolor totam virtutem, ut extremum exerceret in Salvatore cruciamen. *Noti eius*: haud *Notus eorum*; quippe minimè vel noti cognoverunt fato functum. *Noti eius.* Ecce vulnus tanti amoris, quia cùm eius essent noti, non esset notus ab eis. *Noti eius.* Palàm fiunt ingratitudo & dilectio. Dilectio patientis pro amicis, & ingratitudo dignatorum pectoris, qui oblivione construxerunt cruciatum; ex eo quòd illos cognosceret, & non cognosceret illum. *Noti eius*, sed ignorantes noscentem, qui suos dilexit post mortem. Non noverunt? Noverunt: & ab amicis notis non est notus, quia post mortem in mundo non est amicus. *Noti eius*, & non illorum; quia dum notus amittitur, non cognoscitur. Cadaver erat in stipite, aspersum sanguine, atque saucium toto corpore. Noti eius ibi erant, sed

Cadavera amicorum in tegmita ab amicitia.

stabant. Ibi erat notus ab eis, & ignotus: cognoscebant, quem cognoverant etiam in cruce; & non cognoverunt, quia cognoverunt cadaver.

*Vera amicitia quæ cognoscit cadavera.*

12 Perspicuius fit modò, Quare Sara cùm cadaver esset, vel tantùm esset cadaver Saræ, & non illa, dum sepulturæ mandatur, dicitur *Ea*. Ea esset, si viveret: & dicitur *Ea* vel mortua, quoniam vel mortem sienti vivebat ea. Quamdiù durat cognitio, perseverat in voluntate dilectio: & dicitur Saræ cadaver *Ea*; quippe Abrahamo nota, adhuc in sepultura. Non esset, ni esset nota, nisi cadaver: quod non dicitur cadaver vel in ostio sepulturæ; quoniam adhuc coniugis vivit amor, ubi de morte lachrymis ostenditur dolor: siquidem quòd sit ea vel non sit ea, viva vel mortua; haud pendet ab extinctione vitæ, sed memoriæ. *Fenæ* (dicit Seneca ubi suprà) *suos diligunt, quarum concitatus est amor, & penè rabidus, sed cùm amisis totus extinguitur. Hoc prudentem virum non decet: meminisse perseveret.* Quoniam Abraham Saram diligit, non illius, illam cadaver cognoscit: & iure illa, vel mortua; igitur mors non tam est in amissione vitæ, quàm in insita cadaveris oblivione; quæ detruit facultatem cognitionis, dum flamma amoris languescit in ambitu voluntatis. Verùm hoc alibi latè. Non importuna legenti videatur digressio: quandoquidem idem argumentum de morte, ac de pulchritudine. Conflet ergo.

Senec.

13 *Venit Abraham*, mortua Sarâ, *ut plangeret, & fleret eam.* Eam & mortuam? Si mortua Sara, erit ea? Si ipsa, cur plangit? Quia pulchritudine floruit. Mortua erat, & erat ipsa, quippe cùm esset ipsa in ipsa pulchritudo antequàm moreretur, erat mortua. Erat ipsa & alia, quoniam sub aliena specie, nempe cadavere: modò corpus mortuum, dudum cadaver vivum: & cùm in viva videret pulchritudinem mortuam, illâ mortuâ, vocat eam; quippe levis distantia inter dotem pulchritudinis, & fœditatem cadaveris. Mors & vita unitur, ubi ea & cadaver ostenditur. Si ipsa, non cadaver: si cadaver, non ipsa: & dicitur ipsa & mortua; quia ita fallax pulchritudo in fœmina, ut mors lateret, dum viveret, sub pulchritudinis larva. Ipsa est, dum cadaver est: velum diduxit in facie mors: & ipsâ mortuâ, apparuit, quod latebat, quid erat ipsa. Cadaver ipsa. Vivide: igitur vel dum viveret, atque pulchra floreret, erat cadaver.

Ubi supra.

*Latet mors sub larva speciositatis.*

14 Diligenter observemus annos vitæ Saræ. *Vixit Sara centum vigintiseptem annis, & mortua est.* Pagnin. *Fuit vita Sarah centum anni, & viginti anni, & septem an-*

Gen. 23 1. Pagn.

*ni.* Hebr. *Et fuerunt vitæ Sarâ centum anni, & viginti anni, & septem anni vitarum Saræ.* Ubi Caiet. subdit: *In qua littera prius describitur vita Saræ, deinde supputantur anni eiusdem vitæ.* Celebris næ Hebraismus: verùm consultò observandus. Si vita Saræ centum viginti septem annorum; ad quid supputatio per centum, per viginti, & septem annos? Vita continua est: ex cunctis collectio fit: quare igitur seorsim numerantur vitæ anni, cùm succesivè continuantur anni vitæ? Quia Sara pulchra erat, cæterùm semper non pulchra; quippe tempore & tempore marcescit forma: & tempus, quo vixit, non describitur nisi discriminatim, propter temporis vitæ distinctionem: igitur vita fœminæ numquàm computatur ætate, sed pulchritudine. Vixit centum annis pulchra, viginti non speciosa, septem vetula: & dividuntur anni per partes eiusdem vitæ; quippe vita fœminæ haud supputanda per vitam, sed per formam.

Hebr.

Caiet.

*Vita fœminæ tempus - tanda per pulchritudinem, non per ætatem.*

15 *Addentur tibi anni vitæ*: dicitur à Sapiente Salomone. Si non vitæ, quorsùm anni? Sunt anni vitæ, & anni formæ; quia sine forma, vita fœminæ non dicitur vita. Est vita, quia non deficit vita itas: non est vita, quia deficit speciositas. Hæc constitutivum annorum, pro ætate temporum: ni constent venustate formæ, vitæ anni nequaquam sunt anni vitæ: igitur in facie non speciosæ viventis, iam apparet cadaver pulchritudinis. At de hoc, suo loco *Tom. seq. Tautol.* 8. Anni sunt vitæ: cæterùm non in annis est vita fœminæ. Vita pulchræ levis: levior vita pulchritudinis: igitur & deficit vitæ forma, antequam finiatur vita.

Prov. 9. 11.

*Pulchritudo moritur tempore, non morit.*

*Forma nullo exercente senescit.*

16 Perpende stylum. *Fuit vita Saræ centum viginti septem annorum vitarum Saræ.* Quotuplex vita Saræ, ut in numero annorum, non fiat tantùm vitæ memoria, sed vitarum? Duplex est in fœmina vita. Vita pulchritudinis, & spiritus vitalis. Tempus & mors utrique oppolita: neutra constans: & in vitæ dolo est fallacior pulchritudo; quippe tempus tollit formam, antequam mors tollat vitam. *Ea* dicitur Sara, ubi cadaveris circumspicitur forma; quia fuit cadaver & viva. Viva respectu mortis: cadaver respectu temporis, quod subegit pulchritudinem, priusquàm edax morte sutriperet venustatem. *Ea*: igitur ex illa, quæ delicium cordis, uti fallaci, haud remansit, nisi pulvis.

Ovid.

*Duplex mors fœminarū.*

17 De matre transeamus ad filium. Ex illa igitur parentum gaudium Isaäc oritur: quem quidem Patri precipit Dominus, ut tollat & offerat in *Holocaustum*. Cur ergo in holocaustum, & non in sacrificium? *Hoc est* (in-

Gen. 22 2.



Caietan Oleaster.

(insit Caietanus) *totum comburendum, ut solet cineres remaneant.* Arctiùs accepit Oleaster: *In fumum carnes abibunt & ossa.* Consideranda cuncta. Quid Isaäco pulchrius? Quid? Nihil sanè: & dum dicatur Deo, dicatur ad holocaustum, in documentum instituti Monachorum: quandoquidem dum Deo consecrantur ut victima, sæculi iam despecti nec remansura memoria. In sacrificio aliquid Deo cedebat, & aliquid remanebat offerenti. Totum verò dicabatur Deo in sacrificio holocausti: & dum Isaäcus dicatur, in holocaustum offertur; ut discant qui ingrediuntur Monasterium, quomodò cordium præparandum sacrificium: igitur ut sit efficax vocatio, corda oblata tota Deo. Vide quæ diximus *Tautolog.* 5. *Didasc.* 7. num. 2.

*Totius se cultū obliviō, dum aliquīdi caturDeo*

18 Deinde. In holocaustum offertur Isaäc desiderabile oculorum parentum, atque cordium veneficium. In holocausto solùm remanent cineres victimæ, qui proponuntur in fomitem resipiscentiæ, ut mundi amatores frugi sese recipiant, aversantes quæ ex abrupto albis visceribus amant: siquidem ex pignore maioris æstimationis, haud remanent nisi cineres. Futilis est gratia, ex qua aliquid non capitur nisi memoria. Futilior est pulchritudo speciositatis, dum holocaustum fit temporis, & victima mortis: igitur ex fœmina quæ placuit, si mors obducit, dum quæritur pulchra; haud remanet in sepulchro nisi cineris memoria. Hispan. *No queda memoria: y si queda, es de ceniza.*

*Ex mole pulchritudinis haud remanet nisi cinis.*

19 Hoc est holocaustum temporis ex vi-ctima pulchritudinis.

Angeri. *Quę stupor oculorum, eva nescit in summā.*

*Si quæris donum, quid vult sibi tale corolla?*
*Ut viret hæc, parvo tempore forma viret.*

Canit Angerianus. Hæc est fœminæ insignior gratia, in fumum carnes abibunt & ossa; ut pateat quàm fallax, dum videtur constans: etenim quod erat stupor cordium, evanescit in fumum. Quæ pulchrior Sara? Haud remansit Abrahæ ex tanta pulchritudine nisi cadaver: & dum cadaver, apte dicitur *Ea*, quasi esset viva; quoniam congruentiùs disponitur sepulchrum pulchritudini, quàm cadaveri. Nil pulchrius orbe, & figura indicat quid sit pulchrum. Inter figuras Mathematicas orbicularis perfectior, & gratior; sed eò inconstantior, quò pulchrior. Habet pulchritudo speculum, quo suam circumspiciat fragilitatem, dum miratur perfectionem: siquidem extrema & summa orbis spectabilis perfectio, ubi subsistit, tantum subsistit in puncto.

*Cur pulchritudinis sym bolum orbis*

20 Aliquid latet absensius in symbolo, ut ex Macrocosmi analogia pateat quid in Microcosmo. Sicut ex cœlo & terra constat orbis, ita in homine coneretum pulchritudinis: ex parte terrea scilicet corporis, quod ornat cœlestis forma, à qua totius venustatis summa; igitur facultatibus, atque corporis humoribus constituitur miraculum pulchritudinis, & forma fragilitatis: proponiturque in utriusque symbolum & terra & cœlum; igitur terra in æternum stat, & quatitur, pulchritudo verò adinstar cœlorum vertitur. Non est momentum sine mutatione, nec instans constans in pignore pulchritudinis: siquidem in eodem momento quo constat forma, capitur fuga. Dicit Seneca ubi sup. v. 759.

*Continuò evanescit*

*Exiguī donum breve temporis*
*Ut velox celeri pede laberis.*
*Languescunt folio ut lilia pallida,*
*Et gratæ capiti deficiunt rosæ.*
*Ut fulgor teneris qui radiat genis,*
*Momento rapitur, nullaque non dies*
*Formosi spolium corporis abstulit*
*Res est forma fugax. Quis sapiens bono*
*Confidat fragili?*

Seneca

TAU-

# TAUTOLOGIA
## OCTAVA.
### *ADVENA SUM, ET PEREGRINUS apud vos.*
### Geneſ. 23. v. 4.

## EXPOSITIO LITERÆ.

BREVE ſanequàm occurrit argumentum, quippe iam quoad potuimus, expoſitum. Unde plura ad præſentem Tautologiam ſpectantia præcedenti præmiſimus Tautologiâ. Mortua igitur eſt Sara in Hebron: venit ergo Abraham, ut plangeret, & fleret eam: *Cumque ſurrexiſſet ab officio funeris*, ſatagit de ſepultura coniugis. Hæc, ni fallor, dicuntur per *Hiſteron-proteron*, quippe prior erat cura de ſepulchro, quàm de funeris officio. Ni officium arbitreris oculos morientis claudere (ut dicitur *Geneſ.* 46. 4. Apud Profanos paſsim, quos videris *Tautolog. ſeq.* num 14.) cùm mos eſſet propinquos moribundis aſsiſtere, quapropter de Iſmaele ibid. cap. 25. 18. *Coram cunctis fratribus ſuis obiit*: & cap. 50. 1. Videns Ioſeph mortuum Iacobum, *ruit ſuper faciem patris flens, & deoſculans eum.* Ita ergo Abraham cùm videret mortuam Saram, deoſculatus eſt eam: quod indicare videtur Hebr. legit enim: *Poſtquàm ſurrexit à facie mortui ſui.* Pererius hic num. 12. officium dicit, lavare cadaver, levare, ungere, aromatibus condire, decenter ornare, coram eo flere, & conſolationes ab amicis accipere: quod omninò congruum: ideo cogitationi tanti Doctoris ultrò ſuffragor.

*Diculos moribundi pro pinquiores ſanguine planxerant.*

*Et aſsiſtebant lecto.*

2 Poſt huiuſmodi officium & non publicum, corpus coniugis intendit Abraham commendare ſepulchro. Viro enim fideli non facilis iactura ſepulchri: igitur ſciebat, oſſa quaſi ſemina immortalitatis, aliquando uti lilium germinatura. Multis paſſeribus antiſtare nos Dominus pronunciavit, ſi non & phœnicibus, nil magnum. Seminatur corpus animale, ſurget corpus ſpirituale. Ideo barbarum quod plaudit Seneca *Epiſt.* 92. de Mæcenate. Quid (ait) *utrum* cadaver *proiectum aves differant, an conſumatur*

*Laudabilis cura ſepulchri.*

——— *Canibus data præda marinis?*

Senec.

*Quid ad illud? Non conteret me nec uncus, nec proiecti ad contumeliam cadaveris laceratio, fœda viſuris. Neminem de ſupremo officio rogo: nulli reliquias meas commendo. Ne quis inſepultus eſſet, rerum natura proſpexit. Quem ſævitia proiecerit, dies condet. Diſsertè Mæcenas ait:*

*Ludicra de cura ſepulchri.*

*Nec tumulum curo. Sepelit natura relictos.*

*Apud Etoni cos.*

*Altè cinctam putes dixiſſe.* Altè, barbate magiſter? Potiùs ludicrè: quod celebras altum, eſt amentis ratiocinium. Eadem invenies apud Eraſmum lib. 3. *Apophthegm.* 24. de Diogene Cinic. & lib. 8. *Apophth.* 51. de Catone ſeniore: de Socrate apud Platonem in *Phædone*: de Theodoro Cyrenæo apud Cicer. lib. 3. *Tuſcul.* & etiam apud Senecam de *Tranquill. animi*, cap. 14. Plura in Cæſarem, humari, vel comburi interdicentem pugnâ Pharſalicâ interemptos, dicit Lucanus lib. 7. à v. 809.

*Nil agis hæc ira: tibes ne cadavera ſolvat*
*An rogus, aut refert: placido natura recepit at*
*Cuncta ſinu, ſinemque ſui ſibi corpora debent.*
*Hos Cæſar, populos ſi nunc non uſſerit ignis,*
*Vret cum terris, uret cum gurgite ponti.*
*Communis mundo ſupereſt rogus, oſſibus aſtra.*
*Libera fortunæ mors eſt: capit omnia tellus*
*Quæ genuit. Cœlo tegitur, qui non habet urnam.*

Lucan.

Marc. Seneca.

Marcus Seneca etiam cogitationi ſubſcripſit lib. 18. *Controv.* 4. ubi: *Omnibus natura ſepulturam dedit. Naufragos idem fluctus qui expulit, ſepelit. Suffixorum corpora cruci bus in*



*ſepulturam ſuam deſtuunt. Eos qui vivi uruntur, pœna funerat.* Hoc totum Stoicum, ni ſenſu quo Auguſtinus diſſerit lib. 1. de *Civit. Dei* cap. 12. cuius mentem diſtichо expreſsit Franc. Petrarcha lib. 2. de *Remediis utriuſque Fort.* Dialog. 132.

*Non ſis ſolicitus, quo tu condare ſepulchro,*
*Cum tua ſit tandem reſtituenda caro.*

Petrarch.

*Neque ideo* (inſit Auguſtinus ibid. cap. 13.) *contemnenda, & abijcienda ſunt corpora ſanctorum, maximèque iuſtorum, atque fidelium, quibus tamquàm organis, & vaſis ad omnia bona opera ſanctius uſus eſt ſpiritus: Deo placent huiuſmodi officia, propter fidem reſurrectionis aſtruendam.* Abraham ergo ut mulceret cives, inter quos longo tempore degerat, in conceſsionem ſepulturæ, quam emit poſteà à filijs Seor (nec miteris, quod ab Stephano Actor. 7. 16. dicatur à *filijs Hemor*, quippe binominis fuit) dixit ad illos: *Advena & peregrinus ſum apud vos: date mihi ius ſepulchri vobiſcum, ut ſepeliam mortuum meum. Ius* enim dicit *ſepulchri*, & meditanter. *Allegat manſionem* (ſubdit Oleaſter hic) *ut oſtendat ſe iure petere ſepulturam inter eos: ſiquidem diu fuerat moratus vivus inter eos ac ſi diceret: Recipite inter veſtros mortuum meum, quod vivum inter vos admittere dignati eſtis.* Iurè igitur dicitur peregrinus, qui nec terram habebat in ſepulturam.

*Cur dicitur ius ſepulchri?*

Oleaſt.

3 *Advena & peregrinus.* Huiuſmodi periodus itidem in Scriptura occurrit. Pſalm. 38. 13. *Advena ſum apud te, & peregrinus.* Exod. 2. 22. & 18. 3. *Advena fui in terra aliena.* Levit. 16. 29. *Advena, qui peregrinatur inter vos.* Idem cap. 17. 8. Numer. 9. 14. 15. 26-35. 15. *Alienigena, qui non eſt de populo tuo.* 3. Reg. 8. 41. *Ut eruaris à muliere aliena, & ab extranea.* Prov. 2. 16. *Mittam te & matrem tuam in terram alienam, in qua nati non eſtis.* Ierem. 22. 26. *Hoſpites & advenæ.* Epheſ. 2. 19. *Advenæ & peregrini.* 1. Petr. 2. 11. Sic enim alia Tautologiæ affinia.

*Tautologiæ affines.*

4 *Advena* interdùm ſumitur pro extraneo, licèt ſit de eodem populo: qui quidem propriè dicitur Alienigena, ideſt, alterius generis, vel familiæ. Ovidius lib. 13. *Metamorph. Fabul.* 1. *Alienæ nomina gentis.* & Plautus in *Epidic.* Act. 4. Scen. 2. v. 5.

*Alienigena, pro non cognato.*

——— *Cur non, quæ ex te nata ſit?*
*Neque ſcio, neque novi, neque ego hanc oculis vidi ante hunc diem.*
*Quid? ergo lenocinium facio? Quid habeam alienos domi?*

Plauton.

*Alienos*, quaſi ex alio ſanguine vel ſemine. Unde Lucretius lib. 5. de *Rer. natur.* v. 875. de Centauris dicit

——— *Neque Centauri fuerant, neque tempore in ullo*
*Eſſe queunt duplici natura, & corpore bino*
*Ex alienigenis membris compacta poteſtas,*

Lucret.

Et Ovidius ubi ſupr. *lib.* 10. *Fabul.* 9. de Myrrha depereunte parentem;

*Me miſeram, quòd non naſci mihi contigit illic,*
*Fortunæque loci lædor. Quid in ita revolvor?*
*Nunc quia iam meus eſt, non eſt meus: ipſaque damno*
*Eſt mihi proximitas, aliena potentior eſſem.*

Ovid.

*Aliena*, quaſi non ex familia, cognatione, ſed aliunde fata. Quapropter qui non ex genere, dicuntur *Hæredes extranei* apud Suetonium in *Claud.* cap. 4. Qui non ita, dicuntur *Domeſtici*: igitur intra familiam, ut dicitur Epheſ. 2. 19. *Ergo iam non eſtis hoſpites, & advenæ, ſed eſtis cives ſanctorum & domeſtici Dei*: dicunturque domeſtici, eò quòd apud Hebræos pro *Intra*, dicitur *à domo.* Unde ad illud Exod. 25. 11. *Deaurabis eam auro mundiſſimo intùs, & foris.* Hebr. *E domo & extrà.*

*Hæredes extranei quid?*

*Qui dicantur domeſtici?*

5 Etiam *Advena* accipitur pro peregrino, ſeu hoſpite, ideſt, alterius regionis ſolo, qui caſu, vel aliquo intuitu in alienam patriam advenit. Quare 3. Reg. 8. 41. dicitur *Alienigena* (qui 2. Paralip. 6. 32. dicitur *Externus*) *qui non eſt de populo tuo.* & Act. 2. 10. *Advenæ Romani*, ideſt qui ex urbe Heroſolymam venerant religionis, vel ſtudiorum cauſa. Quid quod facerent Indæi Romæ degentes, ſi faciebant ſæpe Gentiles? Conſtat ex libris Machabæorum & Ioann. 12. 20. *Erant autem quidam Gentiles, ex his qui aſcenderant, ut adorarent in die feſto.* & Act. 8. 27. *Ecce vir Æthiops, eunuchus potens Candacis Reginæ Æthiopum, qui erat ſuper omnes gazas eius, venerat adorare in Ieruſalem.* Haud quia proſelytus eſſet, ſed ratione magnifici cultus unius Dei (quem multi Gentiles credebant) in templo Ieroſolymirano per totum orbem ſpectatiſsimo.

*Advena pro hoſpite & peregrino.*

6 Etiam *Advena* accipitur pro adventitio incola, qui propriè alienus, vel qui ire belli captus transfertur in patriam victoris. Ideo Pſalm. 136. 4. Terra Babylonis dicitur *Terra aliena:* quod quidem promitur à Ieremia cap. 22. 26. *In terram alienam, in qua nati*

*Pro adventitio.*

non

*non estis.* Plautus in *Captiv.* Act. 3. Scen. 2. quia iure belli captos, hos vocat alienos.

*Quibus sui nil est, alienos mancupatis,*
*Alienos manuducitis, alienisque imperatis.*

Unde adventitius dicitur *Accola, Incola*, vel *Inquilinus*: quo sensu Levit. 20. 2. 22. 18. dicitur: *Advena qui habitant in Israël*, vel *inter vos* qui in aliena regione domicilia eligunt, & ferè signatur, ut distinguantur, unde venerint: *Advena Romani: Advena Antiochenus.* Act. 2. 10-6. 5. & Virgilius lib. 1. *Æneid.* v. 16.

Virgil. *Urbs antiqua fuit (Tyrij tenuere coloni)*
*Carthago* &c.

Coloni tam à Græcis, quàm à Latinis dicuntur, qui à patria exeuntes, mutant sedes, & alibi figunt. Aftruit Plutarch. libell. de *Stoicor. repugnantijs*, & signatur Genes. 21. 34. Exod. 12. 49. Isai. 52. 4. & alijs in locis. Ideo extranei, idest, exterranei, quasi ex terra alia. Quo sensu Iuvenal. *Satyr.* 14. v. 187. de Purpura dicit, quia ex Phœnicia: *Peregrina ignotaque nobis.* Hoc est, Romanis.

Iuvenal.

*Advena pro non cive.*

7 Deinde dicitur *Advena*, qui etsi longo tempore in terra aliena habitaverit, civis non est, nec loco, aut urbe donatus, apud Græcos *Apolos* de quo infra. Ex contrapositione Pauli colligitur, igitur advenis opponit cives, dicens cap. 2. *Epist.* ad Ephes. v. 19. *Per ipsum habemus accessum ad Patrem. Ergo iam non estis hospites & advenæ, sed estis cives sanctorum & domestici Dei.* Iccircò dicitur *Inquilinus*, quia domum propriam non habet: *Accola*, quia iuxtà sedet: *Incola*, quia ibi moratur: & *Advena*, quoniam ibi advenit. Unde Ambrosius in Psalm. 38. v. 13. infit: *Alius est incola, alius advena, alius accola: Incola qui de loco est, & genitalem locum incolit: advena qui aliundè venit: accola qui ad tempus colit, & mutatur annorum vicibus.* Res non summi momenti est, siquidem pro eadem significatione ferè huiusmodi voces diversæ. Psalm. 38. 13. ubi: *Advena sum apud te, & peregrinus*: discriminatim accipiuntur, & pro significatione propria legit Rom. Psalter. *Incola*, & Lotin. *Inquilinus.* Plautus etiam distinxit in *Aulular.* Act. Scen. 1. v. 1. & in *Pseudol.* Act. 4. Scen. 7. v. 234.

Ambros. Plauton. *Optati cives populares, incolæ, accolæ, advenæ.*
*Ego hodie peregrinos absolvam, eras agam cum civibus.*

Cicer. Et Cicero pro *Sylla* eodem sensu: *At si tibi nos peregrini videmur, quorum iam & nomen & honos inveteravit, & huic urbi, & hominum famæ, ac sermonibus: quàm tibi illos comparetitores tuos peregrinos videri necesse erit, qui iam ex tota Italia delecti tecum de honore, & de omni dignitate contendunt?*

Prov. 2. 16 8 *Advena*, extranea, aut peregrina dicitur fœmina licèt civis, si meretrix, ut videbimus n. 10. Intelliges modò illud Salomonis Prov. 2. 16. *Ut eruaris à muliere aliena, & ab extranea.* Non extranea, quia alienigena, sed quia alieni, vel non proprij thori, ut dicitur ibid. cap. 22. 14. *Fovea profunda os alienæ, cui iratus est Dominus incidet in eam.* & cap. 23. 27. Clarius. *Fovea enim profunda est meretrix, & puteus angustus aliena.* Explicantur adulterium & fornicatio per Hypocalismum, seu decoram periphrasim, quo schemate quæ obscœna non obscœnè signantur. In Sacra pagina mirabilis est modus explicandi pudicè res inhonestas. Isai. 6. 2. *Duabus velabant pedes eius.* Idem 36. 12. & 4. Reg. 18. 27. *Fœminarum* (ait Paulus ad Rom. 1. 26.) *immutaverunt naturalem usum ::: similiter autem & masculi* &c. Iud. v. 7. *Abeuntes post carnem alteram.* 2. Reg. 11. 4. *Statim sanctificata est ab immunditia sua.* Hinc phrases pudicæ & elegantissimæ: *Fracta sunt mammæ, Subacta ubera, Humiliata est, Nudavit eam, Discooperuit femur virginis, Revelata est turpitudo, Fons sanguinis, Os vulvæ, Ingressus ad eam, Divisisti pedes tuos*: & sic alia. Ita apud Latinos peccatum dicitur *Piaculum*, quia expiari debet.

*Quæ dicatur fœmina aliena, vel extranea?*

*Hypocalismi in Scrip.*

9 Perperam Pagninus in Prov. 23. 33. per *Extraneas*, intelligit visiones, & non fœminas: quasi vi vini non renderent oculi in luxuriem, sed in phantasiæ lasionem. Quapropter Ambrosius lib. de *Elia & ieiun.* cap. 16. infit: *Hinc vanæ imaginationes ebrijs, incerti visus, instabilis gressus; umbras transiliunt sæpe sicut foveas, nutat his cum facie terra, subitò erigi, & inclinari videtur; & quasi vertatur, timentes in faciem ruunt, & solum manibus apprehendunt; aut concurrentibus montibus, sibi videantur includi: murmur in auribus tamquam maris fluctuantis fragor, & resonantia fluctu littora: canes si viderint, leones arbitrantur, & fugiunt; alij risu solvuntur incondito, alij inconsolabili mœrore deplorant, alij cernunt irrationabiles pavores, vigilantes somniant, dormientes litigant.* Hinc morbus Græce *Synchisis*, hoc est, ordinis perturbatio: Hebr. *Halahol.* idest, oppressio luminis, quo qui affecti singula putant videre gemina, quippe acies oculorum divi-

*Turpes effectus ebrietatis.* Ambros.

*Qui morbus.* Halahol.



divisa: de quo Aristoteles Sect. 3. *Probl.* quæst. 10. Hieronym. Fracastorius de *Intellectione*, fol. 193. Toletus lib. 2. de *Anima* quæst. 16. Lactan. Firm. de *Opific. Dei* cap. 9. & Muretus lib. *Var. lect.* cap. 24. Rationem adducit Lucretius lib. 4. de *Rer. natur.* v. 447.

*Causa.* Lucret. *Longè aliam in partem, quàm quo ratione feruntur,*
*At si fortè oculo manus uni subdita subter*
*Pressit, cùm quodam sensu fit uti videantur*
*Omnia, quæ tuimur, fieri tum bina tuendo,*
*Bina lucernarum florentia lumina flammis,*
*Binaque per totas ædis geminata supellex:*
*Et duplices hominum facies & corpora bina.*

Cassandra enthea, seu ebria numine apud Tragicum in *Agamemn.* Act. 3. v. 724.

*Cur ebrijs singula, gemina videantur.* Senec. Virgil. *Sed ecce gemino Sole præfulget dies*
*Geminumque duplices Argos attollit domos.*

Virgilius lib. 4. *Æneid.* v. 469.

Statius. *Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus,*
*Et Solem geminum, & duplices se ostendere Thebas,*

Statius lib. 7. *Thebaidos*, v. 124.

*Si geminos Soles, rituraque fuadeat astra,*
*Aut mutare solum, aut veteres descendere silvas*
*Ah miseri vidisse putent.*

Nonius. Denique Nonius in *Dionysiaca* lib. 15. & 16.

*Putant se oculis duplicem se aquam cernere.*
*Duplicem putabat se paludem magnam cernere,*
*Oculos circum rotans, capite verò gravato*
*Cernebat duplicia iuga montis pascui.*

Haud ita accipiendum est ly *Alienas*, ut notat Hieronymus & Beda hic, cùm non de visis, aut videndis à læsa imaginatione fiat sermo, sed de crapulatis à vino, ne videant alienas fœminas lasivo oculo, quippe vinum lac Veneris, ut late diseruimus hic *Tautolog.* 4. in *Expositi. litter.*

*Peregrinæ vocabantur meretrices.* 10 Peregrinæ igitur vocabantur meretrices etiam apud Profanos, quoniam sicut advenæ & hospites in diversorijs sunt, ita illæ olim. Ideo *Prostibulæ* dicebantur, idest, pro stabulis (conflat vox ex Scriptura: igitur Iosue 2. 1. *Meretrix* vocatur Rahab, non sumpta voce pro prostibulo, sed pro caupone, aut stabulariæ ministerio) Plautus in *Menæchmis*, Act. 5. Scen. 7. v. 58. pro, Hue divertam, vel hoc gaudebo hospitio, dixit:

*Meretrix pro caupona.* Plaut. *Nunc ibo intrò ad hanc meretricem.*

Horatius adulteram Helenam vocat *Fœminam peregrinam*: canit namque lib. 3. *Carm.* Od. 3. v. 18.

Horat. ——— *Ilion, Ilion*
*Fatalis incestusque iudex*
*Et mulier peregrina vertit in pulverem.*

Terentius in *Andr.* Act. 1. Scen. 1. v. 118. & Act. 3. Scen. 1. v. 114.

Terent. *Indignum facinus, comperisse, Pamphilum*
*Pro uxore habere hanc peregrinam.*
*Adeo ne est demens ex peregrina?*

Hoc est, *ut filium suscipiat de meretrice*: mulieres enim peregrinæ, inhonestæ ac meretrices habebantur: ait hic Donatus, cui suffragantur Delrius in *Medeam* Senecæ v. 115. Frideric. Taubm. in *Truculent.* Plaut. Act. 2. Scen. 2. v. 14. aliique plures. Quo sensu viri conjugati, qui relicto legitimo thoro, ardent fœminas, dicuntur alieni, & peregrini. Seneca in *Medea*, ubi dudum, quia repudiata Medeà, Creusam duxit Iason, eum signat peregrinum:

Donat. *Qui vir alienus* Senec. *Si qua peregrino nubit fugitiva marito.*

Idem. Etin *Hercul. furent.* Act. 1. v. 2. Iuno de adultero Iove, sic queritur:

*Soror tonantis, semper alienum Iovem*
*Ac templa summi vidua deserui æthereis,*
*Locumque cælo pulsa, pellicibus dedi.*

*Expositi prima.* 11 Modò ad principale testimonium. *Advena & peregrinus.* Absurda videtur (quæ aliquibus arridet) causa petitionis terræ sepulchralis, eò quod præcipua monumenta non advenis & peregrinis, sed civibus tantùm essent destinata; cùm in sepulturam peregrinorum solummodò concederentur à civibus cœmeteria. Ita videbitur neciens proprietatem verborum in Hebræo: siquidem pro *Advena*, non *Ger* (ut patet in nomine *Gersam*) sed

Hebr. Caetan.

*Toſſab*, quod ſignificat habitationis diuturnitatem, licèt habitator eſſet peregrinus, vel exoticus. Dic q. d. advena eſtò, habitavi inter vos: ius eſt; ut etiam habeam ius ſepulchri inter vos, dum tanto tempore converſatus ſum vobiſcum. Favet lectio Hebr. *Vobiſcum morans & vivens.* Caietan. *Habitans, & ſedens ego vobiſcum.* Non idem ſignificant *Advena, & Peregrinus.* Non eſt peregrinus, omnis advena, eſt advena qui peregrinus: quippe peregrinus eſt, quicumque extra patriam: advena verò, qui extra patriam, verum habitans electione in terra aliena, ut patria ſit ubicumque bene eſt. Hiſpani Advenam appellant *Advenedizo*: peregrinum autem *Paſſagero.* Quod quidem etiam oſtendit Scriptura: etenim diſcernit advenas habitatores, & peregrinos advenientes. Levit. 16. 29. 17. 8. 10. dicitur: *Advena, qui peregrinantur.* & cap. 20. 2. 22. 18. *Advenæ qui habitant*: patente diſcrimine inter advenas ibi habitatores, & advenas peregrinantes. Senſus igitur Abrahæ periodi, quod ſciam, erit: licèt ex alia regione, peregrinas adveni ad vos, non ad aliosideoque concedite mihi ius ſepulchri, quaſi hoſpiti, qui malum nemini veſtrum feci, &diu vobiſcum ſine querela habitavi.

Non eſt idē Advena & peregrinus

Expoſitio ſecunda.

12 Iuxta hunc ſenſum erit ſecunda interpretatio. *Advena & peregrinus ſum*, ſed *apud vos.* Gratia utique ſepultura peregrinis, cæterum quaſi ius advenis. Non tantum peregrinus erat Abraham, ſed advena; ſcilicet, accola; & ut legit Samarit. *Peregrinus & inquilinus. Et* pro *Tamen*, *Nihilominus*, vel *Sed* adverſativo, quod in Scriptura identidem obvium. Pſalm. 37. 12. *Amici mei, & proximi mei adverſum me appropinquaverunt, & ſteterunt*: ideſt *ſed ſteterunt.* Pſalm. 117. 13. *Impulſus everſus ſum ut caderem*, & (ſed) *Dominus ſuſcepit me.* Verſ. 18. *Caſtigans caſtigavit me Dominus*, & (ſed) *morti non tradidit me.* Iſai. 64. 5. *Peccavimus: in ipſis fuimus ſemper*, & (ſed, tamen, nihilominùs) *ſalvabimur.* Similiter intelligendum de Abrahamo: Advena ſum, ſed licet peregrinus, tamen apud vos, vel vobiſcum ſum: congruum igitur videtur, ut qui quietè inter vos vixit, etiam poſt mortem inter vos quieſcat.

Et pro Tamen, Sed &c.

Ius civium erat, ut ſepulchra mortuis concederentur inter cives, ni aliquo ſcelere, ſepulturæ abijcerentur indigni. Multi advenarum ſunt civitate donati, vel quia de Republica bene, ac præclarè meriti, vel propter converſationem habitationis diuturnæ. Advena civilitate dignatus habebat ius ſepulchri inter cives cum alijs muneribus conceſſæ civilitatis. Hoc non gaudebat Abraham privilegio, & petit ius ſepulchri, vel emit, quia cum illis uti idololatris nihil volebat habere commune. Ideo petit, non ſepulchrum, ſed ius ſepulchri.

Ius civium habent ſepulchra communia.

Cur Abraham non petit ſimulchra ſed ius ſepulchri?

13 Altiori ſenſu poteſt intelligi de viro ita veraci & eximio, quatenùs minimè intenderet eos fallere adhuc, petito pro cadavere iure ſepulchri. *Advena & peregrinus ſum apud vos.* Gratiam enim iuris ſepulchri quaſi civis petebat, haud quia volebat eſſe, vel conceſſo iure, civis. Peregrini adveniunt, poſt, advenæ fiunt, ac deinde meritis civilitate donantur. Ego autem non ſic, quia non habeo decretam manſionem: ideòque non dicit: *Peregrinus & advena*; *ſed advena & peregrinus*: videlicet, adhuc hic habitando, peregrinus ſum. Singulariter ſum ego, donec tranſeam. Advena ex peregrino factus ſum apud vos, & adhuc ſum peregrinus, quippe hic haud manebo, ſed alio præcepto Domini migrabo, ſicut huc adveni ex Ur Chaldæorum. Hinc Paulus Hebr. 11. 13. vocat Patriarchas *peregrinos, & hoſpites*, quippe hic non habebant manentem civitatem. Manet hoſpes quantum opus eſt in loco, poſtque alio quò tendit, demigrat. Ita illi, uti ibidem inter Doctor Gentium, non acceptis repromiſſionibus, à longè ſalutantes terram viventium, defuncti ſunt. *Qui enim hæc dicunt* (ait) *ſignificant, ſe patriam inquirere: & ſi quidem ipſius meminiſſent, de qua exierunt*; *nunc autem meliorem appetunt, ideſt cœleſtem.* Videſis Ambroſium de *Bono mortis* cap. 2.

Tertia expoſitio.

Hebr.

14 Ut perſpicue conſtet ſenſus, ſciendum eſt, civilitatem iuxta Ariſtotelem lib. 3. *Politicor.* cap. 1. ubi de civilitate plura, ſtare in eo, quòd habitator vel indigena habeat in Republica vocem activam & paſſivam: ideo dicit: *Civis ſimpliciter nulla alia re definitur magis, quàm participatione poteſtatis publicæ iudicandi, & decernendi: aliàs qui eſſent in civitate eſſent omnes cives. Habitatio enim civem non facit, nam hoc modo peregrini qui circa nos habitant, & ſervi cives eſſent.* Eàdem nota cives & peregrinos, aut advenas diſcriminavit Cicero pro *Rabir.* & pro *Sylla*, ut vidimus num. 7. Inter alia privilegia, maximè Romanorum Civium erat ius ſepulchri. Conſule Arnold. Clapmarium lib. 3. de *Arcan.* Rer. publ. cap. 23. Richard. Zoucheum in *Elem. Iuriſprud.* part. 3. ſect. 1. Barnab. Briſſonium lib. 1. *Select. ex iure civ.* cap. 13. & late tractantem Cardin. Tuſcum *Conſil.* 274. uſque ad 284. ni civis eſſet homicida, vel alio crimine affectus. Unde *illud apud declamatores* (ait Ludovicus Vives in cap. 12. lib. 1. Auguſt. de *Civ. Dei*) *qui parentes in calamitatibus deſeruerit, inſepultus abijciatur: qui ſanctas mortis in ſenatu non rediderit, inſepultus abijciatur: homicida inſepultus abijciatur.* Conſtat ex Marc. Senec. lib. 8. *Contr.* 4. & Ælian. de *Var. hiſt.* lib. 4. cap. 7.

Iu qui ſtat civilitatē

Ariſtot.

Cicer.



Lud. Viv. *Qui privandus ſepultura.*

15 Huiuſmodi civilitatem emebant plures (alijs ob merita uti diximus num. 12. concedebatur gratis, vel in præmium: quapropter Cicero pro Cornel. Balbo: *Servos* (ait) *de republica perſæpe libertate, ideſt, civitate publicè donari vidimus*) uti patet Act. 22. à v. 27. ubi Paulo, qui civis Romanus natus erat, *accedens tribunus dixit*: *Dic mihi ſi tu Romanus eſt*: *At ille dixit*: *Etiam. Et reſpondit tribunus, Ego multa ſumma civilitatem hanc conſecutus ſum.* Hinc Cicero 2. in *Catilin.* ait: *Civium duo genera, ut quidam nati, alij ſint civitate donati.* Alij habebant huiuſmodi privilegia, quoniam vivebant in colonijs. Coloniæ aliæ Latinæ, aliæ civium Romanorum; quippe ibi cives, ut eſſent propugnacula Imperij inter exteros, licèt privilegio tantùm cives Romani: etenim civitate donati habebant ius Latij, ut iurè petere poſſint magiſtratus in urbe: eratque quaſi communio privilegiorum, ut longè latèque extenderetur imperium. Ita arbitror intelligi debere, quoties in Scriptura dicitur: *Filia Sydonis, Filia Tyri, filia Babylonis* &c. quaſi eſſent illæ civitates coloniæ cum honore civium, regiam civitatem habitantium. De quo iure vidè plura (quippe niſi obiter importunum omninò, & lata provincia) apud Alex. ab Alexandr. lib. 3. *Genial. Dier.* cap. 21. & 22. & lib. 4. cap. 10. Andr. Tiraquell. hic, Cælium Rhodig. *Lect. Antiq.* lib. 25. cap. 23. & lib. 28. cap. 22. ac Roſin. de *Antiq. Rom.* lib. 6. cap. 20. & pluribus alijs in locis: demumque Dempt. hic lib. 1. cap. 13. Patet votum Abrahæ: Date igitur mihi ius ſepulchri, licèt civis non ſim, quaſi civis eſſem: alia autem civium privilegia nolo. Advena ſum ſemper, & peregrinus apud vos. Vobiſcum manebo inquilinus, ſed peregrinus ſemper, quia non poſſum eſſe civis vobiſcum.

Cicer.

Act.

Cic.

*Qui cives nati & donati? Quæ iur Latij?*

*Diſcrimen coloniarum.*

16 Alia cogito, & forsàn non abs re. Olim erat ſepulchrum temporarium, & ſepulchrum æternum. Temporarium dicebatur, quo condebatur cadaver; cuius oſſa poſteà alibi collocabantur: æternum autem, ubi in perpetuum quieſcebant. Sidon. Apollin. lib. 2. Epiſt. 8. *Oſſa transferre inconſulto ſacrorum rege, aut pontifice, nefas erat: non quòd corpora non reſurgant, ut quibuſdam impiè perſuaſum, ſed ut diſcrimen ſit inter temporarium ſepulchrum & æternum.* Aſtruit etiam Paulus IC. lib. 1. *Receptar. ſententiar.* tit. ult. *Qui corpus perpetuæ ſepulturæ traditum, vel ad tempus alicui loco commendatum nudaverit, & Solis radijs oſtenderit, piaculum committit.* Conſtat etiam ex C. Plin. iun. lib. 10. *Epiſt.* 73. & ex reſponſione Traiani *Epiſt.* 7. Hinc ſepulchra vocantur defunctorum ſedes (modò etiam apud Catholicos Eccleſiæ maximè cathedrales *Sedes* dicuntur) quare Claudian. de *Bell. Getic.* v. 101.

*Quarta expoſitio.*

*Quid ſepulchrum æternum & temporarium.*

Sid. Apoll.

Paul. *Sepulchra cum diſta ſedes?*

Claud.

*——— Delubra Numæ, ſedemque Quirini.*

Virgilius lib. 6. *Æneid.* ſæpè iterat phraſem. v. 151. 326. 370.

Virgil.

*Sedibus hunc refert ante ſuis, & conde ſepulchro.*
*——— Hi quos vehit unda, ſepulti,*
*Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta*
*Transportare prius, quàm ſedibus oſſa quierunt.*
*Da dextram miſero, & tecum me tolle per undas*
*Sedibus ut ſaltem placidis in morte quieſcam,*

Statius lib. 4. *Thebaid.* v. 381.

Stat.

*——— Ipſe etiam melior cum ſanguis opertas*
*Inſpexi ſedes.*

Unde mos lamentationis, ut in parentalijs, qui mœſti ſederent; ſicut qui adorabant, ſtarent, uti nota Briſſonius ubi ſupr. *lib.* 3. Apud Poëtas magna ſeges. Martial. lib. 2. *Epigram.* 41.

*Olim plangentes ſedebant, adorantes ſtabant.*

Martial.

*Te mœſtæ decet aſſidere matri*
*Lugentique virum, piumque fratrem.*

Idem profert lib. 8. *Epigram.* 57. & Statius lib. 5. *Silvar.* v. 65.

Stat.

*Cur magis inceſſat Superos, & ſæva ſororum*
*Stamina, quæ tepido genitrix ſuper aggere natæ*
*Orba ſedet.*

Tibullus lib. 2. Eleg. 7. & Propert. lib. 3. Eleg. 15.

Tibull.

*Illius ad tumulum fugiam, ſupplexque ſedebo,*
*Et mea cum muto fata querar cinere,*

Properti. *Adfer huc unguenta mihi, sertisque sepulchrum*
*Ornabit custos, ad mea busta sedens.*

Vide plura attestantia apud Passeratium his locis, & Turnebum in *Adversar.* lib. 22. cap. 3. etiam videtur stylus in Sacra pagina. Matth. 27. 61. *Erat ibi Maria Magdalene, & altera Maria sedentes contra sepulchrum.*

Matth.

Quinta expositio. 17 Hinc patet, quid petat Abraham. Haud optat sepulturam communem, sed portionem telluris, ad quam ius venditionis lege habeat, ita ut nemo civium ibi sepeliri possit. *Olim qui locupletes erant* (ait Turnebus in *Adversar.* lib. 5. cap. 16.) *in suis fundis aliquid loci sepulturæ posuere, ut privata haberent ibi sepulchra sibi, familiæque sue, aut heredibus. Plebi quæ agris, fundisque carebat in loco aliquo communi sepulturæ destinato humabatur, sepulchrumque commune vocabatur* Ita Horatius lib. 1. *Satyr.* 8. v. 10.

Turneb.

Horat. Qui sepulchrum sami liaret *Hoc miseræ plebi stabat commune sepulcrum.*

Cuius meminere Catullus, & Lucretius. Huic ergo oppositum *Sepulchrum familiare, Cognatæ umbræ, Cognati rogi*, uti sæpe loquuntur Poetæ, quod clarius expressit Cains IC. leg. *Familiaria*, ff. de *Religion. & sumpt. fun. Familiaria* (ait) *sepulchra, quæ quis sibi, familiæque suæ constituit. Hæreditaria, quæ heredibus.* Hoc sepulchrum desiderabat, & huiusmodi iure Patriarcha Abrahamus, ut suæ coniugi modò, pòst sibi, hæredibusque deserviret. Unde dicitur v. ult. *Confirmatus est ager & antrum, quod erat in eo, Abrahæ in possessionem monumenti à filiis Heth.* Hunc locum Abraham elegit, quippe ibi sepultus erat Adam, ut placet multis. Astruit Petrus Comest. *Hist. Scholast. Genes.* cap. 39. Moyses Barceph. de *Paradis.* Mendoz. tom. 2. in lib. *Reg.* cap. 4. v. 11. Salian. *Ann. mund.* 930. quia apud Hebræos inolevit traditio, Noemum sepelisse in Hebron ossa Adami, in arcam illata, ne illuvione illa aquarum in terra corrumperentur, perirent ve, & etiam ut præsidium essent eiusdem arcæ, & in ea degentium, & cum ea fluctuantium.

Vbi sepultus Adamus?

Eius ossa illata in arcam Noe.

18 Claret ex dictis olim ferè in agris, seu extra oppida fuisse sepulchra. De Eliseï tumulo, & aliorum dicitur 4. *Reg.* 13. 21. de Iosue *cap.* 24. 30. de Christi sepulchro. *Matth.* 27. 60. & *Ioann.* 19. 41. & ut constet amplius mos, cùm Servator N. Naim introiret, *Ecce* (inquit Lucas cap. 7. 12.) *defunctus efferebatur filius unicus matris suæ.* Matth. 27. 52. 53. *Monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt, & exeuntes de monumentis post resurrectionem eius, venerunt in sanctam civitatem.* Non venirent, si in civitate quiescerent. Quo intelliges illud Iobi 3. 13. *Nunc enim dormirens silerem, & somno meo requiescerem cum regibus & consulibus terræ, qui ædificant sibi solitudines.* Apud Ethnicos etiam usitatum, ut constat testimonijs præfatis, & latè tractat Rosin. de *Antiq. Rom.* lib. 5. cap. 39. & Dempst. hic, ex leg. 2. XII. Tabul. *Hominem mortuum in urbe ne sepelito, neve urito.* Qui mos tandem exoleuit, maximè erga Principum cadavera, quod etiam aliquando valuit inter Hebræos 3. Reg. 2. 20. 11. 43. alijsque locis, uti diximus *Tautol. antec.* in *Expositi. litt.* n. 33.

Olim extra urbes sepulchra.

...am apud Etnicos.

19 Similiter claret, sepulchra Antiquorum fuisse amplissima. Diciturque duplex spelunca, quàm emit Abrahamus cum antro, quia erat concamerata cadaveribus virorum, & fœminarum: quod signare videtur Iacobus moriens, Genes. 49. à num. 29. *Sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici, quæ est in agro Ephron Hethæi, quam emit Abraham in possessionem sepulchri. Ibi sepelierunt eum, & Saram uxorem eius: ibi sepultus est Isaac cum Rebecca coniuge sua: ibi & Lia condita iacet.* Amplitudo describitur sepulchrorum Principum 1. Mach. 13. 27. Apud exteras nationes frequens, ut patet ex Regum Ægyptiorum pyramidibus. Vide Plinium *lib.* 36. *cap.* 13. & 15. & Athanas. Kircher. in *Obelisc. Pamphil.* Quàm ampla fuerit apud Troianos habitatio sepulchrorum, designatur ab Andromacha coniuge Hectoris, quæ ut Astyanata ex Hectore filium à cæde Græcorum servaret, in sepulchro patris absconditi, illum alloquens apud Tragicum in *Troad.* Act. 4. v. 507.

Sepulchra olim amplissima.

Vel apud Gentes.

——— *Cedendum est malis:*
*Sanctas parentis conditi sedes, age:*
*Aude subire. Fata si miseros iuvant,*
*Habes salutem: fata si vitam negant,*
*Habes sepulchrum. Claustra commissam tegunt.*

Senec.

20 Huiusmodi erat spelunca sepulchralis amplitudo, quam emit Abraham cùm agro, ut vel in sepulchro cum Hethæis nihil vel post mortem haberet commune, qui discreti erant moribus & religione. Hinc prævaluit odium Hebræorum erga communia sepulchra: ideo ab illis statutum solum certum in sepulturam peregrinorum. Ita enim odiosam habebant, ut par erat, viam Gentium. Iura civitatis longè ab illis, etsi proselytis, nisi aliquibus conditionibus, quas videris apud Stephan. Menoch. de *Republ. Hebr.* lib. 1. cap. 3. Inter alia (cætera nostra argumento importuna) erat expulsio Eunuchorum à munere publico, vel iure civilitatis, quoad civium legitimum regimen, vel Reipublicæ moderamen: ita igitur intelligendum, dum arcentur ab Ecclesia, Deuter. 23. 1. *Non intrabit eunuchus in Ecclesiam Domini. Ecclesia*, ideſt, conventus publici: quippe à capessenda religione nemo ex gentibus arcebatur. Quo claret, quomodò accipiendum sit illud ibid. de manzere, notho, seu de scorto nato, non admittendo in Ecclesiam, nisi post decimam generationem; & de Ammonitis, & Moäbitis etiam post generationem decimam: quandoquidem multi ex gentibus amplexi sunt religionem (ut constat ex libro Iudith de Achior) quorum conversioni anxiè incumbebant Iudæi, ut dixit Christus Dominus, Matth. 23. 15. Non ergo intelligenda est Ecclesia pro templo Ierosolymitano, uti Thren. 1. 10. *Vidit gentes ingressas Sanctuarium suum, de quibus præceperas, ne intrarent in Ecclesiam tuam.* Vide D. Thom. 1. 2. q. 105. art. 3.

*Eunuchi excludebant civili statu apud Hebræos.*

*Et etiam proselyti.*

21 Exponetur iam proclivè testimonium Isaiæ: *Non dicat filius advenæ, qui adhæret Domino, dicens: Separatione dividet me Dominus à populo suo. Et non dicat Eunuchus: Ecce ego lignum aridum.* De Eunuchis legem vidimus: de advenis, estò proselytis astruit Serarius in *Ruth.* cap. 1. quæst. 33. & Lorinus in *Exod.* 12. 48. siquidem licèt conferentur cum Israëlitis, qui ex Abrahamo orti, quoad sacra, non autem quoad publica munera. Ingressum habebant in atrium Israëlitarum, expiationes, purificationes, & cætera huiusmodi, non verò optabant, nisi post tempus, ut vidimus num. antec. in assumptionem ad magistratus, & reipublicæ honores: quod quidem etiam cautum in primitiva Ecclesia, ut dicit Apostolus 1. Tim. 3. 6. de Episcopi electione: *Non neophytum: ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli.* Aliter enim fundanda erat Ecclesia, quàm Synagoga: quippe omnis qui credit in Deum non confundetur: non enim est distinctio Iudæi & Græci, nam idem Dominus omnium. Fecit Christus lapis angularis utraque unum, ut ex utroque populo sicut erat unus pastor, fieret unum ovile. Hic per filium advenæ, & eunuchum gentilis populus intelligitur, ut notat Doctiss. Sanctius num. 5. qui minimè separatione dividendus, licèt fuisset lignum sterile bonorum operum: siquidem sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios, infirmata est. Eunuchis, & filijs advenæ *dabo*, dicit Dominus, *in domo mea & in muris meis locum: & adducam eos in montem sanctum meum, & lætificabo eos in domo orationis meæ: holocausta eorum, & victimæ eorum placebunt mihi super altari meo.*

Isai. 56. 3.

*Eorum discrimen in civilitate Iudæorum.*

*Gentilitas aliquando ad Ecclesiã vocanda.*

22 *Separatione dividet me.* Huiusmodi locutio est Hebraismus, quo signatur certitudo decreti. Ideſt, Profectò, Sanè dividet me. Nomen pro adverbio, ut sæpe vidimus: testimonijs parco, quia vidimus sæpe. *Prolog. Galeat. §. 4. num. 4. hic Tautol. 1. Expositi. litt.* num. 8. *Tautolog. 4. Expositi. litt. 7. Tautolog. 5. Expositi. litt.* num. 10. & alijs in locis. Potest etiam exponi, quatenus geminatio significet diuturnum tempus, & tunc sensus erit: Non dicat Advena, nec Eunuchus, in perpetuum separabimur à populo sancto, & dividemur ab Ecclesia, sicut factum in Synagoga, alij ut Ægyptij, & Idumæi usque ad tertiam generationem: manzer usque ad decimam: Eunuchus, Ammonites, & Moäbites etiam post hoc tempus. Ita lege latum Deuter. 23. 1. 2. 3. 7.

*Verba pro Ad verbijs.*

23 Sæpe etiam admonui, quàm usitatam Exergasiam in Scriptura. *Tom. 1. Tautol. 6. Expositi. litt.* num. 37. & hic *Tautolog. 2. Expositi. litt.* num. 11. *Tautolog. 6. Expositi. litt.* num. 32. quo schemate claresit prima secunda periodo: igitur ibi exponitur causa ex qua oritur prima sententia, & ita claret sensus Tautologiarum. Levit. 16. 29. *Advena, qui peregrinatur inter vos*: ubi subintelligitur *Ideſt.* q. d. *Advena, ideſt, qui peregrinatur inter vos.* 3. Reg. 8. 41. *Alienigena, qui non est de populo tuo.* 2. Paralip. 6. 32. *Externum quoque* (nimirum) *qui non est de populo tuo.* Psalm. 38. 13. *Advena sum apud te, & (scilicet) peregrinus.* Ierem. 22. 26. *In terram alienam* (hoc est) *in qua nati non estis.* Prov. 2. 16. *Ut eruaris à muliere aliena & (putà) ab extranea.* Seneca Exergasia usus est: igitur in *Hercul. Furent.* Act. 2. v. 269. canit:

*Exergasia in Scriptura.*

*Exulem, suis carentem finibus.*

Caret q. d. suis finibus: ideo exul. Ita Abraham: *Advena & (ideſt) peregrinus sum apud vos.* Demùm Exod. 2. 22. & 18. 3. *Advena fui in terra aliena*: ideſt, fui in terra aliena, ideo advena. In Hebræo non est *in terra aliena*, sed tantùm, *Advena fui*: igitur *Gersam* significat *Advena ibi.*

*Relationem copulativum interdum pro Id est.*

24 Pro quo sciendum est, in Scriptura interdùm inveniri non nomina, sed in-

ter-

*Sæpe interpretationes pro nominibus, & contrà.*

terpretationes, ut *Pax* pro *Salem*, de quo egimus latè *Tautolog.* 3. in *Expositi. litt.* num. 19. 20. & 21. interdùm nomina & interpretationes, ut *Etiam Amen*; & alia sic, uti notavimus *Tautolog.* 5. in *Expositi. litt.* num. 23. quapropter dicitur *Advena in terra aliena.* Ideſt, *Gerſam*, quod ſignificat *Advenam*, vel *qui eſt in terra aliena.* Hinc ſenſus: Filium, *Gerſam* ſive *advenam* vocavit, quippe genuit eum in terra aliena; vel quia habuit advena. Hic ſtylus floret ſæpe in ſolijs ſactis, & præter alibi dicta, lucet 4. Reg. 20. 14. ubi Ezechias dixit Iſaiæ de legatis Regis Berodac: *De terra longinqua venerunt ad me, de Babylone.* Non de terra longinqua & Babylone: ſed de terra longinqua, ſcilicet, Babylone. Pſalm. 17. 1. & 2. Reg. 22. 1. *In die qua liberavit eum Dominus de manu omnium inimicorum ſuorum, & de manu Saul.* Ideſt, de manu Saul, in quo erant & propter quem omnes inimici David. Sic alia. Non ſecus intelligendum eſt *Advena*, ideſt, *in terra aliena.*

*De pro Ideſt.*

*Verſiones*

25 Verſiones ergo exhibendæ præcipui huius Tautologiæ teſtimonij. *Advena & peregrinus ſum apud vos.* Hebr. *Vobiſcum diu degens.* Perſic. *Peregrinus & hoſpes ſum apud vos.* Rab. Ionath. *Peregrinus & advena ego vobiſcum.* Samaritan. *Peregrinus, & inquilinus ſum vobiſcum.* Syr. *Hoſpes apud vos.* Caietan. *Habitans & ſedens ego vobiſcum:* denique Oleaſt. *Peregrinus & diu habitans ſui apud vos.* Ad inſtructionem igitur morum contemplemur arcanum huius peregrinationis, ut vel dum in mundo ſumus converſatio noſtra ſit in cœlis.

## ADINATON EXEGETICUM.

1. *Advena ſum, & peregrinus.* Magis peregrinum in humana natura, incola & advena: igitur non eſt, ubi eſt, ſed ubi habitare vult.
2. *Advena, & peregrinus.* Virtutis ſanè perfectio, ubi in peregrinatione videtur peregrinatio.
3. *Advena, & peregrinus.* Telluris utique renunciatio glorioſa, dum corpus mortuum nec terram poſsidet in ſepulturam.
4. *Advena, & peregrinus.* Amplior ſingularitate perfectio, ubi inter homines peregrinus homo.
5. *Advena & peregrinus apud vos.* Homo ſupra homines eſt: igitur peregrina patet gloria, quid ſingulare in commun natura.
6. *Advena & peregrinus*: ſiquidem gratia peregrina, quòd non eſſet peregrinus, qui fuerat advena.
7. *Advena & peregrinus* in terra. Chriſtus in cœlo peregrinus & non advena.
8. *Advena & peregrinus*, quippe ibi erat corpore, & in cœleſtibus mente. Amplius prodigium in Virgine-Matre; etenim ſuſcepit Olympus ſimul cum anima corpus.

## DIDASCALIA PRIMA:

### *Superata tellus ſidera donat.*

Boet.

1 CAnit Severinus Boëtius de *Conſolat. Philoſoph.* lib. 4. metr. 7. Habitatio hominis vel in cœlo vel in mundo. Si exulat vel habitatione à mundo, erit proculdubiò in cœlo; igitur ubi animus generosè renunciat, ſuperata tellus ſidera donat. Aſtruit ibidem Severinus exemplo Alcidis: quandoquidem ſuperatis monſtris telluris, creditur cœlum ob inſignem triomphum.

*Felix qui in terra fixit, & ſidera tetigit.*

*Ultimus cœlum labor irreflexo*
*Suſtulit collo: pretiumque rurſùs*
*Ultimi cœlum meruit laboris.*

Idem.

Terram ſuperat, & cœlum portat; ut conſtet eſſe in cœlo, qui non moratur in mundo: ſiquidem deſpicere terram, non eſt terram amittere, ſed cœlum deſpectu gloriæ tenere. Pondus eſt, ſed pondus gloriæ; etenim dum terram calcat, tempora ſtellis coronat. *Omnes* (ait Seneca *Epiſt.* 59.) *tendunt ad gaudium; ſed unde ſtabile, magnumque conſequantur ignorant. Ille ex convivijs & luxuria: ille ex ambitione & circumfuſâ clientum turbâ: alius ex ſtudiorum liberalium vanâ oſtentatione, & nihil ſanantibus litteris. Sapiens ille eſt, qui plenus gaudio hilaris & placidus, inconcuſſus cum Dijs ex pari vivit.* Si ita habitas terram, perveniſti ad humani boni ſummam: igitur in terra ſiſtis & ſidera tangis.

*Ubi & quâ vera gaudia?* Senec.

Geneſ. 23. 4. Hebr. 11. 13.

2 *Advena & peregrinus*: dicitur Abraham. Quis non? Dicit Apoſtolus: *Qui enim hæc dicunt, ſignificant ſe patriam inquirere. Et ſi quidem ipſius meminiſſent, de qua exierunt, habebant utique tempus revertendi: nunc autem meliorem appetunt, ideſt, cœleſtem.* Abraham in terra erat, & incola; ſed cœleſtis ab illo expectabatur, cùm eſſet in terra. Cùm alia expectatur & alia tenetur; non eſt corpus ubi eſt, ſed ubi habitare vult: Abrahamque dicitur peregrinus & advena, dum eſt in terra; quia ibi non erat, ut maneret, ſed ut exiret: ut exiret mente, unde erat corpore: igitur cœlorum habebat regnum, cùm ibi eſſet, quaſi non eſſet ibi, propter regnum cœlorum. Clariùs oſtendam. Omnes peregrini ſumus: ad patriam tendimus: ſed eſto peregrini, non ſumus advenæ; quippe detinemur in terra delectabilibus malis, animi vinculis, quibus nequit moveri, à queis congruit ſeparari, ut tendat in patriam, qui natus ad gloriam: Abrahamuſque dicitur advena & peregrinus, dum ab illa, quam habitat, ca'catur tellus; quia ubi tenebatur, nequaquam detinebatur, ut eſſet in cœlo, cùm habitaret in mundo.

*Non eſt inſtus ubi eſt, ſed ubi habitare vult*

*Eſt in cœlo, qui non habitat in mundo.*

3 Regnum deſignatur à Pierio per malum punicum, *lib.* 54. *cap.* 28. Ab Alapide in *Cant.* 4. 13. deſcribitur emblema deſpectus bonorum temporalium. Improprium ſanè videtur, ut ſignum ſit felicitatis, quod miſerrimæ abiectionis: & ubi paupertas, ibi iurè ſignatur ſumma felicitas; quippe cedit tota gloria, ubi reguat paupertas voluntaria. Regni oſtenditur malum punicum emblema, quoniam ornatur coronâ: & etiam deſpectus deſtinatur telluris, ut qui in terris ſit cœleſtis: igitur habebit regnum cœlorum, quemquem tæduerit deliciarum cœleſtium.

*Paupertas voluntaria eſt vel in mundo gloria.*

Conſideremus ſymbolum. Malum punicum coronâ ornatum putreſcit in terra. Exauctoratur pulchritudine & diademate, ſi ſteterit in tellure: & in illo præteribitur regnum, & deſpectus bonorum temporalium; quippe neceſſe eſt, ut derelinquat terram, quiſquis intenderit conſervare coronam. In ſymbolo demonſtratur modus in perfectionem, ut homo contingat virtutis uſque cacumen. E terra malum granatum oritur, verùm ſi eſſet in terra, deſtrueretur. Non poteſt non eſſe in terra, quicumque de terra eſt: perfectio ſanè virtutis, ut in terra ſuperſit: & oſtenditur punicum malum tamquam virtutis ſpeculum; quippe tunc eius pulchritudo peregrina, dum in propria terra eſt advena: igitur floret ſuper terram mali punici corona, quaſi non eſſet in terra. Super terram corona micabit, ne in malogranato deſideretur corona. Occurrit inſigne documentum, in prudentiam Principum.

*Ut cœli habeatur gloria, ob floreſcenda terra*



Illuſtrius regnum, quod acquiritur virtutibus, quàm traditum à parentibus: hinc pulchritudo mali punici, quoniam corona acquiritur tempore: & in coronæ conſervationem, maligranati prudentia demonſtrat indicem; quippe corona etiam acquiſita perit, modò terram, ex qua ortum, aliquatenus tetigerit. Obliviſcatur ergo donum patris, qui officio geſſerit Principis.

*Princeps ſit reſtimonium, & conſequentia, nec ſolutio.*

4 Ulteriùs. Regnum & malum punicum cognoſcuntur per coronam: & dum homines exuuntur bonis falſis terrenis, punicum malum ſignum præfertur renunciationis; quoniam ut in cœlo obtineatur corona; opus eſt etiam in mundo, quòd elevetur à terra.

*Quomodò bonum elevatur à terra.*

*Felix qui potuit boni*
*Fontem viſere lucidum.*
*Felix qui potuit gravis*
*Terra ſolvere vincula.*

Boet.

Succinit ubi ſupr. Boëtius *lib.* 3. *metr.* 12. Aptè proponitur gloria, terræ in terra ſolventi vincula gravia: etenim cùm terrena cohibeant, ut corda ſurſùm aſcendant; fractis terrenis vinculis, inhabitabunt in cœlis. *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum*: dixit Aſſertor. Modò quæ deſpicabilis cunctis, videtur paupertas fortunæ comes; ut minimè mortales fugiant, in qua bona vera latitant, odientes felicitatem, quoniam extimam non habet felicitatis ſpeciem. Sit ergo: cæterùm cogita cæteris virtutibus promitti præmia, & proponi uti futura; pauperibus autem præſens exponitur gloria. *Ipſorum eſt regnum cœlorum.* Sunt utique in mundo: quo ergo pacto erunt in cœlo? Haud implicat, igitur ſuperata tellus ſidera donat. Haud protrahitur huiuſmodi felicitas, dum viget in hominibus vera paupertas: & vel habitantium mundum, proprium eſt regnum cœlorum; quippe propiores cœlo, quò magis ac magis ſeparantur à mundo.

Matth. 5. 3.

*Eſt vera beatitudo telluris abnegatio.*

5 Practica fiat huiuſmodi veritas, ut innoteſcat cunctis latens felicitas. Catenâ aurea (ita fictum ab Homero *Iliad.* 7.) ſuſpenſa fuit per Iovem à cœlo ad tellurem, ut qui erant deorsùm, per catenæ pretioſæ tractus aſcenderent ſurſùm. Ita igitur v. 18. canit:

*Catena Iovis aurea.*

*Eia periculum facite, ut videatis omnes*
*Catenam auream de cœlo,*
*Omnes appendamini Dij, omneſque Deæ.*
*Catenam quidem dein ad verticem Olympi*
*Alligavero: illa verò ſuſpenſa omnia ſacrint.*

Homer.

Varia Mythologi dixerunt de huiuſmodi pretioſa catena. Vide Dionyſ. Areop. lib. 3. de *Div. nom.* Iuſtinum Martyr. in *Admon.*

Gen-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN · DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Sæpe interpretationes pro nominibus, & contrà.*

terpretationes, ut *Pax* pro *Salem*, de quo egimus latè *Tautolog.* 3. in *Expositi. litt.* num. 19. 20. & 21. interdùm nomina & interpretationes, ut *Etiam Amen*; & alia sic, uti notavimus *Tautolog.* 5. in *Expositi. litt.* num. 23. quapropter dicitur *Advena in terra aliena.* Ideſt, *Gerſam*, quod ſignificat *Advenam*, vel *qui eſt in terra aliena.* Hinc ſenſus: Filium, *Gerſam* ſive *advenam* vocavit, quippe genuit eum in terra aliena; vel quia habuit advena. Hic ſtylus floret ſæpe in ſolijs ſactis, & præter alibi dicta, lucet 4. Reg. 20. 14. ubi Ezechias dixit Iſaiæ de legatis Regis Berodac: *De terra longinqua venerunt ad me, de Babylone.* Non de terra longinqua & Babylone: ſed de terra longinqua, ſcilicet, Babylone. Pſalm. 17. 1. & 2. Reg. 22. 1. *In die qua liberavit eum Dominus de manu omnium inimicorum ſuorum, & de manu Saul.* Ideſt, de manu Saul, in quo erant & propter quem omnes inimici David. Sic alia. Non ſecus intelligendum eſt *Advena*, ideſt, *in terra aliena.*

*De pro Ideſt.*

*Verſiones*

25 Verſiones ergo exhibendæ præcipui huius Tautologiæ teſtimonij. *Advena & peregrinus ſum apud vos.* Hebr. *Vobiſcum diu degens.* Perſic. *Peregrinus & hoſpes ſum apud vos.* Rab. Ionath. *Peregrinus & advena ego vobiſcum.* Samaritan. *Peregrinus, & inquilinus ſum vobiſcum.* Syr. *Hoſpes apud vos.* Caietan. *Habitans & ſedens ego vobiſcum:* denique Oleaſt. *Peregrinus & diu habitans ſui apud vos.* Ad inſtructionem igitur morum contemplemur arcanum huius peregrinationis, ut vel dum in mundo ſumus converſatio noſtra ſit in cœlis.

## ADINATON EXEGETICUM.

1. *Advena ſum, & peregrinus.* Magis peregrinum in humana natura, incola & advena: igitur non eſt, ubi eſt, ſed ubi habitare vult.
2. *Advena, & peregrinus.* Virtutis ſanè perfectio, ubi in peregrinatione videtur peregrinatio.
3. *Advena, & peregrinus.* Telluris utique renunciatio glorioſa, dum corpus mortuum nec terram poſsidet in ſepulturam.
4. *Advena, & peregrinus.* Amplior ſingularitate perfectio, ubi inter homines peregrinus homo.
5. *Advena & peregrinus apud vos.* Homo ſupra homines eſt: igitur peregrina patet gloria, quid ſingulare in commun natura.
6. *Advena & peregrinus*: ſiquidem gratia peregrina, quòd non eſſet peregrinus, qui fuerat advena.
7. *Advena & peregrinus* in terra. Chriſtus in cœlo peregrinus & non advena.
8. *Advena & peregrinus*, quippe ibi erat corpore, & in cœleſtibus mente. Amplius prodigium in Virgine-Matre; etenim ſuſcepit Olympus ſimul cum anima corpus.

## DIDASCALIA PRIMA:

### *Superata tellus ſidera donat.*

Boet.

1 CAnit Severinus Boëtius de *Conſolat. Philoſoph.* lib. 4. metr. 7. Habitatio hominis vel in cœlo vel in mundo. Si exulat vel habitatione à mundo, erit proculdubiò in cœlo; igitur ubi animus generosè renunciat, ſuperata tellus ſidera donat. Aſtruit ibidem Severinus exemplo Alcidis: quandoquidem ſuperatis monſtris telluris, creditur cœlum ob inſignem triomphum.

*Felix qui in terra fixit, & ſidera tetigit.*

*Ultimus cœlum labor irreflexo*
*Suſtulit collo: pretiumque rurſùs*
*Ultimi cœlum meruit laboris.*

Idem.

Terram ſuperat, & cœlum portat; ut conſtet eſſe in cœlo, qui non moratur in mundo: ſiquidem deſpicere terram, non eſt terram amittere, ſed cœlum deſpectu gloriæ tenere. Pondus eſt, ſed pondus gloriæ; etenim dum terram calcat, tempora ſtellis coronat. *Omnes* (ait Seneca *Epiſt.* 59.) *tendunt ad gaudium; ſed unde ſtabile, magnumque conſequantur ignorant. Ille ex convivijs & luxuria: ille ex ambitione & circumfuſâ clientum turbâ: alius ex ſtudiorum liberalium vanâ oſtentatione, & nihil ſanantibus litteris. Sapiens ille eſt, qui plenus gaudio hilaris & placidus, inconcuſſus cum Dijs ex pari vivit.* Si ita habitas terram, perveniſti ad humani boni ſummam: igitur in terra ſiſtis & ſidera tangis.

*Ubi & quâ vera gaudia?* Senec.

Geneſ. 23. 4. Hebr. 11. 13.

2 *Advena & peregrinus*: dicitur Abraham. Quis non? Dicit Apoſtolus: *Qui enim hæc dicunt, ſignificant ſe patriam inquirere. Et ſi quidem ipſius meminiſſent, de qua exierunt, habebant utique tempus revertendi: nunc autem meliorem appetunt, ideſt, cœleſtem.* Abraham in terra erat, & incola; ſed cœleſtis ab illo expectabatur, cùm eſſet in terra. Cùm alia expectatur & alia tenetur; non eſt corpus ubi eſt, ſed ubi habitare vult: Abrahamque dicitur peregrinus & advena, dum eſt in terra; quia ibi non erat, ut maneret, ſed ut exiret: ut exiret mente, unde erat corpore: igitur cœlorum habebat regnum, cùm ibi eſſet, quaſi non eſſet ibi, propter regnum cœlorum. Clariùs oſtendam. Omnes peregrini ſumus: ad patriam tendimus: ſed eſto peregrini, non ſumus advenæ; quippe detinemur in terra delectabilibus malis, animi vinculis, quibus nequit moveri, à queis congruit ſeparari, ut tendat in patriam, qui natus ad gloriam: Abrahamuſque dicitur advena & peregrinus, dum ab illa, quam habitat, ca'catur tellus; quia ubi tenebatur, nequaquam detinebatur, ut eſſet in cœlo, cùm habitaret in mundo.

*Non eſt inſtus ubi eſt, ſed ubi habitare vult*

*Eſt in cœlo, qui non habitat in mundo.*

3 Regnum deſignatur à Pierio per malum punicum, *lib.* 54. *cap.* 28. Ab Alapide in *Cant.* 4. 13. deſcribitur emblema deſpectus bonorum temporalium. Improprium ſanè videtur, ut ſignum ſit felicitatis, quod miſerrimæ abiectionis: & ubi paupertas, ibi iurè ſignatur ſumma felicitas; quippe cedit tota gloria, ubi reguat paupertas voluntaria. Regni oſtenditur malum punicum emblema, quoniam ornatur coronâ: & etiam deſpectus deſtinatur telluris, ut qui in terris ſit cœleſtis: igitur habebit regnum cœlorum, quemquem tæduerit deliciarum cœleſtium.

*Paupertas voluntaria eſt vel in mundo gloria.*

Conſideremus ſymbolum. Malum punicum coronâ ornatum putreſcit in terra. Exauctoratur pulchritudine & diademate, ſi ſteterit in tellure: & in illo præteribitur regnum, & deſpectus bonorum temporalium; quippe neceſſe eſt, ut derelinquat terram, quiſquis intenderit conſervare coronam. In ſymbolo demonſtratur modus in perfectionem, ut homo contingat virtutis uſque cacumen. E terra malum granatum oritur, verùm ſi eſſet in terra, deſtrueretur. Non poteſt non eſſe in terra, quicumque de terra eſt: perfectio ſanè virtutis, ut in terra ſuperſit: & oſtenditur punicum malum tamquam virtutis ſpeculum; quippe tunc eius pulchritudo peregrina, dum in propria terra eſt advena: igitur floret ſuper terram mali punici corona, quaſi non eſſet in terra. Super terram corona micabit, ne in malogranato deſideretur corona. Occurrit inſigne documentum, in prudentiam Principum.

*Ut cœli habeatur gloria, ob floreſcenda terra*



Illuſtrius regnum, quod acquiritur virtutibus, quàm traditum à parentibus: hinc pulchritudo mali punici, quoniam corona acquiritur tempore: & in coronæ conſervationem, maligranati prudentia demonſtrat indicem; quippe corona etiam acquiſita perit, modò terram, ex qua ortum, aliquatenus tetigerit. Obliviſcatur ergo donum patris, qui officio geſſerit Principis.

*Princeps ſit reſtimonium, & conſequentia, nec ſolutio.*

4 Ulteriùs. Regnum & malum punicum cognoſcuntur per coronam: & dum homines exuuntur bonis falſis terrenis, punicum malum ſignum præfertur renunciationis; quoniam ut in cœlo obtineatur corona; opus eſt etiam in mundo, quòd elevetur à terra.

*Quomodò bonum elevatur à terra.*

*Felix qui potuit boni*
*Fontem viſere lucidum.*
*Felix qui potuit gravis*
*Terra ſolvere vincula.*

Boet.

Succinit ubi ſupr. Boëtius *lib.* 3. *metr.* 12. Aptè proponitur gloria, terræ in terra ſolventi vincula gravia: etenim cùm terrena cohibeant, ut corda ſurſùm aſcendant; fractis terrenis vinculis, inhabitabunt in cœlis. *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum*: dixit Aſſertor. Modò quæ deſpicabilis cunctis, videtur paupertas fortunæ comes; ut minimè mortales fugiant, in qua bona vera latitant, odientes felicitatem, quoniam extimam non habet felicitatis ſpeciem. Sit ergo: cæterùm cogita cæteris virtutibus promitti præmia, & proponi uti futura; pauperibus autem præſens exponitur gloria. *Ipſorum eſt regnum cœlorum.* Sunt utique in mundo: quo ergo pacto erunt in cœlo? Haud implicat, igitur ſuperata tellus ſidera donat. Haud protrahitur huiuſmodi felicitas, dum viget in hominibus vera paupertas: & vel habitantium mundum, proprium eſt regnum cœlorum; quippe propiores cœlo, quò magis ac magis ſeparantur à mundo.

Matth. 5. 3.

*Eſt vera beatitudo telluris abnegatio.*

5 Practica fiat huiuſmodi veritas, ut innoteſcat cunctis latens felicitas. Catenâ aurea (ita fictum ab Homero *Iliad.* 7.) ſuſpenſa fuit per Iovem à cœlo ad tellurem, ut qui erant deorsùm, per catenæ pretioſæ tractus aſcenderent ſurſùm. Ita igitur v. 18. canit:

*Catena Iovis aurea.*

*Eia periculum facite, ut videatis omnes*
*Catenam auream de cœlo,*
*Omnes appendamini Dij, omneſque Deæ.*
*Catenam quidem dein ad verticem Olympi*
*Alligavero: illa verò ſuſpenſa omnia ſacrint.*

Homer.

Varia Mythologi dixerunt de huiuſmodi pretioſa catena. Vide Dionyſ. Areop. lib. 3. de *Div. nom.* Iuſtinum Martyr. in *Admon.*

Gen-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN · DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Gentium.* Platon. in *Theætet.* & Macrob. in *Somn. Scip.* lib. 1. cap. 14. Nos verò cuncta bona interpretamur catenæ pretiosa, in terram è cœlo descendentia; igitur omne datum optimum & omne donum perfectum desursùm est, descendens à Patre luminum: qui quidem inter cœlum & terram suspendit auream catenam bonorum, ut per illam in terra stantes ascendamus in cœlum. Ergo perpende. Qui intendit per catenam, pretiosis rebus refertam, sursùm ascendere; fatagere debet de rerum præsentium dimissione: igitur totus conatus erit, ut apprehensa dimittat, & quæ superiora apprehendat: quippe possessione non possundus, nequit obtinere superiora. Quò magis ascendit, magis dimittit: quò magis dilatitur, ac renunciat; magis Olympo, principio catenæ appropiat: quippe quicquid & quantum despicitur mundi, acquiritur cœli: tangitque qui pauper sidera, si quæ sunt in catena, dimittit omnia.

*In cœlū ascendere nequit, qui terrena possidet.*

6 Quæ apud Homerum fabula, nobis paupertatis est forma, & felicitatis umbra. Vide accuratè scalam Iacob. Per illam Angeli ascendebant & descendebant. Scala stabat super terram, & usque ad cœlum eius perveniebat cacumen, quasi transitus à tellure in perpetuam cœlestem felicitatem. Perspicuius percipitur in scala, quàm in aurea catena. Dimittitur scala bonorum in mundum, ut homines ascendant per scalam bonorum: igitur si per illam omnia bona terrena, è cœlo delapsa; quicumque non dimiserit, non ascendet.

*Ascendentes & descendentes* describuntur: sed unde argumentum? Si bona in scala sunt, & bona terrena, facilis sanè censura. Hi bona fugiunt: illi ad bona veniunt: & non ascendit, qui possidet, sed qui fugit; igitur appetitus bonorum temporalium, nequaquam est ascensus, sed præcipitium. Ascendentes & descendentes in scala sunt: & quod alijs descensio, alijs ascensus felicissimus est; quia accedere mundo, est à cœlis separatio: & alij ascendunt, dum fugiunt; quoniam appropinquant summis, quò magis separantur à terrenis.

*Gen. 28. 12.*

*Appropin quat sum mis, qui magis separatur à terrenis.*

7 *Ascendentes & descendentes* in scala. Ex ipso motu constat gloriæ differentia. Qui descendunt per scalam, gradum manibus pertractant, ubi priùs pedes incuriosè posuerant. Qui autem ascendunt, pede calcantes proterunt, quod manu habuerunt. Habere in manibus bona, sunt æstimationis signa; sicut index fastidij, planta calcare. Omnia bona terrena in scala eminent; ascendet per scalam, qui reliquerit: & qui degunt in terra, ascendunt in superiora: quoniam bona, quæ ut pretiosa habentur sæpe præ manibus, iacent in scala virtutis tamquàm ingrata sub pedibus.

*Ita despicere, ut ascendere.*

Denique proposito aptiùs. Exponitur usque ad cœlum e terra scala, quasi per bona temporalia hominibus cœlestis concederetur via. *Super terram, & cacumen illius tangens cœlum.* Datur via per bona temporalia, sed despecta, quippe qui cum bonis in terra iacet, non ascendit: ascendit, qui relinquit: & cum despectui tellutis sit coniuncta beatitudo cœlestis; erit in mundo, & videbitur in gloria, quisquis reliquerit omnia bona terrena, quæ sunt scala: quandoquidem in cœlo obtinetur fastigium, ubi in terra non manet, quid dimittendum.

*Obtinetur cœli fastigij, ubi in mundo nil remanet relictum.*

8 Intelligitur modò, quare pauperibus spiritu cœlestia bona exponuntur præsentia, & cæteris dumtaxat isthæc bona futura. *Ipsorum est regnum cœlorum.* Modò quæ futura beatitudo? Modò. Apostolos alloquitur Magister cœlestis, ostendens præmia felicis renunciationis. Reliquerunt omnia. Quid ergo præmij huiusmodi paupertati? Præmium est regnum cœlorum. Est, vel erit? Est. Proximiores erant cœlo, qui ascendentes per catenam, aut scalam, dimiserunt terram: verùm esse in gloria & esse in terra? Utique. *Ecce nos reliquimus omnia:* dicunt. Ascenditur in cœlum per catenam bonorum, & est propior cacumini, qui plus dimiserit terræ. Tantum versus cœlum obtinetur, quantum telluris dimittitur. Habetur cœlum, si relinquitur totum: & Apostolorum est modò regnum cœlorum vel in hac misera vita; quoniam in terra reliquerunt omnia. *Quid ergo erit nobis?* Nil novi erit: continuabitur quod est. Habetur bonum, quod in hac vita summum. Vestrum est regnum cœlorum. Non est habentis terrena. Est derelinquentis omnia: & spiritus pauper regnum cœlorum nanciscitur; quoniam plus non est in terra, quod relinquitur. Finita est aurea bonorum catena, per quam ad beatitudinem via: & iam non via, si reliquerunt omnia; igitur prompta meta, ubi non ultrà. Conceditur regni cœlestis possessio, ubi bonorum inanium fit renunciatio: & tangitur in terra cacumen summitatis scalæ, quippe calcata terra donat attingi.

*Matth. ubi supr.*

*Ibid. c. 19. 27.*

*Ibi glo ria, ubi insidiæ mi nantur.*

9 Hujus felicitatis quàm studiosos voluit suos afceias Benedictus, qui ut in cœlo omnia servaret, cuncta in terra tribuere decrevit! Ita igitur cap. 4. *Regul. Sanct. Instrum.* 46. alumnos Sanctis. Legislator alloquitur: *Vitam æternam omni concupiscentiâ*

*S. Bas.*



*tiâ spirituali desiderare. Desiderare*, dicit: quod significat affectum, & defectum: igitur magis desideraretur gloria cœlestis, si propter tot seculi obices desideraretur magis. Hispan. *Mas se desteàra, si se echára menos.* Hæc enim est mortalium fatuitas, & sæpe voluntaria cæcitas: siquidem esse sub sentibus putant delicias. Benè ergo: verùm quid desiderium vitæ æternæ cum paupertate? Omnia, quippe cum paupertate voluntaria non desideratur vita æterna. Paupertas omnia terrena relinquit, omnia despicit: & cum paupertate coniungitur vita æterna; quoniam est gloria relinquentis omnia. Qui nihil habet, gloriam habet: qui nihil habet, omnia possidet: & non est in voto suprema felicitas, quim obtinetur voluntaria paupertas; quippequàm minimè desideratur, quod iam habetur. Habetur? Sanè: qui relinquit omnia, attingit ultimum gradum scalæ, in quo patet porta cœli. Non habet ultrà, quò moveat pedem, qui tetigerit cacumen: & ut gloriâ æternâ Monachus gaudeat, iubetur à Patre, quòd cuncta in terra despiciat; siquidem paupertate voluntariâ, terrâ calcatâ elevatur ad sidera.

*Paupertas voluntaria est in terra cœlestis gloria.*

*Exod. 32. 10.*

*Quod mundanis in cesi Monachis tadium.*

*Ierem. 22. 26.*

10 Pro supplicio dicitur Iechoniæ: *Mittam te, & matrem tuam, quæ genuit te, in terram alienam, in qua nati non estis.* Quod regi & eius genitrici exilium, ius est esse Monachorum studium: igitur ut vacent propositæ paupertatis perfectioni; aliena debet esse ipsa tellus, in qua nati. Quàm lætos exitus haberent electiones, si electores à patria in qua nati, forent exules! Quid si terra propria, aliena? Amor patriæ ratione valentior omni. Fatuitatis sit confessio, ubi nulla valet ratio.

*Amor patria præ valet ra tioni.*

Ovid. *Nescio qua natale solum dulcedine cunctos*
*Ducit, & immemores non sinit esse sui.*

Ait exul Ovidius lib. 1. de *Pont.* Eleg. 4. Qui dulcedinem exaggerat, fatuitatem designat: etenim qui non sui dulcedine patriæ, & fugâ rationis; sunt amentes. Sufficiat pro supplicio, rationis privatio.

*Amor fa tui.*

11 Ad rem. *Terra aliena, in qua nati non estis.* Hoc habitatoribus mundi: aliter igitur degentibus intra claustra Monasterij: etenim semper aliena putanda, quæ fuerit terra; quippe in terra nati, qui verè Monachi, semper alieni, quasi terræ non nati. In filijs Israel ab Ægyptijs pressis exemplum prospicimus, quòd imitaturus qui verè Monachus. In feraciore tellure regionis Ægyptiacæ vitam agebant, dum terrigenæ usque in vitæ amaritudinem laborantes studiosè vexabant. Quantòque opprimebant eos, tantò magis multiplicabantur. Nota est

*Virtus crescit ad oppri.*

virtutis, crescere adversis. Tunc rex ait: *Venite, sapienter opprimamus eum: ne fortè si ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis nostris, expugnantisque nobis, egrediatur de terra.* Intuitus oppressionis consideranda. Haud rex timet, quòd terram expugnent, & ibi maneant; sed quòd expugnatam fugiant. Singularis cogitatio, cum iure belli terra victorum sit debellantium possessio. Profectò singularis, cæterùm propria Israelitarum indolis. Distinctum utrisque propositum in possessione terrestrium felicitatum. Ægyptij relpiciebant in lucrum: Israelitæ in tædium: & si ingruit oppressorum debellatio; suspicantur illi fugam, iuxtà possidentium terram: igitur si Ægyptij habent terram, ut habeant; Israelitæ dumtaxàt habent, ut proterant. Ibi Israelitæ, qui egressuri, nati: sed erant advenæ ibi; quia in terra propria etiam exules, anhelantes in terram promissionis. Ita habitantibus terram, omnis terra, & nulla terra patria: quia sursùm corda. Nihil habet in mundo cogitatio: etenim dum obviat terrena possessio; habet haudquaquàm ut habeat, sed ut fugiat: quippe licèt volitent ante cogitationem terrena omnia, calcat, & despicit, ut egrediatur de terra.

12 Documentum est Cordub. Stoici: *Quid ergo est, quod nos facit pigros, inertesque? Nemo nostrum cogitat* (inquit *Epist.* 70.) *quandoque sibi ex hoc domicilio exeundum. Vix adversus hoc corpus liber esset? Tanquàm migraturus habita.* Quid ex hac cogitatione magni? Vitâ mori, & cùm venerit hora, mori scire; quia magni refert, sciviſſe mori. *Cogitem* (inſit) *in eo qui vivit, omnia posse fortunam: potius quàm cogitem, in eo qui scit mori, nihil posse fortunam?* Quæ mors formidini, illi qui mortuus à corde? Haud timebit exire, qui egressus, aute, quàm exiret, voluntariè: igitur tanquàm advena tetram corporis habitat, ut egrediatur de terra.

*Seneca.*

*Summa scientia, scire mori.*

*Idem.*

13 *Advena ego sum apud te, & peregrinus:* Domino clamat David. Ideſt, subdit hic Ambrosius: *Apud te advena sum, dum in terra sum.* Magnum occurreret argumentum, ni palàm fieret mortis obiectivæ commodum; ut homines scirent mori, & antequàm morerentur. Esse apud Dominum supponit mortem: esse in terra, florere halitum vitalem: & astruit David apud Dominum esse, & in terra vivere; ut clareat vera felicitas, quæ videtur mundanis summa calamitas: quandoquidem & vita deficiente non morietur, qui ante mortis advenitum sæculo moritur.

*Psalm. 38. 13. Ambros.*

*Qui in vita moritur, in morte vivet.*

14 Ergo scopo Didascaliæ. *Apud te, dum advena in terra sum.* Quo pacto apud Dominum, si habitat nundum? Est in mundo, & est in cœlo, ex habitationis modo. Terra erat propria, sed in illa vivebat, uti advena. Qui in mundo est, quasi non esset in mundo, non est in mundo. Est in mundo, qui iudicat uti terminum. Non est in mundo, qui respicit ut exilium: & cum superata tellus sidera donet; est vel in mundo, ubi Dominus sedet: igitur si terra patria, & patria gloria; vel in terra advenæ concessa gloria, quia se peregrinum arbitratur in patria. Audiatur Paulinus ad *Cytherium* v. 485.

*Astruitur gloria despicienti terrena.*

Paulin. *Beatus es nunc mente pauper, sed spei*
*Dives, qua gaudent pauperes.*
*Qui defraudati lubricis mundi bonis,*
*Cœli fruuntur gaudijs.*

## DIDASCALIA II.

### *Peregrini officium nihil præter suum negotium.*

Cicer. 1 Ait Cicero de *Offic.* lib. 1. Quamdiu sumus in corpore peregrinamur a Domino: & stat perfectio in eo, quòd peregrinatio, sit vera peregrinatio. *Advena & peregrinus sum*: dixit Abrahamus. Ideſt, peregrinus & peregrinus, vel verè peregrinus: & meritò, quia vera peregrinatio, dum quicquid fuerit alienum, non reputatur negotium. Instruetur Didascalia in obsequium & studium perfectionis, atque in demonstrationem fraudis, qua plerique Monachorum incuriosè decipiuntur, & in peregrinatione nequaquàm peregrinantur: non solùm quia quousque obviet proposita meta, peregrini semper debent procedere ulterà (& non procedunt, ubi in miserijs sub sistunt) sed quia conficiunt inconsultò vincula, ex decretis contra pondera: ægrèque fertur ex alarum plumis, constrúi pennatorum compedes; ut queis congruit volatus, fecetur gressus.

Genes. 23.4. *Peregrino nocet mansio.*

S. Bened. *Per abstractionem à facto Religionis ac quiritur æstimatio.*

2 Materiam designat Dux, Paterque Monachorum, qui instruens in perfectionem discipulum, *Regul. Sanct.* cap. 4. *Instrum.* 20. dicit: *A sæculi actibus se facere alienum.* Observa: *Se facere.* Esse alienum, est fatuitatis: sese facere, virtutis. Illud defectus intelligentiæ: hoc verò stabilimentum instituti: & non dicit esse alienum, sed se facere in actibus sæculi; quia commendari debet sæculo per abstractionem, nequàquàm per fatuitatem. Pro Superi! Quanti falluntur sub huiusmodi specie! Meritum intenditur in sæculi oblivione; & ubi negatio, iacet, non sedet oblivio sæculi: oportetque Monachum sese facere alienum; haud quia quod gerit, alienum, sed quia instituti non proprium: quasi nimirùm intelligere nollet, ut benè ageret.

*Fatuitas fatuis invidiosa plerumque.*

*A sæculi actibus se facere alienum.* Exponitur qualis debet esse peregrinatio, dum vivimus separati in Monasterio. Utilitas propria a peregrino est tantum consideranda, quippe aliorum commodis detinetur, si tenetur; ac iter, si detinetur, non agitur: quod quidem debet respicere quasi scopum; quoniam nil nisi negotium constat peregrini officium: & alienatio à sæculo in actis, ostenditur uti forma huius peregrinationis; siquidem quicquid sæculi, à Religiosis alienum: at si alienum, non negotium.

*Quod à Monachis actorum, non negotium.*

3 Denique. Esse alienum ab actibus sæculi, est sæculum reliquisse, sed nil aliud præter sæculum. Se facere alienum, est sæculum reliquisse, aliquid etiam cum sæculo; sed cuius semper oblivio, quia renunciatio non erit perfecta (esto in illa, mundi gloria) ni cor delpiciens & calcans felicitatem, etiam obliviscatur despectus recordationem. Peregrini officium, proprium negotium: & docetur Monachus, se facere alienum; quippe nequaquàm negotium in peregrinationis itinere, ni potiatur oblivione: siquidem ubi frustrà mundi calcati venena, nocet actutùm renunciationis memoria. Tædium fugæ fingit, sed hamum abscondit; ut trahat arte, qui memor est fugæ: quin vel perfundatus spe præconceptâ decidat; cùm habeat affectum fatidij, quo hamum validissimè figat. Quid cum memoria sæculi virus, ubi ad necem sufficit non affectus, sed respectus? Quid? *Memores estote uxoris Lot.* Habet in nobis fabula ficta locum. Intendite.

*Vel memoria sæculi nocet.*

Luc. 17. 32.

4 Occidit Euridice, in quam calcata venenum vipera diffudit. Adiastar viperæ mundi vana gloria apparet, igitur arte vel calcata nocet. Fit plerumque in conflictu non bellum, sed supplantatio, in talum serpentis dente recepto. Occidit, sed Orpheus ab inferis revocavit, conditione accepta, quòd frustrarentur dona, si retrò flecteret lumina. Annuit, sed dilectam perdidit, quippe ut sibi placeret memoriâ, flexit amans oculos, & protinùs illa relapsa. Boëtius ut his vulneribus apponat medicamen, & fabulam describit, & apodosim, de *Consolat. phil.* lib. 3. metr. 12.

*Nocet nè sola affectus, sed respectus.*

*Donamus comitem viro,*

*Em-*



*Emptam carmine coniugem:*
*Sed lex dona coërceat,*
*Ne dum Tartara liquerit,*
*Fas sit lumina flectere.*
*Heu! Noctis prope terminos*
*Orpheus Euridicem suam*
*Vidit, perdidit, occidit.*
*Vos hæc fabula respicit,*
*Quicumque in superum diem*
*Mentem ducere quæritis.*
*Nam qui Tartareum in specus*
*Victus lumina flexerit,*
*Quicquid præcipuum trahit,*
*Perdit, dum videt inferos.*

Boet.

Iam à Tartaro sæculi eduximus carmine vocationis, animam in auram lucis, devictis vitiorum tenebris. Conceditur libertas fugienti à fallaci mundo, ni fugiens respiciat retrò; quoniam ita efficax virus, ut noceat levis oculorum iactus. Peregrini non est respicere, quid itinere relinquit; sed quò tendit. Respicit retrò, dum mundi iam obliti non sit oblivio: & interdicitur etiam memoria, ubi conceditur fuga; quoniam ni oblivionis studiosè obliviscatur, in barathrum, à quo fugit, proculdubiò revertetur. Haud facile pisces educuntur ad litus, si intactus illicis hamus: videnturque *homines quasi pisces maris*, si modo recordantur oblivionis: etenim parum interest, quòd fugiant, dum hamum aduncum portant.

*Virus mundi efficacissimum.*

*Monachus non respiciat, quid relinquerit, sed quò tendit.*

Habac. 1. 14.

5 Audite Senecam in *Præf.* ad lib. qq. nat. *Effugisti* (ait) *vitia animi: non est tibi frons ficta, neque in alienum voluntatem formo compositus, nec cor involutum, nec avaritia, quæ quicquid omnibus abstulit, sibi ipsi negat: nec luxuria, pecuniam turpiter amittens, quam turpius reparet: nec ambitio, quæ te ad dignitatem nisi per indigna non ducet. Nihil adhuc consecutus es. Multa fugisti, te nondum.* Aurea vere verba. Hæc est principalior, atque necessaria fuga: igitur si hæc omnia relicta cum relicto mundo; ut sese fugiat, nec horum debet esse recordatio: quippequàm nihil deserit, qui se in abnegatione non reliquerit. Multi sunt in mundo, qui extra mundum sunt: & extrà sunt in mundo; quia quid sint obliviscuntur, & quid fuerint, recordantur. Cuncta pessundarunt, & nihil; quoniam seipsos non fugerunt: & dum extrà fugientes, sunt profundiùs intrà sæculum; siquidem per fugæ memoriam in sæculum revertuntur. Peregrinantur, at non peregrini veri, ubi recordantur à quo alienati: etenim ut in peregrinatione vera sit peregrinatio, cunctis despectis, debet esse despectus etiam oblivio.

Senec.

*Vitiis sæculi fuga, illi fugæ etiam sepelitur memoria.*

*Quomodò vera Monachi peregrinatio in vita?*

6 Vel memoria nocua est. Etiam memoria? Sanè. De quo fastidium? Melius est reliquisse cum mundo pretiosum, quàm non habuisse relinquendum, nisi mundum: igitur negatio possibilis recordationis deficere videtur meritum, cùm virtus non habeat advertarium; & privatio uti voluntaria, astruere virtutem, expellens necessitatem. Quænam ergo depositionis pericula? Alienationis memoria. Fundamentum perfectionis est lapis pretiosus paupertatis. Pauperes sunt qui ad Monasteria recedunt, qui deserunt mundum; sed omninò non sunt pauperes, ni obliviscantur quicquid poterit obliviſci, vel quamdiù mundi quale quale pigmus maneat in corde. Mundus debet à Monachis relinqui, atque ex toto pessundari: attamen in renunciatione mundi non sit renunciatio, ni oblivionis renuncietur oblivio. Aliquid reservatur, quùm dimittitur, paupertatis formam devenuttans, atque virtutis decorem maculans: & deficit aliquid perfectæ dimissioni, dum reservatur aliquid; quippe paupertas vera, decora, si omninò nuda.

*Ni relinquatur totum, non relinquitur mundus.*

Quod nihil est, nihil est. Ex nihilo nihil fit. Sibi opponitur propositum renunciationis, in ambitu paupertatis, ubi mundi bona æstimantur vilia, & memoria horum pretiosa: quæ quidem cum mundo etiam relinquenda; quoniam ni relinquatur totum, non derelinquitur sæculum, generante in paupertate fastidia, renunciationis memoria. *Memoria memor ero* (dicit Ieremias) *& tabescet in me anima mea.* Ostendit viam in paupertatis perfectionem, & etiam imperfectionis periculum, at cautè procedant, qui gloriæ mundi renunciant: quandoquidem virtus tabescit in animâ, dum recolitur memoria.

*Paupertas vera, quæ omninò nuda.*

Thren. 3. 20. *Dedecorat virtus, ubi in despectu recordatur despectus.*

7 Reliquit vertex Apostolatus quicquid habuit, & quicquid habere potuit: igitur vel possibilia amplectitur nuda voluntas. Multum dimisit, quando etiam desideria habendi missa fecit. Tunc igitur dixit Præceptori cœlesti, & exemplo paupertatis: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Quid ergo erit nobis?* Illicò Dominus palma remisit libellum supplicem, quippe vera gratia iurat in velocitatem: subscripitque: *Vos qui secuti estis me ... in sede maiestatis sedebitis.* Bene, verum gravis occurrit difficultas; igitur duo continet propositio Petri: *Sequi*, scilicet, & *Relinquere*: ac adæquatè Christus minimè respondet propositioni; etenim premium se sequentibus sponder, & mundi dimissionem prætermittit. Utique, & meditanter. Docet Petrum mú-

Matth. 19. 27.

Vers. 28.

*Summa defectus scitia est renuntiationis ignorantia.*

do renunciare, cum manumissionis perfectione. Reliquit Petrus sequens in alienatione paupertatis virtutem; docetur que à Christo, quo pacto modum securus perfectionem. Relinquit mundum Petrus, verum scit se reliquisse mundum: & perfectionem, illum docet, in renunciatione normam; ut etiam dimittat renunciationis scientiam. Vivide Nostrates: *Sabia, que dexaba, y Christo le enseña à dexar lo que sabia.* Reliquit mundi vanitatem, cæterum non reliquit mundi deserti recordationem: & Præceptor haud meminit pessundatæ vanitatis, sed officiorum sequentis; quoniam ut tenderet in paupertatem perfectam, necesse erat, derelinquisse derelictionis memoriam.

*Despiciatur oblivionis recordatio.*

8 Præterea. Plaudit Dominus sequi, & omittit derelinquere. Altò sanè consilio, ut innotesceat paupertatis perfectio. Semper remunerat iustus iudex facinora: & de præmio tacet, dicente Petro, *Reliquimus omnia*; quasi sententiam eius redarguens, ubi mercedem despectus inquirit supplex: igitur si sibi mundi relicti reservatur memoria; minimè dum reliquit, reliquit cuncta. Cuncta itaque relinquenda: at non relinquuntur omnia; ni in oblivione pro mundi despectu, despiciatur oblivionis recordatio. Postquàm derelinquit, imitationis meminit: Christus autem tantùm dicit: *Qui secuti*: igitur non perfectè sequitur, qui discipulus memoriæ reminiscitur; cùm tantùm verè sequantur, qui omnium præter eum quem ius sequi, oblivisceuntur.

*In animo mundi derelicti nec memoria.*

9 Causa cognitioni aperienda. Periculum impendit animæ sub derelicti mundi cognitione: etenim licèt mundus mittatur, non mittitur totus mundus; nec dimittitur, ni totus. Aliquid est quod dimissione habetur, ac in cordis scrinijs reservatur: siquidem occluditur spinther memoriæ, cordis prætiosius monile. Hoc est, separari à mundo, sed non separari à se: & non est perfectio, ubi sui non fuerit abnegatio. *Multa fugisti* (ut vidimus ex Seneca) *te non: nihil consecutus es*: scilicèt perfectionis, quoniam sublime habitaculum virtutis. Est pretio dignus in mundo mundi despectus, quoniam despectus pretij memoria dignus. Est summa, tamquàm virtutis argumentum, pretiositas; verùm occurrit scrupulosa paupertas: & Dominus prætermittens Derelinquere, dumtaxàt sequitur Sequi; quippequàm in anima, Christo omninò dicatâ, vanitatis mundi, vel calcati, nec memoria.

10 Cautionem nota. Apostoli reliquere omnia & secuti sucre Dominum. Adolescenti cuidam in cacumen anhelanti virtutis, sed sine expensis laboris, quippe nudam aversabatur paupertatem, reflectens lumina in Ditem; dixit Iesus: *Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo; & veni, & sequere me.* Duo occurrunt examinanda sub una quæstione: Quare scilicet non permisit Magister cœlestis etiam discipulis, ire, & vendere quales quales possessiones ac facultates, si adolescenti perfectionis avido indulsit, dum propositum exposuit: Utrique satisfaciam. Quicquid venditur, est pretio dignum: hinc pro re empta iurè traditur pretium: & quæ habuerunt discipuli, non vendiderunt, sed reliquerunt in mundo; quia quæ mundi, indigna pretio. Per gratiam Dei penduntur in cogitatione hominis momenta rerum, atque examinantur pretia, quasi ad lapidem Lydium. Insigne examen Matthæi exhibuit demonstratio, cùm pretia rerum subtulerent in telonio. Iesus vocavit, & statim respondit. Sedens erat ad telonium, & surgens secutus est eum. Pretia reliquit, vel non esse demonstravit: igitur patuit pretiosum non esse mundum, quando in pretio bonorum non erat pretium. Non est venale, quod pretio non appetibile. Quod nihil est, non venit; quoniam neminem inutilitas afficit: & Christus indulget iuveni ut vadat, & omnia vendat; quia bona mundi cogitabat aliquid; dum reliquerunt discipuli, quia cuncta bona cogitarunt nihil.

11 Aptiùs Didascaliæ proposito ex quæsito secundo. Bona mundi, estò bona falsa, viscata sunt. Sufficit vel memoriæ adhæsio, ut cor inhæreat glutino; quoniam bona amata hamata, non quia bona. Fascinant specie; cùm nequeant cognoscenti fallaciam, nocere pretiositate. Vel levis sat intuitus, ut alliciatur illecebris pectus: & Christus Dominus iuveni concedit, quòd vadat, & bona vendat; igitur tantùm prosunt, ut distribuantur: discipulis verò derelinquentibus mundum, nec exitus indulgetur ad quid vendendum; ne, dum specie virtutis in sæculum egrediuntur, ad Christi Domini scholam minimè reverterentur. Quam sæpe fallit recedentes mundus larva charitatis, atque figurâ virtutis? *Delicatus ille est* (ait luculenter, lepideque Hugo Victorinus lib. 3. *Did. erudit.* cap. 20.) *adhuc, cui patria dulcis est. Fortis autem, cui omne solum patria est: perfectus verò, cui totus mundus exilium est. Ille mundo amorem fixit, iste sparsit, hic extinxit.* Ni extinguatur memoria, instant virtutibus præcipitia: & facilius irre-

Vers. 21.

Matth. 4. 20.

Vers. 22

*Quæ in mundo, indigna pretio.*

*Mundi bona animæ vincula.*

Marc. 2. 14.

*Nec in pretio pretium.*

*Quæ ab cogitat Deus pro hominis commodo?* Psalm. 93. 19.

*Quæ Monachis in sæculo videntur solatia, latent retia*

*Memoria mundi qui nō obliviscitur, in amplexum trahitur.*

Hug. Victorin. *Extinguatur vel memoria.*

S. Bened.

*Curiositas ab illis fuganda.*

irrevocabiliter labitur, ubi casus virtutis cultu contegitur.

12 Occurrit exemplum insignis renunciationis, ne refugiant, quâ Dij vocant, larvâ pietatis. Vocavit Dominus Petrum, & Andream mittentes rete in mare, & *illi continuò relictis retibus secuti sunt eum.* Transit inde, vocat Ioannem & Iacobum, qui erant cum patre reficientes rete: *Illi autem statim relictis retibus & patre, secuti sunt eum.* Navem etiam reliquerunt: cur igitur dumtaxat describuntur retia, si reliquerunt cum retibus alia? Ut clareat, quid sint bona mundi, & quantum Domino debeamus, in horum alienatione: igitur haud tam renunciamus bonis, quàm libertatis vinculis. Non gloriemur de sæculi abnegatione, sed de nostra libertate. Quia præceptum, videtur durum, & dirum, quod nostrum commodum: quandoquidem licèt cuncta essent, quæ in mundo reliquimus bona; tantùm reliquimus retia. Quantum meritum, si dimittimus navim, qua naufragamur? Magnum sanè amoris divini incendium, ergà utilitatem hominum: siquidem præmium exposcimus, quia dedùxit nos in littus; ubi vivimus exuti vinculis casi carceris, soluti retibus, atque sospites ex maris turbidi fluctibus. Aptè dicitur, *Fingere laborem in præcepto*, ubi studet laboribus nostro commodo.

13 Vidimus renunciationis exemplum: contemplemur, quâ plerique relabuntur in mundum. *Relictis retibus & patre secuti sunt* Dominum Iacobus & Ioannes. Ad quid igitur derelicto ab his pijs fratribus mundo, rerum atque patris fit connexio? O Prælati! Vigilate, ne intretis in tentationem, dùm tantùm aspicitis pietatis speciem; petità à subditis facultate, propinquos atque parentes visendi: igitur huiusmodi sine reflexione indulgentiæ, ac subditorum vota, non sunt solatia, sed retia. *Cum reflexione* dicit quippe quæ in ætate matura utilitates, solent esse discrimina in fervore iuventutis. Non est concedenda facultas his qui egrediuntur ut videant, vel egrediuntur ut egrediantur; sed dumtaxàt, qui cæcè egredientes revertuntur. De quo Nos alibi. Sulpicius vel in perfectis exitus, *Ne quid fortè furripuerit in via visus, aut auditio malæ rei, vel otiosi sermonis*: ait D. Benedictus. *Regul. Sanct.* cap. 67. subditque prudenter: *Nec præsumat quisquam alijs referre quæcumque forìs Monasterium viderit, aut audierit; quia plurima destructio est*: siquidem curiositate excitata memoria, quia occulta illecebra, aviditas repudiata repetit, & quæ oblisse didicerat, amare satagit. Vide pericula, & remedia apud Scribani in *Medico Religios.* lib. 3. cap. 19.

*Titulis pietatis sæpe capiuntur.*

14 Astruit Iacobi Ioannisque sæculi missio, ut in oblivione mundi nulla lateat excusatio. Cum parte erant reficientes retia, in quibus illorum bona: & secuti sunt relictis retibus & patre; quippe non relicto patre, aut relinquieretur rete: igitur facta fuga in facinore egregio renunciationis, iterùm caperentur à mundo reti larvatæ pietatis. Scitur jam, cur si erant in navi cum patre & retibus; omnibus relictis, minimè dicitur, quòd reliqueretur navis. Præcluditur in reversionem fanua, & etiam demonstratur, quà in Religionis perditionis viâ. Faciuntem egredienti petere propter navim, sæculum, quia iudicium, ferebat expulsam: propter patrem, pietas urgeret in indulgentiam: unde subtiliter reversionis causa frivola, propositâ patris causa; ut cautè procedatur in concessionem exitus, ni constet qualiter se gesserit ex renunciatione & patris & navis Monachus: quandoquidem egrediuntur sæpe ut fluctuent, nequaquàm ut videant patrem. Relinquamus ergò quod reliquimus; siquidem peregrini officium proprium negotium, & non negotium extra Monasterium. Audite Boetium ubi supr. *Metr.* 10.

*Desuadetur causa in exitum.*

*Hùc omnes pariter venite capti,*
*Quos fallax ligat improbis catenis*
*Terrena hebetans libido mentes.*
*Hic erit vobis requies laborum,*
*Hic portus placida manens quiete,*
*Hoc unum miseris patens asylum.*

Boet.

## DIDASCALIA III.

### *Mundo maior qui se putat peregrinum in mundo.*

*Novatio. Exod. 22.*

1 NOvarinus infit in *Umbr. Virgin.* Excurs. 128. num. 1291. *Advena*, dicitur Moyses, *in terra aliena.* Gloria sublimior, si esset advena vel in terra propria. Terra propria designatur sepulchrum, iuxta illud Psalmi: *Revertetur in terram suam.* Cedet itaque cunctorum gloria, illi qui in sepultura iacet ut advena: siquidem quia terra, quæ uti sepulti sua, non dicitur terra propria. Mundo maior qui se putat peregrinum in sæculo: maior utique maiore, qui se iudicat peregrinum in sepulchro: igitur ubi alij quiescunt, hic adhuc peregrinatur. Quis est hic & laudabimus eum? S. P. Glorioſus Benedictus; qui quidem nu-

*Psal. 145. 4.*

*S. Benedictus mundo maior.*

tat

rat sepulchri loca; ut sit peregrinus, quandiù fuerit in terra. Manent in corpore semina animi: & cui nulla terra propria, cùm esset in terra; adhuc sub terra non propria, quia semper advena.

Senec. *Quò me remittis? Exuli exilium imperas,*
*Nec das.*

Dicebat, apud Senecam Medea, Act. 3. v. 459. quæ à patria sponte recessit non reversura. Quare? Non datur, dum exilium permittitur. Exilium est, ubi terra aliena est; vel universa terra erit exilium, si quicquid sæculi iudicatur alienum.

2 Clausit sub uno pectore Benedictus, quæcumque gessit Abrahamus. Genes. 23. 41. *Advena & peregrinus* dicitur, solicitans speluncam, ut sepeliret Saram. Brevi igitur compendio, mundi exprimitur renunciatio: *Advena*, quippe alienam cogitabat terram: *Peregrinus*, quia nec terram habebat in sepulturam. Hoc præclarum gestum Abrahæ: illustrius micat facinus Benedicti. Maior mundo est, qui se putat peregrinum in mundo: & ut magnitudinem attingeret rara peregrinatio; sepultum sprevit terram, quam cadaver habebat in sepulturam. Plaudatur namque dum sepelitur, vel dum non sepelitur: etenim si sepulchri terra propria; Benedicto vel morienti nulla, quia terra. Plaudatur: etenim ius, ubi luceat vel in mortuo nova peregrinatio, quod emineat excelsa peregrina magnitudo.

Vel terram spernit in sepulturâ.

3 *Solem Persa in antro venerabantur*: ait Chartarius in *Apoll.* fol. 46. Ita adoramus Benedictum, qui Sol cognovit occasum. Ægyptij adorarunt Solem in navi, quam proposito nostro ex Martiano Capella præfatus Auctor describit ibid. fol. 45. *Eandem flammis universam conflagrare, pretiosis mercibus onustam, septem ei fratres præsse, intrinsecus lucis fontem coërcere, quam occultis quibusdam vijs per universum orbem diffundebat.* Ecce Solis virtutis ægnima. Inquirenda est mythologia. Per navem significatur *adventus vel migratio*: ait Pierius Valer. lib. 45. *Hieroglyph.* cap. 2. & ut clarius arcanum indicet, ibid. addit; *Navigationem in Italiam ostendit.* Latebat quid signaret istiusmodi navis, quousque tempus advenit translationis Solis Occidentis: igitur cum sorore Scholastica, dimissa sepulchri, aut antri, ubi colebatur, terrâ; freta radijs scindens, & ubivis obvijs gratijs, fratribus comitantibus urnam, pretiosis mercibus onustam, uti illius reliquiarum apothecam,

Vincent Chart. Descriptio navis Solis. Pier. Val.

Senec. ——— (*Hue ille decrevit gigas.*
*O quanta Titan in vibil moles abit!*)

Pompaticâ vehitur navi in Galliam, terram alienam; sed ut revertatur in Italiam: etenim adventus debebat esse & migratio, completo Solis curriculo; quo tanquàm in occasum cursum dirigeret in Casini verticem, sparsa luce occultis quibusdam vijs per universum orbem.

4 Quæ singularia, habent (ut concilietur fidem) prodigia prævia. *Alexandrina navis appulit* (ostentum refert Suetonius in *Sulpic. Galba* cap. 10.) *sine gubernatore, sine nauta, aut vectore ullo.* Navis Solis vehitur occultis quibusdam vijs. Navis in qua cadaver Benedicti progreditur *sine gubernatore, sine remige*: ait Diodericus cap. 8. de *Illation. reliq. S. Benedicti.* Sine cura remigis? Quid mirum? Navis est Solis. Viam navis in medio maris stupuit Salomon. Quid si in navi vectum atque vectorem prospiceret Benedictum? Ergo intendamus in miraculum.

Prodigia Alexandrina navis. Sueton. Dioder.

5 Surdo corde Ionas fugiebat reversuram à pravitate Niniven; & ne fugeret, flumina elevaverunt, usque ad æthera vocem; etenim ut magis quàm fluctibus crispis, quateretur vocibus navis pectoris; mirabiles apparuerunt tranquilli elationes maris. Simulatque in navem Ionas ascendit, in illam vento soluto tota procella detonuit, ut quæ fluctibus & vehementiori flatu ruptis velis elevabatur in cælum, graviore lapsu fugitivis undis laberetur in fundum. Tunditur hinc illinc servet mare, venti flant, irruentes in ratem levem, turbinis & fluctus vel ludibrium, vel certamen. Fluctifrago tremit silva sub ictu, iuvante vento; & malus frangi dubitans stridet ab alto, clavo sine regimine, & antenna palpitante; igitur subter concussa spina carinæ, patulis tabularum commissuris, quasi in ostentionem cadaveris ratis. Interea naufragum gemitus, in cælum planctus, de morte mœrot, pro rate labor, pro discrimine dolor. Sunt miseræ voces ad singula fragmina Ponti; & moriuntur opibus, ut pauperes possint vivere: quandoquidem opum avidum in pelagus merces præcipitant, & periculà damnis vincere tentant. Eleganter describit articulum Tertullianus, vel quisquis fuerit, quippe in Pamel. edit. non invenio, Carm. de *Iona & Ninive* tom. 8. *Biblioth.* V.PP.

Procella in Ionam gravissima.

*Parvula non subitò maculaverat æthra nubes,*
*Vellere sulfurgo de semine concita venti,*
*Paulatimque globus pariter cum Sole cohæsit,*
*Deceptumque diem caliginis agmine clausit.*
*Fit speculum cœli pelagus, niger ambitus undas*

Tertul.



*Inficit, in tenebras ruit æther, & mare surgit,*
*Nec quicquam, medios fluctus dum nubila tangunt,*
*Gloria ventorum, quos omnes turbine miscet.*

Inhiabat mare corpori Ionæ, & quiescere renuit, quousque miserunt in mare. Præparaverat Dominus piscem grandem, ut deglutiret fugientem; in cuius ventre fuit Ionas

Ion 1. 2. Quid fig nificeit

*tribus diebus & tribus noctibus.* Pugnat orbis terrarum contra infensatum, nec admittit ab insensibilibus prudens consilium, nec amplectitur respiscentiam, essò viderit orbem laborare, ut reducatur in viam. Metrice astruit tropologiam Hugo Victorinus *Serm.* 4.

Hug. Victor.

*Sævit mare, fremunt venti,*
*Fluctus surgunt turbulenti,*
*Navis currit, sed currenti*
*Tot occurrunt obvia.*
*Post abyssos nunc ad cœlum*
*Furens unda fert phaselum,*
*Nutat malus, fluit velum,*
*Nautæ cessat opera.*
*Contabescat in his malis*
*Homo noster animalis.*

6 Miratur iurè ratio huiuscemodi prodigium, quod secutum fuit utique maius miraculum. Maius? Absdubie. Deglutivit Ionam cete. *Sic Ionæ cetus triduò subfugalis fuit, & quò intus gubernans, non quò ipse volebat ducens*: inquit Chrysostomus in *Psalm.* 96. Quid hoc miraculo mirabilius? Singularitate, & veneratione suspenditur intellectus. Non ducebat, quem ducebat, Ionam piscis; sed piscem regebat Ionas. Consonum videbatur, quòd tunc Prophetam sepultum duceret cete, ut in destinatum locum deponeret; igitur ibat in piscis ventre, quasi in animata navi: verùm aliter accidit, si quidem piscem tamquàm navem gubernabat, non quò piscis, sed quò ductus ab illo duci volebat: quandoquidem intra ventris sepulchrum duxit in portum. Graphicè Sedulius de *Christ. miracul.* lib. 1. v. 191.

Chrysost. Cete navis Ionæ.

*Ionas puppe cadens, Ceto sorbente vocatus,*
*In pelago non sentit aquas, vitale sepulchrum*
*Ne moreretur habens, tutusque in ventre ferino*
*Depositum non præda fuit, vastumque per æquor*
*Venit ad ignotas inimico remige terras.*

Singulare portentum! Sed maius signum. Consulte videris. Ionas nonne figura Christi sepulti? Sanè. Sic iacuit, *sicut Ionas in ventre ceti.* Quomodò ab illo erit in regimen navis motus, si ibi iacet quasi mortuus & sepultus? Quod novum rationi, est commendatio miraculi: siquidem nullum maius, quàm videre navim ductam & ductricem (motam à cadavere clarâ repræsentatione, posito in sepulchro vivo, per mare vago) appellere, ac feliciter in optatum pervenire portum, quasi cadaver posset, quo vehebatur, vita informare phaselum.

Matth. 12. 40. Infigne Prodigij.

7 In navi collocatur Sol Benedictus, sed eclipsim passus; quippe dumtaxat sacri cadaveris ossa erant & renes & carbata, atque gubernaculum, queis vidit navicula portum.

*Divinum gelidis sine remige creditur undis*
*Corpus, idem profugæ vector onusque ratis.*

Bugnot.

Accinit N. Gabriel Bugnotius *Epigram. de Illat. Off. S. Bened.* Sine remige, sine gubernatore. Sine remis fluctus secat? Sine velis cursum acta festinat? Quis movet? Qui interiùs regit ductor navis, Sol splendens Occidentis. Nonne cadaver gelidum? Navem non habitat ut sepulchrum? Profectò. Ecce miraculi magnitudo, ut veheret, à qua vehebatur, dirigens navem, quasi non regeretur: quandoquidem pervenit in portum, quia ipse interiùs, quò volebat, moderabatur navigium. Vita mortuorum sepulchrum est. Exponendum itaque quid gloriæ attulerit renunciare eiusmodi vitæ, & quæ gloria data pro vitæ renunciatione.

Cadaver Benedicti regebat navem.

8 Aptè dicitur de Benedicto, dum est, vel non est in tumulo, quod prædicatur de Petro: *Reliquimus omnia.* Omnia? Utique. Vita vitæ sunt divitiæ, & opulentia sæculi. Vita post obitum, est sepulchrum, iuxta illud Lucretij lib. 3. de *Rer. nat.* v. 1088.

Matth. 19. 27.

——— *In quo sit mortalibus omnis*
*Ætas post mortem.*

Lucret.

Et reliquit omnia relicta vitâ vitæ, & vitâ mortis, qua cadavera vivant in sepulchris. *Fortasse laboriosum non est homini, relinquere sua; sed valdè laboriosum est, relinquere semetipsum*: ait Gregorius Magn. Homil. 32. in *Evang.* Qui sua relinquit, relinquit quæ sui non sunt: qui sepulchro renunciat, relinquit se: & amplior patet fastidij demonstratio, abnegare semetipsum; quàm sibi detrahere opulentiam bonorum. Ultra omnia, quæ dimittuntur in vitâ, Benedictus ingeniosè construxit tædia. Non relinquitur totum, ubi supersit renunciationi sepulchrum: & à Benedicto sepulchri dimittitur terra, ut relinqueret omnia; vel post despectum mundum, esset aliquid post omnia relinquendum. Despicere mundi felicitatem, est extraneis valedicere: despicere quietem tumuli, est à se abesse, vel à se deficere. A se deficere, est mori: & mori post functum obitum, quia non visum, est portentum. Ratio

Gregor. Magn.

Benedicti vita post obitum mortuus.

suppe-

*Sepulchrum vita cadaveris.*

suppetit. Qui sepulchri despicit quietem, relinquit cor, vitalitatis originem. Sine corde non est vita in animali, igitur ab illo spiritus procedunt tamquàm à fonte: & post mortem moritur, quisquis oblitus sui sepulchro renunciaverit; quoniam sepulchrum est cor, ubi post mortem corporis vita residet.

9 Haud arbitreris abnegationis magnitudinem, terminorum implicationem. Ægyptiorum doctrina demonstrabit veritatem. Apud Romanos sepulchrum cupresso signatum est: *Apud Ægyptios sepulchrum significatur per cor*: ait Pierius Valer. *lib. 34. cap. 15.* Insigne profectò symbolum. Cor est principium vitæ: sepulchrum, trophæum quod erigitur à morte. Quomodò indivisa eadem signa, dum constant significata contraria? Mors & vita? Utique. Quænam ergo vita in morte? Sepeliri: igitur quies felix, quæ corpus iacet, est vita sine vita, quam mors concedit.

*Pier. Valer.*

*Sepulchrum cur significatur per cor.*

Deinde. Per cor significatur sepulchrum. Rutilat hieroglyphico Ægyptiorum ingenium, quamvis videatur dirigi in contentionem & umbram & veritatem: igitur si corde vivitur, dum vivitur; per sepulchrum vivit homo, quando moritur: corque signatur fons vitæ, atque symbolum sepulchri; ut per sepulchri feliciter nacti quietem, vitam habeat cadaver etiam post mortem.

*Auson.*

*Mors etiam saxis:*

Canit Ausonius *Epigram. 34.* Testantur monumenta vetustate, ut clareat, quòd possint ipsa sepulchra mori. *Mors etiam saxis*: etiam sunt fata sepulchris. Quis ambigit? Vita. Ipsa sepulchra sunt corda, quibus vivunt quasi in cinere cadavera: igitur vel moriens haud moritur homo, si quieverit in sepulchro.

*In sepulchro quænam vita?*

10 Signum quærebant Pharisæi ducti curiositate, ut alio miraculo Christus astrueret veritatem singularis prodigij; quasi futura miracula expediri possent à pretenti calumniâ. Respondit Dominus: *Generatio mala & adultera signum quærit: & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ.* Videamus signum. *Sicut enim* (infit) *fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus; sic erit filius hominis in corde terræ.* Nota: *In corde terræ*, dicit. Tribus diebus & tribus noctibus erit in requie sepulchri: & dicit *In corde*: Quàm aptè! Per motum cordis in mortali vita vivimus: per sepulchrum vel post mortem respiramus. Si vitâ cor est sepulchrum vitalitatis, sepulchrum post mortem est vitalitas cordis: & dicit Christus *In corde terræ*, dum cadaver tradendum sepulturæ; quoniam vitalem habebit halitum, ubi obtinuerit sepulchrum. Sepulchrum cor, ut in morte vita sit. Sepulchri cor insigne, ut vita sit vivo corpori, & cadaveri. Corpori in vita, quippe cor vitalitatem continet: cadaveri in morte, quoniam in sepulchro quiescit.

*Matth. 12. 39.*

*Vers. 40.*

*Vitæ habita in morte?*

11 Contextus veritatem & proprietatem ostendit. *Sicut fuit Ionas* (Assertor dicit) *in ventre ceti, sic erit filius hominis in corde terræ. Sic* nota comparationis est, designans ex Iona modum, quo habitaturus sepulchrum. Sic erit Christus intra ambitum sepulturæ, sicut fuit Ionas in ventre ceti. *Sic*? Haud facilè potest percipi. Ionas in ventre ceti fuit vivus: in sepulchro Christus mortuus: quomodò si deficit vita, sic & non aliter ac Ionas, iacebit in sepultura? *Sic*? Qua lege munus vitæ in corde terræ? Quia traditus sepulturæ. Qui moritur, & non sepelitur, morte moritur. Qui sepulturâ gaudet, vel moriendo vivit: & propriè Ionæ vivo comparatur Christus mortuus; quippe iacebat sepultus.

*Vivit mortuus, quandiù iacuerit sepultus.*

12 Quæstio curiosa incidit. In sui abnegatione, ubi maior Benedictus, in tumulo vel in specu? Ubi mortuus vitæ, vel ubi vivus in morte? Ubi sensibiliter mortuus, vel ubi insensibiliter vivus? Uter dolor acrior? Videtur in vita, igitur vivere post mortem, est mortis levamen; & onus, mori ante mortem. Hic rumpitur formæ & materiæ nexus, quin rumpatur, quippe in quolibet vitæ momento moritur homo; quod quidem summa pugna formâ contrariâ, requiei nescia, longè à tumulo cadaveris, ubi plenissima requies. Maior sanè labor mori & vivere, quàm non requiescere in requie. Futile argumentum. Respiratione morimur. Dumtaxat est discrimen inter halitus finem, atque vitam in ipsa & ex ipsa duratione deficientem: unde Gregorius Mag. nullum cogitat inter anxietates vivendi expiramine, & inter pœnas moriendi respiratione. *Ipse enim* (ait Homil. 37. in *Evang.*) *quotidianus defectus corruptionis, quid est aliud, quàm quædam prolixitas mortis*? Non fugitur, sed arcetur. Vel Ethnicus cognovit: etenim lib. 10. *Metam.* Fab. 1. canit:

*Ubi sui maior abnegatio, dum Benedictus manserit in specu, vel dum renunciavit sepulchro?*

*Vita est vivo mors.*

*Gregor. Magn.*

*Omnia debentur vobis. Paulumque morati*
*Serius, aut citius sedem properamus ad unam.*
*Tendimus huc omnes: hæc est domus ultima, vosque*
*Humani generis longissima regna tenetis.*
*Hæc quoque cum iustos natura peregerit annos*

*Ovid.*

*Iuris erit vestri: pro munere poscimus usum.*

Vita in corpore est aliena: ideo ille quidam iamiam moriturus dixit: *Animam non perdo,*

*Et quid alienum.*



*Sepulchrum, proprium*

*do, sed restituo.* Vita cadaveris in sepulchro est vita propria; quapropter dicitur: *Ius sepulchri, & propria terra.* Genes. 23. 4. & Psalm. 145. 4. Numquàm ex negata gratia, quit oriri querimonia: ex iure repulsa introducitur vexatio: hinc maior in homine pœna carere aut privari sepultura; quoniam acrius tormentum amittere proprium, quàm restituere alienum, creditum tantùm ad usum. In renunciatione prima Benedictus maior mundo. In secunda maior seipso. Quapropter despectui generosiori tribuitur meritò renunciatio sepulchri; quippe in antro sepelivit vitam tandem tandem restituendam, & in sepulchro remisit, quam habebat iure propriam. Contemplemur quàm gravis hominibus huius dimissio vitæ, ut constet renunciatio ex sepulchri æstimatione.

*Cur olim homicida insepultus?*

*Lucan.*

*An aqua criminis pœna?*

13 Semper molesta mors, sed toleranda per fidem, ut Catholici scribant, ubi oportuerit, sanguine veritatem: igitur fidem probant, dumusque ad sanguinem certant. Lucrum est vitæ dispendium, quippe post mortem est vita: & licèt tyrannorum impendant ingeniosa cruciamina: *Nolite timere*, dixit afflictis Christus Dominus, *eos qui occidunt corpus.* Rationem affruit: *Post hæc non habent amplius quid faciant.* Aliqui, ut refert Augustinus de *Civ. Dei* lib. 1. cap. 12. dicebant: *Qui corpus occidunt non debere timeri ante mortem, ne corpus occidant; sed timeri debere post mortem, ne corpus occisum sepeliri non sinant.* Haud trepidant pœnas, expellentes à corpore vitam; & formidant, ubi nullam corpus patitur pœnam? Nullam? Acerbiorem mortis cruciamine, quod vincitur morte. Nonnumquàm formido est signum æstimationis habiti: & cùm pluris quàm vita æstimetur habitatio sepulchri; mortem non timent, qui insepulturam abhorrent: siquidem virtus est in pectore, ut vita à corpore doloribus expellatur; & deficit, ut cadaver sepulchri honore privetur. Tyranni post mortem non habent amplius quid faciant: sed morientes, post mortem quid habent amplius, quod timeant. Illud quid est in cogitatione hominum acerbissimum tormentum, quod non mensuratur doloris sensibilitate, sed amore: quo quisque valt quiescere in sepulchro, quasi cadaveris throno, cuius vita cogitatur ut propria, cùm reddita sit aliena: unde si iuxta æstimationis momentum fit contrapositio pretiositatis vitarum; illud amplius quid post mortem, plurimi ducunt quam ipsam vitalitatem: quandoquidem malunt vitâ privari, quàm sepulturâ carere.

*Matth. 10. 28.*

*Luc. 12. 4.*

*An excessiva?*

*Suetou.*

*Amplior homini dolor ex carentia sepulturæ, quàm ex vitæ privatione.*

14 Senatusconsultum fuit, uti hìc diximus in *Litter. Expositi.* num. 14. Homicida *insepultus abiicitur.* Haud respondet pœna culpæ, ut abhorreat quisquam à proximi morte. Supplicium est pœna peccati, & carere sepulchro non est supplicium; quippe cadaver delinquentis non habet sensum. Quænam pœna sine sensu ad pœnam?

*Olympias quare sit ex oculis auditis filij mortem?*

*—Cœlo tegitur qui non habet urnam.*

Haud sensibile carere sepulchro. Minimè. Acrior est pœna, quam patitur in cogitatione homo. Propter vitam ablatam auferetur vita; & carentiâ sepulchri audaci respondet pœna: igitur propter admissum in proximum crimen; damnatur ut amittat dulciorem vitalitatem. Ne careret Respublica eius auxilio, qui vivus illam defendere uti matrem valebat; vita iure morituro indulsit, verùm pœnæ commutationem ad æqualitatem cogitavit: etenim pro vita hominis interfecti, surrogabatur mors cadaveris insepulti. Acrior, inquam, pro morte illata inferenda pœna, quàm vita pro vita. Videtur subsidium inferendi doloris, & fuit species ingeniosi cruciaminis: igitur lege urgebatur, ut vitam amitteret, quam nemo hucusque despexit. Hinc Vespasianus, ut refert Sueton. in eius *Vit.* cap. 2. *Pœna coniuratorum addendum censuit, ut insepulti proicerentur.* Intendit Senatus vitam dilectionem prosterni, propter crimen homicidij; & inter sepulchri honorem, & cordis vitalitatem, ut magis torqueatur, mortuus stipiti devoveatur: siquidem pluris habetur iacere ut cadaver in sepulchro, quàm mortalitati obnoxiæ vitalitatis dulcedo.

*Cur sepulchra ornatissima?*

15 Non deploravit deplorabilis Alexandri mortem Olympias: verùm cùm insepultum audijsset, erupit in lachrymas: igitur infelix amittebat vitalitatem, quam etiam homo miser habet post mortem. Minimè lachrymata est fortunam cassam; sed ita parcam fortunam, ut quem dedit orbis imperium, denegaverit sepulchrum. Vide Tit. Liv. *lib. 8. dec. 1.* Dumtaxat fabrica sepulchrorum videtur fuisse Ægyptiorum studium, quin pepercissent expensis, in constructione & pulchritudine molis; ut rutilaret æternitas, ubi iacebat mortalitas. Satagebant de ornatu throni, igitur ibi diutiùs permansuri, ut illo studio & obsequio cederet in cultus pectoris, quæ materia formationis corporis. Quid huiusmodi in sepulturam propensio, dum Benedictus spoliatus sepulchro? Quicquid difficile in amore hominum, eius astruit vel sepulchri plene despectum, & proterendo post mortem nobilitaris stemmata, & abdicendo vanitatum insignia. Haud relinquendum vel in toto mun-

*Benedictus etiàm post mortem abnegavit se.*

do plus, dum etiam post vitam & sibi abnegavit se.

16 Nulla (quid si insignis?) hominis recta operatio sine præmio. Pro huiusmodi mancipata vita, quid ergo erit Benefício? Si reliquit, quam habet cadaver, vitam; vitam profectò habebit, quoniam reliquit. Vitam in sepulchro? Vitam non habet, quia mortuus: vitâ cadaveris etiam caret, quia insepultus: quamnam ergo habebit vitam, dum non cogitamus aliam? Citò promam. Dixi supr. n. 9. apud Ægyptios, sepulchrum significari per cor. Apriùs cor hic designatur per sepulchrum: igitur si cor origo vitalitatis, patent in sepulchro vitales cineres. Adhuc est flamma, ubi absconditur vita. Vivit in funere, & respirat in morte. Vel in urna gaudet motu, & ossa nobili spiritu, palpitante corde in sepulchri atiditate.

*Cinis tineres, vitales.*

17 Aperto sigillo quinto libri inscrutabilis per immaculatum Agnum; vidit Ioannes *sub altare Dei animas interfectorum.* Viegas, Haye, Alcazar, & alij hic interpretantur *Animas, Cadavera, Corpora.* An quia cadavera sepulta, vel post mortem describuntur animata corpora; ut per sepulchri dignitatem, astruatur vita, quæ possidetur post mortem? Si adest corporibus anima, nullatenus corpora mortua. Qua ergo lege quæ cadavera erunt animæ? Per nexum contrarietatis, ostenditur summus honoris; igitur operantur mirabilia, quasi non essent cadavera. Vox viventes indicat, & illa *clamabant.* Ne dubitetur vitæ singularis fax, vitam cadaverum demonstrat audita vox. *Clamabant.* Quid? Translationem. *Post corporis immolationem, & sepulturam in altari holocaustorum translatæ sunt animæ*: ait Alapide hic. Sit ergo: verùm ad quid translatio? Ut per huiusmodi transitum pateat vita interfectorum. In translatione ossa operatura miracula, quibus in ossibus comprobanda vita: dicunturque animæ, quæ principia vitæ; siquidem per prodigia, quæ factura ossa in optata translatione, mundo manifestandum, corpora sine vita gaudere vitalitate.

[Apoc. 6. 9. Vieg. Haye.

*Est vita sepulti.*

Ibid. v. 10.

Alapid.

*Miraculis comprobatur in cadaveribus vita.*

18 Attestatur acumini phrasis singularis Sacræ paginæ. De filijs Aaron dicit: *Egressus ignis devoravit eos, & mortui sunt.* Ad quid igitur dicuntur mortui, dum in cineres supponuntur flammæ virtute redacti? Quia sunt cineres animati, uti liquet in ossibus Benedicti. Sunt ossa, sed non arida; quippe miraculis florida. Sunt reliquiæ vitales: quæ satagunt translationis; ut conflet in ossibus præstantia vitæ, vel intra sphæram sepulchri. Vita in sepulchri sphæra? Nova sanequàm vita. Vita est motus à se. In cadavere non motus. Est vita, qua vivitur ante mortem; est etiam vita, qua post mortem vivitur. Vita post mortem est, cadaver cadaveri, quam non habet, præstare vitalitatem: & Benedictus mortuus in translatione ossium plauditur vivus; quia illicò ut eius cadaver cadaver tetigit, animam corporis mortui in hanc auram revocavit.

Levit. 10. 2.

*Vita cadaveris est, cadaveri dare vitam*

19 Reticulum insigne ex floribus virtutum Elisei, intendit concinnare Siracides, & uti præstantiorem inter rutilos flores, designat: *Mortuum prophetavit corpus eius.* Observetur vox *Prophetavit*: de qua ex professo Nos, *Tom. 6. Tautolog.* 5. ad illud 3. Reg. 22. 10. *Prophetæ prophetabant.* Ezechielis prophetia dirigitur in ossa arida: at quid prophetabunt ossa? *Prophetia*, iuxta Angelic. Doctorem, 2. 2. quæst. 171. art. 1. in corp. *Est inspiratio vel revelatio divina rerum eventus immobili veritate denuncians.* Denunciatio supponit vocem: vox spiritum, spiritus vitam. Unde igitur cadaver Elisei, ut prophetaret, habuit spiritum, si iacet ut corpus mortuum? *Quidam sepelientes hominem* (dicit historia sacra) *proiecerunt cadaver in sepulchro Elisei: quod cùm tetigisset ossa Elisei, revixit homo, & stetit super pedes suos.* Cùm essent ossa Elisei in sepulchro, vitam dedit cadaveri dumtaxat ossium contactu: & dum restituuntur vitales halitus, Eliseus plauditur vivus; quoniam vitam, quam quit habere cadaver subtus terram, est posse communicare alij cadaveri vitam.

Eccli. 48. 14.

D. Thom.

*Miraculum insigne, mortuã mortuũ suscitare.*

4. Reg. 13. 21.

20 Quis vitam modò negabit post mortem ossibus Benedicti? Quis non negabit, cùm ossa ferantur de sepulchro in sepulchrum? Vita & in sepulchro? Profectò. Iacebat coram ossibus cadaver: verùm *ut mortui mortua tetigere ossa, per mortuum mortua vita redditur*: ait Adrevaldus in *Hist. Floriacens.* cap. 8. Simulatque frigidum cadaver, procul vitalitatis igne, Benedicti cadaveris tetigit ossa; vitæ facis extinctæ resplenduit flamma. Spiritum haud accepit à vivo, sed à mortuo. Per mortuum accipit vel recipit, quod iam cadaver, spiritum? Quid novi, si ossa Benedicti cadaveris viva vocentur, dum à sepulchro Casinensi transferuntur? Vita siquidem quæ habetur, uti virtutis insigne, in mortis regione, est posse vitam participare cadaveri. *Gloriosum* plauditur Christi *sepulchrum*: & ostendit Basilius Seleucien. unde gloriosum. *Mortuos liberaturus erat Christi tumulus*: infit *Orat.* 13. Mirum itaque, quòd à vivente vitâ donentur cadavera: cæterùm à cadavere, maxima

Adrev. vit.

*Benedicti mira cula vitæ mortui erant insignia.*

Isai. 11. 10.

Basil. Sel.



xima gloria. Singulare est, quòd ab homine revocetur in cadaver spiritus; igitur ad præteritum, nisi miraculo, non datur regressus. Spiritus vadit, & non redit, quippe e carcere mortis nullus extorquet. Verum ne, dum fiat, iudicetur impossibile; videmus facem accensam extinctæ flammam facile communicare. Hæc est gloria, sed non summa: summa plane, cadaver cadaveri vitæ, quam non habet, participare lucem; sicut mirabile lucernæ extinctæ extinctam communicare splendorem.

*Sepulchrum Benedicti gloriosũ.*

21 Cursum reflectamus in prodigium Elisei, cuius dudum meminimus. *Mortuum prophetavit corpus eius*: dixit Sirachus, insistque: *In vita sua fecit monstra, & in morte mirabilia operatus est.* Fecit monstra in vita, quia filium Sunamitis eduxit potens è faucibus mortis: fecit mirabilia in morte, vitâ communicatâ cadaveri. Ita enim Syr. *In vita sua fecit prodigia, & in morte sua vivificavit mortuum.* Cur igitur vitæ dicuntur tantùm miracula, & miraculum post mortem mirabilia, quasi è numero miraculorum miracula singularia? Eiusdem speciei sunt miracula, quorum eadem argumenta. Si resurrectio mortuorum est materia illius virtutis, & Siracidis laudis; quare resurrectio secunda signatur universa mirabilia? Præ oculis ratio, atque potestatis magnitudo. In vita Eliseus gaudebat igne vitalitatis, atque calore ignis, ut in vitam posset aliquomodò disponere cadaver infantis. In morte carebat igne; & plauditur compendium miraculorum resurrectio facta, cùm habitaret sepulchrum; quoniam insignius inter miracula patet, vitam communicare, quin haberet. Hispan. *Por ser lo mas singular entre todos los assombros, comunicar à un cadaver los alientos sin alientos.*

Eccli. 48. 14. Vers. 15

Syr.

*Mortuus suscitare mortuũ, inter miracula maximum.*

22 Infantem, dum viveret Benedictus, revocavit ab Orco: refert Gregor. Magnus lib. 2. *Dialogor.* cap. 32. Dum ossa illius transferuntur idem miraculum fit. Quodnam maius? Quod fit modò. *Ut mortui mortua tetigere ossa, per mortuum mortua vita redditur.* Minimè datur locus contentioni, cùm inter cuncta rutilet miraculum singulare. Prius lux viva potuit infundi & illustrare statuam gelidam, quam adinstar Promethei deformatione formavit Lachesis in sepulturam. Ignis igne fovetur. Modò uti cinis sine flamma transfertur, ut sepeliatur: & inter miraculum & miraculum, hoc singulare prodigium; quoniam cadaveri à cadavere communicari vitam, excedit planè miraculorum sphæram. A mortuo vita! Sanè universa miracula.

Adrev.

*Amortuo vita, universa miracula.*

23 Huic Soli plus ultrà est, ubi non videtur ultrà. Luminare maius necdum constitutum in circuli sui suprema Zodiaci altitudine, sequebatur hæccine Epigraphe: *Nondum in auge.* Ita Silvester à Petra-Sancta de *Symbol. heroic.* lib. 1. cap. 3. Quicquid virtus Solis, aptiùs cadit in virtutem Solis Occidentis. Reliquit Sol miserabilem mundum propter cœlum; ut frueretur beatiori sorte; cæterùm necdum in auge: siquidem adhuc restabat perfectio, ut seipsum relinqueret in sepulchro. Nihil ultra videbatur in potestate virtutis, concessâ vita cadaveri infantis, sublati à funere tristi; attamen necdum in auge: etenim restabat in eius gloriam, quòd cadaveri cadaver conferret vitam. Maior constat mundo, qui seipso maior. Hic datur virtuti decor. Beatitudo

*Benedictus post mortem tendit in summa.*

——— *Suprema est meta laboris.* Senec.

## DIDASCALIA IV.

### *Baptista in generali habitaculo satis se miratus est, esse peregrinum.*

Chrysol.

1 TEstatur Chrysologus *Serm.* 92. Peregrinus dicitur, qui è propriis devolvitur in aliena; & est Ioannes peregrinus, quippe advena in terra propria. *Advena & peregrinus*: dicitur Abraham inter filios Heth: restat ad perfectionem virtutis aliquid plus. Peregrinus, quoniam illuc devenerat ex patria; & terra aliena non propria: verùm felicior habitatione Baptista, qui peregrinus, & nequaquam advena. Non est peregrinus inter homines homo, siquidem cunctorum una conditio: & Baptista sese iudicavit peregrinum, ubi genitus obtinuit genitricis habitaculum; quippe licèt esset cum reliquis hominibus conditionis eiusdem, ampliorem cunctis adeptus est perfectionem; vocaturque iure inter proprios exoticus; quia sicut illum neminem umquam vidit humanum genus.

Genes. 23. 4.

*Ioanni in natura humana peregrinus, si est homo.*

*Ante tuos vultus, genuit nec fœmina quem-quam*
*Maior Ioannis nostri qui viribus esset.*

Iuvencus

Canit Iuvencus de *Evang. hist.* lib. 2. v. 543. Quid mirum, si in eadem natura peregrinum cogitarent, cùm in homine plusquam hominem viderent?

Luc. 1 66.

2 Nascitur, sed *posuerunt omnes qui audierant in corde suo dicentes: Quis putas puer iste erit*: Quæstio ex prodigijs in eius



Num 2 na-

do plus, dum etiam post vitam & sibi abnegavit se.

16 Nulla (quid si insignis?) hominis recta operatio sine præmio. Pro huiusmodi mancipata vita, quid ergo erit Benefício? Si reliquit, quam habet cadaver, vitam; vitam profectò habebit, quoniam reliquit. Vitam in sepulchro? Vitam non habet, quia mortuus: vitâ cadaveris etiam caret, quia insepultus: quamnam ergo habebit vitam, dum non cogitamus aliam? Citò promam. Dixi supr. n. 9. apud Ægyptios, sepulchrum significari per cor. Apriùs cor hic designatur per sepulchrum: igitur si cor origo vitalitatis, patent in sepulchro vitales cineres. Adhuc est flamma, ubi absconditur vita. Vivit in funere, & respirat in morte. Vel in urna gaudet motu, & ossa nobili spiritu, palpitante corde in sepulchri atiditate.

*Cinis tineres, vitales.*

17 Aperto sigillo quinto libri inscrutabilis per immaculatum Agnum; vidit Ioannes *sub altare Dei animas interfectorum.* Viegas, Haye, Alcazar, & alij hic interpretantur *Animas, Cadavera, Corpora.* An quia cadavera sepulta, vel post mortem describuntur animata corpora; ut per sepulchri dignitatem, astruatur vita, quæ possidetur post mortem? Si adest corporibus anima, nullatenus corpora mortua. Qua ergo lege quæ cadavera erunt animæ? Per nexum contrarietatis, ostenditur summus honoris; igitur operantur mirabilia, quasi non essent cadavera. Vox viventes indicat, & illa *clamabant.* Ne dubitetur vitæ singularis fax, vitam cadaverum demonstrat audita vox. *Clamabant.* Quid? Translationem. *Post corporis immolationem, & sepulturam in altari holocaustorum translatæ sunt animæ*: ait Alapide hic. Sit ergo: verùm ad quid translatio? Ut per huiusmodi transitum pateat vita interfectorum. In translatione ossa operatura miracula, quibus in ossibus comprobanda vita: dicunturque animæ, quæ principia vitæ; siquidem per prodigia, quæ factura ossa in optata translatione, mundo manifestandum, corpora sine vita gaudere vitalitate.

[Apoc. 6. 9. Vieg. Haye.

*Est vita sepulti.*

Ibid. v. 10.

Alapid.

*Miraculis comprobatur in cadaveribus vita.*

18 Attestatur acumini phrasis singularis Sacræ paginæ. De filijs Aaron dicit: *Egressus ignis devoravit eos, & mortui sunt.* Ad quid igitur dicuntur mortui, dum in cineres supponuntur flammæ virtute redacti? Quia sunt cineres animati, uti liquet in ossibus Benedicti. Sunt ossa, sed non arida; quippe miraculis florida. Sunt reliquiæ vitales: quæ satagunt translationis; ut conflet in ossibus præstantia vitæ, vel intra sphæram sepulchri. Vita in sepulchri sphæra? Nova sanequàm vita. Vita est motus à se. In cadavere non motus. Est vita, qua vivitur ante mortem; est etiam vita, qua post mortem vivitur. Vita post mortem est, cadaver cadaveri, quam non habet, præstare vitalitatem: & Benedictus mortuus in translatione ossium plauditur vivus; quia illicò ut eius cadaver cadaver tetigit, animam corporis mortui in hanc auram revocavit.

Levit. 10. 2.

*Vita cadaveris est, cadaveri dare vitam*

19 Reticulum insigne ex floribus virtutum Elisei, intendit concinnare Siracides, & uti præstantiorem inter rutilos flores, designat: *Mortuum prophetavit corpus eius.* Observetur vox *Prophetavit*: de qua ex professo Nos, *Tom. 6. Tautolog.* 5. ad illud 3. Reg. 22. 10. *Prophetæ prophetabant.* Ezechielis prophetia dirigitur in ossa arida: at quid prophetabunt ossa? *Prophetia*, iuxta Angelic. Doctorem, 2. 2. quæst. 171. art. 1. in corp. *Est inspiratio vel revelatio divina rerum eventus immobili veritate denuncians.* Denunciatio supponit vocem: vox spiritum, spiritus vitam. Unde igitur cadaver Elisei, ut prophetaret, habuit spiritum, si iacet ut corpus mortuum? *Quidam sepelientes hominem* (dicit historia sacra) *proiecerunt cadaver in sepulchro Elisei: quod cùm tetigisset ossa Elisei, revixit homo, & stetit super pedes suos.* Cùm essent ossa Elisei in sepulchro, vitam dedit cadaveri dumtaxat ossium contactu: & dum restituuntur vitales halitus, Eliseus plauditur vivus; quoniam vitam, quam quit habere cadaver subtus terram, est posse communicare alij cadaveri vitam.

Eccli. 48. 14.

D. Thom.

*Miraculum insigne, mortuã mortuũ suscitare.*

4. Reg. 13. 21.

20 Quis vitam modò negabit post mortem ossibus Benedicti? Quis non negabit, cùm ossa ferantur de sepulchro in sepulchrum? Vita & in sepulchro? Profectò. Iacebat coram ossibus cadaver: verùm *ut mortui mortua tetigere ossa, per mortuum mortua vita redditur*: ait Adrevaldus in *Hist. Floriacens.* cap. 8. Simulatque frigidum cadaver, procul vitalitatis igne, Benedicti cadaveris tetigit ossa; vitæ facis extinctæ resplenduit flamma. Spiritum haud accepit à vivo, sed à mortuo. Per mortuum accipit vel recipit, quod iam cadaver, spiritum? Quid novi, si ossa Benedicti cadaveris viva vocentur, dum à sepulchro Casinensi transferuntur? Vita siquidem quæ habetur, uti virtutis insigne, in mortis regione, est posse vitam participare cadaveri. *Gloriosum* plauditur Christi *sepulchrum*: & ostendit Basilius Seleucien. unde gloriosum. *Mortuos liberaturus erat Christi tumulus*: infit *Orat.* 13. Mirum itaque, quòd à vivente vitâ donentur cadavera: cæterùm à cadavere, maxima

Adrev. vit.

*Benedicti mira cula vitæ mortui erant insignia.*

Isai. 11. 10.

Basil. Sel.



xima gloria. Singulare est, quòd ab homine revocetur in cadaver spiritus; igitur ad præteritum, nisi miraculo, non datur regressus. Spiritus vadit, & non redit, quippe e carcere mortis nullus extorquet. Verum ne, dum fiat, iudicetur impossibile; videmus facem accensam extinctæ flammam facile communicare. Hæc est gloria, sed non summa: summa plane, cadaver cadaveri vitæ, quam non habet, participare lucem; sicut mirabile lucernæ extinctæ extinctam communicare splendorem.

*Sepulchrum Benedicti gloriosũ.*

21 Cursum reflectamus in prodigium Elisei, cuius dudum meminimus. *Mortuum prophetavit corpus eius*: dixit Sirachus, insistque: *In vita sua fecit monstra, & in morte mirabilia operatus est.* Fecit monstra in vita, quia filium Sunamitis eduxit potens è faucibus mortis: fecit mirabilia in morte, vitâ communicatâ cadaveri. Ita enim Syr. *In vita sua fecit prodigia, & in morte sua vivificavit mortuum.* Cur igitur vitæ dicuntur tantùm miracula, & miraculum post mortem mirabilia, quasi è numero miraculorum miracula singularia? Eiusdem speciei sunt miracula, quorum eadem argumenta. Si resurrectio mortuorum est materia illius virtutis, & Siracidis laudis; quare resurrectio secunda signatur universa mirabilia? Præ oculis ratio, atque potestatis magnitudo. In vita Eliseus gaudebat igne vitalitatis, atque calore ignis, ut in vitam posset aliquomodò disponere cadaver infantis. In morte carebat igne; & plauditur compendium miraculorum resurrectio facta, cùm habitaret sepulchrum; quoniam insignius inter miracula patet, vitam communicare, quin haberet. Hispan. *Por ser lo mas singular entre todos los assombros, comunicar à un cadaver los alientos sin alientos.*

Eccli. 48. 14. Vers. 15

Syr.

*Mortuus suscitare mortuũ, inter miracula maximum.*

22 Infantem, dum viveret Benedictus, revocavit ab Orco: refert Gregor. Magnus lib. 2. *Dialogor.* cap. 32. Dum ossa illius transferuntur idem miraculum fit. Quodnam maius? Quod fit modò. *Ut mortui mortua tetigere ossa, per mortuum mortua vita redditur.* Minimè datur locus contentioni, cùm inter cuncta rutilet miraculum singulare. Prius lux viva potuit infundi & illustrare statuam gelidam, quam adinstar Promethei deformatione formavit Lachesis in sepulturam. Ignis igne fovetur. Modò uti cinis sine flamma transfertur, ut sepeliatur: & inter miraculum & miraculum, hoc singulare prodigium; quoniam cadaveri à cadavere communicari vitam, excedit planè miraculorum sphæram. A mortuo vita! Sanè universa miracula.

Adrev.

*Amortuo vita, universa miracula.*

23 Huic Soli plus ultrà est, ubi non videtur ultrà. Luminare maius necdum constitutum in circuli sui suprema Zodiaci altitudine, sequebatur hæccine Epigraphe: *Nondum in auge.* Ita Silvester à Petra-Sancta de *Symbol. heroic.* lib. 1. cap. 3. Quicquid virtus Solis, aptiùs cadit in virtutem Solis Occidentis. Reliquit Sol miserabilem mundum propter cœlum; ut frueretur beatiori sorte; cæterùm necdum in auge: siquidem adhuc restabat perfectio, ut seipsum relinqueret in sepulchro. Nihil ultra videbatur in potestate virtutis, concessâ vita cadaveri infantis, sublati à funere tristi; attamen necdum in auge: etenim restabat in eius gloriam, quòd cadaveri cadaver conferret vitam. Maior constat mundo, qui seipso maior. Hic datur virtuti decor. Beatitudo

*Benedictus post mortem tendit in summa.*

——— *Suprema est meta laboris.* Senec.

## DIDASCALIA IV.

### *Baptista in generali habitaculo satis se miratus est, esse peregrinum.*

Chrysol.

1 TEstatur Chrysologus *Serm.* 92. Peregrinus dicitur, qui è propriis devolvitur in aliena; & est Ioannes peregrinus, quippe advena in terra propria. *Advena & peregrinus*: dicitur Abraham inter filios Heth: restat ad perfectionem virtutis aliquid plus. Peregrinus, quoniam illuc devenerat ex patria; & terra aliena non propria: verùm felicior habitatione Baptista, qui peregrinus, & nequaquam advena. Non est peregrinus inter homines homo, siquidem cunctorum una conditio: & Baptista sese iudicavit peregrinum, ubi genitus obtinuit genitricis habitaculum; quippe licèt esset cum reliquis hominibus conditionis eiusdem, ampliorem cunctis adeptus est perfectionem; vocaturque iure inter proprios exoticus; quia sicut illum neminem umquam vidit humanum genus.

Genes. 23. 4.

*Ioanni in natura humana peregrinus, si est homo.*

*Ante tuos vultus, genuit nec fœmina quem-quam*
*Maior Ioannis nostri qui viribus esset.*

Iuvencus

Canit Iuvencus de *Evang. hist.* lib. 2. v. 543. Quid mirum, si in eadem natura peregrinum cogitarent, cùm in homine plusquam hominem viderent?

Luc. 1 66.

2 Nascitur, sed *posuerunt omnes qui audierant in corde suo dicentes: Quis putas puer iste erit*: Quæstio ex prodigijs in eius



Num 2 na-

nativitate visis oritur, puerum mirantibus; quin respondeant obiecto vel ipsis admirationibus. Posuerunt in corde, & posuerunt in mente: igitur sibi blandiebantur, mutuò gratulantes de puero, naturæ communis singulari miraculo, respondente magnitudine expectationi voluntatis, ac cogitationi mentis: quandoquidem magnus inter homines homo esset, si dotibus coruscaret, quas desiderare poterat voluntas anxia; & humana quibat comprehendere intelligentia. Hoc potentiarum votum, sed exponitur ut dubium. *Quis putas puer iste erit*: Needum cognoscitur *Quis*. Meditanter atque iurè ambigitur, quod non comprehenditur. Peregrinus inter homines micat Baptista: & usi peregrini constat eius excellentia, ex eo quòd vota excesserit voluntatis, ac humani intellectus cogitationes.

*Baptistæ virtutes supra voluntatis intellectûs.*

3 *Quis putas puer iste erit*? Dubio respondetur. *Quis iste*? Ille. Licèt plura cogitet intellectus, nihil est amplius. Istum vides, sed ille quis erit? Quis cogitas? Quis putas? In iudicium devolvitur, quod ambigitur: & tunc demonstrative signatur; quoniam dubium est de cogitatione, nequaquàm de celsitudine: etenim Baptistæ antecellit magnitudo, licèt pennas summat elevata cogitatio. Felicitas est summa, si capacitati hominis adæquat dotium præstantia; & prærogativæ Ioannis ita surgant in perfectionis cacumen, ut magnitudine vincant humanam cogitationem. Semper enim elogia maiora dotibus, ubi celebrantur ab hominibus. Instrumenta præclara, sed laus eximia. Languescunt eximij plausus, si in Baptistam diriguntur: dum eius exponitur honor, estò in astra feratur, nullus maior.

*Elogia Baptistæ minora dotibus.*

4 Nascitur Ioannes in gratia, ubi reliqui hominum nascimur culpâ. Peregrini dignus conditionis, qui nascitur singularis. Fertur in nominis nota magni nominis umbra, impletâ mensura nominis per præstantiam celsitudinis: & adhuc cogitatio dubitat, ex his quæ cogitat? *Quis*? Cogitat intellectus, & non respondet. Nihil mirum: haud discernere potest quod non comprehendit: & dubijs exprimit meditanter, quod miratur, quia magnitudo Ioannis ab illo non intelligitur. Si deceneret suffragium intellectionis, sanè decresceret magnitudo Ioannis. Dubijs fatetur, non posse comprehendere, quod non potest intelligere: & iudicium artificiosè subtrahit, dum Baptista in lucem prodit; quia deficit sphæra in intellectu humano, qua possit capi Præcursoris magnitudo: siquidem eius maior excellentia est esse plus in dotium perfectione, quàm intelligentia humana cogitat posse comprehendere.

*Nascitur singularis.*

5 *Quem dicunt homines esse filium hominis*? Interrogat discipulos Præceptor cœlestis. Varie sanè cuncti ducuntur in plausus, quippe ducuntur affectibus: suspiciosaque patent encomia laudis, utpote plausus iuxta inclinationes. *Alij* (respondent) *Ioannem Baptistam, alij autem Eliam, alij verò Ieremiam, aut unum ex prophetis.* Haud, ut par est, æstimantur merita eximia, si ab alijs & alijs dotium penduntur momenta: igitur multoties his usque in fastidium displicet, quod alijs iure maximopere placet. Hæc sunt elogia magnitudinis Salvatoris, & eclipses magnitudinis. Iuxtà cognitionis uniuscuiusque extensionem, linguæ conficiebant sublimiorem laudem: & earum encomijs celsitudinem quasi in nihilum redigebant; quoniam Dominus plus erat, quàm cogitabant. Illis videbatur summè extollere meritorum insignium prædicationem, Ioanni Baptistæ definientes similem; & sine dubio imminuebant, ubi tantum, atque talem prædicabant: siquidem ita excelsæ magnitudinis, ut desiderent etiam à cogitatis.

Matth. 16. 13.

Vers. 14

*Eximia est magnitudo, cui non æquabuntur humana cogitatio.*

*Quem dicunt? Ioannem Baptistam.* Nihil ultrà. Sanè in horum intelligentia, cæterùm comparatio diminuta. *Eliam*? Non potest plus dici: & laude vacillat laus; igitur Salvator plus. *Ieremiam*? Male cœunt exiguum & magnum. Nil cogitant superius, & est amplius. *Unum*, idest, maximum, *ex prophetis*? Hinc inde cogitat intellectus acumen, an præconijs possit implere cogitationem; & quem etiam excellentem cognovit, ipsis excellentijs adæquatè non definijt; etenim ita præstat excellentia maiestatis, perfectione virtutis, ac eximia magnitudine; ut superior exsistat illorum cogitatione. *Quem dicunt*? Quem? Non est, quem dicunt, si plus. Erit omnia, & nihil ex omnibus, estò præconijs commendetur singularibus: igitur decus tantæ maiestatis stat in esse ita singulare, quod nequeat homo nec inadæquatè definire. Acta probant, quandoquidem ipsis laudibus errant. Fugit humanum captum personæ perfectio, quum non possit dici, si ostenderit revelatio.

*Variatio: necogitationis, asseritur ignorantia celsitudinis.*

6 Asstruit eventus. In huiusmodi quæstione, transeunte sententia in plenioremintelligentiam obiecti, pro omnibus Petrus adæquatè iudicium tulit, dicens: *Tu es Christus filius Dei vivi.* Petrus homo cognoscit Christum filium patris æterni, & huiusmodi cognitionem Christus asserit, quòd cœlestis genitor *revelavit.* Si Petrus cognovit, figens in eius divinitatem mentis obtutus, quare pro

Vers. 16

Vers. 17



pro excellentia cognitionis non asstruitur, quod sine revelatione illum cognoverit Petrus? Ad quid ergo revelatio, ubi profertur ab homine filij Dei adæquata cognitio? Quia licèt cognitio ab intellectu proferente confessionem, non poterat à se habere cognitionis plenitudinem: diciturque revelatio, Petri singularis definitio; quippequàm conceptus minimè esset adæquatus, ni desuper illustraretur, qui protulit, intellectus.

*Planè magnus, qui, ut est, non cognoscitur sine illustratione intellectus.*

Perfectè noscì Christus intendit, ubi sententiam à discipulis exposcit: igitur non perfectè cognoscerent, modò sine revelatione cognovissent. Si revelatione exclusa, Quis esset Christus, Petri promeret intelligentia; Christi haud esset elevata magnitudo; quandoquidem plenè illam cognoscebat homo: & quantumvis Petrus dum exprimit, altè cogitet, cognitio plena non tribuitur cognoscenti, sed tantum revelationi; igitur personæ maiestas plus (etiam cognita) erat, quàm Petri cognitio excogitare poterat. Patet iam Præcursoris magnitudo, qui etiam magnus coram Domino, dum vulgus Christum Baptistam signat, & Baptistam Christum cogitat. De Ioanne meditatur magna, verùm magnitudini non æqua: siquidem ita insignes Baptistæ prærogativæ, ut homines nequeant, præut splendent, meditari.

*Ioannes præstat dotibus cognitis ab hominibus.*

7 His lucem accipit testimonium celebre pro virtute ac perfectione dotium Baptistæ. Encomium illarum texit Christus, ut ex encomiaste constet quis Ioannes, qualis, & quantus. Postquàm igitur eius demonstravit hominis inter homines vitam cœlestem, abstinentiam, austeritatem, sæculi fastidium, virtutum, atque in vitia prædicationem, plus quam prophetam esse, Sponsi amicum, eius adventus præcursorem Angelum, luciferum Solis, lucernam lucis, maiorem inter natos mulierum, à cuius nativitate vim passa regna cœlorum; seriem intersecat elogij hoc illustri epiphonemate. *Si vultis recipere, ipse est Elias, qui venturus est. Qui habet aures audiendi audiat.* Omnia Ioannes est, adinstar manna. Omnia continet, omnia implet. Est Elias & non est. Erit quodque quisque vult. Defervit uniuscuiusque voluntati. Si vultis, erit Elias; si non vultis, non erit: igitur pro variatione voluntatis, erit Ioannes Baptista quodcumque vultis. Verùm hoc num. 15.

*Encomia Ioannis.*

Matth. 11. 14.

*Est quicquid & plus quàm cogitat homo.*

8 Contextum contemplemur. Tot insignia de Præcursore Dominus prædicat; & subdit: *Qui habet aures audiendi, audiat.* Quid hoc, exhibitis virtutibus Ioannis? Aliquibus arridet, Christum huiusmodi Hebraismo excitare studium audientium, & attentionem. Mihi (quantum auguror) videtur, auditorum exposcere fidem. Fidem in audientibus, prolatis Baptistæ laudibus? Fides sanè requiritur, ut Ioannes meritò audientibus commendetur. Fide creduntur ab intellectu non comprehensa, estò cognita, quia sublimiora facultate nativa. In evidentia cognoscitur. Quod cognoscitur fide, non comprehenditur. Quodcumque percipitur præmissis fidei, naturaliter nequit comprehendi; igitur fides nequaquàm necessaria, cum sensus vel cognitionis evidentia: & Christus Dominus postquàm laudibus ob merita commendavit Ioannem, in cordibus audientium altè solicitat fidem; etenim merita Præcursoris ita magna, ut comprehendere non valeat hominis sublimior intelligentia. Expositæ fuerunt Ioannis virtutes, quas videbant auditores: & adhuc à Christo intenditur iure fides; igitur illius merita præclara, plus erant, quàm erant visa. Videntur, & requiritur fides; quippe maiora, quàm vident audientes.

Vers. 15

*Eius merita plus erant, quàm erant visa.*

9 Ipsi qui in eius nativitate de puero interrogant, fidem ipsamet interrogatione confirmant. *Quis putas puer iste erit*? Testantur puerum singulare miraculum, & stupefacti non cognoscunt obvijs miraculis puerum. Intende. Haud dicunt: *Quid putas puer iste erit*? Sed *Quis*. Sciunt, *Quis* sit puer iste: nesciunt *Quid*: quare igitur dum excitatur quæstio de magnitudine, nulla mentio fit de futura qualitate? An quia tantùm commendabiles personales dotes, & nulla est sine meritis auctoritas dignitatis, cùm adsint munera, si affuerint merita? *Quis* dicunt, & non *Quid*: *Quis* indicat hominis entitatem: *Quid*, quod hominis sequitur conditionem: & non dicunt: *Quid*, sed *Quis*; quippe dubitant quod est: igitur tantâ excellentia magnitudinis degener etiam à conditione hominis. *Quis* dicunt, & homo est; quippe nouum generi, supra hominem perfectio, & quòd sit homo. *Quis*, dum homo est: iure. Sciunt & nesciunt. Sciunt, quoniam illum oculis aspiciunt: nesciunt, quippe vel videntes non cognoscunt. Sciunt magnum esse etiam infantili ætate; & nesciunt, quoniam maior, quàm possint scire.

Luc. 1. 66.

*Nulla auctoritas dignitatis sine meritis.*

*Baptistæ vel cognoscentes ignorant.*

10 Quod accidit respectu maiestatis Christi Præcursori, prævenit cognitio mirantium miracula in Ioannis nativitate. Cùm esset in Iordane, Christum baptizans, de se dicit: *Vidi spiritum descendentem quasi columbam de cœlo, & mansit super eum: & ego nesciebam eum; sed qui me misit baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super qui-*

Ioan. 1. 32. 33.

*quem videris Spiritum descendentem & manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu Sancto. Et ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei.* Si hoc est testimonium, quomodò verum, dum nesciebat, de quo perhibebat testimonium? Qua lege nescit quem videt, maximè si hunc Pater signavit Deus tot prodigijs de cœlo, ut Ioanni pateret per columbam, & ipse ostenderet mundo? Ipse vidit: & cognoscens non cognovit? Ipse scivit, & quem scivit nescit? Utique. Quomodò coibunt & scire & ignorare? Haudquaquam contradictionis est phrasis, sed magnitudinis index. Ioannes cognoverat, quoniam sciebat, quis erat: & quem sciebat ignorabat; siquidem ille plus erat, quàm cognoscebat. Cognoscebat Ioannes Christi excellentiam, splendorem, maiestatem, magnitudinem, ac singularem præstantiam. Horum habebat cognitionem plenam: & quem cognoscebat ignorabat; quippequàm cognoscebat, Salvatoris magnitudinem esse, eâdò insignem & singularem, supra propriam cognitionem.

*Malitia Christi supra cognitionē humanā.*

Labia prædicant, oculi indicant, signa de cœlis demonstrant: & dicit Ioannes videre & ignorare, quem etsi cognosceret, non cognoscebat perfectè; quippe illius cognitio magnitudinis, extra sphæram humanæ cognitionis. Videt, & quem videt ignorat: præstabat supra intelligentiam, quem videbat: præcedebat sapientia & ignorabat: tuncque perfectissimè sciebat; siquidem tunc perfectissimè cognoscitur, si supra cogitationem cogitatur. Videt, & ignorat, quasi non videat: oculi falli testes, ubi testes magnitudinis, & abdicit quod videt, iudicans per ignorantiam perfectionem; quoniam nequit cognosci nisi per fidem. Hoc est verum cognitionis testimonium, cognoscere & non cognoscere obiectum. Cognoscere intelligentiâ humanâ non posse cognosci, quia maior intelligentiâ. Unde si quæ magna præstant intellectu superiora, & incognita, quia magna; optimè Ioannes Christi describit magnitudinem plenam, demonstrans per ignorantiam.

*Optimè definitur dum supra cogitationem cogitatur.*

11 Eodem modo sciendi ostenditur à vicinis excellentia Ioannis. Nascitur ex utero senectutis, laxatur lingua ligata patris, & præ novitate stupefacti dicebant ad invicem: *Quis putas puer iste erit?* In *Iste* exprimunt demonstrationem. In ly *Quis*, ambiguitatem. Si demonstrant, est cognitio: si ambigunt, ignorant cognitum: & simul sciunt & nesciunt; quoniam nescire illius magnitudinem cognoscunt. Sciunt, & nesciunt; igitur ampliores Ioannis prærogativæ, quàm acie mentis poterant investigare. Ideo non dicunt: *Quid putas*, sed *Quis*. Dubium est de subiecto, quod percipiunt: demonstratio de subiecto, quod non cognoscunt: & quod cognoverant, dubitant; quia quem sciebant, nesciebant.

*Baptistæ excellentia quis maximè inveniat.*

12 Adhuc latet arcanum in verbo *Erit*. Nascitur, & *Quis erit*, inter mirantes inquiritur. Si tot miracula coram oculis sunt, cur non dicitur, *Quis est*? Expectabant ulteriora, etiam videntes miracula singularia. In *Est* exprimerent, quòd infantem comprehenderent. In *Erit*, plus esse, quàm cognoscere possent: & in tempore præsenti tempus designatur futurum, tamquàm magnalium scopus: quippe illud plus, quod erit, ostendet tempus. Vividiùs delicabo. Quod præsens in infante, potest ab hominibus cognosci: quod futurum, non est in hominum cognitionis potestate. Plenè ignoratur futurum: & futuris conficitur Ioannis elogium; quoniam quæ supra humanam intelligentiam, optimè definiuntur per ignorantiam.

*Quòd non potest percipere intelligentia, exprimitur ignorantia.*

13 Ab intellectu descendunt in voluntatem, ut Baptistæ clarescat perfectiò: hinc quid Joannes erit, *posuerunt in corde suo*. Quærunt latagentes oracula, ut dicant Baptistæ merita; & desiderijs voluntatis committur, quod ab intellectu non cognoscitur. Homines quosdam describit Plinius *lib. 7. cap. 2.* sine cervice oculos in pectore habentes. Pectus est cordis thronus, caput solium intellectus: & solicitat cogitatio in voluntate cogitationum interpretem, dum meditatur exponere Præcursorem; quoniam meliùs loquuntur desideria voluntatis, quàm subtilitates mentis perspicacioris. Dum meditatur intellectus impossibilia, fingit. Voluntas vel impossibilia appetit: siquidem ambit sphæra voluntatis, quod fugit intellectionis. Extensionem volitivæ potentiæ signarem, & nisallor, vivide, in Atlantis, qui carent ore, iuxta Plinium ubi sup. Os est organum, quo pronuntur naturaliter pectoris vota: & ore carentibus conferetur voluntatis sphæra; quippe non est lingua valens dicere, quicquid voluntas potest appetere. In hanc voluntatis abyssum vicini veniunt, ubi *Quis erit* Joannes, inquirunt. *Posuerunt in corde suo.* Nihili iam penditur cogitatio. Quis erit? Quis? Erit, quodcumque voluerit cor? Eximium est. Plus & plus: igitur Joannis celsitas, amplior quàm potest desiderare voluntas.

*Vers. 66*

*Non invenimus verba quæ exprimatur Baptista.*

14 Ut mirarentur, potiùs quàm paterentur, filijs Israël pluit Dominus Deus manna. Unde primò videntes, dixerunt ad invicem: *Manhù, quod significat, Quid est hoc? Ignorabant enim quid esset.* Dati patet magnitudo, ubi donum appellatur admiratio. *Ignorabant.* Definitio genij humani. Alij quæcumque ignorant, blasphemant: alij astruunt admiratione quæcumque ignorant. Plauditur panis cœli, Angelorum esca, pluvia voluntaria bonorum, omne delectamentum, saporis cuncti suavitas, palati voluptas, panis vitæ & intellectus: & ut plenè astrueretur pro genio plausus, subdit Sapiens: *Deserviens uniuscuiusque voluntati, ad quod quisque volebat, convertebatur.* Qui panis intellectus, voluntatis exhibetur cibus: igitur vividiùs designabat gratiam, iuxta variabilis voluntatis mensuram, quàm iuxta cogitationis intelligentiam. Volebat, & quod volebat, habebat; quippe occurrebat quod desiderabat: & donum sui explicat perfectionem, dum respicit in voluptatem hominum voluntatem; siquidem nil iam voluntas poterat desiderare, cùm plus non posset appetere.

*Symbolū natalitiū Adami.*

*Exod. 16. 15.*

*Sap. 16. 21.*

*Manna summū donum.*

15 Priusquàm plura videamus, quid de Præcursore dicat Salvator consideremus. *Quid existis in desertum videre? Prophetam? Etiam dico vobis, & plus quàm Prophetam. Hic est enim de quo scriptum est. Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuum.* Ubi scriptum contemplemur. Ita enim Malachias: *Angelus testamenti, quem vos vultis.* Baptista Angelus non est: cur ergo vocatur Angelus? Stabilitur magnitudinis Ioannis auctoritas, ex eo quòd sit, quicquid voverit voluntas. Si vultis Angelum Præcursorem, erit Angelus: si non vultis, non erit: & non dicitur absolutè Angelus ratione conditionis; sed Angelus, quem vos vultis: etenim si à voluntate optatur, Præcursor in Angelum convertetur. Iuxta volita erunt Baptistæ merita. Stant in velle, vel nolle, pro voluntatis varietate, & Ioannis præstanti commendatione: siquidem ita adinstar manna virtutibus floret, ut sit sine dubio quicquid homo voluerit.

*Matth. 11. 9. 10*

*Malach. 3. 1.*

*Quo sensu Baptista. Angelus*

*Manna plus erat quàm voluntas vel te quibat.*

16 Modò ad manna prodigium, quia habemus exitum. *Ad quod quisque volebat, convertebatur.* Curiositas sensus optabat plura, & plura; an in manna pluribus differentijs sine differentia inessent omnia. Voluptas invitabat curiositatem: curiositas voluptatis discrimen. Avebat, & habebat quippequàm ibi cibus, sicut desiderabat etiam luxuria palatus. Plus suggerebatur voti ab appetitu, sed nihil in voto. Plura ambiebat, & habebat plura: igitur manna summittas erat, ut esset plus quàm voluntas velle quibat.



17 Magnus igitur Ioannes, siquidem inter homines non surrexit maior. Satagebat voluntas in desiderijs de adæquatione elogiorum respectu virtutis Ioannis, & virtutes in Baptista superabant desideria. Volebat velle plura, & plura volebat, an responderent perfectiones desiderijs voluntatis; & nihil desiderabat, ubi plura sitibunda novitatis anxiè volebat: igitur Ioannes Baptista ultra voluntatis vota. Intende. Quid poterat appetere voluntas? Ut virtuti cederet ætas? Vel dum nascitur, nanciscitur: siquidem vel in ætatis principio, puer magnus & coram Domino. Quærebat morem eandorem, & illicò inveniebat Angelicam puritatem. Solicitabat varietate humilem, & videbat super hominem hominem. Ut magis fulgeret, plura desiderabat: igitur si in illo Eliæ zelus cum spiritu quæritur, in Eliam quærenti permutatur. Si splendor intenditur in dignitatem, est lucerna ardens & lucens. Si sititur munus doctoris, nascitur ad dandam scientiam salutis. Præstat quisque desiderabat, inveniebat: aptèque manna missio de cœlo confertur, quoniam deserviens uniuscuiusque voluntati, ad quod quisque volebat convertebatur. Est ne plus, quod voluntas vult, ut fiat? Non est. Adhuc si esset, esset plus.

*Baptista mystica ob perfectiones manna.*

18 Astruit propositum Assertor. *Quid* (dixit turbis) *existis in desertum videre? Prophetam?* Quid? Ita vocatur à patre, vel dum exponitur Iuci. *Propheta Altissimi.* Haud habuit Israël plus pro voto voluntatis, quam videre Præcursorem Iustitiæ Solis, hominem missum ut Prophetam à Deo, qui viam præpararet Verbo in carne venturo: & dum hunc sperat totus Israël Prophetam in generis gloriam; Christus dicit, esse *plusquàm Prophetam.* Plus? Utique: igitur si spes tota in eo quòd esset Baptista hic celeberrimus Propheta: Baptista tanequàm plus, quippe supra conceptam spem. *Plus.* Eâdò voluntas extenderetur desiderio multiplici in gloriosa merita; merita Baptistæ ultra. Si tantùm Præcursor esset, quodque voluntas voluisset; comprehenderet desiderium variabilis voluntatis perfectiones eximias Præcursoris: & proprie voluntas Ioannem definite non poterat, quippequàm erat Ioannes plusquàm volebat. Hinc qui eius nativitatem celebrant, quid sit iste non demonstrant. Ad quid, si revera Ioannes plus? Si designarent, non esset plusquàm conciperent: exiguus utique, si comprehenderentur virtutes à voluntate: ipsis votis extremis excellentiam ostendentes, ambigunt; & tunc apprimè sine prædicatione dicunt: igi-

*Matth. 11. 9. Luc. 1. 76.*

*Vires spem superant.*

igitur Ioannis gesta ultra quod volunt.

19 Observetur prædicatio de pulchritudine Sponsæ: *Quæ est ista*, (dicitur) *quæ progreditur, quasi Aurora consurgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol.* Nota. *Quæ est ista?* Ecce dubium. *Quasi aurora, Luna, Sol.* Ecce responsum. Dubitatione mirantur Sponsæ dotes, & dotium commendabilium proponuntur species: igitur conferuntur ut eximiæ & Auroræ, & Lunæ, & Soli. In Ioannis nativitate secùs accidit: etenim de infante interrogatur, & minimè respondetur. Cuiusnam maiora laudis momenta? Demonstratio vel dubium de magnitudine? Amplius arbitror dubium pro demonstratione. Definitione respondebat obiectum voluntati, & dotes ambitui aut extensioni desiderij. Ambiguitate, obiectum superabat vota, dotium cognitarum, & incognitarum non prolatâ sententiâ: & pro instrumentis commendabilibus Sponsæ, sententia à voluntate signatur, pro dotibus Baptistæ dumtaxàt hæsitatione respondetur; siquidem Sponsa erat, quicquid desiderabat voluntas in Aurora, Luna & Sole, cæterùm Baptista plus, quàm quibat desiderare. Plus cunctis Præcursor est, sed non cognoscibile ab hominibus quid plus. Canit Paulinus ubi supr. v. 58.

Cant. 6. 9.

Dubitatione dilatur dotes Baptistæ.

Plus cum Elia Baptista est, quin cognoscatur quid plus.

——— *Deus ipse profectò*
*Qui nasci iubet, hunc quidem iubet esse Ioannem.*
*Nominis hic titulus, meritorum immensa propago,*
*Quæ necdum genito potuit præsescire salus,*
*Qui dabit, & tanto tribuet tibi gaudia nato.*
*Nec verò tribuet tantum tibi, gloria parva est*
*Intra unam conclusa domum, sed quantus ab ortu*
*Tenditur in seram finita crepuscula lucis,*
*Totus prole tua tecum lætabitur orbis.*

Paulin.

## DIDASCALIA V.

### *Ioannes Baptista miraculum mundi, gloria generis humani.*

1 ITa extollitur à Guarrico Serm. 4. in eius *Nativit.* Sileant igitur barbara miracula mundi, in lucem prodeunte Domini Præcursore: quandoquidem nec congruit plausus, dum fama pro cunctis unum loquitur opus.

Guarr.

Baptista, unus pro cunctis. Sedul.

——— *Grandis rerum cui gloria restat,*
*Plurima qui populis nascendo gaudia quæret.*

Decantat Sedulius de *Evang. histor.* lib. 1. v. 46. Aprilis quàm Abraham, potest dici *Adventu & peregrinus*: siquidem non visum, quod inter homines homo esset mundi miraculum. Dicit textus: *Advena & peregrinus apud vos.* Non dicit in terra vestra, sed *apud vos*; ut clarescat quanta gloria, quòd homo peregrinus inter homines sit: etenim si peregrinum, quod non commune, vel quod præstat singulare; magna rutilat gloria quid singulare in communi natura. Hæccine excellentia Baptistæ, ut clarescat gloria generis humani: igitur summa generis gloria, quòd in eadem conditione natura rutilaret peregrina. Quid quòd uti miraculum Ioannis reliqui hominum designarent excellentiam, ubi gesta eminebant supra naturam?

Genes. 23. 4.

Eius excellentia peregrina.

2 Inter difficilia primum habet locum vocis hieroglyphicum. Unde illud apud Esdram: *Demonstra mihi vocis imaginem.* Vox Verbi Divini Ioannes est: in quo enim habebit imaginem huiusmodi vox?

4. Esdr. 5. 17.

Nulla vocis imago.

*Vocem nulla potest ars sculpere, pingere nulla:*
*Sola repercussos exprimit Echo sonos.*

Ovvcn.

Canit Ovvenus *lib. 2. Epigram.* 213. Si miraculum miraculis æstruitur, miraculum mundi miraculis comprobetur. *In celebri illa Solis mensa vulgus peregrinorum putabat sponte sua cibos suggerere*: ait Delrius *Disquisit. Magic.* lib. 1. cap. 4. & Vincentius Chartarius in *Apoll. imag.* fol. 52. cuius etiam meminit Hieronymus, *Epist.* 103. ad Paulin. igitur dumtaxàt peregrinis destinata mensa Solis. Mensa vera veri Solis est Eucharistia, qua cuncta continentur miracula: si Ioannes miraculum mundi, & humani gloria generis, ob eximias in homine virtutes; in Eucharistiæ prodigijs isthæc vox habebit imaginem, ut Dominus præstet voci suæ excellentissimam vocem.

Mensa Solis tantum peregrini.

Delr.

Prodigia Eucharistia ostendit Ioannis prodigia.

3 Cœna ista magna designata à Salvatore est symbolum Eucharistiæ. Vocavit multos in regale convivium. Misit, vel præmisit servum suum Ioannem, qui homo missus à Deo, ut venirent satiandi cœlesti cibo, igitur illo uti medicina morborum generis, liberandi erant à malis. Occurrit quæstio. Ad quid itaque servum Præcursorem misit, ut venirent in cœnam, si multos priùs ipse Dominus vocaverat? In huiusmodi mensa salus omnium ægrotantium, si accederent ad convivium. Erant pauperes, & debiles, & cæci & claudi: & sic erant, quippe ubi salus, ignorabant, ducti pondere criminum, & cæcitate vitiorum. Sine scientia huius salutis cœlestis, in contracta ægritudine iacerent omnes: & servum suum Ioannem Baptistam misit, ut ad cœnam magnam Eucharistiæ iam invitatos vocaret; quoniam institutum munus speciale Præcursoris, ad *dandam* populis *scientiam* huius *salutis.* Non credebant in cœna magna inesse infirmitatum cunctarum medicamenta: & mittitur salutem prædicans Ioannes Baptista; ut in remissionem peccatorum eorum, *omnes crederent per illum.*

Luc. 1. 77.

Ioan. 1. 7.

Luc. 14. 17.

In Baptista scientia salutis.

4 Præterea. Alij dicunt (vide Gloss. Maldon. Silveir. & Lyram hic) primò vocatos, qui renuerunt venire, à Prophetis antiquis fuisse vocatos. Qui verò promptè venerunt, per Baptistam accepisse nuncium. Si cœna semper magna etiam in umbra: quo pacto priùs vel valentes vitiibus ingredi renuunt, & modò vel cæci, claudi, ac debiles ingrediuntur? Primi haud excusserunt animæ infirmitatem, quia salutis plenam non habuerunt cognitionem: postremique vel claudi ingrediuntur in cœnam magnam; igitur per servum missum habuerunt huius salutis scientiam.

Et iter in cœlum.

Sap. 16. 20.

5 Panis Eucharisticus dicitur *Panis de cœlo.* Sapient. 16. 20. & Ioann. 6. 58. *De cœlo*, quia in pane haud percipit voluptatem, quisquis quæsierit à telluris voluptate dulcedinem. *De cœlo*, quoniam cœlestis huius suavitas panis. *De cœlo*, quippe fallunt sensus, dum exponitur cibus, cuius eximia celsitas huiusmodi delectabilis falsitas; igitur testatur inconcussa fides, alia ibi, præter panis species, animæ afferente palato, panem venisse de cœlo. *Panis de cœlo*: siquidem cùm quæ supra nos, sint incognita nobis; panem plaudimus iurè cœlestem, igitur hominum exuperat cognitionem.

Cur panis Eucharistiæ dicitur panis de cœlo?

Quicquid mirabile semper dicitur cœleste, quia terræ non proprium, quod in terra peregrinum: & Ioannes uti missus à Domino, plauditur meritò quasi delapsus è cœlo. Levi manu *Didasc. præced.* tactum elogium Baptistæ à Chrysologo prolatum, quod quidem ampliore ponderatione dignum. *Ioannes* (ait *Serm.* 92.) *in generali habitaculo satis se miratus est, esse peregrinum.* Non est peregrinus homo in ventre genitricis: quare igitur peregrinus plauditur Ioannes in habitaculo matris? Dicam & volupè. Vox est Præcursor Domini Ioannes. Dum concipitur, necdum conceptus Christus, qui Verbum Patris, & verbum illius vocis. Quia Verbum, Christus erat verbum æternum sine ullo accidenti: ut homo, erat verbum cum accidenti vocis, quæ quidem erat dignitate Ioannes: & priusquam in utero Virginis fieret caro divinum Verbum, in utero matris sese Ioannes miratur ut peregrinum; quoniam prodigium singulare, vocem quæ accidens inveniri, sine subsistentia à qua & in qua proprium participat esse.

Chrysol

Luc. 1. 28.

Unde Ioannes iatter hominem pe regrinatus

6 Ulterius. Apud Philosophos Stoicos valuit sententia, vocem esse corpus. Unde Lucretius lib. 4. de *Rer. nat.* v. 525.

Lucret.

*Principio auditur vox, & sonus omnis, in auris*
*Insinuata suo pepulere ubi corpore sensum.*
*Corpoream quoque enim vocem constare fatendum est,*
*Et sonitum, quoniam possunt impellere sensus.*

Apud Peripateticos, non corpus, sed qualitatem quamdam sensibilem ex violentia corporum, vel aëris collisione, aut motu natam. Ita Aristoteles lib. 2. de *Anim.* & in lib. de *Audibilib.* Qualitas accidens est, & qualitas quæque vox. Quid mirum, quòd Ioannes sese peregrinum iudicaret in generali habitaculo, necdum Verbo caro facto; dum videbatur uti novum accidens sine subiecto? Vox est Verbi, quod nondum descenderat ut homo fieret in terras: si vox proculdubiò qualitas; meritò æstruitur ut singulare, accidens subsistere in natura sine corpore.

Singulare, accidens sine corpore.

7 Intelligitur modò, quare Ioannes non dicatur *Vox clamans*, sed *Vox clamantis.* Vox erat Christi, quia Christus per Ioannem clamabat: & vox Christi non est in Christo, sed in Ioanne, ut clarescret summum Sacramentum Eucharistiæ. In voce clamante, erat subiectum cum accidente: in voce clamantis, accidens sine subiecto accidentis: voxque Christi auditur in Præcursore, ut esset umbra mirabilis Sacramenti; igitur vivida exponitur novitatis descriptio, dum accidens videtur in alieno subiecto.

Ioan. 1. 23.

Et in alienos fas iacta.

8 Præ dixit Gabriel Zachariæ anxio prolis, dum nunciatur Ioannes. *Ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ.* Zelus insignis honoris Dei, virtusque floruerunt in Elia, qui illis ductus, coram incredulis fecit magna, & ad Dominum convertit rebellium corda. Haud cessit Ioannes pro Domini honore, zelo & virtuti flagrantis Eliæ; igitur omnes audierant vel à longè prædicantem vocem, simulatque factum est verbum Domini super Ioannem. Si in Ioanne vigent zelus & virtus pro gloria Domini, ad quid in Præcursore zelus & virtus Eliæ? Magna in Ioanne zeli flamma, magna in Elia. Quare itaque non dicitur, quòd in similitudinem Eliæ præcedet; sed quod in spiritu & virtute Eliæ ante Dominum præibit? Alia Gabriel meditanter significabat, dum mira-

Luc. 1. 17.

Ad quid in Præcursore virtutes Eliæ.

*In Eucharistia summum, accidentia esse sine subiecto accidentium.*

cula Præcursoris nascituri avidè audienti exponebat. Spiritus & virtus Eliæ accidentia sunt; sed Elias proprium horum accidentium receptivum. Ioannes futurum orbis miraculum: quod exprimere intendens Gabriel, asserit præiturum in spiritu æquantis Eliæ; siquidem maximum inter miracula, si in alieno subiecto sint accidentia. Zelus Eliæ est, verùm non est in Elia, sed in Ioanne, ut micaret vel in umbra Sacramentum Eucharistiæ, in quo celebramus ut summum, accidentia esse sine subiecto accidentium.

*Matth. 11. 14. Ioan. 1. 21.*

9 Perpende quid de Ioanne Salvator dicat, & quid Præcursor dicat de se. *Si vultis recipere, ipse est Elias, qui venturus est.* Interrogantibus Pharisæis, *Elias es tu?* Præcursor dixit: *Non sum.* Quid est hoc, quia quod veritas affirmat, vox veritatis aeveranter negat? Dubium est Gregorij Magni Homil. 7. in *Evang.* Si subtiliter veritas requiratur, oppositum haud invenitur, quod oppositum videtur. *Ioannes* (ait Gregorius) *in spiritu Elias erat, in persona Elias non erat: quod ergo Dominus fatetur de spiritu, hoc Ioannes denegat de persona.* Sic ergo. At quomodò si Eliæ persona non erat, in illo poterant esse virtutes Eliæ? Accidentia individuantur per subiectum, quo pacto accidentium Eliæ erit Ioannes receptivum? Idem accidens numero nequit subsistere in bino subiecto: qua namque scientia, quæ accidentia sunt Eliæ, erunt in Ioanne? Si Eliæ virtutes, non Ioannis: si Ioannis, non sunt Eliæ: quo ergo fundamento licet Eliæ persona non sit, ut constet Præcursoris Domini claritas, in spiritu & virtute erit Elias, & non erit Elias? Erat Elias & non erat. Erat, quia in illo accidentia: non erat, quippe tantùm accidentia in illo. Virtutes Eliæ sunt, & etiam Ioannis, ut mirabilis appareat subsistentia singularis accidentis: siquidem virtutis eximiæ signabatur magnitudo, accidentia non esse in naturali subiecto. Aliquid novum nascente Ioanne videndum. Elias erat, & Elias non erat; sed constabat virtutis summitas, in eo quod esset, & non esset Elias: igitur magnum & singulare, subiectum non esse ibi, & ibi accidentia esse.

*Gregor. Magn.*

*Quomodò spiritus & virtus Eliæ in Ioanne?*

*Miraculum infigne, subiectum non esse, & esse accidentia subiecti.*

10 Nota contextum Christi. *Ipse est Elias, qui venturus est.* Si venturus est, ipse non est; quoniam ipse non venturus. Elias venturus est, Ioannes adest: quomodò qui venturus, erit præsens? Quia Ioannes ipse & non ipse. Non ipse, quia alia persona; ipse, quia in ipso aliena accidentia. Non esset Ioannes singulare miraculum, ni illo exposito demonstraretur summum: & in eo quòd ipse sit, & non sit Elias (non sit, ratione personæ, sed solummodò virtute) micat prodigium mirabile; igitur cunctis miracula nova, quòd accidens esset in aliena substantia. Appositiùs dicam. Persona Eliæ Ioannes non erat, sed accidentia personæ Eliæ ibi inerant, ut Eliæ virtute, & deserimine personæ, innotesceret Ioannes ipse & non ipse. Persona sonat subsistantiam: accidentia dicunt in subsistantia subsistentiam: & cùm non esset Elias, Elias Præcursor à Salvatore planditur; ut non tantùm prodigium, sed prodigij magnitudo signetur: etenim inter eximia miracula summum; quòd esset ibi subsistantia sine subsistantia connaturali accidentium.

*Quomodò Baptista ipse & non ipse?*

11 Flectamus cogitationis cursum in præfatum Præcursoris testimonium. *Vox clamantis* dicitur, haud *vox clamans*; cùm clamor fiat per vocem, rumpentem aërem. Si clamor à voce fit, quare Ioannes non dicitur clamans vox? Ut clamor sit in alio, & vox in illo. Vox erat Christi, at vox Christi erat in Ioanne. Vox accidens est: & in Ioanne videbatur Christi vox, ut aliquid in mundo micaret novum: siquidem singulare miraculum; quòd vox, Verbi prolati conditio, non subsisteret in verbo. Aliter & aptiùs cogitabo. Ioannes vox est, verùm clamantis est vox. Ergo clamans erat in voce Ioannis, quæ vox habebat conditionem accidentis, ut in accidenti vocis non intelligeretur subsistantia Præcursoris, sed clamantis. Si Ioannes esset vox clamans, videretur subsistantia clamantis quasi proprium receptivum accidentis vocis; haudquaquàm aliena subsistantia sub specie peregrina: & Baptista haud dicitur vox clamans, sed vox clamantis; ut Sacramenti umbra luceret mirabilioris: siquidem præstat universis mirabilibus, verbum clamans esse sub alienis speciebus.

*Luc. 1. 76. Matth. 11. 11. Baptista inter cunctos.*

*Ioan. 1. 23.*

*Vox clamantis, & non clamans.*

*In illo Iustorum perfectio.*

*Unde excellentia Eucharistiæ?*

12 Ergo iam acumini Chrysologi. *Ioannes in generali habitaculo satis se miratus est esse peregrinum.* Cur potiùs in generali habitaculo, quàm in ortu, aut in deserto? Ipse dixit, dum se vocem clamantis exposuit. Vox clamantis post ortum Præcursor fuit: in utero matris etiam Baptista fuit vox. Quare namque non se miratur peregrinum post usuram lucis, sed duntaxàt in habitaculo matris? Suppetit causa. Vox sine clamante numquàm audita. Clamans (cùm existeret Ioannes) ut homo necdum erat conceptus; etenim ad Mariam *mense* à Ioannis conceptione *sexto*, *missus est Angelus*. Clamans subiectum accidentis vocis est, & sine clamante in Ioanne invenitur vox. Quid mirum, quòd se peregrinum arbitraretur in generali habitaculo, dum peregrinum nonnumquàm accidens sine subiecto?

*Chrysol.*

*Quare Ioannes nec dum natus plus ultra ut peregrinus?*

*Luc. 1. 26.*



*Luc. 14. 17. Matth. 22. 3. 4.*

13 Iam ergo Ioannes ut miraculum singulare designavit aliquodmodo miraculum Eucharistiæ: operæ prætium erit, ut per Eucharistiæ miracula, constet iam quis sit Baptista. *Quis putas puer iste erit?* Respondit interrogationi Salvator: *Amen dico vobis: non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista.* Unde Ioannes cunctis maior? Habuit pro perfectionis dignitate, perfectiones insignes, quas nacti cuncti.

In cœna illa magna, Eucharistiæ fuit rutila umbra. Ut vocaret invitatos in prandium, misit Christus Præcursorem, suum utique servum. *Misit servum suum hora cœnæ dicere invitatis, ut venirent*: Hæc apud Lucam: apud Mathæum verò: *Misit servos suos, vocare invitatos. Iterum misit alios servos.* Quomodò servi plures, & unus servus? Quia cunctorum perfectio continebatur ab uno. Quos misit Dominus servi, fuerunt Prophetæ, & Iustii. Ioannes est unicus servus eximiæ perfectionis, ut gloria totius generis humani: & dum mittitur ille, mittuntur in vocationem plures servi; quoniam in illo solo micabat omnium Iustorum & Prophetarum perfectio. Omnes enim Prophetæ usque ad Joannem, quippequàm illorum amplexus est perfectionem. Joannes plus quàm Propheta est: igitur in illo micat quælibet perfectio plus.

*Luc. 14. 17. In Eucharistia omnia mirabilia.*

14 Vidimus servum. Ergo contemplemur nuncium. Misit Christus servum suum Joannem, dispositâ cœnâ, dicere invitatis, ut venirent, *Quia iam parata sunt omnia.* Nota: Quænam omnia? Si hæc cœna sacramentum designat Eucharistiæ, nihil in illa præter carnem & sanguinem Domini. Utique: verùm maxima amoris beneficia, quòd ibi inveniantur omnia. Conferamus cœnas. Hæc ubi tantùm corpus Christus, dicitur *Cœna magna*. Illa alia apud Mathæum non dicitur magna, licèt delicatiora præparata edulia. *Tauri mei, & altilia occisa sunt.* Ubi abundantia dapium, ibi regale quasi Jovis convivium; igitur à copia, mensa opipara, sumptuosa, magnifica, quasi palati scitamentum, à varietate abundante deliciarum. Quare igitur non dicitur magna cœna, in qua diversorum ciborum abundantia; & regale effertur convivium, ubi unicum ferculum? Quoniam unicum. Magnum iure epulum, ubi mensa referta delicatis cibis, sapidis, pro voluptate distinctis esçis, ubi non solùm satiatur voluptas, sed ediam aviditas: verùm non singularis, quia continentur sub varijs, & diversa suis diversis: Christique cœna meritò dicitur magna, quippe sub uno ferculo contineantur omnia. Cœnas insignes cogitaverunt Principes; sed exhibenda à Christo cœna, quam numquàm vel palata erudira cogitaverunt: siquidem non cogitabile nisi ab illo ferculum, quod contineret perfectionem omnium.

*Vers. 16 Matth. 22. 4.*

*In Eucharistia omnia mirabilia.*

15 Magni fit apud Hebræos Manna. Virtutes describit Sapiens, & ait: *Paratum panem de cœlo præstitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suavitatem.* Omnia in potestate Domini sunt posita, igitur omnia sua. Omnes feræ silvarum, jumenta in montibus & boves, cognoscente omnia volatilia cœli, & pulchritudinem terrestris agri. Si orbis deliciæ sunt in hominis escam, quas sæpe Deus præparavit inusitato miraculo; quare panis tantùm Manna dicitur panis de cœlo? Si corvi pascunt Eliam, & pluit super Israël sicut pulverem carnes, & sicut arenam maris volatilia pennata; cur ejusmodi edulia non vocantur cœlestia? Quare solummodò Manna demonstratur epulum singulare? Quia Manna quasi specimen præstabat omnipotentiæ. Omnes homini in escam poterat exhibere delicias, sed supra omnes delicias dedit panem Manna in epulas. Magnum merito, quòd Dominus cibaret populum omnibus deliciis, quas in diversis dapibus continet orbis; sed non sum num, ut cuncta contineret unicum ferculum. Hoc singulare, hoc insigne: & Manna effertur ut quid cœleste, haud quia Dominus præstitit in omnibus omnia, & in singulis singula; sed quia cùm esset unicum, delicias habebat omnium: igitur continebat omnis delectamenti saporem, & omnis saporis suavitatem.

*Sap. 16. 20.*

*Cur Manna panis pisualis dicatur, & de cœlo?*

16 Patet ratio, cur *caro* Christi dicatur *verè cibus*, & *sanguis verè potus*. Lyra. Verè præter transubstantiationem signat cibi potusque præstantiam in amoris proferentis insignem gloriam. Verum unde præstantia, cùm tot sint in orbe esculenta & poculenta, ut caro Christi exhibeatur verè cibus, atque sangais verè potus? Sapor unicuique escarum: hic sapor omnium. Appositiùs dicam. Per modum cibi & potus fidelibus traditur Christus, ut hoc mirabili alimento satiati, nanciscantur charismata cœli. Magna sunt quæ præparavit Dominus diligentibus se & gratia & gloria, queis satiatur anima: & dum exhibetur Sacramento in escam animarum, exhibetur ut ferculum præstantissimum; quia in illo solo omnia dona gratiarum. *Non Moyses dedit* Israelitis *panem de*

*Ioan. 6. 55.*

*Unde panis Eucharisticus præstans panis?*

*Et ex miraculis singularis ratio eadem.*

Vers. 11

*Panisani mairom nia dona cœlestia*

*cœlo, sed Pater cœlestis* dat in huiusmodi pane *panem de cœlo verum. Verum*, non quia Manna falsum, sed quia respectu huius mirabilis panis, Manna panis non insignis: igitur ille omne delectamentum habebat pro cibo corporis; hic verò panis, utpote panis cœlestis, ut satietur gratijs anima, continet mirè omnia dona cœlestia: stupente orbe, viso prodigio, omnia miracula contineri suo unico Sacramento.

*Analogia Baptistæ & Mannæ.*

17 Symbolum insigne Baptistæ videtur in Manna. Hoc mitteatur à Deo Israelitico populo: Ioannes etiam *fuit homo missus à Deo.* Inter beneficia nulla gratia Manna excelsior: inter homines nemo Præcursore maior. Ad ortum lucis colligendatur Manna præveniens Solem: Ioannes præivit ante Solis faciem. Illius mira perfectio, tabescebat ab exiguo Solis radio. Haud aliter in Ioanne: igitur dixit: *illum oportet crescere, me autem minui.* Ignorabant filij Israël, Quid esset Manna. Idem in Ioannis nativitate, igitur inquiunt: *Quis putas puer iste erit?* Ad miratio oritur in gaudentibus Manæ, clamantibus, *Quid est hoc?* Hæccine miraculi incogniti nota affuit in Ioannis nativitate; quandoquidem *mirati sunt universi.* Quid illustrius in Manna? Omne delectamentum in se habere: etiam hoc fulsit in Ioanne: igitur sicut Manna omnis saporis includebat suavitatem, Præcursor omnium virtutum amplectebatur virtutem. Semper Ioannes commendabilis, igitur munere, dotibus atque dignitate insignis: verum maior rutilat eius virtutis perfectio, dum quæ singulorum celebrantur in uno.

*Omnium omnia bona habebat.*

18 Intende. De parentibus Præcursoris dicit Lucas: *Non erat eis filius.* Quare sic, si sæpe in Scriptura de sterilibus dicitur: *Non habebant liberos, Non erant eis filij?* Respondet Chrysologus *Serm.* 91. *Quia singularis futurus erat.* Aliqua vidimus *Tautolog.* 2. *Didasc.* 2. num. 2. Non pluralitate exprimenda careotia prolis, quippe Baptista futurus erat ex talibus singularis. Eodem stylo usus Iuvencus lib. 1. *Histor. Evang.* v. 33.

Luc. 1. 7

Chry. sol.

Iuvenc.

*Non fuit ijs soboles.*

Et Paulinus Consular. in *Poem.* Baptist. v. 39.

Paulin. Consul.

*Sed quod, in opprobrio matrum posuere priores.*

*Prole carens.*

Quid hic significat *Singularis*, ut sit nota geniti Præcursoris? Quod mirabile cunctis. Esse in aliquo genere virtutum, aut gratiarum singularem, erat esse virtutis singularis, cæterùm haud singularem virtutem. Appositiùs: Erat esse singularem in singulari virtute, quod quia sæpe videtur, non singulare. Singulare omninò est, amplecti omnium perfectiones in lata sphæra virtutis: & nequaquam de Præcurioris paremibus dicitur, non habere prolem, sed non habere Joannem; quippe dum in lucem mater iteriis peroculit, plurimos in Joanne peperit: igitur vita luce, refulsit in filio uti singulare, continere cumulum omnium gratiarum, quem mater nanciscì quibat pluritate filiorum.

*Unde Baptista singularis?*

*Hermes omnia solus.* Martial

19 Justi uti homines insignes quandoque vel à cœlo commendati: Joannes præcunctis, quippe maior inter homines. Isaïas pluditur, quippe ante conceptionem nomen imponitur. Celebratur Samson, quoniam ab Angelo parentibus prænunciatus. Samuel, eò quòd ex sterili ortus. Jeremias, igitur in vulva sanctificatus. Isaïas, quia electus in prædicationem ab utero. Zacharias, quia Angelus puritate, etsi contitione homo. Elias, etenim convertit corda Israëlitica, ardens ut facula. Ita in pluribus plura, in Præcursore verò cunctis & ampliora. Quælibet harum dotium habentem constituerunt insignem: verum Præcursorem singularem; siquidem singulare in eius invenire virturibus quicquid & plus relucebat in omnibus. Nitore singularum poterat fulgere quilibet: omnibus, & præ omnibus lucere, quid singulare: & non dicitur de Zacharia & Elisabetha, *Non erant eis filij*, sed *filius*; ut clarescat Joannis honos: etenim in sphæra perfectionis, unus, unicus pro cunctis. Hinc Magnus dicitur *Coram Domino.* Coram Domino magnus, qui virtutibus eminet, qui instrumentis præclaris signanter fulget: & dum iustorum recenseretur numerus, Præcursor signatur vel inter gigantes magnus; ut liqueat quantus Baptista, & quanta Baptistæ gratia: igitur omnium superat magnitudinem, omnium in unico contineri perfectionem.

*Iustorum omnium dotibus plenus.*

Luc. 1. 15.

*Inter gigantes magnus.*

20 Panis Eucharisticus dicitur *Panis vitæ & intellectus.* Quare si adinstar Manna, deservit uniuscuiusque voluntati, demonstratur ut panis intelligentiæ? Hoc sacramentum mysterium fidei, quod non capit rationalium acumen; etenim in obsequium Christi intellectum redigimus in captivitatem: cur igitur si misterium longè à facultate mentis, ostenditur uti panis intellectionis? In portentum singularis magnitudinis. Intellectus intelligendo fit omnia: & dicitur panis intellectus, quippe in illo universa mirabilia. Non fit intellectus quicquid non capit: fit verò quicquid intelligit; & panis intellectionis efficitur panis cœlestis; quippequàm si in intellectus est quicquid potest intelligere, panis cœlicus est quicquid potest cogitari.

Eccli. 15. 3.

*In Eucharistia mirabilia miracula.*

21 Ergo in cognitionem Ioannis, qui servus missus ad dandam scientiam salutis. Infirmi igitur homines erant, ut vocati venirent in cœnam magnam. Missus est, ut omnes crederent per illum: attamen contemplentur elogium. *Ille erat lucerna ardens & lucens*: profert Salvator de Ioanne. Ioannes igitur de se: *Ego vox.* Diversa sane objecta, etenim auribus vox, atque oculis fulgens lux: quare ergo designatur Ioannes & titulo vocis, & munere lucis? Propter vocandos in cœnam, & propter insignem gratiam, siquidem in illo occurret quicquid homo cogitaverit. Omnes gratiæ invenientur & insignia, ut emineant in Ioanne Dei magnalia. Omnes ægroti in prædicatione medicinam invenient, præunt egerint. Alij surdi & alij cæci: plauditurque lux & vox, ut omnia in omnibus sit: igitur pro munere dignitatis lux est cæcis, voxque surdis. Prædicetur igitur generis humani gloria; siquidem in illo cuncta hominum commendabilia. Extollatur uti mundi miraculum, qui vel in miraculis miraculum novum. Contendant iusti. Vincentur. Inter natos mulierum nullus maior. Contendant, conferantur.

Ioann. 5. 35. Ibid. 1. 23.

*Ioannes quare & lux & vox?*

Paulin. Consi.

—— *Æquabit meritorum stemmate natus,*
*Tantumdem & laudis, simul & virtutis habebit.*

Vide quæ diximus *Tautol.* 3. *Didasc.* 12.

## DIDASCALIA VI.

### *Locus misericordiæ Dei est ipsa Gentilitas.*

Gregor. Magn.

1 ASTruit Gregorius Magnus lib. 17. *Moral.* in Iob cap. 20. Quæ nulla apud Deum merita habuit, reconciliationis gratiam ex sola clemeatia accepit: igitur gratis & amore, qui non consecuti misericordiam, nunc misericordiam consecuti. Regium sucurrere lapsis.

Ovid.

—— *Miseris cœlestia Numina parcunt.*
*Nec semper lapsos & sine fine premunt.*

Genes. 25. 4.

Succinuit vel Ethnicos lib. 3. de *Pont.* Eleg. 6. *Advena*, & *peregrinus* dicitur Abraham, ut eius veri signarentur filij, qui Dei clementiâ facti sunt in caput anguli: igitur qui non populus eius, per fidem iam eius populus; ut videretur insignis misericordia, dum Gentilitas civis, cùm esset advena: quandoquidem quæ pene nihil videbat per voluntatem cæcitatem, vocata est gratis in admirabile lumen.

*Gentilitas vocata in admirabile lumen.*

*Noctem quotles summovet Eos,*
*Regem totiet credite nasci.* Senec.

Potiùs quàm Seneca dicere possumus, in *Herc. Oetæo*, Act. 2. v. 614. igitur invenit Dominum,

*Tres ubi luciferos veniens præmiserat Eos.* Ovid.

Quod retorquemus ex Ovidio lib. 3. *Fastor.*

2 Sæpe in Scriptura dicitur: *Alienigena, qui non est de populo tuo*; ut clareret Domini erga Gentilitatem misseratio: etenim Gentilitas, estò non de Dei populo, Domini misericordia, advena & non alienigena, deducta per datam fidem, optatam usque sanctorum civilitatem. Nigra erat, & facta formosa. Propria, quæ aliena. Dominus illam vocavit, & vocationi apprimè respondit. Unde nato in ea Domino (quo facta Gentilitatis illuminatio, & luminis veritatis beneficium) sine quo nemo habebat inclusionem; *Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum: hi fuerunt illic.* Iam Salomonis Sponsa, quæ erroribus Ægyptiorum & alienigena erat, & aliena. Prædicit Psaltes Regius, ut floreret ex Gentilitate populus novus. *Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.* Regina ita ornata? Quæriam ista? Quæ est ilta, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol, terribilis ut castrorum acies ordinata? Viderunt eam filiæ Sion, & beatissimam prædicaverunt, elevatam ad thronum. Iure. Gentilitas est. *Astitit regina* (ait Basilius lib. de *Vita Virgin.*) *quæ panoso vestitu, ac servili habitu vilis putatur; in regno cœlorum regina, & nobilis regi adstans reperitur.* Ecce Gentilitatis species in caligine erroris, & dignatione Dei post acceptionem lucis: igitur quæ turpis famula celebrata regina, & quæ omninò aliena, dilectissima Sponsa.

Senec.

Ovid.

3. Reg. 8. 41.

*Alienigena propria.*

Psalm. 86. 4.

Psal. 44 10.

*Ex famula facta regina.*

Basil.

3 Intendamus in Sponsæ felicitatem, & Sponsi dignationem, perpensa lege, quàm Christus venit adimplere, nequaquam solvere. *Si egressus fueris* (ita decreti tenor) *ad pugnam contra inimicos tuos, & tradiderit eos Dominus Deus tuus in manu tua, captivosque duxeris, & videris in numero captivorum mulierem pulchram, & adamaveris eam, voluerisque habere uxorem, introduces eam in domum tuam: quæ radet cæsariem, & circumcidet ungues, & deponet vestem in qua capta est: sedensque in domo tua flebit patrem & matrem ::: & erit uxor tua.* His conditionibus erat Sponsa, quæ fuerat captiva: & eisdem circunstantijs in Magis, primitijs Gentilitatis, celebratum fuit

Deuter. 21. 11. 10.

*Dispensatio veritatis enim Christo.*

fuit matrimonium post Dominum in carne ex Virgine natum. Cæsaries indicat vanitatem, ungues propriam utilitatem, vestis errorem: Magique, pro Gentilitate (in obsequium Sponsi, qui descendit de cœlis, ut debellaret aërias potestates, & acquireret sibi populum acceptabilem, si duceret Gentilitatem his circumstantijs uxorem) sine vanitate ab Oriente venerunt: puerum sine errore inveniunt, & denique ut tantùm adorarent, adorarunt. Ergo, uti in illis dignati celebremus matrimonium.

Pierius Val. *Sacerdotes Ægyptij abs quo nullo*

4 Ritus primus erat capillorum resectio. *Ægyptij Sacerdotes quotidie rasitabant, neque ullum capillorum vestigium toto capite cerni patiebantur*: ait Pierius lib. 32. *Hierogl.* cap. 45. igitur qui Deo dicati, debent esse absque ulla superflua cogitatione. Qui salvi evadebant e naufragio, capillos rasos dedicabant Neptuno, uti refert Orozzius *lib.* 2. *Embl.* 44. Prudens consilium vel in tenebris errorum: etenim si crines cogitationes; gratiâ Dei periculorum maris expertes, imo erat casso discrimine, cunctas Deitati cogitationes offerre. Cæsaries resecatur, dum Deus quæritur: siquidem cùm in corde hominis sint idem vanitates, & cogitationes, quippe nil aliud respiciunt cogitationes, nisi mundi vanitates; ut corda potiantur voto, nulla debet esse vanitatis cogitatio.

*Deo debent offerri cogitationes.*

Matth. 2. 2. 5 Cùm natus esset Jesus in Bethlehem, *Ecce Magi ab Oriente venerunt.* Reges utique erant: quare igitur non designantur ut reges? Dignitas regia cedebat in gloriam adorati infantis, igitur adorandi, pueruli adorabant & in præsepio: quo ergo intuitu coronæ trinæ nulla prorsùs recordatio? Cogitationes regum in mari superstitionum perpessæ naufragium; sed, etiam errorum ingruente procella, pervenerunt in salutis optabilem portum. Haud erat in cœlo sidus, quod non deauraret adoratione pectus; quippe amplius fulgebat adoratione, quàm luce, periclitante nave cogitationum sine Cynosura cognitionis, sine luce veritatis, sine gubernaculo cœlestis lucis, saburrâ superstitionis; quandoquidem magnam sibi videbatur assumpsisse religionem, quia nullam respuebat diabolicam falsitatem: cæterùm splendore lucis novæ rutilantis in Oriente, tabulâ cognitionis è periculo maris tumidi exierunt, & Neptunum (verum maris Dominum) in specu proni adorarunt, radentes in corona cæsariem, igitur depoluerunt omnem erroris cogitationem.

*Deus invenitur, ubi erroris cogitatio resecatur.*

6 Præterea. Corona, quæ lucidè tempora ornabat, in ampliorem falsitatis cæcitatem impellebat. Caligabant magis rationis oculi, sceptri & coronæ coruscante luce. Si Dominum in præsepio natum quærerent ut reges, haud raderent cæsariem, intentis capillis (retortis cogitationibus) in vanitates: & deponunt in corona capillitium, postquàm iactati errorum fluctibus fecerunt naufragium; quoniam quæsito Christo, vanitatis mundi florentis nec cogitatio. Deinde. Duplici titulo gaudebant Reges Orientis, uti observarunt Cicer. de *Divinat.* Philo Judæus de *Specialib. legib.* & Pier. Valer. *lib.* 55. *cap.* 8. scilicèt, Regum & Magorum. Titulus Regum ostentabat vanitatem, Magorum verò, prudentem discretionem: & qua usi solidiùs quærentes Christum; cum Principum titulo deponunt sæculi fastum; quippequam tunc invenitur, ubi Deus sine vanitate quæritur. Non Reges, sed Magi inquirunt, quem Dominum Deum venerari conantur. Magi sunt Principes & non amplius, dum veri Dei intenditur cultus. Non Reges reges, quo mundi ostenditur gloria; sed Magi, quo demonstratur sapientia: etenim nulla maior, quàm deponere errorem, ut inveniant vel in rupe latitantem veritatem.

*Vel levis cogitatio obest.*

*Vera scientia, quæ Deus quæritur.*

7 Tensis capillis & sine lege coma, Gentilitas in mare vitæ flabat fluctus in naufragia. Nova luce obices cogitationes ab oculis amovit, & cœlum vidit; igitur priùs ducebatur in erroris præcipitium, quia nolebat oculos attollere versùs cœlum: verùm deposuit promptissima errorem, illicò ut cœlum communicavit cæcis oculis lumen: & Deus misericors contulit cognitionis beneficium, simulac oculos elevavit pro resipiscentia in cœlum. Perpende. Oritur in Oriente stella, & veniunt Magi dicentes: *Ubi est, qui natus est Rex Iudeorum? Vidimus stellam eius.* Non inquirunt, An natus, sed ubi natus. Sciunt Deum-hominem natum, at ignorant locum. Cæterùm unde sciunt? Quia vident, quod non viderunt. Cæca Gentilitas sibi ut magis cæcutiret, blandiebatur tenebris superstitionis, quas illicò respuit fulgore stellæ micantis: & non dubitat de nato, sed de loco; etenim suppetebat rationalis omissionis excusatio. Non itaque adoraverat, quia nec lucem viderat: siquidem priùs libentissimè adorasset, si priùs dignata veritatem cognovisset. Priùs renuit demonstrationis obsequiosæ tributum; quoniam nil volitum, quin præcognitum. Quia oculos statuit declinare in terram, cœli nullam habebat notitiam. Emisit cœlum in stella fulgorem, & adorare venit, simulatque vidit lucem. Quæsivit Christum, ut fixit lumina in

Ubi sug

*Gentilitas cum ea gaudet, veritatē adoravit*



in cœlum, expresso amore in ipsa adorationis velocitate: siquidem nulla distantia inter visionem luminis, & inquisitionem atque adorationem veritatis. Respondit statim Dominus, ubi vidit in Gentilitate dilectionis pignus: igitur prompta Domini gratia, facta à Gentilitate vel levi in inquisitionem diligentiâ.

*Christus in curia non cognoscitur, sed ludificatur.*

8 Ducti ergo Magi fallaci coniectura, scilicèt Regem nasciturum in Regia, in Ierusalem direxerunt iter, ubi regnabat Herodes. Hæc est affectio frequens incipientium quærere Christum, sed insipientium. Christus in Curia? Christus in Regia? In quatuor palatijs affuit Christus, sed in nullo notus. In domo Annæ alapâ ictus, in domo Caiphæ ministrorum ludibrio expositus, in domo Herodis iudicatus infamis; at denique in Curia Pilati morti ignominiosæ devotus. Exeat ex aula qui velit esse pius. Ingressis ergo Regibus in urbem lux ab oculis eorum evanuit, quippe ut Deus inveniretur, iter Curiæ non iter: dum gressus dirigantur versùs mundum, radios suos removet cæcutientibus cœlum: etenim licèt fundamenta terræ moveant, ut Deum quærant; quærentes in curia, semper in tenebris ambulant. Egressi sunt enim ab illa miserabili Babylonia, absque ulla nati Regis notitia: sed actutum egressis *Ecce stella.* In Ierusalem non aspiciunt, & aspiciunt, ut abierunt? Necdum Gantilitas ruerat cæsariem, ut admitteretur captiva in dilectam coniugem. In Ierusalem cum Herode tyranno respiciebat mundum: extrà, respiciebat cœlum: cum cœlestia respicere, ut Christus inveniatur, sit iter breve, & Dei promptissima gratia; quamprimùm Gentilitas elevavit lumina, *Ecce* ut ducantur *stella.*

Vers. 9.

*Præsto auxilium respicientibus cœlum.*

9 Quàm felices hi Reges! Magnis itaque beneficijs dignati, verùm iurè. Immemores cogitationum accesserunt ad præsepe, visa de cœlo luce, aliarum cogitationum ductrice: igitur Dominum adorarunt, ut cognoverunt. Quousque Dominus ut homo in lucem prodiret, haud habebat Gentilitas, quo videret: sed ut fulgoret Gentilitatis dilectio, dum Deitatis in illa fulsit cognitio; Domino apparente in carne, *Ecce Magi venerunt ab Oriente.* Observa *Ecce*, adverbium demonstrativum. Cùm *natus esset Iesus, ecce Magi.* Si esset in Curia, velocitas haud iudicaretur nova: siquidem conditio pectoris ambitiosi, Solem adorare vel dum micat in Oriente. Natus est, & ecce Magi. In mundo adorationem præveniret ambitio: igitur sæpe reverentia disponitur, an Sol nascatur. Natus est Sol; & *Ecce Magi.* Cùm nascerentur, non viderunt Solem, dumtaxat stellæ viderunt lucem. In Regia non esset obsequium, Magorum prudentissimum studium: quandoquidem ut introducantur venales adorationes, sufficit ambitioni scintilla utilitatis. Natus est Christus, & statim ibi Magi. *Ecce.* Exprimit adverbium animi promptitudinem, & fidei pectoris æstuantis demonstrationem: igitur priùs Deitas vera non cultu, quia illis, Sole latente, non cognita: verùm illicò ut habuerunt cognitionem, *Ecce Magi venerunt*, ut adorarent.

Vers. 1.

*Gentilitas cum ea gaudet, veritatē adoravit*

*Ambitio vincav.*

*Gentilitas ortum prisma in inquisitionem Deitatis.*

10 *Vidimus*: inquiunt. Ergo priùs non venerunt ab Oriente, quia non viderant præ superstitionis cæcitate. *Vidimus, & venimus.* Ante Solis ortum non venerunt Magi; quoniam idololatria cæci. *Vidimus.* Quidè *Stellam eius in Oriente & venimus adorare eum. Eum* & non *Eam.* Medianter, ut animæ quærentes Dominum ministram non adorent ducentem, sed eum qui misit doctorem: de quo Nos alibi. Non Solem viderunt, sed stellam, signum cœli nati infantis, ut constaret ex stella studium vehementioris dilectionis: quandoquidem Christus quæritur, ubi vel leve signum de cœlo datur. Haud viderunt tres Soles, sicuti in Hispania visi (vide Suarium in 3. part. *D. Thom.* quæst. 36. dispur. 14. sect. 2. & 3.) sed tantùm lumen stellæ. Magna vel ab exordio Gentilitatis fides, sed amplius studium dilectionis. Exiguum videbatur signum lumen in aëre, ut Reges, adoraturi ab Oriente venirent: & ecce veniunt dato signo de cœlo; quia præ amoris vehementia, sufficiebat indicatio. Dialecto nostra: *Para buscar la Deidad, en el amante bastaba una insinuacion.*

Vers. 2.

*Cautio quærentium Deum.*

*Vel in fig nis intelexit vocationem*

11 *Invenerunt* ergo *puerum.* Verùm quare? Introierunt in speluncam, haud deportati sunt. Intromitti in speluncam est sepeliri: & hi ducti stellæ fulgore introducuntur, & nequaquàm deportantur; ut videant vel in umbra felicitatem, qui ex tenebris sæculi vocati sunt in Religionis lucem? Igitur vident intrantes domum Domini maiestatem, qui moriuntur ante mortem. Moriuntur antequàm moriantur, ne moriantur cùm moriuntur: & ibi felicitas summa, & gloria: igitur ultrò sepeliuntur in vita. Magi intraverunt domum, quæ sepulchrum, & viderunt puerum. Nequibat videri à Magis optata Deitas, quousquè errores sepeliret Gentilitas: & vidit delideratam tot retrò sæculis Ditatem, simulac deposuit superstitionis vestem.

Vers. 11

*Sepelirī in vita, magna gratia.*

*Gentilitas cognovit Deitatem, ut deposuit errorem.*

12 Invenerunt Magi, quem quærebant puerum, sed Herodes non potuit inve-

ni-

*In templo Amoris cur pa tulum.*

nire. Ratio prompta : Herodes quærebat perfidè. Non quærebat, ut adoraret, sed ut occideret : frequens igitur mors Principis sub specie adorationis. In templo Amoris, ut refert Pausanias in *Bœoticis*, nemo poterat ingredi, nisi nudo pectore : & non invenitur Deitas, ubi sub larva cultus intromittitur iniquitas. Magi abiecerunt cultum intrantes domum : & invenerunt Amorem quia intrantes domum, deposuerunt vellem. Nota stylum in Herode, quippe pellucebat intentio etiam in velamine obsequij. *Ite* (ait Magis) *& interrogate diligenter de puero, & cùm inveneritis, renunciate mihi, ut & ego veniens adorem eum. Veniens* : allusit. Phrasis apud Hebræos communis, de qua Nos *Tom. 7. Tautolog. 9.* Apud Latinos non *Ire*, sed *Redire* significat. Ergo dicere debuit, *Ut vadam*, non *ut veniam*. Aptè disposuit, ante quàm iret, reditus inanis formam : siquidem iurè suspicabatur Regem ecelorum non inveniendum ; dum ut inquireret præmittebat dolum : & Magi feliciter invenerunt, atque reverenter adoraruntt ; quippequàm Amor, etiam latens in spelunca, invenitur, si nudo pectore quæritur. Hæc est sors felicium: Mundi corde Deum videbunt.

*Pausan.*

*Versf. 8.*

*Deus ubi inveniri tur, si fi. Et quæritur.*

*Impulsus Gentilitatis to erga nitentem veri Dei.*

13 Formata fuit humana natura summè speciosa, quæ quidem per gratiam elevata est in æstimabilem Conditoris amicitiam. Recessit à Deo, & Deus ab illa recessit propter fidei datæ adulteria, & adorata turpissima idola ; per quæ tamquàm insignia subiectionis, in omnibus Gentibus cultum portabat captivitatis, quin posset videre Sponsum, quandiù idolorum retineret cultum. Gentilitas gemebat, quin sciret, qua pessima occulta affectione laborabat, haud quia carebat luce, sed quia videre nequibat præ cæcitate, cuius exteriore caligine, & interno rationis fulgore ( præparato in cæcitatis medicamen ) plures conati sunt quærere Deum, si fortè attrectent, aut inveniant manibus privati lumine, quamvis longe non esset ab unoquoque. Stulta erat, quia quærebat in idolis, quem inquirere decebat in ara pectoris. Cognitione cæcutiebat ; sed cognoscere avebat, quæ ignorabat. Speciem qualem qualem habebat Deitatis, sed pluralitate Numinum exoleverat species. Nullum in tot Dijs inveniebat ad quietem, quippe fallam vel ipsa adoratio demonstrabat Deitatem. Retexit velamen stella ; & cognovit à quo condita, pessundata vestè erroris, in qua feliciter capta. Redijt cognitio : & tanto Gentilitatis gaudio ; ut amplius esset, dum amissum Deum invenit, quàm quod ab initio cognitionis habuit.

14 Præsciebant enim Magi ex prophetiâ Balaäm, orituram stellam Iacob, signum excelsi Regis, & iustitiæ Solis. Natus est ergo, & in Regis Magi properarunt patriam, videntes signum stellam. Gavisi sunt videntes, attamen signa haud dicuntur exultationis.

*Ergo alacres summo servantes lumina cœlo*
*Fixa Magi, sidusque micans regale secuti,*
*Optatam tenuere viam,*

Canit Sedulius lib. 2. de *Christ. mirac.* v. 92. Venerant in Ierusalem, ubi evanuit ab eorum oculis lux, quin possent in labyrintho opinionum pedem pro inquirenda veritate dirigere, sine filamine aureo lucis stellæ. Audito Rege perfido, & Prophetarum oraculo, abierant à confusione Curiæ, & ecce iterum apparuit stella, quam viderat in Oriente. *Videntes autem stellam, gavisi sunt gaudio magno valdè.* Summo ergo gaudio gavisi.

*Versf. 10*

*Iuvenc.*

*Ecce viæ medio stellam præcurrere cernunt,*
*Sulcantem flammis auras.*
*Gaudio magno Magi gaudent, sidusque salutant.*

Succinit Iuvencus lib. 1. *Hist. Evang.* v. 272. Observa. Unde igitur gaudium ? A visa stella. In Oriente iam viderant. Quare ergo primi optati intuitus non eximitur gaudium, & modò proponitur gaudium summum ? Nasci stellam in Arabia, sine dubio fuit felicitas, sed obvia ; gratulatione digna, maximè ubi non videbatur nisi miseria. Articulus faustus, occurrere lucem, quin ullam habuisset oculi possessionem. In introitu civitatis amissa stella, & in exitu visa, recuperarunt quod cum dolore amiserunt. Pridem erat carentia lucis, post privatio nacti fulgoris ; & dum lucem vident, non explicant gaudium, verùm magnum, dum inveniunt ; quippequàm omnem cordis excedit exultationem, iterùm videre amissam felicitatem.

*Gentilitas summe gavisa de felicitate inventa.*

15 Si hoccine gaudium magnum de inventa luce, quantum de Conditoris inventione ? Priùs viderat, sed amisit, igitur post vana simulachra præceps abijt : & modò magna exprimitur exultatio, dum videt vel in præsepio, quoniam si Sponsum videre, gaudium magnum ; postquàm amissum, invehire, summum. Ideo non dicuntur indicia exultationis, ubi corruentes adorationæ pedem osculati sunt infantis. *Intrantes domum, invenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adoraverunt eum.* Dixit adoratio cordis exultationem pectoris. Actiones exhibitæ gaudij indicia, & procul verba : igitur lingua non suppetit exprimere, quantum

*Haud habuit verbum, quo diceret gaudium*

*Versf. 11*



tum momentum, Bonum summum amissum iterùm nactum.

*Absentia à dilecto fidei amoris aliquando demonstratio.*

16 Etiam Gentilitas circumcidit ungues, ut pulchra Sponsa veri Dei oscularetur pedes. Mulier unguibus perlongis, imago patebit dæmonis : & Gentilitas ut è potestate dæmonis exeat, pedes & manus exungulat. Ungues trahunt quicquid apprehendunt. Per manus obsequia designantur : & dum Gentilitas adoratum Deum accedit, ungues meditanter circumcidit ; quippe tantùm adorat, ut adoret : igitur haud intendit in obsequio adorationis propria commoda, sed dumtaxat obsequia. Claret huius extremi specimen amoris in ipsis primitijs Gentilitatis.

*Obsequiis intendit propter obsequia, vocata Gentilitas.*

Prodroma stellà Magi fecerunt iter, usque dum venirent ubi Deus, quem quærebant, puer erat carne mortali. Vota visionis fidere radiante fuerunt à corde concepta, & intrantes domum, infantem adorantes, cum donis obtulerunt flagrantia corda.

*Quæ lege futura*

*Quæsivit, ut quæreret.*

*Sedul.*

*Duxit adorantes sacra ad cunabula Gentes.*
*Thesaurisque simul pro religione solutis,*
*Ipse etiâ ut possint species ostendere Christi,*
*Aurea nascenti fuderunt munera Regi,* &c.

Versf. 12.

Insit Sedulius ubi supr. v. 93. His peractis in Gentilitatis gloriam, Magi *reversi sunt in regionem suam.* Si conatus erat, frui Deitatis visione, quare abierunt inde Magi ? Ut exprimerent gratitudinem, & adorationem propter adorationem. Si cum infante manerent in specu, videbatur quæri infantem, ut tantùm proprio consulerent beneficio : etenim vel exiguas demonstrationes pectoris rependet Dominus singularibus donis : & adorato Domino in propriam revertuntur regionem ; ut pateret, nullam in adoratione, nisi adorare, quæsiviße utilitatem.

*Et adoravit, ut adoraret.*

17 Deinde. Si ibi manerent, se tantùm ut dignarentur, respicerent : igitur præsentiâ infantis recreati, gauderent optato æstimabili favore. Remoti ergo à nati Dei infantis spelunca, eius poterant reliquis cæcis referre magnalia, ut per eorum cognitionem, alij atque alij incognitam illud usque cognoscerent veritatem : & viso Domino in carne mortali, propter hominem reclinato in cunabulis præsepij, revertuntur statim in patrium solum ; quoniam in obsequio adorationis, dumtaxat volunt obsequium. Blandimen est amoris præsentia dilecti, sed magis, quòd noteſcat, quàm digous amor amore. Ubi maior fidei demonstratio, cordis amantis coruscat maior dilectio : & redeunt in patriam, ob proprij amoris & infantis nati gloriam ; quippe pluris ducunt, quàm habeatur ab ipsis, quòd cognoscatur à reliquis. Pluris sanè, quàm ipsi soli felices, quòd infans habeat adoratores orbis.

18 Diligenter intende in contextum, ut clareat adorationis studium. In Ierusalem interrogarunt Magi : *Ubi est, qui natus est Rex Iudæorum ? In Bethlehem* : dixerunt illis Scribæ. Abierunt ergo, & ducti stellæ fulgore, venerunt usque ubi erat, quem visuri, puer. Intrantes verò domum, *Invenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adoraverunt eum.* Quem quærunt adorandum, Regem Iudæorum, vel puerum? Regem utique : & non regem in adoratione demonstrant, sed puerum, qui rex, adoratores designant ; quippe tantùm intendebant in cultum, & nequaquàm in adorationis commodum. Hæccine vera adoratio. Canit Seneca in *Herc. Oeteo.* Act. 2. v. 616.

*Versf. 2. Versf. 5.*

*Versi 11.*

*Non in commodum.*

*Intuitus aulæ.*

*Senecæ*

*Pauci Reges, non regna colunt:*
*Plures fulgor convocat aulæ.*
*Cupit hic Regi proximus ipsi,*
*Clarus claras ire per urbes.*

Erat in puero dignitas regia summa, summè commendabilis, & persona divina, cui ex iure dignitas regia : & adorant puerum propter adorationem, & pectoris mundi fidem ; igitur adorarent, estò non viderent regem. Adorat personam in dignitate, adoratoris charitas : adorat in persona dignitatem utilitas : & Magi videntes puerum regem, adorant puerum ; ut clareſcat verè adorationis studium. Intuitus adorationis etiam est momentum fidei præstantis : & elevatur pectoris adoratio, dum collocatur in puero ; siquidem procul momentis utilitatis, quia debebant, persolvunt tributum adorationis, ut nova in dilectum fide, adorarent illum in spiritu & veritate.

*Gentilitas dat directionem adorandi in sanctis studium.*

*Verus amor sine utilitatis.*

19 Quærebant puerum regem, invenerunt puerum, & adoraverunt puerum. Regem cogitaverunt infantem, at non dicitur, Magos adorasse regem ; quia in exclusione propriæ utilitatis, summa vertebatur adorationis, nudo pectore, & purissimo corde: quandoquidem, quem regem infantem cogitarunt ; puerum adorarunt, quoniam puerum invenerunt. Rimare in adorationis modo, quo cultus conflet ingenio. *Procidentes adoraverunt eum, & apertis thesauris suis obtulerunt ei munera*, &c. Priùs adoraruntt, post obtulerunt. Priùs munera offerre, mox adorare, est non adorare regem, sed regis auctoritatem, adorantium sæpe commodum, cultus exhibiti emolumentum. Adorant hac conditione corda, ut munera hamo adorationis accipiant, non ut offerant: & Magi ut ostenderent ipsam adorationem

*Versi 11.*

*Amicitia falsa & vera,*

*Gentilitas obsequijs vicit Deum infantē.*

nobile obsequium, adorant, muneraque postmodùm offerunt; quoniam ex corde patet oblatio munerum, post oblationem cordium, præ dilectione adorantium.

Amorem cœlicum (Gentilitatis oblitum, & meritò, quippe in ipsa prius oblivio) reconciliare obsequijs Gentilitas cupiebat, & redamari, quia cognitum iam amabat: flectitur precibus, trahitur cordis gemitibus.

Paulin. Conf. *Quanta Dei pietas, quamque exorabile Numen! Pœnituisse sat.*

*Et traxit arte in sinu dilectissimum.*

Accinit Paulinus Consul. in Carm. de *Baptist.* v. 104. Placatur Deus, cui placet amor nudus: & Gentilitas munera offerens, Sponsum adoravit toto pectore; quia cuncta dedit anxia pro dilectione. Dedit pro dilecto cuncta, etiam vestem in qua capta.

*Peregrinatio in Delon ob reverentiam Solis.*

Pier. Val.

2o Apud Græcos celebris fuit solemnitas, quam dicebant Felicitatis, pictâ navi pro symbolo, in cuius antennæ fulgens stella rutilabat velo. *Quæ verò navis* (inquit Pierius Valerianus lib. 45. *Hieroglyph.* cap. 4.) *apud Athenienses erat salutis indicium, in Thesei memoriam coli consuescebat, singulisque annis Delon* (ubi Sol colebatur in antro, de quo vide Vinc. Chartarium in *Apollin.* fol. 46.) *mittebatur, Apollini cultum allatura, suscepto olim à Theseo voto huiusmodi, si civibus suis unà secum salvis reversus esset.* Ecce imago felicissimæ sortis, subactæ à dæmone tyranno Gentilitatis, qui quidem singulos tradebat devorandos Minotauro, in flexo, & reflexo errorum superstitionis labyrintho. Venit Deus in navi descendens in inferiores partes terræ (igitur navis de longè, hospitis adventum testificata Dei) ut educeret vinctos in fortitudine, proiecto in lacum dracone, quo libera Gentilitas fregit tyranni catenas: & grata obsequio, solicita studio misit Reges, ducente stella, ut in antro Soli iustitiæ offerrent munera sacra, quorsque colligens fide & tempore reliquum, tunc intraret plenitudo Gentium: & quæ erat dæmonis serva, gradiâ veri Dei plauderetur Sponsa, tam felix, quàm formosissima. Non ego pauper, te divite, facta.

*Gratitudo Gentilitatis.*

*Stella tibi oppositi nocuit contraria Martis: Mars abiit, signo nunc Venus apta tuo.*

Ovid. *Profit & adveniens, en aspice diva, amator, Te cupit & curæ, quid tibi desit, habet.*

Altiori sensu canam, quàm Ovidius lib. 1. *Amor.* Eleg. 8.

*** *** ***
*** ***

## DIDASCALIA VII.

### *Ascensio Domini glorificatio nostra est.*

1 GRatulabundus proclamat Augustinus Serm. 2. de *Ascens.* seu 175. de *Tempor.* Cæspitamus miraculis, repleti donis. *Ascensio Domini* (infit Serm. seq.) *catholicæ fidei confirmatio fuit: ut securè in posterum crederemus miraculi illius donum, cuius iam in præsenti percepissemus effectum.* Alienum erat à natura cœlum, quod repagulis ferreis criminis erat occlusum: sed qui vicit peccatum & mortem, cœlum etiam reseravit; quandoquidem super omnium creaturarum cœlestium dignitatem, humani generis natura conscendit. Gaudebat hostis de proiectione humanæ conditionis, quasi numquam posset excutere iugum tyrannidis, descendendo in profundum inferni, sine spe, unde ipse lapsus, calcandi sidera poli; quippe terra in terram it post peccatum, & nequaquam terra in cœlum.

Augast.

Idem.

*Quæ Sol vatoris, est ascensio animæ generis.*

*Terra col locata in cœlo.*

*Iam super astra sedet, cuncti exultate fideles.*

*Perfide quid sævis? iam super astra sedet.*

*Mortuus ille tonat, terram cœlumque subegit,*

*Quid facient hostes? Mortuus ille tonat.*

Sedul.

Canit Sedulius *Hymn.* 1. v. 84. Plaudatur igitur terra nova, dum videtur super astra.

2 Abrahamus, *Advena* dicitur *& peregrinus*: Christus in cœlo peregrinus, & non advena. Non advena, quia reversus unde venerat: & nihilominùs peregrinus, quia inde carnem, quam assumpserat, non traxerat. *Carnis enim locus proprius terra est, quæ quasi ad peregrina ducitur, dum per Redemptorem nostrum in cœlo collocatur:* inquit Gregorius Magn. Homil. 9. in *Evangel.* novumque rutilat prodigium, quòd terra nostra in corpore Redemptoris mutet locum; etenim terra elevatur super cœlum. Cantat Arator lib. 1. in *Act. Apostol.* v. 33.

Genes. 23.4.

*Terra cœlo superior.*

Gregor. Magn.

*Tollitur astrigerum rediturus victor in axem, Et secum quod sumpsit habet, nova pompa triumphi.*

Arat.

*Arva Deus petijt, homo sidera.*

Terras lustrat descendens Deus è sublimi cœlo, & sidera petit homo; quippe descendit ut hominem elevaret, & terram cœlo superiorem constitueret: igitur illius peregrina carnis in thronum patris Ascensio, nostra fuit glorificatio, ampliora nanciscentibus per Christi ineffabilem gloriam, quàm per diaboli

*Nova pompa in triumpho Ascensionis.*



boli amiseramus invidiam: siquidem refulsit in toto genere, quicquid effulsit in capite. Nova pompa triumphi est, dum in cœlum elevatus est Sol; & propter gloriam Christi ascendentis, & propter gloriam simul ascendentis hominis.

Psalm. 29.2.

3 *Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me*: canit David. Ubi igitur Propheta exaltatus, ubi susceptus, ut grates solvat de propria exaltatione gaudibundus? In cœlum. In cœlum Propheta tollitur? Sanè: in cœlum Christus Dominus elevatur: & dicit aptè propriam elevationem, dum Christus ascendit in maiestatis sedem; quoniam elevatio Principis, est elevatio humani facentis generis. Pulverem inimici admirabantur hominis corpus, quasi non esset auxiliator, qui posset è pulvere elevare, & de eorum manibus potenter eripere, eum etiam peccato atque morti mancipatum, rediguntur in ignobile principium, ut semper esset terra procul à cœlo, siquidem vel animata expulsa de paradiso. Si ita conditio corporea humana maneret, dilatato corde inimicus diabolus exultaret, quasi semel victa & delecta usque ad pulverem per diabolicam artem, ope divina nequiret superare victorem. Unde hominis inimici diabolus, mors & sepulchrum, nequaquam gaudent, sed fremunt, Christo ascendente in Olympum; quoniam Salvatoris corpore collocato in cœli throno, totius generis micabat glorificatio.

*Glorificatur homo, Christo in cœlo collocato.*

Psalm. 88.19.

4 Promptè intelligitur illustris eiusdem Prophetæ antithesis. *Domini est assumptio nostra, & sancti Israël regis nostri.* Sonant oppositæ, quæ gaudens in subsidium lapsæ naturæ refert Propheta. Nostra est assumptio. Iacemus, & assumimur? Serpimus in terra, & calcamus sidera? Sanè. Sedet iam Christus ad dexteram Patris in excelsis, qui homo nobiscum eiusdem conditionis, per quem habemus accessum in solium, ubi elevatur in cœlum: & Domini assumptio, dicitur assumptio nostra; quia nos qui serpimus, in illo elevamur ad sidera: igitur si nunc in illo nostra assumptio & elevatio, pòst assumemur cum illo. Est beatitudinis hominum principium, quoniam gloria virtutis eorum, carne corporis collocatâ in throno, quæ iacuerat in sepulchro, ut homines qui iacebant in terra, collocarentur in gloria: Christique Domini Ascensio appellatur nostra assumptio: quoniam nos, dum ascendit in thronum, tulit secum. Patet ianua beatitudini: nostraque est assumptio quæ assumptio Domini; siquidem nulla nostrum videretur exaltatio, ni exaltaremur ip illo.

*Secum gestauit.*

5 Absolutè Apostoli reliquerunt omnia, & pro relictis inquisierunt in cœlestibus præmia. *Quid ergo* (dixerunt) *erit nobis?* Illicò Dominus: *Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël.* Merita Apostoli exponunt resolutoriè, Christus verò præmia proponit conditionatè: *Cum sederit filius hominis, sedebitis.* Non sedebunt, ni sederit? Profectò. Ab illius gloria pendet hominum glorificatio. Non quærebant, quibus assectæ renunciaverant, terrena, sed cœlestia dona. In cœlo vota eor discipulorum detorsit: Christusque asserit habituros, cùm habuerit; siquidem ante illum, nemo ingressus est in cœlum. Per sedem indicat gloriam, per illum, sed hanúquaquàm ante illum, ab hominibus habendam. Hanc discipulis promittit, verùm cùm in cœlo ad dexteram Patris sederit: igitur si ille non sederet in sede maiestatis, minimè haberent maiestatem sedis.

Matth. 19.28.

*Ex gloria Christi gloria conditionis humanæ.*

6 Deinde. Sessionem discipulorum in cœlestibus memorat, & se filium hominis vocat: *Cum sederit filius hominis in sede maiestatis, sedebitis.* Cur naturam humanam connotat, dum sedes assedis signat? Etiam corpus gloriâ donandum, eiò horridè saucium, vel in pulvere conversum habiturit sepulchrum. *Filius hominis* in Christo dicit humanam formam, & etiam materiam, quibus conflatitiatur homo, & ex quarum gloria constat gaudij plenitudo. Hinc illis dixit: *Ut gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur*: igitur sine gloria corporis, gloria licet summum gaudium, non videtur gaudium plenum. Unde dum plenam gloriam in sede maiestatis, Christus promittit discipulis; dicit fessuros, cùm sederit filius hominis: siquidem in cœlum assumpto, etsi in cinerem redigatur humana caro; non tantùm anima potietur glorià, à corpore separata, verùm vivificabit, & glorificabit corpora.

Ibidem.

Ioann. 15.11.

*Et plenæ.*

7 Effectus patet felicitatis, pateat etiam origo beatitudinis. *Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes*, &c. Si sedes cœlestes præmia laborum sequentium Christum; cur ergo in sedes cœlestes ius tacetur Apostolorum? Christus sedebit in sede maiestatis suæ: quare non dicitur illorum, illorum sedes, eùm illi ex vi iuris, quippe ex meritis, gloriosè sederint in sede maiestatis? Quia neminem susciperet thronus, ni in throno sederet Christus. Gloria nostra pendet à gloria Christi ascendentis in gloriam, etiam naturæ reliquorum iustorum communi dan-

*Aquo omnia pendet.*

*Gentilitas obsequijs vicit Deum infantē.*

nobile obsequium, adorant, muneraque postmodùm offerunt; quoniam ex corde patet oblatio munerum, post oblationem cordium, præ dilectione adorantium.

Amorem cœlicum (Gentilitatis oblitum, & meritò, quippe in ipsa prius oblivio) reconciliare obsequijs Gentilitas cupiebat, & redamari, quia cognitum iam amabat: flectitur precibus, trahitur cordis gemitibus.

Paulin. Conf. *Quanta Dei pietas, quamque exorabile Numen! Pœnituisse sat.*

*Et traxit arte in sinu dilectissimum.*

Accinit Paulinus Consul. in Carm. de *Baptist.* v. 104. Placatur Deus, cui placet amor nudus: & Gentilitas munera offerens, Sponsum adoravit toto pectore; quia cuncta dedit anxia pro dilectione. Dedit pro dilecto cuncta, etiam vestem in qua capta.

*Peregrinatio in Delon ob reverentiam Solis.*

Pier. Val.

2o Apud Græcos celebris fuit solemnitas, quam dicebant Felicitatis, pictâ navi pro symbolo, in cuius antennæ fulgens stella rutilabat velo. *Quæ verò navis* (inquit Pierius Valerianus lib. 45. *Hieroglyph.* cap. 4.) *apud Athenienses erat salutis indicium, in Thesei memoriam coli consuescebat, singulisque annis Delon* (ubi Sol colebatur in antro, de quo vide Vinc. Chartarium in *Apollin.* fol. 46.) *mittebatur, Apollini cultum allatura, suscepto olim à Theseo voto huiusmodi, si civibus suis unà secum salvis reversus esset.* Ecce imago felicissimæ sortis, subactæ à dæmone tyranno Gentilitatis, qui quidem singulos tradebat devorandos Minotauro, in flexo, & reflexo errorum superstitionis labyrintho. Venit Deus in navi descendens in inferiores partes terræ (igitur navis de longè, hospitis adventum testificata Dei) ut educeret vinctos in fortitudine, proiecto in lacum dracone, quo libera Gentilitas fregit tyranni catenas: & grata obsequio, solicita studio misit Reges, ducente stella, ut in antro Soli iustitiæ offerrent munera sacra, quorsque colligens fide & tempore reliquum, tunc intraret plenitudo Gentium: & quæ erat dæmonis serva, gradiâ veri Dei plauderetur Sponsa, tam felix, quàm formosissima. Non ego pauper, te divite, facta.

*Gratitudo Gentilitatis.*

*Stella tibi oppositi nocuit contraria Martis: Mars abiit, signo nunc Venus apta tuo.*

Ovid. *Profit & adveniens, en aspice diva, amator, Te cupit & curæ, quid tibi desit, habet.*

Altiori sensu canam, quàm Ovidius lib. 1. *Amor.* Eleg. 8.

*** *** ***
*** ***

## DIDASCALIA VII.

### *Ascensio Domini glorificatio nostra est.*

1 GRatulabundus proclamat Augustinus Serm. 2. de *Ascens.* seu 175. de *Tempor.* Cæspitamus miraculis, repleti donis. *Ascensio Domini* (infit Serm. seq.) *catholicæ fidei confirmatio fuit: ut securè in posterum crederemus miraculi illius donum, cuius iam in præsenti percepissemus effectum.* Alienum erat à natura cœlum, quod repagulis ferreis criminis erat occlusum: sed qui vicit peccatum & mortem, cœlum etiam reseravit; quandoquidem super omnium creaturarum cœlestium dignitatem, humani generis natura conscendit. Gaudebat hostis de proiectione humanæ conditionis, quasi numquam posset excutere iugum tyrannidis, descendendo in profundum inferni, sine spe, unde ipse lapsus, calcandi sidera poli; quippe terra in terram it post peccatum, & nequaquam terra in cœlum.

Augast.

Idem.

*Quæ Sol vatoris, est ascensio animæ generis.*

*Terra col locata in cœlo.*

*Iam super astra sedet, cuncti exultate fideles.*

*Perfide quid sævis? iam super astra sedet.*

*Mortuus ille tonat, terram cœlumque subegit,*

*Quid facient hostes? Mortuus ille tonat.*

Sedul.

Canit Sedulius *Hymn.* 1. v. 84. Plaudatur igitur terra nova, dum videtur super astra.

2 Abrahamus, *Advena* dicitur *& peregrinus*: Christus in cœlo peregrinus, & non advena. Non advena, quia reversus unde venerat: & nihilominùs peregrinus, quia inde carnem, quam assumpserat, non traxerat. *Carnis enim locus proprius terra est, quæ quasi ad peregrina ducitur, dum per Redemptorem nostrum in cœlo collocatur:* inquit Gregorius Magn. Homil. 9. in *Evangel.* novumque rutilat prodigium, quòd terra nostra in corpore Redemptoris mutet locum; etenim terra elevatur super cœlum. Cantat Arator lib. 1. in *Act. Apostol.* v. 33.

Genes. 23.4.

*Terra cœlo superior.*

Gregor. Magn.

*Tollitur astrigerum rediturus victor in axem, Et secum quod sumpsit habet, nova pompa triumphi.*

Arat.

*Arva Deus petijt, homo sidera.*

Terras lustrat descendens Deus è sublimi cœlo, & sidera petit homo; quippe descendit ut hominem elevaret, & terram cœlo superiorem constitueret: igitur illius peregrina carnis in thronum patris Ascensio, nostra fuit glorificatio, ampliora nanciscentibus per Christi ineffabilem gloriam, quàm per diaboli

*Nova pompa in triumpho Ascensionis.*



boli amiseramus invidiam: siquidem refulsit in toto genere, quicquid effulsit in capite. Nova pompa triumphi est, dum in cœlum elevatus est Sol; & propter gloriam Christi ascendentis, & propter gloriam simul ascendentis hominis.

Psalm. 29.2.

3 *Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me*: canit David. Ubi igitur Propheta exaltatus, ubi susceptus, ut grates solvat de propria exaltatione gaudibundus? In cœlum. In cœlum Propheta tollitur? Sanè: in cœlum Christus Dominus elevatur: & dicit aptè propriam elevationem, dum Christus ascendit in maiestatis sedem; quoniam elevatio Principis, est elevatio humani facentis generis. Pulverem inimici admirabantur hominis corpus, quasi non esset auxiliator, qui posset è pulvere elevare, & de eorum manibus potenter eripere, eum etiam peccato atque morti mancipatum, rediguntur in ignobile principium, ut semper esset terra procul à cœlo, siquidem vel animata expulsa de paradiso. Si ita conditio corporea humana maneret, dilatato corde inimicus diabolus exultaret, quasi semel victa & delecta usque ad pulverem per diabolicam artem, ope divina nequiret superare victorem. Unde hominis inimici diabolus, mors & sepulchrum, nequaquam gaudent, sed fremunt, Christo ascendente in Olympum; quoniam Salvatoris corpore collocato in cœli throno, totius generis micabat glorificatio.

*Glorificatur homo, Christo in cœlo collocato.*

Psalm. 88.19.

4 Promptè intelligitur illustris eiusdem Prophetæ antithesis. *Domini est assumptio nostra, & sancti Israël regis nostri.* Sonant oppositæ, quæ gaudens in subsidium lapsæ naturæ refert Propheta. Nostra est assumptio. Iacemus, & assumimur? Serpimus in terra, & calcamus sidera? Sanè. Sedet iam Christus ad dexteram Patris in excelsis, qui homo nobiscum eiusdem conditionis, per quem habemus accessum in solium, ubi elevatur in cœlum: & Domini assumptio, dicitur assumptio nostra; quia nos qui serpimus, in illo elevamur ad sidera: igitur si nunc in illo nostra assumptio & elevatio, pòst assumemur cum illo. Est beatitudinis hominum principium, quoniam gloria virtutis eorum, carne corporis collocatâ in throno, quæ iacuerat in sepulchro, ut homines qui iacebant in terra, collocarentur in gloria: Christique Domini Ascensio appellatur nostra assumptio: quoniam nos, dum ascendit in thronum, tulit secum. Patet ianua beatitudini: nostraque est assumptio quæ assumptio Domini; siquidem nulla nostrum videretur exaltatio, ni exaltaremur ip illo.

*Secum gestauit.*

5 Absolutè Apostoli reliquerunt omnia, & pro relictis inquisierunt in cœlestibus præmia. *Quid ergo* (dixerunt) *erit nobis?* Illicò Dominus: *Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël.* Merita Apostoli exponunt resolutoriè, Christus verò præmia proponit conditionatè: *Cum sederit filius hominis, sedebitis.* Non sedebunt, ni sederit? Profectò. Ab illius gloria pendet hominum glorificatio. Non quærebant, quibus assectæ renunciaverant, terrena, sed cœlestia dona. In cœlo vota eor discipulorum detorsit: Christusque asserit habituros, cùm habuerit; siquidem ante illum, nemo ingressus est in cœlum. Per sedem indicat gloriam, per illum, sed hanúquaquàm ante illum, ab hominibus habendam. Hanc discipulis promittit, verùm cùm in cœlo ad dexteram Patris sederit: igitur si ille non sederet in sede maiestatis, minimè haberent maiestatem sedis.

Matth. 19.28.

*Ex gloria Christi gloria conditionis humanæ.*

6 Deinde. Sessionem discipulorum in cœlestibus memorat, & se filium hominis vocat: *Cum sederit filius hominis in sede maiestatis, sedebitis.* Cur naturam humanam connotat, dum sedes assedis signat? Etiam corpus gloriâ donandum, eiò horridè saucium, vel in pulvere conversum habiturit sepulchrum. *Filius hominis* in Christo dicit humanam formam, & etiam materiam, quibus conflatitiatur homo, & ex quarum gloria constat gaudij plenitudo. Hinc illis dixit: *Ut gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur*: igitur sine gloria corporis, gloria licet summum gaudium, non videtur gaudium plenum. Unde dum plenam gloriam in sede maiestatis, Christus promittit discipulis; dicit fessuros, cùm sederit filius hominis: siquidem in cœlum assumpto, etsi in cinerem redigatur humana caro; non tantùm anima potietur glorià, à corpore separata, verùm vivificabit, & glorificabit corpora.

Ibidem.

Ioann. 15.11.

*Et plenæ.*

7 Effectus patet felicitatis, pateat etiam origo beatitudinis. *Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes*, &c. Si sedes cœlestes præmia laborum sequentium Christum; cur ergo in sedes cœlestes ius tacetur Apostolorum? Christus sedebit in sede maiestatis suæ: quare non dicitur illorum, illorum sedes, eùm illi ex vi iuris, quippe ex meritis, gloriosè sederint in sede maiestatis? Quia neminem susciperet thronus, ni in throno sederet Christus. Gloria nostra pendet à gloria Christi ascendentis in gloriam, etiam naturæ reliquorum iustorum communi dan-

*Aquo omnia pendet.*

dam: & vel dum illi sederint in maiestatis sede, dicit Christus *maiestatis suæ*; quippe ni sederet primus super thronum, nemo ascenderet in cœlum.

*Et natura gloriâ gaudet.*

8 Aptiùs proposito, ut clarescat liberalitatis origo. De gloria, & de propria gloria disserit sæpe Salvator; & nisi modò numquàm dicit gloriam propriam. Matth. 24. 30. *Videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli, cum virtute multa & maiestate.* Marc. 13. 26. *Cum virtute multa & gloria.* Luc. 21. 27. *Cum potestate magna & maiestate.* Propria semper gloria fuit: & non dicit gloriam maiestatis suæ, nisi dum meminit de Apostolorum sede. Ducitur in genus humanum vehementiore amore: propriamque dicit gloriæ maiestatis eam, dum tantæ gloriæ facit hominem participem. Descendit Deus in mundum, ut genus humanum elevaret ad cœlum: positus est voto, sacri sanguinis pretio: gloriaque propria modò dicitur sua, quia ab hominibus haberi, habet pro insigniori gloria. Iccircò, dum mœsti discipuli absentiâ Salvatoris, jubet eos repleri gaudijs; igitur ex Ascensione ad Patrem ex hoc misero mundo, pendet eorum usque ad cœlos elevatio.

Ioann. 14. 28.

9 Quæstio inter Expositores sacros insignis est, An throni, vel sedilia aliqua in tabernaculo Mosaico, vel in templo Salomonico? Fuisse, asserunt Hugo Cardinalis & Dionysius Carthusian. Ita igitur intelligunt illud Ezechielis: *Latera autem, latus ad latus, bis triginta tria: & erant eminentia, quæ ingrederentur per parietem domus in lateribus per circuitum ut continerent, & non attingerent parietem templi Latera*, id-est, Sedilia, vel throni: Sanctius hic num. 19. *Thalami.* Ad quid ergo ibi sedilia, si vacua? Templum illud erat umbra cœli, in quod nullus introitus, quousque Christus est ingressus. Nemo dignus sessione in illo throno. Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Aberant merita, estò essent ibi sedilia: dicunturque iure vacua; quippe satius, vacuas sedes, quàm quòd occuparentur ab indignis. De hoc alibi.

Ezech. 41. 6.

Sanct.

*Melius vacuas esse sedes dignitatis, quàm occupari ab indignis.*

10 Ergo mysterio. Si vacua, quorsùm sedilia? Per sedem signatur gloria, salvandis ab initio destinata. Si non sedes, numquam gloriam possiderent homines. Si non vacuæ, haberent indigni: & sunt sedilia, sed vacua: sedilia, quia aliquando possessuri gaudium: vacua verò, quousque Christus ingrederetur in cœlum. Ostium templi cœli continentis thronos, erat occlusum: vel estò patulum esset, erat velamen expansum originaria labe, ita ut nequirent oculi illos salutare nisi à longè. Aliquando aperiendum erat ostium, cum in cruce destrueretur divinum templum. O bona sors! *Velum templi scissum est*: latroivit semel summus Sacerdos in Sancta, & apparuerunt sedilia, quæ occupaturi homines, dum sederet ille in speciosa sede maiestatis.

*Per Christi Apertum est cœlum.*

11 Intende. *Ecce ostium* (ait Ioannes Evang.) *apertum est in cœlo.* Bonum utique nuncium, ubi hominibus patet in cœlis ostium. *Apertum est ostium in cœlo, & vox prima, quam audivi, dicens: Ascende huc.* Crescit gaudium: igitur homines vocantur ad cœlum, dum claret ostium; & ascendere iubentur, qui expellebantur. *Apertum est ostium, & ecce sedes posita erat in cœlo.* Occulta erat, quippe cœlum clausum, & penetrale non visum. Ostendenda erat hominum gloria, quòm Dominus rumperet clausas: igitur dum hic penetraret cœlos, il i habiturì in cœlestibus thronos. Cœlum aperuit, & sedes illicò apparuit; etenim sedes gloriæ hominum ex eo quod ille ingrederetur in cœlum.

Apoc. 4. 1.

Vers. 1.

*Et tunc visa gloria hominum.*

12 Liquet ex contextu. *Sedes posita erat in cœlo, & supra sedem sedens*: idest, Christus Dominus uti observant plures PP. vide Haye, & Alcazar hic. Non sedes sola, quia *in circuitu sedis sedilia viginti quatuor, & super thronos viginti quatuor seniores sedentes* (hoc est universitas iustorum, uti observat Viegas hic sect. 4.) *circumamicti vestimentis albis.* Ecce sedes & sedilia, quæ in templo Salomonico vacua. Eadem sunt & in Sanctuario & in cœlo: igitur cœlum adumbratum per Sanctuarium. Quo igitur intuitu hic sedilia plena, & ibi vacua? Clarius. Sedes illa in cœlo Christi est, iuxta illud: *Parata sedes tua ex tunc.* Sedilia illa erant gloriæ hominum nota: quare igitur tunc vacua, & modò cum senioribus sedilia? Pridem erat in cœlo sedes, verùm necdum Christus federat ad dexteram Patris: & sedilia erant vacua, quoniam nemo ante Christum donatus gloriâ. Modò est sedes, & supra sedem sedet, ut homines simul maiestate glorificet. Gloria illius sedis est gloria nostræ abiectæ conditionis; igitur ni sederit in cœlo, neutiquàm futurus homo: & sedilia quæ ante illius sessionem vacua, in cœlo videntur plena, quippequàm illius Ascensio est nostra glorificatio, sedente homine in throno maiestatis, dum Christus micat maiestate sedis.

Vers. 4.

*Et sedes in gloriâ.*

13 Denique: *Seniores sedentes circumamicti vestimentis albis.* Apte per Seniores demonstratur natura humana, igitur huiusmodi felicitate potita post tempora & tempora. Cæterùm quid illa vestimenta alba? *Gloriam corporis*: inquit Viegas ubi supr. num. 6. Ostenditur, dum caro humana in Christo usque ad dexteram Patris elevatur, quid hoc pignore in spe habetur: nam quos virulentus inimicus primi habitaculi felicitate deiecit, eos sibi concorporatos in Olympo collocavit; gaudente naturâ de assumptione in cœleste cacumen, ubi in Christo capite generis nancisebatur feliciter possessionem. Ostium aperitur in cœlo, ut anima introeat in porcatias Domini, & sedeat in sede cum maiestate: quique ibi seniores sedent, induuntur etiam vestimentis albis, ob gloriam futuram corporis: siquidem gloria etsi gaudium summum, neutiquam plenum, ni corpus animæ videntis Deum, elevaretur ad thronum. Audiatur Arator ubi supr. v. 38.

Viegas.

*Communicanda etiam carni.*

Arator.

*Ingredienſque polum carnis comitante trophæo,*
*Exuviias atri raptas de fauce profundi*
*Lucis in arce locat.*

Pausan.

14 Hic est triumphus Christi. *In templo Solis* (ait Pausanias in *Corinthiac.*) *summa Redemptoris veneratio: huc qui tanquàm ad asylum confugissent, pœnas quibus ob sua flagitia essent obnoxii, effugiebant: qui autem ex carceribus evasissent, compedes illuc opportabant, quas arboribus ibi confixis suspendebant.* Appositiùs cedant Soli iustitiæ & Redemptori trophæa, ubi procedit, ut vinctos, victis victoribus, collocet ovans in gloria: igitur totus orbis, factus templum, fatetur triumphum.

*Vincula suspensa in templo Solis.*

Occurrit frequens prodigium S. Dominici Silensis, cuius virtus maximè enituit in liberandis captivis, suspensis in templo vinculis, & illuc sæpe vincientibus ductis, ut inimici miracula prædicarent, velint nolint. *Eduxit vinctos in fortitudine, similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulchris.* Descriptio est potestatis præclari Abbatis, Hispanorum Redemptoris, à Domino missi in Hispaniæ reparationem, dum Mahometicam pateretur tyrannidem: igitur sæpe eduxit in fortitudine & ex fortitudine vinctos, hos exasperantes tyrannos, & miseros homines in sepulchris inclusos, apparentibus cunctis pro foribus templi, in singularis ostentationem miraculi. Eduxit in fortitudine: idest, in insigni potestate: etenim insignis potestatis honos, cùm educeret vinctos liberos, atque vinciret tyrannos. Sanè potestatis singularitas, cùm non solùm è catenis homines liberaret, sed & catenas. Hoc utique velitatio in nostrum propositum, de Dominico facturi, ubi opportunum.

Psalm. 67. 7.

*Miracula insignia Dominicani confessi.*

15 *Eduxit vinctos in fortitudine.* *Effectus adventus Domini*: subdit Genebrardus hic. Mihi videtur clarius effectus Ascensionis in gloriam, quam descensus in terram. Addit itaque Psalles Regius: *Ascendisti in altum, cepisti captivitatem*, ut Domini promeret in Ascensione virtutem: siquidem si splenduit, dum vinctus extorsit ab ore leonis; magis coruscavit, dum tyrannos & vincula duxit in vinculis.

Psalm. 9. 2. 3.

Genebr.

Vers. 19 *Christus vincula non solùm fregit, sed vinxit.*

*Anima beatitudine donata, & etiam corpora.*

Psal. 129. 7.

Altius, ni fallor, latet sacramentum; ut constet homini quantum ex Domini Ascensione beneficium. Vincti erant homines omninò sub tyranno diabolo. Animæ etiam iustorum in limbo uti in latumijs carceris. Corpora quæ animas exasperant, habitabant in sepulchris. *Copiosa apud eum redemptio*, cuius magnitudo videnda relicto mundo: & non tantùm eduxit vinctos qui in carcere limbi erant; sed etiam illos qui in sepulchris habitabant: quippequàm eius in cœlum ascensu, cœlo disrupto, non tantùm anima beatitudine donanda, sed etiam hominum corpora. Copia redemptionis videtur solummodò in corporis libertate, quod tenebras funesti habitat sepulchri, quasi sub custodia mortis, oblitæ futuræ felicitatis. Redemptio visa est, dum viderunt gloriam mancipatæ carceri iustorum animæ, simulac Christus expiravit in cruce. Videnda erat copia redemptionis, erga eos qui habitabant in sepulchris, quippe plena redemptio, ubi glorificatus totus homo: & dum Christus in æthera ascendit, corpus vel sepultum sese de gloria plaudit; igitur eius glorificatio videtur, dum caro nostra per Redemptorem in Olympo collocatur.

*Cuius gloria in corpore Redemptoris.*

16 Perfectæ captivitatis mentio fit in Scriptura. Unde dicitur: *Eò quòd concluserint captivitatem perfectam.* De sensu literali agemus hic *Tautolog.* 12. in *Exposit. litt.* num. 5. Modò inquirendum, quænam vel qualis perfecta captivitas, ut una clarescat & ad amussim libertas? Inimicus hominis diabolus (conditionis sorti vel à conditione insensus) esca fictæ nutantis divinitatis cepit, atque redegit in captivitatem hominem, & totum, per uxoris ludicrum omninò prolubium; igitur anima capta vinculis criminis, & corpus vinculis mortis, clausis foribus cœli, divini præcepti transgressione: ita ut animam vel gratiæ restitutam traderet limbo & corpus occluderet in sepulchro. Hæccine captivitas plena. Verùm ex hac captivitate erit redemptio copiosa. Redemptio fuit ubi anima visione Deitatis, libera è carcere evasit, quod quidem adeptus est homo, dum

Amos 1. 9.

*Libertates perfectæ.*

dum Christus mortuus in ligno. Redemptio mirifica, sed non plena ; quippe caro corporum in sepulchris iacebat usque ad pulverem redacta. Tunc perfecta libertas, ubi totius hominis dissolutæ captivitas : & Christo ascendente in gloriæ maiestatem, obtinet homo libertatis plenitudinem ; igitur caro quæ sepulchri iacebat in ignominia, corpore Christi exaltatur super astra.

Rom. 8. 19.

17 Constet ex Sacra pagina acumen pro perfecta libertate. *Expectatio creaturæ revelationem filiorum Dei expectat* ; inquit Paulus. Mortuo iusto, illicò fit gloriæ revelatio : quænam enim expectatur, si videtur? Dicit Gentium Doctor : *Vanitati* (mutationi per mortem, in sepulchro per carnem reductam in pulverem) *creatura* (corpus) *subiecta est non volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe* : ut aliquando fruatur, qua gloriâ anima potitur. *Quia & ipsa creatura* (corpus, ut diximus) *liberabitur à servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.* Perpende, *Liberabitur in libertatem* : ergo est libertas in servitutem. Sane. Homo iustus dum moritur liberatur, sed non perfectè ; quippe licèt anima Deitatis habeat visionem, corpus tendit in pulverem. Unde estò gloriam habeat, liberatur, ut serviat. Habebit plenitudinem libertatis, si homo liberetur etiam à servitute corruptionis, corpore donato gloriâ, qua incorruptibile regnet in patria. Libertas perfecta est, dum totus homo dotibus gloriosus fit : liberaturque in libertatem, obtinente Christo Patris dexteram & sedem ; quippe dum Christi corpus collocatur in cœlis, liberatur à servitute omnimodæ corruptionis.

Vers. 20

Vers. 21

Corpus corruptionis immune.

18 Hinc orta hominis felicitas & perfecta, ut potiremur gloriâ. In eodem Psalmo, quo suprà, David prædicit : *Iter facite ei, qui ascendit super occasum.* Descensu ascendere demonstravit in passione ; siquidem, ut ait Gregorius Magn. in *Evangel.* Homil. 17. *Super occasum ascendit, quia mortem, quam pertulit, resurgendo calcavit.* Abscondita est in morte vita, & in dedecore gloria ; ut magis stuperent inimici, videntes vitæ immortalis ortum, ubi construxerunt mortalitatis occasum.

Psalm. 67. 5.

Gregor. Magn.

Vita ex morte, singulare.

Ascendit igitur in cœlum Dominus super occasum. Quomodò super occasum, fugit hominis cogitationem ; cùm ibidem dicatur : *Ascendit super cœlum cœli ad Orientem* : Qua ergo lege dum Dominus petit cœlum, ascendit ad Orientem, & super occasum? Occasus est defectio Solis : Oriens verò principium lucis : & quum Dominus super occasum ascendit in cœli cacumen, ascendisse dicitur ad Orientem ; quia tunc nobis gloria illuxit, dum Sol à nobis discessit. Christi Ascensio est nostra glorificatio. Necdum gloriam suam humana conditio viderat, quippe Salvator super cœlum cœli non ascenderat : & Occasus quo Sol absconditur, Oriens meritò dicitur ; quoniam dum sedit in cœlo, nostræ patuit ascensionis origo. Futuræ glorificationis hominum erat caput, & principium : possedit que iurè ad dexteram Patris, quod possessuri feliciter homines. Unde ut canit Lactantius, vel Venantius (placet aliquibus) Carm. de *Resurrect. v. 86.*

Vers. 24

Gloria hominibus illuxit, dum Christus ab illis discessit.

Lactant

——— *Carne resumpta,*
*Belliger ad cœlos ampla trophæa refert.*

## DIDASCALIA VIII.

### *Hominis sola natura supra immortales spiritus exaltatur in Virgine.*

Bernard. Virg. super omnè exaltata creatur.

1. ITa proclamatur à Bernardo, dum per illum Matris-Virginis in cœlum celebratur Assumptio, *Serm.* 4. Canit Venantius de *Partu Virg. v.* 259.

——— *Honore sacro genitrix transcendit Olympum,*
*Et super astrigeros erigis ora polos.*
*Conderis in solio felix regina superbo,*
*Cingeris & niveis lactea Virgo choris.*
*Nobili nobilior circumstante senatu,*
*Consulibus celsis celsior ipsa sedes.*
*Sic iuxta genitum regem regina potentem,*
*Ornata ex partu mater opima tuo.*

Venant.

*Adoena & peregrinus* inter homines sese dicit Abrahamus, quippe ibi erat corpore, & in cœlestibus mente : amplius prodigium in Virgine, igitur recepit Olympus simul cum anima corpus. Peregrinum sanè, quòd Christus ascenderit in cœlum, quippe terra calcans cœlum, quid meritò peregrinum ; verùm exaltata fuit humana natura in divina persona. Amplius miraculum restabat oriri, quod iurè mirarentur universi, visa Virgine Matre super æthera ; igitur in illa sola hominis exaltata natura : quandoquidem dum anima gloriosa petijt Empyrium, eius et am corpus elevabatur ad cœlum. Singularis debuit esse gloria, cui singularis, utpotè plena, obtigerat gratia : & singularis non esset exaltatio, ni plenè concederetur, & præ cunctis beatitudo.

Genes. 23. 4.

Etiam corpus pleria de natura.

Ad



Pſal. 141. 6.

Geneb.

Euthym

2. Ad Dominum clamat David dicent : *Tu es spes mea, portio mea in terra viventium. Spes* in hoc mundo, & *portio* in cœlo : ita Genebrardus hic. Possessio & spes simul exponuntur, sed *totum in cœlo, ubi est terra viventium* : subdit Euthymius. Spes extra cœlum est, adinstar Moyses, qui ducit Israëlitas usque ad terram promissionis, & ipse non ingreditur, siquidem in gloria nil appetibile est ultrà. Quod habetur, nequaquàm speratur, neque ut futurum concipitur, cùm nullo modo expectetur, quod spectatur. Quomodò igitur spes erit in cœlo, & etiam portio? Ut palàm fiat Virginis beatitudo. In terra viventium anima gaudet gloriâ, visione beatificâ, ultra quam non est ultrà omnimodo gaudio, quippe gaudiorum collectio. Hæccine in terra viventium portio : verùm ineſt beatis animabus spes de beatitudine corporis, intra claustra sepulchri, redacti in substantiam pulveris, quod aliquando resurget, & cui dotes anima gloriosa communicabit. Ecce spes in terra viventium : unde Virginis in assumptione constat singulare prodigium, concessis gloriosè dotibus corpori, ubi concessa beatitudo animæ ; ut singularem haberet gloriam, quæ plenam obtinuit gratiam : ius igitur quòd illius corpori in gloria possessio sit, dum alia intra sepulchrum usque ad præfinitum tempus constituuntur in spe.

Et iurè.

Luc. 1. 49.

3 Ipse prædixit : *Fecit mihi magna qui potens est.* Magna fecit semper Dominus à conditione hominum, sed præut respexit Mariam, nihil videbatur magnum. Magna fecit per illam, & in illa ; sed illi etiam fecit magna, quasi propriam extenderet magnitudinem, per Virginis conditionem. *Magna*, ideſt, singularia, peregrina, non visa, & omninò nova. Singulare fecit prodigium in illa, ubi Verbum caro factum, ingrediens fœminæ illibatum, atque inexpugnabile castellum. Peregrinum, dum caro corruptibilis ab illo assumpta, donata fuit in resurrectione, immarcessibili gloriâ. Non visum, dum in corpore Christi eadem caro exaltata fuit in cœlum. Omninò novum, quod cum illo, aperto cœlo, iam posidentes gloriam, iustorum animæ ingrederentur in aulam. Aliquid restabat, ut illi faceret, per quod etiam in cœlo Virgo singularis luceret : & dum in æthera trahit, per quam tractus fuit ad terras, ut hominis formaretur felicitas, illi fecit qui potens singularia, nova & magna : igitur corpore in cœlum assumpto, mirante etiam assumptionem cœlo ; plauditur ut peregrina, quippe per illam sola natura hominis exaltata super æthera. Floridissimè Venantius Fortun. de *Virgin. part.* v. 317.

Singulari prodigio.

*O Virgo insignis benedicta, ad gaudia natal*
*Auxilium terræ, fulgor honorque poli.*

Venant.

Virgo gaudij pelagus.

4. Contemplemur singula. *Ave gaudij pelagus inexhaustum.* Ita salutat Damascenus Orat. 2. de *Dormit. Virgin.* Gaudij pelagus : Utique : gloria enim videbatur quasi sine complemento, quousque in cœlestia ascendit inclyta Virgo. *Posteriores glorias* signat Petrus. In laudem prærogativæ Mariæ congruit sententia, ubi ante communem resurrectionem eius corpus illustratur cœlesti gloria ; igitur illam præveniant in benedictionibus dulcedinis, quæ alijs gloriæ posteriores.

Damasc. 1. Petr. 1. 11.

Præventa in gaudio.

*Posteriores glorias.* Quid post gloriam, ubi gaudij plenitudo ? ut sit aliquid posterius toto gaudio (Si aliquid posterius, deficit aliquid : at in gloria nihil deficit, cùm fateatur anima, omnimodæ voluptatis torrente pota. Nihil utique deficit in gloria quoad essentiale gaudium ; sed potest deficere quoad accidentale voluptatis complementum. Animæ illicò ut Christus spiravit in cruce, gaviſæ sunt divina visione, quæ gloriæ essentia, prima & prior, quousque simul cum illa veniret gloria posterior : & propositur à Petro in gloria posterior lux, etiam quibus ad gloriam velum revelatum est ; quippequim illa gloria posterior obtinenda, dum Virgo Mater videretur in gloria.

Illa quasi complementum beatitudinis.

5 Concupivit Rex Virginis Matris speciem, ut in terra Deus-homo ipsam haberet immaculatam matrem. Unde possessa sede gloriæ à filio in sæculum sæculi, etiam Virgo germen gloriæ, assistit regina à dextris sedentis in dextra Patris. Observa modò quid proferat Psaltes Regius : *Concupiscet Rex decorem tuum, quoniam ipse est Dominus Deus tuus : Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis.* Divites plebis sunt sulti, in gloria triumphantes : quo pacto desiderant vultum videre gloriosissimæ Virginis ? Vident Dominum facie ad faciem in quo gloria, & felicitatis summa, cui iungitur accidentale ex Virgine visa gaudium, quasi gloriæ complementum : igitur vultum desiderant Virginis, tanquàm glorias posteriores.

Psalm. 44. 12. 13.

Concupitum à beatis.

1. Petr. 1. 11.

6 Quid quòd beati cupiant Virginis faciem, dum ipse Rex concupiscit decorem? Non tantùm in sanctis sunt posteriores gloriæ, sed signanter Petrus demonstrat in Christo. *Prænuncians eas, quæ in Christo sunt passiones & posteriores glorias.* Tempore enim detinebatur gaudij fructus, *respectu aliquorum, quæ nondum erat adeptus* : ut

ait

D. Th. ali Angelicus Doctor, 3. p. q. 7. art. 4. in corp. & obtinuit in gloria gloriam posteriorem, videns corpore & animâ cœlum conscendere matrem. Licet adhuc arcanum, quod exprimit Davidicum verbum. *Concupiscet Rex decorem tuum, quoniam ipse est Dominus Deus tuus.* Deus per se & in se habet beatitudinem, quomodò Deus, quoniam Deus, Virginis concupivit decorem: Patet hic qua arte generis reparatrix Virgo Maria, ubi propter noxam primam tota natura damnata: igitur prænituit Deum perire hominem, ex genere cujus Virginis nobile germen, rutilum magis, quo depravatæ stirpis: vidensque Deus in dedecore decoris speciem; quia Deus, Virginis concupivit decorem: & ut genus, ex quo Virgo, liberaret, misit filium carnem factum, ubi rutila in Virgine tanta perfectio virtutum.

*Assumptio ejus gloria filij.*

*Per illam Deus miseriis generis humani.*

7 Ergo proposito, Quoniam ipse Deus, concupivit decorem Virginis Matris. Quod habet Maria, ipse dedit. Concupiscitur, quod non habetur. Quia ipse Deus nullius eget: & quia Deus, decorem Virginis concupivit; sumpto ab impossibili argumento, ut palàm fieret quanta in Virgine delectatio: igitur si extra se posset aliquam habere gloriam, respiceret in Mariam. *Cœlum est, in quo gloria Dei splendet*: dicit Andreas Ierosol. in *Salutat. Angelic.* Deusque, quia Deus, concupivit decorem, videns ita perfectè formatam Virginem; quippe gloria, quam uti Deus in se habebat, in Virgine quasi in cœlo splendidè rutilabat. Perfectione atque puritate trahitur, ut illis glorificetur. In se habet gloriam Dominus, quin aliquid concupiscat, nec possit concupiscere extra se, cùm fons & centrum beatitudinis sit: intuensque Virginem tot virtutibus ornatam, concupivit decorem, quasi in illa haberet gloriam.

*Cœlum est in quo gloria Dei splendet.*

And. Ierof.

8 Aliter cogitabo, ut clareat vera decoris cupido. In mundo degebat Maria, digna potiùs cœlo, quàm terrâ. In militante Ierusalem habitabat corpus (ex quo corpus sumpsit filius) æmulante cœlo telluris gratias, quia illi illius deficiebat speciositas: & Deus Virginis concupivit decorem, ut transferret etiam corpore in Ierusalem cœlestem. Decor erat in mundo, qui iam non mundi, sed cœli (quod domus Dei, in qua revelatur animabus diligentibus anxiè decorem domus) quippe Virgo splendor poli, loci habitationis Deitatis, ubi gaudia dextræ fortis. Regia Dei debet esse summè ornata, sed insigne ornamentum erat in terra, in qua florebat Maria, decor generis humani, corporis & animæ pulchritudine: decoremque Virginis cœlo Dominus Deus concupivit: & illam gloriosam vel corpore in cœlum traxit: etenim absque splendore videbatur Regia cœli, sine Virginis decore. Concupiscit, cui aliquid abest: & Dominus decorem Virginis concupivit, quousque corpus gloriosum in cœlum transtulit. Concupivit esse in terra, ut per illam ne periret: & cùm iam esset, iterùm concupivit; ut quæ gloria telluris, esset honor habitationis cœlestis. Ad se trahere cupiebat, quam ob decorem amabat: & nequaquàm quieverunt amantis vota, quousque sedit in gloria universorum regina. Concupivit decorem, & in suam transtulit Regiam cœlestem: igitur si sedes iustorum gloria, gloria Domini Maria.

*Et hanc*

*Est gloria cœli.*

9 *Cœlum cœli Domino*: dicit Regius Psaltes. Domino cuncta sunt, quia Domini cuncta; quare igitur ex cunctorum dominatione segregatur Domino cœlum cœli? *Ut eius explicetur thronus gloria*: infit Genebrardus hic. Anima sancta cœlum Domini est. Cœlum cœli dicitur & propriè cor: quid mirum, si Dominus inveniatur in Gertrudis corde, cùm ibi in thronum Domini, respiciatur cœlum cœli? Filiæ est huiusmodi gloria specimen: ergo respiciamus matrem. *Cœlum cœli Domino*; tanquàm thronus gloriæ. Divitiæ patent divini amoris, ubi ostenditur quo loco thronus tantæ majestatis; igitur ubi beatificat hominem, ibi dicitur habere beatitudinem.

Psal. 113. 16

Genebr.

*Gertrudis cor, thronus Sponsi.*

*Gloria Dei, hominis gloria.*

*Cœlum cœli Domino.* Cœlum est locus, ubi iusti gaudent gloriâ: cœlum cœli est Virgo Mater Maria; & ut eius ostendatur glorificatio, dum collocatur in cœlo; cœlum cœli plauditur, & ab Angelis extollitur: quasi illâ assumptâ, ad Domini thronum, esset in cœlo aliud cœlum. *Domino cœlum cœli.* Virgo cunctis cœlis erat pulchrior, à quibus eius desiderabatur decor: & dum in cœlum assumitur in thronum Domini, meditatur dicitur cœlum cœli; quippe dum in cœlum assumpta Virgo, cœlum aliud & illustrius videbatur in cœlo.

*Maria, thronus Dei.*

*Cœlum cœli.*

10 Vidit Ioannes *cœlum novum*. Viderat mulierem Sole amictam in cœlo. Assumptio designata fuit Virginis in assumptione mulieris: & dicitur cœlum cœli, exaltatâ super sidera Virgine; igitur in cœlo ad Domini thronum, novum in illa constituebatur cœlum. Iccircò ecstaticus dicit: *Vidi cœlum novum & terra novam.* Cœlum novum, quia thronus erat Domini anima Virginis. *Terram novam*, quia cœlum animatum terra corporis: sed admiratione dignum, quòd in cœlo videretur & factum ex tellure, cœlum novum, exaltatâ solâ natura hominis in exaltatione Virginis. *Cœlum novum.* Qui priùs habitabat in cœli speciositate, requieverit in cœlo cœlorum Virgine: patuitque cœlum novum, quia cœlum cœli.

Apoc. 21. 1. Cap. 12. 1.

Ibidem

*Cœlum novum.*

Isai. 26. 2.

Denique. *Cœlum cœli.* Per cœlum in Scriptura signatur locus gloriæ: & per cœlum cœli, gloria loci: dicitorque cœlum cœli Virgo Beata, ubi assumitur in cœlum quia illuc assumpta fuit Virgo, ut esset gloria cœlorum. Cœlum sedes beatorum est: Virgo cœlum cœli: cœlumque cœli constituitur Domino, quia gloria Domini immaculata Virgo.

*Gloria cœli.*

11 Consideremus articulum, quo Deipara ascendit in cœlum. Intrare intendit sponsus cœlestis Christus Dominus in castellum cordis Virginis, expugnarum sagittis mortis; quam Virgo susceperit, quia voluit; haud quia peccato contraxit (quod nobis aliquando argumentum, in dignum encomium, & decisionem litis inter felicitatem cœli, & mœstitiam telluris, ad quam dirimendam Dominus iudex interpellatur, quia sine corpore Virginis, terra, sola relinquitur: & iurè conqueritur; licet interibi possimus dicere, quod Erycius Puteanus floride cecinit:

*Dum sublimis abijt, Virtutes linquimus, inquit:*

*Hæ velo ille reliquiæ sint tibi terra meæ.*)

*Reliquiæ Virginis sunt virtutes.*

Audit ictus, voces que dilecti pulsantis, mortis & charitatis commutatis telis, quæ amore languit; dicente filio: *Aperi mihi soror mea.* Illico respondet Virgo: *Ego dormio.* Ideò, *Morior*, ut ait in *Notation.* Sua: *Ego dormio rebus mundi.* Perpende stylum. Si mittitur Virgo; ut ganderet cœlo, debebat dicere: *Aperi mihi dilecte mi*, sicut illæ aliæ virgines: *Domine Domine aperi nobis.* Aperi Fili mi portas cœli matri, è sæculo ad te egredienti: & filius tunc dicit, *Aperi mihi soror mea*; quia filij gloria Maria. Non illa clamat, sed ille, qui dicit morienti, *Aperi*: igitur filius descendit in terram, ut egredientem in cœlum matris susciperet animam. Gloria videtur, dum cœlum exeuntibus à sæculo revelatur: dicente anima, *Aperite portas, & ingrediatur gens iusta*: & Christus petit moriente Virgine, quod pectoris illi aperiat genitrix tanuam; quippequàm gloria filij, matrem videre gloriosam. Aperiri petitur, ubi gloria clauditur. Clausa est gloria degenti in mundo: revelatur egredienti de sæculo: & minimè morienti in cœlumque egrediens mater, sed filius suscipiens castigatur, ut cordis portas aperiat; igitur filio summa felicitatis sedebat in corde Virginis, quo inveniebat concupitum thronum, ut haberet in cœlo novum cœlum. Claret igitur Virgo decor honorque poli: rutilet auxilium terræ.

Cant. 5. 2.

Sua.

Matth. 25. 11.

*Et filij gloria.*

12 Deus iudex iustus luctabatur cum homine, sicut quondam cum Iacob. Aurora ascendit, & litem illico dirimit: *Dimitte me* (ait) *iam enim ascendit Aurora.* Iram iustè commoram repressit, motus cohibuit, fregit arma, combussit scuta antidotus nostræ reconciliationis; ut intercederet iterùm gratia familiaritatis: quandoquidem cum quibus luctabatur ut plecteret, impulit, ut benediceret. Civitas Dei dicitur, dum ascendit in cœlum. Verùm perpende: *Vidi* (inquit Ioannes) *sanctam civitatem Ierusalem novam descendentem de cœlo.* Quid igitur hoccine? Ascendit in cœlum, & descendit de cœlo? Quomodò potest ascensione descendere? Ob collationem gratiæ. Ideo ascendit deliciis affluens, ut de cœlis influat in miseros homines. Plena & superplena, ut derivet aquas gratiæ in subsidium naturæ miseliæ. Sibi concha rore gratiarum plena; nobis canalis, ut per illam gratiæ descenderent nobis. Non ascendit in cœlum, ut à nobis abiret; sed ut amplius in necessitatibus faveret: & dum in cœlum ascendit Virgo, simul descendit de cœlo; quippe ubi ascendit ex imis, descendit illicò in gratijs: igitur dum tollitur super æthera, ampliora descendunt ad homines beneficia.

Genes. 32. 26.

*Impellit Deum, ut benedicat homini.*

Apoc. 21. 2.

*Dum tollitur in æthera, ampliora descendunt in homines beneficia*

*Assidet in solio, & terras respectat amicas.*

Hilar.

Canit Hilarius in sua Genes. 108 v. 108.

13 Nota contextum. Vidit Ioannes ita gloriosam, fitaimque vox: *Absterget Deus omnem lachrymam.* Mittebat Deus fulgura, è cœlis in terras propter crimina, retorta; ut luerent pœnas, qui ita audacter commisserunt culpas, quin cogitarent converti in amaritudinem acerbi doloris, momenta fugitivæ voluptatis. Ira grassabatur, homines perpetiebantur: & ut Virgo ascendit in cœlum, Deus absterfit lachrymas ab oculis eorum; quia Virgo solicitè clausit pœnas, ne prorumperent in lachrymas. Videmus & miramur in illa distillantem charitatis favum, misericordiæ viscera, atque ubera amore plena. Picta fuit manus, dum ambabus Virgo obtegeret pectus, hoc ingenioso dissicho.

Vers. 4.

*Retraxit ab hominibus pœnas.*

*Expectat cur Virgo tuam manus obvia dextram?*

*Scilicèt impletas vis dare corde manus.*

Eryc. Put.

Non preces præmituntur in gratiam conferendam per Mariam; sed necessitas pro precibus extendit aridam manum; quippe ab illa non dubium hominibus beneficium.

*Et tentulit gratiæ,*

Cor eius paret ad nos, ut simus eius, dum sumus: & antequam exoremus, impletas vult dare corde manus; igitur ipsius corona, quæ nobis gratia.

14. Priusquàm mulier illa insignis, uti Virginis umbra, videretur in cœlo, in terris semper irrequieta commotio; igitur *facta sunt fulgura, & voces, & terremotus, & grando magna.* Post verò *signum magnum apparuit in cœlo*: scilicèt *mulier amicta Sole*, ut cohiberet præsentia fulgura cœli, ne iræ meritò excitatæ obviarent habitatoribus terræ. Ni virgo arceret fulgura, hominis crimine, esset cinis & non terra. Hic erat mulier, & ut assumeretur in cacumina cœli, *data sunt* illi *duæ alæ aquilæ magnæ.* Coronatur ergo regina stans à dextris in vestitu deaurato, circumamicta varietate, igitur amicta Sole; & ut turiliaret ex tanto lumine lumen, *in capite eius* erat *corona stellarum duodecim.* In cœlo videtur huiusmodi coronatio, quod quidem repetur iubilo: verùm substituit animo, Cur stellis coronatur, dum Sole ornatissime vestitur? Stellæ indigæ sunt lucis Solis, Sol autem quasi fons lucis: quare namque luce haud coronatur Aurora Solis, sed dumtaxat redimitur stellis? Stellæ gratiæ Virginis sunt, Sol Verbum divinum, cui in nube lucida carnis dedit corpus: & Sola vestitur, sed stellis coronatur; ut corona sit gratiarum in hominum beneficium: igitur ita diligit homines in terra degentes; ut in corona capitis, dumtaxat æstimet pro diademate, quas potest gratias hominibus elargiri.

Apoc. 11. 19. Cap. 12. 1.

Vers. 14

Vers. 1.

*Pro gloria habet quas gratias confert.*

15 Antequàm videretur coronata, patuit commodum nostrum ex eius coronatione, tamquàm in umbra. *Apertum est templum Dei in cœlo, & visa est arca testamenti eius in templo eius.* Arca fœderis Domini iurè vocatur Maria, igitur conciliavit & reconciliavit ima & summa. Prædem, quia arca terra cordium, cœlum videbatur ferreum, quasi gemitibus clausum. Templum est locus misericordiæ, quò ingredientes afflicti, egrediuntur alacres sine afflictione, commutata in verùm gaudium: & dum arca Virgo-Mater in cœlo aspicitur; aperitur novum templum! igitur dum illa tollitur in superiores sphæras, novum aperitur templum in misericordias. Templum in cœlo, ut eius assumptione gaudeat homo: siquidem illa ingrediente in cœlum, iam templum & ostium novum, ut descendant dona pietatis in mundum. Virgo patet cœli ianua, quà labuntur in homines beneficia.

Cap. 11. 19.

*Templum est pietatis.*

*Et ianua ad gratiæ.*

16 Observa in gratias hominum templum aperiri, & arcam fœderis apparere. Arca fœderis erat apotheca gratiarum, sed non dicitur clavem habuisse, sicut nec hoc novum templum ullum ostium, Templum Salomonicum habet ostia & ostiola. Petro traditur Ecclesia, & etiam claves regni cœlorum, ut reseret clausis & solvat vincla ligatis. Aliter apparet Virgo, ubi gloriosa videtur in cœlo: igitur sicut templum non habet ostium, quo intercluso, impediatur introitus ad implorandum auxilium; sic non habet clavem Arca, repræsentans Virginem, quoniam omnibus hominibus eius beneficia patent. Pro libito gemunt homines miseri, dum patent gratiæ. *Ecce iam quibus potuimus votis*) dicam cum Bernardo Serm. 4. *Assump.*) *ascendentem te ad filium deduximus, & prosecuti sumus saltem à longè Virgo benedicta. Sit pietatis tuæ, ipsam quam apud Deum gratiam invenisti, notam facere mundo.* Clareas ergo auxilium terræ, quæ rutilas fulgor poli, dum videtur in te sola, sola hominis exaltata natura. Torqueatur sine blandimine, sed iurè Ethnicus, dicens lib. 4. *Carm.* Od. 2. v. 37.

*Quæ qui dem proprissima in hominum afflictione.*

Bernard

Horat.

*Qua nihil maius, melliusve terris*
*Cœli donavere, bonusque Deus*
*Nec dabit, quamvis redeant in aurum*
*Tempora priscum.*

TAU-



# TAUTOLOGIA
## NONA.

*SENUIT AUTEM ISAAC, ET CALIGAVERUNT oculi eius, & videre non poterat.*
Genes. 27. 1.

## EXPOSITIO LITTERÆ.

Terent. Senec.

*Senectus ipsa est morbus.*

Ovid.

Auson.

Virgil.

*Senectutis miseriæ.*

*Maxima defectus visus.*

*Oculi pluribus morbis obnoxij.*

Lucret.

*Diversus colos tantum in oculis animum.*

Plin.

*Tiberium paulisper post somnum in tenebris cum illa clare videbat.*

Aul. Gell.

SENECTUS *ipsa est morbus*: dicit Chremes apud Terentium in *Phormion.* Act. 4. Scen. 1. v. 9. *Rarum est felix, idemque senex.* Seneca in *Hercul. Oetæo* Act. 2. v. 643. Plures anni plures morbi. Vivere optamus, & vixisse pœnitet. Semper in terminum imus, quippe nascentes morimur, cùm finis ab origine pendeat, & pervenisse trucidar. Dies annorum septuaginta anni: si autem in potentatibus, octoginta: & amplius eorum labor & dolor. *Iamque annis, malisque graves*: dixit de Cadmo, & Hermione Ovidius lib. 4. *Metam.* Fab. 15.

*——ipsa senectus*
*Expectata diu, votisque optata malignis*
*Obiicit innumeris corpus lacerabile morbis.*

Canit Ausonius *Edyl.* 15. & Virgilius lib. 3. *Georgic.* v. 66.

*Optima quaque dies miseris mortalibus ævi*
*Prima fugit: subeunt morbi, tristisque senectus,*
*Et labor, & duræ rapit inclementia mortis.*

Senectutem describunt Iuvenal. *Satyr.* 10. à v. 190. Ovid. lib. 14. *Metam.* Fab. 1. & lib. 15. Fab. 3. Propert. *lib.* 2. *Eleg.* 25. Horat. *Epist.* 2. Sev. Boet. lib. 1. de *Consolat. Philosoph.* Metr. 1. Cornel. Gallus pluribus in locis, & alij passim. Graphicam descriptionem invenies Eccle. tot. cap. 12. Unde pro exordio v. 1. dicitur: *Memento Creatoris tui in diebus iuventutis tuæ, antequàm veniat tempus afflictionis, & appropinquent anni, de quibus dicas: Non mihi placent.* Inter senectutis molestias acrior est defectus luminis: igitur cùm animi vigor facultatibus marescat, acies oculorum hebetatur in ædificij humanitatis ruinam. Ita David querebatur Psalm. 37. 11. *Reliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum & ipsum non est mecum.* Pariter igitur de Isaäco dicitur: *Senuit, & caligaverunt oculi eius, & videre non poterat.* Idem etiam dicitur de Heli 1. *Reg.* 3. 2. 4. 15

2 Plurimis infirmitatibus obnoxij sunt oculi. Plusquam triginta refert ex Plinio Ioannes Ravis. Textor in *Officin.* lib. 2. cap. 51. atque in documentum, five cautionem deducitur, quantis subsint periculis, qui munere constituti speculatores corporis. Hinc Lucretius lib. 4. de *Rer. natur.* v. 335.

*Multaque sunt oculis in eorum denique mista.*
*Quæ contage sua pallentibus omnia pingunt.*

Quod argumentum latè sequitur. In nullo animalium diversitas oculorum, sicut in homine, tam in calore, quam in luminis discrimine. *Alijs nigri, alijs atri, alijs rufi, alijs glauci coloris orbibus circumdati, at habili mistura, & accipiatur circumiecto candore lux, & temperato repercussu non obstrepat. Multorum visus fulgore Solis conflat, nubilo die non cernentium, nec post occasus. Alij interdiu hebetiores, noctu præter cæteros cernunt. Cæsi in tenebris clariores.* Hæc Plinius lib. 11. cap. 37. sed ex Aristotele lib. 2. de *Part. anim.* à cap. 10. usque ad 15. Sane mirabile quod de Tiberio refert idem ibid. & Sueton. in eius vita, cap. 24. *Ferunt* (subdit) *Tiberio Cæsari, nec alij genitorum mortalium fuisse naturam, ut expergefactus noctu paulisper, haud alio modo, quàm luce clara contueretur omnia, paulatim tenebris sese obducentibus.* Ita de Albanis dicit Aul. Gellius lib. 9. *Noct. Attic.* cap. 4. *Plus cernunt oculis per noctem, quam inter diem.* Quod quidem proprietas est felium, & luporum.

3 Multi, potissimè qui morbo comitiali laborant, animo caligante, apertis oculis

*Et tentulit gratiæ,*

Cor eius paret ad nos, ut simus eius, dum sumus: & antequam exoremus, impletas vult dare corde manus; igitur ipsius corona, quæ nobis gratia.

14. Priusquàm mulier illa insignis, uti Virginis umbra, videretur in cœlo, in terris semper irrequieta commotio; igitur *facta sunt fulgura, & voces, & terremotus, & grando magna.* Post verò *signum magnum apparuit in cœlo*: scilicèt *mulier amicta Sole*, ut cohiberet præsentia fulgura cœli, ne iræ meritò excitatæ obviarent habitatoribus terræ. Ni virgo arceret fulgura, hominis crimine, esset cinis & non terra. Hic erat mulier, & ut assumeretur in cacumina cœli, *data sunt* illi *duæ alæ aquilæ magnæ.* Coronatur ergo regina stans à dextris in vestitu deaurato, circumamicta varietate, igitur amicta Sole; & ut turiliaret ex tanto lumine lumen, *in capite eius* erat *corona stellarum duodecim.* In cœlo videtur huiusmodi coronatio, quod quidem repetur iubilo: verùm substituit animo, Cur stellis coronatur, dum Sole ornatissime vestitur? Stellæ indigæ sunt lucis Solis, Sol autem quasi fons lucis: quare namque luce haud coronatur Aurora Solis, sed dumtaxat redimitur stellis? Stellæ gratiæ Virginis sunt, Sol Verbum divinum, cui in nube lucida carnis dedit corpus: & Sola vestitur, sed stellis coronatur; ut corona sit gratiarum in hominum beneficium: igitur ita diligit homines in terra degentes; ut in corona capitis, dumtaxat æstimet pro diademate, quas potest gratias hominibus elargiri.

Apoc. 11. 19. Cap. 12. 1.

Vers. 14

Vers. 1.

*Pro gloria habet quas gratias confert.*

15 Antequàm videretur coronata, patuit commodum nostrum ex eius coronatione, tamquàm in umbra. *Apertum est templum Dei in cœlo, & visa est arca testamenti eius in templo eius.* Arca fœderis Domini iurè vocatur Maria, igitur conciliavit & reconciliavit ima & summa. Prædem, quia arca terra cordium, cœlum videbatur ferreum, quasi gemitibus clausum. Templum est locus misericordiæ, quò ingredientes afflicti, egrediuntur alacres sine afflictione, commutata in verùm gaudium: & dum arca Virgo-Mater in cœlo aspicitur; aperitur novum templum! igitur dum illa tollitur in superiores sphæras, novum aperitur templum in misericordias. Templum in cœlo, ut eius assumptione gaudeat homo: siquidem illa ingrediente in cœlum, iam templum & ostium novum, ut descendant dona pietatis in mundum. Virgo patet cœli ianua, quà labuntur in homines beneficia.

Cap. 11. 19.

*Templum est pietatis.*

*Et ianua ad gratiæ.*

16 Observa in gratias hominum templum aperiri, & arcam fœderis apparere. Arca fœderis erat apotheca gratiarum, sed non dicitur clavem habuisse, sicut nec hoc novum templum ullum ostium, Templum Salomonicum habet ostia & ostiola. Petro traditur Ecclesia, & etiam claves regni cœlorum, ut reseret clausis & solvat vincla ligatis. Aliter apparet Virgo, ubi gloriosa videtur in cœlo: igitur sicut templum non habet ostium, quo intercluso, impediatur introitus ad implorandum auxilium; sic non habet clavem Arca, repræsentans Virginem, quoniam omnibus hominibus eius beneficia patent. Pro libito gemunt homines miseri, dum patent gratiæ. *Ecce iam quibus potuimus votis*) dicam cum Bernardo Serm. 4. *Assump.*) *ascendentem te ad filium deduximus, & prosecuti sumus saltem à longè Virgo benedicta. Sit pietatis tuæ, ipsam quam apud Deum gratiam invenisti, notam facere mundo.* Clareas ergo auxilium terræ, quæ rutilas fulgor poli, dum videtur in te sola, sola hominis exaltata natura. Torqueatur sine blandimine, sed iurè Ethnicus, dicens lib. 4. *Carm.* Od. 2. v. 37.

*Quæ qui dem proprissima in hominum afflictione.*

Bernard

Horat.

*Qua nihil maius, melliusve terris*
*Cœli donavere, bonusque Deus*
*Nec dabit, quamvis redeant in aurum*
*Tempora priscum.*

TAU-



# TAUTOLOGIA
## NONA.

*SENUIT AUTEM ISAAC, ET CALIGAVERUNT oculi eius, & videre non poterat.*
Genes. 27. 1.

## EXPOSITIO LITTERÆ.

Terent. Senec.

*Senectus ipsa est morbus.*

Ovid.

Auson.

Virgil.

*Senectutis miseriæ.*

*Maxima defectus visus.*

*Oculi pluribus morbis obnoxij.*

Lucret.

*Diversus colos tantum in oculis animum.*

Plin.

*Tiberium paulisper post somnum in tenebris cum illa clare videbat.*

Aul. Gell.

SENECTUS *ipsa est morbus*: dicit Chremes apud Terentium in *Phormion.* Act. 4. Scen. 1. v. 9. *Rarum est felix, idemque senex.* Seneca in *Hercul. Oetæo* Act. 2. v. 643. Plures anni plures morbi. Vivere optamus, & vixisse pœnitet. Semper in terminum imus, quippe nascentes morimur, cùm finis ab origine pendeat, & pervenisse trucidar. Dies annorum septuaginta anni: si autem in potentatibus, octoginta: & amplius eorum labor & dolor. *Iamque annis, malisque graves*: dixit de Cadmo, & Hermione Ovidius lib. 4. *Metam.* Fab. 15.

*——ipsa senectus*
*Expectata diu, votisque optata malignis*
*Obiicit innumeris corpus lacerabile morbis.*

Canit Ausonius *Edyl.* 15. & Virgilius lib. 3. *Georgic.* v. 66.

*Optima quaque dies miseris mortalibus ævi*
*Prima fugit: subeunt morbi, tristisque senectus,*
*Et labor, & duræ rapit inclementia mortis.*

Senectutem describunt Iuvenal. *Satyr.* 10. à v. 190. Ovid. lib. 14. *Metam.* Fab. 1. & lib. 15. Fab. 3. Propert. *lib.* 2. *Eleg.* 25. Horat. *Epist.* 2. Sev. Boet. lib. 1. de *Consolat. Philosoph.* Metr. 1. Cornel. Gallus pluribus in locis, & alij passim. Graphicam descriptionem invenies Eccle. tot. cap. 12. Unde pro exordio v. 1. dicitur: *Memento Creatoris tui in diebus iuventutis tuæ, antequàm veniat tempus afflictionis, & appropinquent anni, de quibus dicas: Non mihi placent.* Inter senectutis molestias acrior est defectus luminis: igitur cùm animi vigor facultatibus marescat, acies oculorum hebetatur in ædificij humanitatis ruinam. Ita David querebatur Psalm. 37. 11. *Reliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum & ipsum non est mecum.* Pariter igitur de Isaäco dicitur: *Senuit, & caligaverunt oculi eius, & videre non poterat.* Idem etiam dicitur de Heli 1. *Reg.* 3. 2. 4. 15

2 Plurimis infirmitatibus obnoxij sunt oculi. Plusquam triginta refert ex Plinio Ioannes Ravis. Textor in *Officin.* lib. 2. cap. 51. atque in documentum, five cautionem deducitur, quantis subsint periculis, qui munere constituti speculatores corporis. Hinc Lucretius lib. 4. de *Rer. natur.* v. 335.

*Multaque sunt oculis in eorum denique mista.*
*Quæ contage sua pallentibus omnia pingunt.*

Quod argumentum latè sequitur. In nullo animalium diversitas oculorum, sicut in homine, tam in calore, quam in luminis discrimine. *Alijs nigri, alijs atri, alijs rufi, alijs glauci coloris orbibus circumdati, at habili mistura, & accipiatur circumiecto candore lux, & temperato repercussu non obstrepat. Multorum visus fulgore Solis conflat, nubilo die non cernentium, nec post occasus. Alij interdiu hebetiores, noctu præter cæteros cernunt. Cæsi in tenebris clariores.* Hæc Plinius lib. 11. cap. 37. sed ex Aristotele lib. 2. de *Part. anim.* à cap. 10. usque ad 15. Sane mirabile quod de Tiberio refert idem ibid. & Sueton. in eius vita, cap. 24. *Ferunt* (subdit) *Tiberio Cæsari, nec alij genitorum mortalium fuisse naturam, ut expergefactus noctu paulisper, haud alio modo, quàm luce clara contueretur omnia, paulatim tenebris sese obducentibus.* Ita de Albanis dicit Aul. Gellius lib. 9. *Noct. Attic.* cap. 4. *Plus cernunt oculis per noctem, quam inter diem.* Quod quidem proprietas est felium, & luporum.

3 Multi, potissimè qui morbo comitiali laborant, animo caligante, apertis oculis

*Qui morbo comitiali laborant, oculis nihil vident.*

lis nihil cernunt. Alij magna aliqua cogitatione, quia sanguis in quo & à quo spiritus vitales, intùs subducitur, in luce caligant. Isai. 59. 10. Alij à fortioribus sensibilibus corrumpuntur, vel pro semper (uti accidit admotâ laminâ ardenti, cuius calore siccantur oculi) vel pro tempore, ut usuvenit intuenti Solem, vel à luce vehementiore in temperatum advenienti lumen: de quo Lucretius ubi suprà v. 323.

*Cur nil videatur posse in tuitum Solem?*

*Splendida porrò oculi fugitant, vitantque tueri:*
*Sol etiam cæcat, contra se cernere pergas.*
*Propterea quia vis magna est ipsius, & altè*
*Aëra per purum graviter simulachra feruntur,*
*Et feriunt oculos turbantia composituras.*
*Propterea splendor, quicumque est acer, adurit*
*Sæpe oculos, ideo quod semina possidet ignis*

Lucret.

*Multa &c.*
*Continuò rerum simulachra adaperta sequuntur,*
*Quæ sita sunt in luce, laceſſuntque ut videamus.*
*Quod contra facere in tenebris è luce nequimus;*
*Propterea, quia posterior caliginis aër*
*Crassior insequitur, qui cuncta foramina complet,*
*Obsidítque vias oculorum, ne simulachra*
*Possint ullarum rerum contacta moveri.*

*Variæ causæ affectionis cacitatis.*

4 Alij autem vel ebrietate, maniâ, furore, metu gravi, seu terrore Panico perciti, aut aliquo ictu, nimirùm dolore perculsi, quousque acies redeat in integritatem, quæque cernunt, non discernunt. Cassandra de se fanatica dicit, apud Tragicum in *Agamem.* Act. 3. v. 720.

Senec.

*Cui nunc vagor vasana? Cui bacchor furens?*
*Iam Troia cecidit. Falsa quid Vates ago?*
*Ubi sum? Fugit lux alma, & obscurat genas*
*Nox atra, & æther abditus tenebris latet.*
*Sed ecce gemino Sole præfulget dies,*
*Geminumque duplices Argos attollit domos.*

Eadem apud Euripidem in *Bacch.* de quo egimus latè *Tautolog. antec.* num. 9.

*Agitati à furijs vijs.*

5 Agitatorum à furijs plura sunt exempla. Vide apud Senecam in *Hercul. furent.* Act. 4. à v. 1009. Alcidem cogitantem Megaram coniugem, esse Iunonem, & clavâ proscindentem, tamquàm novercam. Eleganter to percitam terrore describit Ovidius lib. 1. *Metam.* Fab. 14. Extincto igitur à Mercurio Argo, Iuno

Ovid.

*Protinus exarsit, nec tempora distulit iræ,*
*Horrificamque oculis, animoque obiecit Erinnym*
*Pelliteis Argolicæ, stimulosque in pectore cæcos*
*Condidit, & profugam per totum terruit orbem.*

*Furia fictæ stimuli sunt conscientiæ.*

6 Quod quidem Mythologicè accipientes, nihil aliud per cæcos stimulos pectoris cogitamus nisi conscientiæ stimulos, quippe animo caligante cogitatione iniquitatis, timor pœnæ retrahit sanguinem, ita ut videntes non videant, & audientes non intelligant, cum paveant ad sonitum folij volantis, & fugiant non persequentis, sed vim imaginationis.

Senec.

*Quid pœna præsens, conscius mentis pavor,*
*Animusque culpâ plenus, & semet timens?*
*Scelus aliqua tutum, nulla securum tulit.*

Canit Seneca in *Hippolyt.* Act. 1. v. 161. & Iuvenal. *Satyr.* 13. v. 189

Iuvenal.

*Prima docens rectum sapientia: quippe minuti*
*Semper & infirmi est animi, exiguique voluptas*
*Ultio. Continuò sic collige, quòd vindictâ*
*Nemo magis gaudet, quàm fœmina. Cur tamen hos tu*
*Evasisse putes, quos diri conscientia facti*
*Mens habet attonitos, & surdo verbere cædit*
*Occultum quatiente animo tortore flagellum?*

*Terror Caini.*

¶ Ita fictum de Thyeste & alijs: de Caino asserit Procopius in 4. *Genes.* ita: *Horrorem Cain injiciebant cœlestes pariter & infra cœlum posita virtutes. Videbat enim præter fulgura & coruscationes horrificas, Angelos igneis gladijs sibi mortem minantes. Si oculos ad terram demittebat, serpentes veneno, Leones unguibus, cæteraſque feras suis armis in*

Procop.



*in se irruentes, videre sibi videbatur.* Pariter Rabbini dicunt Absalomum stetisse in quercu, quin crines rumperet, quia videbat terram barathro patulam, ut descendentem vivum absorberet. Vis læsæ cogitationis, quæ pressa est crimine, vel pœnæ timore variat objecta, sicut in ebrijs, ut non ea ipsa considerentur, sed dumtaxàt cogitata. Patet etiam in Maniacis, vel cogitabundis: de quibus vide Gallenum lib. 1. de *Different.* Sympt. cap. 3. Celsum lib. 3. cap. 8. Nancel. in *Analog.* lib. 10. cap. 4. de *Bile atra*, & cap. 10. de *Menstruis.* Aristotel. de *Admirand. auscult.* Ælian. de *Var. histor.* lib. 4. cap. 25. & Horat. Epist. 2. à v. 125.

*Absalomi.*

*Undè?*

*Ictu grave subtrahitur visus.*

8 De ictu aut oculorum compressione vidimus ex Lucretio *Tautol. præc.* loco cit. Quod Hispanè dicitur: *Vèr las estrellas*; quoniam ictu valido læditur phantasia. In alijs iuxta qualitatem humorum videntur obiecta. Si crassius corpusculum se opponit pupillæ, omnia perforata, seu fenestrata cernuntur. Arquatis, sive morbo regio affectis omnia apparent lutea.

*Eius fallaciæ principia.*

Lucret.

*Lurida præterea fiunt quæcumque tuentur*
*Arquati, quia luroris de corpore eorum*
*Semina multa fluunt, simulachris obvia rerum.*

*Arquatus morbus.*

Alij paleas putant serpentes, & qui suffusione (Græc. *Hypoyusi*, vel *Hypochyma*, nimirùm humore congelato inter tunicam oculorum corneam, & crystallinam) muscas, floccos, & setucas volitantes in aere falsò vident. Hispan. *Cataratas*, de quibus Aristoteles ubi sup. refert hominem vitio oculorum existimasse semper videre suam imaginem in aere. De quodam audivi, stricto gladio impete irruisse in inimicum cogitatum, cuius simulachrum finxit vel læsa phantasia, vel oculorum humor, dubio lumine ex capillo ante oculos galero pendulo. *Utrumque verò oculum, quem interiorem & exteriorem vocare possumus* (ait Bernard. Serm. 5. de *Assumpt. Virgin.*) *tria ad videndum impediunt. Hunc tenebræ, humor concretus, pulvis iniectus. Ipsum ille impeditur tenebris: hoc est, peccatis, quæ confluunt in memoriam, quasi in quandam sentinam, & est tamquàm humor concretus, & cura terrenorum actuum, quasi pulvere iniecto.*

*Suffusio oculi.*

*Duæ oculo exteriori accidunt, intrinseci.*

Bernard.

9 Huiusmodi suffusiones, sive cataractæ accidunt maximè senibus, vel nimio studio vexatis. Quapropter caligationis tam Isaac, quàm in Heli, non alia origo aut causa nisi à senecta. Expositio erit congrua per *Prolepsim*, ideſt, præoccupationem, sive per *Hysterologiam*, quo schemate, ut sæpe vidimus, secunda periodus explicatur per primam, quia in prima exprimitur, vel subintelligitur causa, & in sequenti, materia. In Sacris plura sunt exempla. Psalm. 105. 34. 35. *Non disperdiderunt gentes, quas dixit Dominus illis: & commisti sunt inter gentes.* Ideſt, quia commisti sunt inter gentes, non disperdiderunt. Ibid. v. 41. *Tradidit eos in manus gentium, & dominati sunt eorum, qui oderunt eos.* Hoc est: Dominati sunt eis, qui oderunt eos, quia Dominus tradidit in eorum manibus. Eccli. 51. 9. *Vita mea appropinquans erat in inferno deorsùm*; scilicet, deorsùm versus infernum. Iob 13. 27. *Posuisti in nervo pedem meum, & observasti omnes semitas meas.* Ideſt, observasti omnes semitas meas, ideo posuisti in nervo pedem meum. Apocal. 14. 4. *Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati. Virgines enim sunt.* Nimirùm, virgines sunt, quia cum mulieribus non sunt coinquinati. Plura videris in *Prolog. Galeat.* §. 4. num. 12.

*Prolepsis & Hysterologia interdum in Scriptura.*

Quo intelligitur illud Christi: *Ad Patrem vado, & iam non videbitis me*: videlicet, non videbitis me, quia ad Patrem vado. Germanior sensus infra à num. 23. Pariformiter igitur in auctoritate principali. *Senuit Isaac, & caligaverunt oculi eius, & videre non poterat*: q. d. Videre non poterat, quia senex valdè, vel quia præ senectute caligaverant oculi.

*Ioann. 16. 10.*

*Secunda expositio.*

10 Aptior videtur expositio, si per visum intelligas perfectum visum, & discretionem obiectorum, quippe in Scriptura absolutè videre, ferè pro videre clarè. Psalm. 34. 21. *Viderunt oculi nostri.* Ideſt, clarè, ac distinctè, sine ambiguitate vidi. Isai. 14. 16. *Qui te viderint, ad te inclinabuntur, teque prospicient.* Hoc est, perfectè videbunt. Conitat perspicuiùs ex Marc. 8. igitur postquàm cæcus ille aliquid, impositione manuum Archiatri cœlestis, vidit quasi obscurè, non dicitur vidisse nisi geminata manuum impositione: quare v. 25. *Cæpit videre, & restitutus est, ita ut clarè videret omnia.* Non videre in Sacra pagina non est absolutè esse cæcum, sed obtusam habere aciem oculorum. Quo patet illud Psalm. 68. 24. & Rom. 11. 10. *Obscurentur oculi eorum, ne* (ideſt, clarè) *videant.* Etiam Zachar. 11. 17. *Oculus tenebrescens* (cæcutiens) *obscurabitur.* Favent lectiones: Pagnin. *Cali quando caligabit.* Tigur. *Oculus omninò hebescet*: quoniam non erat omninò cæcus & tenebrosus, sed cæcutiens & tenebrescens, quousque tempore cassus esset prorsùs lumi-

*Videre in Scriptura, pro videre clarè.*

*Non videre non est esse cæcum.*

lumine, quod vitium semper luminum senum. Unde Senec. in *Hercul. furent.* Act. 3. v.651.

*Senec.*

*——————Torpet acies luminum,*
*Hebetesque visus vix diem insuetum ferunt.*

Æschylus & Sophocles apud Plutarch. in *qq. Conuiv.* lib. 1. q.8.

*Haud noveris tu illam, nam cæcutis propè.*
*Cernit procul cæcus propè est omnis senex*

Plautus in *Mostell.* Act. 3. Scen.2. v.153.

*Plaut.*

*——— Nullam pictam conspicio hic avem,*
*Age iam mitto, ignosco: ætate non quis intuerier.*

Non quia non videbat, sed quia clarè non videbat. Ita de Isaäc & Heli, quia propter senectutem caligaverant oculi, videre non poterant perfectè, igitur visa distinguere non poterant dubio lumine.

11 Hoc sensu percipitur proclivè illud Eccle. 12. 3. In senectutis tempore *tenebrescent videntes per foramina*: igitur, ut Nic. Nancelius ubi supr. lib. 3. cap.1. Probl. de *Vision.* ait: *Sunt porrò quibus fenestrata videntur quæcumque cernuntur. Nonne ob id, quia radijs per uveam prorumpere volentibus, densi vapores, aut crassi humores obiecti illos dissipant, atque separant?* Haud quia oculi fenestræ vocentur animi, ut aliqui autumant, & pro quorum cogitatione plura diximus *Tautolog.* 1. in *Exposit. lit.* num.12.13. & *Didasc.*8. num.3. sed quia partim senes vident, partim non; igitur caligant oculi humorum gravitate: quare v. 2. præmisit: *Antequàm tenebrescat Sol, & lumen, & Luna & stellæ.* Minimè quia luminaria hæc obscurentur, sed quia deficientibus spiritibus opticis, usus lucis senibus intercipitur. Canit quidam apud Alapide hic v. 1. in fin.

*Quid est videre per foramina?*
Nancel.

*Senex cum extemplò est, iam nec sentit, nec sapit,*
*Senex vivendo multa, quæ non vult, videt.*
*Soles duos videre se putat senex.*

12 Quia imperfectus omninò visus, hinc senum dicitur caliginosus: etenim in caligine obiecta videntur, cæterùm imperfectè. Tigur. *Oculi eius caliginosi cæcutirent.* Syr. *Gravedine oppressi.* Arab. *Debilitati sunt oculi eius.* Septuag. *Hebetes facti.* Quibus versionibus constat *non videre* sumendum esse pro Cæcutire. Ita Augustinus lib. 16. de *Civit. Dei*, cap. 30. inquit: *Non cæcus erat, sed cæcutiebat.* Quæ imperfecta in unoquoque genere, non generis iudicantur. Succinit Claudianus lib. 2. in *Rufin.* v.450.

*Tertia expositio.*

*Non videre, pro Cæcutire*

*Et qui Sidonio velari credidit ostro,*
*Nudus pascit aves, iacet en, qui possidet orbem,*
*Exiguæ telluris inops, & pulvere raro*
*Per partes tegitur: numquàm; totiesque sepultus.*

*Quæ imperfecta in genere, generis non indicantur.*
Claudian.

Vide Franc. Pomey in *Libitin.* cap.1. §.4. Euclio senex apud Plautum in *Audular.* Act. 4. Scen.9. v.2. præ dolore dicebat:

Plaut.

*Tene tene, quem? quis? nescio: nihil video, cæcus eo.*

Quod accidit turbatis, furiosis, vel fame affectis. Unde David Psalm. 87. 10. *Oculi mei languerunt præ inopia.* Quod Nostrates: *No vè los bultos de hambre*: quare de Ionatha præ fame deficiente, & pugna defesso, illicò ut gustavit in subsidium mel, dicitur 1.Reg. 14. 27. *Illuminati sunt oculi eius.*

13 In Scriptura, quoniam per visum maiore ac firmiore fide comprobantur obiecta (siquidem ut ait Seneca in *Oedip.* Act.2. v.292.

*Visu carentem magna pars veri latet.*)

Quod singulare sensuum tribuitur visui per *Enallagen*: vel quia minus fallitur, vel quia cunctis præstantior sensus. Apoc.1. 12. *Conversus sum, ut viderem vocem.* Exod. 20. 18. *Populus videbat voces.* 1.Mach. 1.13. *Bonus visus est sermo in oculis eorum.* Idest, in auribus. Ioan.20. 29. *Quia vidisti* (quia palpasti) *me Thoma, credidisti.* Exod.5.21. *Fœtere fecisti odorem nostrum coram Pharaöne*: Hebr. *In oculis Pharaönis.* Psalm. 33. 9. *Gustate, & videte* (Hebr. *Sapite.*) *quoniam suavis est Dominus.* Qui cæcus est, apertis oculis nihil videt: qui claret visus facultate; vel clausis luminibus, per palpebras quæ pellucidæ, & transparentes, videt lucem adesse: qui verò cæcutit, & apertis oculis, & clara luce confusè, vel dubiè videt. Iccircò quia oculi Isaäc & Heli caligaverant, dicuntur non vidisse: haud quia non vidissent; sed quia præut erant oculis obiecta non videbant. Acceptiones lucis & tenebrarum videbimus *Tom. seq. Tautolog.* 2. & 6. ac *Tom.6. Tautolog.* 9. ad illud Tobiæ, *In tenebris sedeo, & lumen cœli non video.*

*Enallage in Scriptura.*

*Sensationes aliorum sensuum tribuuntur visui.*

14 Hæc enim lubenter delibaveram, & occurrit alia haud pro captu meo incongrua



grua expositio; quatenùs Videre significet vivere: quod igitur novum in Scriptura non est. Dormire pro mori & vigilare pro vivere passim. Psalm.12. 4. *Illumina oculos meos, ne umquàm obdormiam in morte.* Idem Psalm.17.29. Luc.1.79. & Iob 33. 30. *Ut revocet animas eorum à corruptione, & illuminet luce viventium.* Etiam apud Ethnicos. Euripides in *Hercul.* ait: *Relinquens lumen.* In *Helen.* *Latet in tenebris*: pro Mortuus est. Hinc Pierius Valerianus lib.33. cap.13. inquit: *Per adapertum oculum hieroglyphicè vitam significari; veluti per eum clausum, mortem. Hinc apud Homerum toties intueri Solem, pro Vivere, hinc Claudi lumina pro Mori.* Catullus ad *Lesbiam* Epig.5. & de *Nuptijs Pelei & Thetidos.*

*Quarta expositio.*
*Dormire pro Mori.*

*Videre pro Vivere.*

*Vivamus, mea Lesbia, atque amemus.*
*Nobis cùm semel occidit brevis lux,*
*Nox est perpetua una dormienda.*
*Non tamen ante mihi languescent lumina morte.*

Catull.

Ovidius lib.1. *Metam.* Fab.11.

*Arge iaces, quodque in tot lumina lumen habebas,*
*Extinctum est, centumque oculos nox (mors) occupat una.*

Ovid.

Virgilius lib. 2. *Æneid.* v.85. *Nunc cassum lumine lugent.* lib.12. v.935. *Corpus spoliatum lumine mavis.* & lib.4. v.450.

*Tum verò infelix fatis exterrita Dido*
*Mortem orat: tædet cœli convexa tueri.*
*Quo magis inceptum peragat, lucemque relinquat.*

Virgil.

Vide plura apud La-Zerda loc. citatis. Hinc claudere oculos, & super eos imponere manus, pro morte accipitur, uti diximus *Tautol.*8. in *Exposit. lit.* num. 1. & constat *Genes.*46. 4. & *Tob.*14. 15. ex Poëtis Ovidius Epist. *Penelop.* & ad Liviam de *Mort. Drusi Neron.*

*Claudere oculos morientium, antiquorum mos.*

*Dij precor hoc iubeant, ut euntibus ordine fatis*
*Ille meos oculos comprimat, ille tuos.*
*Sospite te saltem moriar Nero: tu mea condas*
*Lumina, & excipias hanc animam ore pio,*
*Atque utinam Drusi manus altera, & altera fratris*
*Formarent oculos, comprimerentque meos!*

Ovid.

Seneca in *Troäd.* Act. 3. v.787.

*Concede parvos ut mea condam manu*
*Viventis oculos.*

Propertius *lib.*4. *Eleg.* 7.

*At mihi non oculus quisquam inclamavit euntis.*

Statius passim lib.5. *Silv.* Valerius Flaccus lib.1. *Argonaut.*

*Fugientes pressit oculos.*
*Chara pressit sua lumina dextra.*
*Dulci iam nunc preme lumina dextra.*

Valerius Maximus lib. 2. cap. 1. *Filiarum manus ad supremum opprimendorum oculorum officium advocavit.* Denique Marc. Senec. lib. 9. *Controv.* 4. *Ita oculos meos filij manus operiant.* Quod votum in cunctis nil aliud significat, quàm optare posteriores superstites. Qui mos prævaluit apud Romanos. Plinius postquàm dixerat lib. 11. cap. 37. *Subiacent oculis pars corporis pretiosissima, & qui lucis usu vitam distinguant à morte*; subdit: *Morientibus illos operire, rursùsque in rogo patefacere Quiritum magno ritu sacrum est: ita more condito ut neque ab homine supremùm eos spectare fas sit, & cœlo non ostendi nefas.* Vide Turnebum *lib.*16. *cap.*5. Sumpserunt ab Ægyptijs apud quos per lucernam ardentem vita, per extinctam mors signabatur. Notat Pier. Valerianus lib. 46. cap. 5. & 13. & per oculum, ut iam vidimus ex ipso, eadem significabantur. His præmissis, sensus auctoritatis tam de Isaäc, quàm de Heli erit: Senex erat: & signum senectutis, quòd caligaverant oculi eius, & videre, idest, vivere diu non poterat. Patet ex contextu igitur v. 2. dixit Esau: *Vides quòd senuerim, & ignorem diem mortis meæ*: nunc ergo antequàm moriar benedicere volo. Modò ad singula.

Plin.

Pier. Val.

15 *Caligaverunt oculi eius.* Caligo non tantùm de oculis, sed de aëre dicitur. Ex annorum gravitate, non ex alia causa huiusmodi affectus ortus oculis Isaäc, ad similitudinem caliginis: igitur obscuro lumine erat, quasi qui in tenebris ambulat, vel acie præstanti est in caligine, quin audeat pedem movere. Vitium senectutis est, ut constat pluribus Scripturæ locis. 1. Reg. 3. 2. 3.Reg. 14. 4. quapropter tamquam singulare de Moyse iam sene, utpotè centum & viginti annorum, Deuter.34. 7. dicitur: *Non caligavit oculus eius &c.*

*Caligo oculorum propria longævæ ætatis.*

Oculi

Oculi vocantur facies fidera, lumina. Matt.

16 *Oculi eius.* Qui sidera iurè voçantur firmamenti facies, uti pars corporis prætiosissima, & sine quibus facies sicut cœlum sine luce. Si apud omnes acceptum, quod dicit Martialis *lib.7. Epigram.24.*

*Nec grata facies, cui gelasinus abest.*

Propert. Quid si lumina? Rutilant in facie uti in cœlo luminaria. Propert. lib.2. Eleg.3.

*Nec de more coma per lævia colla fluentes,*
*Non oculi, geminæ sidera nostra, faces.*

Stat. Tibull. Statius lib.1. *Achill.* v.164. *Tranquillaque faces oculis.* Tibull. lib.4. Eleg.2.

*Illius ex oculis cum vult exurere Deos,*
*Accendit geminas lampadas acer amor.*

Ovid. Ovidius lib.2. *Amor.* Eleg.16. lib.3. Eleg.3. & in Epist. Acontij Cyddippæ:

*Argutos habuit, radiant ut sidus ocelli.*
*Per me, perque oculos, sidera nostra, tuos.*
*Tu facis hoc, oculique tui, quibus ignea cedunt*
*Sidera, qui flammæ causa fuere meæ.*

Senec. Denique Seneca in *Hyppolit.* Act.2. v.375. & Act.3. v.1168.

*Tenerque nitidi corporis cecidit decor*
*Et qui ferebant signa Pœbeæ facis*
*Oculi, nihil gentile, nec patrium micant.*
*——— Heu me: Quò tuus fugit decor,*
*Oculique nostrum sidus?*

Plin. 17 In oculis igitur, ut ait ubi supr. Plinius, *animus inhabitat.* Hinc sensu allegorico plura intelligenda testimonia de oculis, quippe cùm sint animi indices, per illos illius exprimuntur affectiones. *Oculus superbus*: Psalm. 100. 5. pro insolenti. *Oculus obturatus*: Num.24. 3. pro invido. *Oculus tenebrescens*: Zachar. 11. 17. pro malevolo. *Oculus sublimis*: Isai.2.11. pro arroganti. *Oculus afflictus*: Thren. 3.49 pro animi amaritudine. *Oculus mundus*: Habac. 1. 13. & *Oculus simplex*: Luc. 11. 34. pro recta intentione, sicut econtrà 1. Reg.18. 9. *Oculus non rectus*: pro animo pravo. Sic alia. Eodem sensu apud Profanos obiter: si lubet, vide easdem oculorum acceptiones apud Ioann. Passeratium in *Catull. Tibull.* & *Propertium.* Quid sit *Oculus nequam*, an livídus, vel fascinans, vel uterque dicemus vitæ comite, *Tom.4. Tautolog.* 3. ad illud Eccli. 31. 14. *Malus est oculus nequam.*

In oculis animus inhabitat. Acceptiones oculorum varij.

Zach. 11. 17. Psalm 68. 24. & Rom 11. 10.

18 Iam ergo delicatæ sunt Tautologiæ affines principali: verùm præiactâ expositione novam lucem accipient. *Oculus tenebrescens obscurabitur*: & illud, *Obscurentur oculi eorum, ne videant*: facilè intelligentur, si per oculum sapientia, & per tenebras, ut vidimus ex Pierio num. 14. designetur error, aut ignorantia. Quare Zachariæ dicitur v. 15. *Sume tibi vasa pastoris stulti*: cuius oculus, ideſt animus avaritiâ (ideo Caldæus legit: *Oculus eius respexit ad pinguia*) tenebrescit, & in pœnam peccati omninò obscurabitur. Cui sensu suffragatur Paulus ubi supr. subdens v.7. *Excæcati sunt*: *siquidem scriptum est*: *Dedit illis Deus spiritum compunctionis* (ideſt æmulationis) *oculos ut non videant, & aures ut non audiant usque in præsentem diem.*

Synagoga cæca, & obcæcata.

Cyprian. 19 Ad Iudæos dirigi prophetiam constat ex Paulo ibid. Unde Cyprianus *lib. 1. Epist. 3.* ait: *Pertusa est illis mens, habes animus, & sensus alienus à Deo, fide, & patentia*: quippe cùm velamen sit super oculos eorum, ob peccata oculos habent, & non vident. *Quid de istis dicam*: *Ecce* (ait Augustinus tract. 45. in *Ioann.*) *ipsi Pharisæi legebant, & in eo quod legebant, Christum sonabant, venturum sperabant & præsentem non agnoscebant.* Non intellexerunt Christum, Christum videntes, Christum legentes. Patet Ezech. 1.4. ubi dicitur *De medio eius quasi species electri. Electri*, pro quo Hebr. *Lamsoch*, quod nihil significat, ut dictum Hebræi, nisi inverso ordine elementorum, seu litterarum, tunc que formatur *Chosmal*: ideſt, ungendus. Cabalisticum aliquid latet, uti in nomine *Sesac* pro Babylone, ut notat Hieronymus in Ierem. 25. 26. permutatis litteris. Quare si legas Hebræorum more à dextra in sinistram, invenies *Lamsoch*, quod nihil significat: si verò more nostro à sinistra in dextram invenies *Chosmal*, Christum. Hebræi nato Domino quærunt dumtaxat litteræ paleam, & non inveniunt latentem inter paleam litteræ. Quam ob rem August. lib. 17. de *Civ.Dei*, cap. 9. *Non vident* (inquit) *quorum oculi sunt obtenebrati, ne videant.* Haud defectu luminis oculorum, sed cordium, quorum malitiâ obscurati sunt oculi: hinc illud Christi Ioan. 9. 39. *In iudicium ego in hunc mundum veni: ut qui non vident* (Gentiles scilicèt) *videant: & qui vident* (Iudæi nimirùm) *cæci fiant.* Obscuri, & caligi-

Exemplum cæcitatis Iudæorum.

Quàm cæci fuerint Gentiles Christi adventu!



caliginosi erant eorum oculi, ne Christum viderent; & omninò tenebrosi facti, quia videre arbitrabantur. *Si cæci essetis* (Assertor illicò dixit) *non haberetis peccatum. Nunc verò dicitis: Quia videmus. Peccatum vestrum manet.*

Quæ perfecta non sunt, quasi non facta.

20 *Et videre non poterat*: scilicet perfectè, uti diximus num. 10. siquidem quæ perfecta non sunt, quasi non esse censentur. Psalm. 105. 7. *Patres nostri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua.* 1. Reg. 2. 12. *Filij Heli nescientes Dominum.* Luc. 23.34. *Non enim sciunt quid faciunt.* Ioan. 1. 33. *Et ego nesciebam eum.* Ideſt, perfectè: quo intelligitur illud Eccle. 4. 17. *Nesciunt quid faciant mali.* Sciunt, quod sufficit, ut sit culpa; & nesciunt quantum sit culpa, ut deleatur pœnitentiâ. Indicat Psaltes Regius, Domino dicens Psalm. 25. 7. *Delicta iuventutis meæ, & ignorantias meas ne memineris.* & Psalm. 18.13. *Delicta quis intelligit*? Floridè Ambrosius de *Paradis.* cap. 14. *Magis enim postquàm peccavimus, nescio quo modo nostra delicta cognoscimus, quod antequàm peccaremus, non putabamus esse peccatum. Certè non quasi peccatum putabamus esse damnandum.* Ideſt, tantum quantum est. Sic de primis Parentibus Genes. 3. 7. *Aperti sunt oculi amborum, cumque cognovissent se esse nudos, consuerunt folia ficus.* Illustri periphrasi describit Marius Victor lib. 1. *Genes.* v. 538.

Ambros. Cur post factum cognoscimus culpæ incommodum

*——— Non expertes agitat qui corda doloris.*
*Quò ruerint, Quid perdiderint, Quæ vita sequatur,*
*Quæ fuerit, tristis mentem collatio vexat,*
*Quæ diversa magis cumulat: secumque volutant,*
*Quanto aliud iam sint, quanto mutatus uterque*
*Se quærat, dubij culpa hoc adscribere primæ*
*Fit pœna vim nosse mali, quod compulit error,*
*An hoc esse mori.*

Mar. Vict.

Pœnâ cognoscitur culpa.

In peccato cæcus est homo, quippequàm non videt quantum in peccato lateat mali, quod sanè patet commisso crimine, quàm amarum deliquisse Dominum; quàm brevi, vel nulla voluptate dolorem emptum. Etiam Ethnicus indicat *Satyr.* 13. v. 236.

*Mobilis & varia est fermè natura malorum.*
*Cum scelus admittunt, superest constantia: quid fas,*
*Atque nefas tandem incipiunt sentire peractis*
*Criminibus.*

Iuvenal.

21 Non perfectè videbat Isaacus, aliàs Textus diceret, *Cæcus erat*: verùm cùm signat oculos caligasse, innuit etiam aliquantulùm vidisse. Videtur liquidò in Heli de quo 1. Reg. 3. *Oculi eius caligaverant, nec poterat videre* (plures Codices iungunt, licèt perperam, *lucernam, antequàm extingueretur.* In coniunctionem insurgunt plurimi, eo quòd distortum videtur admodùm, Heli videre lucernam extinctam, non videndo propter oculorum caliginem, illam lucentem. Mihi non multum negotium argumentum facesset (ut minùs sapiens dico) igitur ut astruximus suprà num. 13. facilè vel clausis oculis cognoscitur lumen esse in triclinio vel cubili, quoniam palpebræ gaudent transparentiâ. Minus obest caligo luminum, quàm obstaculum palpebrarum: & poterat cognoscere lucernam esse extinctam, quoniam non percutiebat oculos ille splendor qualis qualis refultans ex lucente lucerna, sicut nos cognoscimus vel clausis oculis lucem amotam. Non distinguebat oculorum caligine lucernæ lucem, sed illâ extinctâ distinguebat abesse levissimum illum fulgorem, dubio lumine, expressa caligine. Hinc Pagn. *Oculi eius cœperant caligare.* Malucnda. *Cœperant in rugas contrahi.* Rom. Bibl. *Cœperant aggravari.* Arab. *Graves oculi eius.* Quo constat omninò non esse cæcum, sed esse cæcutientem, ac obiecta maximè lucida, estò non distinctè, videre, quod nequit cæcus, vel lumine orbus; igitur nihil videt.

1. Reg. 3. 1

Quare de cæco non videnti eum, vadit abesse

22 Hæc enim acceptione tumenda est cæcitas. Quare in persona Ezechielis præsignat Dominus captivitatem Sedeciæ, & oculorum orbitatem. Sicut qui caret oculis, nihil videt, ita qui obnubit, & opacis velat; igitur sic sine luce, quæ ad visionem necessaria. *In conspectu eorum in humeris portaberis, in caligine efferetis: faciem tuam velabis, & non videbis terram, quia portentum dedi te domui Israël. Facies tuam velabis* ita, ut nihil vel per rimulam videas. In portentum, hoc est, in signum dedi te: quippe sicut tu facie velatâ nil vides, ita Sedecias erit effossis oculis coram Nabuchodonosor. *Dux* (dicitur v. 12.) *qui est in medio eorum in humeris portabitur, in caligine egredietur, facies eius operietur, ut non videat oculo terram.*

Quid sit, facies, ut nihil videat? Ezech. 12. 6.

23 Restat exponendum illud Christi, ita adventum Spiritus Sancti describentis: *Cùm venerit ille arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio: de iustitia,*

Ioann. 16. 10.

*quia ad Patrem vado: & iam non videbitis me.* Card. Toletus hic asstruit, Christum voluisse assectis significare, non opus esse, ut iterum pateretur, siquidem una oblatione consummavit in æternum sanctificatos. Iam non videbitis me iterùm passibilem, sed in dextera Patris gloriosum, ad quem enim vado ut iudicem mundum, non ut iudicer à mundo; qui me non videbit uti modò pium, sed iudicem in eius acta severum. Iniustum me homines iudicarunt, cùm crucifigerent similem cæteris propter carnis infirmitatem; sed iam non videbitis me, quia vado ad Patrem, apud quem Paraclitus arguet mundum de iniustitia sua, & de iustitia mea. Pater iudex est: & expositâ iustitiâ meâ, arguet Spiritu Sancto iniustitiam sæculi; quippe non possem ad Patrem vadere, nec ille me clarificaret, quin iustus essem. Ita etiam Maldonatus num. 26.

*De qua iustitia mundus arguendus?*

*Ascensio Christi discipuli gaudii.*

24 Ego exponerem præcedentia: ita ut ly *Arguet de iustitia, quia ad Patrem vado*, intelligerentur dicta mundo arguendo: & ly *Iam non videbitis me*, dicta Apostolis. Non videbitis me visu scilicet corporeo, etenim consummatum est tempus, quo fim vobiscum. Quod clare constat ex eo quòd ibid. v. 16. ascensio ad Patrem non describitur, ut magistrum non viderint, sed ut viderent. *Modicum, & iam* (tempore passionis, & sepulturæ) *non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me, quia vado ad Patrem.* Illi non videbunt Patrem, neque me; quia arguetur & iudicabitur à Patre (ad quem vado) malitia eorum, & iustitia ac innocentia mea laudabitur. Vos verò qui modò non videbitis me (intervallo passionis) quia vado ad Patrem, videbitis. Iterùm videbo vos, & gaudebit cor vestrum, quippequam vadam parare vobis locum, ut ubi ego sim & vos sitis. Gaudebitis, quia vado ad Patrem, ficut mundus flere potest arguendas de iustitia mea, & de iniustitia sua.

*Versiones.*

25 Hæc in litteris. Ergo ad Versiones. *Senuit autem Isaac, & caligaverunt oculi eius, & videre non poterat.* Rab. Ionath. *Et caligarent oculi eius, nec videre posset.* Pers. *Cùm defecissent oculi eius à videndo.* Samarit. *Cohibiti sunt oculi eius à visu.* Syr. *Et gravedine oppressi sunt oculi eius.* Arabic. *Debilitati sunt oculi eius.* Pagn. *Oculi eius cœperant caligare, ut non videret.* Ar. Montan. *Et caligassent oculi eius à videndo.* Oleast. *Et restricti sunt oculi eius.* Malvend. *Cœperant in rugas contrahi.* Septuag. Reg. Complut. & Chrysost. *Hebetes facti*, vel *Hebetati sunt oculi eius ad videndum.* Tigur. *Ita ut oculi eius cecutirent caliginosi.* Demùm Augustin. *Cæcutiebat.* Ad moves igitur deflectatur cursus, ut si ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, Dominus in cœlis possit à nobis videri sicuti est.

## ADINATON EXEGETICUM.

*Epilogus Excurs.*

1. *Caligaverant oculi eius*, quia orbus lumine: *Et non poterat videre:* siquidem mens in maiore caligine.
2. *Non poterat videre, quoniam caligaverant oculi.* Cæcitas ambitionis non ex turbatis oculis, sed ex caligine mentis.
3. *Caligaverant oculi* cæcitate; & *non poterat videre* intelligentia, affectione.
4. *Caligaverant oculi.* Non posset sanè videre, licèt vigiles oculi; dum quod debebat meritis, conabatur conferre merito ætatis.
5. *Caligaverant oculi eius, & videre non poterat.* Affectus in summum aggravat: igitur ita cæco ducebatur amore, ut non valeret cognoscere, cæcum esse.
6. *Caligaverant oculi.* Nolebat in principem aspicere, quem non poterat videre.
7. *Non poterat videre, quia eius caligaverant oculi.* Non videt, quia non potest videre: invidus verò intueri lucem nequit, quippequàm videt.
8. Caligo non impedit absolutè, sed perfectè videre: & *videre non poterat*, dum *caligaverant oculi*; quia nolens tollere luminum imperfectionem, cæcidit in cæcitatem.

# DIDASCALIA PRIMA.

## *Cæcus amor sui.*

*Horat.*

1 CAnit Horatius lib. 1. *Carmin.* Od. 18. v. 14. & ita cæcus, ut nec sapiat meliora, etiam cum ruina. Multi ex lapsu qui fatui & stolidi, surrexerunt prudentes; quoniam dederunt intellectum vexationes: cæterùm philautia ma-

*Philautia restrictionis dispar.*



*Idem.*

*Est obscæcatio mentis. Plat.*

gis ac magis infatuatur prudentiâ. *Et tollit vacuum plus nimio gloria verticem.* Subdit idem ibid. *Omnium malorum, quibus hominum vita involvitur, nimius sui amor causa existit. Is enim qui amat, circa id quod amat, sane obcæcatur, ac proinde de rebus iustis, bonis, honestis male iudicat, cùm in ea est sententia, ut opinetur, malorum sibi, quàm veritati honorem tribuendum.* Hæc Plato lib. 5. de *Legib.* Quid mirùm? Rationem offuscat, intellectum obtenebrat, voluntatem inficit, salutis portam obtrudit, virtutes respuit, peccata fovet, honores quærit, voluptates ambit: igitur mali est conditio, boni colore depicta, errorum apotheca, radix vitiorum, fomes criminum, origo rixarum, continua sollicitudo, pugna, calamitas & tentatio. Vide Antonin. p. 1. tit. 1. cap. 2. §. 5. & idiotam de *Contempt. Amor.* cap. 34.

*Amoris sui conditio.*

*Genes. 27. 1.*

2 De Isaico dicitur: *Caligaverant oculi eius & videre non poterat.* Quid hoc? Obumbratio amoris proprij. Cæcus est, qui luminet caret, verùm potest videre, qui excitatem cognoscit: sed qui sibi blanditur nec videt, nec potest videre, geminatâ mentis & oculorum caligine: igitur reciperet lumen, si posset aut vellet cognoscere cæcitatem. Talpa ictu lethali aperit oculos, sed philauti non aperit etiam lethalis ictus: quandoquidem sumis audaciam; ex quo, ius erat, amplecti resipiscentiam. Hæc sanè noxia in quolibet exercitio, sed magis ubi regnat singularitas, & renunciata ratione perfectionis propriæ voluntas. Quanta pestis!

*Infatuatio.*

*Oppian.*

*Dure amor quantus es! Quanta infinita potentia!*
*Qui Lethes hauserunt ore obliviosam aquam,*
*Et dolores fugerunt omnes, te etiam perhorrescunt.*

*Descriptio philautiæ.*

Succinit Oppianus *lib.* 2. Amor dulcis est, sed hic amor durus, quoniam proprius: unde necesse est, ut propriam voluntatem perhorrescant, quiqui biberunt obliviosam aquam: aliàs in ruinam amplexabuntur, quosque dolores fugerunt. *Philautia* (inquit Idiota ubi supr.) *laqueus est animæ, discrimen vitæ, mors suavis, blanda excusatio, interfectio lenis, mel felleum, pernicies delicata, dulce venenum, malum spontaneum, sapida iugulatio, & omnium rerum calamitas.* Hinc Ss. Confessor Christi Patriarcha Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 7. Grad. 2. ait: *Humilitatis gradus est, si propriam quis non amans voluntatem, desideria sua non delectatur implere*: siquidem etiam in bonis desideria non habent perfectionem, si propriam sequuntur, & minimè

*Idiot.*

*S. Bened. Propria voluntas noxia.*

Superioris voluntatem: igitur exiguum fructum operationes referunt, cum possint referre multum.

3 Paulus iacet cæcus, sed surgit vas electionis, ut portet nomen Domini per omnes Gentes. Cæcus quidam à Christo illuminatur, & nihil amplius post illuminationem de cæco dicitur. Si uterque illuminatur, & oculos aperit; quare eodem miraculo hic manet cæcus, & Doctor Gentium ad altiora surgit? Ex desiderijs utrinque micat causa, ut cognoscatur quam nocua voluntas propria. Accedenti cæco dixit Dominus: *Quid tibi vis faciam?* Cæcus respondit: *Domine ut videam.* Paulus iacet, & ut surgeret, dixit: *Domine, quid me vis facere?* Paulus intendit facere voluntatem Dei: cæcus ut eius Deus faceret voluntatem: & Paulus illuminatus tendit in æthera; quippe in illo vanuerat voluntas propria. Cæcus illuminatur, & ita manet: in altiora Paulus surgit: igitur virtutum nancisci tur perfectionem, qui non suam, sed Domini prosequitur voluntatem. Iuxta submissionem voluntatis, splendet nitor virtutis: & fuiget vel corpore facentis perfectio Pauli; quia nullam habebat præter voluntatem Domini.

*Luc. 18. 41. Act. 9. 6*

*Voluntas obsequiosa nulla voluntas.*

4 Ex contextu claret. Cæcus videt, dum Medicus cœlestis illuminat. Apertis oculis Paulus illuminatus nihil videbat. Obedientia cæca iuræ æstimatur ut magna. Qui vult sequi Deum, ut Deus faciat, quicquid ille desiderat; sequitur, ut avita consequatur, sed post habita non sequitur: igitur proprium sequitur commodum, & nequaquam Superioris beneplacitum. Qui sequitur Deum, ut tantum sequatur, vel ut folummodò consequatur sequi; haud consulit sibi, sed dumtaxat Superiori, igitur se sibi in cunctis abnegat, ut illius voluntati citiùs obediat: & postquam cæcus illuminatur, videt: Paulus verò postquam illuminatur, cæcus manet; quia cæcus illuminatur ut videat, Paulus autem ut obediat: igitur cùm obedientia cæca sit in obediente eximia; tunc Paulus exprimit obedientiæ perfectionem, dum ostendit obediendo voluntatis cæcitatem.

*Tunc eximia, ubi cæca.*

5 Insuper. Cæca ex se est voluntas, sed inest illi iubendi potestas: unde dum cedit imperio, demonstratio is eius ratitat magnitudo; quippe sæpe habetur magni, ut velit obedire, cuius officium iubere. Cæca est voluntas, verùm illuminatur ut videat: Paulusque dicit: *Domine quid me vis facere?* ut exprimat velle; quod quidem nullum extra alienum placitum: igitur non vult videre, ut videat, sed ut ita cæcus in obe-

Ioann. 16. 10.

*quia ad Patrem vado: & iam non videbitis me.* Card. Toletus hic asstruit, Christum voluisse assectis significare, non opus esse, ut iterum pateretur, siquidem una oblatione consummavit in æternum sanctificatos. Iam non videbitis me iterùm passibilem, sed in dextera Patris gloriosum, ad quem enim vado ut iudicem mundum, non ut iudicer à mundo; qui me non videbit uti modò pium, sed iudicem in eius acta severum. Iniustum me homines iudicarunt, cùm crucifigerent similem cæteris propter carnis infirmitatem; sed iam non videbitis me, quia vado ad Patrem, apud quem Paraclitus arguet mundum de iniustitia sua, & de iustitia mea. Pater iudex est: & expositâ iustitiâ meâ, arguet Spiritu Sancto iniustitiam sæculi; quippe non possem ad Patrem vadere, nec ille me clarificaret, quin iustus essem. Ita etiam Maldonatus num. 26.

*De qua iustitia mundus arguendus?*

*Ascensio Christi discipuli gaudii.*

24 Ego exponerem præcedentia: ita ut ly *Arguet de iustitia, quia ad Patrem vado*, intelligerentur dicta mundo arguendo: & ly *Iam non videbitis me*, dicta Apostolis. Non videbitis me visu scilicet corporeo, etenim consummatum est tempus, quo fim vobiscum. Quod clare constat ex eo quòd ibid. v. 16. ascensio ad Patrem non describitur, ut magistrum non viderint, sed ut viderent. *Modicum, & iam* (tempore passionis, & sepulturæ) *non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me, quia vado ad Patrem.* Illi non videbunt Patrem, neque me; quia arguetur & iudicabitur à Patre (ad quem vado) malitia eorum, & iustitia ac innocentia mea laudabitur. Vos verò qui modò non videbitis me (intervallo passionis) quia vado ad Patrem, videbitis. Iterùm videbo vos, & gaudebit cor vestrum, quippequam vadam parare vobis locum, ut ubi ego sim & vos sitis. Gaudebitis, quia vado ad Patrem, ficut mundus flere potest arguendas de iustitia mea, & de iniustitia sua.

*Versiones.*

25 Hæc in litteris. Ergo ad Versiones. *Senuit autem Isaac, & caligaverunt oculi eius, & videre non poterat.* Rab. Ionath. *Et caligarent oculi eius, nec videre posset.* Pers. *Cùm defecissent oculi eius à videndo.* Samarit. *Cohibiti sunt oculi eius à visu.* Syr. *Et gravedine oppressi sunt oculi eius.* Arabic. *Debilitati sunt oculi eius.* Pagn. *Oculi eius cœperant caligare, ut non videret.* Ar. Montan. *Et caligassent oculi eius à videndo.* Oleast. *Et restricti sunt oculi eius.* Malvend. *Cœperant in rugas contrahi.* Septuag. Reg. Complut. & Chrysost. *Hebetes facti*, vel *Hebetati sunt oculi eius ad videndum.* Tigur. *Ita ut oculi eius cecutirent caliginosi.* Demùm Augustin. *Cæcutiebat.* Ad moves igitur deflectatur cursus, ut si ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, Dominus in cœlis possit à nobis videri sicuti est.

## ADINATON EXEGETICUM.

*Epilogus Excurs.*

1. *Caligaverant oculi eius*, quia orbus lumine: *Et non poterat videre:* siquidem mens in maiore caligine.
2. *Non poterat videre, quoniam caligaverant oculi.* Cæcitas ambitionis non ex turbatis oculis, sed ex caligine mentis.
3. *Caligaverant oculi* cæcitate; & *non poterat videre* intelligentia, affectione.
4. *Caligaverant oculi.* Non posset sanè videre, licèt vigiles oculi; dum quod debebat meritis, conabatur conferre merito ætatis.
5. *Caligaverant oculi eius, & videre non poterat.* Affectus in summum aggravat: igitur ita cæco ducebatur amore, ut non valeret cognoscere, cæcum esse.
6. *Caligaverant oculi.* Nolebat in principem aspicere, quem non poterat videre.
7. *Non poterat videre, quia eius caligaverant oculi.* Non videt, quia non potest videre: invidus verò intueri lucem nequit, quippequàm videt.
8. Caligo non impedit absolutè, sed perfectè videre: & *videre non poterat*, dum *caligaverant oculi*; quia nolens tollere luminum imperfectionem, cæcidit in cæcitatem.

# DIDASCALIA PRIMA.

## *Cæcus amor sui.*

*Horat.*

1 CAnit Horatius lib. 1. *Carmin.* Od. 18. v. 14. & ita cæcus, ut nec sapiat meliora, etiam cum ruina. Multi ex lapsu qui fatui & stolidi, surrexerunt prudentes; quoniam dederunt intellectum vexationes: cæterùm philautia ma-

*Philautia restrictionis dispar.*



*Idem.*

*Est obscæcatio mentis. Plat.*

gis ac magis infatuatur prudentiâ. *Et tollit vacuum plus nimio gloria verticem.* Subdit idem ibid. *Omnium malorum, quibus hominum vita involvitur, nimius sui amor causa existit. Is enim qui amat, circa id quod amat, sane obcæcatur, ac proinde de rebus iustis, bonis, honestis male iudicat, cùm in ea est sententia, ut opinetur, malorum sibi, quàm veritati honorem tribuendum.* Hæc Plato lib. 5. de *Legib.* Quid mirùm? Rationem offuscat, intellectum obtenebrat, voluntatem inficit, salutis portam obtrudit, virtutes respuit, peccata fovet, honores quærit, voluptates ambit: igitur mali est conditio, boni colore depicta, errorum apotheca, radix vitiorum, fomes criminum, origo rixarum, continua sollicitudo, pugna, calamitas & tentatio. Vide Antonin. p. 1. tit. 1. cap. 2. §. 5. & idiotam de *Contempt. Amor.* cap. 34.

*Amoris sui conditio.*

*Genes. 27. 1.*

2 De Isaico dicitur: *Caligaverant oculi eius & videre non poterat.* Quid hoc? Obumbratio amoris proprij. Cæcus est, qui luminet caret, verùm potest videre, qui excitatem cognoscit: sed qui sibi blanditur nec videt, nec potest videre, geminatâ mentis & oculorum caligine: igitur reciperet lumen, si posset aut vellet cognoscere cæcitatem. Talpa ictu lethali aperit oculos, sed philauti non aperit etiam lethalis ictus: quandoquidem sumis audaciam; ex quo, ius erat, amplecti resipiscentiam. Hæc sanè noxia in quolibet exercitio, sed magis ubi regnat singularitas, & renunciata ratione perfectionis propriæ voluntas. Quanta pestis!

*Infatuatio.*

*Oppian.*

*Dure amor quantus es! Quanta infinita potentia!*
*Qui Lethes hauserunt ore obliviosam aquam,*
*Et dolores fugerunt omnes, te etiam perhorrescunt.*

*Descriptio philautiæ.*

Succinit Oppianus *lib.* 2. Amor dulcis est, sed hic amor durus, quoniam proprius: unde necesse est, ut propriam voluntatem perhorrescant, quiqui biberunt obliviosam aquam: aliàs in ruinam amplexabuntur, quosque dolores fugerunt. *Philautia* (inquit Idiota ubi supr.) *laqueus est animæ, discrimen vitæ, mors suavis, blanda excusatio, interfectio lenis, mel felleum, pernicies delicata, dulce venenum, malum spontaneum, sapida iugulatio, & omnium rerum calamitas.* Hinc Ss. Confessor Christi Patriarcha Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 7. Grad. 2. ait: *Humilitatis gradus est, si propriam quis non amans voluntatem, desideria sua non delectatur implere*: siquidem etiam in bonis desideria non habent perfectionem, si propriam sequuntur, & minimè

*Idiot.*

*S. Bened. Propria voluntas noxia.*

Superioris voluntatem: igitur exiguum fructum operationes referunt, cum possint referre multum.

3 Paulus iacet cæcus, sed surgit vas electionis, ut portet nomen Domini per omnes Gentes. Cæcus quidam à Christo illuminatur, & nihil amplius post illuminationem de cæco dicitur. Si uterque illuminatur, & oculos aperit; quare eodem miraculo hic manet cæcus, & Doctor Gentium ad altiora surgit? Ex desiderijs utrinque micat causa, ut cognoscatur quam nocua voluntas propria. Accedenti cæco dixit Dominus: *Quid tibi vis faciam?* Cæcus respondit: *Domine ut videam.* Paulus iacet, & ut surgeret, dixit: *Domine, quid me vis facere?* Paulus intendit facere voluntatem Dei: cæcus ut eius Deus faceret voluntatem: & Paulus illuminatus tendit in æthera; quippe in illo vanuerat voluntas propria. Cæcus illuminatur, & ita manet: in altiora Paulus surgit: igitur virtutum nancisci tur perfectionem, qui non suam, sed Domini prosequitur voluntatem. Iuxta submissionem voluntatis, splendet nitor virtutis: & fuiget vel corpore facentis perfectio Pauli; quia nullam habebat præter voluntatem Domini.

*Luc. 18. 41. Act. 9. 6*

*Voluntas obsequiosa nulla voluntas.*

4 Ex contextu claret. Cæcus videt, dum Medicus cœlestis illuminat. Apertis oculis Paulus illuminatus nihil videbat. Obedientia cæca iuræ æstimatur ut magna. Qui vult sequi Deum, ut Deus faciat, quicquid ille desiderat; sequitur, ut avita consequatur, sed post habita non sequitur: igitur proprium sequitur commodum, & nequaquam Superioris beneplacitum. Qui sequitur Deum, ut tantum sequatur, vel ut folummodò consequatur sequi; haud consulit sibi, sed dumtaxat Superiori, igitur se sibi in cunctis abnegat, ut illius voluntati citiùs obediat: & postquam cæcus illuminatur, videt: Paulus verò postquam illuminatur, cæcus manet; quia cæcus illuminatur ut videat, Paulus autem ut obediat: igitur cùm obedientia cæca sit in obediente eximia; tunc Paulus exprimit obedientiæ perfectionem, dum ostendit obediendo voluntatis cæcitatem.

*Tunc eximia, ubi cæca.*

5 Insuper. Cæca ex se est voluntas, sed inest illi iubendi potestas: unde dum cedit imperio, demonstratio is eius ratitat magnitudo; quippe sæpe habetur magni, ut velit obedire, cuius officium iubere. Cæca est voluntas, verùm illuminatur ut videat: Paulusque dicit: *Domine quid me vis facere?* ut exprimat velle; quod quidem nullum extra alienum placitum: igitur non vult videre, ut videat, sed ut ita cæcus in obe-

*Perfectio est ubi nec velle vult.*

dientia maneat, quòd nec velle velit, nisi ad id tantùm quod qui præcipit voluerit. Perpende. *Quid me vis facere?* Quare non dicit: *Quid me vis velle?* De opere iniungendo est dubium, nequaquàm de voluntate, estò iniungendum viribus impossibile: siquidem nil Paulus vult præter voluntatem Dei, cùm in præcepti quantumvis difficilis acceptionem, nullam habeat nisi præcipientis voluntatem. Plerique dicentes se quærere Deum, sese quærunt, & se fallunt, quia non inveniunt. In illo aliquid volunt, & dum aliquid volunt non quærunt illum: etenim cùm cæcus sit amor sui usquequaquè ruit, dum se diligendo quærit.

6 Ius est, quòd dilectionis Magdalena sit exemplum, igitur dilexit multùm: Dominum Iesum, quem eximiè diligebat amisit in ligno, & corpus eius quæsivit in tumulo; sed non invenit, ut absentia Dilecti quasi fomite pectus flagraret. Accendit lachrymis lumina, & illicò felicitas obvia: siquidem Dominus quem quærebat, dixit illi: *Mulier quid ploras? quem quæris?* Apriùs videbatur: *Mulier quem plorat? quid quæris?* Quare igitur interrogatur, quid ploraret, & quem quæreret? Ut constaret per objecti notam, an illum quem quærebat, quæreret, vel seipsam. Multi plorantes seipsos quærunt, Deùm quærentes, quoniam voluntas propria ita in operationibus vafra, ut velit vendere pro demonstratione amoris, suæ commoda utilitatis: & cùm Magdalena se non quæreret nec in Deo, sed solummodò Deum, in quo amoris demonstratio; non interrogatur, Quid querit, sed Quem, quoniam præter illum, quid? *Quid* quærunt animæ sæpè, non *Quem* debent inquirere. *Quem*, est amare dilectum, quoniam dignus est amore. *Quid*, est aliquid præter dilectum amare. Si quid diligitur præter id quod debet diligi, minimè diligitur, quod diligitur, cùm ad se amor qui in alium dirigitur, reflectatur: & Magdalena non *Quid* in quo quærit quærit, sed *Quem* quærit, tantùm diligit; quoniam in inquisitione non se amabat, sed dumtaxàt quem quærebat.

Ioann. 20. 15. *Magdalenæ amor eximius.*

*Cur si aliquid præter amorem quæritur, minimè diligit.*

7 Hoccine amoris igne cor flagrabat Augustini, dum clamabat: *Non tua Domine, sed te.* Te solùm: igitur licèt tua magna, æstimabilia, pretiosa, sine te nulla. Non tua, sed te; quippe multi amittunt te, dum quærunt tua. Quærentes te, amant te: quærentes tua, te quærunt & aliud diligunt: sed te non diligunt, dum diligunt aliud, estò in te; quoniam aliquid desiderant præter te. Unde infeliciter corruunt in præcipitia, urgente in ruinam philautia: igitur cùm se ament, dum quærunt tua, vel in amoris vehementia; te derelinquunt, si non inveniunt, quod quærunt. Aliquid præter te volunt. Utinàm quod est præter, non sit super! Videas plerosque de virtute loquentes, cæterùm se summè amantes: sua exercitia plaudunt, verùm cæterorum plodunt. Quo volunt pergendum, sed non qua eundum: siquidem si in oratione non inveniunt suavitatem, aversantur orationem. Si aliquid acerbum, quousque dulceretur, refugiunt. Si aliquid grave, à se expellunt, in cunctis quærentes commodum; quoniam desiderant propriam adimplere voluntatem, minimè ordinare amorem. Hinc animarum lapsus, quem impedire divinus conatur Sponsus.

Augus.

*In quo amor de Deo purissimus?*

*Unde sit desertorum perfectionis lapsus?*

8 Introducitur Sponsa in cellam vinariam, idest in mysteriorum contemplationem, & statim dicit: *Ordinavit in me charitatem.* Amor sanè bonus, sed ut sit optimus ordinandus. Dilectio in alterum tendit. Non erit amoris studium, ni tendat in alterum. Dilectio bona est, & ordinatur, etiam dum diligitur; ne amorem, qui in Dilectum, dirigat qui diligit in seipsum. Multa bona insunt diligenti animæ Sponsum, sed rectè non diligit, quæ diligit propter bona; quoniam bona, & non a quo bona diligit: ordinatque Sponsus in Sponsa charitatem, ut Sponsum diligat dumtaxàt propter amorem. Si non amat ut amet, ab amore desistit, quia haud diligit obiectum amore dignum, sed solummodò commodum. Amat ut amet, si eius utilitas est Dilecti voluntas: & licèt diligat, qui Dilectus ordinat Sponsæ amorem; ne plusquàm Dilectum amet propriam voluntatem. Philautia præstigiosa est. Specie dilectionis deaurat commoda, & utilitates, inquibus tantùm dilectionis species: igitur ni aliquid voluptatis inveniret, Dominum minimè quæreret.

Cant. 2. 4.

*Amor reflexus in amantè, perversus.*

*Unde ela resectabilem in spiritu?*

*Amor sui præstigiosus.*

9 Huius imperfecti amoris exprimitur umbra, in domo Lazari postquàm è sepulchro, vitali gavisus est aurâ. Mortuus est, surrexit, fama miraculi plus quàm fidem, in Iudæis conciliavit curiositatem. Unde cùm cognovissent, quia illic erat, *Venerunt, non propter Iesum tantùm, sed ut Lazarum viderent, quem suscitavit à mortuis.* Ecce imperfectissimus amor, dum sibi videtur in demonstratione perfectior. Ut clareat veræ dilectionis obsequium, debet fieri propter Iesum tantùm: sed natura sibi blandiens, & se quærens miscet studia, ut quasi possit Dominus falli, constet dilectionis apparentia: igitur quærit illum & propter illum, sed non propter illum solùm, quippequam ad extra ni-

Ioann. 12. 9.

*Amor in proprium commodum non est amor.*



nitet amor eximius, sed in abditis pectoris altè sedet amor proprius. *Non propter Iesum tantùm, sed ut Lazarum viderent.* Videre Lazarum, erat curiositas: videre Iesum, animæ solatium atque felicitas. Hoc spiritus perfectio: illud sanè futilis delectatio: & cùm se in ipsis obsequijs quærant, dum amorem demonstrant: Dominum quærunt: at non tantùm propter Dominum, ut ædificentur cœlesti conversatione; sed ut habeant excusationem de vana curiositate.

*Curiositas vana sub larva dilectionis.*

10 Intendite. *Non propter Iesum tantùm, sed ut Lazarum viderent.* Ergo ni viderent Lazarum, non quærerent Dominum. Hoc non est amor. Si amor, planè fictus. Omnia amantis veri in Dilectum debet dirigure pectus. Ubi aliquid dirigitur aliò, sibi servat, nequaquàm illi quem amat: unde apparet amor nothus, dum tantùm apparet. Apparet perperus in ipsa demonstratione, dum magis gloriatur fide: etenim ubi Dominus & Lazarus, ita variatur dilectionis intuitus; ut minimè quærat Lazarum propter Dominum; sed Dominum propter Lazarum. Erat prodigium visu & admiratione dignum, scilicèt, Lazari resurrectio à mortuis. Erat ibi Iesus, per quem nactus est favorem vitalitatis: hunc videre ius erat, ut à vitijs resurgerent, ac in miraculis patratorem viderent. Videre venerunt, sed non *propter Iesum tantùm*, ut amoris iudicem demonstrarent intuitum: siquidem si ibi Lazarus non esset, haud procederent videre, quamvis Iesus esset ibi. Non tantùm quærerunt Iesum: Ergo non quærunt: etenim cùm curiositas ducat, quicquid amor deaurat; ni operationes dirigantur dumtaxàt propter Iesum, sese cervicosè diligunt velamine amoris Dei.

*Caput Medusæ symbolum amoris proprij.*

11 Quid Indæi ex huiusmodi conversatione tulerunt commodi? Magis obcæcati fuerunt illuminatione miraculi: siquidem ut Domini obscurarent famam, conati sunt Lazari extinguere vitam. Non illum quærebant, sed se, dum respicerent Iesum: & corda improborum lutea, benevolis radijs Solis in lapides sunt conversa. De capite Medusæ fictum, non solùm infundere cunctis aspicientibus venenum; sed etiam quærisber obvia convertere in saxum. Vide Natal. Comit. in lib. 4. Fabul. 17. *Metam.* Ovidij. Perseus huic bestiæ caput abscidit, verùm in cautus, vel nimis fidens, in saxum est conversus, illicò ut ad se converit. Canit Dionysius Lybeus *Emblem.* 20.

Dionys. Leb.

*Dirigat ipse quoque in saxum, dum respicere ausus:*

*Non potuit monstri lumina ferre sui.*

Sic amor proprius. Venenum est animæ, ita activum adinstar basiliscì; ut simulac respiciat, illicò toxico corruat. Nocet cunctis. Haud alia medicina, nisi fuga: & ita fortiè sese gerit, qui amorem proprium in pectore fovet; ut non caveat sibi à pœnis, quas videt in alijs. Reptilia venenosa veneno vivunt, sed se veneno non lædunt, quousque In aliquo speculo se videntia exhauriunt reflectionibus toxica. Ita equa conspectâ in aquis formâ, agitatur in rabiem: ita Lucifer, quia se respexit, veneno intumuit in præsumptionem. Ita basiliscus sese in perspicuo respiciens inflatus rumpitur. Ita Narcissus philautus infeliciter moritur; quoniam venenum hauriit, qui amorem in se reflectit.

*Qui venenum.*

*Auferam cor lapideum, & dabo vobis cor carneum:* dicit Dominus per Ezechielem. Cor lapideum in hominis pectore? Utique. Adinstar capitis Medusæ est amor proprius, quo riget hominis pectus: & dum promittit spiritum novum, etiam auferre promittit cor lapideum; quoniam amore sui, quæ carnea corda, reflexione amoris convertebantur in saxa.

*Hieroglyphica ibi lautia.*

Ezech. 11. 19. *Unde cor hominis lapideum?*

12 Abditur sæpe huiusmodi amoris cognitio, quo falli complacet homo: unde Bernardus de *Interior. domo*, cap. 37. ait: *Scire vellem qualis ipse sum, sed vix de meipso vera discernere possum. Amor autem privatus, quem erga meipsum habeo, aufert mihi verum iudicium de meipso. Iccircò parum mihi credo de meipso, ut potè homini mendaci: timens ne si meipsum iudico, mentiatur iniquitas sibi.* Perpende. Lex clara erat pro innocentia Christi: sed Principes Sacerdotum dixerunt: *Nos legem habemus*, ut tradatur morti. Secundùm latam legem debet vivere, secundùm legem propriam debet mori. Perspicua lex de dilectione Dei & proximi: & cuidam malæ indoli dixit Christus: *In lege quomodò legis?* Alia lex voluntatis, præter tenorem legis: & non inquirit Christus legis tenorem, sed quomodò mente maligna intelligit legem; quoniam amor proprius turpi philautiâ, habet pro lege quæ à lege prohibita. Quod libi placet est lex: haud aliud in lege ius. Hoc pro aris & focis enixè contendit, & eò deterius quò virtutem concipit. Ineptè Seneca *Epist.* 82. inquit: *Sui amor est permanendi, conservandique se insita voluntas.* Errat: igitur ubi amor proprius, ibi lapsus.

*Amoris proprij fallax in dictum.*

Bernard.

*Huius lex, nil aliud si quod vult.*

Ioan. 19. 7.

Luc. 10 26.

*Et præter legem*

Seneca.

13 Cogitemus in Petro, necdum in perfectionem elato, artes propriæ voluntatis, atque fallacias deterrimi amoris. Vidit Dominum ambulantem super mare, & illicò

Matth. 14. 28. *Confidentia patrocinij, fomes peccati.*

cò perculsus est inani cogitatione, quam quidem expressit, dicens: *Domine si tu es, iube me venire ad te super aquas*: Aliqua diximus *Tautolog. 4. Didasc. 2.* à num. 14. Promamus reliqua. *Si tu es*, dicit: periculum agnovit, & periculum cupit, quod sedulò fugisset, si alius esset: etenim multi audacter præcipitantur in periculum; quia sciunt habere, qui extendat manum post lapsum. Vidit Iesum ambulare super fluctus maris, & phantasma iudicavit simul cum cæteris. *Phantasma est.* Ecce amor sui conditio sine qua non: igitur quod in alijs censet phantasiam, seu cogitationis illusionem, in se arbitratur philautus perfectissimam virtutem. *Iube me venire ad te*, videtur sua voluntas, & apparet propria, dum addit quod ambulet *super aquas*: siquidem in id vanagloria nititur, quod procedere singulariter videretur. Alij properabant navigantes ad Iesum; singularitas non sic. Iret novum cogitat, dum se voluntate lætat, quippe nec pedem movere videtur illi, si via qua cæteri, despecta regula perfectionis, quia communis: unde pater mens illusa & intelligentia fatua; quoniam singularitas, ut ad Deum accedamus non est via.

Vers. 26 *Amor sui, quid in ejus illusione mens, in se arbitratur virtutem.*

*Non est via ad Deum.*

14 Ex progressu functionis huiusmodi intuitu, innotescit profectionis imperfectio, & præcipitium quoquo latere proclive, dum rece cæcâ singularitate. Dum alij remigant ut accedant, via communi, sed tuti, quia parta labore gloria; Petrus percupivit aliquid singulare, & cœpit mergi. Vide quàm exercetur in discrimina cordis philautia, estò intentum cogitationis sit, ut accedat ad Iesum. Aqua materia erat ostentationis singularitatis, novitate carpti itineris, & cœpit mergi, quamvis unde solidatæ: quoniam singularitas ibi habet ruinam, ubi cogitavit sibi construi magnam gloriam. Aptè cupiens singularitatem, petit ambulare super fluctus, ut simul notetur discrimen spiritus, qui à via communi recedit, & sese diligit. In aqua corporis gravis sit summersio, quam sequitur suffocatio. Hoc naturale constat, ut quisquis cupit singularis esse à periculo discedat: siquidem singularitas in via virtutis, grande omninò periculum, ubi sic incedere observatur ut miraculum. Hic appetitus urget sæpe amatores sui in cogitationes sine intellectu, ut desiciat vel immotus maneat, qui in virtutem accedere tentat: quandoquidem in quolibet conatu singularitatis, dum intenditur progressus, suffocatur spiritus.

*Habet ruinam, ubi cogitat gloriam.*

*Spiritus suffocatur.*

15 Sibi quisque philautus cogitat modum peculiare quærendi Deum, esse perfectionem, & non quærit Deum, sed modum, qui in spectantibus excitet admirationem, & minimè in virtutes exclamen; quoniam non intendit gloriam Domini, sed velamine Domini gloriam sui. Hoc iter in Iesum illi videtur pro certo, sed est vana cogitatio: igitur descenderet tanquàm lapis in profundum, ni ne mergeretur, Christus extenderet manum. Pedes in aqua Petrus potuit, & ventus præ valuit. Quisnam ventus? Arbitror inflationem fluctuum vanitatis, ex singularitate itineris: siquidem qui sui ducuntur amore, plerumque inflati. Haud timuit Petrus dum aquas calcavit, & venum validum timuit. Ventus & validus habuit ortum ex progressu super levitatem fluctuum. Iure timet, dum sic in Deum procedit: igitur singularitas magis quàm in Dei profectionem amoris, deservit nocua in fomitem vanitatis.

*Philauti favor superbiæ.*

Vers. 30

16 Observa modò venti validi, ac tumentium undarum cessationem, ut ascenderunt in navem. *Cum ascendissent in naviculam cessavit ventus.* In navicula alij erant: & quiescunt vanitatis venti, si fuerint ubi sunt alij. Extra venti inturgunt, intra quiescunt; quoniam vento vanitatis non est timula, si singularitati arctè præcluditur iter. Hinc Ss. Legislator Benedictus ubi sup. *Grad. 8.* inquit: *Octavus humilitatis gradus est, si nihil agat Monachus, nisi quod communis Monasterij regula, & Maiorum cohortantur exempla.* Haud opera supererogationis Benedictus recusat, qui tot pro perfectione demonstrat; sed quia non est perfectio, nec in Deum profectio, imò speciosa relaxatio, sequi in exercitijs singularia, & omittere communia.

Vers. 32 *Regula singularitatis non est regula.*

S. Bened.

*Non est perfectio sequi singularia, & omittere communia.*

In naxi cum cæteris erat Petrus, & ambulare illum super aquas annuit Christus; sed Petrus cœpit mergi fluctibus, gloriosis grassibus. Inquires & iurè, Cur si iussit illum super fluctus ambulare, permisit cœpisse mergi? Ut videret quantum incommodi & laboris, in communi labore à cæteris separari. Non cognoscuntur perfectè singularitatis nocumenta, quousque suis blanditijs suffocatur anima: & permittit mergi, ubi ille desiderat gradi: ut ille velit nolit cognoscat, quanta mala sibi optaverat. Gaudebat, quoniam ipse Dominus sic procedere, indulsit: & mergi post indulgentiam permisit; ut per comites singularitatis pœnas, intelligeret quàm crudelis singularitas! Ille rector futurus erat totius debellandi orbis in Magistri fidem, & didicit ex his quæ passus est, perfectionem. In itinere devio vidit amoris in se præcipitium, & futuri regiminis mo;

Vers. 30

*Quàm crudelis singularitas!*



*Exulet à pectore hoc figmentum.*

dum, ut animæ trito itinere, illæso pede volarent in cœlum: igitur periculo summersionis didicit ab animabus sequentibus perfectionem, removere, & abscindere ut obicem cunctam singularitatem.

*Artes abditissimæ philautiæ.*

17 Denique delicemus ubi latebræ huiusmodi aspidis, & quomodò excogitet sese fallere, dum illudit cæteris. *Domine*, dicit Petrus, *iube me venire ad te super aquas.* Legitimè infertur, ut clareat qua arte latet singularitas: *Ni super aquas, ad te venire ne iubeas*: quippe dum cogitatur obsequium sæpe sibi astute à philauto fit, specie quærendi Deum. *Iube me.* Eximia micat verborum pulchritudo, verùm sub dolo. *Iube me.* O turpissime amor! O mala bestia! Optimè latitares, si te latuisse lateret. *Iube me.* Præceptum videtur, quasi nihil sine præcepto auderet exercere voluntas; & est dolus quo frequenter etiam vigiles fallit vafrè singularitas: quandoquidem tantùm quærit voluptatis prolubium, & appetitus placitum, titulo speciosò adimplendi Dei præceptum. Hispan. *Que se lo mande, para hacer su gusto la voluntad, con el sobreescrito illustre de cumplir la ley de Dios.*

*Quod sibi prolubium offert obsequium.*

*Cur cogitasse se vitium fit.*

18 Non hoc vitium in palàm improbis, sed facit improbos huiusmodi vitium. Se nosse virtus est: & philauto se nosse nocet, quoniam se non cognoscit, ut agnoscat, sed ut se nesciat. Non noscit ut removeat fœditatem, sed ut suam admiretur pulchritudinem. Sordes eius in pedibus eius, nec recordatur sordium, pavo infatuatus fulgore apparentium luminum. Hoc non est amor, sed odium impellens in præcipitium. *Stultus factus est omnis homo à scientia*: felicior proculdubiò esset ignorantiâ. *Sciat* (ait Seneca *Epist. 82.*) *quò iturus sit, unde ortus. Quod illi bonum, quod malum. Quid petat, quid debitet: quæ sit illa ratio, quæ appetenda ac fugienda discernat, qua stupiditatum mansuescit insania.* Hæc est vera scientia, sed amor sui amentia stultissima, cùm plerumque amet, quæ odienda cognoscit. Audiatur Ovidius lib. 3. *Metam.* Fab. 5.

*Non est amor, qui proprius, sed odium.* Ierem. 10. 14.

*Quid sit dedalum in cognitione propriæ.* Senec.

Ovid.

*Quid videat nescit, sed quod videt, uritur illo,*
*Atque oculos idem, qui decipit incitat error.*
*Credule, quid frustrà simulachra fugacia captas?*
*——— Tantus tenet error amantem.*

*Amor sui furor.*

Appositiùs diceret, *Amentem.*

DIDASCALIA II.

## *Quantis spinis pungitur pectus Superioris!*

Petr. Ven. *Vita Præsidum in quiet.*

1 INquit Petrus Venerabilis, *Epist.* 7. Sanè pungeretur ambitio, si cogitarentur vulnera illata ex imperio. Utinam oculos in pectora ponerent, ut corda saucia deprehenderent!

*Cespes Tyrio mollior ostro*
*Solet impavidos ducere somnos:*
*Aurea rumpunt tecta quietem,*
*Vigilesque trahit purpura noctes.*
*O si pateant pectora ditum!*
*Quantos intus sublimis agit*
*Fortuna metus!*

Senec.

Canit Seneca in *Hercul. Oetæo.* Act. 2. v. 644. Hi etiam latent sub fulgore, verùm levantur fortunâ. Dum exauctorantur, tunc penetralia usque punguntur, quia mordet intimè vulnus, & evanuit fulgentis vanitatis apparatus, quin remaneant in sauciato corde, nisi prætergressionis, & omissionis spinæ. Quanti momenti examen, Quid fecit, Quid non fecit, Quare fecit, & quid habet!

*Stimuli conscientiæ.*

2 *Tenent me angustiæ*: dicebat iamiam moriturus Saul. Figurina vers. *Apprehendit me corona.* Haye. *Ocultata chlamys.* Alij, *Vertigo capitis.* Quæ instrumenta decoris, argumenta videntur amaritudinis: igitur dum coronam dimittebat, ipsa corona magis ac magis arctabat, cogitans ex tot functionibus, quibus satiata potestas, proximum morti haud habere nisi angustias. Ocultata chlamys insigne muneris premit, quèm ut cæteris præcelleret, decore nimio exornavit. Modò constringit, quæ impulit vivere iuxta legem potestatis, & extra legem rationis. Tunc torquere debebat potestas, vel regia dignitas; dum in iniqua procedebat voluntas: dum pro lubito regimen, quin cogitaret audax æternitatem: sed modò dum excutitur regiminis onus, opprimitur & comprimitur pectus? Iurè: tunc igitur gravamen dignitatis cognoscitur, quando dimittitur. Tunc temporis occurrunt factæ & infectæ, iustitiæ atque meritorum vulnera, quæ decrevit affectio, quæ expulit sub illa venundata ratio, quæ fovit studiosa in expeditione negligentia, & quæ non absolvit crimina. Quid si commisit, quæ vitare debuit? Heu! & liber iam per mortem non crimine, sed potestate, quæritur de corona, de

2. Reg. 1. 9.

*Idem angustia & corona.*

*Vertigo capitis.*

*Dum dimittitur, onus quæ grave cognoscitur*

de chlamyde regia, de dignitate habitas quoniam dumtaxat vertigo capitis dum habetur, & animæ angustia dum corona deponitur.

3 Quàm aptè Glorioſus N. Legiſlator Benedictus, ut illuminet cæcos ambitione, ne adinſtar papilionum Monachi infatuentur imperij fallaci luce? cap. 64. *Regul. Sanct.* ait: *Ordinatus autem Abbas cogitet ſemper quale onus ſuſcepit, & cui redditurus eſt rationem villicationis ſuæ.* Haud erit onus, ſi cogitat onus: ſed cogitat imperium quod ſervitutis officium, & formatur ſplendor tandem tandem in tormentum, quod quidem ſuave quia regit, dulce quia jubet, blandum quia diſponit, portabile quoniam ducit, larvatis laboribus & tormentis ſpecie coruſca, ſplendore dignitatis: verùm ſimulatque defungitur dignitate, pungitur & affligitur animus, cogitans ſerò poteratum, quàm importabile onus! De Iſaac dicitur cæcitas & origo cæcitatis. *Caligaverant oculi eius & videre non poterat:* ideſt (ut diximus in *Expoſit. litt.*) non poterat videre, quia caligaverant oculi. In ambitioſis ferè haud cæcitas ex turbatis oculis, ſed ex caligine mentis: quandoquidem minimè cogitant ſigi, per quæ ſolicitant plaudi.

4 Quia ſignum poteſtatis virga, in eius faſtigio ferè ſemper ſculpebatur roſa. Cauſam adduximus, *Tautolog. 6. Didaſc. 7.* à num. 5. Unde plures apud Haye in *Bibl. Maxim.* Geneſ. 47. 31. ubi *Adoravit ad lectuli caput*: legunt, *Adoravit florem, roſam faſtigij virgæ.* Appoſitè regimen ſignificatur per roſam, ſpinis vel in pulchra pompa ſeptam: etenim à ſplendore rutilante dignitatis, haud habent poſſidentes niſi punctiones. Adoravit ſummitatem virgæ, ubi venuſtas fulgurabat roſæ: & per roſam curæ deſignantur regiminis, ut compeſcantur excutientis impulſus ambitionis: etenim dum adoratur dignitatis excellentia, expreſſa in roſarum pompa vana; adorantur ſpinæ penetrantes uſque ad corda. Corona ferè ſit ex roſis, quæ commune emblema dignitatis. Roſæ ſpinæ in capite geſtantis non videntur, ſed à portante ſentiuntur. Speciositas foliorum micat ad extrà, acerbitas ſpinarum pungit ad intrà: & ita obcæcatur ambitio, dum fulgorem cupitum videt in throno; ut invideat tamquam phantaſiæ delicium, quo capita uſque ad cranium lacerantur.

5 In idolo Bel apparet fomes huiuſmodi vanitatis, & ambitioſi pectoris infatuationis. *Iſte eſt enim intrinſecus luteus, & foriſecus æreus*: dixit Daniel. Hæccine imago pulcherrima, ſub qua latet appetitus pœnitudo; dum iñ amorem fœminarum, ac terreſtrium divitiarum ducit affectio: igitur fœmina pulchra & in ſummum ſpecioſa; quid niſi terra? Quid ſplendor divitiarum? Lutum ſplendidum, verùm lutum. Hæc meditanter figurantur in idolo, quippe horum in mundo haud habetur niſi imago. Adorabatur utique, ſed Daniel obſtitit adorationi, vel medicamen exhibuit, ut animos adoratorum coërceret. *Attulerunt cinerem & cribravit per totum templum coram rege.* Coram rege facit, ne poteſtate intumeſceret. Cinis eſt ſpolium hominis vitæ, mancipato corpore morti: & dum Bel, cum rege colitur, ſuper templi patimentum perpenſè cinis ſpargitur; quippequàm ſi cogitarent cinerem, haud ita impenſè optarent adorationem.

6 Ergo inſtituto. Bracteis æreis tectum idolum adorabatur, & in illo, quoniam lævigatum, etiam lutum. Quare ergo ſi idolum quod adorant, lutum ſciunt; æris, vel auri plicabilibus laminis veſtiunt? Ut noteſcat quid ambitio capit, dum honores anxiè quærit; ſiquidem ni deaurarentur labores, minimè adorarentur dignitates. Avidè ſæpè in ſolium voto potito ducuntur; & tunc quid appetiverant tanto labore, cognoſcunt: igitur quod foriſecùs deauravit vanitas, intrinſecùs eſt tormentorum acerbitas.

——— *O fallax bonum,*
*Quantum malorum fronte quàm blandâ tegis!*

Ait Oedipus apud Tragicum *Act. 1. v. 6.* Videte quantum pœnarum, & crudimini qui iudicatis terram: etenim vel per ludibrium dignitate collata, vera ſunt vulnera.

7 Inter tormenta quæ pro nobis pertulit Chriſtus, haud minimum fuit coronatio. *Militet autem duxerunt eum in atrium prætorij, & convocant totam cohortem, & induunt eum purpurâ, & imponunt ei plectentes ſpineam coronam: & cœperunt ſalutare eum, Ave Rex Iudæorum: & percutiebant caput eius arundine, & conſpuebant eum, & ponentes genua adorabant eum: & poſtquàm illuſerunt ei, induerunt eum veſtimentis ſuis, & educunt illum, ut crucifigerent eum.* In quid igitur deorandum niſi in crucem, dum in regiam licet ludicram exornabant dignitatem? Non ornatur inſulis dignitatis in ſolium, ſed in ſignum. Illum adorabant, & illudebant; igitur aptè ludos, & gravis iocus; dum introibant dolores, & acerbæ amaritudines ſub ſpecie adorationis. Hæccine occupatio peſsima, quam non co-

Daniel. 14. 6.

*Pulchritudo carnis Æſtimatio divitiarum non ex pretio.*

Verſ. 13

*Confideratio cinerit eſt expoſitio vanitatis.*

*Ni deauraretur aſſimilatio mentis, nec ambitio ſtiteret.*

Matth. 15. à vſ 16.

*Et acerbi labori ſub ſpecie adorationis.*



gnoſcit conditio humana ambitioſa: ſiquidem homines non eligunt Superiorem ut habeant, ſed ut crebris moleſtijs crucifigant. Non ut in throno iuxta decreta laudent, ſed uſque ad faſtidium uſquequaquè mortificent. Non ut adorent dignum, ſed ut ſit in quo deponant conditionis tædium. Quid non illudentes faciunt, ubi adorantes illudunt? Hoc ſolùm deerat, quod ſpecie blandiminis, ingenio magis blandirentur cruciaminis.

*Adulationis officia.*

8 Pertulit Chriſtus, ut homines cogitarent quid eſſet thronus. Coronarunt ſpinis Dominum, indutum etiam coccinea chlamyde; ſed caput coronatum percutiebant arundine. Erit obſequium huiuſmodi ſubditorum ſtudium? Veſtitur crudelitas obſequio, & quæ adoratio eſt percuſsio; eò dirior, quò cautior: igitur dum magis coronam in capite firmare conantur, magis aculei coronæ in capite intromittuntur. Sub colore blandiminis, totum ingenium latebat crudelitatis: quippe eodem officio quo coronam in temporibus figebant, ſpinæ illius & cerebrum pertranſibant. Eſt hic plauſus ſubditorum, & Superioris faſtigium? Si utrumque, ſanè moleſtum. Non eſt hominem in Superiorem eligere, ſed ſpuere: etenim commodiùs poſſet recipere alapam, quàm coronam.

*Obſequia nocent.*

——— *Heu ſortis acerbæ*
*Et miſera regale decus!*

*Purpura acerba.*

Maph.

Quæ pœna maior, quàm purpura, ubi nec ſine dolo reverentia? Quæ in ſolio tuta, ſi fallaciora obſequia?

*Tegit mala.*

*Heu mendax Regum ſplendor! qui mille dolores*
*Mille ſub aurato murice damna tegis.*

Solorz.

Canit opportunè Solorzanus *Emb. 16.*

9 Accedamus igitur principali propoſito. Coronam diximus comitari ſpinas, quippe ſtimulis nonumquàm conſtat auctoritas dignitatis. Habet aliquid ſplendoris, & aliquid amaritudinis in cogitatione hominum, ut aliquantulà compenſatione ſubportetur tormentum. In coronatione Chriſti totum pœna, ut ambitioſorum aperiantur lumina: etenim ſi, uti vere ſunt, cogitarent dignitates; haud aliud invenirent præter ſentes. In ludibrium veſtitur Chriſtus Dominus ornatu regio; & claret quid gravaminis in throno: igitur dignitas ficta, cæterùm vulnera vera. Haud potuit exutis honoris veſtibus, exui doloribus: quandoquidem ſpinæ, quæ remanſerant ex dignitate poſt exauctoramen, perſtiterunt in capite & uſque ad mortem. Nudatur veſtibus regijs, ſed non nudatur ſpinis. Uſque ad mortem doluit: & ſpina dignitatis pupugit, vel dum ad horam habuit.

*Conſtat ſpinis autoritas dignitatis.*

*In dignitate vel ficta, vulnerantur.*

Verſ. 17

Verſ. 20

*In vita privata muneris fulti ſentiuntur vulnera.*

*Ex quacumque dignitate ſemper et manent ſpinæ.*

11 Cæterùm inquires, unde ſpinæ, unde ſtimuli? Ex verme ſanè conſcientiæ, quæ poſt dignitatem poſitam, medio dolore oſtendit intimam plagam, cogitante ratione, quomodò de alijs ratio reddenda, qui etiam angitur criminibus de anima propria? *Cogitet tamen Abbas* (ait N. Glorioſus Legiſlator ubi ſupr. cap. 65.) *ſe de omnibus iudicijs ſuis Deo redditurum rationem, ne fortè invidiæ, aut zeli flamma uræt animam ſuam.* Alexipharmacum exhibet, contra quæ affectio proponit. An rectè iuſſerit, an ſolummodò quod placuit, an tecta fuerit invidia zeli flammâ, & quod viſum ſpecies ſanctitatis, fuerit dumtaxàt ſpecies, an calamum quaſſatum confregerit, fumigans linum extinxerit; an infirmum ſolidaverit, an abiectum reduxerit, an quod perierat quæſiverit, an ſanaverit ægrotum, alligaverit confractum, confirmaverit occiduum, diſruptum univerit, ac depravatum converterit: quid ſi filios fecit ſervos, & inſolens, præſentium tantùm curam in cultu ventris exercens, vitijs ſeſe tradidit peſsimus, quaſi numquàm rationem iudici ſuperiori redditurus? Cognoſcet proximus morti, quanti erit, curæ aliarum animarum incubuiſſe. Etiam ſpinæ poſt mortem manent in capite.

*In vita privata muneris fulti ſentiuntur vulnera.*

*Ex quacumque dignitate ſemper et manent ſpinæ.*

*Scrupuli pungentes in examine rationis.*

*Grauant etiã poſt mortem.*

12 Diſſerit Dominus Aſſertor N. de Ieroſolymitarum interitu, & ut alijs placet, de extremo iudicio, & ait: *Væ prægnantibus & nutrientibus in illis diebus.* Quare igitur? *Quia illæ uteri, ba lactentium infantium onere gravatæ fugere non poterunt:* ſubdit Theophilactus hic in *Matth.* 24. Non placet cogitatio, quippe aptiùs fugere poſſunt prægnantes & nutrientes, quàm claudi, invalidi vel infirmi. Cur ergo *Væ* non dicit infirmitate laborantibus, ſed dumtaxàt prægnantibus & nutrientibus? Infirmi

Marc. 13. 17.

Theoph.

*Vnde iuſ felicitas Superiorum?*

incumbere possunt propriæ animæ saluti: prægnantes & nutrientes infantium animabus, & suis simul oportet vacare. Tribulatio erit magna, ut vix sui cuique poterit esse cura: & meritò designantur infelices, & prægnantes & nutrientes; eò quòd, ubi in effugium supplicij non satis totus conatus, tunc instet cura de duobus.

13 *Væ prægnantibus & nutrientibus.* Committitur ut hic, vel ut adolescat infans matri, & nutrici, sicut animæ ut in virtute proficiant, commendantur Præsidi: & in illas propter hos divigitur iure lamentum; ut discant quanti oneris esse animas subditorum: igitur si ratio difficilis de propria, qualis de propria & aliena: Salvari facilius potest, qui solus, quàm cui incumbit cura de animabus: etenim cogitare debet Præsidis anima, ne pereat anima credita. *Quantum sub cura sua fratrum se habere scierit numerum* (inst cap. 2. Ductor Monachorum) *agnoscat pro certo, quia in die iudicij ipsarum omnium animarum redditurus est Domino rationem, sine dubio addita & suæ animæ.* Nutrix, si ut fugiat, relinquit lactentem; peccat: haud fugere poterit, si infantem portat. Iudicium & supplicium instant. Nesciunt enim, quò se vertant; sed exponitur status perplexitatis, ut flamma compescatur ambitionis: siquidem quisquis curam habuerit animarum, haud tutò potest effugere Dei iudicium. Si omittit, perire credita potest: si portat, utriusque discrimen adest. O fallacem culminis gloriam! O diram falsi autoraminis pœnam! Utrumque incommodum in crudelem plagam: An illa pereat, vel an pereat propter illam.

14 *Væ prægnantibus, & nutrientibus:* & additur, *in illis diebus.* Semper gravis pœna nutrientibus, & prægnantibus; sed gravior illis diebus. Tunc iudicium instabit, & ratio reddenda premet, an in discussione strictâ iudicis adæquatè respondebit, vel causâ cadet. Non cogitabatur ita severa exactio, quia de actis haud erat propè discussio: & in diebus illis instante iudicio Dei, urgente conscientiâ sui, amplius prementur, quibus creditum animarum officium; quoniam satagent, quo pacto pro alijs possint obiecta evacuare, qui de se non possunt rationem reddere. *In diebus illis*, dum foris infirmitatis pugnæ, intùs habitæ potestatis timores. Tunc, quando appropinquat regnum Dei. Tunc, dum proximum est iudicium, patet cura animarum, quantum animæ incommodum. Patet, dum urget exitus, quàm difficilis ratio de duobus; auctâ sanè pœnâ gravaminis, ubi exponenda de multis.

15 Denique. *Væ prægnantibus, & nutrientibus*, haud quaquàm claudis, cæcis, invalidis, & infirmis. Iure. Per prægnantes & nutrientes designantur Superiores, quorum muneris est animas alere lacte doctrinæ, quæ quidem sæpe quasi infantes modò geniti. Percludos, cæcos, invalidos ac infirmos, demonstrantur varij criminum affectus, queis homines in lege claudicant, vel cæcutiunt, vel iacent, vel infirmantur: & non peccatoribus dicitur *Væ*, sed Præsidibus; quia facilius est, Dei iudicium effugere peccatorem, quàm exactissimum & integerrimum Præsidem. Ratio suppetat. *Sciat Abbas* (subdit D. Benedictus ubi dudùm) *culpæ Pastoris incumbere, quicquid in ovibus Paterfamilias utilitatis minus potuerit invenire.* Grave tribunal, ubi non solùm disquiritur de utilitate, sed etiam de utilitate possibili. Peccatur scit peccasse, & delet compunctione quod scit, & delet. Præses nullius criminis conscius, non ideo iustificatus, quia vel incuriâ, vel zeli imprudentis flammâ, contingit interdum labi mentes subditorum: & facilius convertitur peccator, quàm exactus Superior; quia ille cognoscit culpam, & hic licèt habeat, nescit, de quo faciat pœnitentiam.

16 Maleâ dæmonio vexabatur filia Cananææ, quæ Domino dixit: *Miserere mei Domine fili David. Mei*? Ad quid? Petat salutem, qui habet infirmitatem. Imploret sublevamen, qui patitur vexationem; uti factum narratur, *Luc.* 16. 24. 17. 13-18. 38. & 39. Dicat Syrophœnissa de filia, quod ille pater de gnato afflicto, *Matth.* 17. 14. *Domine, miserere filio meo.* Prudentius quàm pater in petitione salutis pro filia, sese gessit Cananæa: & implorat misericordiam pro se quasi male affectâ, cum pateretur à dæmone gnata; haud tantùm quia Præses de subditorum malis debet dolere quasi suis; sed quia forsàn indulgentiâ genitricis, filia mancipabatur sub potestate dæmonis: igitur nimio pectoris amore traduntur sæpè Satanæ. Pater dixit: *Miserere filio meo*: quasi causa cruciatus, non esset pater, sed filius. Cananæa, *Miserere mei*, ut voti compos fieret, & humilitate satisfaceret: siquidem precatur sibi misericordiam; quoniam filiæ pœnæ fortassis habebat culpam.

17 Observa verba pœnitentis David. *Amplius lava me ab iniquitate mea.* Amplius, quippe exemplo meo deliquit populus. Amplius, iuxta necessitatem animæ peccatricis, aut iuxta qualitatem cognitionis: igitur de quò scio intimè pœnitet; sed nescio, an crimen ultra quod scio. De peccatis sanè do-

*"Animæ proximi amat imperabile.*

S. Bened.

*In reddenda ratione patet, quanti sit, curæ animarum incumbere.*

*Dum iudicium Dei instat, gravitat conscientiæ obviat.*

*Facilius est, Dei effugere iudicia, qui fuit peccator, quàm qui Superior.*

S. Bened. *Discutitur in illo tribunali etiam cum fine de utilitate possibili.*

Matth. 15. 22.

*Præsul debet dolere de malis subditorum.*

*An sint mala propter illa. Matres sæpe causæ filiarum ruinæ.*

Psalm. 50. 4.



*In Præsidepotest esse culpa propria, & aliena*

dolet: verùm ignoro, an causa mea aliquis malitiosè deliquerit: Pœnitet, cæterùm præut fuerit opus, gratiæ donaveris amplius. Si ampliora sunt peccati vestigia; ampliùs lava. *Lava me ab iniquitate mea.* A qua ergo, nisi à tua? Poterat esse, quoniam Præses, aliena: igitur quamdiù fuerit onus regiminis, solicitanda est munditia ab occultis & alienis.

Bernard

18 *Paveo gehennam, paveo iudicis vultum* (ait Bernardus Serm. 16. in Cantic.) *ipsis quoque tremendum Angelitis potestatibus. Contremisco ab ira potentis, à facie furoris eius, à fragore ruentis mundi, à conflagratione elementorum, à tempestate validâ & à verbo aspero. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, ut præveniam fletibus fletum?* O amaram dignitatum dulcedinem! Sub ea curvantur qui portant orbem. Cruciabatur, ut pareret illa mulier, quasi anima Præsidis, rutilissimis infulis. Væ prægnantibus. Tandem peperit filium masculum, qui ad Dei evolavit thronum: nihilominùs tamen, estò peperit ita validum infantem, *Mulier fugit in solitudinem.* Quare si fœtus insignis, Dominicis dignus oculis, illa simul in tribunal non ascendit, imò in solitudinem fugit? Dignitatem summo splendore habuerat, & in illa, & per illam cruciatur ut pariat; quia quæ subditorum ut ostentationem intendit oculus, sunt superiorum cruciatus, ut illos quos uti filios concipiunt, & nutriunt, mittant in cœlum. Mittunt, sed anima considerans in causa ita gravi discussionem, ut agat pœnitentiam recedit in solitudinem, non audens cùm habuisset curam animarum, & imminere iudicium, sine pœnitudine & lachrymis compunctionis, sisti ante tribunal iudicis.

Præ-visio mali ita fides fletibus fletum.

Apocal. 12. 6.

*Quæ ut gloriam videt sub diram, est superiorum cruciatus.*

Maph.

——*Heu tristitia regni*
*Munera, quæ aut parvo constant, heu grandia rerum*
*Pondera, quæ numquàm placidam permittere quietem,*
*Nec requiem conferre queunt?*

## DIDASCALIA III.

### *In nullo alio magis lubrica prudentia Præsidis, quàm in designatione Successoris.*

Plin.

1 COgnovit vel Plinius in Trai. *Panegyr.* astruens: *In principe enim, qui, electio successore, fata concessit, una itemque*

*Bonum esse ex amisso rebono.*

Daniel 5. 6.

*Quàm crepera electionis artitudo*

*Quibus cognoscatur electio prudens, & casta?*

Plin.

*divinitatis fides est, bonus successor.* Lapis profecto Lydius zeli veri, vel affectionis zelo fucatæ est huiusmodi articulus, in quo iure angitur pectus: etenim semper presit vel audacis confidentiam, *Quem constituam?* Etiam recto intuitu difficultas: quid si actionem nititur dirigere pravitas, ut appareat venerandæ zeli ornatu tetterrima ambitionis, atque utilitatis affectio? Videor mihi in his videre, quod contigit Baltrafari videnti, sed non intelligenti litteras exaratas in pariete. *Cogitationes eius conturbabant eum:* igitur contemplantur rutilam dotium, atque litterarum apparentiam; sed nescunt, an dignitati nocuam vel profuturam. Quid si sibi? Geminatur tormentum in anxietate: & conturbant intimè cogitationes, an rectè agant, vel agant, de quo pœniteant. Regulam describit Plin. ubi sup. *Ingens gloriæ ingensque fama, quam ab inde expertus esset, quàm benè humeris tuis federet imperium, tibi terras, te terris reliquit, eò ipso charus omnibus ac desiderandus, quòd prospexerat, ne desideraretur. O novum, atque inauditum ad principatum iter! non te propria cupiditas, proprius metus, sed aliena utilitas, alienus timor principem fecit. Nulla adoptati cum eo qui adoptabat cognatio, nulla necessitudo, nisi quòd uterque optimus erat, dignusque alter eligi, alter eligere. Non per totam civitatem circumferas oculos, & hunc tibi proximum, hunc conuncti sitimum existimes, quem optimum? Quem Dijs similem inveneris? Imperaturus omnibus, eligi debet ex omnibus. Superbum istud & regium, nisi adoptes eum, quem constat imperaturum fuisse, etiamsi non adoptasses. Nec iudicium hominum, sed Deorum etiam in consilium assumpsit. Non unius Nervæ iudicium illud, illa electio fuit: nam qui ubique sunt homines, hoc idem votis expetebant, ille tantùm iurè Principis occupavit, primusque fecit, quod omnes facturi erant: nec hercule tantoperè cunctis factum placeret, nisi placuisset antequam fieret.* Piget non sacri esse auctoris aurea verba.

2 Sed contemplemur in Legislatore N. Benedicto, ut prudens constet electio; qui namque docens modum electionis in rebus dubijs, intendit tantum instruere proponentis intuitum cogitationis. *Quoties aliqua præcipua* (inquit *Regul. Sanct.* cap. 3.) *agenda sunt in Monasterio, convocet Abbas omnem Congregationem, & dicat ipse, unde agitur.* Perpende *Unde.* Non dicit *Quid agendum.* Non tam ex re negotium pendet, quàm ab intentione. Cardo sanè stat in *Unde.*

S. Bened

*Ex intentione sana rarò electio pera.*

Bagnot.

*Non eligitur sub larvâ regis ingenii in unitu particularis.*

*Qua videtur recta propositio solet esse simulatio*

*In electione quando agitur unde agitur?*

*Quomodo eligendum?* S. Bened.

*Quàm sensibilis suffratio sperij in statu in electione?*

*Conventum quoties curanda negotia, Præses*
*Cogat, & exponat tunc ubi cardo rei est.*

Succinit Gabriel Bagnotius hic. Nihil gravius, quam consilium de electione. Nihil amplioris momenti, quàm deliberatio de Præside: & Patriarcha dicit, in quo agitur, quòd dicatur *Unde*; quippequàm frequenter consilium prudens vel imprudens electionis pendet ab intentione proponentis. Plerumque propositio suspiciosa, ni dicatur unde nata: igitur tecto fine, vel propria utilitate, quæ videtur electio, quoniam neicitur *Unde*, deregitur simulatio. Sæpe non qui optimus agnoscitur, in sullo sufficitur; quippe haud ab eligente quod iustum, sed quod commodum: explicatque in quo & de quo agitur *Unde*, sed non est inde. Interdum proponitur talis, ut eligens cum tali desideretur, & dum latet utilitas, exulat charitas. Aliquando, ut sepeliantur delirę resolutiones, velamine gratitudinis: quandoque signantur exigua merita, ne maiora vel æqualia obices sint in munera altiora: igitur quæritur modus ut qui semel super fuit, semper per industriam stet. Sæpenumerò ut ubi cessat dignitas, dignitatis per inhabilem, aut docilem continuetur potestas, cogitante phantasiâ, qua arte possit esse longior gloria, hoc exposito, & usque ad sidera elato, quia post hunc ille, & post illum, designabit illum alium; & post alium, hunc & illum, catenatis laboribus & criminibus, siquidem omnibus imperaturus non eligitur ex omnibus, sed dumtaxat ex suis (alia præteruitto quoniam tædet) ut nunnumquam regat, cui semel incubuit, perpero exitu, & emerito supplicio; quippe in propositione aliud sequitur, & in consilio non exprimit unde agitur.

3 Iterat ergo documentum Ss. Patriarcha cap. 64. *In Abbatis ordinatione* (infit) *illa semper consideretur ratio, ut hic constituatur, quem sibi omnis concors Congregatio, secundùm timorem Dei elegerit.* Non convocatur Congregatio, ut Proponenti placeat, sed ut eligat. Haud ut Præsidem eligat proponenti, sed sibi. Denique ut sibi eligat secundùm Dei timorem, minimè secundùm depravatam voluntatem, in destructionem, & non in ædificationem, peculiari intuitu, quo frustrato (sæpe Dei consilio) ambitiosi terram plodunt, suspendio pereunt, turbantur timore horribili, mirantur in subitatione, in cogitatione peccatorum suorum timidi veniunt, & traducunt illos ex adverso iniquitates ipsorum.

4 In Isaäco designatur huiusmodi cæcitas. Dignus munere erat Iacob, sed ille abibat post Esau. Hic erat hispidus & moribus & ingenio; nihilominùs tamen patris blandiebatur palato: & eligere in Successorem intendit, qui oblaturus quodcumque ex venatu tulerit; igitur ad munera munera, & merita meliora apophoreta, ut ascendat hirsutus, horridus cunctis, in fastigium honoris, modo cogitetur *Antipelargesis* Unde amor oriebatur, *eò quod de venationibus illius vesceretur.* Iacob autem simplex erat, idest suavis, quietus, placidus, ut interpretatur Alapid. Lyra ex Chaldæo: *Frequentabat scholas.* Ecce merita. Iure inuritur cæcitatis nota, quum eligere conatur indignum, nec mereri benemeritum, fovens in dignitatem venatorem, & abdicens litteris & virtute commendabilem. Cæcus est.

*Proh Superi? quantum mortalia pectora cæca*
*Noctis habent? ipso scelere molimine Tereus*
*Creditur esse pius, laudemque à crimine sumit.*

Canit Ovidius lib. 6. *Metam.* Fabul. 7.

5 Ipsa cæca moderamina nocent: igitur adhuc Successorem destinare contendebat, quem Deus ipse reprobaverat. Hoc proposito lactabatur, verùm cùm æmulus eligeretur, *Expavit Isaac stupore vehementi, & ultra quàm credi potest.* Quid hoc? Non sufficit animo, quòd electio commendetur à cœlo, vel ut pectus habeat quietem, quòd cœlum fecerit electionem? De quo pavet? In alium Successorem intendit: & hæret pectori mœstitudo, eo quod è cœlo dissipata cogitatio. Magnam utique designat intelligentiæ per tetricam affectionem, cæcitatem; dum opus cœlo, ut destruat Præsidis cogitationem: & pavet, & expavet Isaicus electione de Iacobo facta, quippe cuncta cogitata hac electione suberta. Prudentia per oculum designatur à Pier. Valer. lib. 33. *Hieroglyph.* cap. 2. & de Isaäe dicitur quòd *eius caligaverant oculi, & non poterat videre.* Caligaverant oculi cæcitate, & videre non poterat affectione: igitur si affectio nonnumquam officit, & prudentiam præcipitem mittit; in nullo alio articulo magis lubricat prudentia Præsidis, quàm in deliberatione Successoris. Claret consilium & regimen Præsidijs in exercitio, cæterùm magis in exitu: quippequàm licet mica in moderamine astruant; exitus acta veritate probant.

6 Mittitur de cœlis Apostolis Spiritus Sanctus (quem Successorem habuit Christus in Ecclesia, & uti Serm. 185. de *Temp.* dicit Augustinus: *Vicarium Redemptoris.*) & illicò apparuerunt linguæ ignitæ, pro Successoris debita commendatione. *In linguis totus orbis erat*: ait idem ibid. *Serm.* 186. Venit ut confirmaret in muneribus Apostolos,

*Passimus meritand munera, munera.*

Genes. 25. 28. *Apud hos prudentia & litterarum commendationes omnino futiles.* Ovid.

*Præsidis cervosa in electione prætor via.*

Genes. 27. 33.

*Expavit frustrato proposito*

*Quare?*

*Otium in dex prudentia.* Vers. 2.

Augusti.

Act. 2. 3 Idem.



*Quò electus regat.*

*Non dirigatur, sed dirigat.*

*In electione dignus sit eligentis amplissima fama.*

Vers. 2. *Dignè dignitatem non habet, qui dignitate crescit.* Claud.

*Non gloria superiori, gloriosè ingredi sed gloriosè egredi.*

los, quos elegit Christus in cœlos assumptus. Ferè opponnatur in mundo sensa antecessoris, & successoris Præsidis, vel genio conditionis, vel ingenio novitatis. Dum nihilum immutatur, iudicium ex suffragijs rutilat rectum: & prudentiæ electionis patet iudicium; quòd Successor de cœlo confirmat; quoſque Antecessor elegerat. *De cœlo* meditatò dixi, quippe in mundo adversatur prudentiæ, Successorem circa conferendam quamlibet dignitatem, nullam habere nisi subscribendi actionem.

7 Ulteriùs. Ubi non devenustatur propter dotes vel nullas, vel exiguas Successorum, splendor præstabilis sublimium potestatum; gloria quam elector electo confert, in electionis auctore lucidè sedet: igitur magis quàm splendore perfunctæ ad amussim dignitatis, præstat conatu elevandi in regimen alienas æstimabiles dotes: & dum Spiritus Sanctus descendit in mundum, mundus pro iubilo repletur laude linguarum; quoniam ius erat Successorem celebrare in dignitate, personam quamvis distinctam omnimodè æqualem Antecessori. Successorem Christus in Ecclesia Spiritum Sanctum habuit. Gratulatur sibi mundus regendus, dum Successor de cœlo descendit. *Factus est de cœlo sonus tamquàm advenientis spiritus vehementis.* Clarent eximiæ Successoris dotes: igitur ultra spem, & plusquam homo cogitare quit; ubi quem prudentia electione in dignitatem assumit, estò thronus sublimior, non ascendit, sed descendit.

——*Non se meruisse fatetur,*
*Qui crevisse putat.*

Ait Claudianus in *Consulat.* Manl. Theodor. v. 244. Superior utique ipsa dignitate fulget, siquidem ad illam ascendendo descendit.

8 Aliquid latet in functione, dignum glorioso Præside, ut dirigatur recto itinere in merita laudis, per suffragium electionis. Ingressus est in regimen Ecclesiæ Christus Dominus, cuius prudentiam expressit miraculis tempus. Non tam in possessione dignitatis strenuitas Præsidis agnoscitur, quàm dum munere defungitur, quippe propudiosum est, ingredi cunctorum expectatione, & egredi imminuta auctoritate: moderamina suscipere plausibus, & deponere maioribus: quandoquidem non optimè Præses respondet, ni augurationis gaudio accedat depositionis mœstitudo. Finito curriculo (quippequàm ascendere, unde venerat congruebat meritis) regiminis Christi, seu præsentiæ corporalis; divino consilio, Successorem Spiritum Sanctum mittit Collegio Apostolico, cuius adventus gaudio replevit orbem, à monte Sion usque ad Ecclesiam triumphantem; ut pateret quòd diligeret Dominus portas Sion in lege nova, super omnia tabernacula Iacob in lege scripta. Quisquis viderit ita adventum Spiritus Sancti plaudi, orbem inusitatâ exultatione gaudere, ignem per æra sine errore vagari, varijs linguis Apostolos loqui; arbitrabitur elogia à Christo removeri, & in Spiritum Sanctum dumtaxat dirigi, cùm omnia convertantur in linguas, ut Christi plaudantur & dignitas & maiestas: etenim dum videtur Successor, plauditur Christus; quippe ubique gloriosus, in introitu scilicet dignitatis, in exercitio, & in exitu. Hispan. vividiùs: *Por verle tan glorioso governando al entrar, como al salir.*

*Ubi dignus electus videtur, plauditur suffragator.*

9 Ni tanti esset, haud diceret David filio pro summa felicitate: *Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum.* Quid profuit in auguratione Salomonis *Vivat Rex* à Flocci fuit. Quid in cunctis prudentiæ & consilij auspicium, si Successorem habuit stultitiam Gentium? Quid præclara gesta, si ultimò nulla? Datur turpitudini, rem incipere acribus initijs, & finem habere decore incuriositatis.

Psalm. 120. 8.

*Infelix Præses, qui desinit infeliciter.*

*Quod fine egregios turpi maculaverit orsus*
*In noxamque tuum verterit officium.*

Succinit Alciatus *Embl.* 140. Infeliciter cadet, qui desinit infeliciter: igitur iurè arguitur fatuitatis qui benè incipiendo haud perficere valuit dimidium operis. Gloria desideratur Principis, ubi ignominiæ periculum: & optat David simul cum exitu introitum; quippe sine exitu, estò in principio glorioso, electio non erit gloria, sed cunctorum illustrium ignominia.

Alciat.

*Prudentia eius claret in exitu, nil in introitu.*

10 Ut trahat Præsides huiusmodi gloria, ex electionis prudentia; ita regentis exprimitur à Scriptura. *Benedictus eris ingrediens & egrediens.* Ideſt, summè felix, ita ut cuncta cadant ad votum, & sedeant animo ad placitum. Latet hic equivoca voce summa virtutum N. Patriarchæ Benedicti: igitur semper insignis Benedictus & ingrediens & egrediens. Benedictus ingrediens Romam, & magis ab urbe egrediens. Dum ingressus est Sublacum, & egressus Sublaco, ut illuminaret mundum. Ingrediens in tentationem Veneris vallatus igne, & victor ac candidatus egrediens à tentatione. Ingrediens in dignitatem Abbatis, & egrediens gloriosior quàm ingressus. Ingrediens in mundum, igitur sanctificatus ante ingressum, & egrediens à mundo despecto, quippe illi

Deuter. 28. 6.

*S. Benedictus in cunctis gloriosus.*

illi priùs est ostensa beatitudo. Assruximus cuncta hic *Tautolog. 3.* a *Didasc. 3.* usque ad 12. Hæc sit pia digressio, ut consulamus proposito.

*Negatur introitus modò electi non sit exitus.*

11 *Benedictus eris ingrediens & egrediens.* Perpende. Vox ingeniosa in dignitatis splendorem, dum exaltatur aliquis in dignitatem: siquidem si auctoritas quæritur muneri, regula est inconcussa prudentiæ, ut illi in dignitate suffragia negent introitum, si non habet exitum. Ut sciat, quid agendum, quid prætereundum, quid signandum, quid loquendum. *Ut sciat sic* (ait Monachorum Dux & lux *Regul. Sanct.* cap. 64.) *unde proferat nova & vetera.* Insignibus sic instrumentis dotatus, expertus, habilis, sciens negotiorum exitus, & introitus, expedius, industrius, cujus liberale ingenium etiam rumpere valeat compedes obicem, festinate lente, cui non novum quicquid novi: etenim si muneris insulæ ingerunt novitatem, simul latenter ingerunt infatuationem; unde allucinati vano concursu splendoris, non sunt nec sibi, nec alijs, cognita in dignitate indignitate; quoniam ignorant, quò possint egredi & ingredi. Vernaculè quasi adagio, vigilantissimè: *Ni saben salir, ni entrar.* Perducuntur ad palmam, tamquàm asini ad lytam.

S. Ben.

*Sine expeditione Præses indignus*

12 Observa modum Majestatis Christi, dum Petro tradidit claves potestatis, ac majestatis Ecclesiæ. *Tibi dabo claves regni cœlorum* (Regnum cœlorum vocat Ecclesiam, ut demonstret viam ad gloriam, igitur nemo donabitur beatitudine extra fidem Petri.) *& quodcumque ligaveris super terram erit ligatum & in cœlis, & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in cœlis.* Non novum, quòd clavis sit emblema regiminis, ut videtur in Eliacim, *Isai.* 22. 22. Iano, Plutoni, & Amori pro insigni potestate imperij amplioris traditas fuisse claves, refert Vincentius Carthar. de *Imag. Deor.* fol. 29. 34. 188. Verùm videtur novum tradi claves, ut solvat, vel liget Præses. Divinum sanequàm documentum, ut ostendat Christus suum vicarium & imperij Successorem dignissimum: siquidem dum pro signo moderationis traduntur claves; prudentia regiminis notatur in officijs ligaminis & absolutionis: quippe non tam insigne posse absolvere, & ligare; quàm ubi ligare oportebit, vel absolvere: cùm plerique ignorent attoniti pondere clavium, quid potestate ligant, vel quid solvunt. Nostrates: *Ni atan, ni desatan.* Hæc phrase Hispanâ, notatur vel fatuitas, vel amentia: igitur dum ex animo rectum velint proferre consilium, quia hoc inexperti earent, cuncta ignorantia pervertunt: Christusque Dominus destinans insignem successorem, eò quòd liget & solvat tradit potestatis clavem; ut videant subditi, qua dexteritate, juxta regulas prudentiæ, adhuc urgente persecutione, possit solvere & ligare, atque inter catenas expeditione mira egredi & ingredi. Ergo principali Didascaliæ institutio.

*Selum modò in Ecclesia Catholica aterna salus.*

*Clavis signum potestatis.*

*Regiminis summa, in prudentia.*

*In resolutione negotiorum.*

*Et capiunt inconvenientia.*

13 Ex fine & principio constat operationum perfectio. Non sufficit plausibilis introitus, ni sit gloriosus Præsidis exitus; igitur non à principio, sed a fine mensuratur reginiinis plausus: diciturque felix in dignitatem ingrediens, & functus munere egrediens; quippequàm pro nihilo habetur, ni cum amplore plausu, quàm quo in officio ingreditur, egrediatur: igitur gloria haud stat in muneris introitu, sed in exitu.

*Præses eris gloriosus, si fuerit exitus.*

14 Apostolos Dominus, relictis rebus terrenis, constituit Ecclesiæ Principes, ac in gloria illis designavit sedes. *Cùm sederit filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israël.* Quid igitur Assertor N. eis indicat huiusmodi phrase? Eorum arbitror, prædestinationem in gloriam prædixisse. Aptiùs videtur destinatio, quàm prædestinatio, igitur dicit iudicem quemque sessurum in throno. Erit providentia in ordine ad media, ut obtineatur, aut persistat gratia: verùm prædestinatio? Profectò, ut discant, quo pacto sessuri gloriosè in throno. Destinatio, & providentia spectant ad gratiam; prædestinatio respicit gloriam. Illæ ordinantur in dispositionem mediorum: *Prædestinatio verò respicit exitum*, inquit D. Thom. de *Verit.* quæst. 6. *art.* 6. in *corp.* & Christus dumtaxat designat eorum prædestinationem ad gloriam in exitu media gratia; quoniam in exitu consistit futura gloria. Ingredimini meritis, omnibus renunciando, & me sequendo. Non gloria in renunciatione, nequein sequi, sed in consequi; igitur fini cedit laurea gloriæ: gratiâ finis super thronos sedebitis; verùm optare nescitis. Vos in libello supplici meritorum intenditis in introitum, ego verò ut gloriosè sedeatis, in introitum & exitum.

Matth. 19. 28.

*In exitu à dignitate gloria Præsidis*

D. Th.

15 Idem de meritis, & præmijs refertur à Marco, ubi: *Nemo est, qui non accipiet centies tantum nunc in tempore hoc ::: & in sæculo futuro vitam æternam.* Ideſt, gloriam. Sic, verùm *Nunc*: *In tempore hoc*? Etiam, ut contemplentur qui Principes in superioribus muneribus, unde clareant: igitur cùm præut respondentes creditæ dignitati, sit amplior vel in hoc tempore corona gloriæ; etiam

Marc. 10. 30.

*Ob electi merita, eligentis gloria.*



etiam nunc habebunt meritorum ac nominis claritudinem, si munere defungentes benemeritum elegerint successorem: quandoquidem si electi est à dignitate fulgor, eligentis planè est à Successore decor.

*Reflexa utilitas electio recta*

Ioann. 16. 13. Vers. 14

16 Observa: *Cùm autem venerit spiritus veritatis* (dicit discipulis Præceptor cœlestis) *docebit vos omnem veritatem ::: Ille me clarificabit, quia de meo accipiet.* Superior utique ordo: siquidem plerumque in mundo, magis largitori detrahit, qui plus accipit. Indignitatem probant, qui ita vel dignati murmurant. Semper indignus, qui ingratus. Verè & iurè Cassiodorus lib. 1. Epist. 13. *Dignitas dum ad incognitum venit donum est, dum ad expertum compensatio meritorum; quorum alter debitor iudicij, alter obnoxius favori.*

*Sæpe legnè de se meranti detrahit, qui plus accipit.*

Cassiod

17 *Ille me* (scilicet Spiritus Sanctus, cùm venerit) *clarificabit. Ille & me*? Econversò videtur tritus ordo. Christus dignitate potiùs Spiritum Sanctum clarificat, dum Successorem suum discipulis in Ecclesia demonstrat: qua ergo lege si claritudo ex dignitatis honore, non qui dignitatem credit, sed qui accipit, clarificare poterit? Ut discant homines consulere honori, dum studeant Successorem eligere: siquidem quantumvis superiore dignitate ornetur electus, & sublimior præparetur thronus; dum in thronum sufficiunt dotibus dignum, illi amplius clarificantur. Spiritum Sanctum Christus, ut videmus ex Augustino, num. 6. in Ecclesia Successorem habuit. Successoris auctoritatem tunc ostendit, & propriam unà signavit: igitur clarificatio Præsidis vacuo munere, solummodò à Successore. Clarificant Superiorem zelus, consilium, prudentia & dotes, in destinatione benemerentium in honorem reginiinis: & Christus dumtaxat pro claritate designat Successorem Spiritum Sanctum; quippe omnia desiderabilia cognoscuntur per electum.

*Clarificatur electus per suffragium.*

*Et eius dotes cognoscuntur per electum.*

Ovid.

*Exitus illum, resque probat.*

18 Non quærit honorem, qui in electione respicit utilitatem: & in huiusmodi articulo utilitas publica, minimè quærenda propria. *Cùm venerit Paraclitus docebit vos omnem veritatem* dicit Christus. Dum Successor ita insignis videtur, non tantum veritas, sed omnis veritas aperitur. Veritas, quia ex dotibus spectatissimis Successoris, versus patet zelus eligentis. Omnis veritas, quoniam sub specie veritatis in electionibus sæpe latitat falsitas, retorta intentione (quæ foris quasi nuda affectionibus lucet, sed intrinsecùs quasi sepulchrum dealbatum cadavere fœtet) in propositione veritatis: ubi invenitur veritas, sed non omnis; quippequàm haud vel digno daretur potestas, ni in suffragio justo etiam inveniretur utilitas: & cùm venerit uti Successor Paraclitus, patebit vere Christi Antecessoris zelus; quoniam haud aliam in electione respexit utilitatem, præter rectam electionem. Ecce Superioris veritas, & Successoris in dignitate æstimabilis dignitas: etenim surgit, uti decus in Præsidem,

Ubi sup

*Quando in electis ne & vetitas, & falsitas*

*Ars fuit esse Patrem.*

Manil.

## DIDASCALIA IV.

### *Hæc sola ratio Principis, Salus publica.*

1 PRotulit in exemplum Præsidis, ac in sui blandimina Principis, Plinius in *Panegyr.* Traian. *Aliter* (inquit idem) *perfuadendum, illud iter Domitiani fuisse, non Principis. Tuum itaque, non tam pro tua gloria, quàm pro utilitate communi.* Ubi magis elucet ejusmodi sanæ intentionis intuitus, est electionum articulus, de quo tamquàm de honore ac potestate satagunt homines, ignorantes studere argumento pœnitudinis. *Ad hoc cupis pervenire, sed erras. Inter honores gaudium, ideſt, inter solicitudines queris? Ista quæ sic petis tamquàm datura latitiam, ac voluptatem; causa dolorum sunt*: ait Stoicus *Epist.* 59. Labor est, & læpe dolor; igitur si pungit (quid si trahit?) cæca prorsùs affectio, viso quolibet, vel apparenter indigno, illicò digito monstratur, & clarè aut murmure dicitur: *Quæ te adlegerunt nostris suffragia rostris? Quæ tibi in orchestra fata dedere locum? Quæ vota in nostrum te delegere Senatum?*

Plin.

*Studium Principij gloria omnium.*

*Quod ut gloria ab ambitioso cogitatur semper est dolor.*

Senec.

2 Cæcus erat Isaac. Eius *caligaverant oculi.* Magis cæcabat cognitione quàm lumine: & clarè quòd non poterat videre; igitur existentibus Iacobo benemerito, & fratre indigno; principatum annexum meritis, conferre conabatur merito ætatis. Hoccine principium calamitatum; & maius, quippe ignoratur principium. *Non eligantur per ordinem* (ait Doctor Doctorum Ss. Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 21.) *sed secundum vitæ meritum.* Aliàs pro ætate protererentur insignia merita vitæ, quæ æstimatur meritis, & non annis, in quibus ordo temporis & non ordo, ut ritè Præsidis perficiatur electio. *Eligatur* (subdit cap. 64.) *qui ordinandus est, etiamsi ultimus fuerit in ordine Congregationis.* Si dignus, estò in ordine Congregationis ultimus; est planè primus:

*In dignitate fabulatur indignus.*

Petr. Cellatius. Genes. 27. 1.

*Qui majores ætate, non ideò digni.*

S. Bened

*Ordo temporis non est ordo.*

Idem.

mus: at si primus, ordinandus. Ultimus erat in ordine temporum Iacob, primogenitus autem Esau: & cùm Isaac huic conferre intenderit principatum, designat Moyses electorem cæcum; quippequàm lux mentis languet, dum eligit secundùm ordinem temporis, & nullatenùs secundùm rationem ordinis. Serviet maior minori, quippe ultimus, primus erat meritorum dignitate. Celare cogitaverat pater iure ætatis, in indignum cæcitatem affectionis, igitur habebat commodum, modò illi cederet Congregationis imperium: & qui ultimus in primum eligitur, & qui primus ætate in subditum destinatur; siquidem Principi dignissimo in electione ratio sola, Salus publica.

*Eligantur merita, & nō ætates in munera.*

3 Hic scopus totius prudentiæ vel in diuturno regimine. De pompa meritorum debet esse iudicium, ut perseveret cum splendore credito clarum imperium. Ubinescitur, nisi meritis conferri munera, vigent in munera merita: nullaque datur excusatio, meritos semper eligere dignitatum splendori; quibus fas est, de cunctis optimos quærere. Hæc est enim salus publica: disponere scilicèt recta intentione electionem, in publicam ac communem utilitatem. Modum intueminí, & imitamini.

*Ubi meritis conferuntur munera, non decerunt merita.*

4 De Successore in Ecclesia (excellentiore potestate, atque plenissimâ (cum discipulis dixerit Christus, pacem illis relinquendo, & Spiritum, quem missurus, Successorem designando, uti dignissimum dignorum Præsidem, quippe necesse erat ascendere ad Patrem; & subdit: *Nunc dixi vobis priusquàm fiat, ut cum factum fuerit credatis.* Designat tempus præsens, præteritum & futurum. Præsens, *Nunc*: Præteritum, *factum*: Futurum, *Priusquàm*: & unumquodque expeditione, conamine, molimine peculiari: igitur exitus felices vel tempora gravant, ni quæ sunt temporis, opportunè fiant. Momenta sanè, quæ intentè prudens speculatur resolutio, pendent plerumque vel à temporis momento.

*Electio non fit perfunctoria.* Ioan. 14 29.

*Omnia respicienda & prospicienda.*

Virgil. *Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur.*

Canit vel Ethnicus lib. 4. *Georgic.* v. 393. Iuxta tempora consulere debet Præses propositio, ut conatus sit nobilis expeditio. Hispan. *Empeño, y desempeño.* Præteritum tempus, ut intentionem ritè proponat: præsens, ut decernat: futurum, ut astruat. Factum pro memoria: Nunc, pro ratione: Futurum, pro voluntate: igitur in electionibus, ne optimæ cogitationes præpediantur obicibus, & simul consulatur dignitatum splendori; ibi tres hominis collocandæ potentiæ. Totus nimirùm homo in cunctis, ne pereat vel instans temporis.

*Quid opus, ut fiat electio plus fibilis?*

5 Alapide hic v. 23. in *sensu tropol.* cogitat apodoxim factam, seu convenientiam, inter Personas Sanctissimæ Trinitatis, & potentias hominis, ut in electionibus structor consilium optimum, & proposita imprudentiæ non ducant suffragantes in præcipitium. Patri attribuitur, sicut homini tribuitur memoria, summa potentia. Filio sapientia, quippe Patris ratio. Spiritui Sancto, amor, quoniam necessaria & essentialis dilectio. Potestas, ratio & amor; quibus voluntate, intellectu, atque memoria respondet hominis constitutio. Unde quicquid hic recapitulatur, observari debet, ubi Successor in dignitate eligitur; quoniam ut constet electio optabili auctoritate, his attributis aptandæ hominis potentiæ.

Alapid.

*Huic incumbat totus homo.*

6 Clarius promam, & rationem ostendam. Potestas sine amore, gladius in manu furiosi: sine cognitione, munus arbitrio fortunæ. Sapientia sine amore, vivit inflata: sine potestate iacet miserrimè paralytica. Amor sine sapientia fatuus: sine potestate infirmus: & potentiæ hominis recoluntur, dum attributa divinarum Personarum pro electione memorantur; quoniam tunc aptatur amori & rationi potestas, ubi fuerit in distinctis Personis una voluntas. Ecce salus publica, ut connotet ratio potestatem, amor rationem, & potestas rationem, ac charitatem.

*In electo. vibus fit una prudentis voluntas.*

7 Observa modò verba cœlestis magistri. *Nunc dixi vobis priùs quàm fiat, ut cùm factum fuerit, credatis.* Dum indignus eligitur, etiam postquàm est factum, minimè creditur. De Successore Spiritu Sancto loquitur. Sit ergo: verùm quid credendum? Ab illo mittendum illis Præsidem Spiritum Sanctum. Modò mittatur in Præsidem Spiritus Sanctus, quid quòd mittat Dei Filius? Claritas electionis, & zelus in Successorem proponentis. Filius Dei est ratio Patris: qui non solùm designat, quem in Præsidem Congregationis proponit, sed seipsum qui in dignitatem mittit: quippe tunc cognoscuntur dores eligendi in dignitatem, dum ratio solummodò efformat propositionem.

Ubi sup.

*Optima electio, dum fit tantùm à ratione propositio.*

8 Ut pateat zelus, *Nunc* dico, priusquàm, quod faciendum, fiat. Nonne aptiùs, *cùm factum fuerit?* Nequaquàm. Sciendum est prius, quod fiet posteriùs; quippe tunc factum indicabit fidei, quòd ego fecerim; & factum illud credetis sanè à me factum: igitur cùm exitus astruat animum nudum, vel affectioni obnoxium; ex electi indotati, vel dotibus pleni assumptione in dignitatem, cognoscitur ratio qua impulsus elector in eius propositionem.

*Ex dignitate, vel indignitate meritorū electi, cōstat animus plenus vel nudus affectione.*



9 Deinde. *Nunc dixi vobis priusquàm fiat.* Dicet factum, Verùm *Nunc?* Nunc, priusquàm veniat facti tempus; quippe tunc opportunum tempus, dum fuerit prius. Non est paradoxon, sed ex fiducia rectæ intentionis salubérrimum consilium. Si affectus electionem dirigit, tunc votum in ipso tempore electionis tantùm proponit: vel ut captivetur inermis ratio inopinato consilio; vel ut proterat lex potestatis privilegia intemerata rationis; quoniam cæca voluntas inmittitur malo genio in singularia præscripta, læsâ phantasiâ, & ad lubitum sententiâ, tenacitate iudicij sine iudicio, pervicaci proposito, vendens & ostentans pro signo libertatis in arbitrium aut votum, præsuras brevioris temporis. Si priùs proponerentur, vel noteſcerent Præsidis vota; ponderaret ratio, consona aut devia iudiciat: igitur potuit libertate, suffragium solummodò arrideret rationi. Exponeret causam oppositi iurè iudicij, quousque à Præside satisfieret obiectioni: & Christus priusquam electio fiat, quid faciendum ipsis subditis demonstrat; quoniam in electionis articulo, nec levis erit obiectio. Vernaculè: *Dize antes lo mismo que se ha de hazer, porque no ay que reparar.*

*Cur optima electio ubi ante electionem discutitur propositio?*

10 Intendamus animo in electionem. *Cùm autem venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit; ille testimonium perhibebit de me, & vos testimonium perhibebitis, qui ab initio mecum estis.* In electio, & ad electionem apparatus. Ostenditur Successor, *Paraclitus*: cuius Successor, & à quo signatus, *Quem ego mittam.* Eius munia spectatissima (Hispana dialecto: *Su modo de proceder*) *Spiritum veritatis, qui à Patre procedit*: etiam officium, *Ille testimonium perhibebit de me*: denique subditi, quibus Præsidem subrogavit, & electionem dignissimam patefecit, *& vos testimonium perhibebitis, qui ab initio mecum estis.* Si hæc, est propositionis in electionem solemnitas; observandum diligenter, quomodò dignè conferatur dignitas: etenim quodlibet verbum auctoritatis plenissimum Sacramentis.

Ioan. 15 26. 27.

*Modus optimæ electionis.*

11 De Successore dicit Redemptor: *A Patre procedit.* Quid? Non procedit etiam à Filio? Utique: *à Patre, Filioque procedit.* Procedit sanè ab utroque, sed Filius de Successore agit & loquitur ibi: & quamvis Successor ab illo procedit; in formam prudentioris electionis, de processione meditatò facet: siquidem ut personæ eligendæ propositio sit optima; nulla debet interesse originis dependentia. Præterea: à Patre procedit Successor, & etiam à Genito, tanquam ab uno principio, ut homines suffragantes imitentur libertatem, sequentes tantùm rationem: igitur ut clareat eligentis gloria, & eligendi merita; subsistetur origo, quasi inter utrumque non esset ulla connexio. Deinde. Ab utroque procedit, ab utroque mutuâ essentiali dilectione originem habet: & non dicitur, quòd procedat à Filio, dum illum Successorem Apostolico designat collegio; quoniam iuxta Personam, quæ per rationem proponitur in dignitatem Præsidis, cognoscitur si principium à quo procedit, est Patris. Pater dicitur qui præcit, ut destinet Successorem Præsidem; & tunc liquet, quid impellit in illius vel huius proportionem: etenim si consulit voris utilitati publicæ, illa electio sanè procedit à Patre.

Verſ. 26 Athanaſ. *Nulla interſit originis memoria.*

12 Ulteriùs. *Ego mittam*, dicit: ab illo solùm exprimitur missio, & tunc non exprimitur communis spiratio. Exulare debent in electionibus vel suspiciones affectuum; ne appareat electio minùs digna, dum videntur officiosa affectionibus suffragia: & non exhibet rationem, quam habet ex processione personæ distinctæ; ubi illam uti Præsidem destinat meritò dignitati: quippequàm licet Successor à ratione, quæ est Filius, uti à principio procedit; appareret hominibus suspiciosa, si ipse per se proposuerit.

*Nexus connexio.*

Ibid.

*Sed patris amor, & solicitudo.*

*Exulare debet vel affectionis suspitio.*

13 Cæterò. Sæpe & varijs sermonibus notitia datur de Spiritu Sancto à Servatore N. verùm hic dumtaxat de processione fit mentio. Ioann. 14. 16. *Ego rogabo Patrem, & alium paraclitum dabit vobis, Spiritum veritatis*: de quo plura subdit. & v. 26. *Paraclitus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia.* Nil Christus nisi Personas Trinitatis designat: modò *Spiritum veritatis qui à Patre procedit.* Cur ibi nihil de notionibus dicit; & modò dicit, quùm Successorem Paraclitum proponit? Quoniam Successor in dignitate, & regimine Ecclesiæ; ne propositio videatur subditis suspiciosa, aut subdole facta. Altissimo planè arcano, Successoris revelatur processio, ut constet subditorum concilio: quippe cùm aliquis alicui destinatur dignitati, cum persona ostendendus etiam modus procedendi.

*Scitu dignū, quomodò ille gradus processerit.*

14 Rursùs. Spiritum Sanctum, Successorem Redemptoris, ipse demonstrat, & predicat *Spiritum veritatis.* Veritas tribuitur Filio: *Ego sum veritas*: ipso dicente. Cur igitur, si Spiritus veritatis, tantùm dicitur,

Verſ. 26

Ibid. quòd procedat à Patre? *Spiritum veritatis, qui à Patre procedit.* Quo ergo intuitu à Filio sumit nomen, scilicet, veritatem, & à Patre dumtaxàt exprimit Redemptor processionem? Iuxta processiones, vel processuum expressiones, gloriæ disponuntur attributales: & omittitur attributum personæ à qua dicitur procedere; ac personæ stemma designatur, a qua procedere, licèt procedat, non dicitur? Utique, in documentum censuræ electionum, ut clarèant nudæ affectione suffragantium. Filio attribuitur ratio, Patri potestatis plenitudo: & in articulo, quo Spiritui Sanctum Successorem Filius designat; haud dat attributum Patris, à quo procedit, sed tantùm suum, quàm Successorem proponit: igitur ut auctorentur dignitates, & benemeritorum electiones; non tam debet attendi, an procedant à Præsidis potestate, quàm quòd vere procedant à ratione. Semper enim rectæ, quæ à potestate rationis, & nequaquàm plenitudine absolutæ potestatis.

*Et quid electio à ratione, & minister à potestate.*

15 Insuper. Hunc insignem Successorem à se missum iri, dicit Filius: *Mittam vobis.* Quidni Pater mittet? Mittet absdubiè. *Mittam vobis à Patre.* Cur itaque non dicit: *Mittemus?* Alibi simul omnia: *Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Quare Christus in missione Spiritus Sancti non exprimit pluralitatem personarum; si demonstrat, dum per gratiam tota Trinitas sedet in cordibus hominum? Promam. Hic loquitur Christus in ordine ad charitatem. Ibi in ordine ad electionem, & Ecclesiæ Præsidem. Hic loquitur de gratia: ibi de iustitia. Hic de subiecto dilectionis; verùm ibi de obiecto ac nitore iuris. In gratia utrumque exprimitur: *Veniemus.* Filius & Pater: ratio & potestas: *Faciemus.* Cæterùm dum Filius designat discipulis Successorem, dumtaxàt connotat Patrem. *Mittam vobis à Patre.* Intendite in documentum, ne in electionibus ingeratur potestatis dominium: siquidem licèt esse debeat cum potestate ratio, ut consulant suffragia bono publico; dum à ratione dignitas, pro electione dumtaxàt connoranda potestas.

Vers. 16

Cap. 14. 23.

*Per rationem fiat electio.*

*Si ingeritur potestas, dumtaxàt de connotatis.*

16 Dixi consultò *Connotanda potestas*; quoniam dum fit electio, semper in recto debet ingredi ratio. Seminantur sæpenumerò à filijs huius sæculi sutelarum lolia, quibus incautè tamquàm specie recti fascinatur innocentia; ut nanciscantur per meditatam vafritiem, quod non possunt ambitiosi per meritorum rationem: igitur iam inolevit ingredi pro votis sagacitatum versutias, ubi in molimen vident deficere causas; quasi pro eligendi, esto indigni victoriâ, ius esset dolosum stratagema, pessundatis dotibus, & valentibus viribus. Necesse est, ut armis valeat virgo intemerata lex, ut inter dyscolos stabiliatur pax: & dum à Christo exponitur suffragium, tamquàm votum rationis; designat in electione Successoris etiam potestatem Patris, necessariâ in consilium connotatione, ut confringatur quassata malitia ambitionis vigilis cæcæ: quippequàm in suffragijs rationis proteret causam: si cogitaverit rationem non habere potentiam.

*Ut possfundatur eum sagacitate malitia.*

17 In celebri antilogia claret propositum, ut sequamur in electione consilium. Spiritum Sanctum Successorem *mittam vobis à Patre*: dicit Christus. In eodem Sermone post cœnam dixerat: *Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo.* Cogitetur intente in arcanis auctoritatum meditata collocatio in divertitate vocum. Hic potestas in recto: *Mittet Pater*, cæterùm ratio in obliquo: *In nomine meo.* Ibi ratio in recto: *Mittam vobis*, verùm potentia de connotato (ita loquuntur Theologi) *Mittam à Patre.* Si uterque mittit, etenim ab utroque procedit; quorsùm in periodis ratio modò connotat potestatem, potestas modò connotat rationem? Ut in electionibus compescatur malitia cordium, laborantium ægritudine ambitionis affectuum: connotante electrice ratione maiestatem potestatis; quoniam in suffragijs, potestas debet prævalere rationis. Attamen alibi potestas demonstratur in recto, ratioque firma in obliquo: igitur si ut vincatur, aut vinciatur malitia, non sat potestas rationis; defendere debet rationem, ut prævaleat, auctoritas potestatis.

Ioann. 15. 26.

Cap. 14 26.

*Quando potestas electioni hui interit*

18 Fœcundus est Textus. *Cùm venerit Paraclitus, ille testimonium perhibebit de me.* Non sufficit, quòd promat divina sapientia, & Patris æterni ratio; ut tamquàm plausibilis Successoris celebretur electio? Sufficit, sed electionum exitus testificantur eligentium conatus, an intentum iuxta rationis consilium, vel iuxta prolubij aut maliciæ votum. *Nunc dixi vobis, priusquàm fiat.* Nunc, sed pòst ille testimonium perhibebit de me: siquidem per plausum totius orbis, quo extolletur in throno dignitatis, cognoscetis, quænam mihi astitit ratio, ut constitueretur Præses. *Ille testimonium perhibebit de me.* Etiam *Vos.* Illi? Utique. *Et vos testimonium perhibebitis.* Ille de me. De me & etiam illo vos. De me, quia cùm venerit cognoscetis per maiestatem, quid rationem impulit in promotionem. De illo, quoniam clarescunt in electionibus consilia prudentiæ, dum approbant plausibus electionem vel ipsi subditi.

Cap. 15. 26.

*Ex acceptione electi in apitem dignitatis, intentum cognoscitur eligentis.*

19 Denique. *Nunc dixi vobis priusquàm fiat.* Nonne dici poterit, *cùm* Successor *venerit*? Sanè, sed patere poterat suspicionis animus, modo futurum expectaretur tempus; quoniam pessimi subdole conantur tollere libertatem in suffragatoribus, privatis intuitibus, vel ob temporis præcisionem, vel animi timidi perplexitatem: igitur vel ignorantiâ vel malitiâ plerique vocalium non cognoscunt eligendum. Etiam si in Præsidem proponantur Spiritus Sanctus, dicunt, quod Ephesini dixerunt: *Neque si Spiritus Sanctus est, audivimus.* Huiusmodi artibus utitur cautissimè ambitio; dum sibi consulit, & nequaquàm benemerito. Econtrariò detegit ratio sententiam, quoniam consilij recti haud veretur revelare iustitiam: Christusque Dominus fiducialiter ostendit animum, ante Successoris adventum; igitur proposito de cœlis Successore, tot charismatibus, atque donis insigni, etiam si ibi ludas proditor adesse, nullatenùs contradiceret. Hispan. *Proponiendo tan illustre Successor, aun la malicia de Judas no tiene que reparar.* Hæccine Præsidis gloria, Salus publica: hac eius illustratur thronus, exultat subditus, floret Respublica, vigent merita, extirpantur vitia, atque virtutis degunt secure vota. Haud magnetem imitetur Præses, qui pretiosa relinquit; sed apem, quæ electis floribus in saniores tendit, ut altè meditetur,

*Sciant electores eligendi*

Act. 19. 2.

*Electio Superioris rectè dissimilis.*

*Fascia cui longum cingat odora caput.*

Costalius.

Cætera *Didasc. seq.*

## DIDASCALIA V.

### *Præceps voluntatis consilium.*

Seneca. 1 Astruit Seneca *Epist.* 92. Sequitur nonnumquàm sola, quod placet, non quod licet, nec quod decet. Quid alienum ab errore, cæco duce? *Facile est* (aic Theodoricus apud Cassiodor. *Var.* 4. *Epistol.* 3.) *qualemque sibi deligere: multis autem electum videre decet.* Multos aptiùs dedecet: igitur gignit in electore tandem tandem iurè tædium, præceps ac abruptum ex voluntate consilium.

*Præceps affectio.* Cassiodor.

*Multos dedecet electum videre.* Horat.

*Stultus & improbus hic amor est, dignusque notari.*

Canit Horatius lib. 1. *Satyr.* 3. v. 24. Cæcus exponitur Isaac, intendens eligere Esau, & reprobare Iacob. *Caligaverant oculi eius & videre non poterat.* Ad quid huiusmodi geminatio? Ut constaret, quàm perpera filij maioris electio: igitur ita in eius amorem cæce gravabatur affectione, ut non posset fascinatus cognoscere cæcum esse.

Genes. 27. 1.

*Magis cæcus, qui non esse, cognoscit. Dignitas dignum vel amicum confertur.*

2 Observa. Contulit nesciens principatum Iacob, dotato institrumentis commendabilibus ac præclaris (Deus facit, florenti dotibus, quòd dignitas conferatur à nolentibus. Ambitio profectò supervacua, si vigent merita: unde de meritis pretiosum studium, longè à splendore dignitatum) & illicò ut à rivali, æmulove collationem scivit, subitò *Expavit.* Ecce ruina Præsulum: nescire cui conferunt beneficium. De quo expavit? De facto, etiam de seipso. De facto, quoniam mirabile, qua arte dignus non fraudatus munere. De seipso, quippe cognovit, quàm cæcum votum, quàm præceps consilium, si non elegisset dignum ductus ratione, sed indignum tractus solummodò voluntate. Quàm cæcè in electionibus procedet, qui sciens electos de electione pavet! Cæcitatis habebit excusationem? Quis excusabit in vigili cæcitatem? Isaacus ipse suum confitetur errorem. Quàm longè à prudentia abesset, dum cognovit, ipse expavit.

Ibid. v. 33.

*Electio perpera, ubi expavet vel quæ fecit, electione audita.*

3 Hæc est Salus publica, cui consulere debet vigilanter prudentia? Electio signum est amoris, & per electionem subditi destinantur tormentis? Amoris pignore vulnus malus Præsul infligit, charitatis officio sanguinem fundit, & pacis instrumento mortem irrogat, dum sibi pro se collationem muneris arrogat, & splendorem de dignitate derogat. Accinit floridè Aloysius Iuglaris *Eleg.* 40. & 72.

*Quanta mala faciat electus, perperam eligens*

*Funes per amplexus intentat,*
*Morsus per oscula.*
*Omnem supellectilem charitati*
*In usum odij trahit.*
*Hostilem animum tegit, in iis*
*In quibus detegi benevolus solet.*
*Bellum præludio pacis indicit,*
*Armis amoris abusus ad odia,*
*Salutem, quam voce dederat,*
*Manu destruit.*

Iugl.

*Detestabilis est enim omnis iniuria: sed malorum omnium probatur extremum, inde detrimenta suscipere, unde credebantur auxilia provenire. Exagerat enim culpam in contrarium versa crudelitas, & maius reatui pondus est, inopinata deceptio:* infit Cassiodorus lib. 4. *Var.* Epist. 27. Molestissimum quidem, dum expectatur pro levamine pater, quod in cruciamen egrediatur Lucifer;

Cassiod. *Molestissimum simul tormentum unde expectata auxilia.*

Ibid. quòd procedat à Patre? *Spiritum veritatis, qui à Patre procedit.* Quo ergo intuitu à Filio sumit nomen, scilicet, veritatem, & à Patre dumtaxàt exprimit Redemptor processionem? Iuxta processiones, vel processuum expressiones, gloriæ disponuntur attributales: & omittitur attributum personæ à qua dicitur procedere; ac personæ stemma designatur, a qua procedere, licèt procedat, non dicitur? Utique, in documentum censuræ electionum, ut clarèant nudæ affectione suffragantium. Filio attribuitur ratio, Patri potestatis plenitudo: & in articulo, quo Spiritui Sanctum Successorem Filius designat; haud dat attributum Patris, à quo procedit, sed tantùm suum, quàm Successorem proponit: igitur ut auctorentur dignitates, & benemeritorum electiones; non tam debet attendi, an procedant à Præsidis potestate, quàm quòd vere procedant à ratione. Semper enim rectæ, quæ à potestate rationis, & nequaquàm plenitudine absolutæ potestatis.

*Et quid electio à ratione, & minister à potestate.*

15 Insuper. Hunc insignem Successorem à se missum iri, dicit Filius: *Mittam vobis.* Quidni Pater mittet? Mittet absdubiè. *Mittam vobis à Patre.* Cur itaque non dicit: *Mittemus?* Alibi simul omnia: *Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Quare Christus in missione Spiritus Sancti non exprimit pluralitatem personarum; si demonstrat, dum per gratiam tota Trinitas sedet in cordibus hominum? Promam. Hic loquitur Christus in ordine ad charitatem. Ibi in ordine ad electionem, & Ecclesiæ Præsidem. Hic loquitur de gratia: ibi de iustitia. Hic de subiecto dilectionis; verùm ibi de obiecto ac nitore iuris. In gratia utrumque exprimitur: *Veniemus.* Filius & Pater: ratio & potestas: *Faciemus.* Cæterùm dum Filius designat discipulis Successorem, dumtaxàt connotat Patrem. *Mittam vobis à Patre.* Intendite in documentum, ne in electionibus ingeratur potestatis dominium: siquidem licèt esse debeat cum potestate ratio, ut consulant suffragia bono publico; dum à ratione dignitas, pro electione dumtaxàt connoranda potestas.

Vers. 16

Cap. 14. 23.

*Per rationem fiat electio.*

*Si ingeritur potestas, dumtaxàt de connotatis.*

16 Dixi consultò *Connotanda potestas*; quoniam dum fit electio, semper in recto debet ingredi ratio. Seminantur sæpenumerò à filijs huius sæculi sutelarum lolia, quibus incautè tamquàm specie recti fascinatur innocentia; ut nanciscantur per meditatam vafritiem, quod non possunt ambitiosi per meritorum rationem: igitur iam inolevit ingredi pro votis sagacitatum versutias, ubi in molimen vident deficere causas; quasi pro eligendi, esto indigni victoriâ, ius esset dolosum stratagema, pessundatis dotibus, & valentibus viribus. Necesse est, ut armis valeat virgo intemerata lex, ut inter dyscolos stabiliatur pax: & dum à Christo exponitur suffragium, tamquàm votum rationis; designat in electione Successoris etiam potestatem Patris, necessariâ in consilium connotatione, ut confringatur quassata malitia ambitionis vigilis cæcæ: quippequàm in suffragijs rationis proteret causam: si cogitaverit rationem non habere potentiam.

*Ut possfundatur eum sagacitate malitia.*

17 In celebri antilogia claret propositum, ut sequamur in electione consilium. Spiritum Sanctum Successorem *mittam vobis à Patre*: dicit Christus. In eodem Sermone post cœnam dixerat: *Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo.* Cogitetur intente in arcanis auctoritatum meditata collocatio in divertitate vocum. Hic potestas in recto: *Mittet Pater*, cæterùm ratio in obliquo: *In nomine meo.* Ibi ratio in recto: *Mittam vobis*, verùm potentia de connotato (ita loquuntur Theologi) *Mittam à Patre.* Si uterque mittit, etenim ab utroque procedit; quorsùm in periodis ratio modò connotat potestatem, potestas modò connotat rationem? Ut in electionibus compescatur malitia cordium, laborantium ægritudine ambitionis affectuum: connotante electrice ratione maiestatem potestatis; quoniam in suffragijs, potestas debet prævalere rationis. Attamen alibi potestas demonstratur in recto, ratioque firma in obliquo: igitur si ut vincatur, aut vinciatur malitia, non sat potestas rationis; defendere debet rationem, ut prævaleat, auctoritas potestatis.

Ioann. 15. 26.

Cap. 14 26.

*Quando potestas electioni hui interit*

18 Fœcundus est Textus. *Cùm venerit Paraclitus, ille testimonium perhibebit de me.* Non sufficit, quòd promat divina sapientia, & Patris æterni ratio; ut tamquàm plausibilis Successoris celebretur electio? Sufficit, sed electionum exitus testificantur eligentium conatus, an intentum iuxta rationis consilium, vel iuxta prolubij aut maliciæ votum. *Nunc dixi vobis, priusquàm fiat.* Nunc, sed pòst ille testimonium perhibebit de me: siquidem per plausum totius orbis, quo extolletur in throno dignitatis, cognoscetis, quænam mihi astitit ratio, ut constitueretur Præses. *Ille testimonium perhibebit de me.* Etiam *Vos.* Illi? Utique. *Et vos testimonium perhibebitis.* Ille de me. De me & etiam illo vos. De me, quia cùm venerit cognoscetis per maiestatem, quid rationem impulit in promotionem. De illo, quoniam clarescunt in electionibus consilia prudentiæ, dum approbant plausibus electionem vel ipsi subditi.

Cap. 15. 26.

*Ex acceptione electi in apitem dignitatis, intentum cognoscitur eligentis.*

19 Denique. *Nunc dixi vobis priusquàm fiat.* Nonne dici poterit, *cùm* Successor *venerit*? Sanè, sed patere poterat suspicionis animus, modo futurum expectaretur tempus; quoniam pessimi subdole conantur tollere libertatem in suffragatoribus, privatis intuitibus, vel ob temporis præcisionem, vel animi timidi perplexitatem: igitur vel ignorantiâ vel malitiâ plerique vocalium non cognoscunt eligendum. Etiam si in Præsidem proponantur Spiritus Sanctus, dicunt, quod Ephesini dixerunt: *Neque si Spiritus Sanctus est, audivimus.* Huiusmodi artibus utitur cautissimè ambitio; dum sibi consulit, & nequaquàm benemerito. Econtrariò detegit ratio sententiam, quoniam consilij recti haud veretur revelare iustitiam: Christusque Dominus fiducialiter ostendit animum, ante Successoris adventum; igitur proposito de cœlis Successore, tot charismatibus, atque donis insigni, etiam si ibi ludas proditor adesse, nullatenùs contradiceret. Hispan. *Proponiendo tan illustre Successor, aun la malicia de Judas no tiene que reparar.* Hæccine Præsidis gloria, Salus publica: hac eius illustratur thronus, exultat subditus, floret Respublica, vigent merita, extirpantur vitia, atque virtutis degunt secure vota. Haud magnetem imitetur Præses, qui pretiosa relinquit; sed apem, quæ electis floribus in saniores tendit, ut altè meditetur,

*Sciant electores eligendi*

Act. 19. 2.

*Electio Superioris rectè dissimilis.*

*Fascia cui longum cingat odora caput.*

Costalius.

Cætera *Didasc. seq.*

## DIDASCALIA V.

### *Præceps voluntatis consilium.*

Seneca. 1 Astruit Seneca *Epist.* 92. Sequitur nonnumquàm sola, quod placet, non quod licet, nec quod decet. Quid alienum ab errore, cæco duce? *Facile est* (aic Theodoricus apud Cassiodor. *Var.* 4. *Epistol.* 3.) *qualemque sibi deligere: multis autem electum videre decet.* Multos aptiùs dedecet: igitur gignit in electore tandem tandem iurè tædium, præceps ac abruptum ex voluntate consilium.

*Præceps affectio.* Cassiodor.

*Multos dedecet electum videre.* Horat.

*Stultus & improbus hic amor est, dignusque notari.*

Canit Horatius lib. 1. *Satyr.* 3. v. 24. Cæcus exponitur Isaac, intendens eligere Esau, & reprobare Iacob. *Caligaverant oculi eius & videre non poterat.* Ad quid huiusmodi geminatio? Ut constaret, quàm perpera filij maioris electio: igitur ita in eius amorem cæce gravabatur affectione, ut non posset fascinatus cognoscere cæcum esse.

Genes. 27. 1.

*Magis cæcus, qui non esse, cognoscit. Dignitas dignum vel amicum confertur.*

2 Observa. Contulit nesciens principatum Iacob, dotato institrumentis commendabilibus ac præclaris (Deus facit, florenti dotibus, quòd dignitas conferatur à nolentibus. Ambitio profectò supervacua, si vigent merita: unde de meritis pretiosum studium, longè à splendore dignitatum) & illicò ut à rivali, æmulove collationem scivit, subitò *Expavit.* Ecce ruina Præsulum: nescire cui conferunt beneficium. De quo expavit? De facto, etiam de seipso. De facto, quoniam mirabile, qua arte dignus non fraudatus munere. De seipso, quippe cognovit, quàm cæcum votum, quàm præceps consilium, si non elegisset dignum ductus ratione, sed indignum tractus solummodò voluntate. Quàm cæcè in electionibus procedet, qui sciens electos de electione pavet! Cæcitatis habebit excusationem? Quis excusabit in vigili cæcitatem? Isaacus ipse suum confitetur errorem. Quàm longè à prudentia abesset, dum cognovit, ipse expavit.

Ibid. v. 33.

*Electio perpera, ubi expavet vel quæ fecit, electione audita.*

3 Hæc est Salus publica, cui consulere debet vigilanter prudentia? Electio signum est amoris, & per electionem subditi destinantur tormentis? Amoris pignore vulnus malus Præsul infligit, charitatis officio sanguinem fundit, & pacis instrumento mortem irrogat, dum sibi pro se collationem muneris arrogat, & splendorem de dignitate derogat. Accinit floridè Aloysius Iuglaris *Eleg.* 40. & 72.

*Quanta mala faciat electus, perperam eligens*

*Funes per amplexus intentat,*
*Morsus per oscula.*
*Omnem supellectilem charitati*
*In usum odij trahit.*
*Hostilem animum tegit, in iis*
*In quibus detegi benevolus solet.*
*Bellum præludio pacis indicit,*
*Armis amoris abusus ad odia,*
*Salutem, quam voce dederat,*
*Manu destruit.*

Iugl.

*Detestabilis est enim omnis iniuria: sed malorum omnium probatur extremum, inde detrimenta suscipere, unde credebantur auxilia provenire. Exagerat enim culpam in contrarium versa crudelitas, & maius reatui pondus est, inopinata deceptio:* infit Cassiodorus lib. 4. *Var.* Epist. 27. Molestissimum quidem, dum expectatur pro levamine pater, quod in cruciamen egrediatur Lucifer;

Cassiod. *Molestissimum simul tormentum unde expectata auxilia.*

*Apis sit Præsulum aranea.*

Unde huiusmodi deliramentum ex suffragijs affectionum, quibus potens subditis ministrare proficua, ex proficuis aranea fugit venena.

*Usu diverso diversa intenta probantur:*
*Colligit hæc virus, colligit illa favum.*

BrucK. *Ut cuique est animus, quoq; sic operatur & una*
*Usus diversos res habet, atque capit.*

Ut canit Iacobus Bruck in *Epigram.*

S. Bened. 4 Haud aliam causam huiusmodi dedecoris, præter decreta voluntatis exhibuit fugiendam Ss. Patriarcha Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 1. *Pro lege eis est desideriorum voluptas: cùm quicquid putaverint, vel elegerint, hoc dicunt sanctum, & quod noluerint, putant non licere.* Arridet ipsis uti infallibile, quod rideo uti ludicrum & despicabile, auctoramen iuris leg. 2. C. de *Crimin. sacrileg.* ubi: *Sacrilegij enim instar est, dubitare, An is dignus sit, quem elegerit imperator.* Ishoc pro blandimine deliramentum vel ab Heraclito extorquebit risum. Hic est fomes vanitatis, vel furoris: igitur pro auctoritate consilij, consilium colitur auctoritate. Quapropter protreptici, arreptitij, fanatici, quasi quæ dixerint infallibilia, quæ nolunt mala; quæ cupiunt, omnino bona: ita proiecti in temeritates, ut dignos dicant malos quia benemeriti, & malos signent dignos, quoniam indigni: igitur iuxta voluptatum desiderium, quod putaverint, aut elegerint, hoc dicunt sanctum.

*Dum voluntas alligit, eligit quod tantùm placet.*

5 Quis non achriogelus? verùm non Ionio, sed Sardonico risu. Quoties voluntas deviat à ratione, ruunt molimina Reipublicæ. In huiusmodi divortio fundatur & adolescit ineptiarum magnitudo: igitur pro suffragijs in alijs instat ratio, deficiente voluntate; in alijs verò nititur voluntas, deficiente ratione. In unionem utriusque potentiæ dirigenda sunt vota, atque vocalium consilia; quippequàm minimè rationalis erit electio, ni voluntatem manuducat ratio.

*Improba electio, ni voluntatem manuducat ratio.*

Explicitis rebus arcanis cœlestibus, quæ portare pro illo tunc nequibant assclæ, afflictis mœstitudine cordibus; dixit illis Iesus: *Paraclitus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcumque dixero vobis* Omnia verba auctoritatis erunt materia cogitationis. Spiritum Sanctum *mittet Pater in nomine meo.* Idest, *meritis meis*, ut notat Alapide. Mittere erat gratia, qua ornanda Ecclesia. Per merita non propria, sed tantùm per amicorum, aut sanguinis connexiones, fatagunt plurimi elevari ad dignitates; ita ut sua sunt munera, & merita aliena, de quo egimus *Tautolog. 6. Didasc.* 8. num. 4. Cruenta prorsum electio, quæ sit sanguinis intuitu. Ubi dilectio stabilitur lex, patet non esse ad munera ius: & cùm venit Spiritus Sanctus, ut eius illapsu illustratur Apostolica corona, Christus discipulis exponit in collationem gratiæ propria merita; quoniam ubi nihil detrahitur iustitiæ, ab merita aliena potest Superior studere gratiæ.

Ioann. 14. 26.

Alapid.

*Ubi non defuit à iustitia, ob amicitiã, quit fieri à Præside gratia.*

6 Subinde. *Cùm venerit, ille vos docebit omnia.* Amor docebit? Quid? Docere Sapientiæ potiùs incumbet. Amorem subrogat in materia legum? Utique. Nova erat mundo uti cœlestis doctrina: amor sufficitur tamquàm vicarius in cathedra; quippe suaviùs portatur iugum legum, si dilectione portatur, amore docente, quomodò feratur iugum. Sapientia docet per principia incognita in gymnasio. Hinc discipulis innuit: *Multa habeo vobis dicere, quæ non potestis portare modò.* Sapientia amoris, uti scientia plauditur, quæ per demonstrationem ab hominibus acquiritur: & dum Sapientia tacet, Amor docet; quippe potiùs propendunt subditi in observantiam legis, ubi docentur per demonstrationem Superioris. Vide quæ diximus hic *Tautol. 5. Didasc.* 4. à n. 6.

Ibidem

*Amor in signimus gestor.*

*Et Superioris est plum.*

7 Aptiùs Didascalicæ scopo. Principes per me constituti estis, atque in fastigium elevati honoris, ad cuius moderationem necessaria multocula prudentia: cùm venerit Paraclitus, *Ille vos docebit omnia.* Sapientia non docebit, cùm ab illa conferatur honor? Dexteriùs, atque utilius docet amor. Sapientia docet quid incognitum per causas latentes; Amor per principiorum docet exhibitiones: & minimè comprehenduntur Superiorum facultas, & potestas, dum fiunt electiones per altissimas causas. *Docebit vos omnia* Spiritus Sanctus. *Hoc est, ducet, diriget*: ait Euthymius. Iuxta expressiones Filio tribuitur intelligentiæ dignitas, Spiritui Sancto oculata voluntas: & voluntas oculata non proscribet? Non: docebit ducendo, dirigendo; nequaquàm docebit definiendo, vel deliberando: igitur desinire haud incumbit voluntati, sed rationi.

*Electiones desiciuntur, quorum causam comprehenditur*

Euthym

*Eligere, congruit rationi, non velle tam.*

8 Innuit illicò. *Suggeret vobis omnia, quæcumque dixero vobis.* Quæcumque dixerit? Sane. Vicarius Redemptoris, ut diximus erat Spiritus Sanctus, quem discipulis designaverat Filius. Quia personæ impeccabiles, hæc sententia auditur bene; neutiquàm ubi est alia voluntas potens afficl vel inficl fictione, vel affectione: igitur Successor male audiet, si facit omnia, quia antecessor dixerit. Videnter mihi similes hi discipulo Elisei habenti in manu securis manubrium, cùm in profundum aquarum cecidisset ferrum. Per securim notatur imperium tam apud Romanos, de quo Pierius Valerian. lib. 42. *Hieregl.* cap. 71. quàm apud Persas, ut observat Herodotus in *Euterp.* Constat securis, aut bippenis & ferro & ligno, quasi signis potestatis & honoris: quid traditio securis sine calybe? Non securis, quippe non honor sine honore potestatis: & minimè sic electus honoratur, sed ignominiose illuditur; igitur cùm virga regiminis non habeat stimulum, nec lignum ferrum, in honore non videtur nec colitur nisi lignum. Vividiùs vernaculè: *Quitandole en el honor los azeros del poder que le dà el puesto, no vèn en èl sino un palo.* Ideo dum lignum videt sine ferro exclamat: *Heu.* Aptè. Sine potestate dignitas, honor est dignitatis calamitas.

4. Reg. 6. 5.

*Securis signum imperij.*

*Sit potestas bonoris in honore potestatis.*

Ibid.

9 Perscrutemur alia. *Docebit omnia, quæcumque dixero vobis.* Non dicet quæ dixero, sed docebit. Dicere, est definire: docere, est dicta vel definita auctoritate firmare: & Spiritus Sanctus, licet sit amor, in distributione munerum respiciet in merita, & nequaquàm in amoris munera; igitur haud in electionibus deliberabit, sed dumtaxat confirmabit docendo quæ ratio dixerit. Clariùs igitur. Ego vos in munera & dignitatem elegi, sed cùm Paraclitus venerit pro munerum distributione, & decore culminis, *suggeret omnia, quæcumque dixero vobis.* Quoticscumque dignitates destribuendæ sunt, spe potiundarum lactatur ambitio, vel phantastico merito, ut introducatur in dignitates, meritis amoris Præsidis: & ut in hominibus secetur istiusmodi vana fiducia; munera minimè conferet Successoris gratia, sed rationis prudentia. Haud constituet, sed constituta firmabit. Quamvis à plurimis cogitetur in Successore amoris excessus, suggeret quæ ratio dixerit, & nihil amplius.

*Amor alligat, sed electos dirigat.*

*Nil decernat dilectio, nisi quod ratio.*

10 Aliqui per Enallagen intelligunt *Dixit* pro *Dixero.* Si ratio dixit, & Spiritus Sanctus faciet quicquid dixit ratio; quid & quomodò docebit? *Clariùs docebit*: infit Theophilactus. *Clarius?* Itaque. Tunc non aliam dignitatem habebant discipuli, nisi discipulos esse. Adventu Divini spiritus distribuendæ erant ministeria, quibus digni approbandi erant ad munera; quoniam sine meritis ad munus, non sufficiebat discipulorum titulus: & amor clariùs docebit, quicquid rario eligens dixit, cùm potiti fuerint, qui discipuli, muneribus; quippequàm hominesclariùs cognoscuntur in dignitatibus. *Quæcumque dixi.* Si priùs dictum, quid docendum? Si Spiritus descendens visibiliter ab Olympo docebit, ad quid dictum? Si dicet tempus, ad quid prius? Ut quod decretum priùs, diceret tempus? igitur votum proponentis suspicionum; ni electus tali, ac tantus in thronum egrediatur, sicut fuerat dictum. *Docebit.* Quid? Quàm benè & admodum rationis elegi vos: siquidem isthæc electio confirmabitur è cœlo veniente Spiritu Sancto.

Theop.

*Amor est gratis nisi est electi meritum*

*Clariùs hominesconognoscitur dignitatibus.*

11 Fige in duo capitula Lucæ pro eodem articulo, considerationis acumen. *Elegit* (dicit de cœlesti Præceptore) *duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominavit.* cap. 1. Act. 2. ait: *Apostolis, per Spiritum Sanctum quos elegit.* Videtur tacita dotium commendatio, geminata in diversis capitulis, & distinctis personis Apostolorum electio. Verùm iuxta Alapide hic, Spiritus Sanctus elegit, ubi discipulos Apostolos Christus super montem designavit. *Per Spiritum Sanctum, quos elegit*: scilicet iam pridem: subdit Cornelius. Quo pacto Apostolorum constitutio facta à Christo, tribuitur Spiritui Sancto? Spiritus Sanctus linguis igneis ratas fecit electiones: & dum auctoramine affruit, dicitur quòd illas fecerit; quippe electio quæ hominum, Dei fit; ubi eligunt homines iuxta voluntatem Dei.

Luc. 6. 13. Act. 1. 2

Alapid.

*Electio Dei fit, si fuerit iuxta voluntatem Dei.*

12 Liquet propositum. Electio Apostolorum fuit ex humana voluntate Christi. Confirmatio autem de cœlo à divina voluntate: & dum iuxta rationem homines favent dignis per collatum suffragium, sententiæ propriæ, & iudicia prolata non sunt hominum; quoniam electio Dei est, dum voluntas sequitur momenta rationis, quin ratio ducat desipientiam voluntatis. Electio facta in mundo, & etiam in cœlo. Per Christum, & per Spiritum Sanctum. Dependit electio prima à secunda, quæ confirmavit acta: & dicitur à cœlo facta electio, quam decrevit homo; quippe si electos cœlum linguis ignitis affruit, haud aliter eligeret, si elegisset.

*Optimè homo, cùm eligit, dum cœlum non aliter elegisset,*

13 Apostolis electis, auctorandisque descendit Spiritus de cœlo, ut clareat à quo summenda suffragiorum commendatio: igitur ni cœlum sigillet & confirmet electionem; nec electio nec electi habebunt auctoritatem. Ferè dum ad summam dignitatem hominis fit electio, dicitur electio & appositè creatio. Creatio theologicè est productio ex nihilo. Discant Principes Ecclesiæ muneribus non inflari: si in nihilo nihil est; dum eliguntur, electio ex nihilo fit: siquidem estò apprimè & præstanter floreant dotes, non sunt merita, estò magna, ad creditas dignitates. Creatio est electio. Venit

*Nulla auctoritas electionis, sine cœli auctoritate.*

Spiri-

Spiritus Sanctus in conclave cœnaculi, ut in dignitatem crearentur Apostoli. Ex nihilo fit creatio: & cœlum electos eligit, dum testificatur de electione: etenim si cœlum electos reprobat, vel in dignitate non confirmat; quasi nihil feciſſet, licet totus mundus cunctis ſuffragijs elegerit. In proditore Apostolo via detur: in culmen principatus à Præside Sanctiſſimo eligitur: verùm amiſſum eſt eligentis ſuffragium, quoniam reprobavit poſt electionem cœlum.

*Non eſt electus electus indignus.*

14 Aſtruxit Dominus, poſtquàm præmiſsis lotione pedum tot obſequijs, & Euchariſtiæ inſtitutione tot beneficijs, minimè fracta eſt protervitas diſcipuli proditoris: igitur qui cum illo comedebat panem, contra illum levavit ſupplantationem. Coram protulit: *Non de omnibus vobis dico: Ego ſcio quos elegerim.* Difficile prorsùs argumentum. Nonne Iudam elegit, & inter cæteros eadem claſſe collocavit? Ipſe oſtendit, cùm dixit: *Nonne ego vos duodecim elegi*: Si elegit inter duodecim, & de uno ex duodecim dicit; quare aſtruit noſſe optimè quos elegerit, quaſi inter duodecim Iudam minimè elegiſſet? *Diabolus eſt*: ſubdit. Ita illius depravatus genius, ut non diabolus eſſet in illo, ſed ille eſſet ipſe diabolus, nec poſſet inveniri diſcrimen inter Iudam, & Satanam; quippe ille fecit, quæ vel epibolus inſidiator non faceret. Electus per electionem tantùm non eligitur. Non eſt electus, qui poſt electionem iurè à cœlo reprobatur: & cùm Iudas eſſet improbus, & electus; nequaquam erat electus, quoniam indignus: igitur non dignus qui eligitur muneri, ſed qui eligitur digne. Scit Chriſtus, quos elegerit, noſcens Iudam elegiſſe; etenim electus implevit numerum, & neutiquàm meritum: quandoquidem indignis meritis credito officio; quaſi de illo nulla facta eſſet electio.

Ioann. 13. 18.

Cap. 6. 70.

Ibid.

*Eligitur vere qui digne eligitur digne.*

*Noſ numerus ſumus.*

Horat.

Dicere quibat eum Horatio, lib. 1. *Epiſt.* 2. v. 25. In miniſterio ſuo & alieno nominatus eſt, ut abiret in locum ſuum: de quo nobis alias. Perpende quanta cauſa dictum à Bernardo lib. 4. de *Conſid.* ad *Eugen.* cap. 5. *Officia bonos facilius recipere, quam facere.* Hinc patet, quàm præceps voluntatis ſolius, vel affectionis propoſitum; cùm improbi exeant, qui probi etiam eliguntur. Virtus Præſidis vigilanter, ut canit Claudianus in IV. *Conſulat.* Honor. v. 308.

Bernar.

*Trudat avaritiam, cuius ſæviſſima nutrix*
*Ambitio, quæ veſtibulit, foribuſque potentum*
*Excubat, & pretijs commercia poſcit bonorum.*

Claud.

## DIDASCALIA VI.

### *In electione conſilio, non prece agendum eſt.*

1 GNome Bernardi eſt lib. 3. ad *Eugen.* de *Conſiderat.* cap. 4. Frequenter ad thronum, maximè qui indigni pro meritis exponunt merita precum: quæ quidem ſuſpicioſæ debent eſſe, igitur merita haud egent interceſſore. *Qui pro alio rogat, ſit tibi ſuſpectus*: ſubdit Melliſluus Doctor *lib.* 4. *cap.* 5. Siquidem cùm cenſus dent honores; ne ambientibus ſint fallaces, precibus ſolvunt, quæque ab illis acceperunt.

Bernar. *Merita indignorum preces.*

*Quæ vera, non egent interceſſore*

*Hinc rapti pretio faſces, ſectorque favoris*
*Annus venali referens certamina campo.*
*Hinc uſura vorax, avidumque in tempore fœnus,*
*Et concuſſa fides, & multis utile bellum.*

Lucan.

Accinit Lucanus lib. 1. *Pharſal.* v. 178. Unde ut ſuffocetur indignorum ſpes, & precum caput confringatur peſtiferum, in electione munerum conſilio & non precibus agendum.

2 Huiuſmodi normam tradidit Honorio Claudianus: igitur in *Paneg.* pro IV. *Conſulat.* v. 294. ſuccinit:

*Rex vivat alijs*

*Tu Civem, patremque geras. Tu conſule cunctis.*
*Nec tibi: nec tua te moveant, ſed publica vota.*

Claud.

Quandoquidem, ut inſit Seneca de *Conſol.* ad Polyb. cap. 16. *Ex quo ſe Cæſar orbi terrarum dedicavit, ſibi eripuit.* Conſulet enim ſibi tantùm, qui protriverit in electione conſilium: & movent ſua, non publica, ſi in decorem dignitatum abdicit merita. Patris & civis officia habere, Principi congruit, ubi ex candidatis eligit: patris amore, ne filij opprimatur tyrannide: civis, ut ſtudeat Reipublicæ commodis: verùm cum pugnaverint munia inclinatione ad gratiam, iure ad iuſtitiam; pater non vincat civem, ſed civis patrem: ſiquidem in conferenda munia civem mo ere debent publica vota. *Homini regi* conferetur regnum cœlorum, in quo prudentiæ reluceat exemplum: igitur cùm per hominem notetur inclinationum affectio, per regem muneri addictio; præſtat rex qui homo non homo, cùm prior debeat eſſe reſpectus dignitatis, quàm reſpectus hominis. Patrem rex vincat, dum vota non ſua, ſed publica tractat: ete enim meretur conſtitui regem, quiſquis hominis eligens vicerit inclinationem, excitatemque rationis exponet, uni conſilium inclinationis elegerit.

Seneca

*In electionibus ſit meritorum recordatio, & indignorum oblivio.*

*Potius eius publica vota.*

Genes. 27. 1.

3 Cæcum ſæpe demonſtravimus Iſaac, cùm ſuffragio cogitaret exaltare Eſau. Iam enim hic & vili pretio vendiderat primogenita: ſed patris ita cæca affectus caligine lumina; ut eligere in principem intenderet, qui iam nihil habebat, quod amitteret. Sciebat enim Domini oraculo præferendum Iacob. *Maior ſerviet minori*: & adhuc urget, vel dignum commendante memoriâ, affectionis inſtantiâ; quia nolebat aſpicere, quem non poterat videre. Iacob, principe patre, congruebat dignitari. Eſau cogitavit pater, congruere ſibi: & oſtendit cæcitatem, quippe maluit priùs eſſe patrem, quàm principem, in regiminis regula; qua præferenda ſemper publica vota. Reminiſcitur meritorum Iacob, verùm voluntas tendebat in Eſau: & à Iacobo, ni cœlum perverteret conamina, defeciſſet dignitas; quia à memoria meritorum iam defecerat voluntas. Aptè Glorioſus legislator N. Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 71. *Non permittimus privata imperia præponi.* Privatum imperium eſt iuxta præcipientis libitum; commune, iuxta rationis placitum: & non permittit præponi privata imperia, quem movere oportet publica vota; quoniam rationem dedecet imperare ad voluntatis placitum, cum oblivione omnimoda meritorum.

*

Cap. 25. 23.

*Cæcus Præſes qui præfert bona communi, præpotium.*

S. Bened.

*Eum decet memoria meritorum, & non affectuum.*

4 Spiritus Sanctus dicitur amor, & de illo aſtruit: Aſſertor N. *Suggeret, quæcumque dixero vobis*: id eſt, *Revocabit in memoriam.* Ita ex Arabica verſione Auguſtinus. Memoria, à pluribus Philoſophis, iuxta Ariſtot. lib. de *Anima*, non diſtinguitur ab intellectu: & modò quæ eadem cum ratione, tribuitur voluntati; quippe tunc cognoſcitur voluntatis affectio, dum revocantur in memoriam, quæ dictat ratio. In electionibus, ne fiant cæcè (uti futura, ni cohiberetur, Iſaaci) ius eſt dignorum recordatio, atque indignorum oblivio. Eſt memoria memoriæ, & eſt memoria oblivionis; cunctaque pendent ab arbitrio voluntatis. Unde Ieremias: *Memoria memor ero.* Et Anna: *Recordatus mei fuerit, nec oblitus* (de quo Nos Deo volente *Tom. ſeq. Tautolog.* 7.) ſiquidem iuxta placitum voluntatis, & decreta affectionis, plerique memoriâ oblivſcuntur; & ut oblivioni tradant, meritorum recordantur. Artes huiuſmodi ſæpe in qualibet videntur electione: quandoquidem ad ornanda merita, inefficax undecumque mera memoria. Videamus calliditatis artes, ut merita ſuffragentur & non preces.

Ioann. 14. 26. Auguſt.

*In electionibus ſit meritorum recordatio, & indignorum oblivio.*

Thren. 3. 20. 2. Reg. 1. 11.

Matth. 18. 23.

*Quæ ne meritis obliviaſa?*

5 Cui Chriſtus tribuit memoriam, attribuit etiam veritatem & omnem. *Cùm autem venerit Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Omnem: Veritas num eſt diviſibilis, ut cùm dicitur ſit omnis: Si non omnis, non eſt veritas. Ergo ſi veritas, omnis. Cur igitur ſpondet Chriſtus Amorem dictum ire non tantùm veritatem, ſed veritatem omnem? Ut homines dum conſulunt, conſulant benè, ac non affectiones, ſed conſilia clateſcant in electione. Mos eſt plurium recordari de quo volunt, quoniam volunt recordari. Dicunt aliqua, tacent reliqua, & dum clarere videtur corpus lucidum veritatis; eſt veritas, ſed non omnis. Ubi tota non dicitur, qui dicit, oblivione recordatur: & tunc fugit benemeritum dignitas, quia eſtò dicta, non omnis prolata veritas. N. dialecto: *Pierde el benemerito el cargo, porque ſe bizo memoria, mas no de todo.*

Ioann. 16. 13.

*Affectus ſolummodò recordantur, de quo volunt.*

*Ars Aſſectionis.*

Cauſa ſuppetat. Veritas proferatur, ubi merita qui Præſes reminiſcitur: cæterùm non omnis veritas, dum illuſtrium ſit memoria meritorum, & oblivio de meritis ad culmina dignitatum. Veritas omnis eſt memoria munerum, cum memoria meritorum: & Spiritus veritatis, cui attribuimus amorem, docebit omnem, cùm venerit, veritatem; quippe memoriam faciet, & cunctis oſtendet, quid Apoſtoli meritis conſequuntur, & quid in altiores, dignitatibus mereantur.

*Propoſito ſum ſanè memoria de meritis, & non de præmijs.*

6 Sublimior latet in auctoritate cogitatio. *Omnem veritatem.* Ideſt, quæque latent hominem: ut diverſis linguis per totum orbem legem extenderent Evangelicam, & ſuam his meritis ſcirent prædeſtinationem ad gloriam: quod nimirùm meritum habituri eſſent in mundo, & quali gloriâ potituri in cœlo. *Prædeſtinationem* conſultò dixi. Sanctum apud Scholaſticos cum D. Thom. 1. p. q. 23. & Expoſitores in Epiſt. ad *Rom.* 9. à v. 14. decretum prædeſtinationis Sanctorum eſſe ex meris Dei voluntate, cuius origo amor, quo eligit homines ad gloriam bonitas ſumma, & ante prævisa merita: bonitas, cùm eligat: & ſumma, quippe priuſquàm merita noſtra prævideat. Non ideo huiuſmodi electio eſt perpera (ut garrit Calvinus) quoniam à ſola voluntate orta: igitur per merita poſſet videnda in electis, parebit cunctis iuſtificatio electionis. *Deus* (inquit Auguſtinus de *Gratia & libero arbitr.* cap. 23.) *reddit mala pro malis, quia iuſtus eſt: bona pro*

*Electio prædeſtinatorum ad gloriam antè præviſa merita.*

Auguſtin.

*Cur non debet esse quæstio de electione Dei ante merita præviſa?*

*pro malis, quia bonus est: bona pro bonis, quia bonus & iustus est. Iniqua non reddit mala bonis, quia iniustus non est.* Unde ex antelatione huius gratuitæ electionis nequit oriri quæstio; quoniam merita electorum pòst demonstranda. Posset esse, si throni gloria conferretur ante merita: & non est querimonia ex electione facta à voluntate divina; siquidem cùm pervenerint electi in maiestatem throni, testificabuntur actibus iure meruisse.

7 Inconcussum utique, gratiam esse & Dei liberalitatem decretum electionis ad gloriam; verùm nemo sanæ mentis hujusmodi gratiæ præmium dicet gratiam. Unde vera est propositio: *Deus gratis vult dare gloriam*: falsa verò: *Deus vult dare gloriam gratis.* Est gratia concedere ministerium, aut officium, ex quo possit resultare meritum: sed non est gratia concessio gloriæ, quæ datur merito officij. Est corona quam concedit iustus iudex, ex electione quam fecit misericors pater. Est corona iustitiæ concessio gloriæ. Non est gratia. Est gratia electio ad gloriam cœli, cæterùm non est gratia possessio throni; quin vereatur amor ante possessionem dignitatis, manifestare obiectum electionis: igitur è iustitia provenient munera, quippe dignitatem conferunt ipsa merita. Obiter nota, gloriam concedere, ad electorem spectare; cæterùm ad electum, mereri: siquidem sine meritis, non conceditur thronus dignitatis, cuius electio ferè ignoratur à fauto, ne vacet ab officio virtutis, quia voluntatem habet efficacem electoris, & simul ne videatur, cùm pervenerit ad thronum, dignitatem conferri per solius voluntatis absolutissimum placitum. Iurè ignoratur usque ad exitum electio & reprobatio. Electus nihil ageret boni, confidentiâ voluntatis iudicis: reprobus verò peiùs, præcipitio atque cæcitate proiectionis.

*Cur electio dicitur gratia, & possessio gloriæ in stitia?*

*Cur rarò revelatur electio?*

*Quæ est omnis veritas in electis?*

8 Modò in testimonium præfatum. *Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem.* Ideſt, electionem in labores expugnationis debellandi orbis, & electionis ad gloriam, quæ infallibiliter sequetur huiusmodi pugnam, qua nitebit meritorum claritas. Hæccine *Omnis veritas*? Profectò. Dum est præmium sine merito, nec corpus est, nec umbra veritatis. Ubi meritum sine præmio, est veritas, sed non omnis: & Spiritus veritatis vos docebit omnem veritatem, testificans assumptorum iustissimam electionem; quoniam ostendet ex iustitia collatam claritatem munerum, iuxta momenta atque qualitates meritorum.

9 Propositò principali. Prædestinato, sive ad gloriam electo, conferetur felicitas thronus, cæterùm cùm fuerit tempus. Labor est sanè meritum, sed præmium inexplicabile gaudium: & eodem tempore quo gloria datur, qui iudex meritorum de electione ad gloriam reminiscitur; igitur gravissimum esset homini, ut, merita acquirere posset, occasiones in labore demonstrare, & in tempore mercedis illum prorsùm oblivisci.

*Gratia, meritorū recordatio, & non eorum oblivisci.*

Ratio constat. Voluntas, pura voluntas, est ad favorem, nequaquàm ad dignitatem; quippe sine meritis tendere nequit in remunerationem. Voluntatis placitum est præmium indigni, igitur meritum habet dumtaxat in voluntate. Dum voluntas materiam offert, ex qua præclara resultant merita; non intendit oriri præmia ex voluntate sola. Est gratia, sed in solum favorem non dirigit gratiam, quoniam ex iustitia exercitijs, qui meretur, meretur gloriam: siquidem eligeretur in lignè; qui eligeretur, quin posset mereri, sicut ille qui eligitur à decreto cæcæ voluntatis, precibus intercedentium, non suffragijs meritorum. In Deo non est, quod in humana voluntate, ubi resolutio sine cognitione, voluntas merè voluntas, & affectionum propudiosa cæcitas, ignorante ratione (quippe in contrarium lex) in velle quia cauta vult: quandoquidem sæpe in examine invenitur memoria cum oblivione, atque voluntas sine voluntate. In Deo est amor efficax; igitur licèt prædestinati electio sit per amorem, & libera voluntate decernatur; voluntatis profectò reminiscitur; quippequam in exitu laboriosæ vitæ pollet memoriâ, ex iure claro remunerandi merita. Hoc est discrimen electionis ad gratiam & ad gloriam. Ad gratiam non est meritum, sed tantùm voluntas: ad gloriam patere debet meritorum veritas. Ad coronam merita sunt necessaria, etenim sine meritis, vel maior non esset gloria: & opportunè recordatur Deus eius quem ante prævisa merita elegit libera voluntate; quoniam illi confert gloriam, quam meretur ex iure.

*Voluntatis placitum in digni meritum.*

*In cæca affectione ignoratur, quare affectio?*

*Discrimen inter gloriq atque gratiæ concessionem.*

10 Occurrit menti arcana periodus, quam in sermone præsaro pòst cœnam protulit Dominus. *Pater clarifica filium tuum.* Ad quid igitur Patris auctoritas, & testimonij cœlestis inconcussa claritas? *Ut cognoscant te* (subdit) *solum Deum verum & quem misisti Iesum-Christum*, quod quidem dicitur *Vita æterna*, ibid. Haud immoror in clarificatione, nec in claritatis iure: igitur par est, quod Pater clarificet maiestate honoris, qui ita studuit pro religione Patris. Solummodò cogito, hic nullam mentionem fieri de Spiritu Sancto. *Ut cognoscant te* (ait)

Joann. 17. 1.

Vers. 3. *Honor debetur honoranti.*



(ait) *& quem misisti.* Necessaria erat ad fidem notitia tertiæ personæ. Unde alibi dixit de Paraclito: *Vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit.* Quare igitur dum loquitur de gloria, seu vita æterna, tertiæ Trinitatis Personæ nulla datur Apostolis notitia? Quippe loquitur de vita æterna & de gloria. Priùs locutus fuerat de gratia prima, quæ non cadit sub merito, cùm conferatur pro Dei voluntatis libito. Modò sermonem direxit in gloriam, quæ confertur meritis acquisitis per gratiam. Gratia pendet à divina voluntate: gloria à meritorum iure: & ubi merita intervenient ex iustitia, voluntatis ac amoris nec memoria. Cognoscent discipuli Spiritum Sanctum per gratiam & permanentiam. *Cognoscetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit*: verùm ingressuri in cœlum, Patrem & Filium. Patrem cui tribuitur mansionum cœlestium distributio; & Filium, qui Patris sapientia & ratio. Extendatur affectus & effectus voluntatis ad gratiam, non ad iustitiam. In Spiritu Sancto exprimitur amor: & dum memoratur æterna vita, Spiritus Sancti nulla exprimitur memoria. Subtiliter. Haud exprimit Christus amorem, quippe gloria per solam non conferetur voluntatem: sed amor memoriam habet collationis dignitatum, in eos qui per gratiam ius acquisierunt meritorum. Quid ergo in hominibus? Solæ voluntatis placita

Ibid. cap. 14. 17.

*Ubi valent merita, ibi efficit nec memoria.*

*Apud homines meritum sola voluntas.*

Petr. Cost. —— *Intexta præcingent tempora vittæ.*

Proh Superi! Per ipsamet ornamenta claret electi ignominia.

*Cur imperium signatum per bestias?* Senec.

11 Vidit Ioannes horribile monstrum, per quod, ut placet multis, Romanum signabatur imperium. Per bestias signata Principum dignitas? Cognatio magna interest absdubiò inter ad principatus assumptos, & mentis captos. Unde Seneca in *Lodo Claudii*, iurè dixit: *Verum proverbium fecerat: Aut regem, aut fatuum nasci oportere.* Quid, si omnia simul? Miserabile regnum. Causam canendo plorat.

*Impro bus iudex.*

*Deflete virum*
*Quo non alius*
*Potuit citius*
*Discere causas,*
*Una tantum*
*Parte audita,*
*Sæpe & neutrâ.*
*Quis non iudex*
*Toto lites*
*Audiet anno?*

Idem.

Apoc. 13. 1. *Vidi* (inquit) *bestiam habentem capita septem, & cornua decem, & super cornua eius decem diademata, & super capita eius*

*Dum bestia eligitur in imperium, cognoscitur ex in ferno suffragium.*

*Nullum caput in regimine caput bestiæ. Et multa capita*

*Regnorū ruina.*

*Cumulus honorum sæpe in ornamentum bestiarum.*

*Indignè assumpti ingrati fere.*

Ibidem.

*Reipubli cæ occasus bestiarum asc ensus.*

*Sunt venena elevata reptilia.*

Claudiã

*Præmio fieret virtus.*

ræ pondere dignitates, clamant quid fecerint preces. In electionibus valeant consilia, igitur consilium dedecet, quod beluarum sit memoria. Valeant merita, ne sit dignitatum ruina. Præstet dotium splendor, quem ambiat honor: ut ultrò fastos ornare cogat, quem ratio in Superiorem designat, relegando reptilia, ne sint venena. Io pro dignis audiatur, non pro bestijs ascendentibus, nocuis ipsis dignitatibus. Merita sint solùm ad munera via, ut sit muneribus gloria. Audiatur Claudianus lib. 2. de *Laud. Stilic.* v. 122.

——— *Non obruta virtus*
*Paupertate latet. Lectos ex omnibus oris*
*Evehis, & numquam meriti cunabula quæris,*
*Et qualis, non unde fatus. Sub teste benigno*
*Vivitur: egregios invitant præmia mores.*
*Hinc prisca redeunt artes: felicibus inde*
*Ingenijs aperitur iter.*

## DIDASCALIA VII.

### *Invidia maius tormentum.*

Horat.

*Invidus quare sui tortor?*

1 CAnit lib. 1. *Epist.* 2. v. 58. iurè Horatius: etenim grave utcumque, malum ab ipso patiente. Tormentum, quippe cruciantur intima viscerum: & maius, quia voluntarium: ita affectione prona in audaciam, ut tollat ab anima nobiliorem potentiam. Infertur pectori, virus halanti, fumo affectus Sole obnubilato intelligentiæ, cùm nihil intelligat ex his quæ cogitat, quamvis videat. In delirium transit, quem hæc vipera momordit, auctà malitiâ, lima quantumvis opposita; quoniam modò mordeat, despicit prorsùs, quòd dentes morsu confringat. Delirium est. Inficiabitur radios in Sole, quia non sui. *Nullum habet terminum* (ait Seneca *Epist.* 94.) *tam sollicita est, ne quem ante se videat, quàm ne post se alium.*

*Et delirus?*

Senec.

*Quisnam impacata consanguinitate ligavit*
*Fortunam Invidiamque Deus? Quis iussit iniquas*

Stat.

*Æternum bellare Deas? Nullamne notabit*
*Illa domum, torvo quàm non hac lumine figat*
*Protinùs, & sæva perturbet gaudia dextrâ,* &c.

*Gloria invidiæ comes.*

Succinit Statius lib. 5. *Silvar.* v. 137. Quicquid splendidum, si alienum, cogitabit invidus somnium. Phantasma Christum discipuli iudicarunt, ubi glorioſum viderunt. *Existimabant se spiritum videre*: dixitque eis: *Videte.* Nonne videbant? Utique, sed etiam videbant corporis gloriam. Quod videbant non credebant.

Luc. 24. 37. 39.

*Oculi invidi, ne visa plaudant, taligant.*

Quicquid illis contigit præ gaudio, præ mœrore accidit invido: cui iurè videnti, ut videat, dicitur; quippe nullo modo videt, quæ se carpendo miratur. Avertatur quod videt, & quia videt; & executire maiet: igitur cùm glorioſa vel miranda, vel non videnda; lumina aperit ne videat, ut quæ visa prodigia minimè plaudat. Habet oculos videntes, & aliena non videntes, quod extremum malignæ excitatis. Hispan. aptius: *No es seguidad, sino seguera.*

2 De Isaco dicitur: *Caligaverunt oculi eius & videre non poterat.* Quid novi, quòd non videret, si caligaverant oculi? Novum sanè. Causa dicitur caliginis, opposita omninò causæ livoris. Non videt Isaacus, quoniam non potest videre: invidus verò non potest videre, quoniam videt. Ille, quia caligat oculus: hic autem, quia caligat intellectus. Senum obscurantur oculi, ne videant: quia videnti invidi, obscurantur oculi. Illi quoniam laborant infirmitate; hi, quippe laborant luce: unde invidi paret tormentum, & etiam inter cruciamina maximum; igitur quo alij utuntur in sensationem, ducitur in excitatem.

Genes. 27. 1.

*Lumen rejicit, ut in tenebris ambulet.*

3 In caligine oculorum Isaac, animus describitur Esau.

——— *Gaudent in tristi funere fratris.*
*Macerat invidia, ante oculos illum esse potentem*
*Illum ad pectiari, claro qui incedit honore.*

Lucret.

Ait Lucretius lib. 3. de *Rer. natur.* v. 72. Pater videre non poterat præ caligine oculorum, filius, quia videbat fratrem vel à cæco benedictum. Carpebatur, tumpebatur: & iram ex subducta gloria dignitatis placaret, modò frater non haberet: igitur non tam atflixit, nec animum perculit, quòd esset subditus, quam quòd frater illi fuisset prælatus. *Irrugijt clamore magno consternatus.* Insremuit electione, ubi se vidit defraudatum dignitate, cùm cogitasset fastosè haud indigere meritis, cum voluntate patris. Transivit in invidiam superbiæ, atque in cordis livorem arrogantia: igitur non tam quia subditus, premebatur, quam quòd subdito futuro, qui Superior subderetur.

Vers. 34.

*Non tam premitur malo suo, quã bono alieno.*

4 Observetur Propheræ Regis insignis periodus. *Deus* (ait) *ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos.* Ampliorem, ni fallor, Regius Psaltes solicitat vindictam, dum exprimit illo articulo clementiam. Pœna sanè plusquàm mors, ubi mors pœna non est. *Ne occidas eos.* Haud oritur imprecatio ex

Psalm. 58. 12.



*Misera vita invidi.*

ex indulgentia, sed ex iustitia. Condonatio vitæ iuris severitas? Utique. Inimici laborabant livore. Pœnas criminis luituri, qui persecuti sunt iussum, cogitantes mortem eius, ne assumeretur ad thronum: & dum tollitur in regiam dignitatem, vitam imprecatur inimicis, & non mortem; igitur satis ostendi super illos in culmine dignitatis, ut tormenta patiantur miseræ mortis.

5 *Ne occidas eos.* Si ut patiantur, occiduntur; non occidantur, sed videant à Deo exaltatum in throno, quem eorum conata est suffocare persecutio: etenim dolebunt plusquàm de mortis acerbitate, videre æmulum in dignitatis culmine. Mors tormentum est, verùm pro criminum satisfactione pœna exigua: ultra mortem est cogitanda pœna: & nulla maior, quàm quem conabantur prosternere, procedentem videre clarum honore. Qui morituri pœnã, moriantur invidiâ; ut diuturnior sit in acerbitate pœna: quæ ita cor gravat malignanter invidentium; ut potiùs eligant pati tormenta mortis, quàm videre in æmulo splendorem dignitatis. Vivide Seneca *in Oedip.* Act. 5. v. 945. pro ingenio & supplicio invidi fuscinit:

*Mors reflectu pœnæ, pœna exigua.*

——— *Iterùm vivere, atque iterum amari.*
*Liceat, renasci semper: ut toties nova*
*Supplicia pendat. Vtere ingenio miser.*
*Quod sæpe fieri non potest fiat diu.*
*Mors eligatur longa: queratur vita,*
*Qua nec sepultis mistus, & vivis tamen*
*Exemtus erres.*

Senec.

*Ne occidas eos.* Videant & confundantur zelantes, ut moriantur continuò exaltationem videntes. Si semel morerentur, parùm pœnæ. *Ne occidas eos*, ut moriantur quotidiè, & usquequaquè. *Ne occidas tam celeriter sed serva eos ad vitam miseram*: subdit Genebrardus. Aptè: vita erit sanè dirior morte: igitur usque ad animam pervenit vulnus, dum cui invidetur, videtur super inimicos exaltatus: quippequàm invido grave, quem subditum despiciebat, Superiorem experiri. *Ne occidas eos*: ad quid huiusmodi severitatis demonstratio? Ad quid, si invidiæ laborant morbo? Laborent, & affligantur. Invidia Siculi non invenere tyranni maius tormentum: siquidem si gloriam alterius viderint; intra se venenatis visceribus computrescent.

Genebr.

*Invidia gravat, subditis Superiorem experiri.*

6 Nota singularem phrasem, & invidorum oculorum indicem. *Percutiam* (dicit Dominus Moysi) *Ægyptum in cunctis mirabilibus meis.* Percutere mirabilibus, singulare quidem. Potiùs quam vulnus exci-

Exod. 3. 20.

tant in hominibus admirationem: & mirabilia notantur in percussione, ut clarescant demonstrationes invidiæ: igitur quælibet visa portenta, invido non portenta, sed alta vulnera. Hinc aptè: *Ne occidas eos*, dum me super illos ostenderis, & quasi prodigium multis aditor sortis in eacumen exaltaveris: etenim dum ab illis mirabilia videntur, a se utique ad agendam animam, sine morte pereatrinntur.

*Quæ in aijs portento, invido vulnera.*

7 Dicit illustri metaphorâ Salomon. *Sicut sonitus spinarum ardentium sub olla, sic risus stulti.* Alij, *Invidi.* Risus indicatur in livido, uti quid novum: fugit sanè visceras gaudium. Risus admirationis est signum: & spinis risus invidi conferetur; quia dum sapiens glorioſa miratur, invidus pungitur. Iuxta merita gestorum his tribuit sapiens honorem, & ora laxantur in laudem: aliter cui viscera venenata ab invidia, videns portenta: etenim dum cordatus procedit in plausum, invidus pertinax illico erumpit in risum. *Sicut sonitus spinarum ardentium*: Et ridet? Risus profectò Megaricus. Ridet & moritur; quippe dum alius plauditur, intimè exoritur. Proprietates ignis dividunt inter se, qui videt & in quo videtur lux: etenim quo plausus lucet, invidus ardet. Haud aliud habet cruciamen, nisi alienum splendorem. Ideo dicitur *Invidus & stultus*: siquidem summa stultitia splendore flagrare, atque luce excutire.

Eccle. 7. 7.

*Plaudatur, dã alius plauditur.*

*Si lucet, ardet.*

8 In oculis animus inhabitat: & oculi Heli potiùs videntur invidiæ, quàm conditionis humanæ. *Oculi eius caligaverant nec poterat videre lucernam, antequàm extingueretur.* Ita legunt Eucherius, Angelomus Hrabanus & Dionysius. Si videbat fumigantem, potiore luce visurus lucentem. Quo igitur pacto videbat, cùm suæ lumine videre nequibat, & videbat quod non poterat? Caligaverant oculi eius potiùs luce, quàm caligine, ut clarerent effectus malevolentiæ. Lux splendore delectat: fumus lucernæ tetro fœtore sensum adstantium aggravat: & oculi invidi affectionis caligine, minimè vident proximum, dum lucet, sed quàm fœtet. Non oritur defectus visionis à luce, sed dumtaxat ab oculorum pestiferâ infirmitate: etenim invidus nequit dotium videre lucernam, nisi viderit extinctam. Si extincta in nocte lucerna, nemo videt, nec pedem libere movet. Hæc est lux invidi, nullam habere: siquidem vel summum aspicit, quem & ubi nemo videt.

1. Reg. 3. 2.

*Tantùm figunt fixa vel, non regulam lucem.*

9 Ulteriùs. *Non poterat videre lucernam, antequàm extingueretur.* Extinctione lucernæ tenebræ sunt. Splendore

*Non videt lucã, sed tenebras.*

etiam tenebræ clarescunt. Commodiùs poterat videre, si lucerna splendore rutilaret, quàm ubi eius fulgor evanuisset; etenim ut fiat sensatio, lux necessaria ut conditio. Profectò in communi sensationis luminum ordine, verùm invidus diversum habet modum videndi: igitur si lux necessaria est, ut conditio ad sensationem; ut invidus videat, est conditio necessaria, non esse lucem: quippequàm si lampas potiatur luce, nihil poterit videre.

*Sine tenebris, nil videt.*

10 De Tiberio Nerone, hominum hoste, & patrono lasciviæ, refert Plinius, ut vidimus in *Expositi. Litter.* num. 2. fuisse ita eius oculorum aciem, ut expergefactus noctu, haud alio modo, quàm luce clarâ contueretur omnia. Eadem de Panthera scribit Rasis. Text. lib. 7. cap. 27. *Eorum oculi in umbris refulgent, hebetantur in Sole, & longius quàm cæteri nitent.* Ita oculi Heli. Ubi tenebræ, erant lumina: ubi lumina, erant tenebræ: igitur invidus, si speculatur lucem, subito cæcus. Umbris gaudet, quippe aciem oculorum splendor levis perstringit; caligine lucis, atque luce caliginis: igitur lyncis oculi refulgent procul lumine, & excutiunt miserrimè coram Sole. Verè oculi animi indices; quandoquidem videre in tenebris solùm contingit animo, uti Tiberij, truci; vel vafro, sicut Pantheræ. Aptè animi indices, quia videre, vel non videre, haud dimanat ab oculo, sed ab animo: quo quidem splendorem nequit invidus videre; quoniam videt splendorem, obstrictis oculis caligine alienæ lucis. Oculi Isaïc & Heli caligaverant, & quia in illis caligo, nequibat esse nisi obliqua sensatio. Turpior aspectus invidi, ut obcæcetur livore: etenim illi non à caligine causa, sed caligo aliena gloria.

*Plin.*

*Ravis. Text. Tiberius noctu videbat sine luce. Oculi invidi sicut Panthera*

*Caligo eorum alicuius gloria & splendor.*

11 Scitur exaltatio Mardochæi in principem palatij Regis Assueri. Qui ad fores sedebat regiæ indutus sacco, Regis voluntate super inimicos elatus sedit in solio, penes quem centum vigintiseptem provinciarum moderamen, aclamantium iure principem. *Mardochæus autem* (ut juxta auctoritatem, decoram præferret vestem) *fulgebat vestibus regijs hyacinthinis viridique & æreijs.* Alij legunt: *Loleaceis.* Exprimit versio, quid nocet invido. Lolium herba est oculis summè nocua. Unde Virgilius lib. 1. *Georgic.* v. 154. ait:

*Esth. 8. 15.*

*Lolium nocet oculis,*

*Infelix lolium.*

*Virgil.*

Et Ovidius lib. 1. *Fastor.*

*Et careant lolijs oculos vitiantibus agri.*

*Ovid.*

Juxta palatij & aulicorum conditiones erat meditata vestis: non solum quia color æ-

*Aulici ut apparent præter veritatem.*

rius in decoris cultum, cùm non æruginentur aulici nisi ventum; sed quia significabat colore loleaceo, quid accideret pro exaltatione livido: quandoquidem nemo poterat videre in majestate, quin majestate offenderentur oculi. Mardochæus munere, prudentia, atque cultu rutilabat insignis: & induitur vestibus regijs hyacinthinis & Loleaceis, ut pateret in lolio, quid agebatur in pectore livido, quod quidem ægerrimè laborabat, quoniam Mardochæus fulgebat. Fascinabantur videntes proximi pompam, quæ nocebat oculis, splendore majestatis: punctis viscoribus per subtile ac penetrabile livoris acumen; quia quem nolebant subditum, sustinebant Superiorem. Si fulgebat, uti princeps, estò tantùm color, lolij luminibus cerneutibus satis: siquidem invido nullus major oculorum dolor, quàm alienus splendor. Similis buboni sit, dum lucet Sol. *Quò malus, hoc minùs*: affabrè inquit Villava in *Symbol. Spirit.* p. 2. Emblem. 28. igitur quo magis Sol lucet, hoc minùs bubo videt: sed quò minus oculus videt, cor magis ardet. Oculos

*Oculis invidi dolet, dum alius fulget.*

*Simile buboni.*

*Præterea splendor quicumque est acer adurit.*

*Lucret.*

Accinit Lucretius lib. 4. de *Rer. natur.* v. 328. Vide quæ diximus in *Expositi. Litter.* à n. 3.

12 Intimè percutit alienus plausus, quo mœret invidi pectus. Apparuit Christus gloriosus in Thabor spectabili theatro majestatis cœlestis, & simul innotuit qualis conditio humanæ naturæ fragilis. Invitantur tres discipuli ad gloriam, quam videntes *ceciderunt in facies suas.* Ecce invidi simulachrum & aspectus. Visa gloria cadit vultus. Nihil avidius concupiscere quibant, quàm illam videre gloriam. Patet alius effectus lividi cordis, dum videntes Principis splendorem operiunt facies. Illum videre, erat felicitas illorum: & abscondunt manibus vultum; quippe eer invidum proteret propriam gloriam, ne videat alienam. Proferatur aptior textui cogitatio. Viderunt Christi splendorem, quo summam habebant utilitatem. Gloriam mirati sunt iurè, sed in facies ceciderunt, voce descendente de cœlo ab æterno Patre. Quare Patre audito, lumina removentur ab illa gloria, quæ inferebatur usque ad animam per lumina? Ut clarescret, quid pateretur homo, quùm oculis obviat proximi glorificatio. Aliquid incuntibus gloriam micabat utilitatis, quippe illorum oculi participes splendoris. In voce Patris dumtaxàt Filij audiebatur elogium: & dum notescit sine proprio proximi plausus, avertitur gloriam

*Matth. 17. 6.*

*Qui floret propriam gloriam, ne videat alienam.*

*Proterit propriam gloriam, ne videat alienam.*

*Aptè refulgent, celsitas & humilitas.*

*Vel quod ipse invitatur, ne quis audire.*



riam aspicientium vultus; quippe qui laborat inter gloriosa livore, vel quod ipse miratur nequit audire.

*Invidia causa, alienæ gloriæ.*

13 Quæritur cui invidetur, quoniam ab illo perpetsioni nulla detur causa. Fama querela, dum sufficit gloria. Intendite. Quàm speciosa ab Amasio pingitur Dilecta! Rutilat sine macula, inter cunctas venustior, & gratior, pulchritudine atque virtutibus celsior: unde dicit: *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* Spinas non habet lilium, sed rosa, ut huius constet præstantia, ex eo quòd ex stipite turpi senticoso, eximia progrediatur pulchritudo. Quomodò sicut lilium inter spinas erit Sponsæ speciositas, ubi lilium nullas habet spinas? Habet & acriores, in ostentatione floridæ majestatis. *Nec ulli florum celsitas major* (ait Plinius lib. 21. cap. 5.) *languida semper collo.* Habebit profectò spinas, si lucet celsitas. Fomes punctionis est floris præstantia: spinæ ministrantur ab invidia: igitur sæpe pungit, qui inter cæteros præcellit. Quinque folijs argenti nitidi oculis offert pulchritudinem, & etiam æmulationem; quæ non cogitat de æqualitate excelsæ venustatis, sed solummodò de spinis; ut quem æquare vel superare nequit, ad minùs lanciet. Invidus splendorem non sequitur, sed persequitur, ac in hoccine officium spinis cingitur: unde cui meritorum celsitas, est lilium inter spinas; quoniam qui magis floridus & speciosus, ab invidis magis saucius.

*Cant. 2. Nobilitas non à stirpe sed à virtutum specie tate.*

*Plin.*

*Spes pungitur & pungit qui præcellit.*

*Qui magis floridus, magis saucius.*

14 Observanda etiam comparatio. *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* Si sic, ergo dilectæ cæteræ sunt spinæ. Cæteræ filiarum flores sunt: sanè, verùm lilium inter flores celsius est: celsitudinem odit invidia: & cui inest inter cæteros præstantia, est lilium inter spinas; quia floret celsitas, qua magis elevatur & magis pungitur. Celsior cunctis est Sponsa, & vallatur spinis quia celsior cunctis: siquidem patet ad spinarum vulnera, quoniam vident celsiorem & sine macula. Plerumque celsitudinis comes individuus fastus, & aliorum inordinatus despectus. Sponsæ mira celsitas, major humilitas: & assimilatur lilio languidi semper colli, ut retunderentur inter socias impetus invidi: ne daretur probro, dum præstaret pulchritudo, quòd excederet cunctas erecto collo. Sicut lilium inter spinas, sic micat Sponsa inter micantes socias: igitur inter socias Sponsam spina livoris punget, sicut lilium speciosum, si inter spinas floreret. Misera sanè magnitudinis conditio. Nulla flamma sine fumo.

*Qui floret propriam, à suis accipit vulnera.*

15 *Vides autem* (inquit Seneca ubi supr.) *quàm miser sit is cui invidetur, si & invidet. Intueris illas potentium domos, illa tumultuosa, rixâ salutantium, limina? Multam habent contumeliarum ut intres: plus cùm intraveris.* Magna sanè pœna, sed major invidia, *Invidiam non habere*: monet Monachos Pater Sanctus *Regul.* cap. 4. *Instr.* 65. Hoc est, ut secum vivant, & sibi vivant, cum alijs vivunt: siquidem nihil magis insidiatur vitæ, quàm venenum invidentiæ. De Syrio scribit Plin. *lib. 7. cap. 51.* quòd expiraverit, *copia serpentium è corpore eius erumpente.* Tot emittit lividus colubros, quot risus. Tot serpentes egrediuntur, quot verba fatur. Vel verbum est toxicum, sed amplius famit, quàm alijs profert venenum. Adinstar ursi invidus, ipse alimenta sibi. Uti vultur, qui ad rabida fertur. Sicut Oryx qui offenditur lumine. Sicut vespertilio qui non volat splendore. Sicut puteus, qui friget in æstu. Sicut Basiliscus qui necat incutiu. Sicut Salamandra, quæ serenitate deficit. Sicut Taurus Perilli qui artifici nocet. Sicut Noctua, quæ modò extinguat lucernam, quæ non considerat sibi contrahere propudiosam maculam. Ros est livor, cadens super ignem, qui non extinguit, sed auget flammæ splendorem. Livida profectò tabes! Insania utique mentis, dum cui adversatur, fit gloriæ comes.

*Sciet cui invidetur, quæ levis pœna, si invidet. Seneca.*

*S. Ben.*

*Plin.*

*Symbola invidi varia.*

——*O dirum exitium! O nihil unquàm*
*Crescere, nec magnas patiens exurgere laudes!*

*Sil. Ital.*

*Omnibus invidias livide, nemo tibi.*

*Mart.*

## DIDASCALIA VIII.

### *In salutis via, nec minima negligenda.*

1 MOnet Augustinus libell. de *Salutar. documentis.* cap. 34. Incendium vires suscipit à scintilla, & facit quod Vesuvius, licet modica. Non draco vipera est, sed nocet uti draco præsentiore veneno.

*Augusti.*

*Ex scintilla incendium.*

*Scintilla magnas parva flammas excitat:*
*Ac viperinum semen haud raro necat.*
*Od idque noxam, quamlibet parvam, fuge:*
*Nam parva licèt sit primum, crescit tamen.*

*Gregor. Nazian. Defectus negligentiâ crescit.*

Succinit Gregorius Nazianz. in *Tetrastich.* Cavet huius negligentiæ periculum, eò noxius, quò despectum, qui in *Regul. Sanct.* cap. 45. statuit: *Siquis dum pronunciat Psalmum, Responsorium, aut Antiphonam, vel le-*

*S. Ben.*

*Iectionem fallitur, nisi cum satisfactione ibi coram omnibus humilitas fuerit ; maiori vindictæ subiaceat : quippe qui noluit humilitate corrigere, quod negligentia deliquit.* Quid ò Monache malitiâ, si ita negligentia? Accerrimè defecerit? Imò suaviter paulatim ne in gravia decidat, ubi de parvis nil cogitat. Minimè in peccatis considerandum quàm modica, sed quam plura ; ut qui spernit momentum, paveat ad numerum, & non qualia, sed quanta consideret, ne labatur in maiora. Parvæ, sed innumeræ guttæ pluviarum, altos construunt gurgites fluminum. Minuta sunt quæ crumpant in membris per scabiem vulnera, & est gravior infirmitas, licèt ulcera parva. Modicum fermentum totam massam corrumpit. Parùm veneni nocet : paulatim crescunt vitia : & iubet Benedictus Monachum puniri de negligentia; ut maiora timeat, quem minora gravant : ne per quod iudicatur levis momenti, mors introducatur animæ.

*Qui spernit modica, committet gravia.*

*Mors animæ proxima ubi levis negligitur culpa.*

2 Sæpe accidit in anima, quod factum in Lazari vita. Utinàm resipiscant, qui mortuum cogitant! Turpis sanè iactura, quæ provenit ex omissione, quin reliquis credat remedium resipiscentiæ. *Erat languens Lazarus.* Quinam morbus? Gravis profectò, quo in tumulum ductus. Languor erat, quædam complexionis debilitas, virium diminutio, eclipsis valetudinis, deliquium animalis facultatis, exanimatio sine dolore, affectio sine affectionis cruciamine, seu certum quid malæ dispositionis in natura, morbi explicationis nescia. Hispan. *Un descaimiento, una flaqueza, una debilidad, un no sè què de mala disposicion.* Aliter cogitat Gislandis hic dub. 1. *Ipsum incurrisse phrenesim.* Augustinus de *Verb. Domin.* Serm. *6. Corpus quotidiè edax febris consumebat.* Febris, & furor, qui solummodò dicitur languor? Utique. Vividè noxarum levium abditio demonstratur in Lazaro. Despecta fuit accessio quasi momenti nullius, & sic mansit languens Lazarus : verùm languor transivit in febrem, atque febris in furorem ; ut discant qui parva cogitant, in salutem non negligere parva : siquidem amentia est tendere in mortem, quia non cogitat patiens languorem esse mortalem. Non esset mortalis, ni iudicaretur levis : & patet furor (dum instat in medicinam languor) nullam arbitrari infirmitatem, quæ ni arceatur actutùm, ducet in mortem.

*Ioann. 11. 1.*

*Quid est languor?*

*Gislan. August.*

*Nexa nō essent mortalia, ni iudicarentur levia*

3 Haud dicitur languorem fuisse febrem edacem, vel furorem ; sed transisse in febrem acrem ; atque febrem in phrenesim. *In phrenesim incurrisse.* Non erat infirmitas gravis, sed in gravem transivit levis infirmitas. Quæreretur opportunè medicamentum, si cogitaretur delirij, aut phrenesis imminere periculum : transeunte languore in symptoma lethale ; quia cogitabatur languor nullius momenti. Dum viderunt iam cadavres, malignitatem cognoverunt febris : amissâ vitâ, turpi negligentiâ per doloris obmissionem, quia iudicarunt superfluam minimam sollicitudinem. Vernaculè vigilantius : *Perdiendo infliziente la vida, quando todos juzgaron que no era cosa.* Curantur enim sedulò vulnera pectoris, estò ferrum non transeat ad penetralia cordis, ne si medicamina negligant, quò gladius non pervenit, vulnera transeant. Quoties nocuit, *Nihil est.* Immedicabile vulnus esse recidendum est, ne pars syncera trahatur. Quam plurimi moriuntur infirmitate, qua rentur non posse mori. Incidunt infeliciter in lethalem malignam occultam febrem, cogitantes infirmitatem esse, sed non ad mortem.

*Stultitiâ unum verbum in animę vulnere, Nō cognoscit.*

*Morientur infirmitate, qua credunt non posse interire.*

4 De Isaäco dicitur : *Caligaverunt oculi eius, & videre non poterat.* Quomodò videro omninò non poterat, si lumen oculorum caligavetat? Caligine lumen oculorum hebetatur, sed non extinguitur : qua igitur causa si aliquid luminis inerat oculis, visio absolutè negatur, quasi nil haberet lumini? Si remedium adhiberet in caligine, caligo non transisset in cæcitatem : & omninò non videt, qui videbat imperfectè ; quippe non satagebat de abolenda imperfectione. Animi sunt oculi perspicuiora specula, quibus translucet anima : in illa fit noxa levi, quicquid patiuntur caligine affecti oculi. Caligo negligitur, quippe licèt aciem oculorum adimat, dolorem non excitat : animaque peccatis gravata levibus, confertur oculis caligine laborantibus ; igitur laborabit cæcitate, ni doleat de imperfectione. Caligo non impedit absolutè, sed perfectè videre : & dum anima premitur caligine, de quâ non dolet, videre nequit ; quoniam renuens tollere venialium imperfectionem, in lethalium prolabitur cæcitatem.

*Genes. 27. 1.*

*Qui exigua abdicit, magna recipit.*

5 Lachrymis deploranda incuriositas hominum, ubi imminens periculum in crimen, dicunt fatuâ fiduciâ curiositatem. Quàm floridè & ethicè Senec. in *Oedip.* Actor. 4. 825.

*Sive ratio, sive fortuna occuluit,*
*Latère semper patere quod latuit diù,*
*Sæpe cruentis veritas patuit malo.*

*Abutentur exigua per dolorem, ne caligo transeat in cæcitatem.*

*Curiositas noxia. Senec.*

*Teritur solummodò tempus,* aiunt : *Est animi laxatio, sed procul periculo, fomes risus, quin ladatur arundine pectus. Cœlum nulla fugitta ferit.* Sanè, cæterùm cor humanum non est cœlum : etsi sit, regia cœli correpta flagrat, ubi moles mentis operosa laborat. Flammæ lasciviæ non est altitudo : carpit enim vires paulatim, utique videndo. Estò videat cor ad sidera elatum, flamma semper tendit sursùm.

*Homines sibi parcunt, à curiositate sibi cavent.*

*Crescit enim assiduè spectando cura puellæ*
*Ipse alimenta sibi maxima præbet amor.*

Propert

Canit Propertius *lib.* 3. *Eleg.* 21. Crimina David haud principium à crimine, sed a curiositate. Vidit *mulierem se lavantem* ; ited se videndo, minimè contemplabatur pereuntem. Periculum longè, sed per oculos flamma ascendit in cor, ruptis penetralibus, contactum nullis ante cupidinibus. Audi Philæmonem:

2 Reg. 11. 2

*Visus deprædatur animam.*

Philæm.

*Primò vident homines, deinde subit admiratio,*
*Deinde contemplantur : & deinde spes venit:*
*Ita sit ex his amor.*

*Intunabula Cupidinis. Oculi Cupidinum tanua.*

Quis cogitaret ducibus oculis luxuriæ ingenium dirigi in regem, dum in solatio è curis regni aliquam sumebat laxationem? Vidit, & perijt : ex periculosa curiositate, oculorum emissione, in ictu oculi, veneno introeunte, atque ex licitis oblectationibus, sese obiecit turpissimis iniquitatibus. Caligarunt amore oculi, & non potuit videre, quia non amandans caliginem, corruit infelix in cæcitatem.

6 Haud fuit nisi curiositas fœminæ primæ, porta qua ingressus est serpens. Vidit, sed minimè fugit. Principium datur colloquij, sine latentis suspicione veneni : & toxicum genuit, quæ solummodò in horto obvia videbatur conversatio, quæ toti lethaliter nocuit mundo.

Genes. 3 6.

Euripid

*O cupido, Cupido, qui per oculos.*
*Stillas dulce venenum!*

Clamat Euripides in *Medea.* Vidit Eva : sequitur admiratio visionem : post contemplatio, deinde spes, subsequitur amor incautam cogitationem ; quæ iudicans in conversatione Angelum, experta est ex veneno serpentem. *Qui aliqua corporis parte dolentes, dolorem non sentiunt, his mens ægrotat* : ait Hippocrates lib. 2. *Aphor.* 4. Plane: remedium inquireret, si doloret : pœnitere nequit, cui non dolet : at si dolenti non dolet, nocuior infirmitas mentis, quàm patientis corporis. Mens ægrotat, si dolorem dolentes non sentiunt, læsa parte corporis, estò non patiatur totum ; quippe totius fabrica corporis immedicabi iter læditur, dum vulnus partis, quippe leve, negligitur. *Dolentes dolorem non sentiunt.* Quo pacto dolentes, non sentientes dolorem? Quoniam dolentes non sentiunt lethalem infirmitatem: & ita in mortem corrunt, quoniam potiùs à se, quàm à vulnere inflicto interficiuntur. In his non tam laborat corpus, quàm intellectus: his mens ægrotat, cùm dolens dolorem non sentiat. Qui ita exultat in malis, videns se tot criminum vulneribus saucium; necesse est designare furiosum, & quærere medicamina minimè in valetudinem, sed in cognitionem : quandoquidem latius & periculosius vulnus, quòd tot doloribus ita lateat intensatus. Patet speculum vulnerum peccatorum venialium. Dolorem non sentiunt, & dolorem sciunt. His mens ægrotat : igitur defectus liquet cognitionis, tolerare gravem qui sentientes non senserunt dolorem levem. In lascivia est obiectum huiusmodi insensationis, ubi pericula non arbitratur sagittas curiositatis : his mens ægrotat, igitur gratia iudicatur venenum, atque beneficium veneficium. Eclipsis est intellectus, quòd vulnus lethale designetur suave vulnus : igitur patet phrenesis, rationem non præsentire, lasciviam consummare in mortis toxicum, quod curiositas capit quasi risus argumentum. Nostrates : *Que acaba en desgracia, lo que comienza como materia de risa.*

*Magis quam sor pus vulnerat, intellectus laborat errore.*

*Insensati, quia dolorem patiuntur, & non sentiunt.*

*In lascivia risus, est egarij cus.*

7 Flet Sapiens istiusmodi risum. *Risum* (exclamat pœnitens) *reputavi errorem.* Risus est error? Uti proprietas hominis, videtur intelligentiæ atque rationis index. Iuxta tempora risus erit discretio vel stultitia : verùm stultitia & magna, quòd homo rideat, cùm plorare debeat. *Signa lethalia in furoris morbo risum* &c. ait Plin. *lib. 7. cap. 51.* Hic risum intelligo (subdit Dalecampius) *non quidem hilaritatis indicium, sed Sardonium risum, nempè convulsionem faciei, risui similem.* Inter signa lethalia, dum phrenesis caput occupat, risum experientia designat ; igitur læsa ratio videtur cogitanti, dolentem ridere & exultare dolore. Amentia est, habere dolorem, & signare risu ex dolore voluptatem. Phrenesis, gaudere malis ; & tormentis exultare languoris. Furor, cogitare urbanitatem in igne. Error, sibi de infirmitate gratulari : & risus dicitur error, gaudium languor, exultatio furor; quippe nullus maior, quàm non cogitare accessione febris uti insaniam, pendere dolores quasi cachinni materiam.

Eccle. 1 2.

*Stultitia, quod omnes rideat, cùm plorare debeat.* Plin.

Dalecamp.

*In furore morbi, risus furor.*

*Et exultare dolore.*

8 Ex facto inquiritur causa. Risus provenit ex novitate. Naturæ consonum, dolorem exprimi per lachrymas : risum oriri ex doloribus, est novitas, & etiam indicium phrenesis ; quoniam summa furoris, tormenta dolentem movere in risum, quibus prorumpere debet abundantia lachrymarum. Novitas sanè, tormentis extendere rictus, ubi mors præ dolore volat ad oculos.

*Totum læditur, & pars negligitur.*

*Risus in mortem indicat phrenesim.*

Opportunè Sardonicus dicitur huiusmodi risus, quo facies hilaritatis, & cor transfossum spinis: igitur indicat in patiente phrenesim, ridere in mortem.

9 Modò pro Sapientis auctoritate. *Risum reputavi errorem.* Iurè, haud solùm quia gaudium mundi, mœror, uti futile & leve (ut potiùs dicantur gaudiorum forma, & non gaudia; ubi conditio humana ita gravatur, quòd vel gaudijs lachrymetur) sed ne levis, ut in lethalem transeat, judicetur ægritudo, qua deliquia patitur infelix ratio: siquidem vacuum & inanem indicat intellectum, pati, dolere, & non tenire, vel cognoscere periculum. *Mens ægrotat.* Validus sanè morbus: & vocatur error; quippe decursu temporis anima perit, dispositione ad crimina lethalia, de qua rideт. *Mens ægrotat*, & gravius; si in furoris morbo prosilit risus: quandoquidem furor est negligere uti risus materiam, vulnus quod transire poterit usque ad animam. Culpa levi anima non moritur, sed languet vel infirmatur: & mens cùm anima ægrotat; ubi nequaquàm considerat, vulnera parvi momenti, lenocinari multitudine morti: ac denique hominem angere, & agere animam, quibus noluit vulneribus requirere medicinam. Furor est in morbo risus, & error, ubi non dolor; ne vocet homo comitatis officium, quod est latitans venenum: dispendium dumtaxàt temporis, quæ immisso in fornacem ignis, quo nemo ludit, & universos lædit: risus argumentum, Sardonicum risum, nuncium mortis sub specie hilaritatis. Discat fugere, quas dicit levissimas occasiones: igitur quæ non influet infirmitas in infirmitatem, ubi dumtaxàt risus præcipitat in errorem? Ne fit furor, quilibet risus reputetur error.

10 Error: Næ. *Mera* (dicunt insipientes corde) *curiositas est.* Nonne perijt curiositate David? *Colloquium urbanitatis, ne videatur ætas fatua.* Conversatione iacuit prima fœmina. *Languor est potius temporis, quàm cordis.* Quid si uti in Lazaro est putrida lenta febris? Quid si phrenitis? *Nullius sanè subsistentiæ, nec momenti.* Lazarus per incuriam amisit vitam: & in risu inordinato vulnerum claret perspicuè labyrinthus errorum. Ah! Quoties amor divinus ne corruamus in phrenesim, submovet cum occasione discrimen! Plerumque vacat a gratijs, ut discant homines in schola doloris. Interdùm clementer prævenit damnum, providè amovens peccati periculum; & tunc homo furore percitus, quæritur de occasione non nacta, quæ videbatur indifferens, & consummanda erat acerbitate languoris. Prob misera conditio! Vel dum Deus gratias subtrahit, largissimè favet. Nos tenet affectionum furor, aut intellectionis error: & nos fugit cognitio ex ipsis beneficijs, vel dum ipsa patent & coram oculis.

11 Deliquit Adamus, gustato ligno scientiæ boni & mali, & tunc totus Dei conatus fuit, illum removere ab arbore vitæ. *Ne fortè mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & vivat in æternum.* Magna gratia, etiam dum interfuerat inimicitia. Vel severitas est consummata benignitas, & rigor æstimabilis favor. Ut plenior esset, & etiam cautò, adhuc Adamo egrediente è paradiso; collocavit Cherubim cum gladio flammeo in introitu horti, *ad custodiendam viam ligni vitæ.* Multa sese offerunt examinanda. Si cogitatio Dei est removere hominem ab arbore, sufficiebat ante lignum collocare Cherubim: quare igitur Cherubim & flammeum gladium collocat Dominus ante paradisum? Deinde. Remotio debebat fieri ab arbore scientiæ, nequaquàm à vitæ arbore, igitur per hanc recuperare non poterat, quicquid per illam amiserat: cur igitur stat ante ostium paradisi Cherub fulmine indeclinabili, & ad viam custodiendam ligni vitæ?

12 Utrique quæstioni satisfaciam. Certum est non posse in Adamo tunc audaciam cogitari, Angelo ligni custode; estò sæpe si homo invenerit occasionem, vel Angeli proteret auctoritatem: verùm ni expelleretur foràs, ante oculos lignum floreret audaciam titillans, & ad manum fructum haberet, cuius proximitas appetitum invitaret: & Cherub prævaricante Adamo, haud stat in arbore, sed in ostio; ut maiorem erga hominem severus demonstraret gratiam, subtrahens fragilitati frangendæ legis occasionem proximam. *Ante paradisum*: igitur quamvis homo coram gladio stricto timet, & Angelus vibratione fulminis terret; appetitus cordis sunt audaces, si est occasio coram oculis.

13 *Ante paradisum* Longè considerari poterat vel votum in Adamo, remoto, Angeli gladio, ab interdicto ligno: cæterùm longior erat occasio transgressionis extra limina paradisi voluptatis: & non tantum arcetur ab arbore per ministrum, sed ab ostio; ut non obviet audacium cogitatio-

*Gaudia iocalia mœror.*

*Error est, nò cognoscere vulneris periculū.*

*Anima peccato levi estò non moriatur, vulnere languet. Blanda Insciorū causa.*

*Quæ existimatur exigua crescunt in vulnera grandia.*

Genes. 3. 22. *Deus vetdum beneficia subtrahit, favet.*

Vers. 24

*Magna gratia, ubi peccati removetur occasio proxima.*

*Occasio præceps est.*

*Anima futuræ quæstionis.*





nis longior. Exeat ergo foràs, ne impellat conditionis malignitas: igitur videns fructum, mittet impavidus manum, & peccabit, quia peccavit; ut reliqua perdat, qui æstimabilius amisit, projiciens cum titulo lorum, ni habuerit impedimentum: & ejicitur extra locum, in quo peccavit; ut peccatum fieret, & iterùm non committeret: quandoquidem non mittitur manus, ubi non pervenit vel curiosus oculus. Vide vel in supplicio benignitatem: repellitur ab horto, ne repetat occasionem.

14 Perspicuùs constabit ex quæstione secunda. Cherub cum gladio destinatur ante portam divitis horti, *ad custodiendam viam ligni vitæ.* Perpende prius, *Ad custodiendam viam.* In paradiso Adamus cecidit, & cum illo genus corruit. Ibi occasio ruinæ, ac lubrica incogitata peccati: & dum homo à paradiso expellitur, in ostio gladio fulminante Angelus constituitur; quia non tantùm occasioni claudenda porta, sed occasionis peccati etiam ignoranda est via.

*Ad custodiendam viam ligni vitæ.* Quorsùm hæc? Ad custodiendam, aptiùs, viam semel tritam ligni scientiæ boni & mali: igitur magnam designat gratiam removere occasionem, ne denuò lenovet culpam; uti diximus *Tom.* 1. *Tautol.* 4. *Didasc.* 7. n. 7. Hem! Quoties titulo quærendi Deum in arbore vitæ, offendit homo fructum scientiæ boni & mali: Ibi offendit, ac misere iacet; quippe tantùm est titulus & non conatus, invitans in ruinam fragilitatem, cùm non fugiat occasionem, sed spernat interritus ibi latere serpentem.

15 *Ad custodiendam viam ligni vitæ.* In ligno vitæ haud inventurus erat Adamus remedium, in lethale vulnus gratis contractum, ex comestione ligni scientiæ boni & mali. Cur ergo ita fedulò cohibetur ab arbore vitæ? *Videlicèt, ne talis tam miser factus Adam viveat in æternum*: subdit Rupertus in *Genes.* lib. 3. cap. 29. Fructu ligni boni & mali languit, ac in graves vitæ corruit molestias. Fructu arboris vitæ, longior esset infirmitas: & Deus collocat Cherub ante paradisum, ne Adamus languens in vitæ lignum mittat avidè manum; in gratiam mutatâ pœnâ, ac in clementiam iustitia: siquidem per Angelum ab homine removit lubricam occasionem, qua perpessurus erat longiorem infirmitatem. Contemplare in Angelis Custodibus, si dolorem immitrant; immittere, ne habeant homines, de quo lethaliter doleant, uti latè diximus hic *Tautolog.* 6. *Didasc.* 8. Maxima igitur est gratia, quæ cogitatur à patientibus ut pœna. Audi Marium Victorem dextrè canentem lib. 1. *Genes.* v. 522.

— *Ne iterùm facinus quod mente gerebat,*
*Auderet, mortis formidine pereitus, Adam,*
*Si verum ignarus primi quid iuris habebat,*
*Arbore vitali post causa extrema superbum*
*Auxilium repetens, nulla patriis arte redemptus*
*Viveret, & mundo iam mysticus orto laboret,*
*Ac miseros semperque reos graviora manerent,*
*Continuò Sacris iussos decedere locis*
*Expediunt venti, nemoris quos silva profundi*
*Concitat.*

Nil estò leve, negligendum est in via salutis, ne sint homine conscio obices felicitatis. Monet Prosp. Aquitan. *Epigram.* 72.

*Cedant virtuti vanarum obstacula rerum,*
*Ne perdat voti tempora lenta fides.*

*Non existenditur manus, ubi non pervenit oculus.*

*Non solùm occasionis præcludenda est porta, sed etiam via.*

*Titulo religiosæ tegitur peccati occasio.*

Rupert. *Subtrahit Deus ab homine accessionem, qua cauta haberet longam infirmitatem.*

*Amor Angelorū custodum etiam in illatione animaduersionum.*

Mar. Vict.

Prosper.

# TAUTOLOGIA DECIMA.

## *FAC CIBOS UT COMEDAM.*

### Genes. 27. 7.

### EXPOSITIO LITTERÆ.

1 BREVIS huius Tautologici testimonii erit expositio, quippe ex præfatis haud difficile argumentum. Proponitur hoccine capite articulus, sive occasio, qua amissa, amittebantur etiam primogenita promissa Iacobo, adhuc ex utero matris; cui consulenti Dominum de contentione conceptæ prolis, respondit: *Duæ gentes sunt in utero tuo, & duo populi ex ventre tuo dividentur, populusque populum superabit, & maior serviet minori.* Ita Genes. 25. 23. Hæc primogenitura à maiore minori vendita, & modò industrii Rebeccæ nacta. Sic enim accipienda est *Benedictio* hic, non acceptionibus, quas signavimus *Tautol.* 3. per tot. Hoc in articulo dumtaxat de primogenitura fiebat quasi possessio, dicebaturque *Benedictio*, tum quia patre volente fiebat solemniter, cùm quia benedictione complebatur declaratio iuris pro auctoramine legitimæ successionis.

*Benedictio pro Primogenitura.*

*Ius Primogeniti ante legem latam in multis*

2 Ius ergo Primogeniti ante legem latam in multis præstantissimè eminebat. Erat enim Primogenitus princeps fratrum, ita ut nisi illius venià reliqui coram illo non sederent, & dum obviarent pro reverentia sese inclinarent. *Esto Dominus fratrum tuorum, & incurventur ante te filij matris tuæ.* v. 29. Benedicebatur etiam à patre, ut patet hic v. 4. singulari, decoraque veste utebatur, ut aliqui autumant, ex eo quòd Rebecca induit Iacobum *vestibus Esau* (primogeniti) *valdè bonis, quas apud se habebat domi*; quasi primi nati insigne: estò aliqui Expositores haud insimi subsellij, autument huiusmodi vestes esse sacerdotales quibus induti Deo victimas offerebant primogeniti. Consule Lyram, & Gloss. Magn. Quod usitatum etiam apud Græcos: igitur destinabantur vestes natu maioribus decoræ, & cultissimæ, ut sacra domestica facerent. Colligitur ex Val. Maxim. lib. 2. titul. de *Institut. antiquis.* Cedebant etiam primigenio post diluvium principatus, sacerdotium & duplex possessio. Græcè *Prototokia*, Prototocia, sicut primogenitus *Protogonos*, Cuncta hæc amisit Ruben, ut legit Paraphrasis Chaldaica ad illud Genes. 49. 3. *Ruben primogenitus meus, prior in donis, maior in imperio. Tuum erat* (vertit) *ut acciperes tres partes potiores præ fratribus tuis, Sacerdotium, Primogenituram & regnum, sed quia peccasti, data est Primogenitura Ioseph, Regnum Iuda, Sacerdotium Levi.* Primogenitura idest duplex portio Iosephi, acceptis ad possessionem terræ promissæ nepotibus Ephraim & Manasse, ex quibus duæ tribus: ibid. cap. 48. Quod claret 1. *Paralip.* 5. 1. ubi: *Ruben fuit primogenitus eius, sed cum violasset thorum patris sui, data sunt primogenita eius filijs Ioseph filij Israël, & non est illi reputatus in primogenitum. Porro Iudas qui erat fortissimus inter fratres suos, de stirpe eius principes germinati sunt: primogenita autem reputata sunt Ioseph.* Regnum Iudæ cessisse constat præfato loco & Genes. 49. 10. *Non auferetur sceptrum de Iuda.* Denique Sacerdotium Levi, uti dicitur Numer. 3. 12. & 8. 16. *Ego tuli Levitas à filijs Israël pro omni primogenito, qui aperit vulvam in filijs Israël.*

*Chald.*

*1. Paralip.*

*Numer.*

*Aliquibus concessa Primogenitura privilegio.*

3 Aliquando Dei speciali privilegio Primogenitura excellentiæ, prærogativæ, munera & dignitas concessa aliquibus post genitis, ut liquet in tribus relatis, in Iacob, in Salomone & Abrahamo, cui propter insignem fidem, cùm fratres illius essent idololatræ. Lucet allegoria pro Synagogæ reprobatione, & electione Gentilitatis, ex qua veri Abrahæ filij: quapropter Servator N. Matth. 21. 43. ait: *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.* Aptiùs sibi gratulari poterat Gentilitas de electione, quàm Servius Tullus templum erigens Fortunæ, eò quòd ex captiva natus, regnum assecutus est. Vide Tit. Liv. *lib.* 2. *Decad.* 4. Rosin. lib. 4. cap. 4. de *Antiq. Rom.* Dempster. hic & Alex.

*Felicitas Gentilitatis.*



& Alex. ab Alexand. *Genial. dier.* lib. 1. cap. 13. Ubi non unicum templum, sed plura Tullum, ut gratiam meriti ferret, dicasse fertur. *Quam quidem* (inquit) *ita cumulatissimè retulit, ut non una ade illam recepisse, aut conseravisse satis fuerit. Aptius*, inquam, quippe Gentilitas regina ex captiva facta, ut vidimus *Tautolog.* 8. *Didasc.* 6. num. 3. contrivit idola, & toto terrarum orbe Deitati cognitæ erexit devotissimè templa.

*Ex serva regina facta.*

4 Post legem Scriptam Primogeniti ducti in templum redimebantur quinque siclis, ut dicitur *Exod.* 13. 13. & *Num.* 18. 16. etiam gaudebant duplici portione, sicut præcipitur *Deuter.* 21. 17. *Agnoscet primogenitum, dabitque ei de his quæ habuerit cuncta duplicia.* Quo intelligitur illud Isai. 61. 7. de Gentibus ad fidem conversis, quæ opprobrium abundantibus, & despectio Hebræis lege superbis: *Propter hoc in terra sua duplicia possidebunt*: Vide Iosephum lib. 4. de *Antiq.* cap. 6.

5 Apud Profanos magnus etiam Primogenitorum honos, igitur sors Primogeniti ingens inter bona fortunæ. Hinc eius epitheton, *Fortunia primigenia*, ut videris apud Livium, & Alexand. ubi supr. Cicer. lib. de *Legib.* Plutarch. in *qq. Roman. centur.* seu *Problem.* 74. & 106. Constat ex Scriptura quanti apud aliquas Nationes primogenitura fieret. Apud Ægyptios, Exod. 12. 29. Apud Moabitas, 4. Reg. 3. 27. De aliis Gentibus referunt Auctores: de Albanis, Dionysius Halicarnass. lib. 1. cap. 7. de Lacedæmonibus, Herodotus in *Terpsichor.* de Athenien sibus, Pausanias in *Attic.* de Rhodijs, Diodorus Siculus, lib. *Biblioth.* 6. cap. 13. de Macedonibus, Tit. Liv. *lib.* 10. *decad.* 4. de Persis, Plato in *Alcibiad.* & Plutarch. in vita *Artaxerx.* de Arabibus, Strabo in *Geograph.* lib. 16. de Phœnicibus, Palæstinis, & Mesopotamis, Iustinus *lib.* 34. & Luc. Florus lib. 46. de Parthis, idem Iustinus lib. 41. de Germanis, Cornel. Tacit. de *German. morib.* de Numidis, Tit. Liv. *lib.* 9. *dec.* 5. de Troianis, Herodotus in *Euterp.* & Donatus in illud Virgilij lib. 1. *Æneid.* v. 657.

*Fortuna primigenia.*

*Magnò habita Primogenitura apud Varias Nationes.*

*Præterea sceptrum Ilione quod gesserat olim*
*Maxima natarum Priami.*

*Virgil.*

Apud Euripidem in *Iphigenia in Aulide*, ita eam leges alloquentem Patrem:

*Prima te vocavi patrem, & tu filiam me:*
*Prima verò tuis genubus corpus dans meum,*
*Gratas gratias exhibui, & vicissim accepi.*

*Euripid.*

6 Quid quod magnò ista æstimarentur ab hominibus, ubi ut plurimi Primigenia haberent, ficta de Dijs & Deabus? Homerus *Iliad.* 14. Iunonem magni Saturni vocat maximam natu. Et Ovidius fingit sibi ita blandientem, & gratulantem, lib. 6. *Fastor.*

*Dij Primogeniti, quid?*

*Iuno.*

*Est aliquid nupsisse Iovi, Iovis esse sororem:*
*Fratre magis, dubito, glorior anne viro.*
*Si genus aspicitur, Saturnum prima parentem*
*Feci, Saturni sors ego prima fui.*

*Ovid.*

Ara etiam erecta describitur à Pausania in *Attic.* Proserpinæ *Protogones*, idest, primogenitæ; & Orpheus in *Hymn.* Priapum *Protogonon* appellat. de quo Nos *Tom.* 5. *Tautolog.* 3. latè agemus ad illud Eccli. 24. 5. *Primogenita ante omnem creaturam.* Homerus *Iliad.* 13. ita loquitur de Iove, & Neptuno fratribus:

*Proserpina, Priapus, & Iupiter.*

*Homer.*

*Vere quidem utrique unum genus, & una patria;*
*Sed Iupiter prior generatus erat, ac plura norat.*

Ride ergo. Aliquid ex his nihilominus claret ponderis & momenti Primogenituræ.

7 Apud cunctas Nationes huiusmodi sors felix. *Primogenitos* (ait Chrysostomus *Homil.* 5. adversus Iudæos.) *posteritas genitis honorabiliores esse oportet.* Claves, anulum & insignia domus primogenitis tantùm credebantur, igitur sæpe successores.

*Chrysost. Prærogativæ Primogenitorum apud Ethnicos.*

*Quod patrio principi donarat nomine Regem.*

Canit Lucretius lib. 3. de *Rer. natur.* qui locus ita illustratur à Turnebo in *Adversar.* lib. 19. cap. 16. *Non sine causa dictum putamus: nam Primogenitis magna tribuebatur prærogativa, à quibus primis Patres vocabantur. Æschines in Demosthenem: Ten monen ò dikeos Ka proten auton patera prosipusam apolesas. Nisi eorum moribus esset Primogenitis magnus honos delatus; numquam id orator tam invidiose Demostheni obiecisset.* Catullus in *Argonautis*:

*Lucret. Vocabantur Patres.*

*Andrad. Turnebi.*

*Optavit genitor primævi funera nati*
*Liber ut innupta potiretur flore noverca.*

*Catull.*

*Primævi* enim dicit, ut magnitudinem sceleris demonstraret. Eoque intuitu Virgilius mortem lamentatur Almonis, lib. 7. *Æneid.* v. 531.

*Hinc iuvenis primam ante aciem feridente sagitta,*

Virgil.

*Natorum Tyrrhi fuerat qui maximus Almon,*
*Sternitur: hæſit enim ſub guttare vulnus.*

*Succeſſores Regni.*

8 Primogenitis ergo frequenter concedebatur principatus excluſis poſtgenitis, quod patet Iudic. 8. 22. *Dominare noſtri tu, & filius tuus, & filius filij tui*; ut eſſet agnatio rigoroſa. Poſt verò genitis alia concedebantur dona, ut conſtat feciſſe Ioſaphat, 2. Paralip. 21. 3. *Omnes bi filij Ioſaphat Regis Iuda. Dedit ue eis pater ſuus multa munera argenti & auri, & penſitationes cum civitatibus munitiſſimis in Iuda, regnum autem tradidit Ioram, eò quòd eſſet primogenitus.* Hinc qui ſuccedit in regno vocatur in Scriptura *Unicus*, & *Unigenitus*, ut vidimus in *Expoſit. litter. Tautol.* 5. à 15. uſque ad 20. quippe etſi ſint alij, ad regnum hæreditandum ipſe ſolus: quo ſenſu etiam dicitur *Secundus*, ideſt, hæres: uti vidimus ſoi, & canebat Statius lib. 1. *Thebaid.* v. 142.

*Poſt genitum hæreditatur ex quo?*

——— *Hæc mora pugnæ*
*Sola nec in regem perduratura ſecundum.*

Alij alijs ditabantur. Sanxit etiam lib. 11. de *Legib.* Plato dicens: *Qui liberos habet & teſtamentum conſcribit, primò hæredem de filijs unum, quem dignum putaverit, conſcribat: & ſi filiorum aliquit ſupereſt, nulla hæreditate munitus, quem ſecundùm legem in coloniam ſperat profecturum, huic liceat patri de alia pecunia, quam velit, legare.* Ideo poſterius genitis deſignantur alimenta. Conſule ſi plura deſideras, Bartul. & Bald. in d. Leg. *Procurator.* Philip. Dec. *conſil.* 453. Franc. Curtium ſeniorem, *conſil.* 67. Guil. Montiterratum, tract. de *Succeſſ. Regum.* latiſſimè Andr. Tiraquell. & Ludovic. Molina de *Primigeniis*, & Card. Tuſch. *tom. 6. concluſ.* 651. & ſeqq. Ita igitur factum ab Iſaäc cum Eſau, uti dicitur hic à v. 36.

Plat.

9 Ut ergo primitiva, ſeu ius primogenituræ arriperet Iacob, quod negaverat natura; adiutus fuit induſtriâ, ſeu diligentiâ materna, ut latè dicitur hic. Iſaac ut aliquam commodam occaſionem haberet in benedictionem Eſau, præcepit filio, illicò venatum abire, ut aliquid palato ſenis volupe ferret, & tunc quaſi obſequio beneficeret: quod eſcis optimis prævenit coniux, utriuſque genitrix, quippe audiverat virum dicentem filio: *Affer mihi de venatione tua, & fac cibos, ut comedam, & benedicam tibi coram Domino, antequam moriar.* Plures ſunt ſenectutis ærumnæ, uti vidimus *Tautolog. præc.* in *Liet. Expoſit.* num. 1. Unde Comicus (igitur ſenium vitæ veſpera, occaſus vitæ, mala ætas, morbus inſanabilis, quia irrevocabile tempus) iure ait:

*Senex nec ſentit, nec ſapit.*

Euripid.

*Senex, nec ſentit, nec ſapit.*

Floridè expreſſit Berzellai 2. Reg. 19. 35. (cùm David invitaret in Regiam Ieruſalem, urbem cuncti decoris, gaudium univerſæ terræ) *Octogenarius ſum hodie* (inquit) *numquid vigent ſenſus mei ad diſcernendum ſuave, aut amarum? Aut delectare poteſt ſervum tuum cibus, aut potus? Vel audire poſſum ultrà vocem cantorum atque cantatricum?* Signavit etiam Salomon Eccle. 12. & metrice Mariana ſic:

*Senectutis a rumnæ.*

*Vade, Deumque prius colito, aſpera quàm occupet ætas,*
*Anni, cùm dicar: Non mihi vita placet,*
*Mutentur tenebris tua claraque lumina cœli:*
*Quolibet ex ſenſu fors pituita fluat.*
*Cuſtodeſque domus palmæ tremula efficiantur:*
*Vacillent poſtes, utraque crura tremant.*
*Primores dentes numero minuantur & uſu*
*Caligoque oculis incidat atra tuis.*
*Claudenturque fores, vetulus non ibit in urbem:*
*Nec pedibus vires potus & eſca dabunt.*
*Somnus erit facilis, garritu ſuſcitat alec:*
*Nec dormire poteſt, nec vigilare iuvat.*
*Ad cantus placidos lingua impediuntur, & aures:*
*Surdumque & rauſum prava ſenectа facit.*
*Nil cupiunt, gratumque eſt, horrent cuncta: propinqua*
*Horæ fatalis quæ indicia eſſe ſolent.*
*Ad funus properant, buſto clauduntur in ævum,*
*Præfica deplorat. Tu cole amice Deum.*

Mariana.

*Expoſitio prima.*

10 Modò proclive intelligitur teſtimonium. *Fac cibos ut comedam*: Hebraiſmus eſt: & alijs in locis, uti *Ioan. 6. 52.* & *2. Cor. 9. 10.* etiam Heleniſmus. *Cibos, ut comedam*: ideſt, qui facile, quia ſapidi, poſſint edi: haud quia cibus ſit aliò, quàm comeſtioni, ſed



quia ſenes laborant faſtidio, vel ut comedant, indigent condimento. Quare Iſaäc qualitatem ciborum à filio petit, ut ſine tædio, aut labore poſſint in ſtomachum mitti: igitur eſca ſi non facilis, aut tenera, à ſenibus non comeditur, ſed deglutitur. Hinc facilis grata, & maximè minuta, quippe ut dicitur Eccle. 12. 3. *Otioſæ molentes in minuto numero*: hoc eſt, dentes molares. Quæ difficilè manduntur, ægris & ſenibus apponi otioſum eſt; cùm conterere nequeant, & tunc ieiunantes comedant.

*Cibus ſenibus qui delicatus.*

——— *Non hic cibus utilis agro.*

Ovid.

Dixit Ovidius lib. 3. *Triſt.* Eleg. 3. de quo vide Celſum lib. 2. cap. 17. Quapropter Iſaäcus ſenex & æger dicit filio: *Cibos ut comedam*: ſiquidem ni faciles, & ſapidi, præ ſenectute eſtò guſtem aut prægaſtem, non comedam. Quapropter Lucretius lib. 4. de *Rer. natur.* v. 623.

*Hæc ubi lævia ſunt manantis corpora ſuci,*
*Suaviter attingunt, & ſuaviter omnia tractant*
*Humida lingual circùm ſudantia tempia:*
*At contra pingunt ſenſum lacerantque coörta*
*Quanto quæque magis ſunt aſperitate repleta.*

*Expoſit. ſecunda.*

11 In Scriptura, uti monui *Tom. 1. Tautolog.* 5. num. 13. & hic 2. num. 14. ſæpe actus ſecundus ſumitur pro primo, ſive actio pro potentia. *Virum non cognoſco*: nempe, non poſſum cognoſcere. *De fructu lignorum, quæ ſunt in paradiſo veſcimur*: hoc eſt, poſſumus veſci. Vide alia locis cit. Quo ſenſu ſæpe dicitur: *Hoc vel illud non comedit*. ideſt, non poteſt comedere, vel quia diſplicet, vel quia nocet, vel denique quia nequit mandere, aut in ventriculum mittere. Quo intuitu Lucretius ubi ſuprà v. 631. non voluptati, ſed ſanitati conſulens, ſubdit:

*Affus ſecundus pro primo.*

*Nec refert quicquàm quo victu corpus alatur,*
*Dummodò quod captas, concoctum dідere poſſit*
*Artubus, & ſtomachi hunectum ſervare tenorem.*
*Nunc alijs alius ſit cibus.*

*Pulla dapes*

Pariſormiter in præſentiarum dicitur à Patre Eſau: *Fac cibos ut comedam*: nimirùm, qui grati eſui, amicabiles ſtomacho, ſicut velle me noſti, quippe ni ſic, comedere non potero & qui non poſſunt comedi, non ſunt cibi, ſed pictarum adluſtar dapium, uti Eliogabalus apponebat, epulonibus: refert Lamprid. Menſa utique Tantali, vel Caligulæ ubi cuncta fercula ex auro, vel demùm Midæ donum ingratum, utpote propulſans ex dapibus fructum. Deſcribit eleganter Ovidius lib. 11. *Metamorph.* Fab. 3.

*Midæ inuti le donum.*

——*Gaudenti menſas poſuere miniſtri.*
*Extructat dapibus, nec toſta frugis egentes.*
*Tunc verò, ſive illa ſua Cerealia dextra*
*Munera contigerat, Cerealia dona rigebant,*
*Sive dapes avido convellere dente parabat.*
*Lamina fulva dapes, admoto dente premebat.*
*Attonitus novitate mali diverſque miſerque*
*Effugere optat opes, & quæ modò voverat odit.*
*Copia nulla famem relevat, ſitis arida guttur*
*Urit, & inviſo meritus torquitur ab auro.*

Ovid.

*Senibus facilis cibus.*

12 Delicatam, ſapidam & facilem eſcam deſiderabat ſenex, ut illâ paſci, nutririque poſſet. Solida non poterat edere præ gravi ſenectute, unde illi grata quæ ad modum pulmenti, ſicut dicitur v. 4. Quare Iacobum iubet Rebecca, afferre hœdos optimos, ut faceret ſeni eſcas, additque: *Quibus libenter veſcitur.* v. 9. Favent lectiones. Septuag. *Fac mihi eſcas, ſicut amo ego.* Chald. *Sicut dilexi.* Oleaſt. *Quid ſapidum*: lautum tùm ſuopte ſapore, cùm embammate, ſive condimento, gratum palato. Quæ frequentiora edulia, vilia dicuntur & communia. Iuvencus de *Evangelio. hiſt.* v. 651.

*Quæ in communem paſtum vocantur vilia*

*Neu facilis victus agrâ diſquirite curâ.*
*Pectora pauper ſecura gerit,*
*Tenet è patula pocula fago,*
*Carpit faciles vilesque cibos.*

Senec.

Canit Seneca in *Hercul. Oetæo*, Act. 2. v. 652. Virgil. lib. 3. *Æneid.* v. 649.

*Victum infelicem baccas, lapidoſaque corna*
*Dant rami: & vulſis paſcunt radicibus herba.*

Virgil.

Boëtius de *Conſolat. Philoſoph.* lib. 2. Metr. 5. v. 1. accinit:

*Fe-*

*Felix nimiùm prior ætas*
*Contenta fidelibus arvis*
*Nec inerti perdita, luxu:*
*Facili quæ sera solebat*
*Ieiunia solvere glande*
*Nec bacchica munera norat*
*Liquido confundere melle,*
*Nec lucida vellera Serum*
*Tyrio miscere veneno.*
*Vtinàm modò nostra redirent*
*In mores tempora priscos!*

Ovid. Et denique Ovidius lib. 13. *Metam.* Fabul. 8.

*Ipsa tuis manibus silvestri nata sub umbra,*
*Mollia fraga leges, &c.*

*Tertia expositio.* Petitur ab Esau aliquid exquisitum, singulare, ut aliquo speciali obsequio quasi meèretur benedici.

*Quid cibus, esca, victus, epulæ, & dapes.* 13 Ut ergo ad reliquarum Auctoritatum, & præfactæ ampliorem expositionem deveniamus, quid diversis vocibus significatur, sciendum. Isidorus lib. 20. *Etymolog.* cap. 2. ait: Cibus *dictus, quia capitur ore; sicuti* Esca, *quia eam os capit.* Victus *propriè vocatur, quia vitam retinet: unde,* Ad cibum vocare, Invitare *dicitur.* Alimonia, *eò quòd eius sumptu corpus alatur. Hanc iuvenes accipiunt ad incrementum, senes ad perseverantiam.* Epullæ *ab opulentia rerum dictæ. Epula autem simplices in duo necessaria dividuntur, panem & vinum: & in duo superflua, quæ terra & mari vescendi causâ exquiruntur.* Dapes *autem Regum sunt:* Epulæ loquuntur AA. igitur Dapes quasi magnifici & opipari cibi, & lautæ fercula escæ, epulæ verò, quæ in quotidianum usum alimenta parabantur: nihilominùs tamen passim invenitur acceptio contraria, igitur dum exprimere volumus regium convivium, Iovis designamus epulum. Donatus in illud Terentij in *Andria* Act. 1. Scen. 1. v. 48.

Terent. *Lanâ ac telâ victum quæritans.*

Donat. Infit: *Cibus enim est, qui etiam delicatis præbetur. Victus in parvis, aridisque alimonijs est constitutus.* Modestinus in Leg. *Cùm quidam* D. de Supellect. Leg. *Victus* (ait) *sumitur pro omni, quod vitæ servit, ideòque pro esu, potu, & cultu.* Verùm hoc congruit tantùm, ut constet, quid pro Alimentis legatis intelligi debet: de quo apud Iurisconsultos. Lege si iubet Ulpian. l. 45. de *Verb. signif.* Caium l. 234. de *Verb. significatvis* & Caspar. Barthium lib. 10. *Adversar.* cap. 1. ubi plura florida invenies.

Modestin. *Quid sint alimenta?* 14 In testimonio Cibus accipitur pro alimento corporis, haud latè, quatenùs de re propria, ad impropriam usurpatur; quòd novum non est, neque apud Ethnicos, neque apud Sacros. Plautus in *Aulular.* Act. 3. Scen. 6. v. 1.

Plaut. *Comedere & bibere, pro Audire, vel Intelligere.* *Nimium lubenter edi sermonem tuum.*

Idem. Hoc est, *Audivi.* Ideo addit: *Ain? Audivisti? Usque à principio omnia:* respondit. In *Penulo* Act. 5. Scen. 4. v. 2. *Oculis epulas dare.* in *Mostell.* Act. 5. Scen. 1. v. 15. *Gustare ego eius sermonem volo.* In *Asinar.* Act. 3. Scen. 3. v. 59. *Satis locuti. Auscultate, atque operam date, & mea dicta devorate.* Denique falsè in *Ciistell.* Act. 4. Scen. 2. v. 53.

*Mi homo, obsecro, alias res geris, ego tibi meas res mando.*
*Istud ago, atque istud mihi cibus est.*

*Pro animi voluptate.* Virgil. Ideest, ex hoc maxima mihi voluptas. Hispan. *Esta es mi comidilla.* Vide de forma huiusmodi locutionis Meursium, Gruterum, & Casaubonum, Virgilius lib. 4. *Æneid.* v. 359.

*——Vocemque his auribus hausi.*

*Hausi*: putà, vocem perfectè audivi. Quem secuti sunt Horatius lib. 2. *Carm.* Od. 13. v. 32. *Bibit aure vulgus.* Propertius *lib.* 3. *Eleg.* 6. Ovidius lib. 3. *Trist.* Eleg. 5. & lib. 6. *Metamorphos.* Fabul. 7.

Propert. *Nunc mihi, siqua tenes, ab origine dicere prima*
*Incipe: suspensis auribus ista bibam.*

Ovid. *Et lachrymas cernens, in singula verba cadentes,*
*Ore meo lachrymas auribus illa (verba) bibi.*

*Pro appetitu.* Attius in *Astyanacte*, & Martialis *lib.* 9. *Epigram.* 60.

*Omnia pro stimulis, facibusque ciboque furoris.*

*Priusquàm*



*Priusquàm infans facinus oculi vesci antur tui.* Attius.
*Inspexit moles pueros, oculisque comedit.* Martial.

Iunius Iuvenalis *Satyr.* 9. v. 113.

*Nolentem, & miseram vinosus inebriet aurem.*

*Et saltetare* Cicero lib. 2. ad *Attic.* Epist. 14. *Fac venias ad sitientes aures.* Varro apud Nonium in *Ebrios*, infit: *Et alteri fratris auribus dape, atque ebrijs.* Frequenter dicitur *Vescitur auris*, pro Vano, & gloriolæ cupido: *Sitire divitias*, pro Avaro: *Flammam devorare ligna*, pro *Consumere*, & sic alia.

*Quomodò comedere & bibere intelligenda de animâ?* 15 Quæ quidem etiam nota in Sacra pagina. *Animam sitire*: Psalm. 41. 3. 62. 2. pro summo desiderio. *Animam nauseare*: Numer. 21. 5. pro extremo fastidio. Ita Psalm. 16. 16. *Satiabor, cùm apparuerit gloria.* Psalm. 35. 9. *Torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Matth. 5. 6. *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam.* Isai. 9. 5. *Cibus ignis.* Proverb. 10. 4. Ose. 12. 1. & Ierem. 22. 22. *Pasci & pascere ventos.* Ita reliqua: quo intelliges illum Hebraismum apud Ioann. 4. 32. *Ego cibum habeo manducare*: ideest, ut subditur v. 34. *Meus cibus est, ut faciam voluntatem eius qui misit me, & perficiam opus eius.* Quasi diceret: Cibum offeris, cibum habeo iucundiorem, dulciorem, & voluptuosi saporis, scilicet voluntatem Patris cœlestis in conversione peccatricis. Quare Syr. legit: *Est mihi cibus, quem non nostis.* Præcepta Domini *dulciora* dicuntur *super mel & favum*: Psalm. 18. 11. & Ierem. 15. 16. *Inventi sunt sermones tui, & comedi eos: & factum est mihi verbum tuum in gaudium & lætitiam cordis mei.* Pro materia quam continet periodus intelligenda est comestionis locutio. *Mors depascet*: ideest, morientur. *Ignis devoravit eos*: hoste est, usti mortui sunt, &c.

*Comestio in intelligenda pro materia comestionis.*

*Quid est cibus ad manducandum?* 16 Metaphoricè tantùm, seu translatitiè intelligendus est cibus in his & alijs testimonijs: dum verò propriè, *Manducare cibum*, seu *Cibus ad manducandum*, intelligitur ali cibo, vel nutriri alimento. Haud quia alimentum habeat alium usum, cùm cibi creati, ut edantur, & esu nutriant; sed quia cùm manducatio, vel sumptio materiæ in cibum (quippe inter animalia, & in individuis eiusdem speciei pro diversitate ætatis & complexionis, uti lib. 1. de *Natur. Deor.* observat Cicer. *Alia fugunt, alia carpunt, alia vorant, alia mandunt*) actio fit recipientis animalis in stomachum; actio ipsa sumitur pro subiecto actionis, uti latè egimus in *Prolog. Galeat.* 3. 4. num. 10. Unde Hispan. dicitur: *Si tenemos que comer*: pro si cibaria, vel alimenta habemus.

Cicer. *Actio pro subiecto actionis.*

Ezech. 4. 10. Psal. 77. 24 17 His ergo præmissis, discriminatim auctoritates Tautologicæ exponentur. *Cibus autem tuus, quo vesceris*, &c. ideest, quo vitam nutries. *Pluit illis Manna ad manducandum.* Hoc est, Dedit eis in escam Manna. Idem Ioan. 6. 52. *Quomodò potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum*: Nimirùm ut manducemus eius carnem. Ubi observare potes escam exprimi per actionem. Non dicitur, Quomodò caro in escam, vel Manna in alimentum, vel hoc aut illud in cibum; sed *Ad vescendum, Manducandum.* Ita 2. Cor. 9. 10. *Panem ad manducandum præstabit.* Ioan. 4. 32. *Cibum habeo manducare.* Genes. 28. 20. *Panem ad vescendum.* & Exod. 16. 15. *Iste est panis quem Dominus dedit vobis ad vescendum.* Ubi, ut vides, solummodò exponitur exercitium, sive dispositio ad nutritionem per actum masticationis, in quo summa voluptatis (igitur ut canit Lucretius lib. 4. de *Rer. natur.* v. 629.

*Exercitium pro materia in qua.*

*——— Voluptas est è fuco in fine palati:*
*Cùm verò deorsum per fauces præcipitavit,*
*Nulla voluptas est, dum diditur omnis in artus.*)

Lucret. Quod dicitur *Comestio*. Unde Oleaster hic pro *Iste panis ad vescendum*: legit, *Vir ad os comedere sui.* Ideest, ad os applicare; designata esca actione sive usu comestionis. Ita Plautus in *Menæchmis*, Act. 2. Scen. 2. v. 1.

Oleast. *Benè obsonavi, atque ex mea sententia*
*Bonum anteponam prandium prænsoribus.*

Plaut. *Quarta Expositio.* Nimirùm invitatis ad prandium. Quare dum dicit Isaïe: *Cibos ut comedam*; idem est, ac Nutriar singulari, lauto, haud communi cibo: igitur ut supr. Isidorus: *Victus dicitur, quia vitam retinet: & Ad cibum vocare, invitare: quem accipiunt iuvenes ad incrementum, senes ad perseverantiam.*

Psal. 77. 24 Exod. 16. 15. *Manna panis præstantissimus.* 18 Ni per *Manna ad manducandum*, intelligere velis panem præstantissimum: quapropter dicitur demonstrativè: *Iste panis ad vescendum.* In escam datur à Domino non tantùm *Panis*, sed *Iste*. Refert, quo victu corpus alatur. Non qualis qualis est panis, sed *Iste*, videlicet, *Manna.* Panis de cœlo, omnis esca, omne delectamentum, omnis saporis suavi-

vitas, cunctas continens delicias: uti dicitur *Sapient.* 16. 20. & Psalm. 77. 24. 25.

*Quid referam innumeros cœlesti pane catervas,*
*Angelicos sumpsisse cibos, nymbisque superni*
*Nectaris, æthria populum dulcedine pastum,*
*In plumis habuisse dapes, & in imbribus escas.*

Sedul. Succinit aptè Sedulius lib. 1. de *Miracul. Christ.* v. 148. Iccircò hic Psalm. 77. cit. & Sapient. 16. ubi Manna plauditur *Panis & esca Angelorum*: Maluend. *Panem Pennigerorum.* Chald. *Cibum de habitaculis Angelorum.* Apollin. *Angelicum convivium*: Hieronym. *Triticum cœli.* Moure: *Cibum Heroum.* Alij apud Haye in *Bibl. Maxim.* leguut: *Cibum Fortium, Magnificorum, Robustorum*: dicturque ob præstantiam saporis, & suavitatis *Panis Angelorum*, haud quia Angeli cibo pascantur (*Cùm essem vobiscum*, dixit Raphael *Tob.* 12. 18. 19. *videbar quidem vobiscum manducare & vivere, sed ego cibo invisibili & potu, qui ab hominibus videri non potest, utor.* Angeli incorporei sunt: satiantur in gloria visione Dei. Semper vident faciem Patris) sed quia apud Hebræos quod mirabile est, dicitur Angelicum. Esth. 15. 16. *Vidi te domine sicut Angelum Dei*: idest mirabilem. 1. Cor. 13. 1. *Si linguis hominum loquar, aut Angelorum.* Q. d. labium electum, & linguam præstantissimam: sicut Latini ferè, *Vultus & Os Angelicum*, pro summa speciositate. Vel quia Angeli si esca indigerent, non alia pascerentur. Manna panis erat, qui descendebat de cœlo, idest de aëre, uti diximus *Tom.* 1. *Tautolog.* 1. num. 23. & *Tautolog.* 2. num. 30. & astruit Lucretius lib. 4. de *Rer. natur.* v. 139.

Cur dicitur esca Angelorum, & panis de cœlo?

Angelicum, idest mirabile.

Cœlum pro aere.

Lucret. *Constituuntur in hoc cœlo, qui dicitur aër.*

Quapropter Assertor N. dixit Hebræis Ioann. 6. 32. *Amen dico vobis, non Moyses dedit vobis panem de cœlo, sed Pater meus dat vobis panem de cœlo verum.* Nimirùm, verè de cœlo; quia Manna erat, & descendebat ab aëre: Christus verò, quia filius Patris, erat panis vivus, qui verè descendit de cœlo: *Panis enim Dei est, qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo*: v. 33. Hinc signanter v. 58. dicitur *Hic panis*: quasi præstans, & mirabilis, igitur sub panis specie, corpus suum traditurus erat in cibum hominis. Quare analyticè dixit v. 51. *Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendi.* Aliam insignem allegoriam delicat Alcim. Avitus lib. 5. *Geneseos* v. 453.

Adiectivum pro adverbio.

Manna symbolum conceptionis Christi, & Eucharistiæ.

Alcim. Avit.

*Dum sacrum populo victum, candentia Manna*
*Ferrent, & cœli frugem terrena viderent,*
*Mystica quæ longè præderet ante figura,*
*Virgineo ex utero, puro sine semine, Christi*
*Edendum, nobisque aliquando corpus edendum;*
*Quas caperet pascendus homo, de sede superna*
*Illabente Deo, sanctis altaribus escas.*

Et Tertullianus lib. 4. Contr. *Marcionem*, succinit:

Tertul.

*Carnis & urna typum Domini fert aurea plena,*
*Fœderis ipsa novi Dominum declarat aperte*
*Manna, quod est panis cœlestis verus, in illum*
*Traditus à Patre, quem tribuit pro pignore sanctis.*

Iccircò panis hic singularis, & esca inexperti saporis. *Panis hic* cœlestis, nobilior dapibus cunctis: etenim licèt excogitetur plus & plus, nihil sicut panis hic. Pariter Isaäc in cibo desiderabat aliquam singularitatem, vel suavitatis saporem, ut posset voluptuosè edere, & lætus cibo & potu, primigenium benedicere.

Quinta Expositio.

19 Etiam huiusmodi testimonium interpretari quimus per *Hypallagen* qua figura nomina commutantur. Plura diximus hic *Tautolog.* 7. *in Exposit. litt.* num. 28. alia etiam apponam. Ioann. 11. 13. *Illi autem putaverunt, quia de dormitione somni dicerat*: idest, de somnodormitionis. Psalm. 106. 7. 36. *Ut irent in civitatem habitationis*: hoc est, ut habitarent civitatem. Ibid. 37. *Seminaverunt agros, & plantaverunt vineas, & fecerunt fructum nativitatis*: videlicet, collegerunt natos fructus. Idem Sapient. 16. 26. Etiam Profani; Ovidius lib. 14. *Metam.* Fab. 5. de Circe:

Hypallage in Scriptura.

Ovid. *——— Misceri tosti iubet hordea grani.*

Nimirùm, grana hordei. Sic alij passim. Haud aliter expositio fiet harum auctoritatum *Panem ad manducandum*: putà, ut manducem panem. *Panem ad vescendum*: ut vescar pane. *Quomodò potest hic carnem suam suam dare ad manducandum?* Q. d. ut manducemus: cui cogitationi favet contextus: igitur subdit Christus v. 53. *Nisi manducaveritis carnem filij hominis*, &c. & patet principali testimonio: *Cibos, ut comedam.* Ioann. 4. 32. *Cibum*

Finis pro actione.



*habeo manducare.* Unde Æthiop. in loc. Pauli præfat. 2. *Cor.* 9. 10. *Panem ad manducandum*: legit. *Dat panem in escam.* & Pers. in illud *Carnem ad manducandum*: vertit, *Carnem suam, ut comedamus.* Ita, *Iste est panis, quem dedit vobis Dominus ad vescendum*; idest, ut vescamini illo pane.

Sexta Expositio.

20 Aliter potest Hebraismus explicari per *Metonymiam*, quo schemate causa exponitur pro effectu: tuncque Comedere significat Vivere: transigere vitam: Hispan. dicimus: *Para passar.* Hinc *Ad manducandum, ad vescendum*: idest, ad vivendum, siquidem animal sine nutrimento, sicut lampas sine oleo, & sine fomite ignis. Qua de causa Panis, quo significatur omnis esca, ut dicemus num. seq. in Scriptura dicitur vitæ *Baculus*: Ezech. 4. 16. *Robur*: Isai. 3. 1. *Confirmatio*: Psalm. 103. 15. *Firmamentum.* 104. 16. Quare, *Fac cibos, ut comedam*, idem erit, ac *Cibos ut vivam*: nimirùm, ampliùs, igitur carnes maximè altilium siccitate prorrahunt vitam: quo intuitu aliqui Potentes, quorum fere Deus venter est, alicibus alitis viperis vescuntur. Vita Troglodytarum diuturna describitur, haud alia de causa nisi quia serpentes vorant in cibum, de quo Plinius lib. 5. cap. 8.

Septima Expositio.

Esca pro vita.

21 Multoties huiusmodi formæ loquendi *Ad vescendum*, *Ad manducandum* additur *Panis*: quippequum in Scriptura nomine *Panis* intelligitur cuncti genus esculenti & poculenti. Ideo *Pan* apud Græcos, idest, omnia, vel totum. Apud Ethnicos Pan accipiebatur tamquàm totius naturæ Deus, & symbolum Universi, ut observat Vincent. Carthurius in *Iove* fol. 89. Psalm. 71. 6. *Eris firmamentum in terra* &c. Rabb. Salomon. Arias Montan. & alij: *Erit frumentum.* Clarius constat 4. Reg. 6. 22. Ubi Regi Eliseus dixit: *Pone panem & aquam coram eis, ut comedant, & bibant & vadant ad dominum suum*: subditurque v. 23. *Appositaque est eis ciborum magna præparatio, & comederunt, & biberunt.* Ita igitur intelligitur sæpiùs Panis in Scriptura, qua usquequaquè *Ponere buccellam panis, Comedere panem*, Genes. 17. 5. 31. 54. Exod. 18. 12. Iob. 41. 11. & pluribus alijs in locis. Quo intelliges locum difficilem Genes. 39. 6. ubi de hero Iosephi dicitur: *Nec quicquam aliud noverat, nisi panem quo vescebatur.* Nempè, illi nulla cura, servo Iosepho, nisi de cibo & potu. Aptius dicam nostratum dialecto: *De su casa no sabia mas que comer.* Sicut de hoc, quia omnia penes servum Ioseph, dicitur ignorare quid haberet in domo; ita de homine escis farcinato dicitur: *Stultus cum saturatus fuerit cibo.*

Panis pro omni victu.

Pan *Idest*, omnia.

4. Reg.

Panis pro convivio.

Genes.

Prov. 30. 21.

22 Ita intelligitur absolute *Panis*, idest delicatus, non verò cùm dicuntur *Cibaria*, vel *Panis cibarius*: igitur tunc signatur panis secundus ad familiæ victum, & minimè victus ex pane in delicias, sive oblectamentum. *Panis ciburius dicitur panis, qui fit ex farina secundaria*: ait Geyerhardus Elmenhorstius in lib. &. *Metamorpho. Apuleij.* Cicero lib. 5. Tusc. qq. *Ptolomæo cum cibarius in casa panis datus esset, nihil visum est illo pane iucundius.* Hieronym. *Epist.* 2. ad Nepotian. *Cibario pane rugientem satiare ventrem.* & ad Salvinam: *Vile oluscalum, & cibarius panis*: igitur ad cibum servis dabatur, vel in vincula detrusis; qui quidem panis dicitur 3. Reg. ult. v. 27. *Panis tribulationis.* & Isai. 30. 20. *Panis arctus*: sicut econtrà ubi panis primus ex polline, vel ex similagine, dicitur pinguis, vel deliciosus. Genes. 49. 20. etiam cibus delicatus *Cibus regius* 2. Reg. 11. 8. & Daniel. 1. 13. 15. Quo intelligitur illud Ioelis: *Comedetis vescentes.* Idest lautè & abundanter, & quicquid volueritis. Ideo additur, & *saturabimini.* Hoc enim indicat geminatio vel eodem verbo, vel distincto idem significante. Genes. 2. 16. *Ex omni ligno paradisi comede.* Hebr. & alij plures leguut: *Comedendo comede.* Hoc est quicquid & quantum volueris, & placuerit. Deuter. 8. 10. *Cum comederis, & satiatus fueris.* Sic alia. Ita hic *Comedetis vescentes*: idest quantum, & quod desideratis, quippe mensæ vestræ in epulum, quasi promptuaria plena eructantia ex hoc in illud. Modò ad singula.

Provis. Panis cibarius. Geverh. Cicer. Hieron.

Cibus regius.

Loel. 1. 26.

23 *Fac.* Tu qui benedicendus es. Idest, para ex venatione aliquid, sicut v. 3. *Sume arma tua, pharetram & arcum, & egredere foras, cumque venatu aliquid apprehenderis, fac mihi inde pulmentum, sicut velle me nosti, & affer ut comedam.* Actus inchoativus, non perfectus, eodem modo quo subinde de Isaäc dicitur v. 23. *Benedicens ergo illi, ait.* Hoc est præparans se ad benedicendum filium. Ioann. 13. 27. *Quod facis, fac citius*: idest, quod disponis, cogitas, moliriſve facere, fac. Genes. 20. 9. 10. *Quid feci tibi? Quæ non debuisti facere fecisti. Rursumque expostulans ait: Quid vidisti, ut hoc faceres?* Ita Plautus in *Pseudol.* Act. 1. Scen. 3. v. 49.

Facere pro incohare.

Genes.

*Facite, coquite, festinate*

Plaut.

Unde illud priscum: *Dij faxint! Dij melius faciant.* Idest, disponant. Aliqua de verbo *Facio* dixi *Tom.* 1. *Tautolog.* 3. in *Exposit. litt.* a num. 4. usque ad 9. quæ tu videris.

24 *Cibos.* Haud communes, sed lautos, delicatos præ vulgaribus sapidiores.

*Quando olim frequentiora convivia* Alap.

Frequenter igitur extra communem escam mensis aliquid apponebatur ob insignem victoriam, ob aliquod nactum munus, felix nuncium, nativitatemve in familia successoris, & etiam in die ablactationis infantis. Gen. 21. 8. Esth. 3. 15. 8. 17. 9. 9. Iudith. 16. 31. & pal im alijs in locis. Apud Profanos consule Stuckium, Rosinum, Dempst. & Iust. Lipsium. Unde Alapide hic: *Erat enim hac dies benedictionis filij fausta, lata, & solemnis, ac proinde læto & iucundo epulo celebranda.* Eadem Lippomanus in *Caten.*

*Ultima Expositio.* Vc *pro* Postquàm. Cicer. Tacit.

25 *Ut comedam.* Occurrit, ni fallor, genuina intelligentia Tautologiæ. *Vt* non semper coniunctio causativa est: signat aliquando tempus, quare idem significat, ac *Postquam.* Cicero pro *Milon.* inquit: *Ut contempsit, ut pro nihilo putavit.* Hoc est, postquàm contempsit &c. Tacitus lib. 16. *Annal.* cap. 29. *Marcellus ut* (postquàm) *erat torvus & minax, voce, vultu oculis* &c. idem lib. 3. cap. 1. sed totum amplexus est, *Hist.* lib. 13. cap. ult. dicens: *Postquam nihil hostile metuebatur, ad duces partium progressum, & Cæsarem consalutatum, miles frequens utque* (postquàm) *erat in armis, in paternos penates deduxit.*

Ovid. Ovidius lib. 3. *Trist. Eleg.* 5.

*Ut cecidi, cunctique meam fugere ruinam,*
*Versaque amicitiæ terga dedere meæ.*

Virg. Virgilius *Bucolicor.* Eclog. 8. v. 41. & lib. 2. *Æneid.* v. 561.

*Ut vidi, ut perij, ut me malus abstulit error.*
*Ut regem æquævum crudeli vulnere vidi,*
*Vitam exhalantem.*

Plaut. Plautus in *Amphitruon.* Act. 1. Scen. 1. v. 70. *Ut iacui exurgo.* Nimirùm, postquàm. Ita crebrò apud Poëtas. Itiam in Scriptura *Ut* adverbium est temporis. 4. Reg. 10. 2. *Statim ut acceperitis litteras has,* &c. *Vt,* ideò postquàm Iob 5. 27. *Ecce hoc, ut investigavimus, ita est.* Similiter in præsenti testimonio *Ut* explicandum, quatenùs sensus sit: *Fac cibos, ut* (*postquàm comedam*) *benedicat tibi anima mea:* uti accidit præoccupante fratre benedictionem. Vius Benedictionis filiorum, vel subditorum ante mortem patris vel Principis patet ex Isaac, Iacob, Moyse, Iosue, David, & alijs.

4. Reg. Iob. *Parentes filij benedicebant moribundi.*

*Varietas lectionis.*

26 Fereidem significant Interpretes in Lectionum varietate. *Fac cibos, ut comedam.* Alapid. *Præpara.* Rabb. Ionathas: *Fac cibos conditos, ut comedam.* Pers. *Fac mihi cibos, ut comedam.* Arias Montan. *Fac mihi cibos delectabiles.* Septuag. *Fac mihi escas.* Chald. *Fac mihi edulia.* Vatabl. *Fercula.* Oleast. *Fac mihi quid sapidum.* Alapid. *Gustamenta ut comedam.* Alij, *Ut vivam.*

## ADINATON EXEGETICUM.

*Epilogus Ex ipse*

1. *Fac cibos ut comedam.* Aptè. Tendit in subsidium necessitatis, & refugit somitem ostentationis: igitur luxus de cibis satagit non in escam, sed in pompam.
2. *Fac. Præpara*: altius designat sacramentum apparatus in huiusmodi convivium: igitur panis parum prodest Eucharistiæ, sine cordis susceputi præparatione.
3. *Fac cibos ut comedam*: quippe panis Eucharistiæ est cibus in medicinam.
4. *Cibos ut comedam.* Per comestionis effectus, in cibo cognoscitur an fuerit cibus.
5. *Cibos ut comedam*: etenim cibus Eucharistiæ est in tutelam.
6. *Cibos ut comedam.* Esca designatur corporis: panis verò Eucharisticus est cibus mentis.
7. *Cibos ut comedam*: utique in Eucharistia verè cibus, sed cibi sunt species, & aliud corpus.
8. *Cibos ut comedam.* Benè, si ab amico: quippe si inimico gratia, non cibus porrigitur, sed venena.

# DIDASCALIA PRIMA.

## *Ingens mali pompa est.*

*Senec: Ex vanitate pompa ignominiosa*

Alt Stoicus Nost. *Epist.* 14. Aliqui ex Criticis: *Ingens malum pompa est.* Si pompa ostentatio est, nullum interest discrimen; quandoquidem ignominiosa pompa, quæ mali tantùm præ se fert ostentationem.

*Ducitur sæpe nova pompa morti.*

Canit idem in *Oedip.* Act. 1. v. 126. igitur Id; fastu,



*Luxus mors divitiarum* Genes. 27. 7.

fastu, & ostentationis intuitu, novâ pompâ & nova insaniâ moriantur actutùm immortalia patrimonia. *Fac cibos ut comedam:* dixit Isaac primogenito Esau. Ad quid, dices, ly *Comedam*, si signat escam? Ut demonstret, fab hominibus tenendam moderationem, & quam relegare oportet, superfluitatem: etenim plures, cibos non sumunt famelici in escam, sed ad pompam: non ut comedant, sed ut alij videant: nequaquàm in stomachum, sed in fastus apparatum, clamante, ventriculo, quòd oculus circumstantium comedat, à quo stomachus ieiunat. Ingens mali pompa est, & ingens malum: siquidem solicitatur quòd alatu, pompâ, qui debet esca.

*Fercula habent fastus ad pompam, & non in escam.*

2 In huiusmodi argumento supervacua sanè religio, igitur sufficit conditionis ratio. Sufficit hominis vel levis intelligentia, ne in malum foveatur insania: etenim si amentia movet in compassionem intellectum, isthæc quia voluptaria concitat solutissime risum. Ex his quæ sæpe vidi in Curia, obumbranda est compassionis, & phrenitidis forma. Inveuitur usquequaquè Familia, quin præ inopia noscat panem, quæ quidem pridem vel fercula habuit in ostentationem, & modò nec sunt carbones, ubi abundabant thesauri; quapropter necesse est, quòd intret frugalitas, ubi fastus & luxus liguriverunt divitias, & vivat parce, quiquis florebat auguste. Necessaria est moderatio, & non indulgere genio; quippe ubi superflua pascunt luxum, tandem tandem deficit necessarium. Heu! Malæ consuetudini non est consilium. Erunt pro vanitatis blandimine sumptus, licèt evanuerint census; quippè estò ab arca relegaverit divitias, minimè à cerebro exulavit fota vanitas: & modò sic ostentationis pompa, quid quòd pereat miserabilis vita?

*Infatuatio fastosi.*

3 Quæ non impenduntur in salutatione amicarum? Decor vestis, nova inventio de fœminarum quisquilijs, cultus capitis, ornamentum conclavis, cupediæ ex omni genere liguritricibus, meditatis pro palati diversitate dulcoribus, officia plena, adulatione imbuta, atque ornata fallacia, expensis sumptibus in antecœnio, quibus degere sine egestate toto poterat anno. Quid si servus superfluitatem vel gestu prudenter reprimit? Domum totam vocibus implet. Unde hoc? si respondet: *Exeat unde exiverit*, dicit. Nihil patet ad manum. *Calatum oppigneretur argentum.* Iam pridem factum est. *Quæratur, quin quæratur unde sit.* Æs alienum? *Ratiocinatio illustris! qui magis gravatur, magis levis. Æs alienum non quem gravat, gravat, sed qui commodat. Bis millies & quinquenties HS. erat summa æris alieni quâ gravatus Cæsar, & oportebat sibi esse, ut nihil haberet*: ait Aldus Manutius in *Thesaur. Critic.* Tom. 4. cap. 8. de *Quæsitis per epistolam.* Quid hoc? *Parum habet in sæculo dignitatis, qui non habet creditores. Æs alienum non est gravitas, sed maiestas.* Tria fercula non satis? *Quid impudice? Sum Augustus dominus orbis, ut mensa trinis tantùm ornetur ferculis?* Refert Suetonius *cap.* 74. Familia periens? *Quid inde? Degat haud aliter quàm hucusque degit. Hoc licèt videatur luxus, est auctoritas generis, quam conservare oportet, & decor conditionis, in qua me Dominus generosè collocavit. Absit, quòd extra eius voluntatem divinam, quid vel cogitem vel faciam.* O cæca progenies! Haud crederem, lector, ni sæpe audissem. Incurabilis est huiusmodi amentia, & quia voluptaria, & quia non cognoscitur stultissima insania. Deus Optim. Max. subtrahit copiam, ut oculos aperiant; sed ampliorem cogitans excitatem, videntes in respiscentiam lumen. Nullo modo concludere possunt animum radij rationis, cui intellectum non præstant tormenta necessitatis. Species rutila fastui construit molimina luxus: in quibus ratio ita cæca, ut nihil cogitet, nisi quo gaudet phantasia.

*Maxima simulatrum.*

*Quid ex munus fa salutatione illarum?*

*Ratiocinia pro auditorio.*

*Æs alienum iudicatur à nobilibus maiestas, non gravitas.*

*Incurabilis huiusmodi insania.*

*Nil cogitat præter inopiam.*

4 Prætermiserunt meditanter quatuor Evangelistæ, quod pertulit Christus tormentum, dum fixus cruci. Ars fuit ministrorum malitiosa, ut cresceret in patiente gravior pœna. Terebrarunt lignum crucis, mensâ prius habitudine corporis; at non iuxta brachiorum habitudinem, sed iuxta imaginationis dimensionem: quare ut sinistra manus; fixa dextrâ, pervenire possit interebræ signum, necesse fuit nervis diruptis ab humero avelli brachium. *Crucifixerunt eum*, meritòque subticetur crucifixionis modus; quippe clarè patebat ministrorum excessus. In manu significatur potestas: in terebello vanitas. Hinc Hispanicè, ventosum caput, aut arrogans cerebrum vanum dicitur *Phantasia* vel *Barreno*. Hicèine excessus ministrorum, quòd non ad mensuram; sed usque ad terebram vanitatis extendissent manum. Mensurari, par erat, vanitatem auctoraminis, iuxta extensionem commensurationis (ideò sumptus splendoris domus, iuxta census; non sumptuosius: igitur præst suppetunt copiæ, sunt expendendæ) nequaquàm iuxta mensuram phantasiæ, quippe esset mensura te-

*Homines ob vanitatem torqueantur.*

Luc. 23. 33.

*Et de illâ fatuant, estò torqueantur.*

*Quando olim frequentiora convivia* Alap.

Frequenter igitur extra communem escam mensis aliquid apponebatur ob insignem victoriam, ob aliquod nactum munus, felix nuncium, nativitatemve in familia successoris, & etiam in die ablactationis infantis. Gen. 21. 8. Esth. 3. 15. 8. 17. 9. 9. Iudith. 16. 31. & pal im alijs in locis. Apud Profanos consule Stuckium, Rosinum, Dempst. & Iust. Lipsium. Unde Alapide hic: *Erat enim hac dies benedictionis filij fausta, lata, & solemnis, ac proinde læto & iucundo epulo celebranda.* Eadem Lippomanus in *Caten.*

*Ultima Expositio.* Vc *pro* Postquàm. Cicer. Tacit.

25 *Ut comedam.* Occurrit, ni fallor, genuina intelligentia Tautologiæ. *Vt* non semper coniunctio causativa est: signat aliquando tempus, quare idem significat, ac *Postquam.* Cicero pro *Milon.* inquit: *Ut contempsit, ut pro nihilo putavit.* Hoc est, postquàm contempsit &c. Tacitus lib. 16. *Annal.* cap. 29. *Marcellus ut* (postquàm) *erat torvus & minax, voce, vultu oculis* &c. idem lib. 3. cap. 1. sed totum amplexus est, *Hist.* lib. 13. cap. ult. dicens: *Postquam nihil hostile metuebatur, ad duces partium progressum, & Cæsarem consalutatum, miles frequens utque* (postquàm) *erat in armis, in paternos penates deduxit.*

Ovid. Ovidius lib. 3. *Trist. Eleg.* 5.

*Ut cecidi, cunctique meam fugere ruinam,*
*Versaque amicitiæ terga dedere meæ.*

Virg. Virgilius *Bucolicor.* Eclog. 8. v. 41. & lib. 2. *Æneid.* v. 561.

*Ut vidi, ut perij, ut me malus abstulit error.*
*Ut regem æquævum crudeli vulnere vidi,*
*Vitam exhalantem.*

Plaut. Plautus in *Amphitruon.* Act. 1. Scen. 1. v. 70. *Ut iacui exurgo.* Nimirùm, postquàm. Ita crebrò apud Poëtas. Itiam in Scriptura *Ut* adverbium est temporis. 4. Reg. 10. 2. *Statim ut acceperitis litteras has,* &c. *Vt,* ideò postquàm Iob 5. 27. *Ecce hoc, ut investigavimus, ita est.* Similiter in præsenti testimonio *Ut* explicandum, quatenùs sensus sit: *Fac cibos, ut* (*postquàm comedam*) *benedicat tibi anima mea:* uti accidit præoccupante fratre benedictionem. Vius Benedictionis filiorum, vel subditorum ante mortem patris vel Principis patet ex Isaac, Iacob, Moyse, Iosue, David, & alijs.

4. Reg. Iob. *Parentes filij benedicebant moribundi.*

*Varietas lectionis.*

26 Fereidem significant Interpretes in Lectionum varietate. *Fac cibos, ut comedam.* Alapid. *Præpara.* Rabb. Ionathas: *Fac cibos conditos, ut comedam.* Pers. *Fac mihi cibos, ut comedam.* Arias Montan. *Fac mihi cibos delectabiles.* Septuag. *Fac mihi escas.* Chald. *Fac mihi edulia.* Vatabl. *Fercula.* Oleast. *Fac mihi quid sapidum.* Alapid. *Gustamenta ut comedam.* Alij, *Ut vivam.*

## ADINATON EXEGETICUM.

*Epilogus Ex ipse*

1. *Fac cibos ut comedam.* Aptè. Tendit in subsidium necessitatis, & refugit somitem ostentationis: igitur luxus de cibis satagit non in escam, sed in pompam.
2. *Fac. Præpara*: altius designat sacramentum apparatus in huiusmodi convivium: igitur panis parum prodest Eucharistiæ, sine cordis susceputi præparatione.
3. *Fac cibos ut comedam*: quippe panis Eucharistiæ est cibus in medicinam.
4. *Cibos ut comedam.* Per comestionis effectus, in cibo cognoscitur an fuerit cibus.
5. *Cibos ut comedam*: etenim cibus Eucharistiæ est in tutelam.
6. *Cibos ut comedam.* Esca designatur corporis: panis verò Eucharisticus est cibus mentis.
7. *Cibos ut comedam*: utique in Eucharistia verè cibus, sed cibi sunt species, & aliud corpus.
8. *Cibos ut comedam.* Benè, si ab amico: quippe si inimico gratia, non cibus porrigitur, sed venena.

# DIDASCALIA PRIMA.

## *Ingens mali pompa est.*

*Senec: Ex vanitate pompa ignominiosa*

Alt Stoicus Nost. *Epist.* 14. Aliqui ex Criticis: *Ingens malum pompa est.* Si pompa ostentatio est, nullum interest discrimen; quandoquidem ignominiosa pompa, quæ mali tantùm præ se fert ostentationem.

*Ducitur sæpe nova pompa morti.*

Canit idem in *Oedip.* Act. 1. v. 126. igitur Id; fastu,



*Luxus mors divitiarum* Genes. 27. 7.

fastu, & ostentationis intuitu, novâ pompâ & nova insaniâ moriantur actutùm immortalia patrimonia. *Fac cibos ut comedam:* dixit Isaac primogenito Esau. Ad quid, dices, ly *Comedam*, si signat escam? Ut demonstret, fab hominibus tenendam moderationem, & quam relegare oportet, superfluitatem: etenim plures, cibos non sumunt famelici in escam, sed ad pompam: non ut comedant, sed ut alij videant: nequaquàm in stomachum, sed in fastus apparatum, clamante, ventriculo, quòd oculus circumstantium comedat, à quo stomachus ieiunat. Ingens mali pompa est, & ingens malum: siquidem solicitatur quòd alatu, pompâ, qui debet esca.

*Fercula habent fastus ad pompam, & non in escam.*

2 In huiusmodi argumento supervacua sanè religio, igitur sufficit conditionis ratio. Sufficit hominis vel levis intelligentia, ne in malum foveatur insania: etenim si amentia movet in compassionem intellectum, isthæc quia voluptaria concitat solutissime risum. Ex his quæ sæpe vidi in Curia, obumbranda est compassionis, & phrenitidis forma. Inveuitur usquequaquè Familia, quin præ inopia noscat panem, quæ quidem pridem vel fercula habuit in ostentationem, & modò nec sunt carbones, ubi abundabant thesauri; quapropter necesse est, quòd intret frugalitas, ubi fastus & luxus liguriverunt divitias, & vivat parce, quiquis florebat auguste. Necessaria est moderatio, & non indulgere genio; quippe ubi superflua pascunt luxum, tandem tandem deficit necessarium. Heu! Malæ consuetudini non est consilium. Erunt pro vanitatis blandimine sumptus, licèt evanuerint census; quippè estò ab arca relegaverit divitias, minimè à cerebro exulavit fota vanitas: & modò sic ostentationis pompa, quid quòd pereat miserabilis vita?

*Infatuatio fastosi.*

3 Quæ non impenduntur in salutatione amicarum? Decor vestis, nova inventio de fœminarum quisquilijs, cultus capitis, ornamentum conclavis, cupediæ ex omni genere liguritricibus, meditatis pro palati diversitate dulcoribus, officia plena, adulatione imbuta, atque ornata fallacia, expensis sumptibus in antecœnio, quibus degere sine egestate toto poterat anno. Quid si servus superfluitatem vel gestu prudenter reprimit? Domum totam vocibus implet. Unde hoc? si respondet: *Exeat unde exiverit*, dicit. Nihil patet ad manum. *Calatum oppigneretur argentum.* Iam pridem factum est. *Quæratur, quin quæratur unde sit.* Æs alienum? *Ratiocinatio illustris! qui magis gravatur, magis levis. Æs alienum non quem gravat, gravat, sed qui commodat. Bis millies & quinquenties HS. erat summa æris alieni quâ gravatus Cæsar, & oportebat sibi esse, ut nihil haberet*: ait Aldus Manutius in *Thesaur. Critic.* Tom. 4. cap. 8. de *Quæsitis per epistolam.* Quid hoc? *Parum habet in sæculo dignitatis, qui non habet creditores. Æs alienum non est gravitas, sed maiestas.* Tria fercula non satis? *Quid impudice? Sum Augustus dominus orbis, ut mensa trinis tantùm ornetur ferculis?* Refert Suetonius *cap.* 74. Familia periens? *Quid inde? Degat haud aliter quàm hucusque degit. Hoc licèt videatur luxus, est auctoritas generis, quam conservare oportet, & decor conditionis, in qua me Dominus generosè collocavit. Absit, quòd extra eius voluntatem divinam, quid vel cogitem vel faciam.* O cæca progenies! Haud crederem, lector, ni sæpe audissem. Incurabilis est huiusmodi amentia, & quia voluptaria, & quia non cognoscitur stultissima insania. Deus Optim. Max. subtrahit copiam, ut oculos aperiant; sed ampliorem cogitans excitatem, videntes in respiscentiam lumen. Nullo modo concludere possunt animum radij rationis, cui intellectum non præstant tormenta necessitatis. Species rutila fastui construit molimina luxus: in quibus ratio ita cæca, ut nihil cogitet, nisi quo gaudet phantasia.

*Maxima simulatrum.*

*Quid ex munus fa salutatione illarum?*

*Ratiocinia pro auditorio.*

*Æs alienum iudicatur à nobilibus maiestas, non gravitas.*

*Incurabilis huiusmodi insania.*

*Nil cogitat præter inopiam.*

4 Prætermiserunt meditanter quatuor Evangelistæ, quod pertulit Christus tormentum, dum fixus cruci. Ars fuit ministrorum malitiosa, ut cresceret in patiente gravior pœna. Terebrarunt lignum crucis, mensâ prius habitudine corporis; at non iuxta brachiorum habitudinem, sed iuxta imaginationis dimensionem: quare ut sinistra manus; fixa dextrâ, pervenire possit interebræ signum, necesse fuit nervis diruptis ab humero avelli brachium. *Crucifixerunt eum*, meritòque subticetur crucifixionis modus; quippe clarè patebat ministrorum excessus. In manu significatur potestas: in terebello vanitas. Hinc Hispanicè, ventosum caput, aut arrogans cerebrum vanum dicitur *Phantasia* vel *Barreno*. Hicèine excessus ministrorum, quòd non ad mensuram; sed usque ad terebram vanitatis extendissent manum. Mensurari, par erat, vanitatem auctoraminis, iuxta extensionem commensurationis (ideò sumptus splendoris domus, iuxta census; non sumptuosius: igitur præst suppetunt copiæ, sunt expendendæ) nequaquàm iuxta mensuram phantasiæ, quippe esset mensura te-

*Homines ob vanitatem torqueantur.*

Luc. 23. 33.

*Et de illâ fatuant, estò torqueantur.*

rebræ, seu capitis vacui: undè ultrà progredi, non splendorem, sed cruciamen designat; etenim sine dolore nequit extendi manus, quò pervenire cogitat. Clariore acumine, vernaculè: *No regulando la vanidad del porte por el posible; no es posible, que alcance la mano al barreno de la vanidad del porte.*

*Sit splendor domus intacto census.*

*Aliter pœnæ gravissima.*

5 Deinde. Ultrà quàm poterat, extendi manus; fuit doloris excessus & pœna, quoniam semper gravissima, progredi, aut transgredi ultrà quod non est potentia. Tantum corpus habebat cruciaminis, quantum manus extensionis: & licèt grave in stipite pati, plus manum extendi, ubi non plus. Ambiebant, pervenire manum, ubi numquàm pervenit, nec pervenire quibat statura humana procera; quoniam terebellum illud designaverat phantasia: & demonstrarunt desipere, ubi & quo cogitaverunt lucere; igitur summa insipientia alere vanitatem, subsistendo crucem: cùm crux molestior non sit, quàm extendere manum in ampliorem pœnam; ut sine censu phantasia nutriat omninò vanitatis pompam.

*Obnubilatur, quo effulgurare contendunt.*

6 Dolor est. At nullum iudicant vanitatis satagentes, modò extensio fastus sit in somitem vanitatis.

*Infudere epulas auro, quod terra, quod aër*
*Quòd pelagus, Nilusque dedit, quod luxus inani*
*Ambitione furens toto quæsivit in orbe,*
*Non mandante fame, multas volucresque feraſque*

Lucan.

Canit Lucanus lib. 10. *Belli Pharsal.* v. 155. Haud decident à cogitationibus, licèt sciant Christum per illos in creditoribus tradi cruciatibus. Quid quòd creditor pereat, dicunt, si eius miseriâ cibatur splendor? Modò fiat in nitore fastus, quid quòd illius vel noster census aut sumptus? Si adsint stolidi qui conditionis miseræ nostræ miserti, sua commodent compassione; quid quòd nostra debita luant infeliciter in carcere? Si mensa usque ad vanitatis satietatem, quid quòd alij non manducent? Primum est quod primum. Confessarium fugit theologia domus nostræ regiminis. Prædicator haud loquitur de rebus privatis. Lex est auctoritas nostra, dignitas, splendor, conditionis fulgor; & prolubium aliquando. Non licet mihi quod volo facere? Non. Fastidium sane monitorum geminatio. Obturat aures suas, ne audiat.

*Nec alienæ miseria illos movet, nec sua.*

*Stat contra ratio, & secretam gennit in aurè,*
*Ne liceat facere id, quod quis vitiavit agendo.*
*Publica lex hominum, naturaque continet hoc fas.*

Persi.

*Ut teneat vetitos inscitia debilis actus.*

Ait Persius *Satyr.* 5. vers. 96. Non sufficit admonitio rationis. Omnia dant ventis. Haud retrahent manum a terebra cogitationum, estò extensione pro vanitate torqueantur. Nostrates: *No les quitarán el barreno, que tienen, aunque los defeoyunten.*

*Abolitur ratio.*

7 Videamus, an sit medicamen huiusmodi infirmitati, quod arbitror impossibile. Ab infantia Absalomus comam nutrivit, & aureis ramentis ornavit, ita ut fulgor reflexus ex radijs Solis, gratiam ascisceret amplioris speciositatis: quod quidem lamentabile studium adolescentium, ad instar Narcissi comptulorum: quos vel Seneca de *Brevitat. Vitæ*, cap. 12. meritò taxat, dicens: *Quis est istorum, qui non malit Rempublicam turbari, quam comam suam? Qui non solicitior sit de capitis sui decore, quàm de salute? Qui non comptior esse malit, quam honestior?* Absalomus ergo conspiravit in patrem, respuens genitorem regem, vi intendens exauctoramen; quasi idem esset inire pugnam, ac nutrire comam. Confertis manibus, dubio Marte, victoria declinavit versus iustitiam, fugiens Absalomi rebellis insolentium: hic ergo cùm etiam subterfugeret, *Adhæsit caput eius quercui, & illo suspenso inter cælum & terram, mulus cui insederat pertransivit.* Ibi cor eius transfadactum tribus lanceis, moriens sicut vixerat suspensus inanium cogitationum capillis. Ecce phantasiæ supplicium: sit ergo exemplum, ut constet quanta mala annexa vanitati, maximè verò quùm ducuntur pili.

2. Reg. 14. 27.

Seneca. *Sæpe moribus solutior, qui capillis comptior.*

Cap. 18. 9.

8 Exponamus ruinam, & amentiæ causam. Suspensus crinibus pependit Absalom. Non est gladiolus ad manum, quo fecet retia crinium, cùm perdantur cuncta, ne pereat vita? Quid, modò exiret, quòd mutilus exiret vel inconsus? Si suspensus ita manet, sanè morietur. Cur igitur ita manet? Quia iucundiùs sedere in concilio vanitatis, æstimata dulcedine doloris. Sunt capilli iuxta Augustinum tract. 50. in *Ioann.* corporis superfluitates, & vanitatum ostentationes: ideo huiusmodi superfluitatis apparatum natura extendit in ventum. Si proscinderet Princeps vanam superfluitatem, consuleret vitæ: & nequit vel periculo imminente, capillo tangi; quoniam priùs exponentur acerbitati mortis, quàm indulgentiæ refecacionis minimæ superfluitatis.

*Cunctis voluntaria, & intacta quæ superflua.* Ver. 14.

*Prudentia subeabit superflua ut abundent necessaria.*

*Pridè amittent vitam, quàm diuinnere comam.*

9 Hoc claret symbolum vanitatis, quam nutriunt phantastici homines, in voluptatibus compedibus inventis, atque laqueis



queis in delicijs. Aliqua diximus hic *Tautolog. 1. Didasc. 2.* num. 18. Ut exprimatur gravis angustia, vel animi commoti solicitudo, dicitur, hominem capillis esse suspensum, ex dubio afflictionis exitu, quasi inter metum validum, & spem prævisam, ægrè pendentem inter cœlum & terram. En curæ & spinæ genitæ ab ostentatione, igitur omnia à crebra solicitudine: nimirùm, quo ingenio ubi non est escæ, studendum splendori? Quomodò egrediendum de retibus præsentis embolij, quando ut aliud cogitatio nanciscatur, magis ac magis fraudulentiæ licijs irretitur? Qua lege, ubi iam non est exitus promissione, possit negotium fraudibus procrastinari? Palàm solamen, si parceretur sumptui, ac vanæ superfluitati: verum de huiusmodi consilio nec colloquium. Factus splendoris ibi alere fatagunt; quamvis præsentiant, quod ibi moriendum. Undecumque patiuntur angustias, & vident omnes in illos retorquere lanceas: cæterùm modò serventur intacta superflua, & inanium cogitationum crispa coma; parvipendunt pendere capillis, atque transfodi lanceis.

*Ut tenaces splendor vanitatis, vivunt suspensi capillis.*

2. Reg. 14. 27.

10 Præterea. Corpus est, quod superflua in sui decorem, capillorum alit; & ex lege, quippe habet unde: igitur illi incumbit, quandiù habuerit, humori; suppeditare expunsas, ut nutriatur etiam domus specioſæ vanitas. Inversa sunt officia in Principe Absalome, siquidem capilli seu superflua corporis corpus sustinebant in aëre. Haud capilli debent sustentare corpus, sed corpus pro ornatu sustentare capillos. Sinè humore caput projicit capillos à se, & prudenter; quoniam rennit humorem expendere in vana superfluitatum, quo eget incessanter in materiam nutritionum: esletque vanissima ostentatio, iactare in ostentationis fastum, necessarium alimentum. Ita ius erat fieri: verùm Principi imprudenti vel capilli fuerunt laquei, & suffocarunt superflua; quippe ab illo penitùs inversa officia: siquidem si prudentia est ut vel vanitas alatur, ubi aliquid sit ex quo; desipientia planè summa, quin sit unde alatur superfluitas, quòd non secetur studiosa vanitas.

*Insania est sine necessarijs, studere superfluis.*

11 Ulteriùs. Haud difficile negotium, quòd prudentia amputaret occasionis capillitium, verùm moriuntur sine vento vanitatum. *Cùm adhuc palpitaret*, hærebat quercui. Suspensi peribunt, & sic libitò manebunt; quoniam illis maioris momenti pondus aëris, quàm libramentum rationis. Sic penduli pilo stabunt; estò cor repleatur amaritudine, & viscera evellantur præ dolore. Pungatur licèt intimè pectus, erga vanitatem nec movendus pilus. Dum Absalom sibi consulare voluit, suis cogitationibus implicatus non valuit; etenim retibus quæ construxerat fastus, mors tracta simul ante pendentis oculos. O fallax vanitas! O tenacitas iudicij specie sumptuositatis, qua tegitur amaritudo desperatæ mortis! Dumtaxat tempore mortis, ubi non est tempus, cognoscitur virus: & ut deficiat, dum Princeps deficit; à famulis, qui pridem obsequebantur, tela mittuntur.

*Ver. 14.*

*Licèt pungatur pectus, in vanitate nec movendus pilus.*

12 Demùm. Famuli plerumque intuitu commodi prodigalitatem Principum plaudunt; quippe ex pluribus dispersis ampliora coligunt, amiciuntque titulo generositatis, parcere neque alienis, nec suis: & modò sua interest rimulà utilitatis, gratulantur ubi Principes circa luxum capitones. Ab infantia cum Absalome crevit capillorum vanitas, ostentationis fatuitas, perperà consuetudine, & quasi nativâ in plausum inclinatione. Tres in pectus Principis directæ lanceæ non valuerunt removere capillos à ramis trunci, à quo pendebat ligatus catenis superfluitatis, ut laberetur miser in manus mortis. Considerate articulum & fugite. *Cum adhuc palpitaret hærens in quercu.* Summa fatuitatis est. Adhuc tot ictibus pendens stat. Propensio in vanitatem nutritam ab ætatis flore, nec lanceis à monituro vano potest expelli. Vividiùs dialecto Hispanâ: *Vanidades desde la edad primera envejecidas, no se quitan del cuerpo ni à lanzadas.* Nec telis, nec telis mortis.

*Nec telis, nec morte arcetur à vanitate.*

*Dissipati sunt, nec compuncti.* Punctì sunt corde, non mente: & quousque sapiant; nec spes, quòd resipiscant: igitur usque ad cordis penetralia vulnerantur, & vulnera vel in corde non cognoscunt. Intereunt vel in lectulo suspendio, ut exitus respondeat adæquatè vitæ; siquidem vanitas solummodò fundabatur in aëre. Totum pictum, nihil nisi labor verum. Umbra sine corpore, vel corpus umbræ. Lux apparens & non splendeus, quippe tantùm ad splendorem apparens: siquidem dum qui habet, vanitatem nutrit ostentatione aëris; qui, quo non nutriat vanitatem habet, nutritur aëre dumtaxat ostentationis.

*Pſal. 34. 16. Vultus nam. cognoscunt nec sentiunt.*

13 Intendite. Qui prudens est, ait David, haud ducitur vanis, quinimò nec dignatur aspicere. *Non respexit in vanitates, & insanias falsas.* Insanias dicit, & vanitates. Appositè. Vanitas nulla, quin sit insania: sed notandum, *Insanias falsas.* Etiam est falsitas in amentia? Ubi invenietur veritas, si vel in insaniam introducitur falsitas?

*Pſal. 39. 5. Nulla vanitas sine amentia.*

Est

Est qui velit esse impos mentis vel iocosè! Nimis molestæ gravesque nugæ.

Senèca. *Namquàm sunt grati, qui nocuere sales.* Ait Seneca *Epigram.* 5. in *Consolat. ad Helv.* Oportet ne aliquando insanire? Indulgeretur pro ioco, si aliquando. *Insanias falsas.* Si insania, melior utique, quæ ficta. Hem! Nociior amentia, quia falsa. Qui insumit facultates in obsequium ostentationis, ducitur in expensis vanitate æris. Qui nihil habet, & vanitatem fovet; quia non habet unde sit origo fulgoris, ducitur tantum aëre vanitatis: inquorum profectò articulo maior est insania ficta, quàm vera; igitur si ille vanus, hic vanissimus. Si ille stolidus, hic usque ad cachinnos insanus. Vanus ille & stolidus; quoniam in vanitatem dirigit cogitationis intuitus. Hic abundat amentiâ, quia amentia falsa, quæ insanior est, quippe ficta: igitur si ille gloriatur de vana ostentatione facultatis, hic gloriatur dumtaxat de imitatione inanis ostentationis. Ille gloriam ambit de laudata copia, hic verò stultus tantùm gloriatur de amentia. Vernaculè: *Es mas loca la locura falsa, porque se hace vanidad de la locura.*

Sales fine pipere grati.

Quæ amentia fit ficta?

Peior quàm vera.

14 Suppetat ratio. Qui expendit, habens quid expendat, habet sine amaritudine ostentationem. Qui sine censu huiusmodi ostentationem quærit; habet fictam vanitatem, quæ quidem est maior insania, quàm insania vera; quoniam qui verè insanus, habet quæstum & commodum ex ostentatione & fastu: qui insanus falsò habet amentiam de amentia, & insaniam sine commodo.

Quærit?

*Ne bilarem insaniam insanias:*
*Ne rapiat mentem nimium damnosa voluptas.*
*Et tua iucundo corda furore premat.*
*Non nisi ridenti vecors insania vultu*
*Allicit: in flavo toxica melle gerit.*

Psalm. 61. 10.

Ait Alapide in Eccle. 2. v. 3. *Mendaces sunt filij hominum in stateris, ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum.* Mala merx est vanitas. Mendaces sunt filij hominum in stateris, igitur fallax examen, cùm ponderent vanitatibus, quod debet fieri in fastum annuis redditibus. Decipere tentant, & tunc ipsi decipiuntur; quippequàm librant in luxum vanitatem vanitate, quæ caret pondere; quin velint vel afflicti & affecti gustatum removere venenum, cùm etiam revertantur de vanitate in idipsum.

Libra vanitatis fallax.

15 Modus frugalitatis, & regiminis demonstratur à Christo. Alere voluit amplius quàm propriam familiam, scilicèt, quæ ad illum venerat, multitudinem magnam; & dixit ad Philippum: *Unde ememus panes, ut manducent hi?* Hæ patrisfamilias rationales curæ ex lege: nempè alenda multitudo magna, sed alimentum *Unde? Ememus panes.* Non amplius quàm panem? Non. Quid plus? Si vel ad panem nil habet, quid emet? Haud in desipientiam dirigenda est cogitatio luxus, dum vel ad necessaria deficit census: igitur ab omni ratione devium, cogitare in fastum mensæ perdices, dum deest unde ematur panis. *Unde?* Insignis vox! Quomodò familia degeat, & servient servi, si non habent unde? Servi decipiunt dominos, ubi domini servos: & dum defraudantur non tantùm conventione, sed conventionis tempore; cogitantur servientes, & sunt latrones.

Joan. 6.

Non in superflua diligenta cogitatio.

Servi defraudati mercede sunt latrones stillares.

16 *Unde ememus panes?* Quid? non sunt pisces? Sunt, sed omittit, dum in necessitatibus frugalitatem docet. Piscium delicatior erat esca: panis verò necessaria: & ius non erat, quòd ut semel opiparè comederent, postea in subsidium nec haberent panem. Intendamus in apparatum. *Quinque panes, & duos pisces*: aptiùs videretur apponere quinque pisces, & binos panes: sed obsonium prudenter minuitur, dum panis in mensa alendis illo proponitur; quia non tantum debet expendi in delicato obsonio, quantum in communi ac necessario alimento. Iccircò de piscibus nil superavit, & superavit de panibus. Superabunt sanè de necessarijs, quæque detrahuntur de superfluis. *Colligite quæ superaverunt fragmenta.* Non obsonia, ésto quibat facere, qui usque ad satietatem dedit: verùm docet discretam providentiam, ne fame pereant, qui necessaria requirunt ad vitam: quandoquidem necessariorum inolebit copia, modò non sit superfluorum redundantia. Panis sit abundans famelicis: de edulijs verò quòd satis. Esca panis cum abundantia: obsoniorum autem nulla analecta. Panis numquàm parcus, & nonnumquàm cùm desideret stomachus: edulium verò si sufficit, nullius momenti, si deficit.

Sine labore delicatum alimentum, vel dæmonium, vel miraculum.

Vers. 11 | Perpera distributio, si ultra quàm dictat ratio.

Vers. 9: Minus expendendum in delicato cibo, quàm in necessario corporis alimento.

Vers. 12 Sine superfluorum redundantia, semper est copia.

17 *Quæ superaverunt fragmenta.* Invertunt homines eiusmodi ordinem, vel non habentes in alimentum panem; quippe illis videtur auctoratos non vivere, procul luxu & amentiæ vanitate. Christus primùm cogitat, unde emendum, pòst quid emendum. Homines econtrà eligunt cupedine, gulâ, auctoritate, iuxta ostentationis prolubium; pòstque considerant (si considerant) quo emendum, & quo solvendum. In mensa Christi & quæ deficiebant, superant. In horum mensa vel quæ abundant, abundantiam evaquant; siquidem cùm expensæ non fi nt

Ut suppetat panis stomacho, cibus delitiosus nè semper, sed aliquando. S. Bened. *Si superflua communia, fiant necessaria.* Senec.

Expensa fiant iuxta prudentiam.



fiunt iuxta prudentiam, sed iuxta ventosi cerebri læsam phantasiam; quid mirùm, quòd parcæ mensæ sint, vel dum obsoniis abundant, si elargiuntur ex delicato cibo; quantum volebant?

S. Bened.

18 Haud proclive, inclinationem hominis in laborem, quo esca emitur, flectere, si modò habuerit escam sine labore. Ab instanti primævæ transgressionis, sudore quæritur panis. Si esca delicata, maior angustia. Plus sudoris, ubi panis siliginis. Sine labore in hac lachrymarum valle adipisci alimentum, erit næ vel dæmonium vel miraculum. Miraculum vel dæmoniùm? Utique. Ministrare sine labore cibum, est dæmonium: sed perspicuius diaboli officium, ubi semper edulia lapidiora pro communi alimento, cùm sciant omnes sustentari miraculo. Quomodò laborabunt, si non solùm ex panibus, sed ex piscibus habent & quantum volunt? Quomodò propendent in laborem, ut quærant panem, si sic stant, & habent quæque gula vult, stantes sic: Si nihil faciunt, quid facient, vel quæ non facient? Tunc ingreditur dæmonium, si deest miraculum, & quæruntur miracula dæmoniorum.

Cur in necessitate vivere, nulla necessitas sit. Gula quam in cual Senec.

19 *Quantum volebant.* Haud fercula iuxta desideria stomachi, sed iuxta appetitus desideria. Non iuxta amussim rationis, sed prolubium voluntatis, *Quantum volebant.* Velle pertinet ad appetitum, vesci ut hominem, respicit intellectum: & ubi instat, ne deficiat panis in escam, prudens solicitudo; cibi delicatioris tribuendum dumtaxat quod dictat ratio. Sæpe Christus multiplicavit panes: bis multiplicavit pisces. Iurè pro occasione & opportunitate. Interdùm alimenta tribuenda non tantùm ad escas, sed ad palati delicias: panis erat alimentum commune, pisces autem speciale: & ut semper suppetat panis esurienti stomacho, deliciæ minùs sæpe, sed aliquando. *Quod superfluum est, amputari debet*: ait Ss. Confessor Christi Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 55. siquidem si superflua communia, fient necessaria: & nullum gravius malum, quàm luxu facere necessaria, quæ omninò superflua. *Malum est in necessitate vivere; sed in necessitate vivere, necessitas nulla est*: inquit Stoicus *Epist.* 12. Parvò constat natura, & delectatur quo constat, dum alimentum quæritur in alimentum, & nequaquàm in fastidium.

Idem.

## DIDASCALIA II.

### *In Eucharistia non saturantur nisi famelici.*

Gregor. Magn.

1 INsit Gregorius Magnus lib. 1. cap. 1. in *lib.* 1. *Reg.* 2. 5. Fastidit Dominus fastidientes, & divites dimittit inanes: & fastidit qui ad mensam accedit, si non esurit. Sacramentum Eucharistiæ *Benedictio* dicitur, ut vidimus hic *Tautolog.* 3. in *Expos. litter.* num. 5. & ut Esau benediceretur, dicit illi Isaicus *Fac.* Alapide: *Prepara.* Innuitur in signo, quid fieri debet in augusto Sacramento: quippequàm parum prodest panis Eucharistiæ, sine pectoris recepturi præparatione. Quid vel cum regio cibo fiet, si suscipiens nihil facit: *Fac*: siquidem oportet prævenire Solem, in animæ splendorem, & dulcedinem, ac accedere pectore puro, quisquis conatur accipere benedictionem à Domino. Virtute decet, & sanguine niti.

Panem fastidit, qui non esurit. Genesis 27. 7. Alapid.

Sine præparatione non prodest præsumptè sumere Eucharistia Claudiã Nutritio spiritualis Sacramenti, ut accipientis virtus sit.

*Maior & utilior facto coniunctis potentia.* Canit vel Ethnicus de IV. *Consul. Honor.* v. 221. Iccircò dicitur: *Fac cibos.* Ut cibi cibi sint, *Fac*: igitur non erunt in animæ delicias, ni facias. Fiant dum præparantur: præparantur, dum esuriuntur: & cibi dicuntur in præparatione, ubi accedunt mensæ cœlesti famelici; quippe alias cibi manducantur, sed manducantes non nutriunt.

2 Quasi umbra Sacramenti venerabilis, elargitio proponitur Manna panis cœlestis, & etiam in acceptione illius, momenta præparationis. Panis inopiâ laborabat

pa-

populus, de Ægyptiorum servitute eductus, & favere inrendit in afflictione, qui dat escam omni carni. *Manè videbitis gloriam Domini.* Dixit illis Moyses. In quo ergo? *Dabit Dominus manè panes in saturitate.* Manè? Cur non hodie? Si gratius beneficium promptum, in velocitate cognoscitur amplius, quod divinum beneficium: quare igitur Dominus pronus in beneficentiam, in crastinum protrahit, quam nunc quit concedere gratiam? Ut in huiusmodi cœlestia beneficia, præparentur susceptura corda. Si tunc panem concederet cœlestem, accederent quasi manducarent panem communem: & quod potest nunc, concedit manè, ut mensæ accedant famelici. Qui esurit, escas appetit: qui non esurit, fastidit: minimèque cum fastidio accedendum in cœleste convivium. Non qualis qualis erat panis, sed panis cœlestis, quo videnda gloria Domini, tamquàm in umbra Eucharistiæ, qua conferenda uti pignus gloriæ gratia, & beneficia potiora: dicitque meditanter *Manè* pro gratiæ maiestate, atque commendatione beneficij; quia fas non erat, illum comedere panem sine ulla præparatione.

Exod. 16. 7. Vers. 8.

*Cur aliqua beneficia studio dilatat.*

*Præcedat meditatio concredendo sanctio.*

3 *Dabit Dominus manè panes in saturitate.* Saturitas non tam ex pane, quam ex dispositione. Qui famem habet, magis comedit: dispositio influit in famem: & famelici saturantur, panem gustantes cœlestem; quoniam maiorem acquirunt gratiam, qui ampliorem panis desiderant appetentiam. *In saturitate*: igitur sine dispositione, quicumque comedunt, comedunt, sed nequaquàm saturantur. Aptiùs dicam: Qui saturati accedunt non saturantur, & panem cœlestem comedentes permanent, quasi numquàm comedissent. *Iste est panis* (addit Moyses) *quem Dominus dedit vobis ad vescendum. Iste*: diximus plura in *Expositt. litter.* maximè à num. 18. *Panis.* Cavete, ne convertatur in vermes, & ne fame pereatis, dum illum panem & ad manum habetis. Malum est fame perire: peiùs perire, & panem habere: de quo *Didasc.* 4. num. 9. pessimum autem, ubi voluntas vitijs saturata fastidit, quem panem Dominus dedit. *Vobis*, esto ingratis, ne ingrati sitis: & etiam ut confusio faciem vestram operiat, dum beneficij ingratitudo gravat: quandoquidem quanta moles virtutum fulgularet, si alijs dedisset!

*Maior gratia in ampliore appetentia.*

Vers. 15

*Mortis signum, fastidire alimentum.*

4 *Vobis ad vescendum.* Ad quid ergo? Omnes manducarunt. Sane, sed non omnes comederunt. Aliqui vorant, & nullo modo manducant. Comedunt, qui in virtutibus proficiunt, qui ad receptionem, atque communionem præparantur. Non comedunt dumtaxat comedentes, quia non nutrit actus solummodò comestionis: & dum exponitur cœleste convivium, panis datur ad vescendum; quoniam non comedunt qui comedunt, sed qui ad virtutem nutriuntur. Nutriuntur qui cibo exterminante vicia. Comedunt, qui cavent gratiâ. Nutriuntur, qui accedunt, ut comedant. Comedunt, qui accedunt mensæ, ut accedant. Nutriuntur, quibus prodest panis. Comedunt, quibus non prodest. Nutriuntur, qui suspirant antequàm comedant. Comedunt, qui post sumptionem suspirant. Nutriuntur qui ad escam præparantur. Comedunt qui vitâ moriuntur: & permanent infeliciter ieiuni vescentes cœlesti pane; quia communionem haud comprobat refectio, sed recipientium nutritio. Datur bonis ad vescendum, ornatis gratia: malis verò comedentibus non datur; quoniam malis non est esca.

*Non accedunt, dumtaxàt comedentes.*

*Sed, qui nutriuntur.*

*Non accedendi in considerato cœlesti convivio.*

*Malis Eucharistia non est esca.*

5 *Comedetis vescentes* (dicit Dominus per Prophetam) *& saturabimini.* Opportunè: qui comedentes non saturantur, non comedunt. Sit ergo: verùm quid, *Comedetis vescentes*? Non vescuntur quiqui comedunt? Non. Aliquid notatur insigne in huiusmodi phrase, & vel umbræ fulgore. *Maximè* (subdit hic Sanctius num. 844) *quòd tibum illum cœlestem tradiderit, quod germinat virgines.* Magnum epulum & deliciosum, cæterùm comestione comedendum, estò magnum: quid igitur novitatis, quòd comestione comedatur panis cœlestis? An quia comestio est cibi in nutritionem præparatio, & qui sine præparatione in convivium accedunt, comedentes non comedunt, sed deglutiunt? Aliud latet documentum. De illo qui lautis cibis vescitur, *Scit comedere* dicitur: idem in convivio cœlesti; quippe quicquid ibi, sunt deliciæ: & profectò vescentes comedent, quiqui comedere sciverint. Animam suscipere huiusmodi panem, est comedere. Corpus tantum accipere, est vorare. Comedere, est præparari in susceptionem: deglutire, ut suscipiatur, suscipere cœlestem panem; & ut sit suscipiendi cognitio, comestio fit comedendo, & non vorando: igitur ut sedeat divina maiestas in anima, dignum hospitium debent præparare corda. *Comedetis vescentes.* Est qui comedendo non manducet. Comestionem effectus comprobant, dum virtutes florent, ac pravæ affectiones sedent: & ubi cor in vomitum revertitur, nihil in sumptione manducaturs quippe præ fame languent, tamquàm sumquàm comedissent.

Ierem. 23. 26.

*Sint extra mine conscientiæ.*

Sanctz.

*Non comedunt, sed deglutiunt.*

*Paroe utilitas, tantùm sensibilis suavitas.* Ibid.

*Anima Deo præparet hospitium.*

6 Si Doctoris Gentium sequimur doctrinam, cibum habeamus tamquàm cibum. *Nolite pueri effici sensibus*: dicebat Corinthijs. Ne sitis pueri, maximè in Sacramento Eucharistiæ: igitur huiusmodi studium petit iudicium. Ne sitis pueri, qui cognitione carent, igitur Eucharistia clarum exigit conscientiæ cognitionem: & qui sine cognitione accedit altari, appropiat morti, dum conatur vitæ. Ne sitis pueri in panis cœlici manducatione. Quomodò manducant pueri? Comedit puer sine delectu, sine discretione, an quod gustat, prosit illi, vel noceat. An sit alimentum proficuum vel venenum: & monet Paulus accedentes ad altare, non comedere, sicut comedunt pueri; quoniam cùm debeant comedere, ut communicent, communicant sæpe, ut comedant. Pueri nihil considerant, exequuntur quæcumque cogitant: & minimè adinstar puerorum comedentium, accedendum est in cœleste convivium: quippe illi non comedant, ut nutriantur, sed ut satientur: quin, modò manducent, prævideant, quòd cibo crepent. Ne sitis pueri. Haud ita dicit, sed *Nolite effici.* Hoc lamentabile, dum homines corpus Christi improspectè suscipiant. Non sunt pueri, & lachrymabile nimis, quòd efficiantur: igitur conscientiæ omittunt examen, habentes rationem quasi nullam haberent: comedunt ut comedant, suscipiunt ut suscipiant, quin suscipiant in susceptionem, cùm puerorum adinstar non habeant capacitatem *Nolite effici.* Exigit mentis atque magnæ animadversionis cogitatus, quia suscipienti objicitur panis vitæ & intellectus.

1. Cor. 14. 20.

*Nihil est salsum ac cedere altari.*

7 *Nolite pueri effici sensibus.* Sunt sensus falsi testes in Sacramento Altaris. Sensuum defectus supplet integerrima fides. *Nolite pueri effici sensibus*, quippe efficaciores sensus in Sacramento Eucharistiæ, nullos habere, tùm quoad fidem, tùm etiam in proficuam susceptionem; etenim nullas in anima construit delicias sensibilis tantùm suavitas. Ideo addit: *In sensibus perfecti estote*: quandoquidem perfectio sensuum, nullum est ab illis accipere testimonium: perfectæque accederemus altari, si florerent tanta mortificatione, carnis insolentes appetitus; quasi in illa humiliata non essent sensus. *Nolite pueri effici sensibus*; quia sensibus tantùm ducuntur in quæ ducuntur: quæ vident faciunt, & quia videntur, procul operationum intuitu, ac rationali conatu: & non sensu quo pueri ducuntur, accedendum est altaris quia animabus non prodest, tantùm accedere. Non sensu quo pueri ducuntur; quoniam minimè accessuri, ut accedere videantur. Non sensu quo pueri, facientes quæ vident facere, sine ulla facientium dispositione: igitur quamvis anima ornata sit dono gratiæ: fertur ægrè, mensæ accumbere, neglecta, quoad potest, dispositione.



8 Convivium grande, quasi specimen divitiarum amoris, hominibus famelicis dispositi Pater cœlestis. Iudæi neglexerunt ire: vocavit Gentes dumtaxàt ductus amore, igitur qui invitati erant, non fuerant digni. *Impletæ sunt nuptiæ discumbentium.* Illustre schema! Non mensæ, sed nuptiæ. Iurè, ut sciret quælibet anima dignè accedens ad mensam, protinus esse illam dignatione sponsam. Intravit ergo rex ut videret ex vocatis discumbentes, & quidam ibi sedens displicuit oculis: cui quidem dixit: *Amice, quomodò huc intrasti, non habens vestem nuptialem?* Gratiam habebat, igitur vocat amicum: sine gratia, Dei & hominis non potest esse amicitia. Cur ergo si habet gratiam, tradidit amicum in pœnam? Quia habebat vestem pollutam.

Matth. 22. 10. *Accedens digne anima, Christi fit sponsa.*

Vers. 12

——*Vidit indutum pollutæ vestis amictu,*
*Lætitia thalami fuerat quæ dissona longè.*
*Isque ubi regalis sermonis pondere causas*
*Reddere pro vestis maculis & labe iubetur.*

Iuvenc.

Canit Iuvencus lib. 3. *Evangel. Hist.* v. 763. & Hieronymus hic: *Amicum vocat, quòd invitatus ad nuptias est: arguit impudentia, quòd veste sordidâ munditias polluerit nuptiales.* Quanta pœna manet suscipientem indignè, si ita accidit indecorè convivanti? Si indignè accessisset, de ingressu argueret: & non arguit, quia ingressus, sed quia sic ingressus; siquidem in nuptias, ubi Salvator sponsus est, non ingrediendum sic.

Hieron.

*Summâ mundiciâ accedendum.*

9 Vestis dispositio est: & ut vidit vestem immundam, recumbentem designavit in pœnam: quippequàm summum audaciæ, amicum mensæ accumbere absque ulla dispositione. Immundus dicitur, quia immundam habebat vestem. Magni debet æstimare conviva quamlibet imperfectionem: & luit pœnas non ornatus, quasi esset immundus; quia imperfectiones debent deleri respectu Sacramenti Eucharistiæ, quasi essent quæ levia magni momenti. Non habuit nuptialem, quamvis habuit vestem, dum recubuit comedere cœlestem panem. Vestis nuptialis est omnimoda dispositio animæ, ut Sponsum suscipiat, ac in cordis penetralibus habeat. Sordescunt corda vel conditione humanâ, quæ usquequaquè cæspitat, si non offendit: sordes imperfectionibus oscitanter contrahit; quæ profectò devenostant gratiam, sine circumspectio-

*Extrémum audacia fuit dispositione accedere mensæ.*

ctione accedentium ad mensam : & qui vestem nuptialem non habet, traditur vel à dilecto cruciatibus ; quia ad convivium accesit imperfectionibus. Amicus erat : & per tormentum patet, quanti fiat accedentis imperfectio ; igitur vel qui invitat minime pareit amico. Haud parvipendant convivæ vel levem conscientiæ imperfectionem, accedentes in mensa Sacra manducare panem. Nudi mittentur in tenebras interiores : arbitror pœnas inferni. Qui vestem mundam non habent, in exteriores tenebras, videlicet purgatorij : & amici monentur de mundicia vestis, dum mensæ accedunt altaris ; ne patiantur in purgatorio, quæ nudi gratiâ supportabunt in inferno.

*Haud parvipendenda levis imperfectio, à Deo christiano suscepturo.*

*Supplicium que dedit signum magis esse salutis.*

Sedul.

Accinit Sedulius lib. 5. *Carm.* v. 186. Aptè supplicium salutis signum, *Ut cæteri metum habeant* : uti ait *Regul. sancti.* cap. 70. Ss. Benedictus : igitur ex pœna negligentiæ, consulet quisquis viderit, circumspectioni, ne qui panis singularis dulcedinis, sit accipienti panis acerbi doloris.

S. Bened. *Pœna levis criminis indicat quantam in gravi.*

10 Deinde. Vestis impura & in nuptijs non nuptialis, iuxta Augustinum lib. 2. *contr. Faust.* cap. 19. signat, qui in Dei gloria, suam, non Domini gloriam quærunt. Quæritur gloria Dei in Sacramento Eucharistiæ, dum Christus recipitur in salutem, & gratiam ampliorem animæ. Pro virtute enim habetur frequentare cœlestem convivium, ut frequentiâ augeatur gratia, & iuxta gratiam sit vita : quippe haud facilè cogitatur communio specialis & vita communis. Ducuntur sæpe stolidi plausu, quasi virtutis signo, sese in usu Sacramenti quærentes, sine nuptiali habitu dispositionis. Debent attrahere in huiusmodi epulum animas gloria Dei & propria utilitas : & qui sine vestis splendore accesit, pœnas negligentiæ luit ; quoniam accesit altari, absque ulla animæ & corporis devotione. Debebat ingredi, sicut ingressi sunt cæteri : & plectitur audens sedere ad convivium, quia non est ingressus, sicut alij ingrediebantur. Imitatus est ingressum, & non ingredientium modum. Suam quærebat gloriam, & perpessus est pœnam : igitur ingressus est ad altare, ut notaretur ingredi : accesit absque alia consideratione, quàm ex incuriosa consuetudine, ut videretur accedere.

Aug. *Non aptè eadunt communio specialis, & vita communis.*

*Accedunt plures in curiosâ consuetudine, ut videantur accedere.*

11 Observamus originem cruciaminum, an acceamus in his frigidis devotionibus abusum. Si ingressi sunt in convivium, quousque servi invenerunt, vel mali, vel boni, claudi, surdi, cæci, idest lethalibus criminibus adstricti ; cur rex hos elementissimus præterit, & amicum videt, & severissime corripit ? Illi fuerunt peccatores, sed non erant. Fuerunt peccatores, sed erant pœnitentes, qui quidem aversantes culpam, acceperunt vestem gratiam, & vestem nuptialem, quippe quoad potuerunt, nacti sunt dispositionem. Huius fovit audaciam, gravi crimine scire non gravari conscientiam, ut absque ulla alia cordis dispositione, epulo frueretur cœlesti. Illi haud ausi sunt ingredi in communionem panis, sine veste nuptiali dispositionis. Hic traditur esto amicus in pœnam, ut cæteri metum habeant : igitur dignum supplicio, quòd audaciam foveant, quotidie altari accidentes, quam non habent nec insignes peccatores.

*Gravis est audacia, in tanta accedere, quia ex tali crimine non gravatur confessio.*

12 Ultrà. Gratiam habebat, sed gratiæ non habebat nitorem, qui exprimitur per nuptialem vestem. Si vellet, haberet : prætermitteretur que, si vestem non haberet, quia habere non poterat : meritòque plectitur, quoniam habere nolebat. Habere potuit, & sine decore accesit : ac increpatur & plectitur, quia panem cœlestem manducabat, sine omni dispositione, qua poterat. *Rustice venit* : init Alapide. Considerare debebat, quòd nihil consideraret, & cogitare tam Domini dignationem, quàm propriam vilitatem ; epularum insignem gratiam, sine merito concessam, *Quid, Qui, Quare*, & *Cui* favebat amor, & quomodò gratijs animæ debet respondere decor, ut non tantùm nuptijs veniat anima pulchra, sed sine macula : quas, par est, habere considerationes, ni excusetur barbarie rusticitatis : & qui rustice in convivium ingreditur, tormentis traditur ; quoniam mensæ, ubi exponitur amor eximius, accedit quasi esset barbarus.

*Plectitur qui accedit sine omni dispositione quæ potest.* Alapide

*Quid indispositionem consideranda?*

13 Denique. Amor beneficus est. Sine communicatione languet, ac in gratiam impedientes recrudescit. Vinctus manibus & compedibus pingitur à Chartario de Imagin. in *Iunone* fol. 133. Quomodò extendet in favores manus, si iacet vinctus? Quo pacto stadebit gratijs, si manet in vinculis? Quo ingenio favebit, dum vel gratiam expectantes ligant & manus, & pedes? Ampliores divini amoris deliciæ cum filijs hominum esse ; & exardescit, eò quod deliberans elargiri beneficium, ingenium liberale arceatur à filijs hominum. Iuxta modum recipientis præbet gratiam & sui communicationem : iureque exacerbatur in vestem nuptijs aptam non habentem ; quia ne-

*Amor invinculis.*

*Ægrè fert amor non posse communicari.*



quibat favere respectu indispositionis, iuxta suæ ingenium summæ liberalitatis.

14 De Servatore in patriam suam ingrediente, dicit Marcus : *Non poterat ibi virtutem ullam facere : nisi paucos infirmos impositis manibus curavit.* Paucis medetur, cùm essent plures infirmi, qui restitui poterant sanitati. Cur ergo non omnes, si Sol ibi cuius sanitas in pennis ? Ibi plures laborabant infirmitate : utique, sed non poterat ægrotos curare ibi. Quomodò non potest, si aliquos à languoribus curavit ? Quia unicè pauci, ibi erant sanitati dispositi : & sanarentur omnes laborantes ægritudine, si fecissent in commodum, quod illi pauci. Iuxta qualitates infirmorum, operatur & actutùm nobile medicamentum : nequibatque ullam virtutem facere, quippe ad nullam virtutem erant dispositi.

Marc. 6. 5. *Ad manum recipientis recipitur.*

15 Medicus volebat mederi languoribus ; ut infirmi florerent virtutibus : tædetque medicus, quòd eius medicamina summæ virtutis, non ab infirmitatibus impedirentur ibi, sed ab ægrotis. Plorabilis meritò huiusmodi laborantium conditio : igitur hac nequam dispositione, ibi virtus florebat sine virtute. Ubi multa poterant participari, expulsione malorum, & abundantia gratiarum, nihil collectum. Favere conabatur cunctis in patria, verùm amantis fuerunt irrita vota : læso ac vulnerato amore, eò quòd nulla esset virtus, & Deo præsente. Ingens omninò iudicanda fatuitas, ubi adest medicaminum efficacitas : siquidem summam arguit fatuitatem, habere præ oculis medicamen, & languorem. Venit Christus, ut morbos auferat, & virtutes distribuat : his effectibus cognoscitur eius præsentia, ut removeatur culpa vel augeatur gratia : & nullam potens virtutem facere, mœrens exivit ; quippe vadit, uti venit. Mœrens è loco exivit, vulnerato amore, quòd essent pauci sanitati restituti : igitur intenderat flammâ ac vehementiù charitatis, quòd essent omnes : & essent, si uti cæteri infirmi sese disponerent. O amor summe, & amoris summa!

*Fit amori tædet, quòd eius virtus nõ ab infirmitate impediatur, sed ab ægrotis.*

*Quia nõ disponuntur patitur, sine virtute patet Sacramenti virtus.*

——*Quocumque loco sanctus macilaberis agnus*
*Inque cibos sanctum porrexerit hostia corpus*
*Christe tuum, non attingat tua dextera vendex.*
*Propterea veterem exutos formamque virumque*
*In vita novitate tuum facias sumere corpus.*

Alcim. Avit.

Canit Avitus lib. 5. *Genes.* v. 249.

*** ***
***

## DIDASCALIA III.

### *Medicina vulnerum cœleste Sacramentum.*

Augustin. *Eucharistia est medicina universalis.*

1 AStruit Augustinus de *Verb. Domin. secund. Luc.* serm. 28. & Chrysostom. Homil. 24. in 1. *ad Cor.* ubi inquit : *Hæc mensa animæ nostræ vis est, nervi mentis, fiduciæ vinculum, spes, salus, lux, vita nostra.* Omnia in uno, ut gaudeat cunctis feliciter homo : igitur nullum genus vulnerum, cui non medeatur, & deleat Eucharistiæ Sacramentum. Retorqueatur altiori sensu Ethnicus *lib. 2. Eleg. 1.*

*Omnes humanos sanat medicina dolores*
*Solus amor.*

Propert

Paret apotheca, ubi ab amore universalis constituitur medicina.

*Remedium apotheca.*

2 Videamus signum. Ægrotavit in mortem Ezechias ; sed constituit Dominus, ut vidit plorantem, quòd infirmitas non esset in mortem. Signum petit in salutem Rex, & datum quòd umbra reverteretur in horologio Achaz. *Invocavit Dominum, & reduxit umbram per lineas, quibus iam descenderat in horologio.* Hoc quod regi videtur difficile, mihi videtur mirabile. Iccircò huiusmodi miraculum dicitur signum, quia in illo figuratum mirabilius Sacramentum. Intendite. Si Solis videtur descensus, nullus iacebit ægrotus : siquidem non est infirmitas, ubi in oriente Sole nascitur sanitas.

4. Reg. 20. 11. *Descensio Solis Iustitiæ salus humanæ naturæ.*

3 Contemplemur unde signum, ut saucij quærtamus avidè medicamentum. Cur sanitatem non elargitur promptè regi languenti pessimâ plagâ ; sed expectat, quousque gnominis horologij descendat umbra? Ut pateret signum medicinæ universalis, in cunctos generis humani languores & ægritudines. Umbra est accidens resultans ex luce & corpore opaco, aëris transparentiæ interposito. Umbra quæ signum perfectæ valetudinis Ezechiæ, erat accidens sine corpore : de quo Nos hic latè *Didasc. 7.* à num. 12. Accidentia sine corpore esse, est miraculum & summum in Sacramento Eucharistiæ : & in signum infallibile salutis præostenditur Sacramentum altaris ; quippe tunc accidentia languorum recedent citò à corporibus, ubi corpus videatur sine accidentibus.

*Nullus infirmus dum in Sacramento videtur Christi corpus*

4 Nota. Duplex fuit in hoccine signo miraculum. In indice, quippe non habebat umbram, esto interposito luci. In um-

bra, quoniam facta sine corpore; igitur hæc non respondebat situi indicis, nec indicis corpus rectitudini ac perpendiculo Solis: & huiusmodi proponuntur miracula, pro nova singulari medicina. Pro evacuatione vulnerum humani generis, & ostentatione sapientissimi amoris: quandoquidem corpus erit sine accidenti, dum accidens sine corpore. Multis infirmitatibus quatitur conditio humana, verùm prompta in corpore Christi est medicina: igitur uti medicina universalis valet in infirmitates laborantis conditionis.

*Corpus est sine accidenti, dum accidens sine corpore.*

5 Plagæ missæ in Ægyptios memorantur à Salomone, quibus saucij corruerunt & plerique suffocati; igitur ruebat undique & utquequaque in pœnas, quasi in illos Dominus misisset furias. Gravis in cunctis plaga cruciaminum: *Pro quibus* (subdit Sapiens) *Angelorum esca nutrivisti populum tuum.* Quid hoc? Si in pane cœlico lateret mors, dolor, venenum, gladius, aut alia nocua, similitudinis pareret intelligentia: verùm quid panis Angelorum, cum missione plagarum, ut pro illis illatis Ægyptijs, populo Dei daretur panis cœlestis? Ut probaret seipsum homo, dum accedit altaris Sacramento: etenim si bonis datur esca pro plaga; malorum plaga erit esca: quippe circundant dolores inferni, mensæ cœlesti accedentem indignè.

*Sapient. 16. 20.*

*Ægyptiæ plagæ communicanti indigne.*

6 Ergo Didascaliæ institutio. Misit Dominus plagas in Ægyptum, pro quibus Angelorum panem nutrivit populum. Haud intenditur in haecine arbore boni & mali, (mali malo, & boni bono) ullum vel leve malum, imò bonum & summum. Quare igitur pro vulneribus extremi doloris, cœlestis cunctis proponitur panis? Ut conset intelligentia cladis naturæ & generositatis medicinæ: igitur in illa recapitulatur tamquàm in compendio salutis, quicquid adversatur valetudini hominis; cogitante amore in hominum obsequium, quod nec cogitavit illa tenùs votum: quandoquidem ut vinceret languorum grassantium efficacitatem, in pane medicinam instituit efficacitorem, missa infirmitate, & medicina expellente: unde Sapiens recolit simul plagas, languores Ægypti, & panem cœli; quippe universalis medicina vulnerum præstat panis Angelorum. Acta probarunt exitus. Ægyptiorum domus non erat, in qua non iaceret mortuus: verùm *in tribubus* Israël *nec* unus *erat infirmus.*

*Pro medicina cunctis doloris, datur panis cœlestis.*

*Psalm. 104. 37.*

7 Cæterùm dices: ita exierunt, sed necdum datum Manna in salutem Israël. Quomodò ergo iam medicina erat? Quoniam erat singularis medicina: ita ut eius rutilaret operatio, antequàm descenderet in escam panis de cœlo. Nescio, estò auguror, an ob huiusmodi intuitum Manna *Panis* dicatur *Angelorum.* Panis ille de cœlo signabat Filium Dei descensurum de cœlo, ut fieret homo, qui quidem Deus-homo, suppositum duarum diversarum naturarum, Salvator hominum & Angelorum. Hominum ab Incarnatione: Angelorum ab initio creaturæ: & qui panis hominum dicitur panis Angelorum, ut clareat pro infirmis panis nobile medicamentum: igitur singulari ingenio proficiebat ægroto, & antequàm descenderet in alimentum de cœlo. Nullus in tot millibus hominum infirmus erat, quoniam panis ille à languore præservabat.

*Cur dicitur panis Angelorum?*

*Ubi sup.*

*Singularis medicina.*

8 *Pluit illis Manna ad manducandum*, ait Regius Psaltes, *panem cœli dedit eis.* Observa obiter unionem panis & pluviæ, ut corde puro accedat homo mensæ Eucharistiæ. Dum insigne cœlici panis beneficium contulit, dicitur consultò *Pluit.* Pluvia est ploratus nubium, & symbolum lachrymarum: & dicitur *Pluit*, dum in cibum Manna contulit; quippe tunc digne suscipitur panis cœlestis, dum suscipitur lachrymis. *Pluit.* Singularis stylus, verùm proprius: tunc igitur cognoscitur panis actuositas, dum cor liquescit in lachrymas.

*Psalm. 77. 24.*

*Intùs agunt lachrymæ, sic liquor ab omnibus intus,*
*Hinc mihi succensis caluit quoque flamma medullis.*

*Tunc digne panis accipitur, ubi lachrymis contenditur.*

*Herm. Hugo.*

Canit Herm. Hugo lib. 3. *Desid. Anim. suspir.* 5. Removentur vitia quibus tamquàm nive friget anima, ut clareat quòd ex vitiorum dulcedine, haud remanent nisi lachrymæ: tuneque paret, cùm ardore Solis, quæ summè frigida, ardescunt pectora flammis. Unde anima liquefacta, ut Dilectus est locutus (si ita verbo, quid hospitio?) ingemiscit gratulabunda, dicens:

*Nil remanent ex vitiorum dulcedine, nisi lachrymæ.*

*Nix ego, Sol Christus, radiorum ardore liquesco.*
*Nil mirum ex oculis si fluat unda meis.*

9 *Pluit Manna*, quod singularis panis, ut manducantes fatagerent dispositionis: igitur aptior dispositio ad Sacramentum pluvia oculorum. Hæc pluvia in cordium terra gratissima, quia voluntaria, ubi cœlum confert panem in Eucharistia: etenim cùm dolor excitet lachrymas, & ex lachrymis oriatur pectoris puritas; nullum hospitium iucundius advenienti præparare potest pectus, quàm dum patent per oculos pectoris planctus. *Pluit.* Ostenditur vinculum inter

*Aptior dispositio ad sacra mentum pluvia oculorū.*



ter panis delicias, & suscipientis lachrymas. Per lachrymas indicatur pœnitentia: & ubi panis de cœlo descendit, descendit ut pluvia; quoniam anima debet disponere hospitium, non tantùm ex lachrymis, sed ex pluvia lachrymarum.

*In Eucharistia gratiarū pluvia.*

10 *Pluit Manna.* Sufficeret in favoris expressionem, elargiri panem, omnem habentem dulcedinem. Panis istiusmodi gratia erat, & ut esset gratior in abundantia; descendebat in pane gratiarum pluvia. Aptius populo ingrato, quod pro crimbibus de cœlo descenderent pœnæ, & non gratiæ, quibus magis incurvæ, cervices duræ. Cœlum accepit iniurias, & pluit gratias? Utique, an ducatur rationalitatis conditione, quæ magis tenetur gratijs quàm flagellis; vel ut flagelletur gratijs, cùm inimicum pectus magis pungatur cuspide gratiæ, quàm fagittæ cuspide. Sit: verùm pluere de cœlo huiusmodi suavissimum panem? Næ. Intendebat anxiè populi conversionem: & ut mediumeficacius voto, pluit & exponit oculis panem de cœlo; quoniam summa re verâ cordium protervitas, ni coram pane cœlico converterentur in lachrymas.

*Gratia inimico fagitta.*

*Proterva corda, Eucharistiæ pane nō conversa*

11 *Pluit illis Manna* (respondeamus principali proposito) quod dicitur *Panis de cœlo.* ita subditur: *Panem cœli dedit eis.* Si panis descendebat à fœcunda nube, cui dicitur esca cœli? Quia non poterat esse nisi è cœlo, qui medicam nam præstabat inaudito modo. Non erat in languores antidotum, sed alexipharmacum. *Comedentem à morbis omnibus præservabat*: ait Abulensis in 17. *Exod.* quæst. 8. quem sequitur Theophilus Raynaud. in *Diptyc. Marian.* part. 1. punct. 2. num. 19. Optimum rutilat exemplum pro immaculata Conceptione Virginis, præ cunctis & in cunctis singularis: igitur cùm Christus omnibus venenatis à capite, esset antidotum; matri fuit alexipharmacum: illa etenim per præservationem obtinuit sola salutem, rutilans singulariter immaculata; quoniam ante vulnus originale præparata medicina.

*Ibidem*

*Manna erat alexipharmacum.*

*Abulen sis. Theop. Ray.*

*Virgo singularis in conceptione.*

12 Manna igitur eadem florebat virtute, ut micaret quid futurum in vero pane cœlesti. Non pharmacum præstat, nec antipharmacum, sed alexipharmacum in cunctis miraculosum. Amplior & nobilior virtus eius in vitus, ut valeret pectus. Si esset pharmacum, venenum supponeret vulnerum, licet esset antidotum: & conferret salutem post contractam à corpore infirmitatem. Alexipharmacum præservat à morbis, inaudita novitate medicaminis: & Manna descendens de cœlo dicitur medicina, sed

*Panis Christus non tantùm alexipharmacum, sed universale præservativum medium*

præservativa; ut clarescèret, quid verus panis facturus in anima: quippequàm rutilat huius cœlestis medicaminis maiestas, in eo quòd salvet, antequàm veniat infirmitas. Gaudium debet esse, si pelsimum ulcus accedit ad sanitatem; verùm amplius, quia præsens medicaminis virtus ante vulneris languorem. Affectiones animæ vitia sunt, sicut corporis molestæ infirmitates. *Siquis vestrum* (ait Bernard. Serm. 1. in *Cœna Domin.*) *non tam sæpe modò, non tam acerbos sentit incundiæ motus, invisiæ, luxuriæ, atque cæterorum huiusmodi; gratias agat corpori & sanguini Domini*: siquidem virtus eius non tàm ut sanet venenata corda, quàm ut prosit pangendis ante venena.

*Bernar.*

13 Videte fabulam. De hominibus iuxta arborem vitæ ac voluptatis degentibus fingit Ælianus lib. 3. *Var. histor.* cap. 18. *A morbis immunes esse, atque suum tempus in suavissimo risu, & voluptate consumere. Arbores, quæ fluvio voluptatis aguascuntur, fructum contrarium tristitiæ ferre. Qui enim hunc gustat, ab omnibus pristinis cupiditatibus abducitur, & si quem amavit in eius oblivionem venit. Adeo sine controversia iustitiam colunt, ut persæpe Dij immortales non dedignentur ipsorum uti consortio.* De hoc agam alibi latè. Demonstratur in fabula qualitas vitæ animæ, cum effectu Sacramenti: igitur ut recipientes sine languoribus immunes, relegare debent à cordibus pristinas cupiditates: amor sæculi nos subtrahit à dulcedine panis, qui debet esse nostri tantùm scopus amoris: & non communicantur effectus fructus arboris vitæ, ni amor sæculi sepeliatur oblivione. Vide *Didasc.* 4.

*Fructus arboris vitæ & voluptatis Ælian.*

*Amor sæculi sepelitur, si panis sæcundatur.*

14 *Quod signum adventus tui, & consummationis sæculi?* Christo Domino dixerunt discipuli. Quid consummatio sæculi cum adventu Christi? Quid mundi destructio cum Salvatoris adventu? Venit Christus & mundus sterit, minime evanuit: cur ergo denuò adventus inquiritur; ut mundus ille moriatur? Quia non benè conveniunt adventus Christi, & integritas sæculi.

*Matth. 24. 1.*

*Vnius aut odijs cedet, aut cedet amori,*
*Nec pariter dominum servus patietur utrumque.*

*Non cohærent amor Christi, & amor sæculi.*

Accinit Iuvencus lib. 1. de *Evang. hist.* v. 656. Cùm in iudicium Christus venerit, mundus totus flagrabit: imò flagrabit, ut vanitas eius abeat, antequàm Christus in iudicium veniat; ut dum ignis ante ipsum præcedit, sciat quomodò præparandus, qui suscipit: igitur Christus haud veniet in pectoris hospitium, quandiù in illo floreat sæculum. Unde aptè Apostoli inquirunt de ad-

ven-

ventu Christi, & mundi consummatione; quippequam non, uti decet, suscipitur in habitaculo pectoris, ni mundus tradatur priùs flammis odiosæ oblivionis. Non mundus, sed mundi blanditiæ nocent homini, qui desiderat in vita fructum vitæ. Retinacula cupiditatum in eius fatuitates, fraudant homines à suavitate panis cœlestis: & coniugitur fastiditus consummatione tædij, titillans mundus, dum fignatur Christi adventus: quoniam non fruitur in mundo panis dulcoribus, qui non abducitur ab omnibus pristinis sæculi cupiditatibus: igitur haud nanciscetur fructus singularis dulcedinem, ni sæculi quod amavit, exhibuerit oblivionem.

*Fruitur panis dulcedine, qui fraudatur sæculi cupiditate.*

*Rust sæculi desideria, tot animæ vulnera.*

15 Ulteriùs. Qui in huiusmodi horto vivit, vitâ à morbis immuni lubitò gaudet: & cum arboris fructu, ac Salvatoris adventu, mundi proponitur & ante consummationem consummatio; igitur tot erunt in recipiente languores, quot in voluntates sæculi cupiditates. Quod signum in pectore hominis adventus Domini? Consummatio sæculi: igitur digne communicat, si hoc amore, eius quem priùs amavit, oblivio veniat. Hæc est vera communicatio, mundi oblivio, & mori mundo, sese abducere à delicijs, voluptatibus amaris, semetipsum sibi abnegare, sese vincere, ut Deus immortalis, hoc mirabili Sacramento, non dedignetur uti dignati consortio. Virtutes sequi, iustitiam colere, gratiam augere favore altaris, sunt effectus bonæ communionis. Consummatio vanitatum sæculi, signum est adventus Christi: cæterùm vivere sæculo, & frequens communio; de communione egredi, quasi non communicasset, nec divitias gloriæ secum haberet, quia sæculum non consummatum, licet Christi in pectus cogitaret adventum; est communio sine effectu communionis, quia viri divitiarum nihil inveniunt in manibus suis. Christus venit in cor, cæterùm nec signum est. Ignem venit mittere in terram cordis, verùm nec apparet ignis. Licet videatur in frequentatione devotionis flamma, cum mundi dilectione vel flamma frigida.

*Qui effectus dignæ communionis vel tepidi?*

16 Vidit Moyses rubum igne vallatum, sed incombustum. *Videbat, quòd rubus arderet, & non combureretur.* Philo de *Vit. Moys.* lib. 1. ait: *Apparuit forma pulcherrima, nulli visibili similis, divinum simulachrum luce clarissimâ.* Huiusmodi formâ, & ignis efficaciâ, rubus senticosus erupit in flores (ut diximus *Tautolog.* 6. *Didasc* 4. n. 6.) & liquefacti sunt lapides, iuxta Rab. Ionatham, qui autumat flammæ cessisse, quin rubus nudaretur vepribus, circundatus ignibus. Allegoriam præscrutemur; ut dignè ad mensam Dominicam accedamus. Rubus signat fragilem humanam naturam, flamma divinam præsentiam, vel dispositionem ad gratiam, vepres stimulos peccatorum, flores pompam vanitatum. Ubi apparuit huiusmodi prodigium singulare? in corde rubi. Sit: verùm inquirendum, an ibi Dominus esset? Nullo modo: qua lege non Dominus, si *apparuit in flamma ignis de medio rubi*? Ibi fulgebat forma pulcherrima, quæ figurabatur forma Eucharistia; igitur Deus communicatur sub hac pulcherrima forma. Quare igitur si in corde recipientis sedes sit flammæ, Dominus non est in corde? Oculis occurrit causa. Rosæ studiosæ pulchritudinis, flores vanitatis, decor vestis, fastus venustatis, & Deus in corde communicantium; non bene conveniunt. Effectus formæ pulcherrimæ, sine dispositione pulcherrimæ formæ in operatam virtutem, non benè cohærent. Non consummi flammis, efficacitate cœlestis ignis, & quotidiè accedere altari, nequit esse. Resistere nonnumquàm activitati flammæ, quia consummantur inclinationum spinæ; nequit esse. Lapides ceduat, & affectionum spinæ persistunt? Flamma profectò frigida, dum sentiunt ignem vel laxa; & non sentiunt, ubi sedet, durissima præ insensibilibus corda. Sanè Deus venit in pectus humanum; verùm eius adventus nec ullum apparet signum. Hispan. *Bien puede estàr allí Dios, pero no se vè señal.*

Ibidem.

*Exod. 3. 2. Phil.*

*Saxa liquefacta igne rubi incombusti.*

*Dissentiunt esse illos eum sanctitatis & castitatis*

*In corde nec micat signum, ad visisse Deum.*

17 Alapide, ut diximus loc. cit. astruit, flammam ignis adhæsisse & non inhæsisse rubo. Erat flamma forinsecùs, minimè interiùs. Haud aliter accidit animæ, mensæ altaris appropinquanti frigide. Frigus est, velle frui re, ac virtute in Sacramento, & cor habere altè submersum in mundo. Deo vivere, & sibi in vanitate non parcere. Copulare studium in vana, desideriumque in cœlestia. Non inhæret flamma in corde, adhæret tantum extrinsecè. Ignis est, & non ignis. Ignis, quia advenit Christus: non ignis, quia floret mundus. Ignis, quippe cor recipit Dominum; non ignis, quoniam eius adventu non est consummatum sæculum. Frigidus ignis si ignis, vel flamma sine flamma devotionis; igitur facilius extinguitur quàm accenditur, vel quo accenditur, extinguitur.

Alapid.

*Si flamma manfanè frigida?*

18 Ideo debemus, ut monet Legislator N. Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 4. *Instrum.* 48. *Actus vitæ omni hora custodire*; ut cùm mensæ accedimus, interiùs accendamur, ne ignis hæreat cordi, & non inhæreat; vel ut sit ignis, & non flamma devotionis, quæ non lucet in corde, sed in aere: quapropter

S. Ben.



*quit devotionis vel hæret cordi, sed adhæret.*

pter ut habeatur vera vita; quæ habetur, solitiùs custodienda; ne cedat vel levis actus sæculo, quod debet Christo: igitur omnia mundi consummata, cui pane cœlesti in propriam conceditur alia vita. Custodiantur igitur actus, ne animæ vulnerentur: at si fuerint ulcerata pectora. in Sacramento inest universorum medicina. Haud fugiamus medicum cœlestem, qui panchrestum præstat, dum præbet panem, & de cœlo descendit propter nostram salutem. Fruitio terrestrium cupiditatum semper servitium: proijciamus à nobis iugum ipsorum, ut fruamur veris voluptatibus, liberi omninò à voluptatum vulneribus. Instat Prudentius in *Cathemer.* v. 599.

Prudent

——— *Deum spinifero in rubo*
*Vidit conspicuo lumine flammeum.*
*Hunc ignem populus sanguinis exlyti*
*Maiorum meritis tutus, & impotens,*
*Suetus sub dominis servire barbaris,*
*Iam liber sequitur longa per avia.*

## DIDASCALIA IV.

### *Panis Eucharisticus in escam animæ.*

Alb. Mag.

1 Profert Albertus Magnus Serm. 5. de *Eucharistia*. Hinc patet *Quis ad nos venerit, & quid nobis donavit*: ut ait Augustin. in *Psalm.* 75. Rutilant utique iuxta D. Thom. *Opusc.* 58. *Magnificentia doni, nobilitas dantis, & utilitas accipientis.*

Auguſt. *Quanta bona in Eucharistia!*

*Angelicusque cibus prima intentoria nostris*
*Fluxêre avis, quem nunc serò felicior ævo*
*Vespertinus edit populus de corpore Christi.*

Prudent

Canit Prudentius in *Psychomach.* v. 442. Edit sanè, dum edit dignè: quippequàm in cibo fit examen bonitatis, per utilitatem recipientis. Innuit Isaacus: *Fac* (dicit filio) *cibos ut comedam.* Ni comestibilis, non erit in escam: & de cibo dicit meditanter, *Ut comedam*; quippe per comestionis effectus, innotescit, an quod comeditur, sit cibus: igitur perperàm probatur alimentum per comestionem, & optimè per comestionis futuram utilitatem. *Ut comedam.* Iure. Multa palato dulcia, & stomacho nimis acerba. *Ut comedam*: denotat communis cibi & cœlestis differentiam: igitur parùm interest, quod cibus comedat corpus, ni fuerit animæ cibus.

Genes. 27. 7.

*Parùm interest, quod cibus comedat corpus, ni fuerit animæ cibus.*

*Ut perdunt propriam mortalia corpora vitam,*
*Si nequeunt escas sumere corporeas;*
*Sic animæ nisi delicijs rationis alantur,*
*Dum verbi æterni pane carent, pereunt.*
*Nam quid erit, quod dira procul fastidia pellat,*
*Cum seipso refugit mens saturare Deo?*

Prosp.

Accinit Prosper Aquitan. *Epigram.* 10. Necessarius huiusmodi cibus in vitam: & non est cibus nisi in animæ escam; quippe panis Eucharisticus institutus in animæ refectionem, non erit cibus sine refectione animæ.

*Ni esca animæ, non est esca.*

2 Panis mendax sæpe invenitur in Scriptura. *Suavis est homini panis mendacij, & postea implebitur os eius calculo*: dicit Salomon, & Dominus per Prophetam; *Comedistis frugem mendacij.* Qualis, inquires, erat panis mendacij? An uti mensa Midæ, ubi omnia pretiosa, sed ibi nec ulla esca?

Prov. 20. 17. Oſe. 10. 13.

*Copia nulla famem relevat, sitis aridaguttur*
*Urit, & invisо meritus torquetur ab auro.*

Ovid.

Canit Ovidius lib. 11. *Metam.* Fab. 3. An sicut Heliogabali convivia, in quibus *pictas dapes & epulas apponebat epulonibus*? Refert Lamprid. in eius vita. An sicut Brachmanum Ægyptiorum, & Paletis convivia phantastica, in quibus epulis saturi, ut sibi visi, convivæ postea cruciabantur verâ fame? Narrant Philostratus in *Vit. Appollonij*, Origenes *Contr. Celsum*, & Suidas verb. *Pasetes.* An sicut poma arboris speciosæ, quæ *in ramis pulchra & mollia, sed in manu lapidea*? Ita describitur à Maiolo *Colloq.* 11. Panis mendax haud aliter intelligitur: siquidem cibus qui non est in alimentum, non est cibus, sed mendacium.

*In Heliogabali pitta.*

Lamprid.

*Convivia phantastica quæ?*

Philostrat. Origin. & Suid.

*Mala lapidea.*

Maiol.

3 Perscrutemur cuncta, ut pateat panis Eucharistiæ quibus esca & quibus non esca. Dulcis & suavis homini panis mendacij. Verùm quomodò mendax, si panis? Quippe non nutrit, sed nocet. Panis est mendax, qui comeditur, quasi non comederetur; igitur illo pascens non nutritur: & iurè dicitur mendax panis verus, quia comedenti & affatim non est cibus: siquidem corpus comedit, & anima fame perit. Suavis panis & dulcis, sed animæ suscipientis non est panis; quoniam sub suavitate optimâ introducuntur venena. Ecce status lamentabilis accedentium indignè divinæ cœlicæ mensæ: etenim illis panis verus ita mendax, suavitas epularum ita fallax; ut ubi ore degustant cœlestem cibum, animæ inveniant præstantissimum venenum.

*Quomodò panis Eucharisticus panis mendax!*

4 *Postea* (ideo additur) *implebitur os eius calculo.* Alij *Silicibus*, *Arenis.* Qua ergo arte fit panis conversio, ut non sit panis? Per ingenium in mortem suscipientis, quin con-

Ibidem

contempletur sibi congerere mala, ex præstantissima esca: siquidem dum malè comedit panem cœlestem, dapes suaviores convertuntur in lapidem: & disrumpuntur visceta gustatâ escâ à venenata anima; quippe quem gustavit panem, convertit in scorpionem. Panis est & suavis, dum anima comedit. Comedit, dum dignè convivio accedit: aliàs in sumptuosa mensa cœlestes epulæ erunt esurienti pictæ, quasi in convivio phantasticò, vel comedentis in somnio: igitur illi cuncta fercula aurea, sed sibi non esca: quippequàm ni comedat, fame moritur; & si comederit, rumpitur. Calculus à N. Vener. Beda intelligitur margaritum: à Delrio hic *Adag.* 216. pruna vel carbo ignitus. Claret ex diversitate sententiarum, quid accidat suscipientibus perperàm Sacramentum: igitur hi pruna carbonesque desolatorij ab anima, quod in criminum redemptionem potest esse margarita pretiosa. Pendent mala utilitate aurea, suavitate mollia, sapore dulcissima ex hac arbore vitæ; & stat anima Tantalus rabidus fame: siquidem vel fugiunt aut refugiunt esurientem, vel manus tactu convertuntur in lapidem; quin sint cibus cibi optimi, eò quòd minimè comederint saturati.

5 *Comedetis vescentes*: ait Ioelus. *Comediſtis & non estis satiati*: dicit Aggæus. Ideſt, *Comediſtis, quasi non comederetis*: subdit Arias Montanus. Quo pacto qui edunt, non comedunt, & comedunt? Quia cibus vel non cibus demonstratur per effectum. Qui edit venenum, comedit: verùm non comedit, quippe comedit venenum, quod non in cibum. Cibus profectò est, quo vita conservatur, & nullo modo quo extinguitur. *Vim abstulit panі alendi*: infit Sanctius hic in *Agg.* n. 13. Non est cibus in cibo, quando deficit virtus in alimento: & sine utilitate comedunt & non comedunt, quasi qui sederent in convivium phantasticum, vel accederent esurientes mensæ, in qua apponerentur & abundè dapes pictæ. Aliud, ni fallor, altius documentum latet. Loquitur Aggæus de præterito, Ioel verò de tempore futuro. Futuro tempore panis videndus erat in Ecclesia Catholica, non solùm corporum, sed animarum esca: & illi comedentes quasi non comederent, qui futuri vescentes feliciter comedent; quia illis panis communis, & istis panis cœlestis, cibus animæ, qui verè cibus: quandoquidem esca & nobilior, non esca; ni qua nutricur corpus, pinguescat anima. Ideo ad illos Christus clamabat: *Non Moyses dedit vobis panem de cœlo, sed Pater meus dat vobis panem de cœlo verum.* Ille verus & falsus, quia dumtaxàt cibus corporis. Hic autem verus, quia refectio mentis: igitur verè esca, quæ datur pro hominum vita.

6 Investigemus effectum, ut gustemus uti cibum. Exposuit Assertor N. carnem suam & sanguinem sub speciebus panis & vini pro charitatis eximiæ commendatione. *Formam visibilem, veritatem, & virtutem. Forma visibilis panis & vini, Veritas carnis & sanguinis, Virtus unitatis & charitatis*: uti dicitur cap. *Cùm Martha* 5. *Distinguendum.* Ibi tamquàm in schola animæ manifestanda *scientia veritatis, sapientia devotionis, & eminentia beatitudinis*: ut astruit Maburnus in *Roset.* tit. 6. cap. 10. Quid ergo Iudæi? *Litigabant dicentes*: *Quomodò potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum*: Quomodò? Impossibile cogitarunt: sed parùit amor eximius demonstrationi, ubi vicit cogitatum impossibile: igitur ingratitudine luxit charitatis vis, & ultra cogitatam spem. *Litigabant.* De quo igitur? De favore nanciscendo? Nullo modo. Christus & illi contendebant. Amor eius, & ingratitudo illorum litigabant, an vinceretur offensis, vel quassaretur iniurijs: & Christus illis renuentibus, instabat in litigio amoris viribus; ut maior esset ipsius erga ingratos pectoris demonstratio, quàm illorum turpissima ingratitudo. *Quomodò?* Quanta & qualis amoris infracti lex, ubi vel ipsi ingrati mirati sunt? *Quomodò?* Dare seipsum, est non plus ultrà in amore. Dari nobis, vel in termino est plus ultrà: & dum amorem refugiunt, uti excellentem extollunt; quoniam visâ ingratitudine, dignum planè admiratione, quòd seipsum daret & illis, quem amorem exhibentem saturaverant opprobrijs. *Quomodò?* Ilit ipsorum ingratitudinis cogitatio, in celebriore litigio; verùm patet amoris sublimioris commendatio: qui quidem magis propendit in fidei demonstrationes, ubi acutiores patitur sagittas ingratitudinis.

7 Concinnent Catholici ex veneno theriacem, ut altiore sensu proferat charitas, quod lapideo corde Iudæorum pronunciavit incredulitas. *Quomodò potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum*: Scimus panem esse vitæ, cibum animæ, amoris excessum, extra cogitatus hominum, invitantem nos ad gratiam, gloriam, ac felicitatem summam; attamen demonstrationibus tanti amoris ingrati respondemus

*Qui indigne gustat panem, convertit in scorpionem.*

*Ab illis fit acus, quæ pretiosa margarita.*

Ioel. 1. 16. Agg. 1. 6 Ar. Mont. *Esta est qua vita fieret, nil qua perit.*

Sanct.

*Quid contingat in digne manducantis.*

*Vera esca qua pinguescit anima.*

Ioann. 6 32.

*Quid expostulare in cibo visus fuit.*

Iur. Canon.

Ioann. 6 52.

*Dedit se nobis Christus in cibum, ut ostenderet amoris excessum.*

*Maior amoris demonstratio, ubi maxima viget ingratitudo.*

*Nota sæmi amoris favore ingratitudo.*

Ibid.

*Alimentum cœlicum.*

*Dum impugnatur, augetur.*

*Quomodò vivos vivificat?*

Ubi supr.



*Contemplato divino amore, vocamur in templa pœnitentiæ.*

*Excessus amoris quantus!*

Iuvenc.

*Unde meum tanto voluit Deus æquus honore Illustrare domum?*

Canit Iuvencus lib. 1. *Evang. Histor.* v. 115. *Hic.* Quomodò *Hic* nobis favet, & mulcet? *Hic* quem pro redemptione sagittis criminum petimus! *Hic* quem vel ipsis gratijs fauciamus! *Hic!* Utique. Aliter non esset hic: igitur ut magis nobis ostendat pectoris fidem; dat nobis in Sacramento carnem & sanguinem. *Nobis* dat. Ni fornax æstuaret cor singularis charitatis, quomodò seipsum hic dare poterat nobis? *Nobis* ingratis, rebellibus, audacibus, perduellionibus? *Nobis*: Quomodò potest? Pro stemmate charitatis: quæ quidem splendescit magis oppositis. Delicijs salsis mundi, Dei obliviscimur: philtrum amoris est eius caro & sanguis: nobisque dat omnia in Eucharistia, ut non mundi, sed eius floreat memoria.

8 Denique. Carnem enim dat nobis: sed subdit, *Ad manducandum*. Si verè cibus eius sacrosancta caro, ad quid ergo? An quia non solùm datur in escam, sed in gloriam, & verè cibus qui operatur in vitam æternam? Sanè *ad manducandum*, quoniam alimentum cœlicum: igitur alij cibi exhibentur corpori, ne moriamur: hic verò, ut vivi vivificemur: Alij, ut mortalitas conservetur: hic, ut immortalitatem consequamur; quia illi de mundo, hic autem panis de cœlo, quo amor ostendit & perfundit divitias, ut in hominis corde tota fedeat divinitatis maiestas. Aliquid indicatur ultrà in huiusmodi phrasi pro gratia nova. *Ad manducandum* datur; ut astruat, quem exhibet, verè cibum. Verus cibus est, non quo vescitur corpus, sed intellectus: & dum corporis sui exprimit Sacramentum, dicit meditanter cibum ad manducandum; quoniam proprium cœlestis dumtaxàt cibi, quòd sit alimentum animæ. Hic ministratur esca nobilis, & grassatur inter Catholicos fames. Fame pereunt, & habentes refugiunt cibum? O misera sors! Fames, dum panis est hic?

9 Sterilitas in Ægypto prævaluit, in cuius subsidium Iosephus triticum summum congessit, ita ut in alijs regionibus, cùm affligeret panis inopia, ne affligeretur Ægyptus, erat frugum abundantia. *In cunctis autem terra Ægypti panis erat, qua esuriente, clamavit populus ad Pharaonem, alimenta petens.* Quo pacto Ægyptus esurit, dum panem habet? Esuriat terra Chanaan, quippe ibi panis non est: verùm Ægyptus? Sanè lamentabilis status: igitur fame peribat, & domi panem habebat. Panis hic iuxta Bernardum, Homil. 2. super *Missus est.* signat panem cœlicum, Sacramentum Eucharisticum, nobis in cibum datum. Est in nobis fames? Est in nobis. Væ nobis miseris: igitur dum ægroti iuveniunt hic medicinam, cæci lumen, famelici saturitatem; fame infeliciter, quia volumus, hic perimus, & panem cœlestem etiam ad manum habemus. Hispan. *Es la mayor desdicha morirse de hambre con el pan en casa.*

10 Hinc liquet cur dicitur *Panis ad manducandum*. Miser invenitur homo inter sæculi angustias, & manum non extendit in cœlestes opulentias. Cæcus tenebris depravatæ intentionis, quin oculos aperiat splendore luminis. Mendicus, & cum cibo mirabili moritur vesculus. Satur potest epulis vivere, & perit fame. Fame? Utique: dicitque Assertor, panem esse ad comedendum, quia deficiens, si non comedunt. *Ad comedendum*, quippe non habebunt vitam, ni panem cœlestem comedant. *Ad comedendum*, ne esuriant habentes panem ad manum. *Ad comedendum*, & ad vivendum; quoniam vita, & felix vita in huiusmodi esca. *Ad comedendum* & sumendas vires virtute cœlestis panis: quippequam plerique ita stolidi, ut ægroti medicinâ promptâ maneant in infirmitate; quasi panis non esset ad manducandum, dum datur in cibum: igitur pro lubito inopes & mendici languescunt miserâ fame. Argumentum pudoris, homo sordibus, & dives. Canit vel Ethnicus lib. 1. *Satyr.* 1. v. 68.

*Tantalus à labris sitiens fugientia captat*
*Flumina. Quid rides? Mutato nomine, de te*
*Fabula narratur.*

Genes. 41. 54. 55. *Summa infelicitas panè habere, & fame perire.*

Ubi sup. *Panis Eucharisticus in ea, ia lucem medicinam.*

*Quasi similis Tantalo esurienti in celesti convivio.* Horat.

*** *** ***
*** ***
)(S)(

# DIDASCALIA V.

## *Contra cuncta adversa est protectio in Eucharistia.*

Cypriso. *Eucharistia. scutum cœlest.*

1 GNome insignis est Cypriani *Epist* 17. Unde infit; *Quos tutos esse contra adversarios voluimus monimento Dominiæ saturitatis armemus.* Hoc est scutum de cœlo delapsum in tutelam inermium cordium. Retorqueamus acumen Virgilij *Æneid.* lib. 8. v. 447.

Virgil. *Ingentem clypeum informant, unum omnia contra*
*Tela.*

Igitur in hoccine scutum non sunt arma. Qui inimici hominis? Animæ inimici, scilicèt Diabolus leo, Mundus taurus, & Caro ursus. Verùm quid? Sine acumine arma veniunt, quippe invalida franguntur.

*En ursus frendens, rugiens leo, taurus anhelans,*
*Ante venerandos procubuere pedes.*

Gabriel à S.M. *Quod non mille viri valuere potentibus armis,*
*Id valet absque armis una buccella fide.*

Canit Gabriel à S. Maria *Tetrast.* 19. Nullo scutum penetrabile ferro: quantumvis chalybea, arcum conteret, & confringet arma. Feliciter exclamat Jeremias pro hominibus reservatis: *Dedisti eis scutum cordis laborem tuum*: siquidem pane doloris, & laboris ex ligno crucis, decocto ac educto ex fornace pectoris, franguntur tela mundi, præparata, ut sagittet in obscuro rectos corde. Carnis etiam per sermonum illecebras medicata fulmina, quæ licèt emollita super oleum, etiam sunt iacula: ac denique ignea tela diaboli, fabricata à Cyclopibus inferni: igitur viso Eucharistiæ scuto cadit sagitta volans, languet negotium in tenebris perambulans, & dæmonium incursans. Mundus clamat: *Ego deficio.* Diabolus clamat: *Ego decipio.* Caro clamat: *Ego inficio.* Christus clamat: *Ego reficio.* Hinc, cùm cibus fit in comestionis usus; ut designaret Eucharistiæ futuræ gratiam, dicit Isaacus gnato: *Fac cibos ut comedam.* Perproprie. Cibus Eucharistiæ est in tutelam: quandoquidem pane cœlesti vincuntur prorsùm inimici animæ, & contra ipsorum cuncta pestifera tela, est protectio in Eucharistia. Floridissimè Arator lib. 2. in *Act. Apostol.* vers. 1143.

Thren. 3. 65. *Cadunt illius vir tute inimici animæ.*

Genes. 27. *In hoc tela est protectio in Eucharistia.*

Arator. *Agnus Christus est, panis quoque Christus habetur*
*De cœlo, quòd & ipse docet qui corpore Iesum*
*Sumpserit, hoste caret, nec iam sua iura Pharao,*
*Ægyptusque tenet. Mox omnia dæmonis arma*
*His merguntur aquis.*

2 Imagines in corde medii phantasii pingit penicillus dæmonis coloribus mundi, arte seu fallaciâ carnis, in quas animæ videmus dulciter vehi, dum ius erat, fortiter in illas invehi, cùm inimici fiat animæ, qui fallere conantur, dum magis simulacris vanitatis alliciunt; quin ex tot vulneribus ac dolorum gravitate, medicinam conferat malagma resipiscentiæ: igitur quotidiè, ni usquequaque, experitur amicos ingratos, quos complectitur amicos. *Nullum habet maius malum occupatus homo, & bonis suis obsessus* (inquit Seneca *Epist.* 19.) *quam quòd amicos sibi putat, quibus ipse non est.* En totum inimicorum embolium in vita, malitiâ hominis; verùm *Imaginem ipsorum ad nihilum rediges*: quo igitur artificio, nec ulla in corde remanebit imago? *Inflammatum est cor meum*: subdit Psaltes Regius, *Per puram dilectionem*: uti observat Lyra. Amor qui in huiusmodi imagines, factus est commutatione cœlestis, per flammam purissimæ dilectionis. Redigebar falsis amicis ad nihilum, & nesciebam: sed præoccupans insidias per divini amoris flammam; ad nihilum redegit cor inflammatum, per quas imagines redigebatur ad nihilum. Amici sunt crudeles: & amore quo cor inflammatur, & non exuritur, horum ad nihilum reducuntur imagines; quoniam ubi amor cœlestis inflammat pectora, non solùm illi, imò illorum imago non remanet adoranda. Sunt fortes cum imbecillibus, imbecilles autem cordibus fortibus; igitur ad instar crocodili fugâ concipiunt audaciam, cæterùm audaciâ fugam. Cor inflammatur igne panis cœlestis, quo in sumum abeunt inimicorum imagines: siquidem nec simulachrum remanet, pane qui reficit, mundi qui languet, dæmonis qui decipit, carnis quæ inficit, protritis hoc scuto cœlesti & mundo, & dæmone, & carne.

*Deluti ab amicitiâ, grave* Senec. Psalm. 72. 20. Vers. 21

Lyr. *Barbaritiâ nec imago remanet inimicorum animæ*

*Iuxta odij vel amoris affectus, occidit vel stat mundus.*

*Inimici animæ adinstar crocodili.*

3 Audiatur Gentium Doctor. *Nunc autem* (Christus) *in consummatione seculorum* (Bibl. Antiq. *In consummationem seculorum*) *ad destitutionem peccati per hostiam suam apparuit.* Omnia investiganda. Quare *Nunc*? Si stantem videmus mundum, quomodò *In consummationem seculorum*? Quo pacto in peccati destitutionem, si ubique fovet mundus criminum ignem?

Hebr. 9. 26. Bibl. Antiq.

*Mundus vanis solidus, aversantibus vanus.*

Quicquid Paulus exponit de hostia sacrificij in calvario, in Eucharistiæ holocausto miramur diverso modo. Nunc in hostia apparet, & mundus nunc evanescit. Evanescit mundus, quia non dilectus: & nunc vel stans deficit; qui vanis solidus; quippe diligentibus non mundum, omninò vanus, quasi ipsis non esset mundus. Nunc igitur consumitur, cùm cor illius obliviscitur, atque in oblivione consummatur: igitur panè Eucharistiæ in hunc ingerente odium, igne aversionis statim vel florens abit in nihilum. Quisquis viderit mundum promittere delicias, & pro delicijs submittere pœnas; magnificare cibum, & prorrigere venenum, eò noxius, quo deauratius; cæcè expectat summam felicitatem, quam amplexam invenit incaute mortem: prorumpitque in odium dignum, quoniam eius amor fecit, quòd nec cogitaret odium. Undè cùm pane Eucharistico oculos homo ad insidias aperiat, ut quæ mundus depinxit, nequaquàm videat; licèt tutiliens forinsecus desiderabilia in mundo, cunctorum actutum evanescit imago. Hinc pro *Destitutione*, exponunt destructionem. Resipiscentia in hoc cardine vertitur: tunc mundus sanè destruitur, dum destituitur.

*Pane Eucharistico abit in nihilum*

*Fallax est & falsus.*

4 Præterea. Mundus stat, cui placet mundus: cui displicet, sanè vanus. Displicet cui placet mensa cœlestis, referta delicijs, antidoto vulnerum, medicinâ languorum, pignore gloriæ, depósito gratiæ, cibo vitæ, quo fatiatur esuriens anima, quùm mundus ferculis vanis invitet in toxica. Iuxta odij vel amoris affectus stat vel occidit mundus: & accedenti cum gratia ac devotione ad altare, consummatur gloria mundi; quoniam dum in corde uti in solio sedet Christus, in accipiente non remanet erga mundum nec affectus. Vide quæ diximus hic *Tautol.* 3. *Didasc.* 7.

*Cur homo non cognoscit fallaciâ mundi?*

5 Deinde. Pro *Consummatione seculorum.* Alapide, *In perfectionem.* Homo quia ignorabat aspidem sub viridi herba gustabat saculi toxica, quin capere posset ex tanta aviditate pharmacum resipiscentiæ; quippe serpentem pectore intimè fovebat, dum pede, quasi despectu calcabat, adoratis insidijs, etenim quousque captus, non cogitabat ut compedes. Prævalebat mundi fallacia, quoniam Christus nondum apparuerat in hostia. *Nunc apparuit*, & adhuc dolus mundi in cordibus sedet. Etiam nunc? Næ. Necdum aperiuntur cæcutientium oculi, quippe fascinant illos apparentiâ vanitatis doli veri; confirmante huiusmodi cæcitatem relaxatione morum, qua accedunt ad augustum Sacramentum: igitur sumptâ Eucharistiâ labuntur in vanitatem, cùm sumi debeat in communicantium perfectionem. Iurè plorabile, quòd corda in virtutem communione tendant, & cum cœlesti pane relaxatiora vivant: quòd nunc mundus dato pane pectora rapiat hominum, cùm exhibeatur de cœlo in perfectionem virtutum, atque consumptionem vanitatum.

*Plorabile quòd anima non profitiat in virtute panis cœlesti.*



6 Amore sæculi, & ignorantiâ calamitatis peccati perit homo, quasi contra tela scutum non haberet in Sacramento. Huius haud operantur virtutes, quoniam in corde servantur nocuæ atque delectabiles imagines: & Christus nunc apparet per hostiam, ut simulachra mundi citò dispereant & pereant. Dum flagrat domus vel gloriosa supellex per fenestram ejicitur, vel florida imago rumpitur, vel spinther delectabile proteritur, vel simulachrum æreum destituitur. Unde hoc? Quoniam in domo ignis est. Cuncta mundi bona sunt imagines & simulachra, quæ in domo pectoris habent in deliciis corda, plausu floridæ imaginis vanitatis, simulachri superbiæ, idoli invidiæ, figuræ gulæ, statuæ desidiæ, effigiei luxuriæ, formæ avaritiæ, obumbrationis iræ, ita ut totius domus suppellectilia pretiosiora; sint re vera septem vitia capitalia. Oritur Sol cum igne cuncta vana devorante per hostiam, cordibus inferens cœlicam amoris flammam. Sunt ne domi simulachra pectoris? Sunt. Necdum est ignis. Sunt idola? Adhuc cor non tetigit Solis flamma, nec scintilla. Si ingressus esset vel leve Solis radius, totum arderet pectus, & expelleret quæque in nocumentum fovebat, & in mortem adamabat: exponiturque hostia in solio Sacramenti in destructionem velocissimam peccati: igitur licèt mundi vanæ speciosæque picturæ rapuerint cor; hoc igne apparent nec campi ubi Troia fuit.

*Ubi amor cœlestium, edili intùs temperatium.*

*Adorantur mundi idola quia amoris calor fit in corde nulla inhæret scintilla.*

7 Inter Catholicos viget sanè frequentia Eucharistiæ, sed desideratur affectus huius frequentiæ. Sol media crystallo excitat ignem: & Sol Iustitiæ in his speciebus non inflammat hominem in amorem? Adhuc suspirat frigidus, dum nemo absconditur à calore eius? Ingens ignis, & sine flamma cordis? Ni obex cor induraret, toto Sole utiquè arderet. Appropinquant igni altaris sine fervore, devotionis usu, & sine devotione frequentiæ. Minimè dispónitur anima inflammam, dum sumere conatur Eucharistiam. Mundi idola adorantur, eorum templa nequaquàm demoliuntur: voluntas decepta sequitur insanias falsas, ratio ab illa trahitur in voluptatum vanissimas apparentias, conservante memoriâ omnia somnia &

*Curbem & nec non inflammantur igne Eucharistiæ*

# DIDASCALIA V.

## *Contra cuncta adversa est protectio in Eucharistia.*

Cypriso. *Eucharistia. scutum cœlest.*

1 GNome insignis est Cypriani *Epist* 17. Unde infit; *Quos tutos esse contra adversarios voluimus monimento Dominiæ saturitatis armemus.* Hoc est scutum de cœlo delapsum in tutelam inermium cordium. Retorqueamus acumen Virgilij *Æneid.* lib. 8. v. 447.

Virgil. *Ingentem clypeum informant, unum omnia contra*
*Tela.*

Igitur in hoccine scutum non sunt arma. Qui inimici hominis? Animæ inimici, scilicèt Diabolus leo, Mundus taurus, & Caro ursus. Verùm quid? Sine acumine arma veniunt, quippe invalida franguntur.

*En ursus frendens, rugiens leo, taurus anhelans,*
*Ante venerandos procubuere pedes.*

Gabriel à S.M. *Quod non mille viri valuere potentibus armis,*
*Id valet absque armis una buccella fide.*

Canit Gabriel à S. Maria *Tetrast.* 19. Nullo scutum penetrabile ferro: quantumvis chalybea, arcum conteret, & confringet arma. Feliciter exclamat Jeremias pro hominibus reservatis: *Dedisti eis scutum cordis laborem tuum*: siquidem pane doloris, & laboris ex ligno crucis, decocto ac educto ex fornace pectoris, franguntur tela mundi, præparata, ut sagittet in obscuro rectos corde. Carnis etiam per sermonum illecebras medicata fulmina, quæ licèt emollita super oleum, etiam sunt iacula: ac denique ignea tela diaboli, fabricata à Cyclopibus inferni: igitur viso Eucharistiæ scuto cadit sagitta volans, languet negotium in tenebris perambulans, & dæmonium incursans. Mundus clamat: *Ego deficio.* Diabolus clamat: *Ego decipio.* Caro clamat: *Ego inficio.* Christus clamat: *Ego reficio.* Hinc, cùm cibus fit in comestionis usus; ut designaret Eucharistiæ futuræ gratiam, dicit Isaacus gnato: *Fac cibos ut comedam.* Perproprie. Cibus Eucharistiæ est in tutelam: quandoquidem pane cœlesti vincuntur prorsùm inimici animæ, & contra ipsorum cuncta pestifera tela, est protectio in Eucharistia. Floridissimè Arator lib. 2. in *Act. Apostol.* vers. 1143.

Thren. 3. 65. *Cadunt illius vir tute inimici animæ.*

Genes. 27. *In hoc tela est protectio in Eucharistia.*

Arator. *Agnus Christus est, panis quoque Christus habetur*
*De cœlo, quòd & ipse docet qui corpore Iesum*
*Sumpserit, hoste caret, nec iam sua iura Pharao,*
*Ægyptusque tenet. Mox omnia dæmonis arma*
*His merguntur aquis.*

2 Imagines in corde medii phantasii pingit penicillus dæmonis coloribus mundi, arte seu fallaciâ carnis, in quas animæ videmus dulciter vehi, dum ius erat, fortiter in illas invehi, cùm inimici fiat animæ, qui fallere conantur, dum magis simulacris vanitatis alliciunt; quin ex tot vulneribus ac dolorum gravitate, medicinam conferat malagma resipiscentiæ: igitur quotidiè, ni usquequaque, experitur amicos ingratos, quos complectitur amicos. *Nullum habet maius malum occupatus homo, & bonis suis obsessus* (inquit Seneca *Epist.* 19.) *quam quòd amicos sibi putat, quibus ipse non est.* En totum inimicorum embolium in vita, malitiâ hominis; verùm *Imaginem ipsorum ad nihilum rediges*: quo igitur artificio, nec ulla in corde remanebit imago? *Inflammatum est cor meum*: subdit Psaltes Regius, *Per puram dilectionem*: uti observat Lyra. Amor qui in huiusmodi imagines, factus est commutatione cœlestis, per flammam purissimæ dilectionis. Redigebar falsis amicis ad nihilum, & nesciebam: sed præoccupans insidias per divini amoris flammam; ad nihilum redegit cor inflammatum, per quas imagines redigebatur ad nihilum. Amici sunt crudeles: & amore quo cor inflammatur, & non exuritur, horum ad nihilum reducuntur imagines; quoniam ubi amor cœlestis inflammat pectora, non solùm illi, imò illorum imago non remanet adoranda. Sunt fortes cum imbecillibus, imbecilles autem cordibus fortibus; igitur ad instar crocodili fugâ concipiunt audaciam, cæterùm audaciâ fugam. Cor inflammatur igne panis cœlestis, quo in sumum abeunt inimicorum imagines: siquidem nec simulachrum remanet, pane qui reficit, mundi qui languet, dæmonis qui decipit, carnis quæ inficit, protritis hoc scuto cœlesti & mundo, & dæmone, & carne.

*Deluti ab amicitiâ, grave* Senec. Psalm. 72. 20. Vers. 21

Lyr. *Barbaritiâ nec imago remanet inimicorum animæ*

*Iuxta odij vel amoris affectus, occidit vel stat mundus.*

*Inimici animæ adinstar crocodili.*

3 Audiatur Gentium Doctor. *Nunc autem* (Christus) *in consummatione seculorum* (Bibl. Antiq. *In consummationem seculorum*) *ad destitutionem peccati per hostiam suam apparuit.* Omnia investiganda. Quare *Nunc*? Si stantem videmus mundum, quomodò *In consummationem seculorum*? Quo pacto in peccati destitutionem, si ubique fovet mundus criminum ignem?

Hebr. 9. 26. Bibl. Antiq.

*Mundus vanis solidus, aversantibus vanus.*

Quicquid Paulus exponit de hostia sacrificij in calvario, in Eucharistiæ holocausto miramur diverso modo. Nunc in hostia apparet, & mundus nunc evanescit. Evanescit mundus, quia non dilectus: & nunc vel stans deficit; qui vanis solidus; quippe diligentibus non mundum, omninò vanus, quasi ipsis non esset mundus. Nunc igitur consumitur, cùm cor illius obliviscitur, atque in oblivione consummatur: igitur panè Eucharistiæ in hunc ingerente odium, igne aversionis statim vel florens abit in nihilum. Quisquis viderit mundum promittere delicias, & pro delicijs submittere pœnas; magnificare cibum, & prorrigere venenum, eò noxius, quo deauratius; cæcè expectat summam felicitatem, quam amplexam invenit incaute mortem: prorumpitque in odium dignum, quoniam eius amor fecit, quòd nec cogitaret odium. Undè cùm pane Eucharistico oculos homo ad insidias aperiat, ut quæ mundus depinxit, nequaquàm videat; licèt tutiliens forinsecus desiderabilia in mundo, cunctorum actutum evanescit imago. Hinc pro *Destitutione*, exponunt destructionem. Resipiscentia in hoc cardine vertitur: tunc mundus sanè destruitur, dum destituitur.

*Pane Eucharistico abit in nihilum*

*Fallax est & falsus.*

4 Præterea. Mundus stat, cui placet mundus: cui displicet, sanè vanus. Displicet cui placet mensa cœlestis, referta delicijs, antidoto vulnerum, medicinâ languorum, pignore gloriæ, depósito gratiæ, cibo vitæ, quo fatiatur esuriens anima, quùm mundus ferculis vanis invitet in toxica. Iuxta odij vel amoris affectus stat vel occidit mundus: & accedenti cum gratia ac devotione ad altare, consummatur gloria mundi; quoniam dum in corde uti in solio sedet Christus, in accipiente non remanet erga mundum nec affectus. Vide quæ diximus hic *Tautol.* 3. *Didasc.* 7.

*Cur homo non cognoscit fallaciâ mundi?*

5 Deinde. Pro *Consummatione seculorum.* Alapide, *In perfectionem.* Homo quia ignorabat aspidem sub viridi herba gustabat saculi toxica, quin capere posset ex tanta aviditate pharmacum resipiscentiæ; quippe serpentem pectore intimè fovebat, dum pede, quasi despectu calcabat, adoratis insidijs, etenim quousque captus, non cogitabat ut compedes. Prævalebat mundi fallacia, quoniam Christus nondum apparuerat in hostia. *Nunc apparuit*, & adhuc dolus mundi in cordibus sedet. Etiam nunc? Næ. Necdum aperiuntur cæcutientium oculi, quippe fascinant illos apparentiâ vanitatis doli veri; confirmante huiusmodi cæcitatem relaxatione morum, qua accedunt ad augustum Sacramentum: igitur sumptâ Eucharistiâ labuntur in vanitatem, cùm sumi debeat in communicantium perfectionem. Iurè plorabile, quòd corda in virtutem communione tendant, & cum cœlesti pane relaxatiora vivant: quòd nunc mundus dato pane pectora rapiat hominum, cùm exhibeatur de cœlo in perfectionem virtutum, atque consumptionem vanitatum.

*Plorabile quòd anima non profitiat in virtute panis cœlesti.*



6 Amore sæculi, & ignorantiâ calamitatis peccati perit homo, quasi contra tela scutum non haberet in Sacramento. Huius haud operantur virtutes, quoniam in corde servantur nocuæ atque delectabiles imagines: & Christus nunc apparet per hostiam, ut simulachra mundi citò dispereant & pereant. Dum flagrat domus vel gloriosa supellex per fenestram ejicitur, vel florida imago rumpitur, vel spinther delectabile proteritur, vel simulachrum æreum destituitur. Unde hoc? Quoniam in domo ignis est. Cuncta mundi bona sunt imagines & simulachra, quæ in domo pectoris habent in deliciis corda, plausu floridæ imaginis vanitatis, simulachri superbiæ, idoli invidiæ, figuræ gulæ, statuæ desidiæ, effigiei luxuriæ, formæ avaritiæ, obumbrationis iræ, ita ut totius domus suppellectilia pretiosiora; sint re vera septem vitia capitalia. Oritur Sol cum igne cuncta vana devorante per hostiam, cordibus inferens cœlicam amoris flammam. Sunt ne domi simulachra pectoris? Sunt. Necdum est ignis. Sunt idola? Adhuc cor non tetigit Solis flamma, nec scintilla. Si ingressus esset vel leve Solis radius, totum arderet pectus, & expelleret quæque in nocumentum fovebat, & in mortem adamabat: exponiturque hostia in solio Sacramenti in destructionem velocissimam peccati: igitur licèt mundi vanæ speciosæque picturæ rapuerint cor; hoc igne apparent nec campi ubi Troia fuit.

*Ubi amor cœlestium, edili intùs temperatium.*

*Adorantur mundi idola quia amoris calor fit in corde nulla inhæret scintilla.*

7 Inter Catholicos viget sanè frequentia Eucharistiæ, sed desideratur affectus huius frequentiæ. Sol media crystallo excitat ignem: & Sol Iustitiæ in his speciebus non inflammat hominem in amorem? Adhuc suspirat frigidus, dum nemo absconditur à calore eius? Ingens ignis, & sine flamma cordis? Ni obex cor induraret, toto Sole utiquè arderet. Appropinquant igni altaris sine fervore, devotionis usu, & sine devotione frequentiæ. Minimè dispónitur anima inflammam, dum sumere conatur Eucharistiam. Mundi idola adorantur, eorum templa nequaquàm demoliuntur: voluntas decepta sequitur insanias falsas, ratio ab illa trahitur in voluptatum vanissimas apparentias, conservante memoriâ omnia somnia &

*Curbem & nec non inflammantur igne Eucharistiæ*

simulachra. Status vacua mundi colitur, quin vel vacuitate cognoscatur statua. Tot idola, quot inclinationes; quin illusa vellit cognoscere anima, dumtaxàt esse voluptatum imagines. Tot idola? Non est flamma. Nec favilla quidem concepta à corde: igitur si adesset ignis Sacramenti, quantumvis levis, omnia simulachra redigerentur in cineres. Unde nunc exponitur Christus hostia in augusto Sacramento, ut mundi idolorum nec remaneat imago. Accinit Sedulius in *Hymn.* 1. v. 99.

Sedul.

*Te veniente Deus mundanus concidit error.*
*Occubuit mundus te veniente Deus.*

Ficinel.

8 Elephans pingitur apud Picinellum lib. 5. *Mund. symbol.* num. 292. cum hoc lemmate: *Ardet in arma.* Haud aliter Christus Dominus in Eucharistia: igitur utitur fulmine in tela nequissima diaboli, ita ut spoliatus, qui fortis armatus fugiat, vel sicut coram Arca Dagon corruat. Antequàm Christus panes multiplicaret (quo miraculo figurabatur Eucharistia, siquidem eius multiplicatis speciebus sacramentalibus, multiplicatur præsentia) Discipulis, ait Lucas: *Dedit virtutem & potestatem super omnia dæmonia.* In facultate concessa discipulis, ostendit virtutem cœlici panis: igitur sacrà Eucharistiâ confunduntur usque in infernum dæmonia. Perpendamus periodum.

Paulo Eucharistiæ sacramento ardet in vitia.

Luc. 9. 1.

9 *Dedit illis virtutem & potestatem super omnia dæmonia.* Ad quid *omnia*, si ita intelligitur in propositione indefinita, potestate collatâ super dæmonia? Usquequaque & ubique parta occasione, videtur ut singulare, quòd qui apparent homines, exitu tandem detegantur dæmones. Homo ingreditur devotè in Ecclesiam, & fœmina procax emissitijs oculis vocat, ab intentione revocat, & gestu in aliena tutillat. Hæccine nequaquàm fœmina, sed sub fœminæ specie cuncta dæmonia. Fœmina modestè confugit in templum, ut melior quàm introivit revertatur domum; sed à procis impeditur, detinetur, cum scandalo audientium, offendiculis adstantium. Hi homines? Non sunt homines, sed dæmones. Dæmones larvati, & magis nocui. Quare insigni gratiâ, Christus Apostolis potestatem tradidit super omnia demonia. *Super dæmonia*, ut homines liberarentur damonibus: *Super omnia*, ut homines liberarentur ab hominibus: igitur inter illos, ut homo Proditor vixerat; nihilominùs tamen diabolus erat.

Qui homines deprimunt sub larva humilitat.

10 Aliam proferamus causam. Haud differunt vitium, & dæmon. Sæpe tamquàm dæmon cognoscitur, maximè consuetudine vitium; quippe si dæmon torquet, & vitium ampliùs, quoniam voluntarium premit: attamen cor haud illud relinquit, ut vitium relinquat; sed ut in aliud corruat, præceps ex vitijs in deteriora vitia, & ex malis molestijs in molestiora, voluptatibus non mutatis, sed commutatis, pro prolubio cupidinis & temporis. Non mutatur causa, sed materia. Unde Sen. *Epist.* 52. *Vitia persequere finemodo, sine fine, nam illis quoque nec finis est, nec modus.* Et antequam proponatur vel in umbra Sacramentum, expulsio etiam omnium designatur demoniorum; quippequàm nulla Sacramenti efficacia, ni expellantur à corde cum vitijs omnia dæmonia. Omnia expellenda à corde, ut sit virtus Sacramenti: quandoquidem ni sint omnia, nulla gratia.

*In vitij mutatur materia, non causa.*

Senec.

*Vitium dæmon.*

11 *Dominus ascendet super nubem levem, & ingredietur Ægyptum, & commovebuntur simulachra:* ait Isaias. Ita factum referunt, cùm Christus Dominus ingrederetur Ægyptum, Hieronym. hic, Palladius in *Lausiac.* Christianus Adrichomius in *Pharan* num. 72. & demùm Ruffinus lib. 2. cap. 7. *Vidimus* (inquit) *in Thebaide, in finibus Hermopolis templum, in quo ingresso urbem Salvatore, ceciderunt omnia simulachra in faciem super terram.* Non sufficit hoc vel illud? Nullo modo. Omnia conterenda, ut ingrediatur Salvator: igitur haud obtinetur gratia, ni concidant omnia. *Ægyptus totus orbis intelligitur superstitionis:* ait Tertullianus *Contr. Iudæos* cap. 9. Simulachra Ægypti oracula dæmonum: Dominus super nubem levem, est Christus sub speciebus sacramentalibus, ingrediens ut habitet in hominum cordibus. Sunt simulachra? Corruant omnia: igitur par non est, dirigi adorationem in Dominum & in dæmonem. Omnia proterenda, ubi Christus sub his speciebus illustrat corda: igitur impediuntur influxus benevoli Iustitiæ Solis, cupiditatum seu dæmonum vanissimis simulachris; cùm ille de cœlo descendat, ut suscipientes ad æthera tollat. Frequenter homines accedunt ad altare, sed frigidè, quia frequenter. Quodnam emolumentum ex frequentia? Nulla, cùm sit universalis, videtur ulcerum medicina. Nullus apparet fructus, languet affectus, ratio gemit sub tyrannide appetituum, voluntas cæca ambit iugum. Quid hoc Catholicè? Victa sunt aliqua dæmonum simulachra, sed non omnia. Adhuc remanet caput in Hydra, ex quo repullulant plura, quàm secta: præcluditurque ostium ingredienti Salvatori; ubi aliquod idolum, dæmonis simulachrum latet in pectore: unde datur hoccine pane potestas super omnes vitiorum dæmones; quippe parvi momenti communio, ni sint omnes. Pluant igitur totius inferni sagittæ. Quid hoc pane? Sine acumine. Vibrantur, verùm franguntur, vel retorquentur. Appositiùs dicam, quàm Lucanus lib. 6. *Bell. Civil.* v. 209.

Ni exstirpentur omnia, nulla est vel medicinæ efficatia.

Isai. 19. 1.

Raffin.

Ut ingrediatur Salvator, in cordis hospitijs, omnia idola contrenda vitiorum.

Tertul.

Lucan.

*Omne repercussum squalenti missile tergo*
*Frangit, & harentes mota cute discutit hastas.*
*Viscera tuta latent penitùs citraque cruorem*
*Confixæ stant tela feræ, tot fracta sagittis,*
*Tot iaculis unam non explens vulnera mortem.*

Magnus conflictus Christi contra se pugnare, & sese vincere.

12 Etiam vincitur indomita caro, isthoc singulari Sacramento. *Habes* (ait Augustinus in *Psalm.* 143.) *contra quod pugnes in te: habes quod expugnes in te: sed habes quem invoces, ut pugnantem adiuvet te, & vincentem coronet te.* Huius inimici sagittæ, magis acutæ, quia blandæ, & quia abundant virtute non aliundè, nisi ex nostra potestate, nihil veneni cogitante periculi nescientiâ, quousque voluntas perpetitur vulnerata delicijs specie blandulis, tectis arte supplantationis decipulis.

August.

Quare?

Caro inimicus acerior in tre animę hostes

Gregor.

*Exitiosa caro mundi labentis amica,*
*Cœlesti ac vitæ prælia dura movens.*
*Hostis amica caro, blandissima pugna, bonumque*
*Infidum, vetitos semper edensque cibos.*
*Cœnum, massa gravis plumbi, limosa catena*
*Bellua pugnaci prodita materiâ.*

Canit Gregorius Nazianzen. *Carm.* 18. *Advers. carn.* Videris Bernardum de *Cognition. human. condition.* cap. 12. & 13. Illam fovemus, ut illi cedamus, blandientes hostibus, ut mollis suffocemur voluptatibus; quin præsentiamus quamlibet indulgentiam, esse indulgenti sagittam. Habemus in nobis contra quod pugnemus, quod expugnemus, & vincentes triumphum reportemus gloriosum; quippe illustrior victoria est vincere semetipsum; siquidem insigne omninò sagittas ferre, & ferendo frangere. Magna sanè pugna, quippe fragilis conditio: verùm adiuvantem panem habemus pro victoria in Sacramento.

13 In exemplari dato Moysi pro structura Tabernaculi, exponitur altare holocaustorum, in quo cinis videbatur speciositas pinguium victimarum. Non ex auro construitur, neque ex æreis laminis speculatibus, nisi forinsecùs, intrinsecùs autem licèt nobili, dumtaxàt tigno formatur. *Facies* (dicitur ei) *altare ex lignis Setim.* Setim spina alba dicitur. Caveat qui ad altare albedine inconsultò ducitur, ne pungatur. Ni spinas arbitreris, conditionem & stimulos

Setim alba spina

Exod. 27. 1.

Nulla, ni omnia.



Cum Eucharistia inania dæmonia.

Mortificatio carnis caro hæc bitatuli Domini.

carnis, quæ quidem ita felix ictibus mortificationis; ut in illa cuius in spinas naturalis propensio, fiat habitaculum Domino.

Lipomi

14 De lignis ergo Setim fit altare holocaustorum. Difficile videtur huiusmodi fabrefactum, in quo perpetuò vigebat incendium: quare aliquibus placuit tigna esse inclusa, seu clausa inter laminas æreas, ne consumerentur per urentes flammas. Lipomanus verò in *Catem.* asserit, exteriùs ornari laminis, interiùs nuda esse tigna, per miraculum ab igne servata. Sit. Cæterùm unde spectabile miraculum ut combustibile ab igne conservaretur illæsum? An quia lignum Setim, Amianto lapidi simile: igne non læditur, sed flammis purificatur? Esset utique novum, verùm nequaquàm prodigium: unde ergo prodigium, quòd ligna huius altaris essent illæsa, quasi ibi non esset flamma? Quotidiè agnus immolabatur manè, & vespere, ex quo sacrificium iuge. Huiusmodi miraculum non à ligno, sed ab agno, typo Sacramenti altaris, ubi agnus Christus igne torretur amoris. Quid faciet veritas in affectionibus, ubi umbra ita in lignis operabatur inanibus? Magnum utique: igitur intemeratum in altari conservabatur combustibile, quasi tabulæ essent non ex ligno, sed ex ære.

Setim lignum in combustibile.

Unde?

15 Facilis allegoria: Agnus significabat Christum Dominum in altari pectoris hominis, cius amore flagrantis. Tabulæ sunt fragilitas carnis indomitæ: ignis voracitas & insaturitas, potiùs insatiabilitas luxuriæ. Altare holocaustorum est in transitu ad Sancta Sanctorum: symbolum gloriæ, quo tendimus peregrini. Ne perveniamus, nec in finem optatum properemus, quas non compedes iniiciunt propensiones carnis? Etiam viam fepiunt acutissimis spinis, ut vel dolore refiliant vulnere pedes. Ignis sensibilium retinaculum est appetitum rationalium, atque virtutum incendium, eò ardentius, quo resistentiâ vel in intimis occultius, & flamma proxima cum fragilitate summa. Plures per globos flammarum transeunt, & ab igne non læduntur. Ibi flamma exardescit, & in carne. Quid? Reservatur combustibile? Sanè. Accipit ab agno charitate tosto superiores flammas: & inter carnis flammas, rutilat victrix fragilitas.

Hoc sacramento vel inter luxuriæ flammas, vel. Brix est carnis fragilitas.

16 Ligna dicuntur & simul lapides, vel ædinstar Amianti, lapides ligna. Clarescit debilitas conditionis nostræ, & unà virtus agni cœlestis, qui quotidiè immolatur, ut debile conforteture. Fragilitas in conditione ligni, præstantia datæ virtutis in lapide: igitur vel habentes ignem affectionum pro-

Nec hoc bet sacramentum pro animâ sibi ad affectionum.

xi-

ximum, conscientiæ nec habent fumum. Lignum, & Lapis Amiantus: igitur anima, dum qui à carne egreditur ignis, inclusam premit, purior evadit. Lapis & lignum, combustibile, sed incombustum: quandoquidem Sacramenti virtute, conscientiæ conservantur illæsæ, quasi intra claustra cordis, non esset fornax flagrans voracis ignis. Lapis & lignum, sed omninò illæsum, quasi incendium formaretur in lapidibus, & nequaquàm in tabullis cordis conditione carnalibus: igitur pro fragilitatis excidio per affectionum incendium, ignis extinguitur inurentium affectionum, quasi essent pectora saxa, & non tigna affectu corruptibilia.

17 Denique: propter mundi & diaboli incursus, laminis æris ornatur altare, sed forinsecùs, ne noceant (species sensibiles exteriores advenientes, & embolio volupratum focum augeant, dum sopire volunt. Quoad intra fragilitas est constitutio, vel cordis altare constat ex carne & ex sanguine, fomitibus ignis affectus ardentis, & æstus indeclinabilis; cùm difficile sit ignem stare, & flando extinguere. Hæc materia, scilicet tigna conditionis fragilia, & ex Adamo corrupta. Ideo lædituri? Neutiquam. Non habent proximam, imò intimam flammam? Habet, cæterùm flamma non nocet: igitur cùm in cuncta adversa, tam externa, quàm interna, sit protectio in Eucharistia; vel tabulæ ab igne proximo illæsæ servantur: ut Eucharistiæ effectus in humana fragilitate comprobentur: siquidem agno immaculato, animæ cœlesti cibo, in fragilitate hominis, contra stimulos igniferos carnis, rutilat virtus validissima adamantis, atque fortitudo solidissimi æris. Esu balsami vipera noa virulenta; quippe licèt habeat venenum, nequaquàm noxium. Ita enim vipera caro, dum animæ ex Eucharistia fit pastus, perdit ob pabula vitus. Quicquid mortiferum anima incuriosè per sensus biberit, non nocebit: igitur ob pabula balsami, nulla virtus æst veneni; sopiente Sacramento activitatem ignis, quin succumbat anima nec veneno, nec telis: quippe licèt cuncta adversa, & inimicorum adolescat furor,

Virgil. *Omnia vincit amor.*

*Hæc Sacramenta pro fragilitate corporis introducitur solliditas adamantis.*

*Vipera esu balsami non nocua.*

## DIDASCALIA VI.

### *Panis Eucharisticus est panis singularis intellectus.*

1 ITÀ ex Ecclesiastico designat N. Gregorius Homil. 15. in *Evang.* Longè à cibo intellectus videtur Eucharisticus panis, cùm ergà illum ut intelligat homo, crebra patiatur deliquia rationis.

Gregor. Magn.

*Quod non capis, quod non vides.*

Canit D. Thomas *Opuscul.* 57. Quo ergo ingenio dicitur panis intelligentiæ, quem ratio non comprehendit, sacer panis Eucharistiæ? Intellectus ad se trahit, quicquid intelligit. Cibus corporis convertitur in substantiam comedentis; cibus mentis convertit in propriam intellectam substantiam: & Eucharisticus cibus dicitur panis & panis singularis intellectus; quippe Christus medijs speciebus sacri panis, in se transformat comedentes homines. *Fac cibos, ut comedam:* dixit isaïc Esau. Si esca exponitur, ad quid? Est cibus qui non in substantiam aliti? Utique. Christus in Sacramento Eucharistiæ: siquidem adinstar hami capitur ut capiat, & suscipientem suscipiat. Cibi dicuntur ab isaïc, ut comedantur. Cibi erant corporis. Eucharisticus panis est cibus mentis; quoniam quem capientem capit, in se mirabiliter convertit.

D.Tho. *Christus in se convertit comunicantes.*

Genes. 27.7. *Cur ad instar hami*

2 *Caro mea verè est cibus*: dixit Largitor immortalitatis turbis incredulis. Grave omninò argumentum continet testimonium. In Eucharistia sub specie panis exponitur eius caro, sed nescitur unde caro cibus, & unde verus. Non cibus suapte natura accidentia sine propria substantia, uti sunt in Eucharistia; igitur si cibus convertitur in substantiam aliti nutritione, substantia non alitur accidenti, nec potest dirigi in escam, quippe non habet substantiam. Deinde: quod manducatur, in manducantem convertitur. Substantia corporis Christi non convertitur in suscipientem. Qua ergo lege caro eius erit cibus, & cibus verus? Quippe est singularis cibus potiùs alimentum mentis, quàm esca corporis, licèt necessaria corporalis sumptio, ut anima fruatur intellectus alimento. In hoc illustri convivio non offenditur in escam absolutè caro, sed eius caro exhiberur in escam, *Caro mea*: dicit. In cibis corporis, substantia cibi convertitur in substantiam aliti, quod proprietas nutritionis

Ioan. 6. 55.

*Differimen inter panē Manna, & corpus Christi.*

*Caro Christi in Eucharistia cibus singularis.*



nis, & escæ communis. Hic Christus tradit semetipsum in singulare alimentum: & quia singulare (dum pascens convertit in se commune) ut exhibeant effectus veram escam; manducantem convertit in alimenti substantiam.

Vers. 58

3 Astruit illicò huiusmodi proprietatem, igitur subdit: *Hic est panis qui de cœlo descendit. Non sicut manducaverunt Patres vestri Manna.* Hic panis non est cibus, sicut cibus fuit Manna, quod vestri manducarunt patres, quousque ad terram pervenirent promissionis. Nulla in tot umbris veteris legis fuliit ampliùs, quàm Manna cibus. Nocte decidebat, quod statum fidei designat. Post transitum maris datum, quia panis vetè cœlestis conceditur post baptismum. Quotidiè concedebatur in escam, & nobis panis quotidianus supersubstantialis dispensatur in vitam. Non pluebant nubes in Sabbato; quia cessabit Sacramentum, cùm venerit beatitudo. Æqualis mensura cunctis, siquidem idem, estò species sacramentales sint maiores, vel minores. Sic alia de quibus *Didasc. seq.* à num. 5. Si ergo inter umbram & veritatem, inter figuram & formam est adæquata proportio, quare reijcitur à Salvatore tam apta similitudo, ut non sicut manducaverunt patres illorum Manna, caro Christi in cibum sit? Differentiam substantiæ demonstratur in modo. Panis Manna datus fuit ad vescendum: panis Christi etiam ad manducandum. Uterque hominibus alimentum, sed habuerunt ex sumptione diversum modum. Panis ille erat corporis, hic mentis. Panis mentis convertit hominem in se. Panis corporis non sic, quia convertitur in substantiam comedentis, per insitam facultatem nutritionis: & longè patet Manna præstantissimus cibus, à præstantia contenti sub sacramentalibus speciebus; siquidem ille etsi cœlestis panis convertebatur in mortalem hominem, & hoc pane homo mortalis convertitur in cœlestem.

*Manna cur figura perspicuior Sacramenti Eucharistiæ*

4 Quod in Hercule, & Triptolemo à Poëtis fictum, in suscipientibus Eucharistiam relucet verum: unde D. Thomas ubi supr. infit: *Dei Filius sua divinitatis volens nos esse participes, naturam nostram assumpsit, ut homines deos faceret factus homo.* Erant enim illi uti ex semine mortali nati, miseri homines, sed lacte Dearum fa ti mortales cœlestes; igitur Triptolemus ubera suxit Cereris, Hercules verò Iunonis. Vide Natalem Comitem in *Mytholog.* lib. 2. cap. 4. & lib. 5. cap. 14. Ceres dicitur Panis, Iuno Amor: & patet verum, quod fictum; igitur pane Eucharistiço, amore qui mortalis immortalis præstat homo. Ideo dicitur *Panis supersubstantialis*: ideò, super omnem substantiam; cùm quælibet pasta convertatur in alitum, & hac uti novà, quicumque vescitur, convertatur in cibum. Perpende. *Panem nostrum da nobis.* Quomodò petimus dari nobis, si nostrum! Vel quomodò nostrum, si gratis conceditur nobis? Quia supersubstantialis est. Supersubstantialitate nos iungit sibi, mirabili unione: diciturque noster, cùm noster non sit, quia nos convertit in se. Nobis datur eius caro sub specie panis; & dum datur Christus nobis, panem iurè dicimus nostrum, quia convertimur in Christum.

D.Tho.

*Unde homines fiāt cœlestes*

Matth. 6. 11.

*Propriè carne Christi.*

5 *Non sicut manducaverunt Manna.* Quare ergo? Quia *mortui sunt.* Panis qui convertitur in alitum, corrumpitur: mors ex corruptione generatur. Ita Manna. Panis cœlestis non sic: quippequàm cùm illo pastos transformet amore in se; expellit uti supersubstantialis alimenti conditionem, conferens mortalibus immortalitatis beatitudinem. *Non sicut manducaverunt Manna, & mortui sunt.* Mortui sunt, quippe Manna panis non vivus, tametsi cœlestis. Panis Christi *panis vivus* & vitalis. Panis sine vita transformatur in comedentis substantiam, comedens autem non transmutatur in escam: & hunc panem non comedent Catholici, sicut Manna comederunt patres vestri; quippequàm uti panis vitalis, in se dignè transformabit comedentes.

Ioannis ubi supr.

*Confert immortalitatem mortalibus.*

Vers. 58

*Cibus vitalis est.*

6 Sacramentum amoris extollitur meritò huiusmodi Sacramentum, quo ignis cœlestis mittitur in terram cordium. Aptè insignia amoris ignis, ut notetur in Sacramento effectus singularis panis vitalis. Viva flamma in Eucharistia rutilat, & singularem cibum amor Christi accedentibus demonstrat: exponiturque stemma voracis ignis in Sacramento amoris; quoniam amor in flammas trahit alitum pane cor, sicut ignis obvia quæque cuncta convertit in se. De altari sumitur ignitus calculus, dum sumitur cibus: cibus est ignis vel intima particula cordis: igitur si ignis cuncta transformat in substantiam propriam; ignis panis altaris corda convertit in flammam.

*Cur huiusmodi Sacramentum dicitur amoris*

*Cur cuncta fertur ignis*

7 Sacramentum est amoris, & non dicitur panis voluntatis, sed singularis *panis intellectus*, ut sit specialissimus cibus. Amor effectus est voluntatis, in Sacramento divitiæ effunduntur amoris. Quare igitur ubi charitatis dona, ubi dilectionis signa, non dicitur panis voluntatis, sed cibus intellectionis? Non esset ita eximius, si esset panis intellectus, cùm astruat exigua, quæcumque hu-

Eccli. 15. 3.

*Convertit in se manducantium corda.*

humana comprehendit intelligentia, sintque maiores voluntatis vires, liquidem vel incomprehensibilia comprehendit votis. Quomodò ergo aptiùs & vividiùs intellectus exprimit, quàm voluntas operatione describit? A Philosopho definiuntur intellectus & voluntatis operationes, ex eo quòd obiecta in se convertit intellectus, & voluntas convertitur in obiecta. Voluntas fertur amatis, intellectus non fertur intellectis: & huiusmodi singularis panis non dicitur voluntatis, sed intellectionis; igitur activâ igniferâ flammâ in se convertit comedentium corda.

Ioann. ubi supr. Psalm. 77.24. Sapien. 16.22.

8 Ecce discrimen inter Manna & Eucharisticum panem. *Non sicut manducaverunt patres vestri Manna. Hic est panis qui de cœlo descendit.* Etiam ille. *Panem cœli dedit eis*: canit David. Unde igitur panis hic non erit sicut Manna? Manna deterviebat voluntati. Panis hic intellectioni. Uti panis voluntatis, *ad quod quisque volebat convertebatur*; & licèt omne delectamentum habuerit, cum huiusmodi cibo nihil æstimabile habet. Æstimabile, uti novum, quòd comedentes convertantur in cibum. Hunc effectum nanciscitur panis hic: haudquaquàm convertitur, sicut conversum Manna: igitur non voluntatis, sed panis intellectionis, in se transformat de cibo communicantes. *Non sicut Manna.* O summi amoris flamma! Persæpe procedis ultrà. Substantiâ tuâ dulcedinem tuam, quam in filios habes ostendisti, igitur substantia tua, sine propria substantia adest in Eucharistico pane: qui quidem non sicut Manna, voluntatis cibus; sed sicut panis singularis intellectus, hominum animas accedentium ad mensam, mutas in propriam substantiam.

*Ut substantiam alienam in propriam.*

*O quoties anima vitiorum peste repulsâ,*

Prudent *Sensimus incaluisse Deo:——*

*Atque ubi peccatum regnaverat, aurea templi*
*Atria constituens, texit spectamine morum*
*Ornamenta animæ:*

Succinit Prudentius in *Psychmoach.* v. 968. Ergo anima satagat, ut plena Deo scintillis incalescat.

Ubi supr. Nett. 52

9 *Non sicut manducaverunt patres vestri Manna.* Quare non? Quia *non Moyses dedit vobis panem de cœlo, sed Pater meus dat vobis panem de cœlo verum.* Manna non erat verus panis? Erat. Non dicitur hic verus, quia ille falsus, sed quia suavior hic & nobilior. Unde de Cerere canit Ovidius lib. 4. *Fastor.*

Ovid. *Prima Ceres homine ad meliora alimenta*
*vocato,*
*Mutavit glandes utiliore cibo.*

Panis verè singularis est, qui dat homini vitam, quam habet; non qui accipit vitam ab homine. Manna nequaquàm conferebat vitam, sed dumtaxàt conservabat. Veritas panis cœlestis stat in conditione largiendæ vitalitatis: & huiusmodi alimentum dicitur iure verum, quoniam homines pasti per illud vivunt.

*Est panis verus.*

10 *Qui manducat me, ipse vivet propter me*: dixit in eodem sermone Assertor. Nemo manducat, quin vivat: quomodò igitur vivet per quod manducat? Vel homo accedit, ut ab illo sumatur cibus, vivus, vel mortuus? Hoc est, vel dignè, vel indigne: dignè in gratia, animæ vita, indigne culpâ, qua moritur anima. Si accedit mortuus, à Sacramento non accipit vitam. Si accedit vivus, iam habet vitam per gratiam. Quo igitur pacto per Christum in pane sacro Eucharistico, vivet verè, qui susceperit homo? Quippe huiusmodi cibus in se vescentem convertit: & non vivit vivens homo, quia eius vita abscondita latet cum Christo in Deo. Hic panis subtrahit ab homine, ut vivat vitâ, quam habet: & vivit vivens propter panem vivum; quippe in Christum homo conversus per alimentum.

Vers. 57

*Per Eucharistia alimentum, homo transformatur in Christum.*

11 Exemplum huius effectus patet in furculo, qui vivit, sed non vivit propter se.

Prudent *Sed lignum vivum est, viridi quod stirpe recisum,*
*Quamvis nullus alat terreni cespitis humor.*

Ita canit Prudentius ubi dudùm v. 947. Strictim tango materiam, de qua latiùs alibi agam. *O Sacramentum pietatis, ò signum unitatis, ò vinculum charitatis! Qui vult vivere* (inquit Augustinus tract. 26. in *Ioan.*) *habet, ubi vivat; habet, unde vivat, accedat, incorporetur, ut vivificetur.* Quid hoc? Incorporetur? Uniatur. Nullo modo. Per illhoc Sacramentum fit susceptri & suscipientis incorporatio. Si unio dumtaxàt, esset vinculum voluntatis cum iniuria summi amotis, qui non satagit de unione, sed de unitate. Per incorporationem, qui duo non duo; igitur non duplex, sed una vita in suscipienti & suscepto: & Augustinus meditanter non dicit, quòd suscipiens uniatur, sed incorporetur; quia per venerabile augustum Sacramentum, qui discreti iam sunt unum: & si unum uterque fit; cùm non sit aliud quàm ille, qui vivit nequaquàm vivit per se.

August.

*Nulla distinctio inter Christum & Paulum, dū in Paulo Christi vita.*

*Amat summus non tam querit unient, quā unitatem.*

12 *Unus panis, & unum corpus multi sumus*: dixit Paulus. Utitur sæpe inauditis periodis Doctor Gentium, opprimentibus in disquisitionem ingenia hominum. Unitas non potest dividi, quippe divisio excludit unitatem, multitudo solummodò potest obtinere unionem. Quo ergo pacto ubi multos demonstrat, in multis non unionem, sed unitatem designat? Omnes participant de uno pane in Sacramento altaris, in se convertente comedentes: & pro unione aptè dicit unitatem, quippe hoc pane nanciscuntur cum Christo incorporationem. Non sunt uti corpora heterogenea, quæ unionem tantùm admittunt; sed homogenea, quæ eum alijs unum faciunt: & Paulus dicit ex multis unum corpus, ubi cœlestis proponitur cibus; siquidem mirabili cibativo Sacramento inter Christum & homines nulla distinctio. In uno corpore non est duplex vita, igitur non duplex forma. Vitam collatam per Eucharistiam conatur indicere Paulus: & ex multis iurè dicit unum corpus; quia cùm diversa idem Sacramento sint, qui vivunt cœlesti vitâ, minimè vivunt per se.

1. Cor. 10. 17.

*Homines pane cœlico incorporantur cum Christo.*

13 Probat in se Paulus unde vivit, & ubi vivit. *Vivo autem iam non ego.* An quia mortuus mundo? An quia per pœnitentiam ipse & alius? Diximus *Tautolog.* 1. *Didasc.* 7. num. 10. Ipse est, qui vivit, cùm non vivat ipse. Quomodò non vivit & vivit? Cur non vivit, si vitam habet? Quia licèt habeat in se vitalitatis formam, per se nullam habet vitam. *Vivit* (subdit) *in me Christus.* Vivat: verùm si in homine nequit esse duplex forma, quo ingenio non propria, sed aliena vivit vitâ? Non est aliena. Non unitur: cum Christo, qui in illo vivit, incorporatur. Vitam habet, sed vitâ, quam habet, minimè vivit; igitur licèt in se vita sit, dum in illo Christus vivit, neutiquàm vivit per se. Vivit ipse, verùm non ipse qui vivit. Si ipse Paulus, ubi in illo iucundè vivebat Christus, esset unio per amoris flammas, attamen per amorem non esset unitas. Esset summa connexio, nequaquàm incorporatio: & licèt sit ipse Paulus, Christo in illo vivente non est ipse; quippequàm cùm amore iam sine unum, nulla est distinctio inter Christum & Paulum.

Galat. 2. 20.

*Quomodò sacramento vivit homo & non vivit homo?*

*Nulla distinctio inter Christum & Paulum.*

14 Hæc insignis vita in Sacramento proponitur. *Qui manducat me, ipse vivet propter me.* Ecce signum unitatis. *Ipse.* Si propter Christum, qui manducat vivit; iam non ipse: & dicitur ipse qui manducat, & quòd ipse non vivat; ut effectus eximius huius Sacramenti pateat: siquidem qui alius, iam non alius per panem cœlestem, quia cum Christo nanciscitur miram incorporationem. Mutatur vita in excellentiorem vitam per cœlestem immutantem escam. Ipse qui vivebat vivit, sed aliter, quasi non esset ipse qui vivebat, cùm vivat radice gratiæ, quæ vita vitæ, & superiori modo latens in hoc Sacramento. Unde ipse & non ipse sacro pane, quo iam non vivit per se; igitur ex duobus vitis dumtaxàt unica sit. Consortes efficimur divinæ naturæ, huius panis communione. *Parvula benedictio totum hominem in se ipsum attrahit, & gratia replet* (ait Cyrillus Alexandr. lib. 4. in *Ioann.* cap. 17.) *si peccando indignus es & peccare non desinis, expers omninò eris vivifica huius sanctificationis.* Accedamus igitur sine obice, ut vivificemur pane. Incorporemur Sacramento unitatis, vinculo amoris, studentes animæ ornamentis; quibus, ut canit ubi suprà Prudentius v. 982.

Ioann. ubi sup.

*Amat summus non tam querit unient, quā unitatem.*

——— *Obiectata decore*
*Æternum solio dives Sapientia regnet.*

*Homo gaudet huiusmodi esca excellentiore vita*

Cyr. Alexand.



## DIDASCALIA VII.

### *Eucharistia schola nova est amoris.*

1 PAnis intellectus est, & nova schola, quia in illa amittitur intellectus. *Ibi me docebis*: clamabat Sponsa. Quid? *Inebriationem*: subdit Ghislerius. Singularis planè schola, ubi traditur doctrina, quando deest intelligentia. *Ibi me docebis*, & non alibi; quippe sine facultate mentis lumen resulget intellectionis, atque sine cognitione litteraturæ, introit anima in potentias Domini, à quo instituta nova schola, & singularia principia, quibus ratio intellecta non videt, & quæ videt non intelligit. Retorqueatur Ethnicus lib. 5. *Trist. Eleg.* 12.

Cant. 1. Ghisler. *Hic homo intellecta non videt, & quæ videt non intelligit.*

*Fracta cadet tanta sapientia mole ruinæ.*

Ovid.

*Plus valet humanis viribus amor Dei.*

Igitur ut annuncient homines studia eius, ultra principia cognita, in tidei principia,

*Sub diversis speciebus,*
*Signis tantùm & non rebus,*
*Latent res eximiæ.*

D. Tho

2 Mos pridem inolevit tam apud Sacros, quàm apud Profanos, ænigmata inter convivia proponere, ut etiam cibus ministraretur menti, dum indulgebatur corpori. Patet in Sacris *Iudic.* 14. 12. 3. Esdr. 3. à num. 10. & apud Ambrosium *Epist.* 70. Apud Profanos magna seges. Macrob. lib. 7. *Saturnal.* cap. 1. Plinius *lib.* 3. *Epist.* 12. Lampridius in *Alexand. Sever.* Athen. lib. 10. *Dipnosoph.* cap. 17. Aul. Gellius lib. 18. *Noct. Atticar.* cap. 2. Plutarch. lib. 1. *Sympos.* cap. 1. Cæl. Rhodigin. lib. 15. *Antiq. lect.*

*Olim in convivijs ænigmata proposita.*

cap. 4. Lil. Gregor. Girald. Libell. de *Ænigmatib.* & Pint. Remirez in *Spitileg.* tract. 1. cap. 14. Videmus nunc per speculum in ænigmate, dum caro & sanguis Christi sunt sub panis & vini specie. Accipientes Manna, dixerunt ad invicem: *Quid est hoc?* Quid hoc? aptius possumus dicere. Videmus nunc per speculum in ænigmate. Vinum, panis, nec panis nec vinum: Sanguis sub specie vini: Caro sub specie panis, quia sit in speciebus substantia panis & vini. Quid est hoc? Accidens sine propria substantia, substantia sub specie peregrina, sine subiecto connaturali accidentia, esse ibi substantiam & non esse, sensus falli, oculos cæcè per fidem videre, cognitionem contra cognitionem adspici, & misteria invisibiliter aspici; quomodò possunt hæc fieri? Gryphus est, ac labyrinthus, in quo error sentium, cognitionis denotans rectitudinem, intellectum perspicuiorem pro obsequio Christi redigit in captivitatem: igitur dum Sacramentum explicat, implicati & quæ cogitat non cogitat. Quid hoc? Totum in nova schola ænigmaticum, quod intelligitur abunde non intellectum.

Exod. 16. 15.

*Eucharistia Sacramentum ænigmaticè.*

Ovid. *Omnia deficiunt, animus tamen omnia vincit, Ille etiam vires corpus habere facit.*

Discat Gentilis ex Ethnico lib. 2. de *Pont.* Elog. 7. & ex Manil. lib. 1. *Astronom.* cap. 1. v. 35. & lib. 4. cap. 5. v. 66.

Manil. —— *Venerandâ*
*Non species tantùm, sed & ipsa potentia rerum.*
*Materia ne quære modum, sed perspice vires,*
*Quas ratio, non pondus habet. Ratio omnia vincit.*

Idem. *Ne dubites homini divinos credere visus.*
*Iam facit ipse Deos, mittitque ad sidera Numen.*

Quid pro beneficio rependendo ius sit facere, etiam dicit ibid. cap. 1. v. 406.

*Quid cœlo debimus? Quàtum est, quod veneat omne,*
*Impendendus homo est, Deus esse ut possit in ipso.*

3 Etiam apud Profanos obumbratum hoc prodigium. Ardebat Cererem flagrantissimè Neptunus in unionem reciprocam animarum, timans occasionem ut sibi raperet: at cùm aliquando obtineret, corpus avolavit, & peplum quo amicichatur in manu Amalij reliquit. Videlis Silvestrum à Petra-Sancta de *Symbol. heroïs.* lib. 9. cap. 5. Quid prospicientibus umbram, expressius atque ingenuius in hanc causam? Ceres significat, uti vidimus, panem: ideo pro rosis, coronata spicis, uti asserit Vincentius Chartarius in *Imagin. Matre*, fol. 252. causaque describitur ab Ovidio ubi sup.

*Peplum ex Cerere quid significet.*

Petr. Sanct.

*Prima dedit fruges, alimentaque mitia terris.*

Ovid.

Sacramentum est amoris huiusmodi Sacramentum, ad trahendos homines institutum. In pane Dilectus reliquit philtrum: trahimur, sed abest à pane panis, studio & ingenio amoris: habemusque Deum absconditum, sub velamine tantùm accidentium. Longè aliter in Eucharistiæ mysterio, quod in Cereris raptu. In signum amoris Ceres corpus subtraxit, & dumtaxat illius velamen reliquit. Ultra cogitationes hominum, ergo hos procedit divini amoris studium: igitur ut eos alliciat trahat hoccine artificio Christus, sub velo accidentium ipsius manet sacratissimum corpus. Ceres erat in terra, & evolavit in cœlum, Numinum thronum: Christus verò ut reficiatur specibus sacris homo, gratis descendit de cœlo. Haud hic signum reliquit sicut in alijs sacramentis: hic manet & permanet pro eximia demonstratione charitatis: novo ingenio in schola amoris nova, & novo modo, quippe accidentia ibi sine subiecto subsistunt.

*Quantâ studium amoris Christi erga homines in hoc Sacramento sit.*

*Accidentia sine subiecto subsistunt.*

4 Datur Manna filijs Israël & in Sanctuarium reponitur illo replerum gomor, ut noscerent qui post eos, qualis in solitudine majorum cibus. *Imple gomor ex eo, & custodiatur in futuras retrò generationes, & noverint panem, quo alui vos in solitudine.* Patet signum miraculi incorruptionis formarum sacrarum aliquarum, quæ retrò seculis conservantur in Ecclesijs Catholicorum: igitur in Sanctuarij urna incorruptum Manna perseverabat, quod postridiè quàm collectum putrescebat. Occurrit ergo discutiendum, quo pacto Hebræi futuri agnituri qualitatem cibi, dum Manna erat in urna occulta Sanctuarij? Numquàm legitur, aliquos posterorum degustasse Manna: quo ergo sensu cognoscendum qualis sit, ut per eius innatam dulcedinem, noverint missum à Domino panem? A Patribus audiunt, verum Manna nec vident, nec edunt: & cognoscunt? Utique. *Omnes* (ait Paulus) *eandem escam spiritalem manducaverunt.* Non de cibo corporis in corporis cibo est cogitatio, sed in illo, de cibo spiritali vitam concessurò mundo: & non gustantes nec videntes agnoscunt qualis sit cibus; quia panis cœlestis non cognoscitur per sensus. Audierunt tantùm, non viderunt, nec gustarunt: & tunc cognoverunt Angelorum panem; quoniam minimè cognoscitur nisi per fidem. Panis est, & panis non est. Sunt panis accidentia, sed non substantia: igitur ibi non est connaturale subiectum, sed alia substantia sub specierum velo sacramentalium.

Exod. 16. 32.

*Incorruptionis prodigia sacrarū formarū.*

1. Cor. 10. 3.

*Cœlestis cibus non cognoscitur per sensus.*

Ori-



Numer. 11. 6.

5 Oritur nobis nobilitas cibi, ex quo originem habuit fastidium populi. *Anima nostra arida est: nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi Man:* escas Angelicas pertæsi dixerunt. O fatui! Isthæc profectò felicitas cibi, ut sit quicquid volueritis, & nihil aliud præter Man intueantur oculi. Aliud sanè est quod videtur, & aliud quo anima fruitur: quippequàm summum prodigium, quòd esset aliud. Manna panis erat, sed alius sapor desideratus erat in pane, cùm haberet pro lubito quicquid cupiebat animus oblectamenti: & ex quo illorum tædium, ratilat spectabile miraculum; quia omnimodæ abundantia dulcedinis, dum videbatur tantùm species panis. *Transtemperabatur, quasi in hoc Manna fuerit typus transubstantiationis panis in corpus Christi:* ait Alapide in *Exod.* 16. 31. & etiam Valentia *tom.* 4. *disp.* 6. *q.* 3. *punct.* 2. §. 4. Alia erat substantia sub panis figura: quæ exponitur pro Sacramenti Eucharistici forma; in quo sub specie & figura panis manet substantia corporis Salvatoris.

*Typus transubstantiationis in Manna.* Alap.

Numer. 11. 5.

6 *Naufeat anima* (sæpe querelam geminant) *super cibo isto levissimo.* Cur inquires, Manna cibus vocatur levissimus? Reijce nænias Rab. Salomonis dicentis, quòd super Hebræos irruit formido, ne putrescceret in stomacho. Aliqui dixerunt, quia licèt vigeret omni ciborum excogitabilium dulcedine; non gaudebat ciborum accidentibus, sed tantùm accidentibus Manna, scilicèt colore, formâ, & figurâ. Unde anima illorum in ipsis tabescens pertædebat, eò quòd non esset idem quod specie repræsentabat. Hæc sanè stoliditas: quandoquidem insignis esca, qua sub ijsdem accidentibus, aliorum latet substantia. Alij arbitrantur futilitatem, ex eo quòd immutatâ substantiâ permanerent talis substantiæ accidentia: sapor enim alius aliam substantiam sequitur, siquidem per subiectum accidens individuatur. Modus præscriptus non cibi, sed illorum indicat futilitatem; quippequàm dumtaxat ducebantur per speciem. Longè ab huiusmodi futilitate panis sacer Eucharistiæ. Ibi immutabatur accidentia, & persistebat substantia: hic mirabilis panis, & vini immutatur substantia, & permanent accidentia.

*Insignis esca qua sub eisdem accidentibus alia substantia.*

*In Manna mutatis accidentibus persistebat substantia: in Eucharistia immutatur substantia, & permanent accidentia.*

7 Lorinus denique in *Numer.* 11. 7. & Villalpand. tom. 3. in *Appar. Urbis & templi*, part. 2. lib. 3. cap. 13. asseruunt Manna intùs omninò vacuum fuisse: dictumque escam levissimam, quasi nullam haberet intùs substantiam. Expressius signum est Manna, huiusmodi proprietate, miraculi, quod amantes colimus in Sacramento Eucharistiæ: igitur panis ita vacuus, vel dum videtur species; ut ibi corpore Christi nulla sit substantia panis. Panis est vacuus & panis solidissimus. Solidissimus, quia in accidentibus panis, est corporis Christi substantia: & simul vacuus, quia panis dumtaxat remanent accidentia, ut pateat in schola amoris novo miraculo, quòd quæ sine subiecto non sunt, subsistant sine subiecto. Non esset Sacramentum ænigma amoris, ni in Eucharistia esset, & non esset panis. Naturaliter accidentia subsistunt in subiecto, quippe sine subiecto non subsistunt: verùm in hac nova charitatis schola, sine subiecto permanent accidentia; ut clareat per insigne prodigium, quicquid hic, esse miraculum: siquidem ut amor conferat gratiam, vincit naturam. Amor singularis in schola, haud dictat naturalia principia. Qui sedet in throno, *Ecce nova facit omnia.* Amoris ingenio singulari congruunt singularia. Non esset fidei excessus, ni esset summus: siquidem per eius demonstrationem, cognoscimus magnitudinem, victis impossibilibus amoris miraculo, dum subiecti accidentia existunt sine subiecto. Aliqua dixi hic *Tautolog.* 8. *Didasc.* 5. Videamus alia.

*Manna intùs vacuum.*

*Magnè, ut quæ sine subiecto non sunt, subsistant sine subiecto.*

Apocal. 21. 5.

8 Diem, quo Eucharistia instituta, ut nova vita esset in natura humana, in subsidium hominum æternam sitientium, & cibo novo expectantium, viso Sole Iustitiæ sub velamine accidentium; plaudit Chrysostomus *Homil.* 9. de Resurrect. *Diem panis diem lucis.* Scrutemur diligenter diem lucis, ut cognoscamus panis. Dies lucis fuit dies primus, in quo dixit Deus: *Fiat lux*, & illicò facta est: cuius pulchritudine Dei omnipotentiæ rutilavit speciemen, cùm vel Angeli celebrarent splendoris celitsonem. Quid igitur analogiæ interest inter Eucharistiæ panem & lucem, ut dies lucis denuò fulguret in institutione supersubstantialis panis? Sine subiecto fuisse creatam solam lucis qualitatem, asserunt Theodoretus in qq. super Genes. quæst. 7. Basilius Homil. 6. in *Hexæmer.* & Gregorius Nazianzenus Orat. in *Novam Dominicæ.* Observa modò. Lux accidens est, quæ quidem ut accidens sine subiecto nequit esse, nec existere; & tamen Dei voluntate extitit sine subiecto, sine quo nequibat esse. Iure plaudit Chrysostomus diem panis, uti diem lucis, qua visus editus orbis: siquidem si primo die substitit qualitas decora lucis sine materia; subsistunt in die panis accidentia materiæ sine substantia.

Chrysost.

Genes. 1. 1.

*Lux prima sine subiecto creata.*

*Cur Eucharistia conservetur luci primæ.*

9 Præterea. Lucis qualitatem in subie-

Eto (per quod & in quo exsistit ut sit) à Conditore creari; erat aptari principijs arctis, ac communibus naturæ, & ligari conditioni accidentis, quod per se exigit, non subsistere per se. Sic stare accidens, tamquàm accidens non esset; erat in ipsa constitutione accidentis designare conditionem, contra conditionem accidentis, ac singulari miraculo naturam condere cum naturæ excessu; & denique esse accidens & non esse, quoniam aberat esse, quo constituitur, accidens: & in editione lucis, quasi in signum institutionis Eucharistici panis, & novorum mirabilium, hoc sequentium Sacramentum; ostendit pro specimine operis miraculo singulari, accidens lucis subsistere sine corpore.

*Miraculum insigne, accidens sine subiecto.*

10 Quid ex hac prima luce factum, inquiritur à PP. Plures quos videris apud Bonfrerium, Pererium, & Alapide die quarto Hexaëmeri, autumant, ex illa & corpore Solis factum luminare maius, quod omnia splendore lustrat, lucet decorat, tamquàm oculus orbis, & principium luminis. Haud displicet sententia, qua vivide prospicitur Eucharistia. Lucem esse sine subiecto fuit singulare miraculum. Qualitatem subsistere per se, novum in natura prodigium. Congrua materia, ut subiectum, conferenda erat die quarto lucis pulcherrimæ qualitati; & mysterium latuit in electione subiecti: igitur cùm exigant accidentia in subsistentiam connaturalem substantiam; dum lux, quæ subsistebat per se, postmodum subiectum habuit, miraculum subsistentiæ plus refulsit: quippequam non fuit substantia quam exigebat signanter qualitas lucis, cùm ibi lateret sub velamine corpus pulcherrimum Solis. Vernaculè. *Pidiendo los accidentes correspondiente substancia; consistió la maravilla, en que no fuesse la que pedia el accidente de luz, sino que alli se pusiesse el cuerpo hermoso del Sol.*

*Maius, sub accidenti lucis corpus Solis.*

11 Planè igitur expulsâ difficultate, intelliguntur vel à rudibus verba Chrysostomi. *Diem panis, diem lucis.* Dies in quo per hostiam incruentam in fidei mysterium apparuit Christus; dies est principalis, primus, unusvè quem vidit mundus: non solum quia de tenebris, quæ erant super faciem telluris cordium, immissis à caligine criminum, Deus clemens vocavit nos in admirabile lumen suum; non tantùm, quippe accidentia panis subsistunt per se, sine subiecto connaturali (quod ad esse requirunt) quo constat novum miraculum; sed quia ut ultrà progrediatur prodigium, pro substantia, quam amittunt ipsius subitantiæ accidentia in materia propria, novo studio in schola nova, ac ingenio mirabili, collocatur sub ijsdem speciebus glorioßissimum corpus Solis Iustitiæ, inspecto in radijs panis (tamquàm in die primæ lucis, ubi Eucharistiæ apparuit sacramentum) miraculo summo, compendio miraculorum. Si placuit orbis conditionem lucis, radij illius fulserunt ut catagraphe gratulationum, pro Christi demonstratione, in naturæ humanæ obsequium, dum instituit Sacramentum sphæram amoris & mirabilium: igitur si tunc corpus Solis intra radios lucis visum; nunc corpus Christi inter nubes accidentium micat gloriosum; etiamque amor docens in cathedra nova, dum ibi subsistunt sine corpore accidentia.

*Maximũ, quòd corpus Solis Iustitiæ sit sub nube accidentium panis.*

12 Languit Ezechias in mortem, & insanatum mirabile signum elegit in sanitatem. *Vis* (dicit illi Isaias) *ut ascendat umbra decem lineis, an ut revertatur totidem gradibus*: Rex in sanitatis & integræ valitudinis indicem, ampliorem signavit lucem: & statim Dominus *reduxit umbram per lineas, quibus iam descenderat in horologio Achaz, retrorsum decem gradibus.* A Domino factum est illud, seu nec dum ab AA. definitum, quomodò factum. Pluribus placuit, Solem reversum versùs Orientem sicut tempore Iosue: quare miraculum factum in Sole, & non in umbra indicis, quippe situi gnomon respondebat Solis. Ar. Montan. Vatab. Sáa cum Burgensi arbitrantur non in Sole, sed in umbra factum prodigium: unde hic subdit: *Disposuit Deus miraculosè, quòd Sole incedente cursu suo, absque aliqua variatione, seu retrocessione, radij solares in horologio Achaz tantùm, & non alibi retrocesserunt per decem gradus, & iterum reversi sunt per alios decem*: *nam motus Solis non fuit in aliquo variatus à cursu naturali.* Quapropter cùm Sol naturalem haberet cursum, umbra decem lineis errabat iuxta Solis aspectum & situm. *Hoc maximum signorum omnium* (inquit, subscribens sententiæ Sanctius in *Isaiam* 38. n. 11.) *quæ facta sunt in cœlo.* Quare maximum signum, dum stationem Solis tempore Iosue, & eclipsim irregularem, morte Christi ostendit cœlum? Quia Sol sequebatur cursum cœli; sed non ut erat, horologium ostendebat cursum Solis: etenim diversas lineas index designabat; cùm iuxta Solis cursum indicare horas debuerat. Ecce prodigium & miraculorum maximum. Umbra

4. Reg. 20. 9.

Vers. 11

*Miraculum pro sanitate Ezechiæ factũ solùm in umbra.*

Paul. Burgen.

*Quare hoc maximũ signorum?*

Sanct.



*Miraculum grãde umbra sine corpore.*

bra est accidens quod producitur (ut dixi *Didasc.* 3. à n. 3.) ex luce & interpositione corporis opaci. Naturale est, umbram corpus sequi, quod ex diametro opponitur luci. Discurrere Solem, quin resultaret umbrà ibi, ubi erat diametrum lucis; erat designari umbram sine mediatione corporis: quare cùm umbra sit accidens; prodigium effulsit ingens, ac miraculum insigne, quòd ibi accidens subsisteret sine corpore.

*Et corpus coram luce sint umbra.*

13 Aliter indicabo. Sole suum sequente cursum, & diversam lineam umbrà signante iuxta horologium, quin medium esset corpus indicis inter lineas & splendorem Solis; umbra in horologio sine corpore aspicitur, & corpus gnomonis oppositum Soli sine umbra molis videtur: etenim non erat duplex umbra tunc in lineis, alia naturalis sequens ex diametro Solem; & alia miraculosa, quæ Regis præsignaret valetudinem. Erat index sine umbra comitante, & umbra in horologio sine indice. Ergo huiusmodi ostentum plaudatur iure miraculum maximum: quandoquidem non solùm videtur prodigium accidentis sine corpore, in ostensionem miraculi; sed etiam in indicem vitæ mortalium, corpus sine informatione naturalium accidentium.

*Pro hominis vita.*

14 Clariùs igitur. Aliud lux Solis signabat, & aliud signare iuxta lucis situm in horologio debebat. Corpus indicis ibi erat, quasi non esset corpus, igitur nullam habebat umbram. Umbra erat etiam ibi, sed non ex corpore, quippe non ab indice: & miraculum insigne rutilavit, ex eo quòd umbra, accidens naturale corporis, evanuerit. Hoc magnum, verùm addirum summum: igitur miraculum maximum, quòd ibi esset umbra ex corpore, quin posset designari corpus umbræ. Denique. Prodigium erat, quod ascenderet, vel descenderet Sol, ut nova curricula designarentur in horologio Achaz. Intendit hoc signo cœlum ostendere signorum maximum; & umbram demonstravit, quin corpori responderet: quippe si umbra accidens opaci corporis (& index salutis Regis) quæ nequit per se subsistere, habens ab alio & in alio esse; cuncta tamquàm in maximo miraculorum lucent, cùm accidentia sine subiecto essent sic, quasi subiectum haberent.

*Miraculum summum, quòd umbra ex corpore, quin figuretur corpus umbræ.*

15 Hoccine elogium dirigitur Sacramento altaris tam ab Augustino, Tract. 26. in *Ioann.* quàm à Doctore Angelico *Opusc.* 57. *Miraculorum dicitur ab ipso factorum maximum.* Sol Iustitiæ est, qui habet in pennis salutem, & descendit de cœlo in hominum medicamen. Horologium in quo Solis demonstramur horæ & gratiæ, est augustum Sacramentum Eucharistiæ. Hic tamquàm in cathedra & schola novi amoris, contra communem philosophiam per ænigma novæ docentur charitatis theses: & pro nobiliore doctrinæ & amoris demonstrationis miraculo; decrevit in augusto & maximo Sacramento, suum corpus esse in speciebus accidentium peregrinis, & sine subiecto ac substantia propria subsisterent ibi sacramentales species: umbram esse corporis, sine corpore à quo umbra, & subsistentiam sine subiecti naturalis subsistentia: accidentia esse sic, quasi non essent accidentia (quandoquidem accidentia sunt, verùm subsistunt per se) ut cùm exhiberet in schola singulare principium, etiam demonstraret miraculorum maximum. Hæc facta in nostram salutem, minimè abdicamus medicamen. Monet vel Ethnicus lib. 2. de *Ponto*, Eleg. 8.

*Præsentes aliquid prosit habere Deos.* Ovid.

*Augustin. & D. Th.*

*Eucharistia miraculum maximum, & horologium amoris.*

## DIDASCALIA VIII.

### *Speciosiùs iniuriæ beneficijs vincuntur, quàm mutui odij pertinacia pensantur.*

1 AIt, & multis exemplis astruit Valerius Maximus libr. 4. cap. 2. Amor conciliatur amore.

Valer. Maxim.

*Sume meas, sumam ipse tua mea vita fagittas.*

Oth. Væn.

*Non aliter noster conciliatur amor.*

Succinit ex Philostrato Otho Vænius *Amor.* Emblem. 5. In mutuum amorum conatur flectere corda, ut reconcilietur amicitia: quod quidem felicius obtinetur sagittis amoris, quàm sagittis: siquidem ubi cor telis gratiarum amoris non convertitur, usque ad intima percutitur. Ideo gratia apud Ægyptios, ut refert Pierius Valerianus lib. 55. cap. 8. signata fuit rutilâ rosâ. Rosa ornatur decore speciositatis & spinis. Speciositas delectat, spina fauciat: & rosæ exponitur clarius emblema, dum cordi averso confertur, ut prosit, gratia; quippe ni in amorem suavitate floris ducatur pectus, stimulis spinarum vulnerabitur in vulnus. Unde Oedipus apud Tragicum in *Thebaide* Act. 1. v. 33. ait:

*Rosa symbola gratiarum.*

—— *Recipe supplicium vetus*

Senec. Sem.

*Semper eruente, ſæve, crudelis, ferox*
*Cùm occidis, & cùm parcis.*

*Illuſtrior vindicta à gratia.*

Iurè, igitur ubi cordâ beneficijs non cedunt, occiduntur: & illuſtrior (licèt non ex animo) obtinetur vindicta, dum cogitatur à gratia.

2 Servavit Cinnam à proſcriptione Auguſtus, ſed Cinna adhuc pertinacia ſtetit averſus, & adverſarius; igitur vel tot ornatus gratijs, conſpiravit audax in vitam Cæſaris. Scivit Princeps, & ad ſe vocato, ut refert Dio, crimine perduellionis indulto, placidè dixit: *Vitam tibi Cinna iterùm do: priùs hoſti, nunc inſidiatori, & parricidæ. Ex hodierno die inter nos incipiat amicitia, ac contendamus, utrùm ego meliori fide vitam tibi dederim quàm tu mihi debeas.* Ethnici hoc faciunt, & Catholici refugiunt?

*Dio.*

*Lucret.*

*—— In eo ſpes eſt, unde eſt ardoris origo,*
*Reſtingui quoque poſſe ab eodem corpore flammam,*

*Natura rationalis potiùs flectitur gratijs, quam telis.*

*Quod fieri contrà coràm natura repugnat.*

Longè erant Cæſaris manus ut nequaquàm quieſceret niſi ultus: & volvit iniurias odij ingenio, & maieſtatis arbitrio non delere; ſed beneficijs contra naturam iracentem vincere: quippequàm rationalis natura potiùs flectitur gratijs, quàm potentiſſimis telis maieſtatis & ultionis: igitur tunc cognoſcitur integritatem ſolicitari amicitiæ, & non vindictam offenſæ.

3 Intelliges modò auctoritatem Noſtri legislatoris Benedicti. *Si cui* (ait *Regul. Sanct.* cap. 43.) *offertur aliquid à Priore, & accipere renuerit, hora qua deſideraverit hoc, quod priùs recuſavit, aut aliud omninò non percipiat, uſque ad emendationem congruam.* Quæ culpa huiuſmodi recuſatio gratiæ, ut congrua dilatur emendatione? An frigiditas faciei concedentis ex inurbanitate inferioris reluctantis? Sanè ſufficit, verùm potiùs Patriarcha invehitur in animum, quàm in actum externum. Sæpe uſuvenit, Præſidem ut alliciat ſubditi animum averſum, ex his quæ menſæ miniſtrantur, diſtribuere munuſculum, ut etiam perſpicuè ſciat qui triſtis amaritudine dolotis, illam haud immiſſam niſi à præſcripto legis: nequaquàm à Præſide pœnam illatam, ſed à ſubdito delinquente in defectu præcupitam. Qui ſatuus arbitratur iniuriam quaſi à voluntate Superioris, & non ex tenore legis; averſione vultus minax conatur ulciſci, quam viribus nequit. Superior beneficijs flectere cogitat averſionem: ſubditus verò beneficia recuſat in animi rectitudinem: & Legislator Ss. corripi iubet huiuſmodi recuſationem ex animo; quippe arguit palàm pertinaciam in odio, cùm par ſit, quòd iniuriæ, ſi aliquæ, deponantur; quàm quòd pertinaciter in pectore reſerventur.

*§ Bened.*

*Iniuriæ facilius depenantur, quàm reſervantur.*

4 Aptiùs Didaſcaliæ. Si gratia Præſidis, magni & iurè, à cordato habetur, & palàm conſtat beneficij exhibitionè; cur ſubditus dignatus ſuperioris gloriâ, recuſat accipere beneficia? Quia victum & victum ſe iudicat, dum accipit; vel conſtringitur, ut miniùs iam citò condonet. Si accipit, uritur: odij pertinacia patet, ſi non accipit: & tenax iudicij eligit potiùs uri ab odio, quàm à pectore benefico; quandoquidem ex beneficij flamma intolerabilis pœna. Recuſant in gratia incendium, & tunc magis ac magis uruntur, tendentes ex igne in ignem ob inimicitiæ fomitem; quod totum tunc excuſarent, ſi gratijs pectora cederent: iubetque Patriarcha plecti huiuſmodi amentiam vel ſtultitiam; quippe dumtaxat amentes vel ſtulti poſſunt eligire potiùs uri, quàm flecti. *Pac cibos ut comedam:* dicit Iſaacus filio primogenito. Ad quid *ut comedam*, deſignans eſcam? Ut conſtet effectus gratiæ inter amicitiam & inimicitiam: igitur ſi inimico confertur gratia, convertitur in venena.

*Multi eligunt potiùs uri, quàm flecti.*

*Genes. 27.7. Inimico beneficium, tortura.*

5 *Si eſurierit inimicus tuus* (ait Paulus ex Salomone *Prov.* 25. 21. 22.) *ciba illum: ſi ſitit, potum da illi: hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput eius.* Non amaritudo dignati intenditur à Paulo, ſed ſubſidium inimico. Unde ſæpe inimicitiæ gratijs non ſopiuntur, ſed recrudeſcunt; quippe non ſiunt ut inimicos convertant, ſed ut confundant. Quanto ingenio: Dux Monachorum Pater N. Gloriofus Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 4. *inſtr.* 70. profert: *In Chriſti amore pro inimicis orare!* Non ſolùm pro inimicis orare, ſed in amore Chriſti: oratio pro inimicis eſt demonſtratio dilectionis: igitur habetur ut obſequium, per quos venit exercitium: vetùm in Chriſti amore faciendum; quoniam haud dirigi debet oratio, ut pœnas luant, & per ipſam patientiam mortificentur, ſed tantùm ut convertantur. Apud Sinas uſitatum huiuſmodi tormentum. *Sunt* (refert Ioannes Nieuuhovius in *Legat. Batav. ad Cham.* part. ult. cap. 4.) *qui nudo vertici ignes imponunt, donec cute ad fœdum nidorem aduſtâ eleëmoſynam aſpectantibus excutiant.* Aliter igitur cogitat Paulus, ne eleëmoſynam petat inimicus.

*Rom. 12.20.*

*S. Bened. Pro inimicis in tercedendum, ut convertantur.*

*Sinæ carbones ſuo pectori imponêt*

6 Contemplemur intentum. Si eſurierit inimicus, profectò cibandus; quippe tunc



*Cur beneficium adiuſtat ignis?*

tunc ignis imponitur ſuper caput eius. Beneficium eſt velut ignis. Omnia in ſe elementum convertit: & ſicut ignis ſplendeſcit beneficium, quia in amicitiam compellit averſum animum: igitur gratia ſtudiosè attrahit, quem odium expulit. Ignis urit & beneficium eſt ignis; ſiquidem inimicum gratijs inflammabis in amicitiam, vel inflammabis: convertetur ſi acceperit, & ni acceperit peribit. Haud iuxta ſpem contingit adverſario, dum videt offenſum ſtudere beneficio: & tunc beneficium non beneficium, ſed ignis videtur; quippe qualibet gratiâ hoſtis uſque ad intima uritur. Hiſpan. *Qualquier beneficio le abraſa.* Si iuxta facta reſponderet offenſus, periret ſanè inimicus & dum beneficium confertur, hoſtis intimè cruciatur, eò quòd accipiat à premente miſeriâ ſublevationem, à quo dumtaxat quibat timere cruciamen.

*Quibet gratiâ inimici uritur.*

*Eurip.*

*Auguſt.*

*Ex rebus inſperatis gratia maior.*

Canit Euripides in *Iphigen.* Per ly *Carbones ignis*: Auguſtinus Serm. 103. de *Tempore*, ruborem intelligit, vel verecundiam, quaſi nequeat ſautus hoſtis vultum levare coram benefactore; igitur videt amicum, quem iurè infenſum, ne indulgere gratijs petitum iniurijs. Plerumque offenſa rependitur offensa: & hoſtis facies decidit præ verecundia; eò quòd hoſtis adiuvatur ne pereat, per illum quem uti adverſarium odio perire deſiderat.

*Et verecundatur.*

*Quærit*

*Hipoc.*

7 Ulterius. Iuxta Hippocratem lib. 1. de *Morb.* his qui laborant phreneſi, vel fideratione, ut in mentem redeant, neceſſe eſt, acerram ignitis carbonibus imponi capiti. Amentia eſt vel phreneſis ſoveri odia, quæ aboleri poſſunt per beneficia; & dum ſovetur beneficijs inimicus, carbones ignis imponuntur ſuper caput eius; quippe tunc gratijs recipit intellectum, quem amiſerat per odium: cognoſcitque perſpicue, quàm longe aberat à ratione, perſequi ut adverſarium, quem habet in neceſſitate intimiorem amicum: igitur ab illo quem occidere molitur, impeditur, ne moriatur.

*Remedium in phrenetico ſive furioſo.*

*Odium in præcordiis ſive in ſpe.*

8 Denique. Carbones congerit in ſautum, qui elargitur beneficium. Quo ingenio ſi ignis urit, & gratia placet: Quippe ſi gratia inimico non placet, magis urit. Aſſtruit Chryſologus Serm. 37. *Sævas hoſtis amando lædit.* Quia lædit, hoſtis: at amando hoſtis, & ſævus? Sanè: iniuriam auctoritas accipit: ſi gratiam animus reddit, inimicum ſuffocat meditanter beneficijs. Quid gravius faceret hoſtis vel ſævus? Dona ab inimico nonnumquàm ſuſpecta. Patet in donis Aiacis & Hectoris ut refert Homerus *Iliad.* 8. Unde Claudius Minos accinit:

*Chryſolog.*

*Atque ita ab hoſte hoſti veniunt lethalia dona.*

*Auctor graviora vulnera.*

*Quæ ſtudioſè facta necemque ferunt.*

Timendi ſunt inimici vel dona ferentes. Plus formidinis ab amicis; quippe ubi procul querimonia, intimiora ſunt vulnera. Hinc iurè hoſtis vocatur & ſævus, qui inimico vel infeſto præſtat propitius; ſiquidem Siculi non invenere tyranni tormentum maius, quàm intime vulnerari, & vulnere accepto non poſſe quæri: etenim devorat urgentem uſque ad intima dolorem, ne tursùs cunctis propaleet pectoris ingratitudinem.

9 Dum percutitur adamas, potiùs vulnus infert, quàm accipit: ſic lædus qui amando lædit; igitur ingenio beneficentiæ ira concludit mentem malevolam criminoſiùs quantumlibet rumpatur, velit nolit, gratuletur. Vulnera ſunt graviora, quia grata vulnera. Lædit beneficus amando, & ideo tanquàm ſævus hoſtis lædit. Lædit & adverſarius, lædit amando etiam læſus: ille ultione, hic charitate: & dum vulnera inferuntur charitatis, amor plauditur meritò ſævus hoſtis; quippequàm cùm oculitùs, ne interimat, fovet; citiùs dignatum interimit.

*Quia amando lædit, gravis hoſtis.*

10 Deteſtabilis omninò proditor Iudas in Magiſtrum faceſsit inſidias. Conſilium mali capitis, & ſuæ iudolis. Priùs à criminibus abſtinuit, quia patrare non potuit. Non defuit animo cum voluntate pronitas, ſed machinandi facultas. Ingenia prava vertere, nulli proclive. Audax in proditione, aperet fronte haud occuluit impudentiam, & ſecum attulit, ut intentum aſſequeretur, perfidiam. Agnovit proditus, & perculſus amore, reſalutavit, *Amice.* Quid ſceleſtus? Tacuit. *Nec immeritò* (ait Ambroſius in *Pſalm.* 39.) *graviore telo tantæ dignationis percuſſus eſt Iudas, quaſi cum fulmine percuſſiſſet.* Vindicavit ne Chriſtus proditionem? Nullo modo. Quo igitur Iudas percutitur? Tantæ dignationis telo: & amor eſt ſævus hoſtis, ubi gratiam confert pro illatis iniurijs. Prævenit proditor, & occurrit læſi amor: offenſi offenſor rebatur viſurum factam iuxtà factam proditionem: & cum meritò iratum ſperaret, demonſtratione dilectionis obtiguit.

*Matth. 26. 50.*

*Ambr.*

*Inimicos fautus, confuſus.*

11 Ille dixit perfide *Ave*, & ſciebat offenſum cognoviſſe perfidiam. Chriſtus reſpondit *Amice*: cognoſcens malevolentiam. Haud par pari referre læſus decreverat, uti ſimulator cogitaverat: blandè accepit, ubi perduellis conceperat torvè. Gratiam ſubitò invenit, ubi iniuriam ſeminavit: & corruit amore, quaſi læſus perfidum fulmine percuſſiſſet; quippe volat beneficium in hoſtem, uti devorans flammis vibratum fulmen,

men. Amicè Dominus suscepit adversarium: & hic favore perculsus, beneficijs agitatus, fulmine blandimenjs ictus, conscientia facti commotus, & tanti flagitij reus, seipsum ibi suffocavit; quia patientiam Domini ferre non potuit.

*Mortifera sunt ictus patientiæ.*

12 Obsecratum Ioseph, post mortem Patris Iacob, cùm non ampliùs esset, in cuius gratiam possent sperare veniam; accesserunt fratres, dicentes: *Servi tui sumus*: obsecramus, *ut obliviscaris sceleris fratrum tuorum.* Perpende, quàm congruè, ne ulciscatur, iniuriarum oblivio exigatur à Principe: siquidem in illis plerumque idem est iniurias memoria prosequi, ac iniuriantes persequi. Sancta est igitur in Magnatibus cum memoria facultas vindictæ, & nubunt perpetuò instrumenta potestati: quapropter ne se pro iniuria illata demonstret vindicem; obtecrant, ut ipse amplectatur oblivionem: etenim vexationes dato tempore potentes ulciscentur, ni obliviscantur. *Ut obliviscaris sceleris.* Hæc est vera condonatio, quandoquidem vel cicatricem punctionis abradit oblivio: igitur interdùm cautè iniuriæ condonantur, verùm prudentes sæculi nequaquàm obliviscuntur. *Cautè* dixi: quia filij huius sæculi fatuitatem iudicant iniurias in oblivione sepelire, licèt assentiantur iuxtà religionem condonari. E voluntate (dicunt) expellendas esse, ne subdolè accedat vindicta; attamen non eliminandas à memoria, quia Christus voluit nos esse religiosos, minimè fatuos; ut sciat lædens se ex benevolentia illæsum, quamvis tantæ dignationis indignum: sibi ignoscì, sed agnoscì; ne prudentiam arbitrans fatuam insensibilitatem, inculcet violator crimen. Sit igitur à voluntate & animo condonatum, at in memoria maneat alta mente repositum. Hæccine vera fatuitas & frigida subtilitate charitas: unde Iosepho dicitur, *Ut obliviscaris sceleris*, si condonaveris: quoniam proximus est iniuriarum vindictæ, qui proximus est memoriæ.

*Potentes læsionis oblivisc antur, ulciscantur.*

*Iniuriarum oblivio, est feria condonatio.*

*Proximus est vindictæ qui vexationum memoriæ.*

13 Iniuriæ profectò haud solùm oblivi scendæ sunt voluntate, verùm etiam oblivione. De quo Nos *Tom.3. Tautolog.7.* ad illud Osee 1. 6. *Oblivione oblivisar.* Obliviscitur voluntate, qui dolorem deponit generosè: oblivione verò obliviscitur, qui nec indicat, quòd læsus obliviscatur. Multoties Dominus Petrum admonuit iniuriæ negationis inferendæ, nihilosecius illatæ. Ante lapsum prædicit, postquàm iniuria facta, nihil de iniuria protulit. Nec verbum locutus est. *Diligis me plus his?* dumtaxàt protulit. Ubi offensa? Nec memoria. Oblivione oblitus est sceleris summi, & ex animo dilecti, & dignati, & dignandi. Pertulit, condonavit: verùm nec condonationis fit memoria, ne in ipsa venia inimici recoleretur iniuria.

*Obliviscit ac sunt oblivionis*

Ioann. 13. 38.

Cap 21. 15.

*Iniuria, nec memoria.*

14 *Ut obliviscaris sceleris*: quibus Iosephus bis dicit, *Nolite timere.* Et subdit Textus: *Consolatusque est eos, & blandè ac leniter est locutus.* Cur ergo timent, si experiuntur ita lenem? Bona voluntate respondet iniuriæ, suaviloquio vexationi, beneficijs simulati: & timent benefactoris obsequium; quia bona voluntas fratris potiùs videbatur esse supplicium. Supplicium? Sanè, & molestum: siquidem nullum acrius lividæ & pessimæ voluntati; quam demonstratio fidei amoris generosissimi. Sævus hostis blandiendo lædit, & intimè pungit: unde timent frattem ut sævum hostem; quia hostis nequibat ita percutere odio, sicut ille pectora fratrum vulnerabat obsequio.

Ibid. v 21.

*Inimico obsequium est supplicium.*

15 Ut extra telorum iactum sit inexpugnabilis vindicta Principum, offensa pro opportunitate recrudescit in pectore: ac fulminis adinstar vexatores ut comprimat, intra nubes versutiæ ita latitat; ut infligatur ictus, antequam fulguris audiatur strepitus. Dolorem calliditas vorat, ut bilem evomat. Aliter vultus, & aliter pectus: iucunditas in facie, stimuli in corde. Spes sæpe proni in ultionem, premit & supprimit urgentem amaritudinem: & fratres Iosephi quamvis rustici, timore concutiuntur, dum illos consolatur & blandè loquitur; ne fortè lateat ignis iracundiæ sub larva benevolentiæ: siquidem seminasse spinas vexationum, & non metere fructus lachrymarum; invenire demonstrationes sanæ voluntatis, quas non laboravit in agro pectoris fides, sed perfidia cordis; vendere fratrem ut hostem, & hostem videre fratrem; experiri summum familiaritatis obsequium, ubi numquam interfuit fraternitatis officium; amari gratis, & sepultis iniurijs; si inoffenso conficit nobilem laurum, in offendente namque patet supplicium: igitur suffocatur donis, vulneratur gratijs, præcluditur beneficijs. Utilis interdùm est ipsis iniuria passis. Dicit Ethnicus *Satyr.8. v.122.*

*Interdù latet ignis iracundiæ sub larva benevolentiæ.*

*Hostis suffocatur donis, vulneratur gratijs, præcluditur beneficijs.*

——*Tollas licèt omne,*——
*Scutum gladiumque relinques*
*Et iacula & galeam spoliatis arma super sunt.*

Iuven.

TAU-



# TAUTOLOGIA UNDECIMA.

## *SI DEDERIT MIHI PANEM AD VESCENDUM, & vestimentum ad induendum, erit mihi Dominus in Deum.*

Genes. 28. 20.

## EXPOSITIO LITTERÆ.

1 EN vorum Iacob, & totius simul miserlæ humanæ naturæ nonnumquàm dicentis: *Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur?* Matth.6.31. Amor in vitam urget, atque in illius conservationem intendit. Cibo & potu quasi fomite nutritur, indumentis protegitur & conservatur: ideoque prævalet huiusmodi solicitudo, quandiù vitam transegerit homo: at vestium cura à prima Protoparentum transgressionis noxa. Audi Hilarium in sua *Genes.* v. 161.

*Festis & vilibus hominū solicitudo.*

*Culpa comes sequitur, peccato obnoxia vita,*
*Debilitant vires cælo venientia dona,*
*Æthere demissus paulatim deficit ignis,* Hilar.
*Frigore peccati torpentia corda rigescunt:*
*Cura cibi, ventrisque subibat, cura tegendi*
*Corporis, & sacrum sabent mortalia pectus.*

Pro naturæ conditione rectè dictat ratio huiusmodi providentiam, & in habitis œconomiam, ut notat Vener. Beda lib.4.cap.54. in *Lucam*, & Interlinealis Glosa in loc. *Matth.* præf. *Non labor & providentia damnatur, sed solicitudo mentem suffocans.* Luculenter Prudentius in *Psychom.* v. 677. Beda: Interlin.

*Summa quies nil velle super quæ poscitat usus* Prudent.
*Debitur, ut simplex alimonia, vestis & una*
*Infirmos tegat, ac reureet mediocriter artus,*
*Expletumque modum naturæ ne trahat extra.*

Hinc floridè Chrysostomus in *Proverb.6.6. Discite* (ait) *modum formicæ, ut evitetis modum:* siquidem turpis hominibus huiusmodi anxietas, nihil nisi præsentia cogitantibus, & terrestrium bonorum satagentibus. *Hæc enim omnia* (sine modo) *Gentes inquirunt:* obijcit Christus ubi supr. in quas etiam insurgit vel Ethnicus *Satyr.14. v.316.* Chrysost. Matth.

*Nullum Numen abest, si sit prudentia, sed te*
*Nos facimus Fortuna Deam, Mensura tamen quæ* Iuvenal.
*Sufficiat census, si quis me consulat, edam*
*In quantum sitis, atque fames, & frigora poscunt.*
*Numquàm aliud natura, aliud sapientia dicit.*

Describit Seneca *Epist.119. An parùm habet, qui tantùm non alget, non esurit; non sitit? Plus Iupiter non habet. Numquàm parum est, quod satis est: numquàm multum est, quod satis non est.* Senec.

2 Frugalitatem tam victus, quàm cultus optat dumtaxàt Iacob, dicens: *Si fuerit Dominus mecum, & custodierit me in via per quam ego ambulo* (de huiusmodi stylo, quia ibi opportunius, agemus *Tom.5.Tautolog.2.*) *& dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, reversusque fuero prosperè ad domum patris mei: erit mihi Dominus in Deum.* Dialecto Hispan. *Como tenga que vestir, y que comer.* Sæpe iunguntur vel ia alimentis legatis victus & vestis, uti homini necessaria. Vide Modestinum in leg. *Cum quidam* D. de *Supellect. leg.* Barthium *Adversar.* lib. 1. cap. 1. & etiam Adrian. Turneb. *lib. 18. cap. 21.* Ad utrumque extenditur & iure Iacobi votum: quippequàm permulti

*Alimenta legata cibus & vestis.*

men. Amicè Dominus suscepit adversarium: & hic favore perculsus, beneficijs agitatus, fulmine blandimenjs ictus, conscientia facti commotus, & tanti flagitij reus, seipsum ibi suffocavit; quia patientiam Domini ferre non potuit.

*Mortifera sunt ictus patientiæ.*

12 Obsecratum Ioseph, post mortem Patris Iacob, cùm non ampliùs esset, in cuius gratiam possent sperare veniam; accesserunt fratres, dicentes: *Servi tui sumus*: obsecramus, *ut obliviscaris sceleris fratrum tuorum.* Perpende, quàm congruè, ne ulciscatur, iniuriarum oblivio exigatur à Principe: siquidem in illis plerumque idem est iniurias memoria prosequi, ac iniuriantes persequi. Sancta est igitur in Magnatibus cum memoria facultas vindictæ, & nubunt perpetuò instrumenta potestati: quapropter ne se pro iniuria illata demonstret vindicem; obtecrant, ut ipse amplectatur oblivionem: etenim vexationes dato tempore potentes ulciscentur, ni obliviscantur. *Ut obliviscaris sceleris.* Hæc est vera condonatio, quandoquidem vel cicatricem punctionis abradit oblivio: igitur interdùm cautè iniuriæ condonantur, verùm prudentes sæculi nequaquàm obliviscuntur. *Cautè* dixi: quia filij huius sæculi fatuitatem iudicant iniurias in oblivione sepelire, licèt assentiantur iuxtà religionem condonari. E voluntate (dicunt) expellendas esse, ne subdolè accedat vindicta; attamen non eliminandas à memoria, quia Christus voluit nos esse religiosos, minimè fatuos; ut sciat lædens se ex benevolentia illæsum, quamvis tantæ dignationis indignum: sibi ignoscì, sed agnoscì; ne prudentiam arbitrans fatuam insensibilitatem, inculcet violator crimen. Sit igitur à voluntate & animo condonatum, at in memoria maneat alta mente repositum. Hæccine vera fatuitas & frigida subtilitate charitas: unde Iosepho dicitur, *Ut obliviscaris sceleris*, si condonaveris: quoniam proximus est iniuriarum vindictæ, qui proximus est memoriæ.

*Potentes læsionis oblivisc antur, ulciscantur.*

*Iniuriarum oblivio, est feria condonatio.*

*Proximus est vindictæ qui vexationum memoriæ.*

13 Iniuriæ profectò haud solùm oblivi scendæ sunt voluntate, verùm etiam oblivione. De quo Nos *Tom.3. Tautolog.7.* ad illud Osee 1. 6. *Oblivione oblivisar.* Obliviscitur voluntate, qui dolorem deponit generosè: oblivione verò obliviscitur, qui nec indicat, quòd læsus obliviscatur. Multoties Dominus Petrum admonuit iniuriæ negationis inferendæ, nihilosecius illatæ. Ante lapsum prædicit, postquàm iniuria facta, nihil de iniuria protulit. Nec verbum locutus est. *Diligis me plus his?* dumtaxàt protulit. Ubi offensa? Nec memoria. Oblivione oblitus est sceleris summi, & ex animo dilecti, & dignati, & dignandi. Pertulit, condonavit: verùm nec condonationis fit memoria, ne in ipsa venia inimici recoleretur iniuria.

*Obliviscit ac sunt oblivionis*

Ioann. 13. 38.

Cap 21. 15.

*Iniuria, nec memoria.*

14 *Ut obliviscaris sceleris*: quibus Iosephus bis dicit, *Nolite timere.* Et subdit Textus: *Consolatusque est eos, & blandè ac leniter est locutus.* Cur ergo timent, si experiuntur ita lenem? Bona voluntate respondet iniuriæ, suaviloquio vexationi, beneficijs simulati: & timent benefactoris obsequium; quia bona voluntas fratris potiùs videbatur esse supplicium. Supplicium? Sanè, & molestum: siquidem nullum acrius lividæ & pessimæ voluntati; quam demonstratio fidei amoris generosissimi. Sævus hostis blandiendo lædit, & intimè pungit: unde timent frattem ut sævum hostem; quia hostis nequibat ita percutere odio, sicut ille pectora fratrum vulnerabat obsequio.

Ibid. v 21.

*Inimico obsequium est supplicium.*

15 Ut extra telorum iactum sit inexpugnabilis vindicta Principum, offensa pro opportunitate recrudescit in pectore: ac fulminis adinstar vexatores ut comprimat, intra nubes versutiæ ita latitat; ut infligatur ictus, antequam fulguris audiatur strepitus. Dolorem calliditas vorat, ut bilem evomat. Aliter vultus, & aliter pectus: iucunditas in facie, stimuli in corde. Spes sæpe proni in ultionem, premit & supprimit urgentem amaritudinem: & fratres Iosephi quamvis rustici, timore concutiuntur, dum illos consolatur & blandè loquitur; ne fortè lateat ignis iracundiæ sub larva benevolentiæ: siquidem seminasse spinas vexationum, & non metere fructus lachrymarum; invenire demonstrationes sanæ voluntatis, quas non laboravit in agro pectoris fides, sed perfidia cordis; vendere fratrem ut hostem, & hostem videre fratrem; experiri summum familiaritatis obsequium, ubi numquam interfuit fraternitatis officium; amari gratis, & sepultis iniurijs; si inoffenso conficit nobilem laurum, in offendente namque patet supplicium: igitur suffocatur donis, vulneratur gratijs, præcluditur beneficijs. Utilis interdùm est ipsis iniuria passis. Dicit Ethnicus *Satyr.8. v.122.*

*Interdù latet ignis iracundiæ sub larva benevolentiæ.*

*Hostis suffocatur donis, vulneratur gratijs, præcluditur beneficijs.*

——*Tollas licèt omne,*——
*Scutum gladiumque relinques*
*Et iacula & galeam spoliatis arma super sunt.*

Iuven.

TAU-



# TAUTOLOGIA UNDECIMA.

## *SI DEDERIT MIHI PANEM AD VESCENDUM, & vestimentum ad induendum, erit mihi Dominus in Deum.*

Genes. 28. 20.

## EXPOSITIO LITTERÆ.

1 EN vorum Iacob, & totius simul miserlæ humanæ naturæ nonnumquàm dicentis: *Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur?* Matth.6.31. Amor in vitam urget, atque in illius conservationem intendit. Cibo & potu quasi fomite nutritur, indumentis protegitur & conservatur: ideoque prævalet huiusmodi solicitudo, quandiù vitam transegerit homo: at vestium cura à prima Protoparentum transgressionis noxa. Audi Hilarium in sua *Genes.* v. 161.

*Festis & vilibus hominū solicitudo.*

*Culpa comes sequitur, peccato obnoxia vita,*
*Debilitant vires cælo venientia dona,*
*Æthere demissus paulatim deficit ignis,* Hilar.
*Frigore peccati torpentia corda rigescunt:*
*Cura cibi, ventrisque subibat, cura tegendi*
*Corporis, & sacrum sabent mortalia pectus.*

Pro naturæ conditione rectè dictat ratio huiusmodi providentiam, & in habitis œconomiam, ut notat Vener. Beda lib.4.cap.54. in *Lucam*, & Interlinealis Glosa in loc. *Matth.* præf. *Non labor & providentia damnatur, sed solicitudo mentem suffocans.* Luculenter Prudentius in *Psychom.* v. 677. Beda: Interlin.

*Summa quies nil velle super quæ poscitat usus* Prudent.
*Debitur, ut simplex alimonia, vestis & una*
*Infirmos tegat, ac reureet mediocriter artus,*
*Expletumque modum naturæ ne trahat extra.*

Hinc floridè Chrysostomus in *Proverb.6.6. Discite* (ait) *modum formicæ, ut evitetis modum:* siquidem turpis hominibus huiusmodi anxietas, nihil nisi præsentia cogitantibus, & terrestrium bonorum satagentibus. *Hæc enim omnia* (sine modo) *Gentes inquirunt:* obijcit Christus ubi supr. in quas etiam insurgit vel Ethnicus *Satyr.14. v.316.* Chrysost. Matth.

*Nullum Numen abest, si sit prudentia, sed te*
*Nos facimus Fortuna Deam, Mensura tamen quæ* Iuvenal.
*Sufficiat census, si quis me consulat, edam*
*In quantum sitis, atque fames, & frigora poscunt.*
*Numquàm aliud natura, aliud sapientia dicit.*

Describit Seneca *Epist.119. An parùm habet, qui tantùm non alget, non esurit; non sitit? Plus Iupiter non habet. Numquàm parum est, quod satis est: numquàm multum est, quod satis non est.* Senec.

2 Frugalitatem tam victus, quàm cultus optat dumtaxàt Iacob, dicens: *Si fuerit Dominus mecum, & custodierit me in via per quam ego ambulo* (de huiusmodi stylo, quia ibi opportunius, agemus *Tom.5.Tautolog.2.*) *& dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, reversusque fuero prosperè ad domum patris mei: erit mihi Dominus in Deum.* Dialecto Hispan. *Como tenga que vestir, y que comer.* Sæpe iunguntur vel ia alimentis legatis victus & vestis, uti homini necessaria. Vide Modestinum in leg. *Cum quidam* D. de *Supellect. leg.* Barthium *Adversar.* lib. 1. cap. 1. & etiam Adrian. Turneb. *lib. 18. cap. 21.* Ad utrumque extenditur & iure Iacobi votum: quippequàm permulti

*Alimenta legata cibus & vestis.*

gaudent vacuo ventriculo, modò, Theaginis adinſtar, in plateis Sybaritarum follicatis, holoſericis veſtibus oggraſſentur celſiores Oromedonte. Alij verò, Philoxeni æmuli (de quo Ariſtoteles lib. 3. *Ethic.* cap. 11. & Gellius lib. 19. *Noct. Attic.* cap. 2.) amant pannosa veſte ligutire patrimonia.

*Ludicra vana gloria, & cæca gula.*

*Iuvenal.*

*——Monſtrante gula, cùm ſeptimus annus*
*Tranſierit puero, nondum omni dente renato,*
*Barbatos licet admoveas mille magiſtros,*
*Hinc totidem, cupiet lauto cœnare paratu*
*Semper, & à magna non degenerare culina.*

*Acephalorgena Eraſm.*

Ait ubi ſupr. v. 11. Satyricus, Quapropter falsè Diogenes Cynicus, ut refert Laërtius in eius vita, & Eraſmus Roterodam. lib. 3. *Apophthegm.* cuidam liguritori olim prædiviti, & tunc ob commeſſationum expenſas miſero pauperi, conanti oleas dixit: *Non ita cœnares, ſi cœnaſſes ita.* Longè ergo à Iacobi fragalitate iſtiuſmodi luxus & faſtus, igitur quæſtus magnus pietas cum ſufficientia. Scylla ſunt divitiæ, Caryodis paupertas. Medio tutiſsimus ibis. *Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſumus*: Paulus ait 1. Tim. 6. 8. Non miracula Iacob intendit in eiuſmodi voto, ſed exercitium, quo degat, & induatur.

*Mediocritas in rebus optima.*

Finis exponitur pro actione, ſeu medijs, quòd frequenter apud Hebræos. Iſai. 51. 11. *Lætitia ſempiterna ſuper capita eorum*: ideſt, corona, quæ gaudium parturit, uti dicemus num. 7. Vide quæ hic *Tautolog.* 4. in *Expoſit. lit.* num. 33. & *Tautolog. præt.* num. 19. quo diſſolvitur Pleonaſmus.

*Finis pro actione.*

3 Speciale enim cultum Deo vovet Iacob (ita placet Interpretibus, verùm quæ mens eius in præſenti voto, videbimus infrà à num. 23.) propter quæ expectat à Domino beneficia. De primo, ſcilicet, *panem ad veſcendum*, egimus, *Tautol. præced.* modò de veſte. Periodo deſerviunt præfatæ expoſitiones, quippe diſtinctæ materiæ eadem phraſis. In indumenta ſollicitudo orta ſimul cum natura lapſa, ut obſervavimus ſuprà n. 1. Hinc Primi parentes cognoſcentes ſe eſſe nudos, fecerunt ſibi perizomata ex ficus folijs.

*Iam mortale animal demum friguſque, calorque*
*Aeriæ ſubiere vices, ac veſtis egenos,*
*Et ſe ſenſerunt homines, ſexuque latentes*
*Erubuere ſuo, tacitis miſerabile queſti*
*Fletibus, umbroſa folijs nova tegmina fici*
*Texunt conſertis, poſt culpæ mente receptum,*
*Corpore velato denudatura pudorem.*

*Mar. Vit.*

*An pudor primò nexâ natus, vel extinctus?*

Succinit Marius Victor lib. 1. *Geneſeos* v. 435. Alcimus Avitus *lib.* 2. v. 276. illuſtri enthuſiaſmo, & dignus Auctoris ingenio etiam aceinit:

*Alc. Vit.*

*Tunc primùm nudos (dubium quid dicere poſſim.*
*Extinctus, natuſve pudor) circumſpicit artus,*
*Erubuit propriæ tunc mens ſibi conſcia culpæ,*
*Pugnavitque ſuis carnis lex indita membris.*

Difficilis ſententia de pudoris nativitate vel funere. Lucanus lib. 4. *Bell. Pharſal.* v. 231. & lib. 8. v. 249. & 678. canit:

*Lucan.*

*——Proh dira pudoris Funera!*
*——Patimur ne pudoris Hoc vulnus?*
*——O ſummi fata pudoris!*

Arbitror tunc pudorem natum, ſicut virtutem virginitatis & alia, igitur illo in ſtatu haud habuiſſent, de quo puderent. Non pudori eſt ſexus, ſed inordinatos motus. Omnia erant ad nutum voluntatis; & erubuerunt, eò quod nolentibus inſurgerent, & in dominos ſervi revellarent, excuſſo iugo rationis prævalente lege carnis, ut canunt præfati Vates ſacri, Cyprianus quoque in ſua *Geneſ.* v. 88. & Hilarius v. 159.

*Cypryan.*

*Ergo ubi nudatum proſpexit corpus uterque*
*Cumque pudenda vident, ſiculnis frondibus umbrant,*
*Stat reus & nudus, dieclo lumine, veſtem*
*Implorant, Dominumque fugit, vultumque recondit.*

*Non eſt gens vel barbara quæ non erubeſcat quid.*

Satis hæc, quippe obiter. Non eſt gens ita barbara, eſtò nata in ſcopulis, nutrita lacte ferino, quæ nuda non erubeſcat. Vide Auguſtinum lib. 14. de *Civ. Dei* cap. 16. 17. & 18. Audi modo Pindar in *Pyth.* Od. 9.

*Occultæ ſunt claves doctæ*
*Perſuaſionis ſacrorum amorum.*





*O Phœbe! & Dij, atque homines pariter*
*Pudore afficiuntur, ſi ſe palàm dulcem in torum dent.*

*Pindar.*

Corpus hominis glabrum: ſi nudum deforme, uti caput ſine crine. Veſtis igitur honeſtat, & decorat, quippe illi veſtis, ſicut

*Pluma tegit volucres, ovibus ſua lana decori eſt.*

*Ovid.*

Canit Ovidius lib. 3. *Metam.* Fab. 2. De veſtitu ergo nobis erit ſermo, & ſimiliter de nuditate, ut ad hoc argumentum expectantes exponantur Tautologiæ. Ezech. 16. 11. *Ornavi te ornamento.* 2. Cor. 5. 3. *Si tamen veſtiti, non nudi inveniamur*: Iob 24. 6. *Nudos dimittunt homines indumenta tollentes.* & v. 10. *Nudis & incedentibus abſque veſtitu.* Denique Mich. 3. 2. *Violenter tollitis pelles deſuper eis, & carnem eorum deſuper oſſibus eorum.*

*Ezech. 16. 11. 2. Cor. 5. 3. Iob. 24. 6. 10.*

4 Multifariè accipitur tam veſtitus, quàm nuditas in Scriptura. Nudus ſæpe pro ſummâ paupertate (quod alijs in locis exprimitur paliologiâ, v. g. *Egenus*, & *pauper*: *inops & pauper.*) quippe nuditas videtur ultima calamitas; quam patienter nequit ferre oculus humanus vel impudicus. *Facilius potuit impudicitia* (inquit Auguſtinus ubi ſupr. cap. 18.) *non habere vincula prohibitionis, quàm impudentia removere latibula fœditatis.* Qui eor habet ita tyrannum, ut ocalis prætermittat; alienam nuditatem, præteribit ſanè quamlibet aliam conditionis humanæ perpeſsionem. Ideo Iacob Labano perſequenti dixit, Geneſ. 31. 42. *Niſi Deus patris mei Abraham, & timor Iſaac affuiſſet mihi, forſitan modo nudum me dimiſiſſes. Nudum*; ideſt, omninò pauperem. *Vadam ſpoliatus & nudus.* Mich. 1. 8. q. d. pauperrimus. *Nudos ſpoliaſti veſtibus*: Iob. 22. 6. nempè, pauperes: Etiam huiuſmodi acceptio apud Poëtas, & Oratores Plautus in *Aſinar.* Act. 1. Scen. 1. v. 89. ait:

*Nuditas pro paupertate.*

*Auguſtin.*

*Geneſ.*

*Nudo abſtrahere veſtimenta tubes.*

*Plaut.*

*Nudò*, ſcilicèt, pauperi: quo etiam intuitu Propertius lib. 2. Eleg. 26.

*Propert.*

*Certè iſſdem nudi pariter iacebimur oris,*
*Me licet unda ferat, te modò terra tegat.*

Iuvenalis ubi ſupr. v. 309. *Dolia nudi non ardent Cynici*: hoc eſt, pauperis Diogenis. Cicer. pro *Flacc.* inquit: *Quoniam nudus te delectaverat, ſemper nudum eſſe voluiſti.* Eodem ſenſu Tacit. lib. 2. *Annal.* cap. 46. *Sic qui male veſtitum & pannoſum vidit* (ait Seneca lib. 5. de *Benef.* cap. 13.) *nudum ſe vidiſſet dicit.* Unde Paulus 1. Cor. 4. 11. *Nudi ſumus*: nimirùm, lacerâ veſte. Iſai. 58. 7. *Cum videris nudum, operi eum.* Et Iacob. 2. 15. *Si autem frater, aut ſoror nudi ſunt.* Hoc eſt veſte indigna corpore humano. Nuditas ergo accipitur pro carentia naturalis ornatus, ſenſu quo priore *Tom. I. Tautolog.* 1. diximus de terræ vacuitate, & inanitate. *Nuda oratio* dicitur, ſine ſucco ſententiarum: *Nuda arbores*, ſine folijs & floribus: *Nudum cœlum*, ſine nubibus: *Nudo cæſpite cœnare*, ſine mappis: *Nuda arena*, ſine herbis: *Nudi campi* ſine gramine: *Nuda manus*, ideſt, inermis: *Nudum cor*, ſive *pectus*, ſine mendatio. Sic alia.

*Iuvenal. Cicer. Senec.*

*Acceptiones variæ nuditatis.*

5 Etiam nuditas dicitur de eo, qui ſui ordinis ſtatuſve inſignia non gerit, & pro more patrio procedit in publicum, vel qui palàm procedit domeſtico ornatu: igitur alius habitus foris, alius domi in uſu eſt, qui *veſtis humanior*, dicitur à Petronio in *Satyr.* In Hiſpania turpe extra limen domus virum egredi ſine pallio, fœminam ſine vento textili, vel ſine theriſtro, & infimæ notæ mulieres ſine lodicula: quod optimè explicatur diſſecto noſtro: *Eſtà en cuerpo.* Hic modus dicendi affinis Hebraico: etenim Exod. 21. 3. ubi de ſervo Hebræo: *Cum quali veſte intraverit* (ſeptimo anno) *cum tali exeat.* Hebr. Septuag. Chald. & Vatabl. *Si cum corpore venerit, cum corpore ſuo exeat.* Non quia nudus, ſed ſicut Noſtrates dicunt: *Si vino en cuerpo, ſalga en cuerpo.* Hinc apud Antiquos *induſium & pallium* pro veſte interiore, & exteriore: exteriores dicuntur *induviæ*, & *exuviæ*, quippe poſſunt removeri & aſſumi veſtito corpore:

*Nuditas præ habitu non urbano.*

*Exod. Hebr. Septuag. Chald. Vatab.*

*Induviæ tuæ, atque uxoris exuviæ, roſa.*

*Plaut.*

Ait Plautus in *Menæchm.* Act. 1. Scen. 3. v. 9. & de exaltatione Vitelij Suetonius in eius vita, cap. 8. *A militibus è cubiculo raptus ita ut erat in veſte domeſtica, Imperator eſt conſalutatus.* Ad cuius diſcrimen *Veſtis forenſis* dicebatur, qua in publico utebantur Roman. ut dicit idem in *Auguſto*, cap. 73. Vel quæ foris toga (ideo *Gens togata* vocantur à Virgilio, lib. 1. *Æneid.* v. 286.) domi verò ſynthesis, veſtis brevis qua utebantur aliquibus feſtis, maximè in Saturnalibus iuxta illud Martialis *lib.* 14. *Epigram.* 1.

*Quid veſtis domeſtica, ſynthesis, toga, & veſtis forenſis?*

*Syntheſibus dum gaudet eques, dominuſque Senatus.*

At turpe alia occaſione ſynthesi è domo egredi: quare de Nerone Suetonius cap. 51. *Circa cultum, habitumque adeo pudendus, ut plerumque ſyntheſinam indutus, ligato cir-*



*Suetonius*

*circa collum sudario, prodierit in publicum.* Quod quidem ad gentem popularem tantùm. Ideo Tacitus de Orator. cap. 7. ait: *Populus tunicatus.* In sacra pagina horum habituum diversitas signatur per tunicam & pallium. Mich. 2. 8. & Matth. 5. 40. Clarè constat ex Genes. 39. 12. ubi de Ioseph dicitur: *Relictò in manu eius pallio, fugit, & egressus est foràs.* Hebr. *Nudus fugit.* Chrysostom. in *Genes.* Homil. 62. *Nudum corporis vestibus*, dicit: & Ambrosius lib. 2. de *Iacob* cap. 5. *Fugit sine exteriore veste.* Quo sensu Oedipus apud Senec. Act. 1. v. 30. *Spoliatus ibo*: inquit. & Ovidius lib. 2. *Fastor.* canit:

Ovid.

*Romulus & frater, pastoralisque iuventus*
*Solibus, & campo corpora nuda dabant.*

Statim ergo explicat quomodo intelligenda sit nuditas, succinens:

Stat.

*Longum erat armari.*

Paciter igitur Statius lib. 9. *Thebaid.* v. 700.

*——Ast ubi pugnæ*
*Casibus anbela cadet resoluto vertice nydas*
*Exoritur, tunc dulces come radiisque micantes.*

6 His, delicabuntur plura testimonia Sacræ Scripturæ 1. Reg. 19. 24. de Saule dicitur: *Spoliavit etiam ipse se vestimentis suis: & cecidit nudus tota die illa & nocte. Nudus*, ideſt, sine regijs insignibus, uti cæteri Prophetarum. Ita Davidi, 2. *Reg.* 6. 20. quia vestes regias non ferebat, sed accinctus erat ephod lineo, veste brevi, & aptâ, ut ad numeros saltaret, objicitur à Michol: *Hodie Rex Israël discoperiens se ante ancillas servorum suorum, & nudatus est, quasi nudetur unus de scurris.* Ita nudus dicitur populus Israël, *Exod.* 32. 25. Ideſt, sine veste longa: siquidem brevi usi, ut choreas coram vitulo agerent sine obice. *Nudus* processit Isaias, cap. 20. 2. quia sine extimo indumento, quod frequenter portabatur more patrio: non omninò nudus, ut aliqui inepte cogitant. Ideo dicitur ibid. *Solve saccum de lumbis tuis*: hoc est, amictum prophetalem. Hispan. *Sobre todo*, apud Romanos vel *penulam*, vel *lacernam*: quam superinduebant, ut togam immaculatam servarent in publico, quod quidem verùt Augustus ut ait Suetonius in eius vita cap. 41. *Negotium ædilibus dedit, ne quem paterentur in foro, circove, nisi positis lacernis, togatum consistere.* Quo intelligitur illud Ioann. 21. 7. de Petro: *Tunicæ succinxit se*: *erat enim nudus.* Ideſt, ut Græcus legit. *Ependyten*, sine extimo cultu, seu pallio. Quo sensu exponitur illud Marc. 14. 51. *Adolescens quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo, & tenuerunt eum*: *at ille relictâ sindone nudus profugit ab eis.*

1. Reg. *Nuditas pro veste non congrua dignitati.* Isai. Parum pro nihilo. Actio pro fine actionis, ab statu, vel ab effectu. 2. Patal. Deuter. Hebr. Iob. 24. 7. *Nudus pro paupere.* Indumenta pro lectisternii.

7 Ita enim exponuntur huiusmodi testimonia, quia parum pro nihilo habetur, uti latè egimus hic *Tautolog.* 7. in *Expos. litter.* num. 31. Nilus vocatur siccus apud Isai. 19. 5. ideſt, tenui aqua & exigua. Etiam quia actio ipsa multoties exponitur pro fine actionis, ab statu, vel ab eo quod ex actione provenit. Isai. 47. 2. *Tolle molam & mole farinam*: pro Mole grana, & fac farinam, quod effectus ex actu molendi. Ibid. cap. 44. 15. *Coxit panes.* Hoc est, coxit massam, ex qua igne foventes panes fiunt. Iob 41. 12. *Halitus eius prunas ardere facit*: nimirùm ex carbonibus haliti ignivomo facit prunas Daniel. 2. 21. *Dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus disciplinam*: nempè, insipientibus, ut sapientes fiant. Osee 2. 3. *Ne forte spoliem eam nudam*: puta ne forte spoliatam vestibus, ostendam eam nudam. Eadem significatione Iob. 22. 6. *Nudos spoliasti vestibus.* 2. Reg. 10. 4. *Præscidit vestes eorum medias usque ad nates*: videlicet, præcisione vestium usque ad nates, fecit medias, sicuti dicitur 1. *Paralip.* 19. 4. *Præcidit tunicas eorum à natibus usque ad pedes.* Frequens phrasis apud Hebræos: quare *Deuteron.* 17. 6. ubi: *In ore duorum, aut trium testium peribit qui interficietur*: legit Hebr. *Peribit mortuus.*

8 Modò ad Tautologias. *Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes.* Facilis expositio, si intelligas iuxta dicta pauperes, ubi *Nudos*: q. d. Pauperes dimittunt homines, quia ab eis indumenta tollunt; siquidem nemo magis pauper, quàm qui non habet vestem. Idem v. 10. *Nudis, & incedentibus absque vestitu*: nempè, ita pauperes, ut sine veste incedant; vel ita lacerâ, quòd iure nudi vocentur. *Nudi*: sic vocati à fine actionis, quippe veste sublatâ, necesse est, quòd nudi procedant.

9 Aliter interpretari possumus, pro indumentis accipiendo lectisternia, vel stragula. Tyranni ita vexabant pauperes, ut non solùm vestes surriperent, vel raperent; sed etiam, quòd inhumanum, lodices, seu lectuli miseri tegumenta, quibus cubabant, subtraherent, vel vi, vel specie debiti. Hispan. *Hasta las mantas de la cama.* Patet ex contextu: igitur subditur: *Indumenta tollentes, quibus non est operimentum in frigore: quos imbres montium rigant, & non habentes velamen, amplexantur lapides*, & cap. 22. 6. *Abstuliſti enim pignus fratrum tuorum, nudos spoliasti vestibus.* Ideſt, ut nudi dormiant, siquidem nudâ terrâ cubant, & super rigentes lapides, quia non habent nec indumenta, nec stragula. Atteſtantur cogitationi Versiones. Pagnin. legit: *Nudum pernoctare fecerunt pauperem.* Complutens. *Sopiverunt sine vestibus.* & Arabic. *Pernoctat nudus absque vestimentis, nec est vestimentum cum frigore.* Quo intelliges illud *Thren.* 4. 5. *Qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora.* Ideſt, qui cubabant in lectulis discoloribus, & delicatis, dormiebant vel subdio, vel in fimeto. Hiſpanice: *En un pajar.*

Pagnin. Complut. Ieremi.

10 Videor mihi videre expressam tyrannidem, & pectora saxea, ac tigrium lacte nutrita, quasi inopes, & debitores, ære alieno gravati essent quasi ex alia carne & corio. Quàm longe ab humanitate huiusmodi cogitatio! *Quem servum vocas* (ait Senec. *Epist.* 47.) *Ex iisdem seminibus ortum, eodem frui cœlo, æquè spirare, æquè vivere, æquè mori. Tam tu illum ingenuum videre potes, quàm ille te servum.* Aſſiquid sæpe à divitibus mutuum accipiunt; & non habentibus unde reddeant, illi etiam lectuli integumenta auferunt: vel si dederunt ut pignus, cubitum minimè reddunt. Quod præcavet lege Deus, & Exod. 22. 26. & Deuteron. 24. 10. ubi: *Cum repetes à proximo tuo rem aliquam, quam debet tibi, non ingredieris domum eius, ut pignus auferas; sed stabis foris, & ille tibi proferet quod habuerit. Sin autem pauper est, non pernoctabit apud te pignus, sed statim reddes ei ante Solis occasum, ut dormiens in vestimento suo benedicat tibi, & habeas iustitiam coram Domino Deo tuo.* Aliter iacebunt super nudam humum, unde liceat in tenebris rubore suffundentur.

Summa tyrannis, auferre lectuli tegumenta. Senec. Deuter.

*——Tam miseros mortale pavente*
*Mortis imago iuvet, silvas, umbrosaque lustra*
*Obtendunt, vanæ solatia falsa latebræ.*

Mar. Vict.

Accinit Marius Victor ubi supr. lib. 1. v. 445. Aſtruitur igitur illâ celebri tragediâ Leonore Sâa, coniugis Francisci Faria, quæ spoliata à Barbaris, interea temporis quo vir absuit ut quæreret victum & uxori & filijs (quos cogitavit occidere, ne perirent dira fame) pube tenus seſe vivam sepelivit in arena, & aeliquum corpus occuluit solutâ comâ, scribens: *Ita moritur pudica.* Hoc igitur sensu exponit, variaque erudizione illustrat Pineda (quem videsis) illud Iob 24. 8. *Non habentes velamen, amplexantur lapides.*

Illustre pro pudore, fœminæ faciunt.

11 Aliter poteſt demonstrari huiusmodi Potentum inhumanitas. Mors erat, ut qui venirent; à mangonibus nudarentur, quia ex vegeto, vel infirmo corpore magna vel exigua pretia. Claudian. lib. 1. in *Eutrop.* v. 35.

Qui olim venibant, nudabantur.

*Nudatus quoties mendicum dum consulit emptor.*
*Nequa per occultum lateat iactura dolorem,*
*Omnes pœnituit pretij, venumque redibat,*
*Dum vendi potuit.*

Claudian.

Vide Barnab. Brissonium lib. 6. *Formul.* Iacob. Durantium *Variar.* lib. 1. cap. 11. & Casp. Barth. in loc. præſ. Claudiani; qui mos hodie valet apud Turcas & Agarenos. Romæ etiam olim vel dum fœminæ venirent. Unde Suetonius objicit Augusto cap. 69. *Matresfamilias, & adultas ætate virgines denudarent, atque perspicerent tamquàm Thorano mangone vendente*: Marcus Seneca lib. 1. *Controv.* 2. de virgine capta à piratis ait: *Nuda in littore stetit ad fastidium emptoris: omnes partes corporis & inspectæ & contrectatæ sunt.* Ad quem morem videtur alludere illud Domini apud Ezechiel. 16. à num. 7. alloquentis Ierusalem sub metaphora ancillæ emptitiæ venditæ gentibus. *Grandis effecta & ingressa es, & pervenisti ad mundum muliebrem, ubera tua intumuerunt, & pilus tuus germinavit, & eras nuda & confusione plena. Et transivi per te, & vidi te, & ecce tempus tuum tempus amantium, & expandi amictum meum super te, & operui ignominiam tuam.* Etiam minitans captivitatem, qua venalis exponenda, Isai. 3. 17. *Decalvabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit.* Aſtruemus *Tautolog.* seq. num. 6. ellò hic aliqui aliquod sonare obscœnum arbitrentur, & non abs re, licèt per Hypocalysmum, sive decoram periphrasim, ut latè diſseruimus *Tautolog.* 8. in *Expos. litter.* num. 8. Ita intelligitur: *Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes*: quippe crudelitate, qui eorum domini, indumenta tollentes ut venundentur, dimittunt nudos; vel ita cenuncula & lacerâ veſte, (de qua Tacitus *Annal.* lib. 13. cap. 25. & in *Satyr.* Petronius) ut potiùs sit mœroris, quàm

Nuditas pro fœditate, & servili, maximè vendendis.

quàm operimentum carnis : veſtimenta enim ſordida dabantur ſervis venalibus, vel morti devotis, ut diximus hic *Tautolog.* 4. in *Expoſit. litter.* n. 41.

Mich. 3. 2. 12 Eleganti ſtylo iſtiuſcemodi tyrannidem explicat Michæas : *Violenter* (ait) *tollitis pelles eorum deſuper eis, & carnem eorum deſuper oſſibus eorum.*

Virgil. *Tergora diripunt coſtis, & viſcera nudant.*

Canit Virgilius lib. 1. *Æneid.* v. 215. Caro & cutis dicuntur veſtes. Seneca *Epiſt.* 92. ait: *Veſtes pro carne & pelle.* Senec. *Quod de veſte dixi, idem de corpore me exiſtima dicere : nam hoc quoque natura ut quamdam veſtem animo circumdedit, velamentum eius eſt.* Et uti vidimus ſupr. num. 5. ubi Vulgat. *Veſtis*, Septuagint. & alij legunt : *Corpus.* Caro dicitur veſtis interior, cutis exterior : & tyranni non tantùm exteriora, ſed etiam interiora diripiunt. Unde cum aliquis fortunis ſpoliatur, Hiſpan. dicitur : *Quedò en los hueſſos.* Pulchra metaphora : equidem per pellem, quæ quaſi exterior veſtis, frequenter intelliguntur facultates. Unde Martialis lib. 7. *Epigram.* 9.

Martial. ——— *Quid ad te,*
*De cute quid faciat ille vel ille ſua?*

Et pro Ideſt *Veſtes olim ex pellibus.* Etiam in Sacris Iob. 2. 4. *Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo dabit pro anima ſua.* Ly & pro *Ideſt*, ut ſæpe vidimus. *Pellem*, hoc eſt, *cuncta quæ habet homo, dabit pro pelle* propria, nempè vitâ. Sic etiam Profani, & quia olim veſtes etiam decoræ ex pellibus, uti ait Iuvenalis Satyr. 14. v. 189.

Iuvenal. ——— *Quem non pudet alto*
*Per glaciem perone tegi, qui ſummovet Euros*
*Pellibus inverſis.*

Virgilius lib. 1. *Æneid.* v. 326. de Nimpha Veneris, & lib. 11. v. 576. de Camillæ:

Virgil. *Vidiſtis ſi quam hic errantem fortè ſororum*
*Succinctam pharetrâ, & maculoſa tegmine lyncis*
*Pro crinali auro, pro longo tegmine palla*
*Tigridis exuviæ per dorſum à vertice pendent.*

Eadem *lib.* 5. v. 37. & *lib.* 8. v. 460. Statius lib. 4. *Thebaid.* v. 154.

Stat. ——— *Flavent capiti, tergoque leonum*
*Exuviæ, gentilis honor.*

Ovidius lib. 1. *Metamorph.* Fabul. 9. de Daphne canit:

Ovid. *Silvarum latebris, captivarumque ferarum*
*Exuviis gaudens, inuptaque æmula Phœbes:*

Valerius Flaccus lib. 6. *Argonaut.* v. 706.

Val. Flac. *Perque levem, & multo maculatam murice tigrim*
*Concita ſuſpis abit, ſubitos ex ore cruores*
*Saucia tigris biat, vitamque effundit herilem.*

Denique Propertius *lib.* 4. Eleg. 1.

Propert. *Curia, prætexto quæ nunc nitet alta Senatu,*
*Pellitos habuit ruſtica corda patres.*

*Pecunia à pecore.* Auguſt. Et quia pecunia, cui obediunt omnia, dicta à pecore. *Totum quod homines in terra habent, & quorum domini ſunt, pecunia dicitur; quia Antiqui quod habebant in pecoribus habebant* : inquit Auguſtinus lib. 1. de *Doctrin. Chriſt.* cap. 3. ita etiam Seneca lib. 5. de *Benefic.* cap. 14. Plin. lib. 33. cap. 3. Plutarch. in *Publicol.* Cicero de *Finib.* & alij paſsim.

*Caro & pelis pro facultatibus.* Ierem. 13 Caro igitur etiam ſignificat facultates, ſive alimenta quibus nutritur caro, quod novum vel in Scriptura non eſt. Ierem. 50. 17. *Grex diſperſus Iſraël : leones ejecerunt eum. Primus comedit eum Rex Aſſur : iſte noviſſimus exoſſavit eum Nabuchodonoſor.* Ezechiel. 37. 4. de miſeris & famelicis Iſraëlitis dicit : *Oſſa arida.* Alia teſtimonia aſtruemus num. ſeq. Principes paſtores ſunt, oves ſubditi : quapropter, cùm terrena omnia ſint quædam corporis indumenta, ut ait Gregor. Magn. *Homil.* 32. in *Evang.* aptè Propheta dicit Superiores tollere à ſubditis pelles & carnem, quia facultates eorum auferebant, ita ut non haberent corpora nec cibaria, nec tegumenta. Iccircò Chald. hic legit: *Violenter populi facultates ab eo rapientes, pecuniamque ab eo pretioſam ab ipſis tollentes.* Oſſa nuda reliquit avaritia inſatiabilis : quo ſtylo exprimitur rei extenuitas, & miſeria. Virgilius *Bucol.* Eclog. 3. v. 102. Agni *vix oſſibus hærent.* Plautus in *Aulular. Oſſa atque pellis totus.* & in *Capitiv. Oſſa atque pellis ſum miſer.* Lucret. lib. 6. *Pellis ſuper oſſibus una.* Vernaculè : *Sin ſubſtancia.*

*Pro cibarijs & tegumentis.* Virgil. Plautus. Lucret.

Pro



*Cur facultates appellantur ſubſtantiæ.* 14 Pro quo ſciendum facultates ſubſtantiam appellari, quaſi eſſent nutrimentum, quod convertitur in ſubſtantiam aliti. Luc. 15. 12. *Da mihi portionem ſubſtantiæ, quæ me contingit, & diviſit illis ſubſtantiam.* Idem v. 14. Quo intelliges plura Scripturæ teſtimonia. Luc. 19. 8. *Si quid aliquem defraudavi* : quaſi idem Quis & Quid. 2. Cor. 11. 20. *Suſtinetis enim ſi quis vos in ſervitutem redigit, ſi quis devorat.* Pſalm. 9. diviſ. v. 9. *Inſidiatur, ut rapiat pauperem.* Ideſt, ſubſtantiam eius. Iob. 5. 5. *Ipſum rapiet armatus* : ipſum pro Facultatibus eius. 2. Reg. 12. 2. *Voluit Saul percutere eos zelo. Eos*, ideſt, ſurripere eis terram datam à Ioſue. Luc. 1. 66. *Quis* (pro *Quid*) *putas puer iſte erit?* & Ioann. 1. 9. *Tu quis es?* Etiam apud Profanos. Plaut. in *Prolog. Trucul.* v. 21.

Plaut. *Is cum anima ad eam habentiam.*

Anima pro pecunia, ut obſervant hic Iulius Scalig. Dionyſius Lambinus Fridericus & Taubmannus : & in *Perſ.* Act. 4. Scen. 3. v. 4.

Idem. *Argento vicit* : *nihil guſtabit denuò.*

Ovidius *Heroidum Epiſt.* 1. v. 89.

Ovid. *Inque tua regnant, nullis prohibentibus, aula:*
*Viſcera noſtra tuæ dilacerantur apes*
*Atque alios referam? Quos omnes turpiter abſens*
*Ipſe tuo partis ſanguine rebus aliis.*

Ita illud Terentij: *Guſtavi de ſene* : ideſt, de ſenis argento. Et Virgilij: *Ardet Ucalegon* : pro Ucalegontis domo. Ita igitur Lucanus *lib.* 9. v. 364. Aurum vocat *Robur*, quaſi quæ homines poſsident, eſſet eorum ſubſtantia. Hanc ergo tyranni, & non paſtores, haud ſuaviter, mulgendo lac, & vellera tollendo opportuno tempore; ſed violenter ſibi trahebant: quippequi in cum vellere diripiebant pellem, & poſt pellem viſcera; ita ut nihil haberent ſubditi, quod ſpolium non eſſet paſtorum, qua vexatione oves moriebantur ſine pelle & ſine carne. Ideo additur *Deſuper eis*, & *Deſuper oſſibus* : quod vivide Vulgò dicitur. *De arriba abaxo los deſuellan, y los ſobren en canal.* Ni intelligere vellis *Deſuper* de pelle, quia quaſi indumentum ſuper carnes : de carne verò, quaſi tegmen ſuper oſſa, ut dicit Iob 10. 11. *Pelle & carnibus veſtiti me.*

Terent. *In tributis non omnia exigenda.*

*Deſuper pro Circa.* 15 Etiam poteſt *Deſuper*, vel *Super* intelligi pro *Iuxta*, uti diximus *Tom.* 1. *Tautol.* 1. in *Expoſit. litter.* num. 15. quippequam pellis iuxta carnem, & caro iuxta oſſa, ut omninò ſubditi exponerentur conſumpti. Huc v. ſeq. dicitur : *Comederunt carnem populi mei, & pellem eorum deſuper excoriaverunt.* Qua acceptione clarebit diſficile teſtimonium, quod negotium facelsit Interpretibus. Inter alia clenodia (de quibus num. 20.) quibus ſibi Deus deſponſavit Synagogam, numeratur apud Ezechielem cap. 16. 12. *Dedi inaurem ſuper os tuum.* Hebr. *Super naſum tuum.* Sic Geneſ. 24. 47. *Inaures ad ornandum faciem eius* : etiam legitur *Poſuit inaures ſuper naſum eius.* Verùm quomodò inaures ornamenta naſi? An ſicut Barbaræ in India fœminæ & etiam viri (de quibus late Bilibaldus Strobæus in 12. partibus *Indiæ Orientalis*, & Hieronymus Bezonus in 12. part. *Occidentalis*) ruptâ mediâ cartilagine naſi, genit & labijs, circulos aureos in ornatum inſerentes? Abſit : quandoquidem pro ſumma fœditate & faciei dedecore dicitur Prov. 11. 22. *Circulus aureus in naribus ſuis, mulier pulchra & fatua.* Hieronym. loc. cit. Ezechielis ſubdit : *Hujuſque hodie inter cætera ornamenta mulierum ſolent aures circuli in os ex fronte pendere & imminere naribus.* Unde non ornatus narium, ſed frontis eſt in perpendiculo naſi, ſicut Africanæ fœminæ geſtant Lunulas, quod Iſaias 3. 21. dicit : *Gemmas in fronte pendentes.* Quare ornamentum verſus naſum frontis eſt : ideò à Hieronymo proferturi *Naribus imminere* : ſiquidem Lunulæ verſus cœlum, ſeu verticem capitis, gemmæ verò verſùs naſum mediâ pendentes à fronte. Ita igitur Villalp. & alij interpretantur: maximè cum diſtinctè hic deſcribantur ornatus narium, & aurium : igitur ſubditur : *Dedi inaurem ſuper os tuum, & circulos auribus tuis.* Si circulus auris eſt, inautis erit ornamentum frontis. Hoc Græcè *Catachreſticos*, illud *Epirrhinon*: quaſi diſcreta ornamenta. Doctiſſima ſanè expoſitio, ſed horum venia aliter cogitabo.

*Inter ornamenta ſirum aurem circulus in fronte.* Hieron. Ezech. Geneſ. Hebr. Iſaiæ

*Super pro Iuxta.* 16 *Super* in Scriptura interdum ſignificat *Iuxta*, vel *Circa*. Pſalm. 136. 2. *Super flumina Babylonis ibi ſedimus, & flevimus.* Hoc eſt, *Iuxta* : Iſai. 6. 2. *Seraphim ſtabant ſuper illud* : nempe, iuxta illud. Ita Exod. 16. 3. *Sedebamus ſuper ollas carnium.* Zachar. 4. 2. *Lampas eius ſuper caput eius.* Vide alia teſtimonia loc. cit. Pariter in præſenti. *Dedi inaurem ſuper os tuum* : ideſt, iuxta faciem tuam, ſumpto ore pro facie, ut commune eſt tam Sacris, quàm Profanis, de quo alibi. Ita Septuaginta ut refert Villalpand. leguut. *Dedi inaurem circa aures tuas.* Quapropter Geneſ. 24. 47. ubi eadem Hebraica phraſis, ut di-

*Os pro tota facie.* Septuag.

xi-

ximus num. anteced. vertit Hieronym. *Suspendi inaures ad ornandam faciem eius.* Haud quia in aures sint facici, sed quia pendent ex auribus, quæ iuxta faciem, & quia sunt in auribus, dicuntur inaures. Si dixeris, Quale ergo discrimen erit inter inaurem super os, & circulum auris? Respondeo: Nullum. Mos est in Scriptura iterare secundâ periodo quod dicitur primâ. Unde illud & idem est, ac *Idest*: ut sæpè attuximus in *Prolog. Galeat.* §. 4. num. 13. *Tom. 1. Tautolog. 6.* in *Expositi. litter.* lat. a num. 37. & hic *Tautolog. 2.* num. *6.* & 11. *Tautolog. 6.* num. 32. & 8. num. 13. Quæ expositio vocatur *Exergasia.* Quapropter sensus auctoritatis erit: *Dedi inaurem super os tuum*, & (ideſt) *circulos auribus tuis.* Patet ex ipso contextu. V. 11. dicitur: *Dedi armillas in manibus tuis.* Non in manibus, sed in carpis, quos Nos: *Manicas.* Ideoque dicitur *In manibus*, quia carpi manus principium, & brachij extremum. Vel *Dedi inaures super os tuum*: ideſt, super ora aurium tuarum, quæ quidem perforantur, ut circuli intexerantur, ex quorum sibulis gemmæ, margaritæ, aut pretiosæ caruncul æ pendeant. Accipe cogitatâ, si placuerint.

Et pro ideſt

In pro Iuxta.

Os pro quilibet foramine, vel orificio.

Vestis pro cultu & ornatu.

17 Flectamus ergo cursum in Tautologiæ propositum. Vestis metaphoricè sumitur pro omni rei cultu & ornatu. Hinc Ovidius 3. *Amor.*

Ovid.

*Turpe pecus mutilum, turpis sine gramine campus,*
*Et sine fronde frutex, & sine crine caput.*

Virgilius lib. 1. *Georgic.* v. 187. & lib. 4. v. 142.

Virgil.

*Contemplator item, cùm se nux plurima silvis*
*Iaduet in flores, & ramos curbit olentes.*
*Quòque in flore novo pomis se fertilis arbos*
*Induerat, totidem autumno matura tenebat.*

Isidor. Cicer.

Eandem phrasem invenies apud Collumellam *lib. 4. cap.* 24. Isidorus lib. 17. *Etymolog. cap.* 7. *Amygdalas cunctis arboribus prior se flore vestit.* Cicer. de *Finib.* lib. 2. *Induere cognomen familiæ*: pro sumere, vel assumere. Eodem sensu Aul. Gellius lib. 2. *Noct. Attic. cap.* 19. *Induere animum.* Ita induere personam iudicis, insidiatoris, advocati, &c. Quæ metaphora extenditur etiam ad barbam, qua facies virorum vestiuntur & decorantur, iccirco, ut notat Servius in 7. *Æneid.* Investes dicebantur imberbes. Statius lib. 5. *Thebaid.* v. 70. *Nudus utergue genas.* Apulcius lib. 5. *Metam.* Cupidinem vocat *Investem.* & in *Apolog.* de puerulo dicit: *In vestem à nobis accepisti, vestitiperm illico redandisti.* Tertullian. de *Anima*, cap. 56. *Obijt infans sub uberum fontibus, puta nunc puer investis, nunc vestitus.* Seneca in *Hercul. Oteo*, Act. 1. v. 212.

Vestis accepti ones varia. Investes imberbes. Stat. Apulei. Tertul.

Seneca.

*Potui ne tuam spectare necem,*
*Nondum teneras vestite genas.*

Virgilius lib. 8. *Æneid.* v. 659.

Virgil.

*Aurea cæsaries ollis, atque aurea vestis.*

Vestis pro barba.

*Vestis*, ideſt, barba. Quapropter prima barba (cuius depositio apud Romanos celebris. Unde Suetonius in *Caligul.* cap. 10. *Uno atque eodem die togam sumpsit, barbamque posuit, sine ullo honore.* Qualem, describit in *Neron.* cap. 12. *Barbam primam posuit, conditamque in auream pyxidem, & pretiosissimis margaritis ornatam Iovi Capitolino consecravit.* Ni Dijs sacraretur, plerumque servabatur a fœminis sanguine Principi proximorum. Hinc ioeus proprius Neronis, quem refert idem ibid. cap. 34. *Iunxit parricidio matris aunita necem. Quam cùm ex duritia alvi cubantem visitaret, & illa tractans lanugi m eius, ut assolet, iam grandis natu, per blanditias fortè dixisset*: Simul hanc excepero, u ori volo: *Conversus ad proximos, confestim se positurum velut irridens, ait.*) dicebatur flos. Virgilius lib. 8. v. 160.

Depositio primæ barbæ apud Romanos celebris. Sueton.

Prima barba ætatis flos. Virgil.

*Tunc mihi prima genas vestibat flore iuventa.*

Claudianus de *Consulat.* Probini & Olybrij v. 70.

Claud.

*Ante genas dulces, quam flos iuvenilis inumbret:*
*Oraque ridenti lanugine vestiat ætas.*

Pacuvius in *Tragœd.* Atalant. Calphurnius *Eclog.* 2. & Serenus Sammonicus in *Paneg.*

Pacuv. Calphurn. Seren.

*Nunc primum opacat flore lanugo genas.*
*——— Quoties mollissima tango*
*Ora manu, primique sequor vestigia floris,*
*Mobilis hirsutas horret lasciuia setas,*
*Et gaudet rapto nudari flore pilorum.*

Lucretius lib. 5. de *Rer. natur.* v. 145. & Martial. *lib.* 2. *Epigr.* 61.

Occi-



*Occipit & molli vestit lanugine malas.*
*Cùm mihi vernarent dubia lanugine malæ.*

Lucretij Martial.

Eadem lib. 1. *Epigr.* 32. 9. 37. 10. 42. legesque apud Pindarum *Olymp.* 1. & Homerum *Iliad.* 13. & *Odyss.* 11. Hinc nomen Primipili, ideſt, Centurionis primæ cohortis, iuventis, epheborum, puberum, seu primæ barbæ. Haud sic intelligas illud *Vestimentum ad induendum*, quasi Iacob optaret ad statum pubertatis pervenire, seu in virilem ætatem: quippe cùm dimissus fuit à patre in Mesopotamiam, surrepta benedictione, septuagesimum septimum annum agebat. Ita astruunt Eusebius lib. 9. *Præpar. Evang.* cap. 4. Abulens. hic *quæst.* 1. Peregrius in *Præfat.* & Alapide. Hæc enim ætas non erat iuventa nisi ante diluvium. Solum igitur vestem propriè petit, quo corpus, uti decet, tegatur.

Quid Primipilus?

18 In Sacris verò, Vestis significat gratiam. Qua de re Ioannes in *Apocalyps.* 16. 15. *Beatus qui custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet.* Pro confirmatione gratiæ, Luc. 24. 49. *Vos autem sedete in civitate, quoadusque induamini virtute ex alto.* Etiam pro gloria, *Marc.* 16. 15. *Apocalyps.* 6. 11. 7. 9. 13. & 15. 5. Corpus etiam dicitur vestis, quia ossium vestis caro, & carnis pellis, ut vidimus ex Iob, num. 14. Incorruptibilitas quoque corporis, & aliæ dotes ab animæ gloria participatæ, quibus rutilabat corpus gloriosum, dicuntur etiam in Sacra pagina, vestes. Hinc intelliges illud Genes. 37. de Primis parentibus post lapsum: cognoverunt *se esse nudos.* Ideſt, corruptioni, & morti obnoxios: igitur si de stola gratiæ loqueretur Moyses, non *Nudos* diceret, sed *Nudatos.* Voce vestium pluribus in locis exprimit Paulus corporis glorioſi dotes; maximè, 1. Cor. 15. 53. *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem.* 4. Esdr. 2. 45. clarius: *Hi sunt* (dicitur) *qui mortalem tunicam deposuerunt, & immortalem sumpserunt: modò coronantur & accipiunt palmam.* Sufficiant igitur testimonia.

Vestit pro gratia & gloria. Pro gloria corporis.

Genes.

1. Cor.

4. Esdr.

19 His cognitis Vestium acceptionibus, proclivè dilucidabitur celebre testimonium Doctoris Gentium: nimirùm, *Si tamen vestiti, non nudi inveniamur.* Anima quasi vestitur corpore, ut late diximus num. 12. & 14. spoliatur, dum homo moritur: vestitur denuò, dum corpori anima, homine resurgente, reunitur: verùm adhuc vocatur corpus nudum, modò non sit resurrectione glorioſum. Quapropter Paulus ibid. v. 2. ait: *In hoc ingemiscimus, habitationem nostram, quæ de cælo est, superindui cupientes.* Q. d. Vellemus sine morte, quippe cunctis amara, transire ad gloriam, eò quòd *nolumus spoliari, sed supervestiri*: non spoliari corpore per mortem; sed superindui, aut supervestiri, vel sine morte in cœlestia tranferri, ut contingeret Adamo non peccante, uti ex Protoparentis persona canit Marius Victor lib. 2. *Genes.* v. 43.

2. Cor. 5.

Transfertur Adamus intervestitus, si peccaret.

*——— Felix dum vita manebat*
*Et celeres animos visu super astra daretur*
*Posse sequi latè circum perque omnia fusum;*
*Semper & ingesto visus splendore tegenti*
*His oculis, ceu mentis erant arcana tuentes,*
*Quo dictu proprium est, vidi non posse videri.*

Mar. Vict.

Vellemus ita: nimirùm non mori, quod est superindui dotibus glorioſi corporis emanantibus ab anima, donatâ gloriâ, quin spoliaremur morte carnis, ut induceremur iterum resurrectione corporis: verùm cùm hoc impossibile sit, ingemiscimus gravati in hoc tabernaculo expectantes Salvatorem. In novissimo die cuncti assument corpus: omnes quippe morte spoliati vestientur; sed non omnes supervestientur: ideſt, omnes habebunt corpus immortale; sed non omnes corpus cœleste: siquidem omnes resurgemus, sed non omnes immutabimur. Mortui resurgent incorrupti & nos immutabimur. Omnes vestientur corpore, sed erunt damnati nudi, quoniam non supervestientur dotibus corporis, igitur solummodò *Iustus vestietur illis*, ut ait Iobus 27. 17. Quapropter Paulus contendens sive absens sive præsens placere Deo, ut omnes ita faciant (cùm oporteat manifestari quemliber ante tribunal Christi, ut referat propria corporis, prout gesit, sive bonum, sive malum) de iudicio differens ait: *Si tamen vestiti, non nudi inveniamur*: etenim quid quòd resurgamus, si in gloriam non resurgimus? Nihil refert, quòd simus vestiti, dum sumus nudi. Quid quòd habeamus corpus, si non glorioſum? Bonis ergo operibus studeamus, ut non simus nudi corpore cœlesti, dum vestiti corpore in resurrectione. Ita enim Syr. *Nisi etiam postquàm induti fuerimus, reperiamur nudi.* Alij: *Si tamen vestiti corpore, non nudi ab opere*: queis verbonibus clarat sensus auctoritatis. Illud autem, quod ab aliquibus: *Vestiti fide, non nudi opere*, tropologicum est, & ad Didascalias spectans.

Quid est in homine vestis, & quæ pervestitus.

Iob.

Quomodò homines in resurr. fient vestiti & nudi? Syr.

*Vestiens de nis vel bene facit.* Ezech. 16. 11.

20 Etiam Vestes per translationem exprimunt beneficia. Ovidius lib. 13. Fab. 1. *Cœlestia dona indueret*, & in Scriptura, addita geminatione per Anuesim, aut Epitasim, maxima dona: ut illud Domini apud Ezechielem: *Ornavi te ornamento.* Ideſt; maximoperè ornavi, uti diximus *Prolog. Galeat. §. 4.* num. 5. & §. 5. num. 4. Q. d. Lautis, speciosisque vestibus pro cultu, & ornatu, atque pro mirificate hæc romanschalis, & amphimaschalis, sumptui minimè pepercia. Omnia pro tui æstimatione cultiora, & selectiora. Hinc Interpretes apud Haye in *Bibl. Maxim.* legunt: *Vestivi te recamatura, Serico extractio, Acu veste picta, opere Phrygio.* Refert, quanta in Synagogam contulerit beneficia (Quid ultrà debuit facere:) & quàm malè collocata; igitur numquàm fide fidei respondit, sed Sponsum ideo summis iniurijs affecit. Patet liberalitas Sponsi ex ipso contextu. *Eras nuda*, dicit inverecundæ fluxæ fidei, *& confusione plena*: nihilominùs tamen pietate mea, licèt introspexerim cervicosam; *Lavi te aquâ, unxi te oleo, & vestivi te discoloribus, & calceavi te ianthino* (scilicet pelle ianthini coloris: Hispan. *Color de violeta*) *& cinxi te byssо, & indui te subtilibus, & ornavi te ornamento, & dedi armillam in manibus tuis, & torquem circa collum tuum, & dedi inaurem super os tuum, & circulos auribus tuis, & coronam decoris in capite tuo, & ornata es auro & argento, & vestita es byssо & polymito & multicoloribus &c.* Ecce enim totus mundus muliebris, quo nihil desiderabile desideratur, quippequàm quasi Sponsam multiplici ornamentorum genere infertavit.

*Quanta beneficia à Deo Synagoga collata!*

*Mundus muliebris.*

21 Huiusmodi ornatum ita elegantissimè describitur ab Isaia cap. 3. 18. *In die illa auferet Dominus ornamentum calceamentorum* (translationes Hispanicæ quæ Compluti servantur: *Trenas, Listas, Randas, Redes.* Modò dicimus: *Calceamenta oculata*: Zapatos picados) *& lunulas* (Diademas) *& torques* (Gargantillas) *& monilia* (Brazalete) *& armillas* (Manillas, Axorcas) *& mitras* (tocados con lentejuelas) *& discriminalia* (Peynes) *& periscelides* (Ligas, Medias) *& murenulas* (Collares) *& olfatoriola* (Pomos de ambar, susique) *& inaures* (Arracadas) *& annulos* (Sortijas) *& gemmas in fronte pendentes* (Pendientes) *& mutatoria* (Guantes) *& palliola* (Gasa transparente) *& linteamina* (Lienzos blancos) *& acus* (Alfileres) vel acus crinales in quarum extremo relucet gemma (Chispas) *& specula* (Espejuelos) *& sindones* (Tohallas) *& vittas* (Fluecos, cintas, listones) *& theristra* (Veletes) quæ quidem omnia non ornatus, sed ampliorornatus decor, vel cultus parerga. Hispan. *Cabos.* Quanta fœminarum vanitas in nitorem! Non exolevit, sed inolevit huiusmodi vel fatuitas vel amentia. Non sat ad minutias istiusmodi patrimonia. Mundus muliebris potiùs immundus.

*Eius quisquilia.*

*Quanta fœminarum vanitas in ornatum!*

Ovid. *Nec genus ornatus unum est, quod quemque decebit,*
*Eligit, & speculum consulit antè suum.*

Senec. Canit Ovidius lib. 3. de *Arte.* Quàm aptè Seneca lib. 1. *Natur. quæst.* cap. 17. *Pluris* (ait) *unum speculum fœminæ constitit, quàm antiquarum dos fuit ilia, quæ publicè dabatur Imperatorum pauperum filiabus. Adeoque omnia indiscreta sunt perverſissimis artibus, ut quicquid mundus, muliebris vocabatur, sarcinæ viriles sint.* Sub hac metaphora à Deo ingratitudo objicitur Synagogæ; igitur cùm esset nuda & sordibus plena, elegit in Sponsam & ornavit ornamento: ideſt, dedit in commendationem decoris, quicquid illi opus à planta pedis usque ad verticem capitis.

*Mundus muliebris farcina virii.*

22 Liquet quid Iacob optet. *Si Deus dederit mihi vestimentum ad induendum. Ad induendum*: fine pro actione, ut diximus num. 2. & 7. quem quidem stylum invenies apud Poëtas & Oratores. Plautus in *Epidic.* Act. 2. Scen. 2. *Vestem vestitus.* Ovidius *Epist.* Cydippe: *Et vestes induit.* Donatus in *Præfat. Andriæ.* Terentij: *Pallis palleati.* Quinctilian. lib. 2. cap. 9. *Vestiuntur habitu.* Cicero tam lib. 2. de *Natur. Deor.* quàm lib. 1. ad *Attic. Indutus veste.* Vincentius Chartarius in *Præfat.* ad Deor. Imagin. fol. 12. *Statuæ ab artificibus interdùm nudæ, sæpius vestibus indutæ excusabantur.* Hæc apposui, ne hæretici ganniant cum suo Prisciano. Pro huiusmodi locutionibus notum sit idioma Hebræum, quo primò exponitur res, & deindè usus. Primò quid, & subindè ad quid. Ut pluribus testimonijs constat. Num. 20. 5. *Aqua ad bibendum.* Exod. 16. 15. *Panem ad vescendum.* Psalm. 77. 24. *Manna ad manducandum.* Ierem. 9. 1. *Fontem lachrymarum & plorabo.* Ita, aures ad audiendum & oculos ad videndum; quippe ipsa actio exponitur pro materia actionis, ut illud *Sacrificate sacrificium*, ideſt, victimam: *Vidi visionem*, idest imaginem: *Audivi auditionem*, nempè, verbum: de quo egimus in *Prolog. Galeat. §. 4.* num. 10. Hinc sensus testimonij clarer. *Vestimentum ad induendum*: ideſt ad ornatum, vel habitum. *Ornavi te ornamento*: scilicet, ornavi te veste, non utcumquè, sed decorà, & splen-

*Quid vestire, vestem?*

*Usitatum in Scrip. describi rem, & eius usum.*

*Actio pro materia actionis.*



& splendenti. *Vestem vestitus*: nimirùm, veste cultus. *Pallio palliatus*: putà, pallio ornatus. Ideo quia Græci pallijs, & Romani togis utebantur, olim *Comedia* dicebantur *Palliatæ & togatæ*, iuxta habitum, cultum, ac ornatum Romanum, vel Græcum. Etiam convivia, ut signat Suetonius in *Cæsar.* cap. 48. *Conclavatum assiduè per procinctus duobus triclinijs: uno quo fagati, palliative; altero, quo togati cum illustrioribus provinciarum discumberent.* Quapropter *ad induendum*, idem est, ac ad corpus tegendum, muniendum, pro commoditate & usu protegendum; sicut *Aqua ad bibendum*, videlicet, ad extinguendam sitim: *Panis ad manducandum*, ad arcendam nempè famem. Unde votum Iacob summæ frugalitatis: vestem optat ad induendum, non ad decorem, lautitiam, & pomposam vanitatem, non ad oblectationem oculorum & invidiam spectantium; sed ad corporis honestatem, & munimen, quo sensu vestis dicitur quicquid protegit vel ornat, ut peristromata strata, peripetasmata mensas, aulæa parietes, aurum iacunaria: quin etiam ad alia extenditur, ut cùm Plinius *lib. 1. Epist. 17.* dicit: *Hortum morus vestit.* Ideſt, tegit, protegit, ornat, vel obumbrat. Astruitur ergo Tautologiæ intelligentia, q. d. Iacob: Si Deus dederit mihi ad corpus induendum vestem, & panem ad victum, erit mihi Dominus in Deum.

*Quæ cumprimis gallitata, & togata?*

*Ex convivijs* Sueton.

*Votum Iacob summæ frugalitatis.*

Plin.

23 Restat discutiendum quid his ultimis verbis intenderit Iacob, igitur iuris erat ut Deum haberet in Deum. Caietanus ait: Creatorem omnium vovet culturum in Iudicem, in distributorem bonorum & malorum, iungens, tamquàm voti partem, decimarum dedicationem, & loco, ubi visio, venerationem specialem. Huic sententiæ hæret Pererius *disput.* 10. num. 61. estò non ex toto, & meritò: additque Iacobum vovisse Deo singularem cultum. Similiter Abulensis, Alapide, Iacobus Bonfrerius & Leonardus Marius. Aliqui huiusmodi amorem vocant imperfectum, & planè cordis veré diligentis nothum. Neutri assentior novâ, sed genuinâ (ni fallor) expositione. Caret patrocinio, cæterùm minimè nudabitur testimonio.

Caiet.

*Quid est Deum in Deum habere?*

24 Novum non est tam in Sacris, quàm in Profanis, quòd particula *Si* summatur pro *Non, Neutiquam, Nequaquam* &c. Aliquid magnum Iacob Domino vovet, & huiusmodi acceptione intelliges quam magnum. *Si* non conditionem, sed animum firmum designat. Marc. 8. 12. *Quid generatio ista signum quærit? Amen dico vobis, si* (non) *dabitur generationi isti signum.* 1. Reg. 17. 55. interrogatus Abner à Saule de triumphatore iuvene, *De qua stirpe descendit hic adolescens?* dixit: *Vivit anima tua Rex, si novi. Si*, ideſt, *Non novi.* Psalm. 88. 36. *Semel iuravi in sancto meo, si* (non) *David mentiar.* Isai. 22. 14. *Revelatum est in auribus meis vox Domini exercituum: Si* (non) *dimittetur iniquitas hæc vobis, donec moriamini, dicit Dominus exercituum.* Ierem. 38. 16. *Vivit Dominus qui fecit nobis animam hanc, si occidero te, & si tradidero* (hoc est, non occidam, nec tradam) *te in manus virorum istorum, qui quærunt animam tuam.* Malach. 1. 8. *Si offeratis claudum & languidum, nonne malum est? Offer illud duci tuo, si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuam. Si*, putà, non placebit ei, nec suscipiet &c. & cap. 3. 10. *Super hoc, dicit Dominus, si non aperuero vobis cataractas cœli.* Ideſt, nequaquàm aperiam. Psalm. 94. 11. *Ut iuravi in ira mea, si introibunt in requiem meam. Si* pro *Neutiquàm*, quod iteratur ad *Hebr.* 4. 3. Claret ampliùs acceptio, ubi eadem sententia diversis Bibliæ locis iteratur. 1. Reg. 14. 45. *Vivit Dominus si ceciderit, capillus de capite eius in terram.* & 2. Reg. 14. 11. dicitur: *Vivit Dominus, quia non cadet de capillis filij tui super terram.*

*Si pro Non sæpe in Bibl.*

25 Apud Profanos invenies etiam & elegantissimè huiusmodi stylum. Horatius lib. 2. *Satyr.* 3. v. 9.

*Etiam apud Profanos.*

Horat. *At qui vultus erat multa & præclara minantis*
*Si* (Non) *vacuum tepido cepisset villula tecto.*

Virgilius lib. 5. *Æneid.* v. 798. & Tragicus in *Octavia* Act. 4. v. 885.

Virgil. *Si* (Non) *tonsa senectæ*
*Quo me trahitis, quodve tyrannus,*
*Aut exilium fortuna iubet?*
*Si* (Non) *mihi vitam fractâ remittit*
*Tot iam nostris evicta malis.*

Senec. *Si* (Non) *cede mea cumulare parat*
*Luctus nostros. Invidet etiam.*

Plaut. Plautus passim utitur huiusmodi phrasi, maximè in *Amphitruon. Act. 2. Scen. 2. v. 164.*

Tacit. *Si* (Non) *similem rem ipse in legem iussit esse Iupiter.*

Denique Cornelius Tacitus *Histor.* lib. 1. cap. 83. ait: *Ita se ducum auctoritas, sic rigor*

*disciplina habet, ut multa etiam centuriones tribunusque tantùm iuberi expediat. Si* (ideſt, Non) *ubi iubeantur, quærere ſingulis liceat.*

26 His ergo claret propoſitum. Iacobus quia cum lacte biberat fidem, agnoſcebat Deitatem: verùm nec umbram viderat ex his quæ præparavit Deus diligentibus ſe. Modò viſione ſcalæ factâ, auditâ promiſsione divinâ, evigilans dixit: *Verè Dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam. Quàm terribilis eſt locus iſte! Non eſt hic aliud niſi domus Dei & porta cœli.* Cognoſcebat per fidem, & ex generali providentia Deum, haudquaquàm per aliquam ſpeciem umbraticam maieſtatis & gloriæ. Deſideraverat, ut decenter degeret, nec divitias nec paupertatem: veſtem ſcilicet, victum & incolumitatem in peregrinatione, quod quidem votum undecumque rationales quippe gravia pati refugit natura, & carentia harum rerum omninò gravis. Cæterùm viſa ſimilitudine gloriæ votis ſe exuit caducis, & in altiora elevavit animum, præcognoſcens non eſſe condignas huius temporis paſsiones ad futuram gloriam revelandam: unde ductus ſpecie viſionis dicit: Numquam iuſtus derelictus, nec ſemen eius quærens panem: panem in victum optabam, veſtem in corporis tegumentum, cuſtodiam in vitæ ſalutem, quæ quidem impetrare conabar à Deo, qui dat omnibus affluenter: verùm modò vilis viſis, quamvis Deus permittat in via plura pati, & etiam mori, quamvis conceſsâ vitâ non dederit mihi panem ad veſcendum, neque veſtimentum ad induendum, erit mihi Dominus in Deum, qui indulget ſuos ſervos premi in terra crebris perſecutionum ictibus, ut colloceat in cœleſtibus

27 Hinc Paulus 1. Cor. 4. 11. *Uſque in hanc horam* (ait) *& eſurimus & ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis cædimur, & inſtabiles ſummus :: tanquàm purgamenta huius mundi factî ſumus, omnium peripſema uſque adhuc.* Nil intereſt, quòd ita ſit, modò ſervemur in gratia eius qui dilexit nos. Quid poterat dicere, qui quæ viderat, viderat, elevatus uſque ad tertium cœlum? Poterant ſeparare priùs, uti fragiles homines, terrena ſapientes (maximè *cum*, uti dicit Ethicus lib. 2. *Hiſt. natur.* cap. 7. *invenerit ipſa mortalitas Numen, quominus etiam plana eſſet de Deo coniectatio.*) mala ingruentia, tribulatio, anguſtia, fames, nuditas, periculum, perſecutio, gladius: cæterùm modò, *Certus ſum* (inquit ad *Rom.* 8. 38.) *quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque Virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit ſeparare.*

28 Proſperitas mundana ab omnibus cupita; ſed qui fide imbuti, vel in ipſis tribulationibus cogitant ſuperiora. Iccircò tres pueri nolentes adorare ſtatuam vel patulo ore fornacis, dixerunt Regi: *Ecce Deus noſter quem colimus poteſt eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis, ô Rex, liberare. Quòd, ſi noluerit notum ſit tibi Rex, quia Deos tuos non colimus.* Ita Daniel. 3. 17. Haud de vita caduca ſatagimus; ſequemur fidem, ſive Deus quem colimus, liberet, ſive non: igitur ſi noluerit, melius, licèt nobis neſcientibus, providebit. Explicat Paulus ad Hebr. 11. 36. *Alij ludibria & verbera experti, inſuper & vincula & carceres: lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt, circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti: quibus dignus non erat mundus, in ſolitudinibus errantes, in montibus & ſpeluncis, & in cavernis terræ. Hi omnes teſtimonio fidei probati, non acceperunt repromiſsionem, Deo pro nobis melius aliquid providente, ut non ſine nobis conſummarentur.*

29 Iam didicerat Iacobus factâ mirabili viſione, altiora petere, & ſecretiora de eius ineffabili & infallibili providentia cogitare. Cognoſcebat Iacob Deum fide, & etiam providentiâ, qua cuncta dirigebat in hominis felicitatem; ſed ignorabat carere humana felicitate, eſſe felicitatem maiorem, *Deo pro nobis melius aliquid providente.* Vidit inſignem viſionem, ac gradus quibus pervenitur ad beatitudinem: & quaſi ex abrupto dixit: Semper perſiſtam in fide eius, quem à primordiis unguibus Deum credidi, licèt mihi panem haud largiatur in eſcam, nec ſuppeditet veſtem in nuditatem. Quadrat ad unguem quod Beatus Ignatius, donatus à Deo, vel in initio converſionis, illuſtrationibus miris, dicebat: *Si Sacræ litteræ non extarent, ſe tamen pro fide mori paratum, ex ijs ſolùm, quæ ſibi Manreſæ patefecerat Dominus.*

30 Quid quòd dicant fide & illuſtrationibus inſignes, dum cognoverunt vel Ethnici: Horatius lib. 4. *Carmin.* Od. 9. v. 45. canit:

*Non poſſidentem multa, vocaveris*
*Rectè beatum: rectius occupat*

*Vifi cœleſtibus, pœne vel maximè abdicuntur.*

1. Cor. 4. 11. *Quæ in mille gravia, vitâ gliriâ, nulla.*

Plin.

Rom. *Pauli amor quantus!*

Daniel. *Amore in Deum languet amor vitæ.*

Hebr.

*Votum inſigne Iacob.*

*S. Ignatius mirè illuſtratus à Deo vel in initio converſionis.*

*Quis verè beatus?*

Horat.





*Nomen beati, qui Deorum*
*Muneribus ſapienter uti,*
*Duramque callet pauperiem pati:*
*Peiuſque letho flagitium timet.*

Magnæ divitiæ lætæ paupertas, ampliores verò, ſi voluntaria. *Quis ignorat* (ait Seneca de *Vita beat.* cap. 10.) *pleniſſimos eſſe voluptatibus veſtris ſtultiſſimos quoſque? In primis inſolentiam, & nimiam æſtimationem ſui, tumoremque elatum ſuper cæteros, & amorem rerum ſuarum cæcum & improvidum; delicias fluentes, ex minimis ac puerilibus cauſis exultationem, iam dicacitatem & ſuperbiam contumelijs gaudentem, deſidiam, diſſolutionemque animi indormientis ſibi:: Tu voluptatem complecteris, ego compeſco. Tu voluptate früeris, ego utor. Tu illam ſummum bonum putas, ego nec bonum. Tu omnia voluptatis cauſâ facis, ego nihil.* Plinius lib. 1. Epiſt. 3. loquens de abſtractione rerum feliciter dixit: *Si te poſſidet, felix beatuſque es: ſin minùs, unus è multis. Reliqua rerum tuarum poſt te alium atque alium dominum ſortientur, hoc numquàm te deſinet eſſe.* Pluribus ſuperſedeo, quippequàm obvia ſtudioſo.

31 Hæc ſatis pro voto inſigni Iacob, ut amor eius notetur inſignis. Hoc illius intentum, nequaquàm caducum commodum: patet ex eo quòd tot devoraverit ærumnas perpetiendo crebras pœnas. In Verſionibus ferè cuncta ſynonoma. *Si Deus dederit mihi panem ad veſcendum, & veſtimentum ad induendum.* Perſic. Rabb. Ionath. & alij: *Veſtem in tegumentum, in indumentum, ad veſtiendum* &c. Studeamus ergo in Didaſc. ut induamur virtute ex alto.

*Magnæ divitiæ lætæ paupertas, maximè ſi voluntaria.* Senec. *Voluptas mundi rerum ſuarum & in ſtultis.*

*Aſſeratio à ea ducit vera felicitas.* Plin. *Verſiones.*

## ADINATON EXEGETICUM.

*Epilog. Excurſ.*

1. *Veſtimentum ad induendum*: veſtis inclyta fides, verùm non veſtis ſine veſte operationis.
2. *Veſtimentum ad induendum*: ſeſe induit quiſque quo pauperem veſtit.
3. *Veſtimentum ad induendum*: quippe non induit veſtimentum, ſi non propriùm.
4. *Veſtimentum ad induendum*: quoniam affectio in ſententijs denudatur, ubi iuſtitiæ veſte, ne pateat, magis induitur.
5. *Veſtimentum ad induendum*: etenim detractor non habet ut ſignet occulta bona, ſed ut elareſcant vulnera.
6. *Veſtimentum ad induendum*: ſiquidem tunc veſtis decorè induitur, dum induitur & ad gratiam & ad gloriam.
7. *Veſtimentum ad induendum.* Amplior veſtimenti amoris rutilat ſpeciositas, ſi apparet nuditas.
8. *Veſtimentum ad induendum.* Homines veſtiuntur in carnis auctoritatem: Martyres verò nudantur in ſplendorem.

# DIDASCALIA PRIMA.

## *Parùm refert veſtitus fidei ſine veſtitu operis.*

Gregor. Magn. Matth. 22. 12.

1 INſit Gregorius Magn. Homil. 38. in *Evang.* Hinc deruditur in tenebras, qui habebat veſtem, & non habebat nuptialem. Veſtis eſt fides, operatio cum fide veſtis nuptialis: & quaſi nudus plectitur, dum fide ornatus duntaxàt inveniturs quippe licèt haberet fidem, nullam in fide habebat operationem. *Veſtimentum ad indnendum* optat Iacob. Ad quid ergo veſtimentum? Non induuntur qui tantùm ornantur fide: petitque Iacobus veſtimentum ad induendum, ut habeat veſtem: igitur nullam habebit, ni cum fide habuerit operationem. Canit Ovvenus lib. 1. *Epigram.* 11.

Genes. 28. 20. *Veſtis fidei dumtaxàt, nũ eſt veſtis.*

Ovven.

*Nil ſenſus ratione carens, ratio fidei expers,*
*Nil ſine amore fides, nil amor abſque Deo.*

2 *Si tamen veſtiti non nudi inveniamur*: ait Paulus, cùm nos oporteat præſentes eſſe ante tribunal Chriſti. Huiuſmodi periodus potiùs quàm ſententia, videtur ænigma. Quis namque ſi veſte ornatus, poteſt inveniri nudus? Erit & non erit veſtis, ubi cum illa pudet nuditatis. Non erit, quia nudus; & erit, quia veſtitus. Qua ergo lege homo veſte decorus, & ſimul nudus? Si habuerit fidem, & fidei reſpondentem abdixerit operationem. Ut veſtis fidei veſtis ſit, indiget alia veſte, quæ quidem opus, ne appareat homo cum indumento nudus: & dicit Paulus, *Veſtiti & non nudi*, ut cum fide data nequaquam vacemus ab operatione: igitur nullo modo nanciſcemur optabilem felicitatem, dumtaxàt per nudam fidem.

2. Cor. 5. 3.

*Sed cum veſte operationis.*

*Non obtinetur gloria fide nudâ.*

*disciplina habet, ut multa etiam centuriones tribunusque tantùm iuberi expediat. Si* (ideſt, Non) *ubi iubeantur, quærere ſingulis liceat.*

26 His ergo claret propoſitum. Iacobus quia cum lacte biberat fidem, agnoſcebat Deitatem: verùm nec umbram viderat ex his quæ præparavit Deus diligentibus ſe. Modò viſione ſcalæ factâ, auditâ promiſsione divinâ, evigilans dixit: *Verè Dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam. Quàm terribilis eſt locus iſte! Non eſt hic aliud niſi domus Dei & porta cœli.* Cognoſcebat per fidem, & ex generali providentia Deum, haudquaquàm per aliquam ſpeciem umbraticam maieſtatis & gloriæ. Deſideraverat, ut decenter degeret, nec divitias nec paupertatem: veſtem ſcilicet, victum & incolumitatem in peregrinatione, quod quidem votum undecumque rationales quippe gravia pati refugit natura, & carentia harum rerum omninò gravis. Cæterùm viſa ſimilitudine gloriæ votis ſe exuit caducis, & in altiora elevavit animum, præcognoſcens non eſſe condignas huius temporis paſsiones ad futuram gloriam revelandam: unde ductus ſpecie viſionis dicit: Numquam iuſtus derelictus, nec ſemen eius quærens panem: panem in victum optabam, veſtem in corporis tegumentum, cuſtodiam in vitæ ſalutem, quæ quidem impetrare conabar à Deo, qui dat omnibus affluenter: verùm modò vilis viſis, quamvis Deus permittat in via plura pati, & etiam mori, quamvis conceſsâ vitâ non dederit mihi panem ad veſcendum, neque veſtimentum ad induendum, erit mihi Dominus in Deum, qui indulget ſuos ſervos premi in terra crebris perſecutionum ictibus, ut colloceat in cœleſtibus

27 Hinc Paulus 1. Cor. 4. 11. *Uſque in hanc horam* (ait) *& eſurimus & ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis cædimur, & inſtabiles ſummus :: tanquàm purgamenta huius mundi factî ſumus, omnium peripſema uſque adhuc.* Nil intereſt, quòd ita ſit, modò ſervemur in gratia eius qui dilexit nos. Quid poterat dicere, qui quæ viderat, viderat, elevatus uſque ad tertium cœlum? Poterant ſeparare priùs, uti fragiles homines, terrena ſapientes (maximè *cum*, uti dicit Ethicus lib. 2. *Hiſt. natur.* cap. 7. *invenerit ipſa mortalitas Numen, quominus etiam plana eſſet de Deo coniectatio.*) mala ingruentia, tribulatio, anguſtia, fames, nuditas, periculum, perſecutio, gladius: cæterùm modò, *Certus ſum* (inquit ad *Rom.* 8. 38.) *quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque Virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit ſeparare.*

28 Proſperitas mundana ab omnibus cupita; ſed qui fide imbuti, vel in ipſis tribulationibus cogitant ſuperiora. Iccircò tres pueri nolentes adorare ſtatuam vel patulo ore fornacis, dixerunt Regi: *Ecce Deus noſter quem colimus poteſt eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis, ô Rex, liberare. Quòd, ſi noluerit notum ſit tibi Rex, quia Deos tuos non colimus.* Ita Daniel. 3. 17. Haud de vita caduca ſatagimus; ſequemur fidem, ſive Deus quem colimus, liberet, ſive non: igitur ſi noluerit, melius, licèt nobis neſcientibus, providebit. Explicat Paulus ad Hebr. 11. 36. *Alij ludibria & verbera experti, inſuper & vincula & carceres: lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt, circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti: quibus dignus non erat mundus, in ſolitudinibus errantes, in montibus & ſpeluncis, & in cavernis terræ. Hi omnes teſtimonio fidei probati, non acceperunt repromiſsionem, Deo pro nobis melius aliquid providente, ut non ſine nobis conſummarentur.*

29 Iam didicerat Iacobus factâ mirabili viſione, altiora petere, & ſecretiora de eius ineffabili & infallibili providentia cogitare. Cognoſcebat Iacob Deum fide, & etiam providentiâ, qua cuncta dirigebat in hominis felicitatem; ſed ignorabat carere humana felicitate, eſſe felicitatem maiorem, *Deo pro nobis melius aliquid providente.* Vidit inſignem viſionem, ac gradus quibus pervenitur ad beatitudinem: & quaſi ex abrupto dixit: Semper perſiſtam in fide eius, quem à primordiis unguibus Deum credidi, licèt mihi panem haud largiatur in eſcam, nec ſuppeditet veſtem in nuditatem. Quadrat ad unguem quod Beatus Ignatius, donatus à Deo, vel in initio converſionis, illuſtrationibus miris, dicebat: *Si Sacræ litteræ non extarent, ſe tamen pro fide mori paratum, ex ijs ſolùm, quæ ſibi Manreſæ patefecerat Dominus.*

30 Quid quòd dicant fide & illuſtrationibus inſignes, dum cognoverunt vel Ethnici: Horatius lib. 4. *Carmin.* Od. 9. v. 45. canit:

*Non poſſidentem multa, vocaveris*
*Rectè beatum: rectius occupat*

*Vifi cœleſtibus, pœne vel maximè abdicuntur.*

1. Cor. 4. 11. *Quæ in mille gravia, vitâ gliriâ, nulla.*

Plin.

Rom. *Pauli amor quantus!*

Daniel. *Amore in Deum languet amor vitæ.*

Hebr.

*Votum inſigne Iacob.*

*S. Ignatius mirè illuſtratus à Deo vel in initio converſionis.*

*Quis verè beatus?*

Horat.





*Nomen beati, qui Deorum*
*Muneribus ſapienter uti,*
*Duramque callet pauperiem pati:*
*Peiuſque letho flagitium timet.*

Magnæ divitiæ lætæ paupertas, ampliores verò, ſi voluntaria. *Quis ignorat* (ait Seneca de *Vita beat.* cap. 10.) *pleniſſimos eſſe voluptatibus veſtris ſtultiſſimos quoſque? In primis inſolentiam, & nimiam æſtimationem ſui, tumoremque elatum ſuper cæteros, & amorem rerum ſuarum cæcum & improvidum; delicias fluentes, ex minimis ac puerilibus cauſis exultationem, iam dicacitatem & ſuperbiam contumelijs gaudentem, deſidiam, diſſolutionemque animi indormientis ſibi:: Tu voluptatem complecteris, ego compeſco. Tu voluptate früeris, ego utor. Tu illam ſummum bonum putas, ego nec bonum. Tu omnia voluptatis cauſâ facis, ego nihil.* Plinius lib. 1. Epiſt. 3. loquens de abſtractione rerum feliciter dixit: *Si te poſſidet, felix beatuſque es: ſin minùs, unus è multis. Reliqua rerum tuarum poſt te alium atque alium dominum ſortientur, hoc numquàm te deſinet eſſe.* Pluribus ſuperſedeo, quippequàm obvia ſtudioſo.

31 Hæc ſatis pro voto inſigni Iacob, ut amor eius notetur inſignis. Hoc illius intentum, nequaquàm caducum commodum: patet ex eo quòd tot devoraverit ærumnas perpetiendo crebras pœnas. In Verſionibus ferè cuncta ſynonoma. *Si Deus dederit mihi panem ad veſcendum, & veſtimentum ad induendum.* Perſic. Rabb. Ionath. & alij: *Veſtem in tegumentum, in indumentum, ad veſtiendum* &c. Studeamus ergo in Didaſc. ut induamur virtute ex alto.

*Magnæ divitiæ lætæ paupertas, maximè ſi voluntaria.* Senec. *Voluptas mundi rerum ſuarum & in ſtultis.*

*Aſſeratio à ea ducit vera felicitas.* Plin. *Verſiones.*

## ADINATON EXEGETICUM.

*Epilog. Excurſ.*

1. *Veſtimentum ad induendum*: veſtis inclyta fides, verùm non veſtis ſine veſte operationis.
2. *Veſtimentum ad induendum*: ſeſe induit quiſque quo pauperem veſtit.
3. *Veſtimentum ad induendum*: quippe non induit veſtimentum, ſi non propriùm.
4. *Veſtimentum ad induendum*: quoniam affectio in ſententijs denudatur, ubi iuſtitiæ veſte, ne pateat, magis induitur.
5. *Veſtimentum ad induendum*: etenim detractor non habet ut ſignet occulta bona, ſed ut elareſcant vulnera.
6. *Veſtimentum ad induendum*: ſiquidem tunc veſtis decorè induitur, dum induitur & ad gratiam & ad gloriam.
7. *Veſtimentum ad induendum.* Amplior veſtimenti amoris rutilat ſpeciositas, ſi apparet nuditas.
8. *Veſtimentum ad induendum.* Homines veſtiuntur in carnis auctoritatem: Martyres verò nudantur in ſplendorem.

# DIDASCALIA PRIMA.

## *Parùm refert veſtitus fidei ſine veſtitu operis.*

Gregor. Magn. Matth. 22. 12.

1 INſit Gregorius Magn. Homil. 38. in *Evang.* Hinc deruditur in tenebras, qui habebat veſtem, & non habebat nuptialem. Veſtis eſt fides, operatio cum fide veſtis nuptialis: & quaſi nudus plectitur, dum fide ornatus duntaxàt inveniturs quippe licèt haberet fidem, nullam in fide habebat operationem. *Veſtimentum ad indnendum* optat Iacob. Ad quid ergo veſtimentum? Non induuntur qui tantùm ornantur fide: petitque Iacobus veſtimentum ad induendum, ut habeat veſtem: igitur nullam habebit, ni cum fide habuerit operationem. Canit Ovvenus lib. 1. *Epigram.* 11.

Genes. 28. 20. *Veſtis fidei dumtaxàt, nũ eſt veſtis.*

Ovven.

*Nil ſenſus ratione carens, ratio fidei expers,*
*Nil ſine amore fides, nil amor abſque Deo.*

2 *Si tamen veſtiti non nudi inveniamur*: ait Paulus, cùm nos oporteat præſentes eſſe ante tribunal Chriſti. Huiuſmodi periodus potiùs quàm ſententia, videtur ænigma. Quis namque ſi veſte ornatus, poteſt inveniri nudus? Erit & non erit veſtis, ubi cum illa pudet nuditatis. Non erit, quia nudus; & erit, quia veſtitus. Qua ergo lege homo veſte decorus, & ſimul nudus? Si habuerit fidem, & fidei reſpondentem abdixerit operationem. Ut veſtis fidei veſtis ſit, indiget alia veſte, quæ quidem opus, ne appareat homo cum indumento nudus: & dicit Paulus, *Veſtiti & non nudi*, ut cum fide data nequaquam vacemus ab operatione: igitur nullo modo nanciſcemur optabilem felicitatem, dumtaxàt per nudam fidem.

2. Cor. 5. 3.

*Sed cum veſte operationis.*

*Non obtinetur gloria fide nudâ.*

Agg. 1. 6.

3 *Operuistis vos; & non estis calefacti:* dicit Aggæus. Induitur vestimentum in calorem: quomodò frigent, quasi paterentur nuditatem? Quia fides nil sine amore. Amor est ignis, fides autem fuligida vestis. Amor cognoscitur per exhibitionem operum: & non sunt calefacti, estò habuerint fidei vestimentum; quippe cum deficit opus, homo nudus. Quid mirum, quòd patiantur nuditatem, si in velle non habent vestem: Operti sunt fide, verùm nudâ; quippe omissa fuerunt opera. His calet fides, fidei calore homo. Friget anima fide nudâ: & non sunt calefacti qui fidei nudæ acceperunt vestimentum, quia in calorem omiserunt tomitem operationum. Vestis potest esse nivis: at si nivis, non est vestis: & nullo modo sunt calefacti, qui fidei vestem dumtaxat induti; quippequam in calorem non accipit vestem, qui induerit nivem. Ipsa fides estò pulchra, sine opere manet informis: est cadaver pulchrum, sed cadaver. Mortua est: anima hæc solâ non calet: & qui illam ut vestem habent, profectò frigent; quia non habet vestem. Fides sine operatione potest esse, sed non potest prodesse. Utilitas astruit existentiam, & motus exprimit vitam: fides sola mortua est. Ex cadavere quid? Sine fide nulla vestis. Nulla sine utilitate. Unde qui fidem mortuam habet, omninò friget; quia illam habet, quasi non haberet.

*Fide nudâ friget anima.*

*Fidē habet quasi non haberet.*

4 Intende in celebrem sententiam Pauli, ut rectè ambulemus qui ambulamus per fidem & nequaquam per speciem, ac per bona opera certam faciamus nostram vocationem. *Videmus* (inquit) *nunc per speculum in ænigmate.* Ænigma obscurus sermo est, speculum verò perspicuum: iungitque Paulus in mysteria fidei obscuritatem & claritudinem; quippe per fidem Catholicis quodlibet obscurissimum mysterium magis clarum, quàm si videremus per speculum.

*Per fidem ista libentèr mysteria cognoscimus.* 1. Cor. 13. 12.

Ad rem ergo: fides igitur à Paulo confertur speculo. Cur enim non assimilatur præfulgenti crystallo? Ut constet quæ fides Catholico congrua, & quæ fides vera & ficta. Crystallus estò pellucida nihil, vel si aliquid, confusè omninò obiectum repræsentat. Ut clarè signet quodcumque objicitur, argento vivo eius planities artificiosè obtegitur: & Paulus meditanter speculo confert fidem, respuens dumtaxat crystallinam claritatem; igitur nihil omninò repræsentat fides, dum abest à fide argentum vivum affinis operationis. In speculo videtur, quicquid objicitur: & tunc fides designat verè fidelem; dum per operationem Catholici veri repræsentat imaginem, quæ, tantùm cognoscitur viva per operationem: quandoquidem quod verbis homines credunt, operibus contradicunt; & quam cœlestem habent de Divina maiestate notitiam, operibus planè negant.

*Quæ fides vera, & ficta?*

5 Ulteriùs. Fides ex auditu. Quid ergo habet cum speculo? Vos congruit auribus, speculum verò luminibus. Quo ergo pacto fidei speculum lucidum, dum argumentum exponitur non apparentium: Ut clareat verè ac integrè fidelis inter eos qui gloriantur solummodò prolatione confessionis. Fides est ex auditu, & à Paulo figuranter describitur in speculo; quippe fides plena & viva non tam cognoscitur in hominibus per quæ audiuntur, sed per quæ videntur.

*Cognoscitur vera, per quæ audiuntur, & non quæ videntur*

6 Clariùs. Fideles tantùm per fidem sunt nubes sine aqua, quæ à ventis circunferuntur, & elatæ dissipantur. Statua pulchra, sed statua, totum vox, nihilque præterea. Unde Echo, &aptè, similes, quippe tota substantia voces & voces.

*Reddere de multis ut verba novissima possent.* Ovid.

Speculum repræsentat etiam motus. Proinde. Ovvenus lib. 2. *Epigram.* 214. inquit:

*Fingere non Phidias, nec Apelles pingere motum*
*Novit: tu Phidia plus & Apelle facis.* Ovven.

Plus valet, quippe motum ostendit: motus vitam obiecti speculo præ se fert: & speculum signatur, ubi fidei sermo fit; etenim tunc claret quasi in speculo fides, dum regnantem in fideli exprimunt operationes. Camit Arator lib. 1. in *Apost. Act.* v. 845.

*Notescit fides per operationem amoris.*

——— *Dedita causis*
*Vita pijs sacravit aquis, capitque gerendo*
*Credere, qui gessit, quicquid baptismate lotis* Arat.
*Confuevit præstare fides.*

7 Hæc Theologica virtus dicitur margarita à Guilielmo Hello lib. 1. *Sacr. Embl.* Ros potius videatur, quoniam de cœlo descendit, & ab illo in margaritam materiam congerit: at non dicitur ros, licèt ex rore margarita sit; quippe fides nullo modo quamvis è cœlo pretiosa, ni in mundo sit margarita. Ratio sub manum. *Has ubi genitalis anni stimulaverit hora, pandentes sese quadam oscitatione, impleri roscido conceptu tradunt, gravidas postea cuiti, partumque concharum esse margaritas:* inquit Plinius *lib. 9.* cap. 35. Concha pectus est hominis, quasi ros in illud descendit de cœlo fides: verùm si non habet partum, nil in pretioso pretiosum: igitur inanis in corde fatilis aqua, quæ quibat esse margarita pretiosa. Ros de cœlo descendit ut fiat unio, cæterùm non est unio, ni accedat suscipientis operatio: diciturque fides margarita & non ros, estò ex rore margarita sit; quoniam nihil pretiositatis habebit cœlica fides, ni margarita fiat per operationem & virtutem suscipientis.

*Hesius. Fides margarita est.*

*Plin.*

*Habet momenta pretiositatis, operatione si deest.*

8 Quærit negotiator, qui nobis elargitur pro terrenis cœlestia, pro parvis magna, pro momentaneis æterna, pro ignobilibus gloriosa, bonas margaritas: *Et inventa una pretiosa margarita, dedit omnia sua & comparavit eam.* Sæpe dubium occurrit in hoc tom. Quænam margarita quæ non pretiosa, ut illa dicatur una & pretiosa margarita? Adiis *Tautolog.* 2. *Didasc.* 5. 17. 8. à n. 18. *Tautolog.* 3. *Didasc.* 10. 20. 12. 16. & *Tautolog.* 7. *Didasc.* 5. 16. Fides margarita est, sed non bona margarita in concha pectoris Fidelis, si deficit ab illa per operis omissionem momentum pretiositatis. Opus sine fide non pretiosum. Fides sola, margarita sed non bona: & à negotiatore quæritur una pretiosa margarita; ut constet anima unica spectabilis gemma, dum exhibet per operationem, quicquid accepit pretiositatis per fidem.

Matth. 13. 46.

*Et patet opere, quod concipitur in mente*

9 Fide igitur corda implentur cœlesti rore, quasi in opus virtutum nobili semine: at notanda expositio Salvatoris de Semine verbi Dei, iuxta modum recipientis. *Quod autem in bonam terram,* scilicèt, cecidit: *hi sunt qui corde bono & optimo audientes, verbum retinent, & fructum afferunt.* Huiusmodi semen est fides: & fructus proponitur, dum in cordibus fides seminatur; igitur conceptum in corde semen dumtaxat cognoscitur per fidei operationem. Ita cor bonum, verùm quare dicitur dum concipitur verbum, bonum & optimum? Ut explicet Salvator fidem & fructum. Cor cum fide bonum est, quia bona fides: optimum per opera, fidei bonitatem sequentia: & dum exponitur fidei seminatio & susceptio, dicitur in corde bono, etiam optimo; quippe ut adipiscatur æternam cœlestem beatitudinem, non sat quòd bonum per fidem, ni sit optimum per operationem. Sine fide non est bonum: cùm fide & operatione refert fructum: & est bonum & optimum, ubi bonitas fidei illuminatricis claruit per fructum operis.

Luc. 8. 15.

*Cor optimum, ubi fides cum operibus.*

*Lux fidei claruit operes.*

*Ut Domino duo iuncta colant.*

Succinit Arator ubi supr. lib. 2. v. 741. igitur signaculum debet esse *super quod & super brachium*; ut faciat fidelis manus, quicquid fide cognoverit intellectus.

Arator.

Cant. 8. 6.

*Turpis fidei manca.*

10 Non sufficit manca fides: siquidem si pulchra est, estò cæca, deformis manca & nequicquam apprehendet, licèt adhæreat cognitione cœlestibus, si caret manibus. *Si quis vult post me venire* (dicit assertor N.) *abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me.* Qui vult sequi, sequatur; quippe non vult sequi, qui non sequitur. Non sufficit velle, ut delirant Navatores, quasi sola fide. Qui fide sequitur, grefsibus etiam sequatur, ut operetur manus, quod cognoscit intellectus. Amor dirigi debet, ubi cor dirigit fidem: & ubi difsident intellecta, & intelligentium opera; fides est in mente, verùm non in voluntate, cuius nuda prorsùm fides, quippe fides patet tantùm per fidem amoris.

Matth. 16. 24.

*Operetur manus, quod cognoscit intellectus.*

11 Ostensio vel in imagine Christo Domino, orbe vanissimo, & gloriâ mundi, ut vel ictum oculi pomposi saltem demereretur specie, dixit diabolus illi: *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me.* Plerisque dæmon præsagus idolis subtrahit escam, quippe gratis adorant. Proh miseri! Quid prodest homini, si mundum universum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? Illicò Christus: *Dominum Deum tuum adorabit, & illi soli servies.* Adorationis solummodò dæmon satagit, Christus autem adorationi etiam servitium adiungit. Quare igitur si in adoratione totus ambitus exprimitur voluntatis, obsequium quoque additur serviturtis, quandoquidem qui adorat, cultu servit, cùm aversum nullatenùs adoraret? Ad quid igitur obsequium & adoratio? Ut adoratio cognoscatur obsequio, sequente demonstratione cordis fidem mentis. In adoratione noteseit fides, cui cedit meritò ratio: in servitio voluntas præstat obsequio: & iungitur servitium cum adoratione; quippe vana adoratio, sine voluntatis servitute: etenim non adorat, etsi adoret, qui non amat. Adoratio sumitur à corde, non à cultus superficie. Iuxta amorem mensuranda est adoratio, quæ ut sit, iungitur servitio; quia non amat, vel qui adorat, quùm Deo dirigit adorationis cultum, & demoni totum voluntatis obsequium. In nulla alia actione magis exprimitur fides, quam in adoratione Fidelis: at cùm sit falsa adoratio, quæ caret demonstrationis studio; iungit Christus & servitium erga Deum, & adorationis cultum: siquidem sine operibus servitutis, exprimentibus amorem; nullius momenti adorare per fidem.

Matth. 4. 9.

Vers. 10

*Sine operibus ex primentibus amorem, parvi momenti adorare per fidem.*

12 *Veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu & veritate.* Hæccine veritas adorationis: ut ubi tendit ratio, dirigantur flu-

Ioann. 4 23.

*Vere Deo soluni, qui Deo serviunt.*

studia voluntatis: etenim non verè adorat, qui aliò ducit servitutem, & aliò conducit adorationem. Informatur adoratio, quasi signum amantis, vitâ amoris. Amoris vita sunt opera. Unde adoratio signum falsum, quippe deficit obsequium, quod verè astruitur fide demonstrationis, haud exterioribus signis. Fiducia plurium Catholicorum est fides, qui contradicit usquequaquè vita: sed verè fiducia vana, quippequam sine operibus amoris, quibus vivit, nil prodest. *Væ soli*: dicitur. Qui solus? Qui habet fidem & non opera, tamquàm oleum quo fidei foveatur ardens lucerna: igitur fatuæ iudicantur virgines, fretæ huiusmodi splendore, quasi sufficeret in cœleste regnum sine oleo bonorum operum. Solus est, qui non habet à quo iubetur: & *væ soli*, iurè dicitur; equidem plorabile, quòd sit homo solus, & sociâ fide. Opera sequuntur morientem: qui solus haud obtinet beatitudinem: quandoquidem solus expellitur in infernum, cùm nulla sint opera, quæ sequantur. Arboros autumnales sine operibus Catholici sunt, quarum fructus tantùm flos. Flos pulcherrimus fidei, verùm arbor quasi non floreret, deputatur in cibum ignis, nequaquàm ut transferatur in hortum felicitatis, in quo minimè collocatur arbor rationalis sine ornatu necessario fructus & floris.

Eccle. 4. 10.

*Plorabilis homo solus fociâ fide.*

*In arbore rationali sit flos fidei & fructus operis.*

13 Orta contentione pro sacerdotio inter tribus Israël, floruit pro meritis virga Aaron, quæ quidem collocatur in Sanctuario, & etiam pro infallibili signo. *Refer* (dicitur Moysi) *virgam Aaron in tabernaculum testimonij, ut servetur ibi in signum: ne moriantur.* Ne amittant vitam, respecturi virgam floridam? Utique. Observetur articulus, ut de operibus satagat anxiè Catholicus. *Invenit* Moyses, *germinasse virgam Aaron in domo Levi, & turgentibus gemmis, eruperant flores, qui foliis dilatatis in amygdalas deformati sunt.* Protulit flores & fructus, sed cùm gauderet fructibus, non exauctorata floribus. Flores in virgis convertuntur in fructus, in virga Aaron præstant fructus & flores. Quare igitur flore etiam ornatur, dum profert fructum? Ut introduci posset in Sanctuarium. Nihil ibi sine flore & fructu ingreditur. Flos fidem in virga animâ designat: fructus opera in Fideli demonstrat. Fructus sine fide inanes, flores sine operibus inutiles. Sanctuarium symbolum est vitæ æternæ, & cœlestis patriæ, quò solicitant Catholici intromitti: & non datur introitus, ni habeat anima & flores & fructus; quippe nemo collocabitur in patria, qui cum floribus fidei non habeat opera.

Num. 17. 8.

*Quomodò fideles cui virga floruit Num. 17. 8.*

Psal. 7.

*Nemo collocatur in patria, si à fide deficiunt operationes.*

14 Dissidium est inter verè fideles, & fideles Novatores. Hi asserunt sufficere florem, quia credere est facere, Vide Richard. Smitheum in *Collation. doctr. Catholicor. ac Protestant.* cap. 13. Nos dicimus & verè, florem fidei sine fructu operum non sufficere, igitur facere iuxta fidem, est credere: & in signum exponitur fructificans & florens virga Aaronica, ut innotesceat quomodò obtineatur vita æterna: etenim nequaquàm introibunt in Sanctuarium, ni cum floribus fidei, operum tulerint fructum. *Ne moriantur*, signum virgæ fiat, qua micant fructus & flos. Moriuntur, quia ad salutem solam fidem esse necessariam farentur: & virga cum flore & fructu ostenditur, ne moriantur; quippe absdubiò cum flore fidei perfrunt, si virga florens caruerit fructibus operationum.

*Fideles pereunt, sine fructu operationum.*

15 Hinc Ss. Legislator, Dux & lux Monachorum benedictus instruit nos, cap. 4. *Regul. Sancti.* Instrum. 62. dicens: *Præcepta Dei factis quotidiè adimplere.* & hic metriè N. Gabriel Bugnotius

S. Bened.

*Ergo Dei leges factis implere memento.*
*Disce prius, cassum nec tibi nomen erit.*

Bugnot.

Fides sola magni nominis umbra, vel tantùm nomen. Unde cùm nostra vita debeat tendere in salutem, factis quotidie oportet implere legem: igitur omninò cassum ad cœleste regnum, gloriari fide, & fidei demonstrationem operibus non ostendere. Præcepta sunt quasi materia amoris, qua emineat acceptæ fidei: & ni accedant fidei opera, diligimus tantùm linguâ. Ut stemus in fide, diligere debemus *opere & veritate*; igitur veritas fidei probatur opere. *Finis autem præcepti*, iuxta Paulum, *est charitas de corde puro, & conscientia bona & fide non ficta.* Sine bono conscientia non bona, sine charitate tamquàm tabula rasa, & sine utraque fides omninò ficta; quippe aliò tendit homo per fidem, & aliò contrahitur per amorem. Auscultа Hesiam ubi supr. *Embl.* 37.

*Fides sola magni nominis est umbra.*

1. Ioan. 3. 18. 1. Tim. 1. 5.

*Recta quà ducit fides.*
*Via certa cœlo est.*
*Ascende. Sed ne desere hanc fidem: non est*
*Via certa cœlo, quæ recedit à cœlo.*
*Fides propinqua est. Hanc tuere complexu*
*Fidelis arcto: situeris, ascendes,*
*Et nullus umquàm te videbit errantem.*

Sola non sufficit in salutem.

Guil. Hall.





## DIDASCALIA II.

### *Eleemosyna non tam accipientibus, quàm dantibus prodest.*

Senec. *Sibi favet, qui alteri benefacit.*

1 Luce clarius est: astruiteque sententiam Seneca libell. de *Moribus.* Honos est in honorante: sequitur enim gratia fastigia maiestatis, & originem honoris, extensâ manu in miseros inopes, culmen extruentes: igitur dum potens clementer largitur donum, eius participatio est in idipsum: quippe studio beneficentiæ, ingenio liberalitatis,

Mart. *Opes utiles, opes.*

*Quas dederis, illas semper habebis opes.*

Uti canit Martialis *lib. 5. Epigram.* 43. Illas, quas dispersit, & non quas retinet dives habet; quoniam retentæ nihili, & didite collocantur utilitati: tuneque propriæ sunt opes, cùm fuerint utiles, igitur harum dispendium ex his est commodum. Innuit Tragicus in *Medea*, Act. 2. v. 231.

——— *Cum levis magnas opes.*
*Hinc ferat & illuc casus; hos reges habent*

Senec. *Magnificum & ingens, nulla quod rapiat dies:*
*Prodesse miseris.*

Quandoquidem non amittit, sed securiùs collocantur, quæ miseris distribuuntur.

*Regium est, prodesse miseris.*

2 *Iucundus homo qui misretur & commodat*: inquit Psalmographus. Gloriosius videtur, in sublevationem miseriæ facultates egenis distribuere, quàm commodare: quare igitur felix qui misretur & commodat, cùm felicior sit qui præstat? Amplius misereatur, si facultates distribuit, quàm dum mutuò confert: cur enim in voce commodationis exprimitur iucunditas miserentis? Ostenditur præstantia eleemosynæ in distributionum ingenita utilitate. Misereatur ne: quia misretur homo, eleemosynam distribuit: bonis pauperes fovet: & cùm bona præstat, commodat; quippe quod alijs tribuit, sibi elargitione servat. Accinit Publ. Syrus v. 83.

Psalm. 111. 5.

*Homo qui in homine calamitoso est misericors, meminit sui.*

*Qui eleemosynam distribuit, distribuit sibi habet.*

P. Syr. *Habet in adversis auxilia, qui in secundis commodat.*

Eleemosyna est actus misericordiæ, quo aliquid tribuitur egenti. Commodatio, est aliquid concedere ad usum, suo tempore commodanti restituendum. In eleemosynarum donis misericors post illorum concessionem, nihil proprietatis habet. In commodo semper habet proprium, qui concedit; quoniam usum rerum solum modò confert: & qui misericordiâ opitulatur pauperi, minimè dicitur concessa expendere, sed erogata & impensa commodare; igitur nonnumquam habet, quæque egenis distribuerit.

3 Prodesse miseris iudicabatur potestatis maiestas, & modò patet misericordis utilitas: igitur dum præstat, commodat; cùm quas dederit opes, illas habeat. In eleemosyna est gratia, qua sublevatur inops; est etiam gloria, qua exornatur misericors: & ubi expenduntur opes, dicuntur iurè commodari pauperibus; quia magis prodest eleemosyna accipientibus, quàm dantibus: igitur sibi clemens servat gloriam, dum pauperibus manus distribuit gratiam. *Vestimentum ad induendum* dixit Iacobus. Ad quid ergo vestis, nisi indumento? Est discrimen in induto. Est vestimentum, si sibi. Est plusquàm vestimentum, si pauperi: igitur magis lucet, ubi egeno confert, cùm vestiatur luce tamquam vestimento, qui favet nudo: siquidem nudus induitur gratiâ, nudatus gloria. *Nudum vestire*: ait Gloriosus Legislator *Regul. Sancti.* cap. 4. *Instrument.* siquidem ubi nudus induitur veste, vestitur misericors splendore.

*Non præstat, sed commodat.*

Genes. 28. 20.

S. Bened.

4 In throno quo Dominum vidit Isaias, nudum vidit. Consule Leonem à Castro, Procopium, Forerium, Alvarez & alios AA. hic. Dominus dives factus est inops pro nobis. Eguit, quia voluit: & in gloria sedet, dum nudus in præsepio iacet; quippe semper gaudet gloria, paupertas quæ voluntaria. Astiterunt ministri, in quibus *sex alæ uni, & sex alæ alteri.* Hi ornati, & Dominus sine veste? Plerumquè decora ministrorum vestis est origo nuditatis Principis. Alæ necessariæ ministris, sed tot non opus est alis: siquidem pauci volant binis, cùm possint senis: & minimè relinquendi volatus horum moderationi, sed status articulo, & regimini modestiæ: quandoquidem favore Superioris, ministri oggrassantur Principes. Nudus erat Dominus & omninò nudus, ubi ministrorum nimius præfulgebat ornatus. Liquet exuperantia, quæ sumebatur pro auctoritatis decentia: igitur compactum fuit Principi vel in throno sedenti vestimentum ex superfluitate assidentium ministrorum.

*Gaudet gloriâ paupertas voluntaria.* Isai. 6. 2

*Splendor nimius ministrorum nuditas Principum.*

5 Contemplemur articulum. Sex alæ ornatus Seraphim, sed quatuor Domino consecrarunt, cùm viderent nudum. *Duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant.* Lucet mi-

Ibidem

nistrorum charitas, dum exhibetur in Principem huiusmodi generositas: etenim Dominum aspicientes in extrema necessitate, restituunt gratis quæque acceperunt à Principe. Gloria illorum describitur, dum nudantur, ubi à splendore vestis commendatur excellentia maiestatis? Iurè. Nulla maior gloria ad thronum, quàm veste propriâ cooperire nudum. Vestiuntur, ubi propter nudum denudantur, visi in maiestate gloriæ, sine maiestatis veste: igitur tunc apparuerunt vestiti gloriâ, dum facta nudo vestimenti gratia; quippe ornatus nuditatis valdè gloriosus, si deest ornatus, quia vestitur nudus.

*Gloriosi homines vestiuntur, dū propter nudū nudātur.*

6 Præterea. Charitas summa, uti plenitudo amoris invenitur in Seraphim, ut imitemur. Faciem duabus alis velabant. Cuius? Eius, & suam. Suam, quippe non poterant videre nudum pauperem, quin propriam statim illi concederent vestem. Eius, ut meritum emineret excellentiâ charitatis, dum ministrabatur vestis: siquidem haud respiciendus, cui eleemosyna confertur, sed propter quem dispensatur. Non nudus cui gratiam charitas donat, sed quem nudus repræsentat.

*Charitas prompta in auxilio.*

*Finis fit eleemosynæ Deus.*

7 Ulteriùs. Eminentiorem viam demonstrant Seraphim, ordinantes in auxilio charitatem. Senas habebant alas, & quatuor ex utroque illicò velata nuditas. Nihil loquebatur qui sedebat in solio: aliter Prophera qui querebatur de labiorum vinculo: etenim parta demonstrationis charitatis occasione; actutùm dixit: *Væ mihi*. Volavit quamprimùm amor in iuvamen, cæterùm dumtaxat *volavit unus de Seraphim*. Si illi operiunt alis octo in throno nudum sedentem, cur duo non volant ad Prophetam clamantem? Amplioribus expensis opitulanda est nobilium calamitas, quàm vulgarium infelicitas. Utrique remedium à charitate, sed cum ordine: quandoquidem qui sedebat in throno magis egebat, ubi de nuditate præ verecundia status nihil clamabat.

*Vers. 6. Dignior subsidio nobilium calamitas, quā vulgaris infelicitas.*

8 Maius est officium amoris, ubi plùs arctat urgentia necessitatis. Sex alas habent Seraphim in cultum, & impertiuntur nudo pauperi quatuor. Lucet in eleemosynæ articulo, flagrantis charitate cordis singularis demonstratio. Conferre in subsidium nudi vestis partem, pectoris designat miserentis amorem. Sibi in cultum & decorem aliquid reservare, & æquè nudo vestimenta præbere; est vehementia charitatis pectoris, quod se depingit in calamitate inopis: verùm plus dari nudo, quàm sibi servare pro vestimento; est amoris plenitudo: & dum quatuor, sibi retentis binis, nudo Seraphim conferunt pennas, summa & meritò extollitur charitas; quippequam in sublevamen pauperis magis dederunt, quàm sibi pro ornamento reservarunt. Summa est, cùm dari non poterit plus. Dare omnia, erat charitas, sed nequaquàm ordinata; quoniam paterentur nuditatem, à nudo amotam per donatam vestem: & dum sibi servant duas, inopi conferentes quatuor alas, designatur iurè plenitudo amoris; siquidem excessus vehemens singularis charitatis, ita honorare inopem, ut sibi tantùm retineant, quod sat est in honestatem. Dialecto nostrâ: *Es exceso de amor, quedarse solo con lo necessario para poder passar.*

*Summa charitas, ubi magis dant, quā sibi servat.*

9 Senis gaudent alis, pro maiestate vestis, sed non habent ut habeant: habent, ut tribuant: igitur proinùs spoliantur speciositate vestis, in calamitate pauperis. Pennæ eorum & serviebant cultui & volatui, ut pernices opitularentur inopi. Sine ulla illatum, & audirent vocem infelicis, & viderent ruborem nuditatis, sed non velocitate qua cupit charitas, possent levare miserorum pœnas; quippe haberent pedes & non alas: & sibi binas servant, dum reliquas nudo donant; igitur vel illas non habebant ut haberent, sed ut in subsidia promptitudine volarent. Perperam unus volaret ad Prophetam afflictum, si pedum tantùm obtinerent motum.

*Velocitas protectionis, mitor charitatis.*

10 Denique, *Sex alæ uni & sex alæ alteri. Duabus velabant faciem eius, duabus velabant pedes eius, & duabus volabant.* Quæ lege unicuique sex alæ, quando binas tantùm habebant sibi? Habent quibus moventur, & unà vestiuntur: propriæque dicuntur, quas nudo dederunt; quia dona magis dantibus, quàm accipientibus profunt: quandoquidem vendicant sibi in æternam proprietatem, quibus decoraverunt inopem. Nihil habet, qui totum sibi habet. Hinc aptè Iuvenalis *Satyr. 3. v. 108.*

*Heb. 4. 16.*

*Nil habuit Codrus. Quis enim negat? & tamen illud*
*Perdidit infelix totum nihil. Ultimus autem*
*Ærumnæ cumulus, quod nudum & frustrà*
*rogantem*
*Nemo cibo, nemo hospitio, tectoque iuvavit.*

*Propriè magis, quod ergatur ege nit.*

*Iuvenal.*

Ideo ut habeamus data, & non amittamus per charitatem amissa, abundantes cibo, soti tecto, atque dignati hospitio, iubemur thesaurizare thesauros in cœlo: siquidem quæ expensa non amittuntur, sed per manus pauperum usque ad cœlos deportantur. Vel Ethnici monitum est. *Omnia ista::: non sunt vestra. In depositi causa sunt, iamiamque ad*

*Summa gloria est in gratia*

*Quo modo bona peritura fiunt æterna*



*ad alium dominum spectantia. Quaris quo modo illa tua facias? Donando.* Hinc Seneca lib.6.de *Benef.*cap. 3. Aptius pur eleemosynam, quàm in amicorum gratiam: cùm etiam ibi ad gloriam securiùs habet, quicquid hic piè in egenos dispersit.

*Dei concessio gratiæ, quanto sit gloriosa*

*Sortes cœlestis maiestatis egenti succurrere.*

11 *Ops* dicta à Gentilibus *Magna Mater*: ut refert Chartarius de *Imagin. Deor.* fol. 139. à Pausania in *Phocicis* appellatur *Magna Dea*: ut astruit Natal.Comes in *Mythol.*lib. 5. cap. 20. cuius ope infantes, ut editi levabantur à terra. De quo vide Augustin.lib.4. de *Civ. Dei*, cap. 11. Officium in subsidium miserorum vagitum, extulit in thronum: & nomen non accepit à divinitate, sed ab ope; quippe insigne nobilius maiestatis, prodesse miseris. Vel natura præjcit in terram filios: hinc infantium iurè gemitus; igitur vel à matre destituti, in lucem editi: & auxilium præstitum à charitate, dicitur Numen; quoniam ut surgerent a terra vel cæci cernebant opem. Nascimur miseri, nudi, gementes, præ doloribus flentes, & etiam lachrymantes in dolores. Charitas abstergit lachrymas, sublevat pœnas: & pro gratia opis, nomen infertur Numinis: igitur nulla amplior gloria, quàm vestire nudum, fovere egenum, atque extendere in subsidium manum, ut surgant fauti, qui iacebant miseri.

*Ops Dea quæ?*

*Cur Dea magna?*

*Officium insignis maiestatis, prodesse miseris.*

12 *Adamus ergo* (prædicat Gentium Doctor) *cum fiducia ad thronum gratiæ, ut misericordiam consequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno.* Nobilis sententia, & auctoris digna: verùm perceptione difficilis: videtur enim implicare terminis. Misericordia miseriam supponit, ut illam sublevet: ergo ut misericordiam consequamur, adeundum ad thronum gloriæ, vel ad thronum gratiæ? *Ad thronum gratiæ* asserit Paulus. Non in gratia, sed in gloria est maiestatis thronus. Quare igitur eximius Theologus signat thronum gratiæ, cum thronus sit tantùm gloriæ? Quia summa gloria est in gratia.

13 Intendite. Natura humana sine gratia omninò nuda: cum gratia decore ornata: ergo designet Paulus gratiam in throno gloriæ, dum friget & gemit natura doni supernaturalis nuditate: etenim gratiæ supernaturalis rutilat gloria, ubi illam induit humana nuda natura. Hæc sine gratia eget, cum gratia bonorum minimè indiget, quoniam venerunt omnia bona pariter cum illa, ut tenuat cætera bona: & gratiæ divinæ thronus conceditur gloriæ; siquidem gloriosa gratia, dum succurrit egenti. Eget conditio humana nuda gratiâ, superabundat in gloria: & thronus gloriæ conceditur gratiæ, in formam eleemosynæ elargiendæ: igitur dum præsidatur misericordiæ, ut amoveatur miseria: stat miserentis gloria in eo quòd non distribuatur eleemosyna abundanti, sed indigenti. Gratia elevat lapium, gloria coronat erectum: Paulusque meditanter tribuit gratiæ gloriæ dignitatem; quia summa gloria elevare iacentem. Homo sine gratia est miser & miserabilis, & pauper & cæcus & nudus. Cum gratia & dives & potens, & opulentus: gratiæque gloriæ singularis signatur thronus, quippequam nulla gloria spectabilior, quàm miserum constituere felicem, miserabilem potentem, facere divitem pauperem, vestire nudum, illuminare cæcum.

*Iacentem elevare.*

*Prodigia eleemosynæ.*

14 Deinde. Homo nudus bono gratiæ, nudus est; verùm non meretur indui. Eget miser, quia dignus sit à miseria liberari. Ubi gratiâ ornatur, non indiget, & est in statu merendi. Unde dum Deus (ut suam homini communicet naturam) cernit quòd egeat, & non quòd nequeat promereri gratiam; muneri splendenti gratiæ confert Paulus solium gloriæ: igitur gloria gratiæ in collationem beneficij, haud cogitat, quòd nudus mereatur vel non mereatur, sed quòd est nudus: quippequàm beneficentiæ & charitatis decus, favere, sed abdicere, an sit dignus, vel indignus. Natura semper gemit in valle lachrymarum, plena dolorum. Gemit sine gratia, & etiam grata Conditori gemit. Verùm cum gratia sunt lachrymæ dulces, quippe degit in statu elevationis. Orba gratiæ vitam infeliciter trahit, siquidem usquequaque & undecumque gemit. Vita est, sed misera vita, quoniam omninò lapsa: & quod insigne gloriæ, datur gratiæ; quia tunc floret gratia gloriâ, ubi charitas suppeditat quæ ad vitam sunt necessaria. Clarius delicabo. Natura cum gratia ingemiscit. Sine gratia ingemiscit & parturit; quoniam iacet nuda, & deficit in naturali vita vitæ forma, quam extrà percupit, ut dulciter conditionis amaritudine ploret. Qui ingemiscit, aliquid habet in vita solatij. Qui ingemiscit & parturit, nihil possidet subsidij: accedit charitas, ubi instat major necessitas: & simul exponitur thronus gloriæ & thronus gratiæ; ut effulgeret in gratia gloria eleemosynæ: igitur magna, si accedit misericordis nobile favere pectus, ubi creatura ingemiscit, & parturit usque adhuc.

*Non refert an nudus sit dignus vel indignus, sed quòd nudus.*

*Fulget charitas, ubi urget necessitas.*

*Eleemosyna erogatur in necessitate, & non in ostentatione.*

15 Cæterò. Gratia datur servo, gloria libero. Gloria soluto vinculis, gratia degenti in ergastulo corporis. Illa conceditur in ostentationem pulchritudinis naturæ: hæc confertur naturæ necessitati: & consultò per-

murantur gloriæ & gratiæ caducæ regia ; ut fiat iuxta rationis leges eleëmosyna : etenim tunc gratia elevatur ad thronum , obtinetque iure misericordiæ fastigium ; dum erogatur ut quiescant naturæ necessitates, & nequaquàm ut illius foveantur ostentationes.

Ibidem

16 Adhuc restat via , ut altius animis insedeat eleëmosyna. *Auxilium* describit Paulus *in tempore opportuno* , pro occasione , & tunc urget adire *in thronum gratiæ* igitur gratia habet celsiorem thronum , si tempus servat pietas in pietatem opportunum. Qui habet gloriam non potest cadere. Qui habet gratiam , potest non cadere & cadere potest. Eleëmosyna gratia est & dicitur thronus gratiæ , ubi exponi videantur throni gloriæ : etenim tunc gloriam amplissimam habet misericors pectus ; dum gratia sit in periculo lapsus. Beneficium haud æstimandum iuxta magnitudinem , sed iuxta necessitatem. Regula illius est utilitas accipientis, non plausus dantis , ut illi cedat tantum gloriæ , quantum ex favore celsit gratiam accipienti. Thronus gloriæ est auxilium opportunum : thronus gratiæ solummodò auxilium : & exhibitæ gratiæ conceditur thronus gloriæ , ut pietatis studium incumbat tempore maiori necessitati : igitur nobilior opitulatio , antequàm natura cadat , quàm auxilium ut resurgat.

*Si oppertuna eleëmosyna , tunc vere gratia*

*Eius gloria in eo quòd culpa arceatur.*

17 Novâ igitur lustremus luce , ut conspicamus pietati. Eleëmosyna erogatur. Magna utique gratia. Conceditur erubescenti: magna profectò gloria. Antevertit precem: patet summa charitatis. Fit in tempore congruo , ne pauper in peccata infeliciter corruat : decorem tunc misericordiæ signat. Hæc omnia cadunt in amicum. Non est pius, quò transgrediatur amor. Adhuc restat gratiæ splendor : siquidem tunc in thronum gloriæ pertransit gratia , dum inimico egenti conceditur eleëmosyna.

*Elevatur , ubi infimùs contemnitur.*

Modò auctoritati præfatæ. Eget inimicus: ciba illum. Sititi ergo præbe potum. Gemit vinculis miseriæ : *Adeamus ad thronum gratiæ.* Quo pacto throni maiestas tribuitur gratiæ , si thronus fulget in maiestate gloriæ: Si Deus in gloria habet solium , & sedes eius est cœlum ; quare Paulus thronum gloriæ dicit gratiam , quæ ad se trahit humanam lapsam , nudam , inopem naturam ? Gratiæ signatur quod stemma gloriæ ? Iure. Est discrimen magnum in collatione horum beneficiorum , & gratiarum. Gloria datur meritis in gratia ; gaudentibus divinâ spectabili amicitiâ. Gratia prima peccatoribus opertis iniquitatibus , ut per illius conciliatricis nexus , inimici transformentur in amicos : gratia datur inimicis , & gratis : gloria dumtaxat amicis : & thronus cœlestis gloriæ assignatur à Paulo concessæ gratiæ ; quoniam maior gloria conferre inimicis gratiam , quàm amicis concedere totam gloriam. Hæc illustratur gratos , illâ aversus Amicus gloriâ , & inimicus gratiâ. Clementiâ , qua elevatur iacens ad thronum gratiæ: gloriâ , qua cognoscit elevatus divinæ momentum amicitiæ : & modò gloria sumitur à Paulo pro collata gratia ; quippe videre inimicum iacentem favore benevolentiæ elevatum , cernunt gratiæ maiestatis thronum. Imitemur & æquitamur huiusmodi favore , ut nanciscamur divitias gloriæ gratiæ suæ , & brevi obsequio auxilium inveniamus in tempore opportuno ; quoniam qui misericordiam habent , sine misericordiam consequentur de quo nobis sermo alias , & pro dono gratiæ iustificantis , & gloriâ conversionis peccatoris.

*Thronus elementiæ sublevatur in felicitatis inimici.*

18 Ergo proposito. *Ad thronum gratiæ. Gratia iustificantis* : subdit Chrysostomus hic. Cur ergo non gratiæ datæ gratis, sed gratiæ gratum facientis ? Ut habeat thronum gratia , ubi à misericorde expenditur eleëmosyna. Gratia iustificans prodest habenti : gratia gratis data ex se nihil possidenti prodest, cùm sit in aliorum ædificationem, ut cognoscant concedentis magnitudinem. Ecce largitionis eleëmosynæ discrimen. Date, gratia est , sed non habet thronum, quousque cedat in utilitatem suscipientium : & pro forma exponitur gratia iustificans , & non gratis gratis data : quippe eleëmosyna haud conferri debet in dantis ostentationem , sed in accipientis commodam utilitatem. Tunc erit gloriosa gratia , quùm removetur à gloria: quippe non est gloria gloria vana: & eleëmosyna non conferenda nisi per gratiam , ut habeat in cœlo gloriam.

Chrysost.

*Eleemosyna præsit accipienti.*

19 Insuper : Gratia gratis data , cùm sit in proximorum utilitatem , cognoscitur per habentem , in quem clamat urgens necessitas , ut exercitium habeat doni cœlestis rutila charitas. Gratia iustificans conceditur occultè , ut roboret modo gratia venusta eleëmosynæ : etenim si dum conspicitur, pulchra est ; venustior fit , cùm fit clàm. Ultrà progreditur , ut habeat thronum , sequens charitas gratiæ iustificantis exemplum. Gratia gratis data liquet: gratia iustificans latet: & ita latet , ut vel habens non cognoscat , an habeat beneficium vel non habeat : proponiturque thronus gratiæ iustificantis , in gloriam maximam eleëmosynam facientis ; quoniam tunc iure gratia thronum gloriosum habet, ubi gratiam ignorat etiam qui recipit.

*Non concedatur ob inanem gloriam.*

*Occultè fiat.*

*Si fieri potest, vel dignatus nil cognoscat.*

Per-



*Usura est nobilis.*

20 Perpende. *Adeamus ad thronum gratiæ* , dicit Paulus, *ut gratiam inveniamus.* Non ut gloriam inveniamus , sed gratiam ? Utique. Gratiam ad gratiam , ut eleëmosynæ consideremus usuram. Quodque charitas distribuit , semper cùm fœnore reddit *Fœneratur Domino qui miseretur pauperis* , & recipit talenta cum usuris. Non solùm in qualitate rerum , cùm accipiat *magna pro modicis , & cœlestia pro terrenis* : ut ait Gaudentius *Serm.* 13. sed etiam , quia dat partem & accipit totum, expendit unum, & recipit centuplum : quandoquidem duodecim cophini superarunt ex quinque panibus & duobus piscibus. Non est dispendium sed lucrum , quippe in terra etiam duplicia possidebunt. Est census singularis , quo redditus superant capitale census : etenim si pro centum unum solvitur , hic centum pro uno præstantur : iubetque Paulus ut inveniamus gratiam , accedere ad gratiæ thronum , ut constet quantum ex eleëmosyna resultet emolumentum: siquidem quam centulimus egenis in mundo , gratiam ipsam invenibus multiplicatam in cœlo. Invenimus , quia quæ dedimus , nequaquam amisimus , cùm in cœlis invenimus : diciturque thronus gratiæ, qui thronus gloriæ , haud solùm quia in gloria invenitur centuplicata gratia ; sed quia gratiâ in egenos emitur gloria. O divites fœculi! O felicitate miseri!

Prov. 19.17.

Gaudent.

*Non est dispendium, sed lucrum. Cur census singularis?*

*Eleemosynæ gratiâ emitur gloria.*

*O quæ stultitia est! Deus emit sanguine servot.*

Iacob. Bil.

*Mercari exiguo nos piget ære Deum!*

## DIDASCALIA III.

### *Bona ablata serviunt ad speciem , & non ad utilitatem.*

Novar.

1 PRorsèrt meritò Novarinus in *Umbr. Virgin.* Excurs. 100. Si terrena omnia sunt corporis indumenta , quæ non proprijs indumentis omninò corpora nuda: & dum fastus ostendit decorem vestium.

Horat.

*Movet cornicula risum.*

Genes. 28.20.

Igitur quicquid hîsent , deservunt potiùs pudori , quàm honestati. *Vestimentum ad induendum* , optat Iacobus. Ideò exercitium , quo possit sibi acquirere vestimentum : ut notat Haye hic in *Arbor. Vitæ.* Vestium quid exercitium , ut vestis sit ad induendum: Ut vestis sit, vel non vestis; quippe vestis pendet à sudore acquisitionis ; etenim semper suspiciosa vestis claritas , & in vita summa ociositas : petitque Iacobus non solùm vestem , sed ad induendum ; quoniam non indumentum , quandiù labore non partum.

*Vestis pendet, ut sit vestis, à sudore acquisitionis.*

2 *Si tamen vestiti , non nudi inveniamur:* dicit Paulus. Si vestiti, quomodò possumus inveniri nudi ? Nudus est qui caret veste. Quo pacto erit nuditatis pudor, si indumenti fulget decor ? Quia causa decoris est origo pudoris nuditatis : igitur fulgidam demonstrant vestem , aequalitam dumtaxat per criminum turpitudinem.

2. Cor. 5. 3.

*Sepe nuditatis est pudor , ubi vestis fulget decor*

Iuvenal

*Fallit enim vitium specie virtutis, & umbra*
*Cùm sit triste habitu , vultuque & veste severum.*

Inquit Iuvenalis Satyr. 14. v. 110. Opulentia & abundantia est ex opibus. Opes ex censibus. Unde sine facultatibus opes? Ex thesauro iniquitatis : & nudi sunt & vestiti , quia operti iniquitate tamquàm veste. Exercitia pro genio hominis destinantur , ut ipsis sibi acquirant quæ necessaria ad honestatis cultum : & sunt nudi dum vestiti , ubi vestiuntur sine facultate ; quia quod non proprium , est vestis , sed nequaquàm ad vestiendum.

*Suspecta non sint facultatibus.*

3 Deliquit Adamus cum uxore , & propter uxorem , Dei transgrediens latam legem. Aperti sunt oculi amborum , ut viderent proprium & generis exterminium. *Cumque cognovissent se esse nudos , consuerunt folia ficus , & fecerunt sibi perizomata.* Accesit Deus *& vocavit* , ut converteret , & etiam actis iudicem integerrimum formaret , dum reum de obiectis audivit. Inaudità igitur parte , licèt decretum iure , semper rectum ab errore. Unde Seneca in *Medea* Act. 2. v. 199.

Genes. 3. 7.

*Quando ita iudex rectum ab errore*

Seneca.

*Qui statuit aliquid parte inauditâ alterâ,*
*Æquum licet statuerit , haud æquus erit.*

Actum Deus obiecit , quem fugâ comprobavit : verùm Adamus respondit : *Timui , eò quod nudus essem , & abscondi me.* Nudus? Nuditas utique. Nudatus gratiâ originali, verùm non nudus , igitur gaudebat veste, quam sibi aptavit , ut se nudum circumspexit. Quomodò ergo dicitur nudus , si perizomate amictus ? Quoniam cultus ille alienus. Priusquam deliquisset , sua cuncta , esto non sua : quippe à Domino donata. A Domino universorum recessit , & ius infeliciter amisit : diciturque nudus , quamvis ornatus veste ; igitur vestem habebat sine voluntate Domini : & vestis non est vestis sed nudatio , dum possidetur ex furto. Præses cunctorum fuerat , & nihil ex subditis , sumpserat. Corruit , ac illicò ex arbore vesti-

Verse 10.

*Vestis nil vestit, sed nuditatem, dum habetur ex furto.*

men-

menta sibi aptavit : & cùm ornatur veste, coram Judice meritò queritur de nuditate : quoniam verè nudus, qui sibi vestem consuit ex nuditate alterius. Præses fuerat & præses infelix, igitur ut amictum haberet, subditos nudos reliquit : & nequaquàm vestis est ad induendum, nec in decorem Principum, ubi habetur in decorem nuditate subditorum.

*Non est regium, indui ex nuditate subditorum.*

4 Princeps desiderabatur quidam (cujus bonum omen, & auspicium, subditorum desiderium) verum cùm Princeps constituatur, ut subditos foveat, & nequaquam ut emungat, quandoquidem cognoscitur per gratiam, nullo modo per rapinam ; actum dixit illis : *In domo mea non est panis, neque vestimentum, nolite constituere me principem.* Quia non habet panem nec vestem, ius erat, quòd obiret dignitatem : quandoquidem sæpe accidit exquisitissimè indui, qui ante munera procedebant sine veste : & ille quia vestimenta non habet, principatum collatum prudenter renuit ; quoniam Principi propudium, quòd ex munere qui nudus acquireret vestimentum. Ex labore reginimis consuitur vestis in vestem : & quia non habet vestem, admittere noluit dignitatem ; quoniam nudus procederet, si ex dignitate tantùm vestem indueret. Non habet vestimentum, & recusat meditanter principatum : etenim semper suspiciosum, quòd cui deest etiam necessaria vestis, ex munere in munere ornatus fulgeat ut princeps. Exponit vel in abdicatione normam, qua assumantur homines in judicaturam. Quia vestem non habet, officium non suscipit. Haud ita letaliter vulneraretur justitia, modò observaretur hujus electionis forma : siquidem ubi vestis ab officio ; fulgor vestis singulari decore est ex purpura vulneratæ justitiæ. Fugit ille munus, quia abest ornatus, ut præstet Princeps in cunctis integerrimus : igitur dedecori decor habetur, & in nuditatem ornator, quantumvis ornatus fulserit ; qui priùsquam in dignitatem ascenderet, panem non habebat ad pastum, nec vestem in indumentum.

*Non sunt præsides, sed dignitate latrones.*

*Quorum sagitis vulneratur justitia.*

*Suspiciosa munera, ubi sit ne illis nil, & cum illis suppeditant omnia.*

Genes. 3 21. *Pœnitentia magis meritoria ex voluntate aliena.*

5 Reflectamus cogitationem in Adamum. Fugit, eò quòd nudus esset, sed Dominus uti misericors, *fecit Adæ & uxori eius tunicas pelliceas & induit eos.* Aliquibus placùit ficus sibi aptasse folia, quasi cilicia pro peccati pœnitentia, sed libitò projicientes, acceperunt quas Dominus vestes imposuit ; ut clareret vel in pœnitentia meritum obedientiæ : igitur si mortificatio carnis acceptabilis, magis meritoria expressâ voluntate Superioris. Hinc Legifer N. & Dux in perfectionem, Ss. Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 49. postquàm aliquid ad solitum pensum religiosæ institutionis, addi iubet pro aliorum temporum negligentijs, subdit : *Hoc ipsum tamen quod unusquisque offert, Abbati suo suggerat, & cum eius fiat oratione & voluntate, quia quod sine permissione patris spiritualis fit, præsumptioni deputabitur, & vanæ gloriæ, non mercedi. Ergo cum voluntate Abbatis omnia agenda.* Meritum requiritur, ubi Præsidis voluntas exposcitur : quandoquidem sæpe minore mortificationis onere, plus acquiritur meriti ; quoniam inter sacrificia pro abolitione criminis, micat oblatio subjectionis voluntatis. *Iube me venire ad te super aquas* : dixit Petrus, docens quid facturus Monachus. Exercitijs mortificationis, signatis per aquas maris, pervenitur ad Dominum : Petrusque orat, vel in ipsis superimponi præceptum ; quia tunc nanciscuntur votum & perfectionem, si iuxta Superioris exercentur voluntatem : igitur minùs acerbitatis habent, & amplius meritum obtinent.

S Bened. *Obedientiâ plus acquiritur meriti, levior mortificationis onere.*

Matth. 14. 28. *Oblatio voluntatis pro sua satisfactione criminis.*

6 Nota. Consuerunt sibi Primi parentes in cilicium folia ficus aspertima : vestimenta collata à Domino, uti ex pellibus ovium, erant mollia. Minùs pungebant, quàm indumenta, quæ ut cilicia sibi sumpserant : & hæc Dominus abstulit, ac suaviora præstitit ; quippe vel levior mortificatio meriti amplioris, si fit iniunctâ lege ac voluntate Præsidis. Haud displicuit Domino supplicum mortificatio ; sed demonstravit modum, quo pœnitentes studerent merito : etenim magis merentur dulcedine acceptâ voluntate aliena, quam pœnitentiâ, vel acerbissimâ, propriâ. Ideo exuit eos Dominus ficus foliis, & ovium tegit suavioribus ornamentis, impediens exequi electam mortificationem ; ne vel in mortificatione propriam sequerentur voluntatem.

*Levis mortificatio meriti amplioris, iuxta voluntatem Præsidis.*

*Studium propriæ voluntatis ob ex perfectionis.*

7 *Fecit Dominus Adæ & uxori eius nuticas pelliceas.* Hic avaritia perstringitur, quæ suis parcit, & sibi atque alijs nequaquàm indulget ; igitur illi deest tam quod habet, quàm quod non habet. Infelices jacebant Eva & Adamus, gementes piæ nuditate, cùm fuissent orbis nuper conditi domini, sorte ita versâ, insidiatoris invidia ; ut ex abundantia rerum & summæ felicitatis, judibrium essent cachinnantis hostis : siquidem ex his quæ habuerant, nihil in subsidium remanserat, quo possint iurè à miseria sublevari : quandoquidem qui

*Quanta iuxta incommodat.*



qui divites, ut inciperet in mundo fortunæ iactus, non habebant vel in honestatem quò extenderent manus, nisi ad folia ficus : & nequaquàm ut facerent ornamenta, sed dumtaxat perizomata. Vidit Deus inopes, & pupugit, quòd fasti essent pro lubito pauperes. Attamen cùm in favoris indignos rutilet pietatis honos ; ut vidit nudos, clementer fovit, & honestissimè induit : siquidem his qui voluerunt esse pauperes, cùm essent divites, haud vestis concedenda in splendorem, sed tantùm in honestatem.

*Prudentia comes pietatis.*

Bonfrer

8 *Fecit Dominus Adæ & uxori eius tunicas. Ornatissimas* : infit Bonfrerius hic. Modò vestibus coruscant, qui nudi recesserant : Utique. Insania esset vestiri veste fulgidâ, cùm in vestem nec haberent folia. Avaritia, repleri à Domino bonis, & gravari pudore nuditatis : dedit Dominus, & micat ornatus ; quippe placet vel in veste fastus, cùm dat Dominus : igitur si amentia est, sine censu veste mundissimâ indui, cùm dat Dominus, sapiunt, si vestiantur splendidè. *Mendicitatem & divitias ne dederis mihi.* Quomodò si affluit divitijs, potest succumbere oneri mendicitatis ? Canit brebi Publius Syrus v. 200.

*Quæ interdùm tribuuntur prudentiæ sunt effectus avaritiæ.*

Proverb 30. 8. *Avaritiæ desunt omnia.*

*In nullum avarus bonus, in se pessimus.*
*Avarus nisi cùm moritur, nil rectè facit.*
*Avarus ipse miseriæ causa est suæ.*
*Inopia pauca desunt, avaritiæ omnia.*

Publius Syr. *Vitium sordidè.*

Unde cùm omnia quæ avarus habet, sint usui quasi nihil haberet ; mendicat simul & abundat, quin onus felicitatis intelligat, suæ miseriæ causa, & expositus risui : quandoquidem dissonum rationi (dante Deo, ut fulgeat singularis ornatus) quòd sibi parcens egrediatur è domo tamquàm mendicus, simul in unum dives, & pauper.

Ubi sup. 9 Ergo Didascaliæ propositio. *Fecit Dominus Adæ & uxori eius tunicas pelliceas, & induit eos.* Præcluditur in actione ingenium avaritiæ. Ad quid igitur ornamenta, si sunt in area ? Supervacaneus profectò vestis fastus, si deest usus. Verùm observa : *Induit eos.* Nudos se crimine cognoverunt, folia pro vestibus corporibus nudis optarunt ; ex eorum non dicitur, quòd se perizomate induerent. Præbet vestimenta Deus, cùm vidisset nudes ; & additur, *& induit eos.* Canit etiam Marius Victor lib. 1. *Genes.* v. 520.

*Avarus inops.*

Mar. Vict. —— *Ignaros cœlum defendere membris*
*Veste tegit pecudum miseratus, vitamque tueri,*
*Edocet.*

Quare ergo dum illi vestiuntur, non vestiuntur, & cùm à Domino ornantur, veste dicitur, illos induisse ? Quia dumtaxat est vestis & habitus, quem dat Dominus. Vestimenta illa priora, non erant propria, estò aptata vestimenta : & induit eos, uti nudos ; quoniam haud servit pro veste, quæ obtenta rapacitate. Ipse fastus est, simulatque interrogatio facta, de quo fuga ? *Timui eò quòd nudus essem.* Si vestem concinnavit ex foliis ficus, quomodò nudus ? Quoniam ornatus alienus : patetque denudatio quod obtinetur ex furto.

*Non est vestis in veste, obtentâ rapacitate.*

Vers. 10

10 *Nudos spoliasti vestibus* : dicitur Iobo ab Eliphazo. Perscrutemur materiam, ut intelligamus cautam. Spoliatur vestibus, qui vestitus : qua enim lege qui nudi, quibant vestibus spoliari ? Nihil surripitur à non habente, nec potest surripi ; etenim haberet & non haberet, nudaretur & non nudatetur, quod omninò implicatorium : diciturque iurè spoliari nudos, quantumvis vestibus speciosè amictos ; quippe quæ propria non sunt, non sunt : & qui habent tamquàm non habentes sint ; etenim dum ex facultatibus alienis vestis constat speciositas, pro veste claret possidentis nuditas. Qui nihil habet nudus est : non est proprium quicquid habet : nuditasque videtur in corpore, si illi subtrahitur quod videtur habere.

Iob. 22. 6.

*Quæ propria non sunt, non sunt.*

11 Patet. Ministros habebat Iobus uti Princeps, qui vestiebantur alienis substantijs, iudicante causas utilitate, exule lege, & protrita litigantium ratione, tollentes ab alijs pallium, ut sibi conficerent indumentum. Iobus causas iudicum discutiebat ex sanctione munerum, rationem exigebat officiorum, an benè se gessissent in dignitatibus : & nudos pessimos ministros spoliabat vestibus ; quippe ablata illo auferente, stabant penitùs nudi. Nudi erant, quos vestiebat aliena possessio, quoniam non vestis quæ ex furto ; igitur computatis quæ propria vel aliena ex administratione iuxta tenorem legum, nequid habebant iurè vel ad indusium. Hoc sensu dicuntur pauperes, qui divites, & abundantiâ divitiarum locupletes, quorum scrinia plena ; igitur nihil habent, dum ab illis auferuntur malè parta : deguntque in summa infelicitate nuditatis, quoniam vestis subtracta non est vestis.

*Non sunt ornamenta, quæ malè parta.*

12 Astruit Propheta Evangelicus. *Telæ eorum non erunt in vestimentum, neque operientur operibus suis.* Si vestes ex telis, quare non vestes ? Subdit : *Opus iniquitatis in manibus suis.* Non est opus laboris, sed tantùm rapacitatis : & telæ non sunt

Isai. 59. 6.

*Qui alienis vestiuntur, non vestiuntur, sed nudantur.*

sunt telæ quibus ornantur ; sed tela, quibus moriuntur. Telæ essent in vestimenta, si benè parta : verùm nec aptiores vestibus apiantur in vestimenta ; quoniam dum alienis vestiuntur, non vestiuntur, sed nudantur. *Non erunt in vestimentum, aeque operientur operibus suis:* siquidem ubi ex furto operiuntur in splendorem vestis, magis velantur pro pudore nuditatis. Ex rapinis confecta fuerunt indumenta in decorem : & *telæ* in telis sericis, *aranea texuerunt*, insit Propheta, dum ita indui stultè cogitarunt. Qui telis araneárum regitur, non vestitur. Signat indumentum indumenti commodum, quippe per decorem & utilitatem commendamus vestem: & non dicit vestimentum vestimentum, sed telas dumtaxàt araneárum ; quippe ablatum ita futilis decoris, ac nullius utilitatis, quasi ornarentur araneárum teliis. Quid mirum, quòd non essent vestimenta, si quæ habebant in vestem non erant propria?

*Vers. 5.*

*Telæ pro vestibus omninò futiles.*

13 Contemplemur singularem Michææ sententiam. Surripuerunt filij Dan quicquid habebat doni, & ille querulus dixit latronibus concitata bile : *Deos meos, quos mihi feci, tulistis, & sacerdotem & omnia quæ habeo.* Apparet quàm cognati facultatum homines, temporalibus bonis adhærentes, igitur clamant ob bonorum privationem quasi ab illis avellerent deitatem. Qui verè Deo adhærent, rapinam bonorum cum gaudio sustinent : etenim tunc magis amplectuntur cœlestia bona, quùm amittunt temporalia. Deos facultates Michas vocat, & prosublatis clamat. Haud ita punctus amissione doleret, ni divitias adoraret. Quod ille fecit cum argenteis construendo sculptile, sæpe in altari pectoris fabricator ab homine. *Tulit ducentos argenteos, ut faceret ex eis sculptile atque conflatile, quod fuit in domo Michæ.* Habere argenteos, erat habere divitias : facere ex eis simulachrum, adorare divitias : sequiturque domus ruina, dum divitiæ transeunt in idola ; quoniam si commodæ quùm habentur, nocivæ dum adorantur. *Magnus ille est, qui fictilibus sic utitur quemádmodum argento : nec ille minor est, qui sic argento utitur, quemadmodùm fictilibus. Infirmi animi est pati non posse divitias:* inquit Seneca *Epist.* 5. *Pati* dixit & ingeniosè, quoniam sæpe pungunt in dolorem, exercentes in amatores tyrannidem voluptate crudeli. At infirmi animi est non posse pati ; quippe imbecillitas summa, ubi possessio transit in avaritiam, & ex avaritia volat in idolatriam : quandoquidem qui non dominatur facultatibus, non habet quas habet, quoniam habetur ab opibus.

*Iudic. 18. 24.*

*Bona cœlestia habentur, dum temporalia amittuntur.*

*Cap. 17.*

*Imbecillis animi, divitias pati non posse*

*Senec.*

*Divitiæ sunt divitiæ, si habentur, venena, dum adorantur.*

Verùm hoc latè infrà *Tautol.* 12. *Didasc.* 2.

14 Ad rem igitur. *Deos meos tulistis, & omnia quæ habeo.* Quid mi homo ? Unde querela, si habes omnia ? Unde habes omnia, si tulerunt cuncta ? Non habetur res per rei usum, sed per ius : & astruit nihil latrones habere, ex his omnibus de queis queritur tulisse ; quippe si ex iure non tulerant, nil in habitis habebant. Distinctio ibi etiam exponitur. *Mille & centum argenteos : ecce ego habeo, & apud me sunt* : igitur quicquid tollitur, est apud raptorem, sed non habetur. Habetur, quando habetur ex iustitia : & de latronibus asseritur, nihil tulisse, cùm tulissent omnia ; quippequàm ut in optatam cedant utilitatem, malè parta non habentur. *Nihil tulere prædantes* : diverunt Debora & Barac de ducibus exercitus Iabin. Multa tulere & nihil tulere prædantes ; quia non tulerant ex iure, sed ut latrones. Si veritas rei à commodo, quænam utilis invenitur in furto ? Quantumlibet abundent opes,

*Non habetur res, nisi per ius.*

*Vers. 1.*

*Malè habetur non habentur*

*Cap. 5. 19.*

*Ex malè quæsitis non gaudet tertius hæres.*
*Quæ tenet argenti sitis importuna famesque*
*Quem paupertatis pudor.*

*Horat.*

## DIDASCALIA IV.

### *Affectio iudicum iustitiæ vulnus.*

1 Inst Salvianus de *Provid.* lib. 1. cap. 7. siquidem iustitiam usque ad intima sauciant, quicumque affectione iudicant. Haud ius decernitur iuxta legem, sed iuxta depravatam affectibus voluntatem : & sufficit abundè iudicium in voluntate, ut vulneretur alte corpus iustitiæ. Perpera sententia, ubi affectui & non legibus remittitur causa ; quoniam quæ sunt rationis concedantur voluntati : unde crescunt magnitudine, quia cogitantur iniquitates in corde : & affectio nonnumquàm ut canit Iuvenalis *Satyr.* 2. v. 63.

*Salvian*

*Vulnerantur iustitia, id est voluntate sententiæ*

*Dat veniam corvis, vexat censurà columbas.*

*Iuvenal*

Virgæ Ionathæ tunc simile iudicium imbutum legibus affectionum. *Extendit summitatem virgæ.* Rabbinni hic : *Extendit summitatem lanceæ.* Per virgam signatur iustitiæ lex, per lanceam potestatis vis : & dum virgam affectio moderatur, in lanceam virga convertitur ; igitur sententia est telum, quo iustitia vulneratur. *Vestimentum ad induendum:* dicit Iacobus. Ad quid igitur vestis in nuditatem turpem affectionis : siquidem ubi vestibus iustitiæ magis indulsit, plus in odium

*1. Reg. 14. 27. Tabe est iustitia, sed lanceæ.*

*Genes. 28 20.*





*Affectio vestita erat, vulnus iustitiæ.*

odium denudatur. Vestienda est causa iustitiâ, minimè iustitiæ cultu, quippe tunc minùs ornata, cùm magis culta. Species movet hominem in pretium : denudatâ causâ transit statim in odium : igitur affectio patet vestita lege, inflicto iustitiæ vulnere : quoniam ius haud discutitur secundùm præscripta legem, sed iuxta commodum & affectionem iudicum.

2 Nonnumquàm sub virtutis larva latet ingeniosa malitia, ut nanciscatur insidiarum molimen, dum tollit specie recti pravitatis suspicionem. Accesit quidam legisperitus, cùm Christus de iudicijs aliquarum Civitatum disseruisset, *tentans illum & dicens : Magister, quid faciendo vitam æternam possidebo ?* Sit. At huiusmodi quæstio exponitur ut tentatio ? Quis liberabitur à cordium malignitate, si subest tentatio propositi aviditate vitæ æternæ ? Tentatio est & gravior, quo species in illecebram formosior ; igitur validior incauto pectori decipula tentationis, sub colore perfectionis, & larva summæ virtutis. Quid erit in vitio, si occultur in virtute supplantatio ? Surrepit blandè, quippe cultu virtutis allicit nitidè : & invenit prudentia, detrahendo vestis speciositatem ; supplantationem quæri, sed non virtutem.

*Luc 10. 25.*

*Validior illecebra tentationis sub colore virtutis.*

3 Ut ostenderet cognovisse quæstionis intuitum, & animum viruleatum, Christus alia quæstione respondit, & illi dixit : *In lege quid scriptum est ? Quommodò legis ?* Legisperito lectionem demonstrat, ut officio proprio incumbat ; quandoquidem ius in causis sæpe dicit, qui leges nescit, vel qui legere non didicit. Non sufficit, quòd in lege sit scriptum ; si non legitur, quid scriptum in lege : igitur haud ploraverunt tot solœcismi regiminis, modò iudicaturi legerent leges : & dum instruit Christus Iurisconsultum, interrogat quid lege latum, & quid ab illo lectum ; quippe minimè discernentur acta litis in subsellijs tribunalium, sine lectione decretarum legum.

*Vers. 26*

*Solœcismi sententiarum ignorantia legis.*

4 Ut iudicaretur orbis, apparuit iustus iudex cum cœlestibus ministris : & cùm *iudicium sedit*, etiam *libri aperti sunt.* Si Deus cognoscit causas & acta iudicandorum, ad quid librorum apertio ? Ut sedeat iurè iudicium. Haudquaquàm quia opus lectione libri aperti, sed ut eo ordine quo factum in cœlo, iudicium causarum stabilitur in mundo : siquidem non iusta rationem tenor fulminabitur sententiarum, si iudices libros in sententias non aperiunt. *Iudicium sedit & libri aperti sunt.* Patet ad sententiam lex : igitur tunc iudicia perfecta, si libri

*Dan. 7. 10.*

*Discussio fiat causa cum legum contritio sit.*

legum aperiuntur folia. Ex actis constat sacram iure discutiendum, ex libris ius in acta dicendum. Iudicium sedere, est iudicio conformari : & sedet etiam in damnato iudicium, cum apertione librorum ; quoniam tunc cogitatur vel in cruciamine, sententiam non latam à iudice, sed à lege. Ex actis resultat criminis culpa, ex libris criminis pœna. Queruntur interdum sistentes tribunalis iudicio, ex eo quòd non lex illos damnet, sed affectio : & iudicium sedet etiam dum sententia torquet ; vidente reo se damnatum à crimine, & non à iudice. Libri aperiantur, ut liqueat quicquid & quo iure in tribunali decernitur : quandoquidem suffragium clausis libris, est sententia clausis oculis.

*Tunc iusta sententia fiat cum legitur & non à iudice.*

*Clausi libri est sententia clausis oculis.*

5 Adhuc restat in iudicio malus præiudicium, pro prudentia sententiarum. Sedes in iudicium mundi posita erat in cœlo, iudex in throno, in cuius dextra erat liber legum, ut observat hic ex multis Alapide. *Liber legum*, quia sine legum libris non est cognitio causarum, ibi iudices, etiam in throno erant Seniores, & animalia simul in subsellijs. Ecce apparatus tribunalis. Verùm *Nemo* ex his *poterat aperire librum, neque respicere illum. Et ego flebam multum* : inquit Ioannes. Iurè lachrymatur, ubi ordo tribunalis ita videtur. Ibi causæ erant, libri erant, iudices erant ; verum quasi iudices non essent nec libri, nec causæ : etenim plorabile, quòd munus haberent iudicandi, qui libros non poterant intelligere, nec legere. Quænam ex tribunali recta sententia, ubi etiam sedebant animaliæ?

*Alapid.*

*Apoc. 5. 3. 4.*

*Plorabilem munus iudicis sine intelligentia legis.*

6 Flebat Ioannes. Flebat, quia illorum nullus poterat in senatuconsultum aperire, nec legere librum. Constituitur iudicum conventus, ut iuxta leges latas, lectas & cognitas proferant iustæ sententias. In libris scitur mens Legislatoris, qualitas criminis vel virtutis, ut iuxta leges & acta decernant suffragia vel supplicia vel præmia : & quamvis hæc omnia sint in obiecto tribunali, patent Ioanni mœstitudini ; quippe sanè infausta fors (dum congruit dicere ius) quòd in consilio alij ex iudicibus librum præ senio nequirent legere ; & alij quia animalia ignorarent aperire. Datur iudicatura, ut lites iudicentur, neutiquàm ut tempus in tribunali teratur. Alia conantur iudices, illicò ut adipiscuntur tribunalis sedes : ploraturque meritò procrastinatio causarum, ex ignorantia, & obicibus iudicum ; quandoquidem propter importuna ministerio (dum urget legum & lisum cognitio) sedentibus ad iudicandum in tribunali, non vacat, librum vel aperire vel legere. Hinc Legisperito

*Ex quibus iudicibus fructus non venit*

*Non est existimare sanum iudicij motum, aperire vel legere librum.*

dicit Christus, quid in lege sit, & an legerit iustè quidem perperam causæ dirimentur litigantium, sine crebra lectione latarum legum.

Ubi sup. 7 Nostro ergo proposito. *In lege quid scriptum est? Quomodò legis?* Ad quid interrogat de lectione, dum constat textus ex lege? Legisperitus erat, in quibus sæpe lex non a lege, sed à lectione & glossemate: & ut sententia sit sana, Iurisconsulti expectatur legis intelligentia; etenim ius non dicunt præut leges iacent, sed præut non displicent. Non præut decreta sanciunt, sed præut intelligunt, quia illorum stulta intelligentia est inviolabilis lex, & lex clara illa causa non est ius: proponunturque meditanter tenor legis, & intelligentia lectionis; quoniam causæ haud deliberandæ secundùm glossam lectionis, sed iuxta tenorem legis. Leges interpretantur nequaquàm iuxta legem, sed iuxta affectionem. Iudicat iuxta legem,

*Quoties bonus atque fidus*
*Iudex honestum prætulit utili, &*
*Reiecit alto dona nocentium*
*Vultu, & per obstantes catervas*
*Explicuit sua victor arma.*

Horat. Ut canit Horatius *lib. 4. Od. 9. v. 40.* Præsecerunt utilia honestis, leges exornant, aptiùs dicam, comminiscuntur glosis: & inquirit Christus de lectione & lege; ut lectio sit iuxta legem, & non lex iuxta lectionem. Inutiles sunt ad dirimendas causas, quæ affectiones habent legibus contrarias intelligentias: Igitur plerumque affectu non lege ducti, dum leges Iurisconsulti vident cæci, alia legunt, & leges contraria dicunt, factâ lege ex lectione, & iustitia saucia iudicij vulnere.

Non lex iusta iuxta opinio ut, sed opinio iuxta legem. 8 Nullam causam invenit Pilatus in actis Christi, obiectis strepitu in tribunali. Ubi non causa non lex, quippe iusto lex non posita. Utique, sed est affectionibus & lex & causa: unde criminatores dixerunt: *Nos legem habemus, & secundùm legem nostram debet mori.* Quænam igitur lex? Quænam ut iuxta legem iudicium decernat causam? Ipsi dicunt: *Legem nostram.* Lex si illorum, nullum habebat auctoramen, quoniam illorum criminationes contra legem. Quare si legem non astruunt, propriam, quasi legem dicunt? Quia non erat lex, & lex erat. Erat lex iuxta illorum lectionem, verùm illorum lectio atque interpretatio contra legem. Alia leges iudicabant, & alia Iurisperiti intelligebant. Haud aptabant intelligentiam legi, sed legem retorquebant pro intellectione: & legem habebant & non habebant legem, dum Salvatori obijciebant blasphemiæ crimen; quia non intelligebant præut iacebat in libro, sed præut volebat affectio.

Ioan. 19. 7. Suspicio. Falsa legis interpretatio, quam exponit ad stilio.

9 Deinde. Magis astrueretur iustitia, modò asserent contra Dei legem perpetrata scelera. Cur ergo non dicunt reum mortis iuxta legem latam, sed dumtaxat iuxta legem propriam? Quia quicunque affectione sanciunt, planè iuxta legem iunt, sed non iuxta legem Dei. Legem Domini dicerent, si illam sequerentur legem: & legem à Deo per Moysen populo sanctam, designant ut legem propriam; quia conabantur, nihil virtutis habere Domini leges, nisi ut expositæ ab illis: siquidem minimè urgebat in iudicium legis sanctio, sed sanctionis expositio. Hæc erat lex propria, illa divina: propria, interprete affectione odij insatiabilis: divina, pro patrocinio innocentis: & legem exponunt, ubi Salvatorem crucifigere conantur; ut prævaleret lex interpretum propria, sub legis divinæ meditata larva. Verùm quæ lex? Dicit Blesensis Epist. 25. *Officium hodie est, iura confundere, non lites sopire; sed suscitare, transactiones rescindere, dilationes innectere, supprimere veritatem fovere mendatium, quæstum sequi, æquitatem vendere, inbiare actionibus, versutias conninnare* &c. Patrio idiomate: *Leyes de la trampa.* Sunt supplantationes leges, quippe Iurisperiti in legibus & ex legibus concinnant supplantationes. Non sunt iuris atque iustitiæ declaratio, sed confusio, seù eversio: quippequam utilitate exponente legem; lex tantum dicit iuxta iudicis affectam, vel infestam voluntatem.

Et pro lege obiectur expositio.

Blesens: Exercitia officialium iudicum, & advocatorum qualiat.

10 Intende. Impius prævalet adversùs iustum, & ideo egreditur iudicium perversum: exterùm homo, cùm in honore sedit, non intellexit; vel noluit intelligere, ut bene ageret. Via iniquitatis iustitiæ odiosa, quoniam ni aversaretur ratio, deficeret a iustitia. Iniqui vita lues Reipublicæ actibus, moribus, conversatione, studiis iudicum, & vexatio proximorum. *Hæc via illorum scandalum ipsis* iudicibus, morum relaxationem contemplantibus; sed licèt intercesserit scandalum, *postea in ore suo complacebunt.* Quo pacto idem modò iure placet quod iurè displicuit? Eadem est via, & variatur sententia: Idem propudium improborum, & oppositum iudicium? Pridem magni, modò flocci? Iam lenocinium, quod dudùm scandalum? Sanè. Ius dicunt secundùm affectionem, nequaquàm secundum legem: & modò celebsant in laudem crimen; quoniam legem fecerunt affectionem. Lex est iuxta iudicum placitum, neutiquàm iuxta decretum: & plaudunt iudices manibus, quæ damnantur legibus; haud quia conversus est impius, sed affectus. Heri æstuabat in illum iu-

Pfal. 48. 14.

Mens periodi sequentis fuit esse in Scriptura tuxta sensù priscis.

Iuxta affectiones variantur legis



iustitia, hodie pro illo sunt iuris decreta. Non mutatæ sunt leges, sed affectiones: & aptius quàm Ulpianus & Vopiscus, leges meditatur aureus, iudicatur per quod iudicatur, non quid iudicatur. Iudicatur legibus utilitatis, non utilitate legis.

Interpres legum exercitio utilitatis

*At nunc desertis præstant sacraria lucis,*
*Aurum omnes victa iam pietate colunt.*

Propert *Aurea nunc verè sunt sæcula, plurimus auro*
*Venit honos; auro conciliatur amor.*
*Auro pulsa fides, auro venalia iura,*
*Aurum lex sequitur, mox sine lege pudor.*

Succinit Propertius *lib. 3. Eleg.* 13. & Ovid. lib. 2. de *Art.* qui lib. 3. *Amor.* Eleg. 7. propositò accinit.

Ovid. *Curia pauperibus clausa est, dat census honores,*
*Inde gravis iudex, inde severus eques.*

En causæ. Ecce leges. Hinc qui iudicibus scandalum, postea in ore suo complacebunt; quoniam non iuxta leges, sed iuxta utilitates iudicium. Lex stat. Verùm non placet iuxta legem iudicare; sed iudicare quod placet: non est voluntas iudicij nisi in quod voluntas tendit. Nolunt iudicare, sed iudicare quod volunt: astruuntque legibus, affectione interprete, in favorem, quæ perspicuè damnant atque meritò nocentem; igitur dicont pro sententia iuris leges, quicquid volunt iudices.

Dicunt leges, quod volunt iudices.

11 Scrutemur normam pro iure dicundo, expositam, Apostolis iudicibus factis, à Christo Domino. *Nolite* (præcepit) *possidere aurum, neque argentum, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam.* Hæc apud Matthæum: apud Marcum enim invenies: *Præcepit eis, ne quid tollerent in via, nisi virgam tantùm, sed calceatos sandalis, & ne induerentur duabus tunicis.* Facile dissolvitur antilogia: hic dicitur, quòd procedant in annunciationem Evangelij scipione, tunicati & calceati; & ibi sine calceamento, & sine baculo: siquidem iuxta morem Scripturæ subintelligitur in sequenti, quicquid & modo quo exponitur in sententia priore. Sæpe videtur in negatione. Pauca exempla subscribam, quia aliquando late in expositione litterali Tautologiarum. Prov. 30. 3. *Non didici sapientiam.* & (idest, *Nec*) *scientiam sanctorum novi.* Psalm. 142. 7. *Non avertas faciem tuam à me, & similis ero descendentibus in lacum,* Isai. 63. 9. *In omni tribulatione non est tribulatus &* (Nec) *Angelus faciei eius salvavit eos.* Per *Ecclipsin*, aut *Syncopen.* Unde claret sensus sine contradictione: *Nolite possidere aurum, neque argentum, neque duas tunicas, neque calceamenta*, scilicet, bina, *neque* duplicem *virgam* &c. Ita canit Iuvencus libr. 1. de *Evangel. Histor.* v. 445.

Matth. 10. 9. 10. Marc. 6. 8. 9.

*Non auri, argentive domet possessio mentem,*
*Nec vos nummorum subigat sceleratа cupido.*
*Non geminas vestes, nec plantis tegmina bina.*
*Virtuti nudæ capiat servire ministet.*

Sedul. Hæc de littera pro antilogiæ intelligentia: modò observemus singula pro iudicum forma.

12 Prædicare illos Evangelium aut legem gratiæ, iubet, infirmos curare, mortuos suscitare, leprosos mundare, dæmones eijcere, & tradens virgam in ostensionem virtutum, & iustitiæ ministerium, monet despiciendum aurum. Si huiusmodi mala figunant hominum scelera; nequaquàm florente auro vitia exterminabuntur, sed inolebunt: quandoquidem dum infirmi iustitiæ virga saluti restituendi, resuscitandi mortui, leprosi mundandi, dæmones expellendi; auri pondere curvo scipione iustitiæ, valentes cadant, sani moriantur, leprosi sunt principes, & introducuntur dæmones. Nota. *Nolite possidere aurum, neque argentum, neque virgam.* Virga symbolum est iustitiæ: & habere inhibet cum amore argenti & auri; quippe si huiusmodi affectio irrepit in corda, vel in perspicua causa non potest esse iustitia: unde opus est vel virgam proijcere, vel divitias non amare; siquidem ubi lex à cupiditate exponitur, virga iustitiæ proculdubiò reflectetur.

Lege uti, litigiosi vantur peccato, erit de manitur innocentes.

Virga in fistig cur vatur cupiditate.

13 *Neque virgam.* Marcus verò: *Nisi virgam tantum.* In virga iustitia designatur: & ubi tribunal pro iustitia habetur; haud iudicare debet aurum vel argentum, sed virga tantùm. Si aliquo intuitu præter debitum legis, interpretatur illarum præscriptiones; non est virgæ iudicaturam significantis, sed affectionis interpretis: igitur dum sedet pro tribunali, tantùm debet esse virgæ iustitiæ, non amicorum: legum, non utilitatum: etenim ni tantùm virgam respexerit in obiectam causam; nec in virga quam habet, habebit virgam.

Sit in iudicio index tantùm iustitiæ.

*Neque virgam* ad iudicium. *Nisi virgam tantum.* Qua lege intelligerur præceptum? An quia docilibus exhibenda clementia, & superbis tantùm virga? Indicat Gloriosus Legislator Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 2. *Dirum magistri, pium patris ostendat affectum: idest, indisciplinatos & inquietos debet duritiis arguere, obedientes autem & mites, ut in melius proficiant obsecrare*: etenim flemma iusti nobile iudicis:

S. Bened.

*Parcere subiectis & debellare superbos.*

Habere virgam & non habere debet. Habere & non habere, claret impossibile. Non est, igitur sæpe iudices non iudicant in se-

*Iustitia & respectiva non iustitia.*

natu per causas, sed per personas. Leges haud contemplantur, neque exponunt iuxta acta reorum, sed iuxta auctoritates delinquentium. Virgam ferunt tamquàm iustitiæ signum: & multoties ferunt & non ferunt; quoniam ferunt in pauperes, sed non in divites. Virga iustitiæ non est Lesbia regula, sed adamantina, adinstar Ezechielem *inter terram, & cœlum* consulto posita, quam nec movet sursùm celsitas, neque deorsùm humilitas. Nec ascendit, nec descendit, ubi ius dicit; etenim causas & non personas agnoscit. Haudquaquàm flectitur precibus, nec curvatur auctoritatibus: etenim virgam solummodò fert, ut causarum promat ius: iudicesque ubi intuitu peculiari exhibent leges, virgam non ferunt portantes; quippequam propter pœnam venerantur pauperes iustitiæ virgam: verùm potentes vel criminibus palàm fiducialiter rident, quasi virgam ministri non haberent.

*Ezech. 8, 3. Sit immobilis.*

*Venerantur pauperes, sperunt divites.*

14 *Virgam tantùm. Neque virgam.* Informatur Apostolatus ut clareat qualis legum usus & abusus, & sit in iustitia modus. Virgâ adstringit iudex subditos legibus, ne declinet ab iniunctis obligationibus, quippe sine virgæ potestatis rationali timore, viverent proculdubiò sine lege. Ferre virgam, est exæqui quod iustitia iudicat; non ferre, omittere iudicata: & potest ferre & non ferri, dum iudicia vacant ab executione; siquidem iustitiam proterit crimen, quasi in vindictam virga non haberet potestatem. Virga tantùm portanda est, ut qui iudex, iustus sit. Si affectio in causis intromittitur, virga tantùm non portatur. Iustitia erit iuxta leges, affectio iuxta iudicantium opiniones: & virga tantùm in causis ferenda, modò exequenda iustitia; quippe iudex, perperàm iudicabit, ni quod iuxta leges tantùm iustitia decreverit: etenim tunc iura fulminabunt leges, & non iudices.

*Iustitia fine potestate proteritur.*

*Iudicent leges, nequaquàm opiniones*

15 *Virgam tantùm*: ideò est, non duplicem, ut vidimus, virgam, sicut nec binam tunicam. Quid quòd duplex sit virga iudicis, si occurrunt peccata commissionis, atque omissionis? Virga duplex est fallax, quippe abominabile pondus & pondus, mensura & mensura. Duplex virga est signate in æqua iustitia decreta iniqua, quia inæqualia; cùm iudicatur secundùm auctoritates reorum, & nequaquàm iuxta æqualitatem legum, humilibus habens unam, Magnatibus legem aliam. Respectus in sententijs atque suffragijs iudicum, est ruina legum: & prohibet Christus in causam, duplicem portare virgam; quippe tunc iustè decernitur causa, si iustitia decernens omnibus æqua.

*Iustitia omnibus æqua.*

16 Ideo duplex prohiberor tunica & duplex virga. Sicut virga est signum potestatis, ita tunica est symbolum intentionis. Tunica exterior est legis inviolabilis præscriptio. Tunica autem interior iudicantis affectio: & ubi Christus tradidit in virga iudiciariam potestatem, interdicit iudicibus tunicam duplicem; quoniam lites dirimendæ iuxta leges, neutiquàm iuxta affectiones: secundùm iura clara quæ patent oculis, haud iuxta affectiones, quæ latent in corde iudicis.

*Iustitia personis haud iuxta occultum intentum.*

Denique. In his verbis clarescit maiestas iustitiæ & Principis. Duplex virga dupliciter legem respicit, proterendo quam statuit. Cogitat non quæ lex, sed quo modo aptanda sit. Intuetur peccatorum facies, & non transgredientium leges. Unica fatagit de tenore legum, ut faciat rectè iudicium. Duplex cogitat discrimina longa inter propria acta & aliena. Unica eandem sibi & reliquis respicit legem: & Christus ferre vetat virgam duplicem; quia ius non est, quòd aliam legem sibi, qui iudicat habeat, quàm qua cæteros iure severè iudicat. Vernaculè: *No es razon, una ley para si, y otra para los demàs.*

*Lex diversa sibi & alijs non est lex.*

17 Infelix fœmina sistitur Christo, quæ modò deprehensa fuerat in adulterio. Moyses præcepit huiusmodi lapidari. Quid ergo, dixerunt Servatori N. Pharisæi, promes ex iure? Brevi sententia. *Qui sine peccato est vestrum primum in illam lapidem mittat.* Subrahunt diabolo hi crimonij & criminatores officia, ut impleant hypocrisi tribunalia: etenim arte in adulterium induxerunt mulierem, ut post factum accusarent. Proinde Iudex, quem nihil latet, protulit: Qui vestrum à culpa vacat, primum in miseram lapidem mittat. Cur ergo Christus suffragatur indulgentiæ, parcendo fœminæ crimini, si crimine iuxta legem debet mori? Debet mori scelere iuxta leges, sed eodem crimine obstricti erant iudices, fœminæ criminatores: & Christus fœminam crimine absolvit, quam lex lapidandam iurè decrevit; quoniam ius non erat, quòd lex unica aliter iudices exponerent sibi, & aliter iniquè interpretarentur fœminæ. Ius est, quòd pœnâ pereat, quæ priùs culpâ, & legis transgressione perijt; verùm extra legem, cùm iudex officium accusatoris admittit. Ius est, quòd puniatur peccatrix, attamen non ius, quòd à peccatoribus: ius, quòd luat abundè pœnas criminis, cæterùm nequaquàm per legis prævaricatores: etenim in se & fœmina eandem respicientes causam, portabant virgam, & virgam. Non debent leges esse sicut fluctus maris, qui in mari formantur, & ibi franguntur. Hinc pro iudicio detonat procella vel commotio, qua iustitia summergitur, quia à ministris iustitiæ virga pro utilitate curvatur. Perperàm damnat nocentem idem habens crimen: quantumvis innitatur præscriptione legis, non est virga directionis cùm debeat discere ex damnationis sententia, quo modò à se expellenda sint crimina. Astruit Dux N. Benedictus ubi supr. *Cùm de alienis ratiocinijs cavet, redditur de suis solicitus: & cùm de ad monitionibus suis emendationem alijs subministrat, ipse efficitur à vitijs emendatus.* Ut rutilet iustitia,

*Iustitia in omnibus æqua.*

*Ioann. 8, 7. Unde in malitia hominis officium damnatis*

*Iura respectivum inter iudicem & iudicandum, sæpiùs per perum.*

*Leges ut fructus maris.*

*Malè damnat nocentè, idem habens crimen.*

S. Ben.

Ovid.

*Sit sine labe toga.*

Non potest ullam auctoritatem habere sententia, ubi etiam qui damnandus est, damnat. Audite vel Ethnicum Satyr. 2. v. 68.

Iuven.

——*Nudus agas. Minus est infamia turpis. En habitum quo te leges, ac iura ferentem. Quid non proclames, in corpore iudicis ista. Si videas?*

## DIDASCALIA V.

### *Detractio lethaliter tres inficit uno flatu.*

Bernar.

1 SEntentia & gnome insignis Mellifui Doct. de *Modo benè vivendi* cap. 17. Quid faciet ictu, qui ita virulentus flatu? Quantum & quale in cæteris vulnus, si se tollit bibendo vomitum virus? *Quid tibi vitandum* (ait Seneca Lucilio *Epist.* 7.) *præcipuè existimes, quæris? Turbam. Ego certè confiteor imbecillitatem meam. Numquàm mores quos extuli, refero. Aliquid ex eo quod composui, turbatur: aliquid ex his quæ fugavi, redit. Quod ægris evenit* (*quos longa imbecillitas usque eo affecit, ut numquàm sine offensa proferantur*) *hoc accidit nobis, quorum animi ex longo morbo reficiuntur. Inimica est multorum conversatio. Nemo non aliquod nobis vitium, aut commendat, aut imprimit, aut nescientibus alluit.* Quid verius? Experientia docet, quàm vera dicit: siquidem unico verbo se virulentum ostendit, audienti officit, & absentem interimit.

*Priorn à conversatione exemur, quæ introimus.*

Senec.

2 In fumo incensi figurabatur apud Hebræos abolitio peccatorum. Unde in festo expiationis dicitur: *Nullus hominum sit in tabernaculo, quando Pontifex Sanctuarium ingreditur.* Cur igitur fumus & non flamma est expulsionis indicium, si charitas multitudinem operit peccatorum? Haud in casum *domus repleta est fumo*, ubi Isaias emundandus erat à peccato: etenim si fumus sensationem oculorum impedit, & lachrymari facit; aptiùs peccata plorantur, dum non videntur. Fumo repletur domus, quando à pœnitente confiendus est lapsus, & *Væ mihi* præ dolores liquidem tunc auferetur iniquitas. quùm fumo doloris, qui deliquit in lege, fugit ad lachrymas. Crimina delet sine ambiguitate pœnitudo, sed ingreditur pœnitudo sub silentio, quod comitatur verecundia facti, repræsentantis vividè crimen, dum intuetur etiam erga delinquentem pro murmure charitatem: & ubi agendum de Prophetæ peccato, domus tota est plena fumo, lumen oculorum impediente, ac lachrymas excitante; quoniam ut crimina deleantur non curiosè inspicienda, sed deploranda: etenim plura peccata delerent; si qui vident, absconderent, & plorarent. *Vestimentum ad induendum*: dicit Iacobus. Iurè. Hoc est vestimentum charitatis. Non ad induendum est vestis detractoris: igitur si charitas videt peccata, ut abscondat; detractor abscondit, ut ostendat. Illa operit vulnera, & demonstrat bona: hic abscondit veste bona, ut patefaciat vel curata vulnera.

Levit. 16. 17.

*Isai. 6, 4.*

*Melius peccata deleriùs, ubi abscondunta tur.*

*Peccata aliena non curiosè inspicienda, sed deplorànda.*

*Gen. 28, 20.*

*Differunt inter vestem charitatis & detractoris.*

3 Purpurâ apud Ægyptios signata lingua maledica. Vide Pierium Valerian. *lib.* 28. *cap.* 69. Nec absurde. *Lingua purpuræ* (infit Plinius lib. 9. cap. 36.) longitudine digitali, qua pascitur, perforando reliqua conchylia. Tanta duritia aculeo est. Putet, quòd quæ sanguine præclaro niteat, haud habeat linguam, nisi ut reliqua perforet, & dum in lingua claret sanguinis pretium, pro lingua ostentet aculeum: verùm luit pœnas per proprias iras. *Purpuræ captura* (ait Pierius ibid. cap. 70.) *in hunc sapius efficitur modum. Strombus piscis includitur: hunc avidissimè captat purpura, quem simulac illuc occlusum olfecerit, insertâ per nassæ iuncos linguâ, eum assequi contendit, dumque ille volutatione luctatur, ea magis ac magis lingua protendit: accidit verò ut in eo conatu tumefiat, ut nulla eam extrahendi copia relinquatur, atque ita detenta per linguam captiva fiat.* Observa vividam analogiam inter detractorem & purpuram. Haud potest refugere linguæ ictus vel piscículus occlusus: imò ut pungat, non expectat quòd agnoscat: satis illi, quòd oblectet. Pungit profectò si obviaverit; & aculeum infiget, quia necesse. Nil transit, quod

Pier. Val. Plin.

*Quare detractio conferatur purpuræ*

Pier. Val.

*Captura utriusque.*

*Lingua detractoris crudelis.*

*Iustitia & respectiva non iustitia.*

natu per causas, sed per personas. Leges haud contemplantur, neque exponunt iuxta acta reorum, sed iuxta auctoritates delinquentium. Virgam ferunt tamquàm iustitiæ signum: & multoties ferunt & non ferunt; quoniam ferunt in pauperes, sed non in divites. Virga iustitiæ non est Lesbia regula, sed adamantina, adinstar Ezechielem *inter terram, & cœlum* consulto posita, quam nec movet sursùm celsitas, neque deorsùm humilitas. Nec ascendit, nec descendit, ubi ius dicit; etenim causas & non personas agnoscit. Haudquaquàm flectitur precibus, nec curvatur auctoritatibus: etenim virgam solummodò fert, ut causarum promat ius: iudicesque ubi intuitu peculiari exhibent leges, virgam non ferunt portantes; quippequam propter pœnam venerantur pauperes iustitiæ virgam: verùm potentes vel criminibus palàm fiducialiter rident, quasi virgam ministri non haberent.

*Ezech. 8, 3. Sit immobilis.*

*Venerantur pauperes, sperunt divites.*

14 *Virgam tantùm. Neque virgam.* Informatur Apostolatus ut clareat qualis legum usus & abusus, & sit in iustitia modus. Virgâ adstringit iudex subditos legibus, ne declinet ab iniunctis obligationibus, quippe sine virgæ potestatis rationali timore, viverent proculdubiò sine lege. Ferre virgam, est exæqui quod iustitia iudicat; non ferre, omittere iudicata: & potest ferre & non ferri, dum iudicia vacant ab executione; siquidem iustitiam proterit crimen, quasi in vindictam virga non haberet potestatem. Virga tantùm portanda est, ut qui iudex, iustus sit. Si affectio in causis intromittitur, virga tantùm non portatur. Iustitia erit iuxta leges, affectio iuxta iudicantium opiniones: & virga tantùm in causis ferenda, modò exequenda iustitia; quippe iudex, perperàm iudicabit, ni quod iuxta leges tantùm iustitia decreverit: etenim tunc iura fulminabunt leges, & non iudices.

*Iustitia fine potestate proteritur.*

*Iudicent leges, nequaquàm opiniones*

15 *Virgam tantùm*: ideò est, non duplicem, ut vidimus, virgam, sicut nec binam tunicam. Quid quòd duplex sit virga iudicis, si occurrunt peccata commissionis, atque omissionis? Virga duplex est fallax, quippe abominabile pondus & pondus, mensura & mensura. Duplex virga est signate in æqua iustitia decreta iniqua, quia inæqualia; cùm iudicatur secundùm auctoritates reorum, & nequaquàm iuxta æqualitatem legum, humilibus habens unam, Magnatibus legem aliam. Respectus in sententijs atque suffragijs iudicum, est ruina legum: & prohibet Christus in causam, duplicem portare virgam; quippe tunc iustè decernitur causa, si iustitia decernens omnibus æqua.

*Iustitia omnibus æqua.*

16 Ideo duplex prohiberor tunica & duplex virga. Sicut virga est signum potestatis, ita tunica est symbolum intentionis. Tunica exterior est legis inviolabilis præscriptio. Tunica autem interior iudicantis affectio: & ubi Christus tradidit in virga iudiciariam potestatem, interdicit iudicibus tunicam duplicem; quoniam lites dirimendæ iuxta leges, neutiquàm iuxta affectiones: secundùm iura clara quæ patent oculis, haud iuxta affectiones, quæ latent in corde iudicis.

*Iustitia personis haud iuxta occultum intentum.*

Denique. In his verbis clarescit maiestas iustitiæ & Principis. Duplex virga dupliciter legem respicit, proterendo quam statuit. Cogitat non quæ lex, sed quo modo aptanda sit. Intuetur peccatorum facies, & non transgredientium leges. Unica fatagit de tenore legum, ut faciat rectè iudicium. Duplex cogitat discrimina longa inter propria acta & aliena. Unica eandem sibi & reliquis respicit legem: & Christus ferre vetat virgam duplicem; quia ius non est, quòd aliam legem sibi, qui iudicat habeat, quàm qua cæteros iure severè iudicat. Vernaculè: *No es razon, una ley para si, y otra para los demàs.*

*Lex diversa sibi & alijs non est lex.*

17 Infelix fœmina sistitur Christo, quæ modò deprehensa fuerat in adulterio. Moyses præcepit huiusmodi lapidari. Quid ergo, dixerunt Servatori N. Pharisæi, promes ex iure? Brevi sententia. *Qui sine peccato est vestrum primum in illam lapidem mittat.* Subrahunt diabolo hi crimonij & criminatores officia, ut impleant hypocrisi tribunalia: etenim arte in adulterium induxerunt mulierem, ut post factum accusarent. Proinde Iudex, quem nihil latet, protulit: Qui vestrum à culpa vacat, primum in miseram lapidem mittat. Cur ergo Christus suffragatur indulgentiæ, parcendo fœminæ crimini, si crimine iuxta legem debet mori? Debet mori scelere iuxta leges, sed eodem crimine obstricti erant iudices, fœminæ criminatores: & Christus fœminam crimine absolvit, quam lex lapidandam iurè decrevit; quoniam ius non erat, quòd lex unica aliter iudices exponerent sibi, & aliter iniquè interpretarentur fœminæ. Ius est, quòd pœnâ pereat, quæ priùs culpâ, & legis transgressione perijt; verùm extra legem, cùm iudex officium accusatoris admittit. Ius est, quòd puniatur peccatrix, attamen non ius, quòd à peccatoribus: ius, quòd luat abundè pœnas criminis, cæterùm nequaquàm per legis prævaricatores: etenim in se & fœmina eandem respicientes causam, portabant virgam, & virgam. Non debent leges esse sicut fluctus maris, qui in mari formantur, & ibi franguntur. Hinc pro iudicio detonat procella vel commotio, qua iustitia summergitur, quia à ministris iustitiæ virga pro utilitate curvatur. Perperàm damnat nocentem idem habens crimen: quantumvis innitatur præscriptione legis, non est virga directionis cùm debeat discere ex damnationis sententia, quo modò à se expellenda sint crimina. Astruit Dux N. Benedictus ubi supr. *Cùm de alienis ratiocinijs cavet, redditur de suis solicitus: & cùm de ad monitionibus suis emendationem alijs subministrat, ipse efficitur à vitijs emendatus.* Ut rutilet iustitia,

*Iustitia in omnibus æqua.*

*Ioann. 8, 7. Unde in malitia hominis officium damnatis*

*Iura respectivum inter iudicem & iudicandum, sæpiùs per perum.*

*Leges ut fructus maris.*

*Malè damnat nocentè, idem habens crimen.*

S. Ben.

Ovid.

*Sit sine labe toga.*

Non potest ullam auctoritatem habere sententia, ubi etiam qui damnandus est, damnat. Audite vel Ethnicum Satyr. 2. v. 68.

Iuven.

——*Nudus agas. Minus est infamia turpis. En habitum quo te leges, ac iura ferentem. Quid non proclames, in corpore iudicis ista. Si videas?*

## DIDASCALIA V.

### *Detractio lethaliter tres inficit uno flatu.*

Bernar.

1 SEntentia & gnome insignis Mellifui Doct. de *Modo benè vivendi* cap. 17. Quid faciet ictu, qui ita virulentus flatu? Quantum & quale in cæteris vulnus, si se tollit bibendo vomitum virus? *Quid tibi vitandum* (ait Seneca Lucilio *Epist.* 7.) *præcipuè existimes, quæris? Turbam. Ego certè confiteor imbecillitatem meam. Numquàm mores quos extuli, refero. Aliquid ex eo quod composui, turbatur: aliquid ex his quæ fugavi, redit. Quod ægris evenit* (*quos longa imbecillitas usque eo affecit, ut numquàm sine offensa proferantur*) *hoc accidit nobis, quorum animi ex longo morbo reficiuntur. Inimica est multorum conversatio. Nemo non aliquod nobis vitium, aut commendat, aut imprimit, aut nescientibus alluit.* Quid verius? Experientia docet, quàm vera dicit: siquidem unico verbo se virulentum ostendit, audienti officit, & absentem interimit.

*Priorn à conversatione exemur, quæ introimus.*

Senec.

2 In fumo incensi figurabatur apud Hebræos abolitio peccatorum. Unde in festo expiationis dicitur: *Nullus hominum sit in tabernaculo, quando Pontifex Sanctuarium ingreditur.* Cur igitur fumus & non flamma est expulsionis indicium, si charitas multitudinem operit peccatorum? Haud in casum *domus repleta est fumo*, ubi Isaias emundandus erat à peccato: etenim si fumus sensationem oculorum impedit, & lachrymari facit; aptiùs peccata plorantur, dum non videntur. Fumo repletur domus, quando à pœnitente confiendus est lapsus, & *Væ mihi* præ dolores liquidem tunc auferetur iniquitas. quùm fumo doloris, qui deliquit in lege, fugit ad lachrymas. Crimina delet sine ambiguitate pœnitudo, sed ingreditur pœnitudo sub silentio, quod comitatur verecundia facti, repræsentantis vividè crimen, dum intuetur etiam erga delinquentem pro murmure charitatem: & ubi agendum de Prophetæ peccato, domus tota est plena fumo, lumen oculorum impediente, ac lachrymas excitante; quoniam ut crimina deleantur non curiosè inspicienda, sed deploranda: etenim plura peccata delerent; si qui vident, absconderent, & plorarent. *Vestimentum ad induendum*: dicit Iacobus. Iurè. Hoc est vestimentum charitatis. Non ad induendum est vestis detractoris: igitur si charitas videt peccata, ut abscondat; detractor abscondit, ut ostendat. Illa operit vulnera, & demonstrat bona: hic abscondit veste bona, ut patefaciat vel curata vulnera.

Levit. 16. 17.

*Isai. 6, 4.*

*Melius peccata deleriùs, ubi abscondunta tur.*

*Peccata aliena non curiosè inspicienda, sed deplorànda.*

*Gen. 28, 20.*

*Differunt inter vestem charitatis & detractoris.*

3 Purpurâ apud Ægyptios signata lingua maledica. Vide Pierium Valerian. *lib.* 28. *cap.* 69. Nec absurde. *Lingua purpuræ* (infit Plinius lib. 9. cap. 36.) longitudine digitali, qua pascitur, perforando reliqua conchylia. Tanta duritia aculeo est. Putet, quòd quæ sanguine præclaro niteat, haud habeat linguam, nisi ut reliqua perforet, & dum in lingua claret sanguinis pretium, pro lingua ostentet aculeum: verùm luit pœnas per proprias iras. *Purpuræ captura* (ait Pierius ibid. cap. 70.) *in hunc sapius efficitur modum. Strombus piscis includitur: hunc avidissimè captat purpura, quem simulac illuc occlusum olfecerit, insertâ per nassæ iuncos linguâ, eum assequi contendit, dumque ille volutatione luctatur, ea magis ac magis lingua protendit: accidit verò ut in eo conatu tumefiat, ut nulla eam extrahendi copia relinquatur, atque ita detenta per linguam captiva fiat.* Observa vividam analogiam inter detractorem & purpuram. Haud potest refugere linguæ ictus vel piscículus occlusus: imò ut pungat, non expectat quòd agnoscat: satis illi, quòd oblectet. Pungit profectò si obviaverit; & aculeum infiget, quia necesse. Nil transit, quod

Pier. Val. Plin.

*Quare detractio conferatur purpuræ*

Pier. Val.

*Captura utriusque.*

*Lingua detractoris crudelis.*

quod non terebret : per cuncta estò dura transit : obvia mordet. Hæc nota detractoris auctoritati, quæ pudor purpuræ ; siquidem cùm purpura habeat sanguinem pretiosiorem, nil est à quo non eliciat punctione sanguinem. Ideo Legifer N. Gloriosus Doctorum Doctor Ss. Benedictus *Regul. Sancti.* cap. 4. *Instrum.* 40. Monachum iubet, *Detractorem non esse* : quoniam dum alios perdere linguâ intenderit, linguâ peribit. Per linguam purpura captiva fit. Inescatur morsu, & inescata decipitur ; quippe capturâ capitur. Ita conatur cuspidem linguæ in scopum figere, ut agitatione nimiâ intumescat in ore : unde hieroglyphicum vivax detractorum, qui qua cuspide figunt, linguâ figuntur.

S. Ben. *Qua figit, perit.*

4 De echinis marinis ait Plinius lib. 9. cap. 32. *Echini, quibus spinæ pro pedibus. Ingredi est his, in orbem volvi.* Non possunt gressu movere pedes, quia introrsùm proprijs lacerantur spinis. Sæpe sæpiùs detractores per linguam rotant, hinc inde errant, & ne sint in perniciem, devolvuntur in orbem. Spinas habent pro pedibus, ex gressu pleni doloribus : siquidem quemlibet deliberantes motum, infelices usquequaquè punguntur. Nequeunt configere alicubi aculeos, quia transfigunt mucronibus semetipsos, & sese rumpunt spinis : cæterùm cùm detractores ferantur dulcedine ferculi conversationis ; in illam voluptuosè dirigunt motum, etsi rumpantur.

Plin. *Cur simi lis echini malis.*

*Figit aculeum, etsi rumpatur.*

5 Phrenetici vocantur à Plutarcho libell. de *Audiendo.* Sufficit, ni fallor, in pœnam, eorum cognoscere insaniam. Audiamus causam. *Illis sicut phreneticis amara videntur omnia.*

*Phrenetici sunt.*

Plutarc.

*Ut benè loquatur, sentiatque Mamercus,*
*Effutire nullis Aule moribus positis:*
*Pietate fratres Curtios licèt vincat,*
*Quiete Nervas, comitate Russones,*
*Oratione Regulos, iocis Paulos,*
*Rubiginosis cunctà dentibus rodit.*
*Hominem malignum forsàn esse tu credas:*
*Ego esse miserum puto, cui placet nemo.*

Martial

Canit proposito Martialis *lib. 5. Epigram.* 29. Minimè pendet amaritudo à qualitate ciceræ, sed à palati dominante amaritudine. Hæc ab stomacho : & iurè detractores conferuntur phrenetico ; quippe si illis amara vel dulcia (quoniam amara præcordia) ubi loquuntur clarescit in ore, non alio modo quam servabatur in pectore, verbis experimentibus cordis amaritudinem, & simul cogitationis phrenesim.

*Nemini placet, cui placet nemo.*

*Duralio ri vel dulcia videntur amara.*

6 Prævaricati sunt filij Israël adorantes vitulum aureum, quasi lateret peccatum deaurando idolum. Sibi fecerunt & prævaricati sunt à semitis legis, tamquàm omnia licerent propter adorationem imaginis : studiosè deaurant, quod adorant : etenim ni operiretur, averteret vultum, quod alliciebat affectum. Quàm fallax intuitus in adoratione operum ! Alij colunt, quod alij & meritò abominantur. Ita Moyses ; qui *arripiens vitulum, quem fecerant, combussit & contrivit usque ad pulverem, quem sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filijs Israël.* Omnibus præbuit in potum, ut distingueret, quinam adorassent vitulum : etenim ut profert Abulensis hic ex Rabb. ora delinquentia apparuerunt aurata, missis in faciem, quæ fovebant corda. Sæpe adoratoribus flagellum & supplicium, propositò adoratum idolum ; ut designet stomachi amaritudo, quam ingrata desipientis electio. Vernaculè : *Sumal gusto.* Consideremus articulum ut fugiamus toto conatu maledicum.

Exod. 32. 20.

*Sæpe erigentibus supplicia elevata idolum.*

7 In os erupit aurum potum, vel adorationis delictum. Moyses in potum dedit, ut in scipsis peccatum absconderet ; & in labia erupit, quod condebat pectus ; quia nihil potest ferre detractoris stomachus. Haud sedet placidè, quod degutitur, ut in pectoris penetralibus servetur : igitur cùm gustata provocent in fastidium, omnia vomunt. Si aliquantulùm remanet, ingratè sapit. Provocat, quia venenum, in nausam ; ut educat indecoctum in linguam : igitur deficiente charitatis igne, vel verba audita nequit infirmitate decoquere. Uncinus, hamus, vel illex est conversatio : quare levi audito proximi verbo, nil remanet in stomacho. In faciem irroravit potum aurum ; quasi deaurando verbum, labia non offenderent delictum. Quid in alium, si de se peccatum dicit ? In stomacho detractor nihil retinere potest. Quid non proferet de proximi actione, ubi servare nequit quicquid servatur in pectore ? Vel non est de quo loquatur, vel in labium egredietur : etenim si aliquid noverit, illicò in labijs clarebit. Verbum auditum, malignum urget in verbum : unde per os Moyses cognoscit delictum ; quippequàm cum lingua verbi indicet necessariò quicquid latet in corde ; delictum adorationis in statuam, fuit primum quod illorum venit in buccam.

*Detractor omnia vomit. Vel proprium de fectum dicit.*

*Vel quod primùm in buccam venerit.*

8 Ulteriùs. Malignè idololatrarum pectus celabat, quod Moyses crimen scire cupiebat. Imaginatio, seu Israëlitarum phantasia, architectationis vituli fuit officina : & cùm Moysen laterent occulta pectoris, dedit potum, ut aurum rutilaret in labijs : igitur ex ore eorum aptiùs cognosci quibant, quæ imaginatione delinquentes cogitaverant.

*Vel præpravi cogitationes profert.*

Ra-



Ratio suppetat. Sunt voces mutæ, quibus loquitur impulsu secreto cor. Interprete ad earum expositionem opus est. Haud fat suspicionis divinatio, ut intelligantur motus pectoris idiomate proprio. Solummodò lingua vividè exponit, quodcumque intra abdita statuit. Cogitatio cessit idololatra adorationi vituli, quem minutum dedit illis, ut pateret in ore ; quoniam pectus in lingua clarum nanciscens interpretem, in ore manifestabit occultam cogitationem.

*Et lingua tacentes dicit.*

9 Cæterò. Sicut per pulsum arteriæ, cognoscitur motus cordis integrà vel ægrà valetudine ; ita clarescunt per verba, quid habeant introrsùs corda. Quodnam cor esset læsum per adorationibus sacrilegum cultum, Moysi vindici idololatriæ, erat incognitum : & præbet vituli pulverem, ut labia cordis dicerent adorationem : etenim si corda exponuntur per labia, & in verbis clarent pectora ; per ipsum duntaxat labium, cognovit sanè quis pectus haberet putridum.

*Pectus purè tum vini verbum.*

10 Denique. Iuxta & modo quo concipit homo, loquitur, & cor per verba foràs egreditur : homo itaque solùm potest loqui quod concipit, siquidem per eos propositum mentis exit. Quodlibet verbum est speculum mentis. Quælibet vox disrumpit velum cautionis : gnomon est indicans verberationis pulsum, quo gaudet in pectore rationale cordis animatum horologium. Sibi nocet detractor, quia venenum demonstrat, si pectus nudat : igitur dedecus obtinet, dum impingit ; seipsum laucians, alterius famam denigrans : respiciturque in labijs læsio putrida pectoris ; quippe sicut erat in pectore manifestabitur ore, minimè proximi devenustans honorem ; sed ostendens in labijs cordis putredinem. Dicit Martialis lib. 7. *Epigram.* 9.

*Quo læsa patent vi scera.*

——*Ole quid ad te,*
*De cute quid faciat ille vel ille sua?*
*In lucem cœnat Sertorius : Ole quid ad te,*
*Cùm liceat tota flertere nocte tibi?*
*Septingenta Tito debet Lupus: Ole quid ad te?*
*Non tu propterea, sed ille pauper erit.*
*Illud dissimulas ad te quod pertinet Ole:*
*Quodque magis curæ convenit esse tuæ &c.*

Mart.

In aliquibus est os putridum, haud quia in eo aliquod computruit secretum ; sed quia gravis odor oritur ex visceribus. Eundem fontem habet affectus physicus, ac moralis. Totum pendet à malignitate pectoris. In visceribus est origo. Si viscera tabent, verba similiter malè olent : & offendit halitus ex ore obtrectatoris egressus ; quoniam verba ita virulenta & nocua, solùm habent originem viscera putrida.

*Verbamalè olent, quia viscera tabent.*

11 Varia erat lepra apud Hebræos ; & sicut illa, detractio apud homines varia. Alia erat *lepra lucens*, de qua infrà num. 24. Alia *volatilis*. Ecce rumusculus susurronis. Notitia quælibet estò vulneret, & famam denigret, nihilominùs volet. Non credent multi, sed credent alij ; & eclipsim patietur proximi claritas, quandiù examinatur veritas ; quinimò numquàm redit integra semel elapsa. Venit Helene, si abit Penelope. Nulla reparabilis arte, si semel læsa. Hinc difficulter restituitur fama.

Levit. 13. 2. 57.

*Detractio lepra.*

*Heu quàm difficile est gloriæ custodia!*
*Ad calamitatem quilibet rumor valet.*

Pub. Syt

Inquit Publ. Syrus. *Lepra volatilis* est, quippe scopticus cavillator ex animo mordebit, quicquid occurrerit. Alia *lepra mundissima.* Mundissima & lepra ? Quis itaque leprosus, si leprosus mundus ? Indicatur quid in innocentem fiat per detractionem. Lepra est, cæterùm lepra ad speciem. *Non lepra*, inflat Alapide, *sed purgatio* : igitur si datur purgationi locus ; qui mundi habentur, apparebunt leprosi, & qui leprosi, mundissimi. Non lepra, sed purgatio : diciturque *lepra mundissima*, quia in obiectis nec materia. Lepra ab ore murmurantium : mundissima, quippe affectus nec vestigium. Lepra, quoniam veilent maligni detractos lepra teneri : mundissima, quia obiecta quæque ab illis, patent decori.

Vers. 15 *Facili vulnerat infamia.*

Alapid.

*Tandem tandem opprimitur calumnia.*

12 Alia lepra est candida : & solicitè Sacerdos inspiciet, ubi *candor apparuerit.* Hæccine pestilentior obtrectationis species, scilicèt sub demonstratione candoris. Videtur candor, & non candor quod videtur. Non est candor, sed putris color : siquidem sub specie candoris apparet viscerum sanies. *Dum pus conficitur maximi dolores* : ait Hippocrates lib. 6. *Aphorism.* In morbo ex confectione & in confectionem puris, maximi dolores : in calumniatore ex doloribus oritur confectio puris. Iam materia vomicæ decocta, si apparet candida. Fugit oculus, quia prævidit latere venenum. Fugit naris, quippe præcavet contagium. Qui laborat vomica, intimè pungitur : & ubi apparet candida, magis timetur ; igitur quod rutilat uti candidum, est pus confectum. Candida lepra est : attamen lepra, estò candida. Pater, dum loquitur, igitur per os fœtida sanies emittitur. Quod auditur ut vox, tantum est pus : & clarescit per vomitum virus, quid sub candore confovebat pectus. Haud periclitatur affectus morbo, ubi per os fit puris præcordiorum expulsio : verùm anima leprosa detractorum emoritur, dum venenum thoracis per os emittitur.

Vers. 18

*Sub specie candoris apparet viscerum sanies.*

Hippocr.

13 Cognita lepra (igitur in cognitione le-

*In ore maledici quod auditur ut vox, tantum est pus.*

lepræ est maxima medicina) ut conversationem fugiamus obtrectatoris, contemplemur erga leprosos latas leges. *Solus habitabit, & extra castra. Solus*, etenim eius societas non consortium, sed contagium. *Solus*, ut omnes cognoscant, & illum fœtidum fugiant. *Solus*, quoniam mala pecus: & *extra castra*, ne debacchetur in proximos pestilentia. *Solus*, quia qui lepra laborat, solus habitat. Ego arbitror pestilentiæ signum; ut qui viderit vagantem, fugiat halitum: quippequàm frequenter leprosos, qui errat hinc & inde vagus. Occupationi murmurationis incumbit, qui nullam habet. Ideo additur: *Quicumque maculatus fuerit lepra, habebit vestimenta dissuta. Maculatus* dicitur: meditanter, ut sciat cavillator scommate quamlibet conversationis munditiam, esse maculam. Hispan. *Que no es gala lo critico, sino mancha.*

——*Non est iocus esse malignum.*
*Bellus homo: & validè capitalia crimina ludis:*
*Deque tuis manant atra venena ioci.*

Ita queritur Seneca *Epigram.* 5. in Præfat. lib. *Consol. ad Matrem Helv.* Habebit ergo leprosus vestimenta dissuta, ut per illa cognoscantur verba: frequenter namque studet in detractionem, qui conscientiæ habet dissutam vestem. Vernaculè: *Desgarrado.* Nonnumquàm mordax cui nec ius, nec lex; quin cogitet per vestem dissutam, pectoris malignantis cognosci lepram.

14 Item habebit leprosus *caput nudum.* Caput nudari, est subijci legi: caput operiri, est propriâ duci in sensum cogitatione: & caput leprosum nudandum, ne sit leprosum; equidem debet sequi vel contra visa legem, minimè cogitationis libertatem. *Perversitatis origo exponitur*: infit hic Rodulphus N. Fuldensis. Neutiquàm abdatur qualis radix in dedecore. Prodeat origo deturpatæ famæ. Refulgeat claritas, quoniam artifex maculæ leprosi cordis perversitas: etenim haud loquitur quia dedecus videat, vel infamatus habeat; sed quia caput leprosum perversè cogitat. Caput nudum comitatis est signum; & docemur, quando ius est suspicari contagium: quippequàm qui urbanitatem fingit, magis nocet: etenim subsequitur lingua detractoris sub obsequio leprosi comitatis.

15 Denique: Habebit leprosus *os veste contectum.* Quid? Nec miseriæ suspirium habebit exitum? Aër, qui respiratione renovatur, est subsidium pectoris, ac refrigeratio æstuantis calore cordis. Quia ita gravatur, nec respirare conceditur? Iurè. Haud lex impedit, quòd refrigerium ab aëre leprosus recipiat, sed quòd proximis aëris mutuâ respiratione ne noceat: etenim leprosi, cùm pestilens habeat pectus, ni os tegatur consultò, necabit flatus.

Subinde. Ora tegit immundus leprosus, quia leprosus & immundus. Calumniator eandem habet affectionem, sed eandem non habet legem. Vel apices actionum expositione notat, vel minuta disceptat, vel intentione explorat. Si quis mundus detraherot actionum integritati, causâ æmulabilis vitæ, esset sanè crimen; sed aliquantulam haberet excusationem: cæterum cui pectus immundum? Abeat & meritò ad corvos. Habeat os veste contectum: etenim summa pervicacia, atque frontis impudentia, quòd plenus lepra usque ad os ulcus habeat, & ut cæteros carpat, os invercundè aperiat.

16 Ultrà. *Habebit os veste contectum.* Si os occlusum non haberet, aërem respiratione corrumperet: igitur tabesceret illæsum, halitu pestilenti præcordiorum, cùm non quem accepit, remitteret aërem; sed pro anhelitu præsentaneam lucm. Aër est quo homo vivit: sed ubi pestilens, aëre perit: unde præcipitur leproso, ostia claudere oris, quoniam ni clauserit, erit pestis. Dialecto Hispan. vigilantiùs: *Se le manda que cierre la boca, porque sino cierra la boca, apesta.* Os habebit contectum: & subditur: *Contaminatum ac sordidum se clamabit.* Quomodò clamabit, si habet os contectum veste? *Nuta*: inquit hic Abulensis. Haud deficit huiusmodi ingenium detractoribus. Etiam sciunt murmurare nutibus.

*Infere te turbæ, leviterque admotus eunti,*
*Velle latus digitis & pede tange pedem.*

Inter Pharisæos, crucifixo Domino, aliqui loquebantur linguâ, & alij movebant capita. *Contaminatum ac sordidum se clamabit.* Ecce in detractorem medicinam, quòd cognoscat, nimirùm, habere lepram. Haud audebit os aperire in proximum, si se cognoverit sordidè contaminatum: & tunc liberabitur à contagio, quia principium salutis infirmitatis cognitio. *Contaminatum ac sordidum se clamabit.* Quid clamabit? Esse sordidum, laborare pestc. Chald. *Fugite, Ne accedatis*: igitur quisquis vel compassione accesserit, immundus verbo redibit.

17 Se clamabit contaminatum & sordidum: ideo os veste habebit contectum. Qui os habet contectum aut occlusum, haud potens est loqui verbum: hac lege consulitur proximorum saluti: etenim salus publica, leprosum non posse loqui. Os teget, ne loquatur, qui lepra languet: venenum præsens est, velociter serpit: & ne contrahatur à Republica contagium, à leproso detractore neque verbum est audiendum. Lepra contaminatum se habebit, & os claudet. Ore nocet. Cogitatur instrumentum medicaminis etiam in beneficium detractoris: igitur os quod non obturat fama decora aliena, obturabit pudicè lepra propria. Os habebit contectum, dum alloquitur alium. Potiùs videbitur introrsùm musitatio, quàm ad extra locutio: & leprosus habebit os obturatum veste, quia nequaquàm indulgendum musitare, neque os aperire: siquidem cunctos inficiet pestilentiâ, si vel in verbum explicuerit labia.

18 Intelligitur modò, unde in Davide tantæ origo formidinis, quæ videbatur aptiùs causa levitatis. Semper itaque vel ex levitate magnum à lingua mala timendum. *Deus laudem meam ne tacueris, quia os peccatoris & dolosi super me apertum est.* Hoc ni fallor est certàmen prudentis, in quo etiam patet malignitas peccatoris: siquidem patitur obtrectationem, per id quo meretur & apud Dominum laudem. Audiatur Seneca *Epist.* 20. & 47. *Levis est malitia: sæpe mutatur, non in melius, sed in aliud. Variatur quotidiè iudicium, & in contrarium vertitur, ac plerisque agitur vita per lusum.* Si vivit ille sibi. Si non vivit. Si sic vanus, si econtrariò tetricus. Si studet, si non studet. Si loquitur, si non loquitur. Si genio indulget, si parcit. Quomodò hoc intelligendum? Quotidie (haud est ephemerum) usquequaque, sequenti verbo variatur iudicium, & vertitur in contrarium. His sanè vita per lusum. Nescio, an hoc intuitu de Monachis Cœnobitis, dixerit S. Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 1. *Fortissimum genus* Monachorum. Tot habent genios, quot socios, & quod alijs placet, alijs displicet, & sæpe displicet, quoniam alijs placet. Quid igitur faciendum? Voces abdicendæ debacchantium? Cursus sequendus adinstar Phœbes, quantumvis oblatrent canes? Nihil æstimabile cogitarent homines in honorem, si colloquentium rumusculos aucuparent. *Quomodo hoc fiat, sapientia sola monstrabit. Difficile enim temperamentum est* (ait Seneca *Epist.* 14.) *utendumque, ne in contemptum nos invidia timor transferat: ne dum calcari nolumus, videamur posse calcari. Multis timendi attulit causas, timeri posse. Undique nos reducamus: non minus contemni quàm suspici nocet. Ad philosophiam ergo confugiendum est.* Errat. Confugiendum est: ubi vera habetur laus.

19 En veram laudem: scrutemur igitur Prophetæ timorem. *Os peccatoris & dolosi super me apertum est.* Verùm quid? Quid quòd illi loquantur, si Deus habetur? Aperitur? Aperiatur. In apertione oris non est periculum. Maximum. Qui non cavet, profectò pestilentiâ peribit. Nil mirum. Ubi detractores linguis dolosè agunt, *Sepulchrum patens est guttur eorum.* Fœtent sepulchra cadaverum corruptione: dum aperiuntur, nocent halitu pestilentiæ: & non timet Psaltes regius venena vilcerum, sed quod os in halitum sit apertum; quia quòd illi arbitrantur respirare præ dolore, est mundum contaminare. Crimina apte vocantur in sepulchris corrupta cadavera. Tunc igitur innocua, ubi in loculis pectoris manent sepulta. Os aperire, est illa manifestare: & David sibi timet de corruptione; quippequàm crimina uti cadavera solummodò nocent, quamdiù patent.

20 Exponatur intuitus. Os aperire, est incipere loqui, estò malitia iam obtinuerit ingenio maiorem detractionem ore clauso: & David haud formidat aliquod verbum prolatum, sed tantùm quod os apertum; & quia aperire labia, est effundere venenas & quia nemo liber à peste, si incipiunt loqui: igitur os non aperiunt, nisi ut alij corrumpantur. Nostrates: *En abriendo la voca, pestilencia.* Idem igitur timetur ab ore, quod à peste. Os aperire, etiam in Scriptura significat admirari, & deridere. Unde Ieremias: *Aperuerunt super nos os suum omnes inimici.* Opportuna utique intelligentia præ detractorum industria: etenim os aperiunt, dum loquuntur, non solùm quia detrahunt, quod alij mirantur; sed quia ipsis quæ mirantur, & quoniam mirantur detrahunt.

21 Denique os aperire, signat in Scriptura fallax blandimen, & ex corde præ miseria compassionem. Hinc ibidem dicitur: *Plauserunt super te manibus omnes transeuntes per viam: fibilaverunt, & moverunt caput suum ::: Aperuerunt super te os suum omnes inimici tui.* Patet maledicorum propensio, ubi quod blandimen exponitur fibilatio: quandoquidem dum magis blandiuntur, tutiùs detrahunt. Quare dum aperiunt labia, tutela semper timenda: igitur quod magis rutilat ut obsequium; non obsequium censendum, sed ludibrium. Os aperiunt, dum loquuntur. Virium pulsat cor vel compassione lapsi, vel lapsus gratulatione. Pro complexione pectoris exhibetur tristitia charitatis, vel fomes murmu-





Vers. 46 *Eius consortium contagio.*

*Sæpe qui otiosus, maledicus.*

Vers. 45

Genes.

*Proximi dedecus illi videtur iocus.*

Ibidem.

Rodulphus. *Haud quia videat, sed quia cogitat.*

Ibidem.

*Vel flatu detractor necat.*

*Ab illo nec verbum audiendum*

*Plerumque carpit calumniâ, qui plenus lepra.*

*Os eius patens sepulchrum.*

*Verba illius non verba, sed pestis*

Psalm. 108. 2. *Concinnatur detractionis virus ex materia plausus.*

Senec. *Cuncta esse contraria notat.*

Ibidem

Abulens

Ovid.

*Detrahit etiam ut tu.*

*Cognitio infirmitatis initium salutis.*

S. Bened

*Luxus quæ ratur in Deo, non in mundo.*

Senec.

*Benefacit communi ne detractorem non posse loqui.*

Psalm. 11.

*Ne maneant crimina latenti, sepulta.*

*Nemo liber à peste, si incipit detractor loqui.*

Thren. 3. 46.

*Vel quæ miratur, rodit.*

Cap. 2. 15. 16. *Etiam in obsequio formidandus.*

*Crimina narat, ut derideat, & rideat*

*Unde tanta detractorum fides?* Senec.

*Omnia videntur illis insipida, sine pipere.*

*Quæ lingua cœlestis?* Act. 2. 3 Chrysost.

*Quis ex ignis fatuus?*

*Non nocere proximo, judicatur in fatuitate.*

*Distium manat à detractione splendor.*

Ennius.

Levit. 13. 2.

rationis : & ubi os peccatorum aperitur, malum ingens à Davide formidatur ; haudquaquàm quia contechnantur, dum blandiuntur, sed quia ubi alij loquuntur, si loquuntur, ut compassionem moveant ; vociferantur detractores, ut derideant.

22 Unde, inquires tanta malitia ? Refrigescit charitas, quoniam abundat iniquitas. *Qui peccare se nescit* (inst ex Epicuro Seneca *Epist.* 28.) *corrigi non vult. Deprehendas te oportet antequàm emendes. Quidam vitijs gloriantur. Tu existimas aliquid de remedio cogitare, qui mala sua virtutum loco numerant* : Minimè dulce ferculum conversationis sine grano salis ; & etiam sal insipidum sine aliquantula mordacitate piperis. Ignis fatuus dicitur, ut vidimus hic *Tautolog.* 2. *Didasc.* 1. n. 28. qui lucet, & non urit. Ecce origo detractionum, sese ostendere in conversatione facetum : quis igitur non intendet in murmurationem, dum non urere judicant detractores fatuitatem ? Qui sales inquirit, mordacitatem intendit : & sæpe vel invitâ Minervâ aliquid amarum evomit pectus, ne qui loquitur rectè, judicetur stultus.

23 De cœlo descendit in cœnaculum Apostolorum summa charitas, quæ patefactâ mundo per linguas ignitas. *Apparuerunt dispertitæ linguæ tanquàm ignis. Non ignis, sed tanquàm ignis* (inst Chrysost. Serm. in *Pentecost.*) *Si ignis, quomodò non ardebant* ? Ut in illa sola proprietate ignis, indicis charitatis, fierent linguæ hominum linguæ cœlestes: etenim planè de cœlo, ubi in hominum consortio, minimè lingua tendit in operationum turpitudinem, sed in proximi splendorem. Fatuus iudicatur isthic ignis, in calliditate humanæ conversationis: equidem si non urit in colloquio dicacitas, planè linguarum iudicatur fatuitas. Criticis mundi haud placet eloquentia linguarum cœli. Qui urit sapit, qui sine sale despipit: igitur tollit inter criticos, sæculi Catones, palmam, qui pipere verbi allusit ad ignominiam : amittetque plaudentium optatam laudem, si remiserit ustionem. Haud est diversio meditata conversatio, igitur modò detractores luceant, non curant quòd alij ardeant : quin cogitent stultissimi illos ardere in alieno splendore cùm ob linguam ignitam, qui inuruntur ab illis, magis splendeant. Canit Ennius:

*Quasi lumen de lumine accendat, faci.*
*Ut nihilominùs ipsi lucent, cium accenderit.*

24 Inter species lepræ erat, ut vidimus, lepra lucens. *Quasi lucens quippiam, idest plaga lepræ.* Exprimitur in periodo, qualis obtrectantium cogitatio : etenim quo modo lucet non cogitat, modò inter criticos lucebat. Sanè lucet, cuius alterum & meritò puderet. Sæpe malè audit, qui malè loquitur. Plauditur pro tunc cavillatio malitiæ, verùm despectus reservatur in pectore : igitur cavillum extollitur, sed cavillator despicitur. Hic plausus titillat, quin os ferreum pudor aliquis compescat, cogitando, quòd alienam dicens maculam, propriam ostendat detractoris lepram. Lucet, vel quasi lucet, sed per lepram lucet, quod eius amentiam notam omnibus facit : siquidem singularis notaretur insania ; siquis sibi gratularetur de lepra, & aucuparetur insatuatus splendorem, unde alij iurè aversarentur turpedinem. Tandem. Lepra ustio cutis est. Si lepra detractor lucet, dum loquitur ; ipsemet detractione dedecoratur: quandoquidem parcius pullularet lepra, ni proximi splendore ureretur usque ad viscera: imò ni haberet ex luce prurientem ignem, nequaquàm demonstraret in lingua propriam ustionem. Satis hæc pro Didascalia, Tautolog. seq. Didasc. 1. dicemus reliqua: verùm inter ibi audiatur Martialis *lib. 6. Epigram. 64.*

*Sed misserere tui, rabido nec perditus ore*
*Fumantem nasum vivi tentaveris ursi.*
*Sit placidus licèt, & lambat digitosque manusque,*
*Si dolor & bilis, si iusta coëgerit ira,*
*Ursus erit : vacua dentes in pelle fatigas,*
*Et tacitus quæras, quam possis rodere carnem.*

*Detractor luce at, cùius prudentem puderet.*

*Sibi detrahit, dùm alios carpit.*

Martial

## DIDASCALIA VI.

### *Vestis Ildephonsi gloriæ vestis.*

1 EXclamat Cixila in Vit. S. *Ildeph.* Iste formosus in stola sua, igitur illi obviavit Virgo quasi mater honorificata : & vestis quæ à matre non tantùm charitatis, sed decoris.

Cixil. *Maria honorificavit Ildephonsum.*

*—— Saturatam murice pallam,*
*Lucentesque auro tunicas. Hos neverat unum*
*Mater opus.*

Stat.

Canit aliò Statius lib. *9. Thebaid.* v. 691. *Vestis ad induendum* : dixit Iacobus. Haud tautologicè loquitur : igitur dum à Virgine-Matre Ildephonsus induitur, non solùm ornatur veste ad corporis gratiam, sed ad splendoris gloriam.

Genes. 28. 20. *Veste investigat.*

*Hoc est cum miseris solium commune beatis,*
*Ambobus tribui, quod solet obsequium.*

Ovid.

Ac-



*Quasi pro gloria.*

Accinit Ovidius lib. 5. *Trist.* Eleg. 7. Idem obsequium sit homini in mundo, quo Angeli gaudent in cœlo, ut Ildephonsus vel in vitæ mortalis calamitate, aliquod pignus cœlestis haberet gloriæ.

Ravis. *Vestes celebrate ab Antiquis.*

2 Verùm, qualis vestis ? Dacantata fuit Antisthenis, de qua Ravis. Textor in *Officin.* lib. 4. cap. 96. *In illa variæ Deorum effigies erant depictæ. Hæc quotannis in Licinid Iunonis templo suspendi miraculi causâ solebat.* Pretiosum sanè indumentum, quod ostenditur cunctis tamquàm miraculum. Pretiosior utique vestis Ildephonsi, quæ iurè custoditur Oveti : etenim eius pretiositatis visione nec oculi digni. Purpura tragica, quæ olim Abolla (de qua videsis Martial. lib. 8. *Epigr.* 48. & Iuvenal. *Satyr.* 3. v. 115.) etiam celebris apud Antiquos, maximè illa Ptolomei Regis Ægypti ; quam mirata Roma, & quia mirata offensus Caligula. *Convertit omnium oculos fulgore purpuræ* : refert Suetonius in *Calig.* vic. cap. 35. Haud aliter contigit, dum vestem Ildephonsi terra vidit : etenim plausit vestem populus Christianus, & eius splendore est confusus hæreticus.

*Antisthenis indumentum artificiosum.* Sueton. *Abolla purpura pretium.*

Saxo Gramat. *Vestis Frontini*

3 Alia etiam vestis prædicata à Priscis, nimirùm Frontini, qua, ait, Saxo Grammat. *circumamictus nullo telorum acumine lædi poterat.* Quod de illa fictum, in veste à Virgine verum : igitur dum conflictum cum hæreticis conseruit ; hos Ildephonsus illæsus usque ad satietatem vulneravit, arma confregit, & scuta combussit. De Mardochæo dicitur : *Fulgebat vestibus regijs hyacinthinis videlicet, & aëreis.* Aliqui, ut diximus *Tautolog.* 9. *Didasc.* 7. n. 11. leguntur *Loleaceis.* Lolium quippe nocet oculis, & congruit proprietas vesti regiæ Ildephonsi ; vidit hæreticis : equidem illorum offendebantur oculi, indumenti elegantiâ concessi à Virgine. Lumine vulnerabantur cæcutientes, & Ildephonsus percutiebat fulgore lucis : quandoquidem dignatus est stolâ cœlesti, ut ille fulgeret, & hæreticos percuteret.

Esth. 8. 15. *Veste Virginis Ildephonsus fulsit, & hæreticos fulgore fauciavit.*

4 Considera articulum. Defendit Virginis Matris honorem singularem, scilicet Matrem Virginem (de quo Nos *Tautolog.* seq. *Didasc.* 5.) cùm ergo iam victor ad Ecclesiam descenderet, vel comitibus in limine fulgore retrocedentibus, impavidus accedens ad aram, Deiparam vidit, humiliter adoravit, & vestem ab illa, qua in sacrificijs uteretur, accepit : dicente Regina cœlorum: *Accipe de manu mea munusculum, quod tibi de thesauro filij mei attuli.* Ita ex Iuliano Pomerio refert Zacharias Lippelous in *Actis Sanct.* tom. 1. die 23. Ianuarij. Cedat

*Donum vestis singulare.*

Iulian.

veritati exaggeratio Cattulli in *Nuptijs Pelei & Thetidos* v. 43.

*Ipsius at sedes, quacumque opulenta recessit*
*Regia, fulgenti splendent auro, atque argento.*

Catull.

*Candet ebur solijs, collucent pocula mensæ*
*Tota domus gaudet regali splendida gaza,*
*Pulvinar verò Divæ geniale locatur*
*Sedibus in medijs, Indo quod dente politum,*
*Tyrio tegit roseo conchylis purpura succo.*
*Hæc vestis priscis hominum variata figuris,*
*Heroum mirà virtutes indicat arte.*

Altiora indicat vestis à Virgine tradita, virtutibus dignati picta : etenim nulla aliarum vestium pulchritudo, præut decor vestis descendentis de cœlo.

5 *Considerate lilia agri* : dixit Servator N. discipulis, ut removeret ab eis molestias humanæ cupiditatis. *Considerate lilia.* Ne inter flores maior gloria ? Inter pulchriores, foliorum rutilat candor, & formæ elegantis decor. Amœnat oculos, & simul rapit, ut mirentur stupore, quod videant : igitur grana aurea argenti foliorum media, ostendentia floris pretiositatem, deserviunt ampliùs in alboris pulchritudinem. *Considerate lilia. Dico* (subdit) *vobis, quoniam nec Salomon in omnia gloria sua coöpertus est, sicut unum ex istis.* Nec Salomon ? Profectò. Vestes Salomonis recamaturis auri, atque unionibus politæ, proculdubiò exquisitæ & magni pretij. Obvia cuique liliorum species : quare ergo nec Salomon in gloria sua coöpertus est, sicut unum ex illis ? Vestis Salomonis estò pretiosa de terra. Lilijs è cœlo descendit vestis & decoris forma: unde tantum discrimen inter vestem & vestem quanta distantia inter cœlum & tellurem.

Matth. 6. 28. *Speciosa sunt lilia.*

Vers. 29

*Nulla vestis vel pretiosa, cùparata cum cœlesti, pretio digna*

6 Considerate Ildephonsum munere decoratum cœlesti. Contemplamini hoc lilium rationale politum à Virgine. Quomodò lucet ! Quomodò candet ! Quomodò veste rutilat speciosâ ! Nec Salomon ita coöpertus in gloria sua : equidem nihili pendentur momenta pretiositatis, si occurrit in honorem vestis cœlestis : quippequàm videtur in mundo, quod sine pretio rutilabat in cœlo. Non novum, vestis cœlestis in gloria. Mirum utique, si videtur in terra : & vestis de cœlo mittitur Ildephonso ; ut eius pateat tamquàm in lilio mirifica pulchritudo : etenim summa gloria, si vestis gloriæ demonstratur in terra. Indumentum est gloriosum, uti è cœlestibus thesauris sacro Pontifici missum. Cœleste profectò munus.

*Ildephonsus quasi lilium speciosum.*

*Veste gloriosus.*

*Materiam superabat opus.*

*Summa gloria, gloria vestis in terra.* Ovid.

Cæterùm quænam materia ? Cœlestis ? Nullo modo. Terrena, sed dedit Virgo : unde

si vestis ex manu & per manum Virginis, licèt esset terrena, sanè cœlestis.

1.Cor. 15.47. 7 *Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis*, attribuitur à Paulo, ubi de Christo, atque Adamo loquitur. Induit Verbum vestem conditionis humanæ, divinæ quam habebat, peregrinæ, in Matris Virginis utero; & hujusmodi ornatum Paulus assignat de cœlo? Terra erat animata, uti hominis veri caro, pendens à primo principio, ex cujus materia ssò speciosâ & politâ, est formatum primum opus, unde appellatur primus homo terrenus. Si vestis Adami est ex terra, & Christus per Virginem ab Adamo descendit, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo; quomodò habitus ei cœlestis de cœlo? Plura jam diximus *Tautolog.* 6. tam in *Didasc.* quàm in *Litter. Exposit.* Nonne e Virgine eius caro? Ideo illa caro de cœlo. Terra dedit materiam in vestem Adami: Virgo autem in vestem Christi: qui licèt sit ab Adamo, eius caro dicitur jurè de cœlo; igitur sat ministratam fuisse à Virgine, ut indumentum carnis indicaretur cœleste.

Caro Christi cur dicitur cœlestis?

Donum quodcunque à Virgine, unde ne cœleste.

8 Eodem sensu Filius Virginis dixit: *Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendit.* Audierunt Judæi & illicò dixerunt: *Nonne hic est Iesus filius Ioseph, cujus nos novimus patrem & matrem? Quomodò ergo dicit hic: Quia de cœlo descendi?* Haud de propositione debitarent, si Matrem noscerent. Panis erat in Virgine satus, & è Virgine natus. In cœlo erat, vestem humanam ab illa & in illa sumpsit, qua Deus hominibus homo apparuit: & dicitur descendisse à sphæra cœli; quia vestis texta in officina virginalis uteri.

Ioann. 6.41. Vers.42

Corpus Christi cœleste, quia ex Virgine.

9 De thesauris cœlestibus vestis gloriosa mittitur per Virginem Ildephonso. Erit è cœlo? Sanè. Donata est stola jucunditatis à Virgine: & quicquid venit ad homines per Virginis manum, meritò demonstratur cœleste donum. Materia cœlestis à Philosophis dicitur incorruptibilis. Sacra vesti Ildephonsi hucusquè manet. Adhuc splendens perstitit. Est terrea? Sit. Quid ex hoc? Amplior gloria, quòd materia sublunaris videretur incorrupta. Haud fulgorem ex manutentione habet: à Virgine incorruptibilitatem vestis accepit; ut cœlestem homines venerarentur, cum viderent expellere vel in terrâ impressionem peregrinam. Vestis gloriæ erat vestis Adami & uxoris. Unde ergo vestium claritas, si induit eos *tunicas* tantùm *pelliceas*? Quid mirum, si ita lucent, cùm Deus dederit? Quicquid à Deo datum, sanequàm essò terreum, cœleste donum.

Unde ve stis Ildephonsi vestis cœlestis?

Genes. 3.21.

*Triumphant purpura Iovis Capitolini cinctus.* Tit. Liv

10 Usitatum est apud Romanos in triumphis, vehi curru & ornari Capitolini purpurâ Jovis. Unde Livius *lib.* 10. *Decad.* 2. *Iovis Optimi Maximi ornatu decoratus, curru aurato per urbem vectus in Capitolium ascendit.* & Juvenalis *Satyr.* 10. v. 36. *Quid si vidisset Prætorem in curribus altis Extantem, & medio sublimen in pulvere Circi*

Iuvenal

*In tunica Iovis.*

Cur non alia purpurâ constat victoris ornatus? Ut per vestem notetur insignis triumphus, & triumphantis commendatio, quasi tunica illa missa fuisset à Deo. Modò nota quid de Ildephonso proferat ibid. Auctor præfatus: *Tanto eloquij decore celeber habitus, ut dispatationum eius profunda oratio dum porrectè dirigitur, non homo, sed Deus per hominem eloqui, affatim crederetur.* Vestitur Ildephonsus decore cœlesti, prostrato ante pedes hoste: & induitur Jovis tunicâ, partâ victoriâ, ut eius clareret inter Catholicos doctrinæ magnitudo, cui ad triumphum ex hæreticis vestis decora descendebat de cœlo.

Quæret

Iulian.

*Ildephonso ad quid vestis concessa de cœlo?*

11 Vestis elegans mittitur patruo ab Esth. here, quam renuit accipere, sed perstitit ejulans sub cilicio & sacco, ut animi per vestem pateret amaritudo. Pòst ergo, non solùm se induit vestibus decoris; sed *fulgebat vestibus regijs, coronam auream portans in capite, & amictus serico pallio, atque purpureo.* Modò assumit vestem purpuram, qui dudùm reiecit vel modestam? Prudentissimè. Dei erat in sacco & cinere imploranda clementia, ne prævaleret adversariorum malitia: quod concupivit, feliciter peperit; & vestes regias atque fulgentes induit; ut tunica Jovis, insigne triumphi, cunctis pateret in ostentionem victoriæ: igitur vel spectabilior haud esset honos, nisi post debellatos, & confusos inimicos. *Sic tibi opus est* (subdit Maria) *ut benedictione tegminis, quæ tibi meritò data est, in meo tantum die utaris. Meritò*? Utique. Nonne gratis, ubi de cœlestibus thesauris sumitur vestis? Nullo modo. Jurè Ildephonsus vestitur de cœlo: etenim si ab illo vita Virginis, sita in monili singularis puritatis, defenditur; meritò veste cœlesti Ildephonsus induitor.

Esth. 4. 4.

Ibid. cap. 8. 15.

*Vestis insignis, vi gloriæ tectis.*

Iulian.

12 *Quid debet fieri viro, quem Rex honorare desiderat*: Dixit Assuerus Aman. Tunc ille: *Debet indui vestibus regijs.* Felicia utique regna habentur, ubi præmia dignorum benemerentium à Rege desiderantur. Unde reperto digno ob malitiam ministrorum incognito, acturum honoravit, dicente vel inimico: *Sic honorabitur, quemcunque voluerit Rex honorare.* Perpende modò, ly *Debet indui vestibus regijs.* Si ita honorat, quem voluerit, quo pacto honorare debet? Quomodò si gratia, uti voluntatis lex, exprimitur tanquàm jus? Si autem gratia, iam non ex operibus: alioquin gratia iam non esset gratia. Quo ergo jurè gratia vocatur justitia: *Debetur honos hic meæ vitæ conservatori*: dixit Assuerus, uti refert Josephus lib. 11. *Antiquit.* cap. 6. Ei autem, qui operatur, merces non deputatur secundùm gratiam, sed secundùm debitum, quippe in justitiam transit beneficium. Regis videbatur gratia erga Mardochæum nobilis magnificentia; verùm ab illo Regi conservata vita, & honor regius, ne caderet perfidè coram insidiatoribus: vocaturque indui vestibus regijs, prudentissimè ius, quamvis solummodò gratitudinis sit lex; igitur nobilioris tegminis debetur decor, cui debetur per fidem vita Principis & honor.

Esth. 6. 6. Vers. 8.

*Salicitudo digna Principis, consulere benemeritis* Vers. 9.

Ioseph.

*Debetur iure, honor antè honorato.*

13 Hinc intelligitur, cur interroganti Regi de præmio fidelitatis (quæ munerata donis) dixerunt ministri: *Nihil omninò mercedis accepit.* Nihil & collatis donis? Nihil. Haud æquè dignatur, præut merebatur fidelitatis articulus: induitque vestem regiam, cui Princeps debebat vitam; ut obsequium speciale pro vita & honore Principis, rutilaret in singularitate concessi muneris: ac clareret per donatam vestem, cui debebat, & quomodò rependebat honorem. Favorem insignem contulit Ildephonso Mater Virgo. Ergo gratis: ni gratis, quid haberet munus favoris? Fecit gratiam, ut gratia regnaret in dignato per justitiam, & illum induit veste gloriæ, quia Ildephonsus indui debet. Debet? Sanè. *Per te vivit Domina mea, quæ cœli culmina tenet*: dixit Leocadia Ildephonso. Vita Virginis stabat in honore Virginis Matris, qui aboleri cogitabatur ab hæreticis. Demonstravit Ildephonsus Virginis summam gloriam, scilicet, virginitatem fœcundam; ut cum flore virginei intacti pudoris, gaudia viderentur matris: & jurè induitur à Virgine veste cœlesti, quia defendit vitam vitæ collocatam in honore. Multis favoribus dignatus fuerat Ildephonsus à Maria, at in tanta gratiarum copia, *nihil omninò mercedis accepit.* Nihil honorata mater contulit? Nihil profectò, quousquè indutus virtute ex alto, ut dicerent tunicæ cœlestis pretium, opus & fulgor, quis erat Virginis vitæ & honoris conservator.

Munus pretiosum dicit accidentis meritum.

Vers. 3.

Cixil.

*Quare non gratia, sed debitum, quòd Ildephonsus indueret tegmen gloriosum*

14 Pro æstimatione vestis, optimè se mihi offert, Cur illa Christi tunica mansit intacta, cùm eius reliqua partita sint vestimenta? *Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit*: dixerunt ministri. *A Virgine confectam*, astruit Bonaventura *Meditat.* cap. 3. *De cœlo missam*, asserit Goffridus Viterb. part. 14. Chron. videndi apud Theophilum Raynaud. in *Diptyc. Marian.* part. 1. punct. 3. num. 12. Utrumque amplector tamquàm causam integritatis tunicæ, & pretiositatem doni: igitur ius erat, quòd illæsa permaneret vestis cœlestis, tradita Pontifici summo Christo per manus Virginis Matris. Ossibus Ildephonsi illustrantur plures Ecclesiæ, uti Sitapona & Toletana: cæterùm tunica servatur integra in Camera Sacra Oveti. Corpus dividitur, & tunica reservatur: Sanè: de cœlestibus thesauris advecta à Virgine: & ius erat, ne scinderetur vel intuitu sacræ venerationis, in diversis Ecclesiis; sed quòd cœlum aut peccatò indicaret, cuius esset. Appositiùs quàm illa alia apud Senecam in *Medea*, Act. 3. v. 570. quibat dicere Ildephonsus, accipiens munus:

Ioann. 19. 24. Bonavent. Goffrid.

*Cur vestis sacra Ildephonsi servatur integra?*

*Est palla nobis, munus abeuntis domus,*
*Decusque regni, pignus Æetæ datum*
*A Sole: gemmis est & auro textili*
*Mobile fulgens, quodque gemmarum nitor*
*Distinguit aurum.*

Senec.

## DIDASCALIA VII.

### *Vestis Amoris nulla.*

1 INquit Chrysostomus *Homil.* 67. ad *Popul.* Unde subdit: *Tanta facilitate carnem exuamus, sicut vestimenta*: igitur licèt dolore deponatur, quippe proscinditur; expellere debemus à nobis carnem, ut exprimamus flagrantem cordis amorem. Canit Ovidius lib. 2. *Amor.* Eleg. 9.

Chrys. sost.

*Amor magis ex natura quàm nudus.*

*Fige puer positis nudus tibi præbeor armis,*
*Hic tibi sunt vires: hic tua dextra valet.*
*Quid iuvat in nudis hamata recondere tela*
*Ossibus? Ossa mihi nuda reliquit amor.*

Ovid.

Coram oculis habemus Divi Bartholomæi martyrium, vel charitatis ingenium: siquidem ut pectoris æstuantis explicaret cordibus frigidis ignem, excussit à toto corpore pellem: claruitque ignis abditi fulgor, dum ossa nuda prorsùm reliquit amor. Per pellem signabantur apud Ægyptios, ut observat Pierius Valerian. *Hierogl.* lib. 34. cap. 46. & 48. *Bellicus apparatus, & mors.* Etiam *vehementiam charitatis*, astruit Voragine Serm. 4. *D. Barthol. Vestem*, desiderabat la-

*Symbola pelli.*

co-

Genes. 28.20. cobus, ad *induendum*. Vestem in tegminem nuditatis: aliter fit in ostensionem amoris: equidem si hominis decor indumenti-speciositas, amori nuditas.

Quid Mundus Cereris Greg. Gyrald. 2 Mundus Cereris dicebatur quædam festivitas apud Priscos, *Eò quod occulta mundi Superiori, in lucem adducerentur*: ait L. Gregor. Gyrald. *Syntag. 6. Histor. Deor.* Si per Cererem signatur panis, quasi mysterium superioris orbis; iarè plausus, dum apparet mundo panis vivus, qui descendit de cœlo. Ideo uti felix numerabatur. Vere felices fideles. *Firmamentum cœli*, plaudit Bartholomæum Iacobus de Voragine *Serm.* 3. Videamus diligenter similitudinem, ut mireniur utriusque claritatem. *Vocavit Deus*, dicitur, *firmamentum cœlum*. Glosa Magna hic: *Fecit firmamentum sine pelle*. Idest, sine velamine, obice fruitionis oculorum, in tanta copia cœlestium luminarium. Posuit Deus in luminibus nubem, post primùm crimen; ne abscondita orbis superioris homo videret, unde tot sæculis non cognovit. Impressa fuerunt vulnera sicut astra in firmamento Apostolatus, ut splendore illorum cognosceretur Christus, Deus ignotus; sed in Bartholomæo fecit firmamentum sine pelle; quia apparuerunt quæ latebant in sphæra superiore. Scilicet velum à summo usque ad deorsum, ut per corpus, vulnus totum, totum rutilaret firmamentum: & eius martyrio revelata sunt mundo lumina mysteriorum, quæ occulebántur in cœlo.

Cuius symbolis? Voragin. Genes. 1 8. Gloss. Cur Bartholomæus plaudatur Ecclesia firmamentum? Lucan. 3 Peccato Adami, cùm cœlum esset liber, in quo lucide legebatur Deus (vel Profanus cogitavit, lib. *9. Bell. Pharsal.* v. 593. canens:

*Iupiter est, quocumque vides.*
*Superos quid quærimus ultrà?*)

Apocal. 6. 14. Apparuit sigillatus, igitur *recessit sicut liber involutus*. Venit Reparator Christus Dominus, tollens peccatum mundi cœlestis Agnus, qui aperuit librum cœlum, & signacula quibus erat occlusum: quo intuitu vaticinatus est Regius Psaltes: *Amictus lumine sicut vestimento, extendens cœlum sicut pellem*. Sicut pellem. *Cortinam propriè & velum. Cœlos sicut cortinam absque ruga summâ aqualitate, amplè & latè extendit*: inflt Genebrardus hic. Omnia mirabilia occulta orbi claudebantur sub huiusmodi pelle. Non micabat plenum lumen Deitatis: nec erat lingua quæ eius exprimeret excellentiam amoris. Nubes & caligo sub pedibus eius, quia posuit tenebras latibulum suum, quandoquidem etiam additæ sunt umbræ, quas pinnaculus noxæ descripsit in tabula idololatriæ. Mundus inquirebat lumen, pro mysteriorum prædicatione cœlestem vocem, ut extenderet cœlum involutum sicut pellem. Unde extensa pelle Bartholomæi (sicut cœlum extenditur) quod absconditum in cœlo plene intelligitur; quippe eius prædicatione legit oculus, quicquid continebat cœlum tamquam liber involutus.

Explicuit velum, mysteriis expansum. Pluvinus in cœlum visis. 4 Præterea. Convertitur eius lucidâ lingua citerior India, & apparent firmamenti astra, cuius splendor eruditi multos, tenebris idololatriæ detentos, legentes in eius pelle, quod pro veritate fidei scripserat sanguine. Didicit multitudo converta vincere dæmonem, cui priùs offerebat pectus adorationem, pelle vitâ, qua illorum aperta luminia: & dicitur cœlum sicut pellis extentum; quasi ad convertos suscipiendos non sufficeret ampla magnitudo cœlorum.

Quia indusiat 5 Deinde. Scitum, ut urbs Carthago strueretur, ab elita incolis tantum sibi soli petitum, quantum taurina pelle posset circundare: quæ quidem in portiones tenuissimas di secta, ambitus urbis magnæ fuit mensura. Ideo in medio arcem construxit, quam Byrsam à corio bubulo opportunè vocavit. Ierusalem cœlestis ædificatur ut civitas. Unum ex fundamentis Civitatis huius est D. Bartholomæus. Convertit innumerabiles, illicò ut in partes minutas concisa pellis. Quapropter opus fuit extendi magnitudinem cœli, præut carnifex pellem extrahebat à corpore.

Sonec. 5 Hic est bellicus apparatus per pellem designatus apud Ægyptios.

*Causa bellandi est amor.*

Hinc ut observat Novarinus *Schedasm. Sacr.* lib. 9. cap. 23. n. 116. Assyrij noverant per pelles (quas apud se habebant in æmulationem fortium) quis vel cadens in bello virtute meruisset plausum. Haud pugnaverat India contra dæmonem, quia non noverat Christi fidem. Cognovit ut ducis Bartholomæi in virtutem vidit pellem; & excussit diabolicum iugum, statim ac vidit pelle exutum Bartholomæum. Adinstar serpentium iubet Dominus sese gerere discipulos. *Stote*, ait, *prudentes sicut serpentes*. Quorsum ergo? Ut illuminent exercitenti fatuò mundo. *Membrana serpentium sicut senectus* (inquit Plinius *lib. 29. cap. 6.*) *vernatione eorum exuta, claritatem facit*. Exuviæ serpentium acuit oculorum aciem: & iubet Dominus discipulos imitari serpentem; ut Deo vivo & vero convertantur, qui idolatriæ caligine exercitientes offunduntur: equidem Indi cognoverunt illicò Deitatem ignotam, ut viderunt Bartholomæi, quam excusserat pelliculam. Huic martyrio quod Apo-

Serpentis exuvie visum acuunt. 4. Reg. 2. 13. 1. Reg. 18. 4. Iob. 7 5 Thren. 3. 20. Matth. 10. 16. Plin. Diversis pellis in lex intensionis amoris. Converso ejus Indias pelle ab Apostolo detractâ. Thren. 3. 10. Ibid. 1. 13.



Apostoli pertulit fortitudo tribuitur & iurè Indiæ Armeniæque conversio. *Ad Indos profectus* (ait Eusebius lib. 1. cap. 10.) *gentes profundissimis peccatorum & ignorantiæ tenebris involutam, luce veritatis illustravit, & à diaboli servitute in veram Christi libertatem vindicavit*. Quo ergo philtro gentes efferas domuit & à se fortiter traxit? Pellem dimisit. Sit. Hinc mansuetudo? Profecto.

Luc. 10 3. 6 Contemplemur igitur missionem Apostolorum, ut huius inclyti ducis celebremus triumphum. *Ite*, dicit Servator, *ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos*. Ad quid ergo? ut lacerentur, ut exorientur, ut vincantur? Haudquaquàm: ut inauditam consequantur victoriam. Novum sanè belli genus, & insolitus præliandi modus, cum mittantur in totum mundum, & hunc varijs erroribus occupatum. Agnos inter lupos? Utique: ut rutilet singularitas victoriæ. *Maius certè, atque admirabilius* (inquit Chrysostomus Homil. 34. in *Matth.*) *mentem adversariorum commutare, & animum in diversum transferre*. Floride quidem: verùm unde infert Chrysostomus animi commutationem, si Christus mittit Apostolos sicut agnos inter lupos? *Tympani tinnitu lupini* (inst Novar. ubi supr.) *trepidant oves: ovini verò mansuesunt lupi*. Ecce Bartholomæi victoria per pellem parta: siquidem illicò ut dimisit è corpore pellem, totius gentis efferatæ adeptus est conversionem. Haud satis luporum iræ mordere, trucidare & occidere, pellem ab agno cogitavit detrahere; sed cessit in perpetientis honorem, dirum cruciamen: etenim vel concitati lupi victi sunt ab agni pelle.

Chrysost. Tympano ovina mansuescunt lupi. Novarin. Victoria insignis Bartholomæi.

7 Quod lupis videbatur tormentum, Apostolo fuit lenocinium: siquidem vulneribus, quibus illi educebant sanguinem, Bartholomæus demonstrabat amorem. Elias ut ascenderet inter globos ignis in æthera, dimisit pallium: nequibat tantum sustinere incendium. Ionathas præ amore in Davidem spoliavit se tunicâ. Haud cohærent vestis & amoris flamma. Cuius pectus amor utis, cutis aret: igitur dum flagrant pectus, pellis patet quasi clibanus. Ita Bartholomæi clam facta amoris vehementia: equidem præ amore pelle detracta, dinumeraverunt carnifices omnia ossa.

8 Aptè cadit pro Apostoli dilectione, querula sententia Ieremiæ. *Vetustam fecit pellem meam*. Alij *Contritam, diruptam, perforatam*. Unde tanta in corpore clades, ut forma eximia evanescret corporis? *De excelso misit ignem in ossibus meis, & erudivit me*. Zelus tamquàm ignis est inclusus in ossa, vidente Apostolo populum laborare idololatria. Intus urebatur. Extra in refrigerium egredi flamma nititur: & ut cor tanto incendio respirare posset, pellem omninò contrivit. Othcijs charitatis inclusæ vel in medullis, obsequi intendebat idololatris, ut agnoscerent veritatem, & veram consequerentur salutem: ruptaque fuit pellis ignis virtute amoris in pectore æstuantis; ut infideles Apostolus ad se traheret, & pòst attractos amoris flammâ converteret. Ignis de excelso missus latebat in ossibus. Nonnumquàm flamma opponitur obicibus. Unde ut totus arderet, oppugnantes attraheret, & charitatis demonstrarer activitatem; ignis missus de cœlo dirupit pellem.

Dum nimius ardor cordis, rumpitur corporis pellis. Amor facit diligentem ingeniosum. Amor Bartholomæi exilimat. Pellem amittit, qui venena edit. Ioann. 13. 4. Ubi charitas summa vel indumenta superflua.

9 *Erudivit* ignis, subdit. Quid erudivit? Pellis vitæ emblema est. Charitatis igne ardebat cor: quo quidem conceptus docuit in charitatis demonstrationem, corporis expellere pellem: quandoquidem amoris gloria, tradere vitam non solùm in confirmationem veritatis, sed etiam pro aversantibus idolatris. *Erudivit*, (sed novum aliquod & singulare, quasi signum & vehementiam amoris summi: etenim sublimen haud ostenderet amorem, ni amor potiùs quàm tortor tumperet pellem. Tegit pellis interiora corporis, ubi conclusus charitatis ignis. Ignis inclusus ossibus haud habet exitum. Bartholomæus conabatur in idolorum exterminium: & pellem à corpore detrahit, quam in manus carnificis deposuit; ut vincerentur detractâ pelle idololatræ confusi, flammis amoris profilientibus ex corde. *Erudivit*. Singularis semper amoris schola. Pellem exutit, qui edit venena. Unde Ovidius de Hercule induto subuculâ veneno tinctâ Fab. 3. lib. 9. *Metam.* canit:

*Qua vires defectò reddat amori.*
*Nec mora, lethiferam conatur scindere vestem.*
*Qua trahitur, trahit illa cutem.*
*Aut laceros artus & grandia detegit ossa.*
——— *Coquitur ardente veneno.*
——— *Sorbent avida præcordia flamma.*

Comedit peccata populi D. Apostolus, dum per illum & diabolus expulsus, & Christus agnitus: & apparuerunt prorsùm crimina abolita, illicò ut illius pellis à corpore expulsa. *Erudivit*, quòd ubi charitas summa, vel indumenta superflua.

10 Deposuit Christus *vestimenta sua* in cœnaculo. Haud alibi legitur deposuisse. Flagrabat amore: & ubi fervida flamma charitatis, vel onus vestis. *Fervida* Bartholomæi dicitur *charitas* à Voragine ubi suprà. Quid mirum, quòd vel pellem exuat, cùm excelsi-

vè diligat ? Detractio pellis non solùm indicat amorem, sed etiam summum. Qui vulneratur, amorem dicit. Qui totus vulneratur, totum amorem ostendit : & Bartholomæus ut summum vulneribus demonstraret amorem ; totius corporis lubens deposuit vestem.

*Nec quicquam nisi vulnus erat : cruor undique manat.*

Ovid. *Deiectique patent nervi, trepidaque sine ulla.*
*Pelle micant venæ. Salientia viscera possis*
*Et pellucentes numerare in pectore fibras.*

Aptiùs quàm Marsiæ, dicam pro Apostoli pelle. Quæ non cogitat amor ? Vel in deformitate rutilat decor.

Ioann. 12. 32. *Amor nudus trahit vel in gratos.*

11 *Si exaltatus fuero à terra, omnia trahàm ad me ipsum.* Dixit Iudæis Servator per illos crucifigendus. Unde igitur huiusmodi philtrum ligno crucis inhæsit, ut mundus totus post illum abiret ? An quia ascendit nudus, quasi præ vehementia amoris, inutilis vestis ? Trahit fortiùs vel ingratorum pectus amor nudus. Alia latent. Causam exprimit Isaias : *A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas.* Quare Iudæorum sævitiâ omnia eius numerata sunt ossa, *detracta pelle hostiæ*, ut describitur cap. 1. *Levitici*. Ampliorem nemo deprompsit amorem ; & præ magnitudine expulit à corpore pellem. Offendebatur à Iudæis, quorum opprobria vel in tormentis, singularibus rependit beneficijs; igitur ejam vulnerantes amabat, ac vulneribus inflictis alliciebat : unde à toto corpore detracta propositò pellis, ut undique viderent manantes fontes pietatis.

Levit. 16. *Vel in maiori iniuria, Christi eutilabat gratia.*

Ut homines converteret, totum sanguinem effudit.

12 Denique. Vulneribus profudit è corpore sanguinem, sed non totum : & detractâ cruciatibus pelle, ad se in cruce traxit mundum ; quoniam peccatorum omnium conciliabat conversionem, profundere pro illis totum è corpore sanguinem. Particeps gloriæ, effectus sanguinis Christi, martyrium Bartholomæi. *Innumerabiles homines ad se traxit* : inquit Abdias Babylonicus in eius *Vit.* Non novum. Sanguinis emissio est infidelium conversio. Multo sanguine crescit seges : & ab Apostolo detrahitur cutis ; ut notetur fructus prædicationis : necessaria igitur erat conversio innumerabilium gentium ; dum detractâ pelle, nec sanguinis gutta fuit in foliculis venarum.

Abd. Babyl. *Sanguinis Bartholomæi emissio fuit infidelium conversio*

13 Per pellem etiam signatur mortalitas : in huiusmodi igitur cognitionem Adamum & Evam *induit* Dominus *tunicas pelliceas*. Unde ergo gloria Apostoli nostri, si mors signatur in pelle ? Quia non induit, sed exuit : & sicut illi de immortalitate, veste inducta lapsi in mortem ; Bartholomæus pelle exutâ nactus immortalitatem. Illi de gloria in pœnam : hic autem de pœna in gloriam. Illi de paradiso deliciarum in miserabile sæculum ; hic verò de valle lachrymarum in paradisum.

Genes. 3. 10. *Dum exuit, illi exuit, immortalitatem indauit.*

14 Victima quæ offerebatur in holocaustum, iurè nequibat habere corium. Quare dicitur filijs Aaron : *Si holocaustum fuerit oblatio, detractâ pelle hostiæ, artus in frustra concident.* Nonne ignis devorabit etiam pelliculam, ut totum cedat in Domini gloriam, & purget ignis, sicut fictum in Hercule, quod mortale ? Succinuit Naso lib. 9. *Metam.* Fab. 4.

Lev. 1. 3. 6.

*Interea quodcumque fuit populabile, flammâ*
*Mulciber abstulerat : nec cognoscenda remansit*
*Herculis effigies, nec quicquam ab imagine ductum*
*Matris habet, tantùmque Iovis vestigia servat.*

Ovid.

*Utque novas serpens, posita cum pelle senecta*
*Luxuriare solet.*

Haud alio intuitu victimæ detrahitur pellis : etenim si per pellem onus notatur mortalitatis ; ubi victima homo pro Deo moritur, quicquid mortale detrahitur? Non tam pro victima irrationali designata lex, quàm pro homine dum Domini victima martyrio fit : martyrio consumitur vita, sicut igne altaris hostia : & ab hac detrahitur pellis, quæ signum mortis ; quoniam vita tradita propter Domini fidem & cultus, nequaquàm perit, sed mutatur in melius. Pellis inducta portendit mortem, exuta immortalitatem. Videtur oculis insipientium mori, & tunc incipit feliciter vivere : siquidem cùm per mortem detrahatur mortalitas, & obtineatur paradisi felicitas ; proijcitur victimæ pellis, ut appareat immortalis.

*Ubi homo pro Deo moritur, quicquid mortale detrahitur.*

15 Modò intelligetur, cur Iobus dum loquitur de corporis gloria, dicit amicis : *Rursùm circumdabor pelle mea.* Si pellis indicat mortem, gloriâ num nanciscetur mortalitatem, vel immortalitatem? Hanc absdubiè : quare igitur indui sperat ipsamet pelle, mortalitatis indice ? Ut clareat gloria, qua illustranda rationalis victima. Si alia pellis, gloria haud esset singularis. Illustrare conatur Dominus victimam, quæ pro fide cecidit ante aram. Fulget ampliùs gloriæ speciositas, ubi viguit defectibilis atque indeclinabilis mortalitas: optatque Iobus in gloriam non aliam, sed ipsam pellem ; ut immortalitas plus luceat per ipsam mortem. *Pellem pro pelle dabit homo.* Aliter Deus. Ipsam pellem concedet, dum in gloriam animæ corpus assumpserit ; ut floreat magis æternitas, ubi cadente carne, visa mortalitas. Ipsâ pelle, ut ibi sit amplior gloria, unde corporis saucio crudelior pœna.

Iob. 19. 26. *Immortalitas plus lucet in ipsa morte*

Cap. 2. 4. *Et ex ipsa.*

Unde corporis pœna, maior gloria.

16 *Circumdabor pelle mea.* Nequaquàm gloriæ optatæ videtur demonstratio, cùm à planta pedis usque ad verticem percussus isceret ulcere pessimo. Ideo maior gloria, siquidem pellis undique perforata. Unicus ictus etsi gravissimus non exercet patientiam, nec in patientiam demonstrat constantiam ; quoniam dirimit agonem ob dolotis brevitatem. Sensibilior videtur, quia corruit corpus ; sed non ita, quippequàm illo amittitur sensus.

Lucan. *Minimumque in morte virorum*
*Mors virtutis habet. Pietas ferientibus una*
*Non repetisse fuit.*

Cur dirior ictus lethalis, quàm ictus mortis? Ait Lucan. lib. 4. Bell. *Pharf.* v. 558. Dirior est ictus lethalis, quàm ictus mortis; igitur amittuntur in unica vita tot vitæ, quot interpolantur morulæ. Unde crudelis Caligula (ut refert Suetonius in eius *Vit.* cap. 30. idem Augustinus de Mario lib. 3. *Civ. Dei.* cap. 17.) quemdam minutis crebrisque ictibus impulit mori, dicens Centurioni : *Ita feri, ut sentiat mori.* O ingenium sævitiæ ! O theatrum patientiæ!

Sueton. Lucan. *Meremque nefandæ*
*Dirum sævitiæ pertentis parcere morti.*

Canit idem. lib. 2. v. 179. Ita mori, quia difficile ferri, est sanè vincere ; etenim iuxta certamen cognoscit theatrum decertantis virtutem, ac iuxta fortitudinis gesta, datur corona. Hinc Iobus corporis operiens felicitatem, propriam dumtaxàt desiderat pellem ; quæ quidem penitùs concisa vulneribus, & detrita paulatim acutis ictibus: igitur quò mors dirior, gloria maior : & tantò lucidior in gloria pellis occisi corporis, quantò diltrupta vulneribus à planta pedis.

Quò mors dirior, gloria maior.

17 Pellis integra Progenitorum apud Assyrios, ut observat Libanius *Tom.* 2. *Orat.* 10. non erat decori gestantis, quippe virtus Maiorum cognoscebatur ex pellium detractarum scissuris. Perspicuiùs Bartholomæi claret insignis virtus, ubi vulnus totum corpus. Non est fortitudo eximia, vitam dare, sed gradatim amittere ; quia tunc non cruciantur membra, sed sensim obeuntis vulnera : & pro insigni gloriæ, propriâ circumdatur pelle ; etenim si in pelle cognoscuntur vulnera, & ex vulneribus gloria,

Liban. *Virtus cognoscebatur fortium, ex scissuris pellium.*





nulli gloria maior, dum in unico vulnere, pelle detractâ, vulnerum omnium videretur splendor. Meliùs canam, quàm Lucanus ubi supr. lib. 2. v. 177.

——*Laceros artus, æquataque vulnera membris*
*Vidimus, & toto quamvis in corpore cæso*
*Nil animæ lethale datum.*

Gloria Bartholomæi unde magna?

Lucan.

## DIDASCALIA VIII.

### *Martyres vestiuntur pretiosâ purpurâ & verâ.*

Hieron. 1 Astruit Hieronymus *Epist.* 70. Patet veritas, ut fulgeat novarum purpurarum claritas. A mari Tyrio nato Domino N. Iesu-Christo, aufugisse purpuram illam pretiosam, tot sæculis & meritò decantatam, asserit Christianus Adrichomius *Theat. Terræ Sanct.* in *Aser.* Nascebatur caput Martyrum, in quibus semper gloriosum : & omninò oculos hominum fugit ; ne purpura iuxta purpuram pallesceret, & quæ utpotè pretiosa spectatio sulserat æstimationis, abijceretur ut vilis. Adagium olim erat : *Purpura iuxta purpuram*, ut videri licet apud Erasm. in *Chiliad.* 2. Centur. 1. n. 74. Vopiscum in *Aurelian.* Saavedr. in *Idea Princip.* Symbol. 16. ac Solorzan. *Emblem.* 34. num. 22. Ut ergo constet, quænam pretiosior & lucidior ob sanguinis gloriam, apponamus igitur purpuram iuxta purpuram.

Adrichom. *Nato Domino fugit purpura à mari Tyrio.*

Erasm.

2 Purpuras describit Paulus dicens: *Alij ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres : lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus.* Perpendamus singula, ut rutilent pretiosiora. De Purpura refert Ravisius Textor in *Officin.* lib. 7. cap. 41. *Eius cruori maxima dignatio, præcipuè si lapidis ictu cædatur:* Prima purpura fuit Stephanus, inter Martyres primus: igitur ut ampliorem haberet nitorem & gloriam, inter lapides purpuream efflavit animam.

Hebr. 11. à n. 36. *Stephanus quare purpura primus.*

Ravis. *Purpura illustrior si lapide cædatur.*

3 *Byssus & purpura indumentum eius.* Singularis ornatus, ubi videtur, sicut Sponsus candidus & rubicundus. Unde ergo ? Dum purpura nato Domino à mari fugit, nobilior apparuit. Pretium quod à sanguine purpuræ, futurum erat ab hominis sanguine : & ut Christus vestibus speciosè fulgeret, Stephanus sanguinem è venis

Prov 31. 22. *Byssus purpura candidus & Virgine, rubicundus Stephani sanguine*

vè diligat ? Detractio pellis non solùm indicat amorem, sed etiam summum. Qui vulneratur, amorem dicit. Qui totus vulneratur, totum amorem ostendit : & Bartholomæus ut summum vulneribus demonstraret amorem ; totius corporis lubens deposuit vestem.

*Nec quicquam nisi vulnus erat : cruor undique manat.*

Ovid. *Deiectique patent nervi, trepidaque sine ulla.*
*Pelle micant venæ. Salientia viscera possis*
*Et pellucentes numerare in pectore fibras.*

Aptiùs quàm Marsiæ, dicam pro Apostoli pelle. Quæ non cogitat amor ? Vel in deformitate rutilat decor.

Ioann. 12. 32. *Amor nudus trahit vel in gratos.*

11 *Si exaltatus fuero à terra, omnia trahàm ad me ipsum.* Dixit Iudæis Servator per illos crucifigendus. Unde igitur huiusmodi philtrum ligno crucis inhæsit, ut mundus totus post illum abiret ? An quia ascendit nudus, quasi præ vehementia amoris, inutilis vestis ? Trahit fortiùs vel ingratorum pectus amor nudus. Alia latent. Causam exprimit Isaias : *A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas.* Quare Iudæorum sævitiâ omnia eius numerata sunt ossa, *detracta pelle hostiæ*, ut describitur cap. 1. *Levitici*. Ampliorem nemo deprompsit amorem ; & præ magnitudine expulit à corpore pellem. Offendebatur à Iudæis, quorum opprobria vel in tormentis, singularibus rependit beneficijs; igitur ejam vulnerantes amabat, ac vulneribus inflictis alliciebat : unde à toto corpore detracta propositò pellis, ut undique viderent manantes fontes pietatis.

Levit. 16. *Vel in maiori iniuria, Christi eutilabat gratia.*

Ut homines converteret, totum sanguinem effudit.

12 Denique. Vulneribus profudit è corpore sanguinem, sed non totum : & detractâ cruciatibus pelle, ad se in cruce traxit mundum ; quoniam peccatorum omnium conciliabat conversionem, profundere pro illis totum è corpore sanguinem. Particeps gloriæ, effectus sanguinis Christi, martyrium Bartholomæi. *Innumerabiles homines ad se traxit* : inquit Abdias Babylonicus in eius *Vit.* Non novum. Sanguinis emissio est infidelium conversio. Multo sanguine crescit seges : & ab Apostolo detrahitur cutis ; ut notetur fructus prædicationis : necessaria igitur erat conversio innumerabilium gentium ; dum detractâ pelle, nec sanguinis gutta fuit in foliculis venarum.

Abd. Babyl. *Sanguinis Bartholomæi emissio fuit infidelium conversio*

13 Per pellem etiam signatur mortalitas : in huiusmodi igitur cognitionem Adamum & Evam *induit* Dominus *tunicas pelliceas*. Unde ergo gloria Apostoli nostri, si mors signatur in pelle ? Quia non induit, sed exuit : & sicut illi de immortalitate, veste inducta lapsi in mortem ; Bartholomæus pelle exutâ nactus immortalitatem. Illi de gloria in pœnam : hic autem de pœna in gloriam. Illi de paradiso deliciarum in miserabile sæculum ; hic verò de valle lachrymarum in paradisum.

Genes. 3. 10. *Dum exuit, illi exuit, immortalitatem indauit.*

14 Victima quæ offerebatur in holocaustum, iurè nequibat habere corium. Quare dicitur filijs Aaron : *Si holocaustum fuerit oblatio, detractâ pelle hostiæ, artus in frustra concident.* Nonne ignis devorabit etiam pelliculam, ut totum cedat in Domini gloriam, & purget ignis, sicut fictum in Hercule, quod mortale ? Succinuit Naso lib. 9. *Metam.* Fab. 4.

Lev. 1. 3. 6.

*Interea quodcumque fuit populabile, flammâ*
*Mulciber abstulerat : nec cognoscenda remansit*
*Herculis effigies, nec quicquam ab imagine ductum*
*Matris habet, tantùmque Iovis vestigia servat.*

Ovid.

*Utque novas serpens, posita cum pelle senecta*
*Luxuriare solet.*

Haud alio intuitu victimæ detrahitur pellis : etenim si per pellem onus notatur mortalitatis ; ubi victima homo pro Deo moritur, quicquid mortale detrahitur? Non tam pro victima irrationali designata lex, quàm pro homine dum Domini victima martyrio fit : martyrio consumitur vita, sicut igne altaris hostia : & ab hac detrahitur pellis, quæ signum mortis ; quoniam vita tradita propter Domini fidem & cultus, nequaquàm perit, sed mutatur in melius. Pellis inducta portendit mortem, exuta immortalitatem. Videtur oculis insipientium mori, & tunc incipit feliciter vivere : siquidem cùm per mortem detrahatur mortalitas, & obtineatur paradisi felicitas ; proijcitur victimæ pellis, ut appareat immortalis.

*Ubi homo pro Deo moritur, quicquid mortale detrahitur.*

15 Modò intelligetur, cur Iobus dum loquitur de corporis gloria, dicit amicis : *Rursùm circumdabor pelle mea.* Si pellis indicat mortem, gloriâ num nanciscetur mortalitatem, vel immortalitatem? Hanc absdubiè : quare igitur indui sperat ipsamet pelle, mortalitatis indice ? Ut clareat gloria, qua illustranda rationalis victima. Si alia pellis, gloria haud esset singularis. Illustrare conatur Dominus victimam, quæ pro fide cecidit ante aram. Fulget ampliùs gloriæ speciositas, ubi viguit defectibilis atque indeclinabilis mortalitas: optatque Iobus in gloriam non aliam, sed ipsam pellem ; ut immortalitas plus luceat per ipsam mortem. *Pellem pro pelle dabit homo.* Aliter Deus. Ipsam pellem concedet, dum in gloriam animæ corpus assumpserit ; ut floreat magis æternitas, ubi cadente carne, visa mortalitas. Ipsâ pelle, ut ibi sit amplior gloria, unde corporis saucio crudelior pœna.

Iob. 19. 26. *Immortalitas plus lucet in ipsa morte*

Cap. 2. 4. *Et ex ipsa.*

Unde corporis pœna, maior gloria.

16 *Circumdabor pelle mea.* Nequaquàm gloriæ optatæ videtur demonstratio, cùm à planta pedis usque ad verticem percussus isceret ulcere pessimo. Ideo maior gloria, siquidem pellis undique perforata. Unicus ictus etsi gravissimus non exercet patientiam, nec in patientiam demonstrat constantiam ; quoniam dirimit agonem ob dolotis brevitatem. Sensibilior videtur, quia corruit corpus ; sed non ita, quippequàm illo amittitur sensus.

Lucan. *Minimumque in morte virorum*
*Mors virtutis habet. Pietas ferientibus una*
*Non repetisse fuit.*

Cur dirior ictus lethalis, quàm ictus mortis? Ait Lucan. lib. 4. Bell. *Pharf.* v. 558. Dirior est ictus lethalis, quàm ictus mortis; igitur amittuntur in unica vita tot vitæ, quot interpolantur morulæ. Unde crudelis Caligula (ut refert Suetonius in eius *Vit.* cap. 30. idem Augustinus de Mario lib. 3. *Civ. Dei.* cap. 17.) quemdam minutis crebrisque ictibus impulit mori, dicens Centurioni : *Ita feri, ut sentiat mori.* O ingenium sævitiæ ! O theatrum patientiæ!

Sueton. Lucan. *Meremque nefandæ*
*Dirum sævitiæ pertentis parcere morti.*

Canit idem. lib. 2. v. 179. Ita mori, quia difficile ferri, est sanè vincere ; etenim iuxta certamen cognoscit theatrum decertantis virtutem, ac iuxta fortitudinis gesta, datur corona. Hinc Iobus corporis operiens felicitatem, propriam dumtaxàt desiderat pellem ; quæ quidem penitùs concisa vulneribus, & detrita paulatim acutis ictibus: igitur quò mors dirior, gloria maior : & tantò lucidior in gloria pellis occisi corporis, quantò diltrupta vulneribus à planta pedis.

Quò mors dirior, gloria maior.

17 Pellis integra Progenitorum apud Assyrios, ut observat Libanius *Tom.* 2. *Orat.* 10. non erat decori gestantis, quippe virtus Maiorum cognoscebatur ex pellium detractarum scissuris. Perspicuiùs Bartholomæi claret insignis virtus, ubi vulnus totum corpus. Non est fortitudo eximia, vitam dare, sed gradatim amittere ; quia tunc non cruciantur membra, sed sensim obeuntis vulnera : & pro insigni gloriæ, propriâ circumdatur pelle ; etenim si in pelle cognoscuntur vulnera, & ex vulneribus gloria,

Liban. *Virtus cognoscebatur fortium, ex scissuris pellium.*





nulli gloria maior, dum in unico vulnere, pelle detractâ, vulnerum omnium videretur splendor. Meliùs canam, quàm Lucanus ubi supr. lib. 2. v. 177.

——*Laceros artus, æquataque vulnera membris*
*Vidimus, & toto quamvis in corpore cæso*
*Nil animæ lethale datum.*

Gloria Bartholomæi unde magna?

Lucan.

## DIDASCALIA VIII.

### *Martyres vestiuntur pretiosâ purpurâ & verâ.*

Hieron. 1 Astruit Hieronymus *Epist.* 70. Patet veritas, ut fulgeat novarum purpurarum claritas. A mari Tyrio nato Domino N. Iesu-Christo, aufugisse purpuram illam pretiosam, tot sæculis & meritò decantatam, asserit Christianus Adrichomius *Theat. Terræ Sanct.* in *Aser.* Nascebatur caput Martyrum, in quibus semper gloriosum : & omninò oculos hominum fugit ; ne purpura iuxta purpuram pallesceret, & quæ utpotè pretiosa spectatio sulserat æstimationis, abijceretur ut vilis. Adagium olim erat : *Purpura iuxta purpuram*, ut videri licet apud Erasm. in *Chiliad.* 2. Centur. 1. n. 74. Vopiscum in *Aurelian.* Saavedr. in *Idea Princip.* Symbol. 16. ac Solorzan. *Emblem.* 34. num. 22. Ut ergo constet, quænam pretiosior & lucidior ob sanguinis gloriam, apponamus igitur purpuram iuxta purpuram.

Adrichom. *Nato Domino fugit purpura à mari Tyrio.*

Erasm.

2 Purpuras describit Paulus dicens: *Alij ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres : lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus.* Perpendamus singula, ut rutilent pretiosiora. De Purpura refert Ravisius Textor in *Officin.* lib. 7. cap. 41. *Eius cruori maxima dignatio, præcipuè si lapidis ictu cædatur:* Prima purpura fuit Stephanus, inter Martyres primus: igitur ut ampliorem haberet nitorem & gloriam, inter lapides purpuream efflavit animam.

Hebr. 11. à n. 36. *Stephanus quare purpura primus.*

Ravis. *Purpura illustrior si lapide cædatur.*

3 *Byssus & purpura indumentum eius.* Singularis ornatus, ubi videtur, sicut Sponsus candidus & rubicundus. Unde ergo ? Dum purpura nato Domino à mari fugit, nobilior apparuit. Pretium quod à sanguine purpuræ, futurum erat ab hominis sanguine : & ut Christus vestibus speciosè fulgeret, Stephanus sanguinem è venis

Prov 31. 22. *Byssus purpura candidus & Virgine, rubicundus Stephani sanguine*

emisit: igitur si purpura & byssus indumentum eius, dum vidit mundus; speciosus utique formâ præ filijs hominum, carnis assumptæ candore, & Protomartyris pretiosissimo sanguine. Candorem à Virgine traxit, quo nullus maior. Purpuram candori respondere congruit, ut vestis esset lucidior: & sanguis exhibetur Stephani, ut procederet infans summo decore: quandoquidem purpura maximi habetur, si ictu lapidis cædatur.

*Agonistæ induuntur veste albâ & purpureâ*

4 Inter agonistas olim usitatum indui tunicâ albâ, & superindui purpureâ. In arenam descendit Christus, ut debellaret aërias potestates: & ut indiceret gressu primo victoriam; à Virgine candorem, à Stephano sumpsit purpuram. Ni arbitreris ingenium amoris Christi in electione purpurei indumenti. Lacedemones & Hispani ut refert Ravis. ubi supr. cap. 48. utebantur in bello veste coccineâ, ne inimici viderent inflicta vulnera. Christus autem, ne amici viderent sanguinem fluentem è venis, extractum per vulnera ab inimicis: igitur ars est amoris vel signa delere offensæ, vel saltem ab oculis insipientibus abscondere; & dum sanguine pro amicis expromit fidem, colore purpuræ tegere demonstrationem. Hinc iniuriam factam ei arbitror, ubi ab Herode indutus est albâ veste. *Illusit indutum veste albâ & remisit ad Pilatum.* Iam plenus erat vulneribus, manabat sanguis, qui magis palàm candore vestis: & huiusmodi indumentum, Christi amoris fuit ludibrium; quippequàm illa pati, amoris est gloria, sed non ostentare vulnera: pati pro cunctis graviora tormenta vel in cruce, toto effuso è venis sanguine; verùm sine passionis ostentatione. Ergo nostro proposito.

*Ars est amoris abscondere signa vulneris.*

*Luc. 23. 11. Eius gloria, pati, sed non ostendere vulnera.*

5 *Byssus & purpura indumentum eius*: idest, pretiosior cultus. Cur igitur si vestis intenditur pretiosior, ex bysso & purpurâ concinnatur decor? Per byssum indicatur candor virginitatis, per purpuram verò sanguis passionis: & ex purpura & bysso conficitur vestis gloriæ, pro commendatione singularis constantiæ; etenim nulla maior, nec splendidior, quàm videre vel in puellis, vitâ testificantibus fidem, per effusum sanguinem virginitatis illustrari decorem, partâ martyrij palmâ cum virginitatis nota. *Vestimentum ad induendum*, erat desiderium Iacob. In Martyribus altius desiderium est. Homines vestiuntur in corporis auctoramen: martyres verò nudantur in splendorem; siquidem vestis speciosa byssus & purpura: byssus à candore illibati pudoris, purpura à venis. Hic habitus illustris.

*Illustrior martyrij palma cli virginitatis nota.*

*Genes. 28. 20.*

—— *Niveos infecit purpura vultus*
*Per liquidas succensa genas, castique pudoris*
*Illuxere faces. Non sic decus ardet eburnum*
*Lydia Sydonio quod fœmina tinxerit ostro.*
Canimus ex Claudian. de *Rapt. Proserp.* lib. 1. v. 273.

Claud.

6 *Purpura florem* (ait Plinius lib. 9. cap. 36.) *illum tingendis expetitum vestibus in medijs habent faucibus.* Ecce qui iuxta Paulum, in occisione gladij mortui sunt. Florem & purpuram notat, gloriamque virginum his Ecclesia designat: equidem summa, quòd fidei existant purpurâ testes, cum flore virginitatis. Vestis illarum ex bysso & purpura conficiendæ, gloriam ministrante tyrannide. Videtur carnifici deformare vivam statuam pulcherrimam, & tunc laborat in pretiosam formam: etenim dum tundit ictibus, ornat iugulatum splendoribus; quoniam purpuræ florent habent in faucibus.

Plin. *Purpuræ florē sanguinis habent in faucibus.*

*Sanguine Virgines fidei sunt testes, ch flore candurit.*

7 *Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis advenit.* Tempus putationis in tempore florum, est perdere fructum: quare igitur securis ponitur ad radicem, si in fructus opimos florum ostentant decorem? *Martyres designantur*: infit Glossa. Patiuntur falcem, ubi ampliorem fulminant pulchritudinem. Abstrusior sensus sententiæ huiusmodi expositione. Martyres sanguinem effundunt corporis, flores nitent splendore venustatis: quænam ergo analogia inter amputationem florum, & sanguinem Martyrum? Insignis utique. Martyres purpuræ sunt, quorum in faucibus residet sanguinis flos, color cuius necessarius, ut habitus sit gloriosus: & dum apparent flores, opportunum vocatur tempus securis; quippe flos purpuræ residens in cervice, rutilat ampliùs in faucium amputatione.

*Cant. 2. 12.*

Glos.

*Dū martyrū amputantur fauces, rutilant flores.*

8 Contratius effectus videtur, dum à tyrrano Martyr iugulatur. Tempus igitur designatur vulneri, & tempus adstringitur ovationi: siquidem dum præbet securi iugulum, decorat proprio sanguine indumentum; ut in triumpho fulgida veste fruatur, dum flos purpuræ vernans è collo percusso egreditur. Flores ostendit Sponsa & mala punica. *Si floruissent vineæ & germinassent mala punica.* Ad quid huiusmodi nexus? *Si possint inveniri, qui desiderarent proprio cruore perfundi*: subdit Interl. Sanguis Martyrum confertur colori malorum punicorum, & iurè; etenim ex se habent rubrum colorem, quo florent. Sit, verùm quid sanguis Martyrum cum splendore floris & malis punicis? Malum punicum trium-

*Coronatur, dum percutitur.*

*Cant. 6. 10.*

Interlin



*Et lucidè triumphant pro prio cruore.*

triumphi indicat laureum, habens coronam: unitur que meditanter, dum sanguis perfunditur Martyris, mali granati corona & speciositas floris; quoniam tunc sanguine Martyr Christi ut corona redimitur, dum flos purpuræ è medio faucium egreditur.

*Marc. 6. 25. Purpurat capere ei vas oportuit in pretium.*

9 Baptistæ fuit lenocinium Herodiadis odium. *Volo* (eius dixit filia Regi truci) *ut protinus des mihi caput Ioannis Baptistæ.* *Protinus*: Velox est fœminæ ira, verùm Baptistæ eius ingenio construebatur gloria. *Vt vas purpuras capere contendunt, quia cum vita succum evomunt. Cui maior vis tantò vita succum evomunt. Cui maior vis tantò quantò recentior*: ait Plin. ubi sup. cap. 36. & 38. & Pier. lib. 28. *Hierog.* cap. 71. *Subitarius ille sanguis ad tinctum optimus emanat, quod si ictu fefellerit, sanguis in universum corpus effusus evanescit.* Hæc conditio purpuræ. Baptistæ Herodias blanditur, dùm per illam decollatur: igitur ubi protinùs petitur, magis gloriæ iugulandi consulitur: si purpura moritur sine iteratione vulneris, haud exhalabitur sanguis. *Caput Ioannes Baptistæ.* Non trucidatur, non membratim concidítur. Erat purpura pretiosa. Florem habebat in faucibus, qui quidem extrahendus colli vulneribus: & nequaquàm concidi, sed iugulari iubetur; ut pretium sanguinis in purpura cognoscatur: etenim tunc magis rutilat splendoris gloria, si unico ictu adimitur vita *Caput Ioannis Baptistæ.* Si proprio cruore tamquàm ex flore purpuræ germinat malum punicum, coronâ decorum, gula Martyrum, profuit odium Herodiadis splendori Præcursoris: igitur dum peream ab illo caput tollitur, moritur, sed coronatur.

*Plin. Purpuræ florē sanguinis habent in faucibus.*

*Baptista insignit purpura.*

*Dum moritur coronatur.*

10 Vivas purpuras qui student tincturæ intendunt capere, & unico vulneri mori. Pretiosior purpura caput Martyrum, illis reliquens exemplum: siquidem plurimis vulneribus magis splenduit, & etiam post mortem sanguinem habuit. Pretio & nitori communis purpuræ additum præ nitore maius pretium. *Diphaba purpura tunc dicebatur* (insit Plinius cap. 39.) *quæ vix tincta veluti magnifico impendio.* Plaudunt Poëtæ. Unde Tibullus *lib. 4. Eleg. 2.* canit:

*Purpura ut gaude deant pretio, interituque ictus.*

Plin.

*Sola puellarum digna est, cui mollia cari,*
*Vellere de fecit bis made fecta Tyros.*

Tibull.

Bis purpurâ Christus tingitur, & dum moritur, & ubi post mortem vulneratur. Ubi iam nemò, iterum ipse: igitur ut tinctura purpuræ esset pretiosa, iteravit post mortem quod vitâ fecerat. Mortuum in cruce viderunt, *& unus militum lanceâ latus eius apperuit.* Quare meditatur & exequitur ictum, si videt mortuum? Ut purpuræ flos corúscet, vivam capere & exugere oportet. Sane, sed purpura pretiosa, quæ bis tincta. Ex geminatione coloris pretium magnificum sanguinis: & postquàm Christum miles cognovit mortuum, lanceâ latus eius apperuit; ut pretium cœleste in purpura demonstraret. Ad fabricam igitur Tabernaculi, ut sit splendens ornatûs, adhibendus est *Coccus* verum *bis tinctus.* Magis floret purpura duplex. Erat in cruce cadaver, & instituit odium in purpuræ pretium. Patuit ad ictum: quidem ut latus aperuit, continuò sanguis exivit.

*Qua purpura Diphaba.*

*Ioann. 19. 34.*

*Cur Christi sanguis purpurā præ cunctis pretiosā.*

*Exod. 25. 4.*

11 *Hæc est purpura regis*, non communis: at cur Regis? *Ferro circumcisæ lachrymas purpurei coloris emittunt*: subdit Glossa. Sunt purpuræ insignes, quæ vocantur Pelagiæ, nutritæ in acerbiore æquoris amaritudine. Vulgarium succus uno ictu extrahendus, ne evanescat præ dolore color. In Pelagijs, geminatis vulneribus, intensiore dolore, maior splendor: & succus purpuræ Regis dicitur effusus quasi lachrymæ: in pœnæ promant pretiositatem purpuræ: igitur si ex dolore color purpuræ vehementior, & dolorum vehementia denotat splendorem; nulla purpura illustrior, quàm quæ gutta-tim.

*Cant. 7. 5.*

Gloss.

*Ubi intensior dolor amplior purpuræ splendor.*

12 Priusquàm in arenam descenderet Assertor noster, illo orante ad Patrem, *factus est sudor eius sicut gutta sanguinis decurrentis in terram. Sicut gutta?* Sanè, & præstat amore. Totus sanguis effundendus in pretium hominum, & modus verè præstitutus purpuræ pretium: etenim sanguis non ita pretiosus, si tolleret unus ictus. Sudor erit qui guttatim fit; ut purpuræ clareat flos. *Toto corpore flevit*; ait Bernardus Serm. de *Passion. Domin.* Sudat: sed plorat: O ingrati homines! libitò amplectimini crimen, ubi offensus pro crimine plorat sanguinem? Pro vobis patitur: & ubi *Purpura Regis* ita videtur, iungi debet *canalibus*, idest, oculis; siquidem tunc erunt lachrymæ dignæ, si fuerint sanguinis. Plorat, ut pretium efferat, & vos præstantia purpuræ alliciat: etenim ampliorem habet sanguis purpuræ decorem, dum effunditur guttatim. Quò diuturnior dolor, eò maior purpuræ splendor. Pretium manat à dolore, dolor à tempore: & vulnera in oculos mutat, ut sanguis paulatim decidat.

*Luc. 22. 44. Modus est fusionis sanguinis dat pretium purp.*

Bernard

*Ruptis cadit undique venis.*

13 Sanguinem purpurarum Plinius, ut vidimus, vocat florem. Fructus est, dum Martyres effundunt sanguinem. Hinc purpura iuxta purpuram videnda, ut dijudicetur pulchrior & pretiosior purpura. *Cellerrimè* [illegible] *concha*: *uno magnitudinem increscunt concha*: *uno magnitudinem increscunt plent.* Quid hoc? Ipse dicat: *Pro maiestate*

*Cant. 7. 4.*

Gloss.

*Purpura brevi ma guitudo.*

Plin.

*In tenera ætate illustrior palma martyrij.*

Ubi sup

*Summæ insignes pulchritudinis fructus & flores.*

Cant. 7. 12.

*Maximè in tenera ætate.*

Claud.

*Pulcherrimi fructus ultra tempus.*

Plin. Rubrellia.

*Non obest ut Martyres coronentur triumphis, flos ætatis.*

*Vincula amoris frangunt vincula temporis.* Plin.

*puritia est.* Videtur in Virginibus Martyribus, quantum distat sanguis conchyliorum a sanguine Martyrum: igitur dum ætas tantùm uti purpura quibat demonstrare florem, sanguine ostendit purpuræ singularis pulchritudinem. *Descendi in hortum* (dicebat Sponsa Ecclesia) *ut inspicerem, si floruisset vinea & germinassent mala punica.* Vidimus num. 8. homines sanguine tanquàm purpuræ flore, ad instar malorum punicorum fieri; cæterùm si mala punica fructus, quorsùm florum cogitatur ornatus? Ut constet purpuræ præstantia, effusa purpurâ. Malum granatum designat Martyrem: & unà Ecclesia Sponsa demonstrat florem: quoniam illi maior gloria, quòd fructus præstent summi decoris, in flore temporis extra limina ætatis.

14 *Iam flores fructus parturiunt.* Cum fructu evanescit flos. Flos & fructus pro maiestate pueritiæ est, in quibus gaudet mater Ecclesia, cùm videt ultrà spem parta: quandoquidem in horto voluptatis, ubi vernant amenissimi flores, candidi virginitate, & rubicundi passione; singulare videtur, vestem floridi temporis ornari & ante tempus purpurâ sanguinis. Flos & fructus, ut rutilet palma martyrij pretiosa virginitate: ut candor floreat, & flamma cedat, quæ quidem serviat colore speciositati, ut rutilet fucus purpuræ.

——*Quamvis nimio ferventes exuberet æstu,*
*Scit nivibus servare fidem pariterque labantis*
*Durefecit glacies, tanti secura vaporis,*
*Arcano defensa gelu, fumoque fideli,*
*Lambit contiguas innoxia flamma pruinas.*

Canit ubi sup. Claudianus v. 167.

15 Flos & fructus: igitur flore ætatis vincula disrumpunt temporis. Flos & fructus, ut fructus magis consurgat in floribus, & animæ pretiosis ornentur monilibus: siquidem amplius miramur fructus constantiæ in futili ætatis flore. *Sunt & purpurea lilia:* inquit Plinius lib. 21. cap. 5. Aliqua diximus hic *Tautolog. 3. Didasc.* 10. à num. 11. In colore purpuræ martyrij indicantur insignia: in lilio & quia flos & quia flos pulchrior, fragilis natura humana: & uniuntur pro corona Martyrum purpurati flores; quippe haud ob sunt ut coronentur triumphis, flores ætatis. Candor dirigitur in ornatu lilij, quippe teneri anni semper ornantur ac cognoscuntur candore: & in Martyribus commutatur color, ut in flore ætatis rutilet decor: igitur haud impedit ut sanguine sint purpurea, quòd conditione ætatis lilia sint alba. *Minimi est pretium purpuræ in candida vena:* ait Plin. In Martyribus plurimi, quoniam purpura præcellit in candore: purpura est, & quia purpura, rubra: ponturque lucidior in candida vena; quippe, uti in Paulo & Catharina visum, ingens portentum (ut constet purpuræ splendor) quòd albus appareat cruor: ita ut quod sanguis purpura in venis, lac micet oculis. Hi sunt qui ludibria & verbera sunt experti: insuper & vincula & carceres. Carceres & vincula tolerant, sed minimè carceres & vincula temporis. Haud mensurant temporis spatium, nisi per facinorum quasi primi mobilis, motum. Mundus respicit instantes temporis flores; sed fallitur; igitur purpureos virtute constantiæ veneratur: cælum, ubi crucidant carnifices quasi lilium. Videnr tyranni quasi potestatis ignominiam, Martyrum maximè Virginum inauditam constantiam. Vel despectu de victoria complacent sibi; & fremunt, quia victi a fragilitate. Arbitrantur amputare flores: verùm cùm purpuræ sanguis fœcundet ramos (membra corporis) per ætatem steriles; ostendunt fructus constantiæ pretiosiores, ubi in alijs virtutem tempus signat uti florem. *Lilium non persequuntur Martyres, sed coronant:* ait Bernardus Serm. de *Magdal.* num. 2. tunc igitur speciosior formatur purpura, dum exhibentur maiora tormenta.

*In aliquibus Martyribus sanguis lacteus.*

*Ostendit tyranni sanguinis pretium, dum effundunt.* Bernard

16 Quæritur Plinius de insciția artificum in conficienda purpura, & ut rubicundior fit, etiam subscribit huiusmodi documenta, cap. 38. *Eximitur vena, quam diximus, cui addi salem necessarium, macerari triduò iustum. Fervere in plumbo, ac modico vapore torreri. Ita despumatis subinde carnibus, quas hausisse venis necesse est, donec spei satis fiat, uritur liquor.* Ut pretiosior sit purpura, hæccine necessaria. Iurè asserit Bernardus coronari à lictoribus Martyres, dum dirioribus iacent tormentis; etenim magis illustrantur, dum acrius illos carnifices persequuntur.

Plin.

*Ars laborandi purpuram ex inimica.*

17 *Omnis enim igne salietur, & omnis victima sale salietur:* dixit asseclis Iesus. Difficilis periodus. Ignis uritur, non salit: quo pacto victima salietur igne? Deinde. *Omnis victima sale salietur.* Si salitur igne, ad quid salietur sale? Sale salitur, non igne. Vel non salit virtus ignis; vel necessarium, si salitur, quòd virtute fiat salis. Sensum litteralem exponemus suo loco, modò iuverit Dominus, *Tom. 5. Tautolog. 9.* Respondet Maldonatus hic num. 49. *Alia sole fiat, alia sale simul & igne saliri.* Conduntur enim victimæ rationales, tot modis quot crudelitas cogitavit in tormentis. Sunt enim purpuræ per mortem sacratæ Domino, ex quibus in Ecclesiam

Marc. 9. 48.

Maldon



*Quicquid in tormenta cogitat crudelitas, nitidiores Martyrum efformat purpuras*

Ioann. 8. 28.

*Christus in cruce apparuit pretiosior purpura.* Senec.

Quærit

*Pertulit omnium Martyrũ cruciamina.*

Plinius

Senec

*Purpura quæ fulget elevata, magis pretiosa.* Ioan. 3. 14.

*Dum Christus crucifigitur, exaltatur.*

siam derivatur pulchritudo. Alias purpuras salit sal, alias ignis, alias ignis simul & sal. Unusquisque martyris mors pretiosa: illa etenim claret purpura, & cruoris rubentis splendor; sed his tantùm purpura non pretiosior. Deest ne aliquid? Deest. Post salem adhibenda est maceratio, ferveri in plumbo, torreri vapore modico, avelli carnes, quas necesse hæsisse venis, quo usque non tantùm caro cremetur, sed etiam liquor uratur. Martyr qui plus tormentorum sustinet, magis fulgebit: igitur quicquid in exterminium cogitat ingeniosa crudelitas, nitidiores efformat sanguine purpuras.

18 *Cùm exaltaveritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum.* Ita Iudæos alloquitur Dominus persequentes, & sanguini inhiantes. At quid tunc in illo cognoscent? Esse purpuram præ cunctis Martyribus splendentem. *Purpura* (inquit Seneca lib. 1. *qq. natur.* cap. 3.) *eodem conchylio non in unum modum exit. Interest quantum macerata sit, crassius medicamentum, an aquatius traxerit, sapius mersa sit & excocta, an semel tincta.* Quis magis passus, quàm Christus? Iuxta passiones exit pretiosa purpura, & coloris rubescentis præstantissima momenta. Non in unum modum sanguis exit, nisi eodem modo crudelitas laboraverit. Futura erat purpura, tamquàm de cælo missa cuius sanguis pretiosior, & color nobilior, quia plus cunctis maceranda in officina furoris usque ad mortem crucis. Pretium à passione est; & *cùm exaltaveritis filium hominis* (dicit illis) *tunc cognoscetis, quia ego sum:* igitur si purpura pretiosissima, quæ passa ampliora cruciamina; pertulit in cruce omnium martyrum tormenta.

19 Aliam causam in spectationem purpuræ tradit idem ibidem cap. 5. *Purpuram Tyriam* (inquit) *quò melior, saturiorque est, eò oportet altiùs teneas, ut fulgorem suum ostendat, quia quem optimum habet, non quomodocumque explicitur, ostendit.* Alia altiùs posita evanescunt; purpuræ magis fulgent, si attolluntur: siquidem elatæ in locum eminentiorem, ostendunt sanguinis saturitatem. Modò perpende verba Christi. *Exaltari oportet filium hominis.* Ubi? In crucis stipite. Hoc definitur exaltationis voce? Christus crucem sustinuit in humilitatem, non verò in exaltationem. Quo ergo ingenio quæ maior ignominia, ut summa plauditur gloria? Si ibi vincitur, in quo triumphus? Si ibi cadaver iacebit, ubi thronus? Duplex est modus in triumpho, & tyrannus vincitur utroque modo. Paritur victoria resistentia. Obrinetur etiam, dum virtus nequaquàm cedit, sed vita: & Christus passurus crucem, ipsam mortem denotat exaltationem; quippequàm summa vertitur triumphi, in eo quod moriendo videatur tyranno cedere.

*Martyres triumphant morientes.*

*Virtutis Martyrũ exaltatio in eò quod tormentis cedat vita & non constantia.*

20 Suppetit ratio. Non stat victoria in cessione vitalitatis, sed oppugnantis virtutis. Vita succumbit, virtus in passione prævalet: diciturque exaltatio virtutis, etiam dum vita evanescit tormentis; quia vita non cedit tyranno persequenti, sed uti fragilis morti. Non hiscit virtutis constantia; sed quia virtus resistit, ausugit vita.

*Protinus adstrictus caluit cruor, atraque fovit*
*Vulnera, & in venas extremaque membra cucurrit.*

Lucan.

*Percussæ gelido trepidant sub pectore fibræ:*
*Et nova desuetis subrepens vita medullis,*
*Misetur morti.*

Uti cecinit aliò Lucanus lib. 6. v. 750. Est in morte triumphus virtutis, nequaquàm persecutoris: meritòque dicitur quod tormentum extremum, summa exaltatio; dum videtur in agone, tamquàm spectaculo novo, tyrannum vincentem vinci, & Martyrem victorem cedendo morti. Ni amittatur in huiusmodi certamine vita, non obtinetur de tyranno victoria: & quæ videtur in extremum persecutio, est virtutis exaltatio; quoniam nanciscitur triumphum, ubi mortales interitum. Premere intendit tyrannos atteras, & tunc construit cruciaminibus coronas: etenim cùm ut moriantur tollantur in crucem, ampliorem habent per mortem exaltationem.

*Morte martyrũ est triumphus virtutis, postquã persecutoris.*

*Sic modò, quæ fuerat vita contenta manente,*
*Funeribus facta est nunc pretiosa suis.*

Martial

21 Ulteriùs. Purpura semper pretiosa: & qui martyrio coronantur, ob sanguinis pretiositatem, designantur uti purpura. Quando sanguis est in venis, haud æstimatur purpurarum sanguis: & dum Christus uti purpura patitur mortem & crucem, non tormentum dicit, sed purpuræ exaltationem; quia nondum visa sanguinis pretiositas, summa, nisi ubi egrediebatur per vulnera facta. *Concharum ad purpuras* (subdit Plinius cap. 36.) *eadem quidem est materia, sed distat temperamento.* Temperantur cruciaminibus, macerationibus, verberibus, carnis disruptionibus, vulnere & morte: & Christus exaltari cupit in cruce; ut constet in eadem materia purpura temperamento carnificum magis pretiosa, quia præ cunctis purporis, tormentis elaborata.

*Sanguis pretiosus non in venis, sed in vulnere cruoris corporis.*

*Unde tã peramentum purpuræ.*

Plin.

*Christus purpura tormentis elaborata.*

22 Denique. Si purpura pretiosior in cruce, oportet sanè exaltari. Purpura quò melior, eò oportet altiùs teneas, ut effulgeret pre-

pretiositas : & oportet exaltari in stipite Dei Filium; ut constet hominibus, quantum in eius sanguine pretium. *Oportet exaltari ut omnes in ipsum intueantur* : infit Maldonatus hic num. 58. Quid videbunt? Corpus luridum, undique saucium? Cadaver transfossum, vulneribus plenum? Purpura in sublime posita mittit, ostenditque spectabilem fulgorem : & tolli in cruce, vocat Christus sanguinis sublimitatem ; quia tunc purpuræ cognoscitur pretium, ubi tollitur in altum. Exaltatione opus est, dum imminet dira mors. Exaltatione : Utique. Non est mors & crudelis : sed necessarius modus exaltationis, ut cuncti aspiciant sanguinis pretiositatem, dum sicut purpura tunc ampliorem mittet fulgorem.

Maldon.

*Dum' in cruce corpus ostendit saucium, etiam patuit purpuræ pretium.*

Plin.

*Purpuræ aquæ dulci necantur.*

23 Demùm (protrahitur plus iusto Didascalia, ideo alibi cætera) de purpuris dicit Plinius cap. 36. *Aquâ dulci necantur* : Haud aliter Martyres, tormentis victis, vel tentati illecebris. Aqua maris signat acerbitatem tormentorum: aqua dulcis molitiem deliciarum: & qui ut purpuræ pretiosæ, moriuntur in aqua dulci ; quippe illis fortius iaculis mortis iaculum quietis.

De Alexandro Magno fulmine Martis, qui colla subiugavit orbis audaciâ, virtute, gestis, postquàm regna vel remota debellavit, munitiones gentium obtinuit, extensionem regni peperit, pavor regum, & formido nationum, cùm impossibilia tantùm numeraret ut proposita, & cuncta comite nanciscereturfortunâ; narrat Scriptura exitum conaminis, quando unus Peleo iuveni haud sufficiebat cognitus orbis. Quàm floridè Seneca! *Inventus est* (ait Epist. 119.) *qui concupisceret aliquid post omnia.* Hæc ab illo facta sunt: cæterùm *post hæc decidit in lectum, & cognovit, quia moreretur.* Non mirum, quòd moreretur, igitur mortalis : mirum, quòd Princeps pene mundi cognosceret : siquidem morimur cognitione qua vivunt, & plurimi vivunt sine mortis cogitione. *Cognovit, quia moreretur. Quia* causalis est: unde cognovit interitus causam, cùm gloria tanta acquisita deleat vel mortis memoriam? *Usque ad finem terrarum pervenimus* : dixit commilitonibus, ut refert Quint. Curtius in eius *vita* lib. 9. cap. 2. Iam non est opus, in quo exerceatur valida virtus. Haud occurrit certamen in orbe, dignum pectore. Omnia debellata sunt. Nil est ultrà : & cognovit, quòd deficeret vita, quia defecerunt certamina. Ignis est vita: evanescit in ventum, sine foco certaminum. Ardor pectoris subripit ab elemento virtutem, & sequitur proprietatem: deficitque vitæ flamma, quoniam virtuti pectoris deficit sphæra. Miratur Pilatus non Christi mortem, sed velocitatem. *Mirabatur, si iam obiisset.* Acceleravit cuncta crudelitas, verum Christus celeriter vicit cuncta. Nil vel in crudelitatis indole tormenti plus. *Consummatum est* : & deficit vita, quia defecerunt tormenta. Nutrita erat vita in mari salso tribulationum: vivebat ignis combustibili cruciaminum : & fugit vita, quia consummata sunt omnia.

Nemo, quòd Princeps cognoscat posse mori. Senec.

*Nemo, quòd Princeps cognoscat posse mori.* Senec.

Ps. Mach. 6.

Q. Curt.

*Martyrũ deficit vita, quia deficiunt certamina.*

24 *Cognovit, quia moreretur.* Non cognovit quòd moreretur, sed cur moreretur. Non cognovit mortem truculentam, sed mortis causam. Quænam ergo interitus Principis? Tela quietis. Fecit in bello insignia, ita ut subiugaret mundum : & *post hæc*, qui nutritus in armis, qui quiescebat in scutis, *decidit in lectum.* Lectulus requiei destinatur : & illicò decidens cognovit quia moreretur; igitur cùm vita nutriretur certaminibus, vulneribus, diuturno agone ; mors præsens erat in obtenta quiete. Ut eius floreret vita, erat pugna necessaria. In certamine pugnabat, lecto quiescebat : & obviavit vitæ finis, quippe dulcedo exulaverat laboris. Fortiores Martyres in agone quàm Alexander, siquidem hic vicit orbem armis, illi membris. Alexander vulnere, Martyres vulnerati. Plures à tyrannis (ne viderentur vinci ab inerbimus) alliciebantur collocati lectis mollibus, & subitò effabant animam. In requie : Utique, ut viverent quærebant pugnam. Vivebant in tribulationum mari, & purpuræ pretiosæ moriebantur aquâ dulci. *Acida est periculi virtus* (prædicat Seneca cap. 4. de *Provid.*) *& quò tendat, non quid passura sit cogitat, quoniam & quod passura est, gloriæ pars est. Marcet sine adversario* (inquit cap. 1.) *tunc apparet quanta sit, quantum valeat, polleatque, cùm quid possit, patientia ostendit.* Nusquam clarius, quàm in Martyribus, igitur ostendunt quid possunt, vel dum illos tyranni persequuntur, deficiente vita, pugnâ diremptâ. Iam purpura iuxta purpuram posita, ut constet ex pretio, dum fit collario. *Omnem vestem illuminat in triumpho* (subdit Plinius) *misestur auro.* Servit iam purpura ferro.

*Plena maris rubri spoliis colloque comisque*
*Candida Sidonio perlucent pectora filo.*

Lucan.

Marc. 15. 44. Ioann. 19. 30. *Christus mortuus cum nihil posset vincere, vincitur.*

*Mors Martyris in telis quietis.*

*Qui vitæ labore expirat quietis dulcedine.*

Seneca

*Quid possit virtus Martyrum incipta, ostendunt terrenata.*





# TAUTOLOGIA
## DUODECIMA.

*TU NOSTI SERVITUTEM, QUA SERVIVI TIBI.*
Genes. 30. v. 26.

### EXPOSITIO LITTERÆ.

1 PRÆMIA audacter petit, & meretur, qui officia propalàm dignato, estò ingratissimo exponit. Non precatur, exigit & astructâ ratione, admisso in litem vel ingrato, iudice. Haud timet repulsam, qui non imprecatur gratiam. Sit ergo præmij iudex, qui debiti testis. Iacobus ergo reversurus in patriam iuxta Dei, qui præscripterat, placitum; domui suæ providens, ne rediret vacuus, sicut Prodigus, ad genitorem, ac baculo tantùm transiret denuò Iordanem, quippequàm per viginti annos Labano improbo labore servierat; ut operi condignam vel congruam nanciscereturmercedem, socero dixit: *Tu nosti servitutem, qua servivi tibi.*

*Tautologiæ de Servitute*

2 Huic Hebraismo affines sunt alij. Ezech. 29. 18. *Merces non est reddita ei* (Nabuchodonosor) *neque exercitui eius de Tyro, pro servitute, qua servivit mihi adversus eam.* 1. Reg. 17. 9. *Si ego prævaluero, vos servi eritis, & servietis nobis.* Apocal. 22. 3. *Sedes Dei & Agni in illa erunt, & servi eius servient illi.* Etiam, quia ex materia servitutis oritur necessariò relatio dominij vel potestatis, dicitur Iisi. 49. 7. *Hæc dicit Dominus, redemptor Israël ad seruum Dominorum.* Ut ergo constet, quid hoc stylo designetur propriè, acceptiones servitutis extricandæ.

*Servus unde dictus.*

3 Servus propriè iure belli, licèt iam ære coëmptus, sit servus ; qua causa dicitur servus emptitius, & ex servatis venirent sub hasta, ut ait Alexand. ab Alex. lib. 3. *Dier. Genial.* cap. 20. *Origo vocabuli seruorum in Latina lingua inde creditur ducta, quòd hi qui iure belli possent occidi, à victoribus, cum seruabantur, servi fiebant, à seruando dicti.* Hæc Augustinus lib. 19. *Civit. Dei* cap. 15. Donatus in *Adelph.* Terent. Act. 2. Scen. 1. v. 28. *Mancipia dicuntur quod manu capta sunt, servi qui servati sunt, quum eos occidi oportere iure belli.* Idem Iustinianus lib. 1. *Pandect.* qui mos iuxta Plinium lib. 7. cap. 56. à Lacedæmonijs manavit. Alludit Virgilius lib. 10. *Æneid.* v. 525. ubi supplex Magus Æneæ irato:

Augustin. Donat.

*Te precor hanc animam servet natoque patrique.*

Plautus etiam in *Captiv.* Act. 2. Scen. 2. v. 60.

Virgil.

——— *Tam ego fui ante liber, quàm gnatus tuus.*
*Tam mihi, quam illi libertatem hostilis eripuit manus.*

Plaut.

Unde Servitus dicitur mors civilis. *Eduram vos de sepulchris vestris.* Ezech. 37. 12. *De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos.* Oseæ 13. 14. Ideſt, de captivitate. Quare Ieremias pro filijs Israël ductis in Babylonem Thren. 3. 6. *In tenebrosis collocavit me, quasi mortuos sempiternos.* Servus apud Plautum ubi dudum Act. 3. Scen. 4. v. 88.

*Servitus mors civilis*

——— *Me insanium*
*Neque tenere, neque mihi esse morbum, nisi quòd servio.*

Plaut.

4 Alia olim fuit servitus publica, alia privata. Ideo idem ibid. v. 84. Act. 1. Scen. 2.

*Privatam servitutem servit ille, an publicam?*

Idem. *Servitus publica, & privata.*

Lipsius *Elector.* lib. 1. cap. 22. *Romanis* (inquit) *mos fuit, sed & Græcis, ut ex gente captiva plerumque servos quosdam Respublica sibi seligeret, atque seponeret ad varios usus.* Non ex captivis, sed ex libertinis, iuxta Petr. Fabrum, *Semestrium* lib. 2. fiebat huiusmodi secretio. *Servitus quædam publica, quadam privata. Isti servi. Latè sumpto vocabulo, publici nominantur: qui licèt servitute liberati, manuque missi fuerint, ministerium tamen publicum aut magistratibus, aut sacerdotibus exhibent, qui ex libertinorum corpore plerumque sumebantur.* Patet in Gabaonitis Iosue 9. 27. *Decrevitque in illo die, eos esse in*

*Ex quibus publicæ*

pretiositas : & oportet exaltari in stipite Dei Filium; ut constet hominibus, quantum in eius sanguine pretium. *Oportet exaltari ut omnes in ipsum intueantur* : infit Maldonatus hic num. 58. Quid videbunt? Corpus luridum, undique saucium? Cadaver transfossum, vulneribus plenum? Purpura in sublime posita mittit, ostenditque spectabilem fulgorem : & tolli in cruce, vocat Christus sanguinis sublimitatem ; quia tunc purpuræ cognoscitur pretium, ubi tollitur in altum. Exaltatione opus est, dum imminet dira mors. Exaltatione : Utique. Non est mors & crudelis : sed necessarius modus exaltationis, ut cuncti aspiciant sanguinis pretiositatem, dum sicut purpura tunc ampliorem mittet fulgorem.

Maldon.

*Dum' in cruce corpus ostendit saucium, etiam patuit purpuræ pretium.*

Plin.

*Purpuræ aquæ dulci necantur.*

23 Demùm (protrahitur plus iusto Didascalia, ideo alibi cætera) de purpuris dicit Plinius cap. 36. *Aquâ dulci necantur* : Haud aliter Martyres, tormentis victis, vel tentati illecebris. Aqua maris signat acerbitatem tormentorum: aqua dulcis molitiem deliciarum: & qui ut purpuræ pretiosæ, moriuntur in aqua dulci ; quippe illis fortius iaculis mortis iaculum quietis.

De Alexandro Magno fulmine Martis, qui colla subiugavit orbis audaciâ, virtute, gestis, postquàm regna vel remota debellavit, munitiones gentium obtinuit, extensionem regni peperit, pavor regum, & formido nationum, cùm impossibilia tantùm numeraret ut proposita, & cuncta comite nanciscereturfortunâ; narrat Scriptura exitum conaminis, quando unus Peleo iuveni haud sufficiebat cognitus orbis. Quàm floridè Seneca! *Inventus est* (ait Epist. 119.) *qui concupisceret aliquid post omnia.* Hæc ab illo facta sunt: cæterùm *post hæc decidit in lectum, & cognovit, quia moreretur.* Non mirum, quòd moreretur, igitur mortalis : mirum, quòd Princeps pene mundi cognosceret : siquidem morimur cognitione qua vivunt, & plurimi vivunt sine mortis cogitione. *Cognovit, quia moreretur. Quia* causalis est: unde cognovit interitus causam, cùm gloria tanta acquisita deleat vel mortis memoriam? *Usque ad finem terrarum pervenimus* : dixit commilitonibus, ut refert Quint. Curtius in eius *vita* lib. 9. cap. 2. Iam non est opus, in quo exerceatur valida virtus. Haud occurrit certamen in orbe, dignum pectore. Omnia debellata sunt. Nil est ultrà : & cognovit, quòd deficeret vita, quia defecerunt certamina. Ignis est vita: evanescit in ventum, sine foco certaminum. Ardor pectoris subripit ab elemento virtutem, & sequitur proprietatem: deficitque vitæ flamma, quoniam virtuti pectoris deficit sphæra. Miratur Pilatus non Christi mortem, sed velocitatem. *Mirabatur, si iam obiisset.* Acceleravit cuncta crudelitas, verum Christus celeriter vicit cuncta. Nil vel in crudelitatis indole tormenti plus. *Consummatum est* : & deficit vita, quia defecerunt tormenta. Nutrita erat vita in mari salso tribulationum: vivebat ignis combustibili cruciaminum : & fugit vita, quia consummata sunt omnia.

Nemo, quòd Princeps cognoscat posse mori. Senec.

*Nemo, quòd Princeps cognoscat posse mori.* Senec.

Ps. Mach. 6.

Q. Curt.

*Martyrũ deficit vita, quia deficiunt certamina.*

24 *Cognovit, quia moreretur.* Non cognovit quòd moreretur, sed cur moreretur. Non cognovit mortem truculentam, sed mortis causam. Quænam ergo interitus Principis? Tela quietis. Fecit in bello insignia, ita ut subiugaret mundum : & *post hæc*, qui nutritus in armis, qui quiescebat in scutis, *decidit in lectum.* Lectulus requiei destinatur : & illicò decidens cognovit quia moreretur; igitur cùm vita nutriretur certaminibus, vulneribus, diuturno agone ; mors præsens erat in obtenta quiete. Ut eius floreret vita, erat pugna necessaria. In certamine pugnabat, lecto quiescebat : & obviavit vitæ finis, quippe dulcedo exulaverat laboris. Fortiores Martyres in agone quàm Alexander, siquidem hic vicit orbem armis, illi membris. Alexander vulnere, Martyres vulnerati. Plures à tyrannis (ne viderentur vinci ab inerbimus) alliciebantur collocati lectis mollibus, & subitò effabant animam. In requie : Utique, ut viverent quærebant pugnam. Vivebant in tribulationum mari, & purpuræ pretiosæ moriebantur aquâ dulci. *Acida est periculi virtus* (prædicat Seneca cap. 4. de *Provid.*) *& quò tendat, non quid passura sit cogitat, quoniam & quod passura est, gloriæ pars est. Marcet sine adversario* (inquit cap. 1.) *tunc apparet quanta sit, quantum valeat, polleatque, cùm quid possit, patientia ostendit.* Nusquam clarius, quàm in Martyribus, igitur ostendunt quid possunt, vel dum illos tyranni persequuntur, deficiente vita, pugnâ diremptâ. Iam purpura iuxta purpuram posita, ut constet ex pretio, dum fit collario. *Omnem vestem illuminat in triumpho* (subdit Plinius) *misestur auro.* Servit iam purpura ferro.

*Plena maris rubri spoliis colloque comisque*
*Candida Sidonio perlucent pectora filo.*

Lucan.

Marc. 15. 44. Ioann. 19. 30. *Christus mortuus cum nihil posset vincere, vincitur.*

*Mors Martyris in telis quietis.*

*Qui vitæ labore expirat quietis dulcedine.*

Seneca

*Quid possit virtus Martyrum incipta, ostendunt terrenata.*





# TAUTOLOGIA
## DUODECIMA.

*TU NOSTI SERVITUTEM, QUA SERVIVI TIBI.*
Genes. 30. v. 26.

### EXPOSITIO LITTERÆ.

1 PRÆMIA audacter petit, & meretur, qui officia propalàm dignato, estò ingratissimo exponit. Non precatur, exigit & astructâ ratione, admisso in litem vel ingrato, iudice. Haud timet repulsam, qui non imprecatur gratiam. Sit ergo præmij iudex, qui debiti testis. Iacobus ergo reversurus in patriam iuxta Dei, qui præscripterat, placitum; domui suæ providens, ne rediret vacuus, sicut Prodigus, ad genitorem, ac baculo tantùm transiret denuò Iordanem, quippequàm per viginti annos Labano improbo labore servierat; ut operi condignam vel congruam nanciscereturmercedem, socero dixit: *Tu nosti servitutem, qua servivi tibi.*

*Tautologiæ de Servitute*

2 Huic Hebraismo affines sunt alij. Ezech. 29. 18. *Merces non est reddita ei* (Nabuchodonosor) *neque exercitui eius de Tyro, pro servitute, qua servivit mihi adversus eam.* 1. Reg. 17. 9. *Si ego prævaluero, vos servi eritis, & servietis nobis.* Apocal. 22. 3. *Sedes Dei & Agni in illa erunt, & servi eius servient illi.* Etiam, quia ex materia servitutis oritur necessariò relatio dominij vel potestatis, dicitur Iisi. 49. 7. *Hæc dicit Dominus, redemptor Israël ad seruum Dominorum.* Ut ergo constet, quid hoc stylo designetur propriè, acceptiones servitutis extricandæ.

*Servus unde dictus.*

3 Servus propriè iure belli, licèt iam ære coëmptus, sit servus ; qua causa dicitur servus emptitius, & ex servatis venirent sub hasta, ut ait Alexand. ab Alex. lib. 3. *Dier. Genial.* cap. 20. *Origo vocabuli seruorum in Latina lingua inde creditur ducta, quòd hi qui iure belli possent occidi, à victoribus, cum seruabantur, servi fiebant, à seruando dicti.* Hæc Augustinus lib. 19. *Civit. Dei* cap. 15. Donatus in *Adelph.* Terent. Act. 2. Scen. 1. v. 28. *Mancipia dicuntur quod manu capta sunt, servi qui servati sunt, quum eos occidi oportere iure belli.* Idem Iustinianus lib. 1. *Pandect.* qui mos iuxta Plinium lib. 7. cap. 56. à Lacedæmonijs manavit. Alludit Virgilius lib. 10. *Æneid.* v. 525. ubi supplex Magus Æneæ irato:

Augustin. Donat.

*Te precor hanc animam servet natoque patrique.*

Plautus etiam in *Captiv.* Act. 2. Scen. 2. v. 60.

Virgil.

——— *Tam ego fui ante liber, quàm gnatus tuus.*
*Tam mihi, quam illi libertatem hostilis eripuit manus.*

Plaut.

Unde Servitus dicitur mors civilis. *Eduram vos de sepulchris vestris.* Ezech. 37. 12. *De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos.* Oseæ 13. 14. Ideſt, de captivitate. Quare Ieremias pro filijs Israël ductis in Babylonem Thren. 3. 6. *In tenebrosis collocavit me, quasi mortuos sempiternos.* Servus apud Plautum ubi dudum Act. 3. Scen. 4. v. 88.

*Servitus mors civilis*

——— *Me insanium*
*Neque tenere, neque mihi esse morbum, nisi quòd servio.*

Plaut.

4 Alia olim fuit servitus publica, alia privata. Ideo idem ibid. v. 84. Act. 1. Scen. 2.

*Privatam servitutem servit ille, an publicam?*

Idem. *Servitus publica, & privata.*

Lipsius *Elector.* lib. 1. cap. 22. *Romanis* (inquit) *mos fuit, sed & Græcis, ut ex gente captiva plerumque servos quosdam Respublica sibi seligeret, atque seponeret ad varios usus.* Non ex captivis, sed ex libertinis, iuxta Petr. Fabrum, *Semestrium* lib. 2. fiebat huiusmodi secretio. *Servitus quædam publica, quadam privata. Isti servi. Latè sumpto vocabulo, publici nominantur: qui licèt servitute liberati, manuque missi fuerint, ministerium tamen publicum aut magistratibus, aut sacerdotibus exhibent, qui ex libertinorum corpore plerumque sumebantur.* Patet in Gabaonitis Iosue 9. 27. *Decrevitque in illo die, eos esse in*

*Ex quibus publicæ*

Nathinæi quid Hieron.

*in ministerio cuncti populi & altaris Domini, cædentes ligna, & aquas comportantes usque in præsens tempus in loco, quem Dominus elegisset. Nathinæi* (ait Hieronym. in *Tradit. Hebr.* 1. Paralip.) *idest, Donati, sunt Gabaonitæ, eò quòd ad serviendum dati sint ad templum Domini.* Hinc Græcè vocantur *Demosii*: hoc est, Servi publici. Si ampliora desiderantur, consulendus Seratius hic. Rivera de *Templ.* lib. 3. cap. 4. Villalpand. in *Apparat.* part. 1. lib. 2. cap. 7. Sigonius de *Republ. Hebr.* lib. 5. cap. 7. & Stephan. Menoch. lib. 2. cap. 4. num. 10. De servitute publica & privata fusè sequitur argumentum Pignorius, & Alex. ab Alex. ubi supr.

5 Durior erat, ut patet, servitus privata publicâ, non tantùm acceptione qua Faber, sed vel acceptione qua servitutem publicam cogitat Lipsius. Ærumnas refert quidam mancipatus apud Plautum, in *Asinar.* Act. 3. Scen. 2. v. 1.

Plaut.

*Perfidiæ laudes, gratiasque habemus meritò magnas*
*Quum nostris sycophantiis, dolis, astutiisque,*
*Scapularum confidentiâ, virtute ulmorum freti,*
*Qui adversum stimulos, luminas, crucesque compedesque.*
*Nervos, catenas, carceres, aumellas, pedicas, boias*
*In doctoresque accerimos, gnarosque nostri tergi*
*Qui sæpe ante in nostras scapulas, cicatrices indiderunt &c.*

Sæpe in bello minimè victi servabantur ut servirent, sed ut victores etiam inimicis venderent. Quo intelliges difficilem Amos 1. 9. auctoritatem, & quam iustè Deum præ facinore excandentem. *Super tribus sceleribus Tyri, & super quatuor non convertam eum, eò quòd concluserint captivitatem perfectam in Idumæa.* Captivitas erat, dum victi Israëlitæ iure belli servabantur: & dicitur perfecta (à Symmacho, *Completa*) quippe servabantur, ut ab illis, infensis Idumæis venirent, sub cuius potestate ut lamentatur Ieremias Thren. 5. 5. *Cervicibus nostris minabamur, lassis non dabatur requies.* Claret istiusmodi inhumanitas ibid. v. 7. ubi de Gaza dicitur, quod de Tyro. Iratus est Dominus. *Eò quòd transtulerint captivitatem perfectam, ut concluderent eam in Idumæam.* Has enim iniquitates refert etiam Ioël. 3. 6. ubi Tyrum, Sidonem, Palæsthinosque alloquitur Dominus dicens: *Filios Iuda & Ierusalem vendidistis filijs Græcorum. Vendam filios vestros in manibus filiorum Iuda, & venundabunt eos Sabæis.* Hæc est captivitas completa, siquidem calamitas hæc-cine in servitute extrema & ultima, quippequam potiùs complecterentur mortem, quàm ferre, imò perferre istiusmodi servitutem. Unde Troës apud Virgilium lib. *Æneid.* v. 98.

Amos.

Quid est captivitas perfecta? Post captivitatem venire, extrema sortis in felicitas. Virgil.

——— *O ter quaterque beati,*
*Queis ante ora patrum Troiæ sub mœnibus altis*
*Contigit oppetere.*

Et Andromache ibid. lib. 3. v. 322. alludens mortem Polyxenæ:

*O felix una ante alias Priameia virgo,*
*Hostilem ad tumulum Troiæ sub mœnibus altis*
*Iussa mori, quæ sortitus non pertulit ullos,*
*Nec victoris heri tetigit captiva cubile.*

Eadem ferè Ovidius lib. 13. *Metam.* Fab. 3. Senec. in *Troad.* Act. 1. v. 153.

Senec.

——— *Felix Priamus,*
*Dicimus omnes: secum exeedens*
*Sua regna tulit: nunc Elysii*
*Nemoris tutis errat in umbris,*
*Interque pias felix animas*
*Hectora quærit. Felix Priamus*
*Felix quisque bello moriens*
*Omnia secum consummata videt.*

Idem in eadem tragœdia Euripides in persona Andromaches ait:

Euripid.

——— *Navi vehar ego*
*In Græciam captiva ad servitutis iugum?*
*An non minora meis habet malis*
*Polyxena mors?*

Ab ingenius potiùs profunditur vita, quàm sustinetur infamia. Quas pertulerint filij Israël videsis loc. cit. Ioëlis & Ieremiæ.

6 Inconcussum itaque, servitutem propriè accipi, pro sui iuris non esse, in quo continentur omnia præfata, ita ut servus pendeat à voluntate aliena, serviens ad oculum, vel



vel ad nutum, sive voluntariè, sive invitè, præut rationabiliter, vel furenter præscripserit dominus. Indicat Goliath, cùm despiciens Israëlitas dixit: *Si percusserit me, erimus vobis servi: Si autem ego prævaluero, & percussero eum; vos servi eritis & servietis nobis.* Ubi illo addito in pacto, aliquid videtur indicare, quod ita palàm à suis fatagit removere. Mihi videor videre servitutem projectam, infamem, vilium mancipiorum cum despectu & ignominia, de quo infrà num. 8. 9. 10. quæ servitus à Cornelio Tacit. lib. 4. *Histor.* cap. 17. dicitur *Servitus misera.* A Plauto in *Amphitr.* Act. 1. Scen. 1. v. 12. *Servitus dura,* & ibidem vers. 20.

Quid præ ferviti? 1. Reg. 17. 9.

Tacit.

Plaut.

*Ergo in servitute expetunt multa iniqua.*
*Habendum & ferendum est hoc onus cum labore.*

Eodem sensu in Sacris. Isai. 14. 3. *A servitute dura, qua antè servisti.* & 2. Paralip. 10. 4. *Imposuit gravem servitutem*: idest per fas & nefas, æquum & iniquum. Ezech. 29. 18. dicitur: *Nabuchodonosor rex Babylonis servire fecit exercitum suum servitute magna adversus Tyrum: omne caput decalvatum, & omnis humerus depilatus est; & merces non est reddita pro servitute qua servivit mihi.* Patet in quo servitus & gravis; & quia membra pondere armorum attrita; & quia mos erat, servorum capita radi. Plautus ubi supr. Act. 2. Scen. 1. vers. 43.

Isai. 1. Paralip. Ezech. 29. 18.

Radi solebat capur servorum.

*Hodie abraso capite calvus.*
*Miserrima isthæc miseria est servo bono.*

Morem indicat Cornel. Tacitus lib. 2. *Annal.* cap. 39. dicens de Agrippæ servo Clemente, quinq; Reipublicam perceleret, & nova in imperio moliretur, se finxit Agrippam; *Ignotis locis sese abdit, dono crinem, barbamque promitteret: nam ætate & forma haud dissimili in dominum erat.* His ergo temporibus tantùm usitatum destinatis triremibus. Recolitur huiusmodi ignominia 1. Paralip. 19. 4. ubi: *Igitur Hanon puerot David decalcavit, & rasit* &c. Hispan. *Inviolos como a unos galeotes.* Etiam Deut. 32. 42. *De captivitate nudati inimicorum capitis.* Propudium utique erat, maximè in fœminis: quapropter Isai. 3. 17. ut exprimatur proxima captivitas fœminis, de coma gloriantibus, dicitur: *Decalvabit Dominus verticem filiarum Sion.* Formata in gradus erat coma, ut dicitur de Nerone à Sueton. in eius Vit. cap. 51. quod quidem à Seneca de *Brevit. vita* cap. 12. *In anulos.* Ovid. lib. 2. *Amor.* dicit: *Crines in ordine ponere.* Euripides in *Iphigen. In flationes.* Manilius lib. 2. *Crines in flaclum.* Quintilianus lib. 12. cap. 10. *In gradus & anulos.* Hispan. *Bucles, y Ondas*; quasi *Celsæ frontis honores, suggestumque comæ*: uti canit Statius lib. 1. *Silvar.* Quapropter subditur ab Isaia ibid. v. 24. *Erit pro tona funiculus, pro crispante crine calvitium, & pro fascia pectorali cilicium*: uti signa servitutis & conditio captivitatis. Vernaculè: *Pelonas, rapadas à navaja, como las de la galera.* Quare inter Hispanos libertatis olim signum capillitium, dicente Martiali lib. 10. *Epigram.* 65.

Cæsaries annulata &c. quid? Senec.

Signum libertatis. Stat.

*Hispanis ego contumax capillis.*

Martiale.

Vide plura pulchra & selecta de variis Nationibus apud Cælium Rhodigin. *Lect. Antiquar.* lib. 15. cap. 8.

7 Huic namque servituti sæpiùs iniungebatur interdictum armorum, quod servitutis gravissimum onus habetur, quandoquidem vel spes libertatis præciditur. Porsena arma interdixit Romanis. Unde Plinius lib. 34. cap. 14. inquit: *In fœdere quod expulsis Regibus Pop. Romano dedit Porsena, nominatim comprehensum invenimus, ne ferro nisi agricultura uterentur.* Ex Sacra pagina constat 1. Reg. 13. à num. 19. *Porrò faber ferrarius non inveniebatur in omni terra Israel. Caverant enim Philisthiim, ne fortè facerent Hebræi gladium aut lanceam. Descendebat ergo omnis Israël ad Philisthiim, ut exacueret unusquisque vomerem suum & ligonem & securim & sarculum. Retusæque erant acies vomerum & ligonum & tridentum & securium usque ad stimulum corrigendum. Cumque venisset dies prælij, non est inventus ensis & lancea in manu totius populi,* eadem invenies 4. *Reg.* 24. 14. *Item.* 24. 1. 29. 2. Sicut enim pro pace gladij conflantur in vomeres, ut dicit Isaias 2. 4. & Martialis lib. 14. *Epigram.* 34. de falce ex gladio.

Plin. Servis inter dicebantur arma. 1. Reg. Signum pacis conflare gladios in vomeres.

Martial.

*Pax me certa ducis placidos conflavit in usus:*
*Agricola nunc sum, militis ante fui.*

Ita pro bello, vomeres conflantur in gladios, uti astruitur Ioël 3. 10. & ab Ovid. lib. *Fastor.*

Bella verti, vomeres in gladios. Ovid.

*Sarculo essabant, versique in pila ligones,*
*Factaque de rastri pondere cassis erat.*

Virgilius lib. 1. *Georgic.* v. 505. quod iterat lib. 7. *Æneid.* v. 635.

*Quippe ubi fas versum, atque nefas, tot bella per orbem,*

Virgil.

*Tam multæ scelerum facies; non ullus aratro*
*Dignus honos: squallent abductis arva colonis;*
*Et curvæ rigidum falces conflantur in ensem.*

Denique Statius lib. 1. *Achilleidos* v. 429.

Stat.

*Silva minor remis: ferrum laxatur ad usus:*
*Belligeros quòd frenet equos, quod muniat arma,*
*Squallentes nectat tunicas, quod sanguine fumet,*
*Vulneraque alta bibat.*

*Debellati privabātur armis.*

Hæc itaque, quippe sæpe debellati inermes erant, caventibus victoribus, ne subacti armis audaces, amissam repeterent libertatem.

*Quare?* *Quæ servitus gravior?*

8 Quo profectò intelligitur illud Goliath: *Vos servi eritis & servietis nobis.* Hoc est, non tantùm tributa solvetis, de quo infrà, sed servietis, quasi iure bellico pressi. Nos, si aliquis vicerit, servi erimus, tributa solventes: vos autem non sic. Servi eritis, & servietis, quippe & frenum tributi, gratiâ ditionis, solvetis; insuperque, quod est servitus servitutis, vel gravamen acrius in servitute, ne unquàm, estò optata, fruamini libertate; arma non habebitis, sed sicut pridem fuistis, servitutem nobis quamvis inviti servietis, ita ut nec iugum possitis unquàm excutere, neque in libertatem aspirare. Indicat præscriptionem in servos exauctoraminis armorum Virgil. lib. 9. *Æneid.* v. 545. ubi de matre Helenoris:

*Mæonio Regi quem serva Lycimnia furtim*
*Substulerat, vetitisque ad Troiam miserat armis.*

Virgil.

*Lubrica dominatio actis tyrannidis.* Apulei. *Misera servitus.*

Plerique Principum politica agendi ratione cum debellatis hac austeritate utuntur; sed quantum auguror, solœcismus, quandoque irreparabilis, est: igitur subacti nec totam patientur servitutem, nec omnimodam obtenturi libertatem. Sæpe ultima salus, nullam sperare salutem: etenim ultra ultimum malum expectat bonum. Statum miserrimæ ac extremæ conditionis in servitute affabrè describitur ab Apuleio *Metam.* lib. 9. *Dij boni! Quales illi homunculi, vibicibus libedinis totam cutem depicti, dorsumque plagosum, scissili veste centunculâ magis inumbrati, quàm obtecti, frontes litterati, & capillis semirasi.*

*Olim in servos plenissima dominorum potestas.* Exod. *Restringitur à Deo Israelitis.* Ibidem. *Quæ potestas Hebræorum in servos Hebræos?* Levit.

9 Servitus olim gravissima, siquidem penes dominos plenissima potestas etiam in vitam: quam sævitiam mitigarunt Romani, uti astruunt Alex. ab Alex. lib. 3. *Dier. Genial.* cap. 20. & ibid. Tiraquell. Plutarch. de *Cohibend. ira*, & Macrobius lib. 1. cap. 11. Prius Dominus, qui semper clementissimus, igitur Exod. 21. 20. 21. præscribitur; *Qui percusserit servum suum vel ancillam virgâ, & mortui fuerint in manibus eius, criminis reus erit. Criminis*, idest, homicidij, ac per consequens pœnæ mortis. *Sin autem uno die vel duobus supervixerit, non subiacebit pœnæ, quia pecunia illius est.* Unde libertatem nanciscebatur mancipium, qui privabatur à domino dente vel oculo, ita subditur ibid. v. 26. & 27. *Si percusserit quispiam oculum servi sui aut ancillæ, & luscos eos fecerit, dimittet eos liberos pro oculo quem eruit. Dentem quoque si excusserit servo vel ancillæ suæ, similiter dimittet eos liberos.* Hoc totum intelligendum de servis alienigenis, qui propriè mancipia: nam de Israëliticis Levit. 25. 39. stabilitur: *Si paupertate compulsus vendiderit se tibi frater tuus, non eum opprimes servitute famulorum*: quia Israëlitæ non servi servitutis, sed sicut diuturni mercenarij, famuli ad tempus, non mancipia. Nos dicimus: *Criados, no esclavos.* Hi erant apud dominos usque ad annum Iubilæi, si noluissent ægredi anno Sabbatico: ut dicitur Exod. 21. 1. 2. Deuter. 15. 17. & Ierem. 34. 14. His haud uti poterant Hebræi, sicut mancipijs ex Gentibus, nec pro illis lata lex de oculo & dente: quandoquidem sicut servo fecerat, fiebat hero. Exod. 21. 24. *Reddet oculum pro oculo, dentem pro dente manum pro manu, pedem pro pede.* Hi servi operabantur apud dominos usque ad præfinitum legibus tempus, ex Gentibus verò servi erant perpetui. Unde Levitic. 25. 44. *Servus & ancilla sint vobis de nationibus, quæ in circuitu vestro sunt, & de advenis; vel qui ex his nati fuerint in terra vestra, vos habebitis famulos, & hæreditario iure transmittetis ad posteros, ac possidebitis in æternum.* Plura dicemus *Tom. 3. Tautol. 9.* ad illud Exod. 20. 11. *Egredietur gratis absque pecunia.*

Exod. Levit. *Servi ex Gentibus non emancipabātur nec anno septimo, nec quinquagesimo.*

Levit. Hebr. *Quænam servitus servorum?*

10 Aliter servitus misera est, & propriè gravis, captivitas completa, & servitus servitutis, quam paciscitur Goliath, & interdicit Dominus data lege: igitur Levitic. 25. 39. ubi: *Non eum opprimes servitute famulorum.* Hebr. & Chald. *Non servire facies in eo servitutem servi.* Quid sit servitutem servi servire, exprimitur à Rabbinis ita: quòd nullo modo viri incumbant fœminarum ministerijs, nec econtrà: nec solvant corrigiam calceamentorum heri vel heræ, nec permittantur portare vasa ad balneum. Caietanus hic ad-



*Servi inhibebant ministerijs fœminarum.* *Pietas in servos* Senec.

addit v. 43. *Aliqui servis utebantur ad arandum loco boum.* Qua probabilitate, ipse viderit. An quia Hebr. pro *Non affligas eum in potentia*; legit, *Non subiugabis eum in fractione*: idest, *telluris*: Futilis coniectura. Latiùs patet in Scriptura *Fractio.* Hic idem fractio, & afflictio. Non ita cum fratribus servis sese gerant Israëlitæ, sed quasi familiares & vernaculæ: *quasi mercenarius & colonus*, ut ibid. dicitur v. 40. Quàm aptè Stoicus! *Servi sunt: imò homines. Servi sunt: imò contubernales. Servi sunt: imò humiles amici. Servi sunt: imò conservi, si cogitaveris tantumdem in utrosque licere fortunæ. In convivijs loquebantur, sed in tormentis tacebant.* Ita *Epist.* 47. Eadem epictetus *lib. 1. Dissert.* 13. *Non recordaveris* (inquit) *quis sis & quibus imperes? Nonne cognatis? Nonne natura fratribus? Nonne à Iove oriundis*: Ministerijs fœminarum servos destinari, constat ex Seneca Epist. præiat. ubi: *Alius vini minister in muliebrem modum ornatus cum ætate luctatur.* Modum describit Ambrosius lib. 4. *Epist.* ad Irenæum. *Torquatos & calamistratos habent in ministerio, ipsi promissâ barbâ, illos remissâ comâ.* Item Apuleius *Metam.* lib. 2. *Diribitores plusculi, splendidè amicti; fercula copiosa: puellæ scitulè ministrantes, pueri calamistrati pulchrè indusiati* &c. Seneca *Epist.* 119. *Nam si pertinere ad te indicas, quàm crinitus puer, & quam perlucidum tibi poculum porrigat, non sitis.* Alij destinabantur in pristinum, alij ad cribrum, alij ad subigendam maßam; qua causa semiviri vocabantur: de quo plura apud Apuleium, & La Zerda in illud Virgilij 4. *Æneid.* v. 215. *Cum semiviro comitatur.* Ita enim gravabantur, ut pausicape vel in exercitijs premerentur, quod quidem erat instrumentum insertum collo, impediens molentes gustare polentam, ut ait Iulius Pollux in *Onomast.* lib. 7. cap. 4. Quo sensu aliqui interpretantur illud Thren. 5. 13. *Adolescentibus impudicè abusi sunt, & pueri in ligno corruerunt.* Tradebantur enim ministerijs indignis. Unde ille Lacon, ut refert Seneca *Epist.* 77. *captus clamabat: Non serviam. Ut primum iussus est fungi servili, & contumelioso ministerio; illisum parieti caput rupit.* Quem quidem imitati sunt Romani, maximè in bello civili. Quare Lucan. lib. 4. v. 575. succinit:

Epictet. Senec. *Effœminati servi ministri ad mensam.* Ambros. Apulei. Senec. Virgil. *Qui servi dicebantur semiviri* Thren. Senec.

*Non tamen ignavæ post hæc exempla virorum*
*Percipient gentes, quam sit non ardua virtus*
*Servitium fugisse manu.*

Lucan.

*Servitus pro vectigali.* Virgil. Tacit.

11 Servitus etiam accipitur pro vectigali. Virgilius de Iulio Cæsare lib. 1. *Æneid.* v. 287.

*——Veniet lustris labentibus ætas,*
*Cum domus Assaraci Phthiam, clarasque Mycenas*
*Servitio premet, ac victis dominabitur Argis.*

Cornel Tacit. *Histor.* lib. 4. cap. 2. *Civitas pavida & servitio parata.* In Sacra pagina perspicuiùs. 2. Reg. 8. 14. *Posuit in Idumæa custodes, statuitque præsidium, & facta est universa Idumæa serviens David.* & cap. 10. 19. *Fecerunt pacem cum Israel, & servierunt eis.* 3. Reg. 12. 4. *Tu imminue paululum de iugo gravissimo, & serviemus tibi.* Idest, tributa, & vectigalia solvemus. Alibi dicitur *Frenum tributi*, quod gentes dedititiæ, vel subactæ pendebant. Unde de David dicitur 2. Reg. 8. 1. *Tulit frenum tributi de manu Philisthijm.* Hoc est, fecit tributarios, ut dicitur illicò v. 2. de Moabitis: *Factusque est Moab David serviens sub tributo.* Haud quia David tulerit ab Allophylis frenum, capistrum, stimulumve asini Isaac (quam fabulam videris apud Pagnin. in Verb. *Metheg.*) traditum pro pignore Abimelech regem Geth; sed quia David & tributa annua, quæ rependerent, imposuit, & in Geth, seu terra Philisthijm præsidia Israëlitarum habuit, sicut tempore Saul Philisthijm habebant in terra Israël. Quo proclivè intelliges illud supr. memoratum: *Descendebat omnis Israel ad Philisthijm, ut exacueret unusquisque vomerem suum* &c. Non quia in huiusmodi opera pergerent in Palæstinam, sed tantùm in Allophylorum præsidia, ubi officina fabrorum. Clarè constat, dùm fit sermo de Syria 2. Reg. 8. 6. ubi: *Posuit David præsidium in Syria, Damasci: factaque est Syria David serviens sub tributo.* Vernaculè: *Recibir guarnicion, y poner en contribucion el pais.* Quare de re *Frenum tributi* intelligendum, ita ut debellati penderent tributa, & pro freno commotionum, aut insultus, haberent Israelitæ in illorum ditione munitissima præsidia.

*Quid est Frenum tributi* 2. Reg. *Fabula Rabbinorum de freno tributi.*

*Quintil.* *Quid est servire servitutem.*

12 Longè aliter accipit servitutem Quintilianus lib. 5. cap. 3. siquidem *servire servitutem* haud de servis, sed de liberis servientibus intelligit: quatenùs de servis absolutè dicatur, *Servire*: de liberis autem, *Servire servitutem*; quia habent eandem conditionem, & *quia sunt* (ait) *ex iure quo servi*: quos vocamus famulos, & non aptè servos. Quia nobis sententia arridet, latiùs illustranda. *Bonos hospites in servitutem redi-*

*digebant*: dicitur Sapient. 19. 13. igitur Egyptij Israelitas advenas, peregrinos, & hospites conati sunt subigere ut servos, & quæ liberè uti liberi poterant facere, quasi sui iuris non essent, ab illis exigere. Quapropter, quia liberis, servire valdè molestum; geminatione servitutis exprimitur famulatus incommodum. Hinc toties repetitum à Plauto. in *Captiv. Servire servitutem*: siquidem non servi conditione, sed amissa libertate: dicunturque *servi habitu*, ut idem loquitur in *Stich.* Act. 1. Scen. 2. v. 2. Magnum discrimen erat inter famulos & servos, vel inter servitutem servantes, & servientes. Quo intuitu Claudianus lib. 1. in *Eutrop.* v. 142.

*Discrimen inter servos servientes, & servitutē servantes.* Plaut.

Claudian.

*——Qui servi non est admissus in usum,*
*Sustipitur regnis, & quem privata ministrum*
*Dedignata domus, moderantem sustinet aula?*
*Ipsi quin etiam tali consorte fremebant*
*Regales famuli, quibus est illustrior ordo*
*Servitij, sortumque diu sprevere superi.*

*Nequibat esse Vestalis, qua parentes famulos alicuorum habuisset.* Chartar. *Servitus pro famulatu.* Plaut.

Sanctum enim erat apud Romanos, ne cuiuslibet aliquando, & aliquomodò famuli, estò nobilissimi, filia esset virgo Vestalis: quod ita explicat Vincent. Chartarius de *Imag. Deor.* in *Magn. Matre*, fol. 148. *Harum parentes eiusmodi esse debebant, ut numquam servitutem servissent.*

13 Vocatur ergo servitus famulatus. Quare Plautus ubi supr. Act. 2. Scen. 3. v. 29. ait:

Senec.

*Omnium Primum salutem dicito matri, & patri,*
*Et cognatis, & si quem alium benevolentem videris.*
*Me hic valere, & servitutem servire huic homini optumo,*
*Qui me honore honestiorem semper fecit, & facit.*

Et sæpe Seneca in *Troad.* qui in *Hercul. furent.* Act. 2. v. 445.

Delr. Claudian.

*——Quid violas Iovem?*
*Mortale genus non post est iungi genus?*
*Communis ista pluribus causa est Dei.*
*Famuli ne fuerant antequam fierent Dei?*

Ubi Delrio: *Deos nonnullos hominibus servisse servitutem.* Et Claudianus in IV. *Consulat.* Honorij. v. 198.

*——Famulosque recepit,*
*Natura tradente Deos.*

Ovid.

Quo claret servitus pro famulatu, non pro manciparu. Canit Ovidius de Apolline servo Admeti lib. 2. *Metam.* Fab. 11.

*Illud erat tempus, quo te pastoria pellis*
*Texit, onusque fuit baculus silvestris olivæ*
*Alterius dispar septenis fistula cannis.*

Panyas.

De pluribus alijs canit Panyasis in *Heraclea.*

*Passa Ceres, passusque insignis Muleiber, estque*
*Passus Neptunus, passus est Phœbus Apollo,*
*Mortali ipse suas operas mercede locare:*
*Passus Marsque ferox irato à patre coactus.*

*Idolorum & adulationis derisus.* Suetonius. Tacit. Barcl. *Ambitionis turpissima servitus.* Senec.

Ride. Causa est, ubi vel qui adorabat Vespasianus deridebat. *Ne in metu quidem ac periculo mortis* (refert Suetonius in eius *Vit.* cap. 23.) *extremo, abstinuit iocis. Prima quoque morbi accessione, Ut, inquit, puto, Deus fio.* O Dij præclari! Optimè de Senatoribus, obsequijs, quibus servi, studentibus, dixit Tiberius: *O homines ad servitutem parati!* Subdit Tacit. lib. 3. *Annal.* cap. 65. *Scilicet, etiam illum qui libertatem publicam nollet, tam protectæ servientium pattentiæ tædebat.* Et Barclaius in *Argenid.* lib. 4. *Blandula illa servitus* (Regiæ) *ut illam quoque indignis laboribus coemere studeamus.* Hanc ita taxat Seneca ut supr. *Dabo consularem aniculæ servientem, dabo ancillula divitem, ostendam nobilissimos iuvenes mancipia pantomimorum. Nulla servitus turpior, quam voluntaria.*

*Servitus pro ministerio.* Tit. Liv. Isai. 49. 7.

14 Hinc liquet alia servitutis acceptio pro ministerio, de qua latè egimus *Tom.* 1. *Tautolog.* 6. ad illud *Genes.* 3. *Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui.* Unde Tit. Livius lib. 34. *Servitus muliebris exuitur viduitate, & orbitate.* In Biblia passim. *Servus dominorum* idest, minister. Quapropter 1. Reg. 2. 18. 30. 3. 1. & alijs in locis, ubi Vulg. *Ministrare*: Hebr. legit: *Servire.* Iccircò quiqui sub aliena potestate ministri, vocantur servi, non accepto servitio nisi pro ministerio. In Scriptura sæpe dicuntur *Pueri.* 1. Reg. 9. 27. 2. Reg. 1. 15. 4. Reg. 5. 20. 1. Machab. 1. 7. Matth. 8. 7. & alibi crebrò.



brò. Quo intelligès illud Apocal. *Servi eius servient illi*: hoc est *Ministrabunt*: uti legit Syr. Ribera pro *Servi* dextrè interpretatur *Cives*: igitur in civitate illa cœlesti Ieruslem in qua *sedes*, ideſt, regia, *Dei & agni*; *servi eius* cives, nimirùm, quia ædificatur ut civitas, *servient ei.*

Apoc. 22. 3. Syr. *Servi, ideſt, Cives.*

15 Haye hic pro *Servient*, vertit: *Regnabunt*, *Dominabuntur*: haud tantùm quia servire Deo regnare est (torqueamus pro veritate cogitatum blandimini à Claudian. lib. 3. de *Laudib. Stilic.* v. 113.

Haye. *Servitus pro dominatione.*

*Fallitur, egregio quisquis sub principe credit*
*Servitium. Numquam libertas gratior exstat,*
*Quàm sub rege pio: quos præficit ipse regendis*
*Rebus.*)

Claudian.

Sed quia multoties servitus pro dominatione accipitur, ut patet præfata auctoritate, & cùm dicimus Magistratum, servitium publicum: & moderati, servire Reipublicæ. Constat acceptio Apocal. 5. 10. ubi: *Fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes, & regnabimus.*

Apocal.

Simul, ut vides exponuntur subiectio & dominatio. Terentius in *Andr.* Act. 1. Scen. 1. v. 9.

*Apud me iusta & clemens fuerit servitus, scis.*

Terent.

Ubi Donatus: *Mirè servitutem pro dominatu posuit.* Ideo addit:

Donat.

*Feci è servo, ut esses libertus mihi,*
*Propterea quòd serviebas liberaliter.*

Terent.

Testatur etiam Plautus in *Captivis* Act. 2. Scec. 2. v. 22. ubi servus sibi gratulans:

Plaut.

*——Non fuit molesta servitus:*
*Nec mi secus erat, quàm si essem filius familiaris.*

Perinde servitus intelligenda est, tamquàm obedientia filialis, non servilis: siquidem vel in hac vita *Servi non timoris, sed dilectionis* (astruit hic Interlin.) cives sanctorum & domestici Dei, qui quidem regnant servientes, & regnabunt, cùm viderint faciem Patris, & intraverint in gaudium domini sui. Vel si mavis, ly *Servient* intellige diligent, amabuntve, & uti interpretatur Viegas *Sect. ult.* num. 3. Multi itaque ad illud Genes. 22. 12. *Nunc cognovi, quòd timeas Dominum*: legunt, *Quod ames, servias.* Unde Lyra ait: *Servi Angeli & beati servient*, quia sicut servi, *exequentes quicquid placitum est ei.* Sanè iusti in vita (carpimus ex Ausonio *Edyl.* 15.)

*Servitus pro obedientia.* Interlin. *Et amori.* Lyr.

*——Et dominari*
*Ut possint servire volunt.*

S. Benedict.

Qua igitur acceptione Ss. Patriarcha Benedictus *Regul. Sanct.* Prolog. ait: *Constituenda est à nobis Dominici schola servitij.* Et cap. 2. *Sub uno Domino aq; alem servitutis militiam baiulamus.*

Isai. 47. 7. *Servitus pro servitio.* Syr. & Septuag. Cicer. Terent.

16 Hoccine sensu etiam dilucidandum testimonium Isaiæ: *Ad servum dominorum.* Minimè quia exponatur mutua relatio, sed quia sub diversis dominis diversa subiectio. Quare hic non tam in servos designatur dominorum potestas, quàm dominantium dignitas. Hinc Syr. & Septuag. *Ad seruum principum.* Eodem stylo Cicero in *Verrem* 6. *Servi dominorum.* Terentius in *Eunuch.* Act. 2. Scen. 2. v. 15.

*Apparet, seruum hunc esse domini pauperis.*

Et Iuvencus lib. 1. *Histor. Evang.* v. 655.

Iuvenc.

*Nemo potest dominis æquè servire duobus,*
*Nec pariter dominum servus patietur utrumque.*

Hìc itaque servitus non explicatur, sed servitium, nimirùm dominorum ex famulis fastus, vel copia servientium non pro conditione, sed pro dominorum auctoramine, quod olim vocabatur *Accensus*: clarebitque modò illud Suetonij in *Cæsar.* cap. 20. *Antiquum etiam retulit morem, ut quo mense fasces non haberet* (quippe Consul secundus) *accensus ante eum iret, lictores penè sequerentur.* Nos dicimus: *Satellitium.* Unde Cassiodorus *lib.* 4. *Epist.* 3. *Ad ornatum Palatij nostri credimus pertinere aptas dignitatibus personas eligere, quia de claritate servientium crescit fama dominorum.*

Sueton. *Pro pompa servorum.*

17 Præterea, servitus etiam pro obsequio. Apuleius in *Florid.* astruit *servire servitium* pro officijs studere, quod ferè ministrorum, ut diximus. Idem lib. 8. *Metam.* subdit: *Imaginem defuncti, quam ad habitum Dei Liberi formaverat, affixo servitio, divinis percolens honoribus*, &c. clariùsque lib. 2. de *Habitud. doctrinar.* Plat. ubi: *Est sanè melius talem regi, nec ipsum regendi alios habere potestatem: nec dominari, sed servire servitium.* Terentius in *Andria* Act. 4. *Scen.* 1. v. 51.

*Pro obsequio.* Apulei.

*——Hoc tibi pro servitio debeo*

Co-

Terent. *Conant manibus pedibus, noctesque & dies,*
*Capitis periculum adire, dum prosim tibi.*

Ita in *Hecyr.* Act. 3. Scen. 5. v. 51. ac in Prolog. *Heautontim.* v. 50.

Idem. *Matris servibo commodis.*
*Quam maxumè servire vestris commodis.*
*Exemplum statuite in me, ut adolescentuli*
*Vobis placere studeant potius, quam sibi.*

Et denique apud Senecam in *Hippolyt.* Act. 2. v. 608. flagrans amore Phædra:

Senec. *Me vel sororem Hippolyte, vel famulam voca:*
*Famulam potius, omne servitium feram.*

Non allo sensu dicitur servire vitijs, virtutibus, Deo, diabolo, genio &c. acceptionis testimonia in Sacris ubique obvia. Ex Profanis, Seneca ubi supr. *Servus est? sed fortasse liber animo. Servus est? Hoc illi nocebit? Ostende quis non sit. Alius libidini servit, alius avaritiæ, alius ambitioni, omnes timori.* Instantiam avaritiæ exprimit Persius *Satyr.* 5. v. 132.

Idem. Pers. *Manè piger stertis: Surge, inquit avaritia: Eia*
*Surge. Negas: Instat, surge inquit: Non queo. Surge.*

Ovid. lib. 1. de *Remedio Amor.* v. 53.

Ovid. *Utile propositum saevas extinguere flammas,*
*Nec servum vitijs pectus habere suum.*

*Servis sape mala indetur.* Plat. De servis absolutè (aptiùs de servis accipietur venundatis sub peccato) dicit Plato de *Legib.* lib. 6. *Nihil in animo servienti integrum esse, nec quicquam servorum generi esse demandandum: quod & sapientissimus Poëtarum* (Homerus *Odyss.* 5.) *testatur nobis, cùm de Iove sic loquitur:*

Homer. *Dimidium mentis Iupiter illis aufert,*
*Qui servitutis forti subiecti sunt.*

Plaut. Petron. Ambros. Quare Plautus in *Curcul.* Act. 1. Scen. 1. v. 4. *Scelestam servitutem serviunt.* Et Petronius in *Satyric.* infit: *Servitia esse in frontibus cernitis.* Morem recolimus hic *Tautolog.* 4. latè in *Exposit. litt.* Unde Ambrosius in *Funer. Valentiniani*, ait: *Characterе Domini inscribuntur & servi, & nomine imperatoris signantur milites.*

*Exposit. prima.* 18 Iam igitur pervia porta in principem Tautologiæ auctoritatem, scilicèt, *Tu nosti servitutem, qua servivi tibi.* Primò in *Servitute* intelligi potest ius ex pacto, seu conventione, vel ex necessitate ad serviendum: in *Servivi*, actum practicum, ut dixi, & testimonijs astruxi, *Tom.* 1. *Tautolog.* 6. à num. 44. usque ad 47. Q. d. socero Iacobus: Onus quod suscepi, portavi: ministerium implevi. *Diligentiam & fidem, quam debui præstiti*: ait Menochius hic. Exprimit ipse Iacob loquens coniugibus suis, filiabus Laban Genes. 31. v. 6. *Ipse nostis, quòd totis viribus meis servierim patri vestro*: quod quidem est servire sed virtutem: igitur de servo desidè, oscitanter respondente servituti, ait Plautus in *Milit.* Act. 2. Scen. 6. v. 1.

*Servitus pro pœna.* Menoch.

Plaut. *——Abijt ille, neque herile negotium*
*Plus curat, quàm si non servitute serviat.*

*Secunda expositio. Alia pro materia vel subiecto assumpta.* 19 Secundò. *Tu nosti servitutem, qua servivi tibi.* Actionem exponit pro materia actionis, ut ferè in Sacra pagina *Somniare somnia*: Ioel 2. 28. *Visionem videre*: Act. 2. 18. *Benedictione benedicere*: Genes. 27. 41. *Murmuratione murmurare*: Exod. 18. 6. *Deprecatione deprecari*: 2. Esdr. 1. 16. *Peccatum peccare*: 3. Reg. 14. 21. *Retribuere retributionem*: Eccli. 17. 19. *Excusare excusationes*: Psalm. 140. 4. *Promissa promittere*: 1. Mach. 10. 15. *Thesaurizare thesauros*: Matth. 6. 19. & sic alia plura, quæ fusè videris in *Prolog. Galeat.* §. 4. à num. 9. Hæ ergo geminationes exponuntur proclivè, si pro nomine exhibetur materia de quo verbum, ut ibidem demonstravimus. Quare sensus auctoritatis est: Tu nosti laborem, quo servivi tibi, sumpta servitute pro ministerio credito, seu opere iuncto. Hinc Persius. Legit: *Tu nosti opus, quo servivi tibi.* Quare servitus non exprimitur pro conditione servitutis, sed pro exactione operis. Claret eadem phrasi apud Ezech. 29. 18. *Pro servitute, qua servivit mihi*: ubi v. 20. dicitur, quid intelligatur per ly *Servitute*; quippe subditur: *Operi quo servivit.* Habes ex Profanis plura testimonia attestantia num. præcedentibus.

Pers. *Servitus non pro conditione sed pro ministerio.*

*Tertia expositio.* 20 Tertiò. Idiotismi huiusmodi adinstar Palilogiarum explicari possunt per adverbia; quatenùs in servitio non tam ostendat Labano Iacobus quantum, quam quale. *Tu nosti servitutem, qua servivi*: hoc est, quam exactè servivi tibi. Ipse dixit socero, ut constitueret mercedem, ibid. v. 29. *Tu nosti quomodò servierim tibi.* Ubi non solùm rem, sed



sed modum exponit, & diligentiam in munere ostendit. Hanc solicitudinem adæquatè describit Lyconidis servus apud Plautum in *Aulular.* Act. 4. Scen. 1. v. 1.

*Nomina & verba pro adverbijs.* *Hoc est servi facinus frugi, facere quod ego persequor.*
*Neque morae, molestiaque imperium herile habeat sibi.*
*Nam qui hero ex sententia servire servus postulat,*
*In herum matura, in se sera conderet capessere.*
Plaut. *Sin dormitet, ita dormitet, servum sese ut cogitet.*
*Nam qui amanti hero servitutem servit, quasi ego servio.*

Ecce idem stylus, propositum: Cuncta & demonstravimus infrà num. 23.

*Quarta expositio. Servitus pro nulla laboris mercede.* 21 Aliquid enim speciale odoror in huiusmodi geminatione: *Servitutem servivi.* Q. d. servitium sine mercede. Servivi ut servirem: quippe hucusque nulla merces. Adhuc conventione facta, immutata fuit sæpe à Labano. Quid ex labore, vel quam accepit mercedem, ante pactam conventionem? Ipse coram dixit Gen. 31. 42. *Nisi Deus patris mei Abraham, & timor Isaac affuisset mihi, forsitàn modò nudum me dimisisses: afflictionem meam & laborem manuum mearum respexit Deus.* Servi qui serviunt servitutem, cùm sui iuris non sint, peculium non habent proprium, nec aliud ex servitio præmium, quam servitium: etenim cuncta mancipiorum cedunt dominis; & in quibuslibet officijs, quam ex labore recipiunt mercedem, eit laborare laborem. Explicat Assertor N. *Luc.* 17. à v. 7. usque ad 10. Servitia exhibenda ingratijs, velint nolint servi. Quomodò, & in quo iuris sui sint, & quando bona sibi possint acquirere, & an olim habuerint, videris apud Iurisconsultos.

*Qui dicatur servus inutilis* 22 His lucem accipit, quod discipulis dixit Christus Luc. 17. 10. *Sic & vos cùm feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite: Servi inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus.* Præmium non habet, qui quæ debuit facere, fecit, si servus emptitius est. Coëmit nos Christus proprio sanguine, & licèt faciamus omnia iuncta, quid facimus sine gratia? Si cum gratia facimus, ille in nobis, vel nobiscum facit. Gratiam primam nemo meretur: & gloriam, quam possumus mereri, sine gratia, quæ gratis conceditur, minimè mereri possumus. Ex nobis servi inutiles sumus, quamvis præcepta faciamus; quippe sine illo nihil possumus facere. *Petit à nobis* (ait Cyrillus in Caten. in *Luc.*) *Deus famulatum iure servitij, verùm quia clemens & bonus, honores laboribus pollicetur.* Servi sumus inutiles: ideò, gratias non meremur; *quia fecimus, quæ debuimus facere ut mancipia*: in-

Cyrill. *gratiam habet servo illi, quia fecit, quæ ei imperaverat? Non puto.* Si absunt gratiæ, longior merces. Hinc oritur Iacobi querimonia de socero Labano. Gratificari congruebat tantum laborem: & iurè queritur, quia ex servitio ita improbo nullum emolumentum, quasi haberet in genero servum emptitium: & ita vafrè circa eius utilitates se gessit, quasi qui liber servire servitutem debuisset; quod sanè intolerabile vel modestæ patientiæ. Nervosè expressit Tacitus in *Vita Agricolæ* cap. 13. *Britanni delectum, ac tributa, & iniuncta*

Chrysost. *imperij munera impigrè obeunt, si iniuria absint: has agrè tolerant, iam domiti ut pareant, nondum ut serviant.*

*Servitus sine gratificatione molestia.* Tacit.

*Quinta expositio.* 23 Denique, *Servivi servitutem*, quia feci ultra quæ debui; & ultra quæ fas, mihi fecisti. Servivi, quasi servus essem, quin propter te mei iuris fuissem; igitur sine commodo proprio, tuis diligenter vacavi: & etiam ultrà, etenim incommodis meis, quod ius non erat, tuis utilitatibus & fortunis incubui. *Arietes gregis tui non comedi, nec captum à bestia ostendi tibi. Ego damnum omne reddebam. Quicquid furto periebat, à me exigebas. Die noctuque æstu urebar, & gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis. Sicque per viginti annos in domo tua servivi tibi. Immutastique mercedem meam decem vicibus.* Ita Genes. 31. à num. 38. Hæccine indigna socero & genero. Haud obsequio & diligentiâ propinquitatis contentus es, nec me usus quasi mercenario, sed quasi captivo. *Servitutem servivi*: igitur servitutem, quæ ad summum debebat esse ministerij propter uxores, fecisti dirè servitutem servitutis. *Tu nosti*: etiam hoc grave: igitur ita me tibi servire indulsisti, & nosti. Audiatur Sosia servus expertus apud Plautum in *Amphitruon.* Act. 1. Scen. 1. à v. 11.

*Servitus pro exorbitantia laboris in ministerio.*

*Opulento homini hoc servitus dura est.*
*Hoc magis miser est divitis servus,*
*Noctesque, diesque, assiduo satis superque est.*
*Ipse dominus dives operis, & laboris expers,*
*Quodcumque homini accidit, liberè posse retur.*
*Æquum esse putat: non reputat laboris quid sit.*
*Neque æquum, anne iniquum imperat, cogitabit.*

Plaut.

Ex-

*Ergo in servitutem exputunt multa iniqua.*

Ecce scena Iacob. Ideo emphaticè dicit: *Tu nosti.* Labanum haud latere poterat. *Tu nosti servitutem, qua* non mihi, sed *tibi servivi.* Ita enim laboravi, ut fateberis, licet rumparis. Ita exactè, ut ianua præclusa sit malitiosæ suspicioni. Servivi servitutem quasi servus, cùm non essem. Vigilanter Hispan. *Como un negro.*

Varietas lectionis.

24 Hæc enim lubitò prælibavi pro expositione litteræ. Versiones per illam sparsæ: ferè cuncti Interpretes conveniunt in Idiotismo vel accusandi, vel auferendi casu. *Tu nosti servitutem qua servivi tibi.* Rabb. Ionath. *Servitutem meam, qua servivi tibi.* Persic. *Opus meum quo servivi tibi.* Augustin. *Servitutem quam servivi.* Hieron. *Laborem quo servivi.* Oleast. *Operas meas.* Caietan. *Tu nosti, quod servitium exhibui tibi.* Alij: *Servitutem, qua humiliatus sum.* Alij denique: *Humilitatem, qua servivi tibi.* Ergo ad mores reformandos.

## ADINATON EXEGETICUM.

1. *Servitutem, qua servivi.* Minimè servit, qui servitute nocet: quippe obsequiosè deglutitur notitia, & in pectore sit vomica.
2. *Servitutem, qua servivi*: igitur in servitute divitiarum videtur imperium, modò evanescat *servitium.*
3. *Servitutem, qua servivi*: etenim humilitas, dum tendit in servitutem, obtinet exaltationem.
4. *Servitutem, qua servivi*: quoniam amantis captivitas, est summa cordis libertas.
5. *Servitutem, qua servivi.* Servit honor, ubi iurè maculatur decor: verùm servit servitute, si liber crimine, splendor servit dedecori.
6. *Servitutem, qua servivi tibi*: sanequàm non servit servitutem, qui, cui servit, ad servitium non contemplatur præsentem.
7. *Servitutem, qua servivi.* Modò ut servitus displiceat, quod uti libertas placuit: tunc enim servitus cognoscitur, dum excutitur.
8. *Servitutem qua servivi*: servitus sola est servitus libertatis; sed servitus cum exilio est servitus servitutis.

## DIDASCALIA PRIMA.

### *Ignominiosa conversatio susurronis.*

Plutarch. Sh.

1 IUrè asserit Plutarchus libell. de *Different. Adulator. & Amicit.* igitur si detractio pestilens & nociva, conversatio susurronis undecumque ignominiosa; cùm propudium sit vel perfrictæ audacis frontis, seminare discordias inter fratres, nitente infamiâ in ingenuitate aliena: quandoquidem haud loquitur, nisi quia audiens non loquetur, vel ut loquatur quod loquitur. Hispanicè: *Malsin, soplon*, cuius officium solummodò discordiam fovere, & venena in exterminium pacis ministrare; ut fruatur pomo, modò Deæ maneant in iurgio. Canit Martialis lib. 7. *Epigram.* 23. in *Maledicum.*

Genitat virulenti pectoris, seminare discordias inter fratres.

Martial

*Te fingente nefas, Pyladem odisset Oresten:*
*Thesea Pirithoi destituisset amor.*
*Tu Sieulos fratres & maius nomen Atridas*
*Et Ledæ poteras dissociare genus.*
*Hæ tibi pro meritis, & talibus imprecor ausis*
*Ut facias illud quod puto, lingua facit.*

Turpe quidem officium, sed iuxta meritum.

2 *Susurro est*, ait Alapide in Proverb. 26. v. 20. *qui discordiam inter amicos semi-nat, dum uni apud alterum vicissim de-trahit, eius dicta & facta referendo, & si-nistrè interpretando, ac exaggerando, imò ex se multa addendo, & affingendo: ipse ergo fomentum & flabellum odiorum & iur-giorum.* Ars singularis est quam describit Bernardus in Cantic. Serm. 24. *Unus est qui loquitur & unum tantum verbum profert & tamen illud unum verbum uno in mo-mento multitudinis audientium, dum aures inficit, animas interficit*: siquidem cùm sit malignitatis intuitus, quòd velociter currat sermò eius; nanciscitur propositum, vel dum incredibile profert assutè verbum, rea nocente lingua, volante infamiâ; quippe-quam vel exponendo fidem dubiam, de-monstrat dedecoris notam: pectuique pu-tridum obtinet vota, quoniam eius inten-tum, quòd displaceat notitia, cuius nec tem-pus memoriam deleat, sed tabo addat. My. Potiùs: Hem! O turpis fictela! Hæccine amicitiæ larva. *Verba susurronis quasi sim-plicia, & ipsa pervenient ad interiora.* In-credibilem rem (inquit) narro, sed nar-rat: infamiam aversatur, sed pronunciat.

Quis sit susurro.

Alapid

Filius mè limina.

Quæ mè licet sum. mei

Prov. 26. 22.

3 Dicat Bernardus, ut per illum pa-teat dolus, & fugiat pectus. *Sunt species* (in-fit) *pestis huius, dum alij quidem nudè & ir-reverenter, uti in buccam venerit, virus evomant detractionis. Alij autem quodam simulatæ verecundiæ fuco conceptam mali-tiam, quam retinere non possunt, adumbrare conantur. Videas præmittis alta suspiria, fic-que quadam cum gravitate & tarditate, vultu mœsto, dimissis supercilijs, & voce plangenti egredi maledictionem: & quidem tanto persuasibiliorem, quantò creditur ab his qui audiunt, corde invito, & magis condolentis affectu, quàm malitiosè pro-ferri.* Doleo, *inquit*, vehementer pro eo quod diligo eum satis, & numquàm po-tui de hac re corrigere eum. *Et alius*: Mi-hi quidem, *ait*, bene compertum fuerat de illo istud, sed per me numquam innotuisset at quoniam per alterum patefacta res est, veritatem negare non possum: dolens dico, re verà ita est. *Et addit*: Grande damnum! Nam alias quidem in plurimis valet, cæte-rùm in hac parte, ut verum fateamur, excu-sari minimè potest. Hæc Bernardus: at qui sunt hi? Dicat ipse. *Torquentur in bonis, malis pascuntur. Videas ambulare seorsum, convenire sibi, & sedere pariter, moxque laxare procaces linguas in detestandum su-surrium. Ineunt familiaritatem ad male-dicendum, concordes ad discordiam. Concordant inter se inimicissimas amicitias, & pari consentaneæ malignitatis affectu, celebratur odiosa collatio. Haud scius egere quondam Herodes & Pilatus. Facti sunt amici in illa die: hoc est, in die Dominicæ passionis.* Heu pador!

Species huius pe-stis.

Nocuior sub specie affectio-nis & commise-rationis.

Bernard

Calore ve-rianis.

Unde cog-noscatur susurro-nis?

Martial

*Quid non audebit perfida lingua loqui?*

4 Quoniam huiusmodi zyzanijs suf-focatur fructus agri Patris-familias, & abun-dante iniquitate refrigescit charitas; quan-doquidem ut canit Apollinarijs in *Epitalam.* Arancolæ & Polemij v. 60. vel in optimis,

Sidon. Apoll.

*Hoc ordine cuncta rotari.*

Ss Legislator, Lusque Monachorum Be-nedictus ita proprios alloquitur *Regul. Sanct.* cap. 65. *Hinc suscitantur invidiæ, rixæ, de-tractiones, æmulationes, dissensiones & in-ordinationes: & dum contraria sibi invicem Abbas Præpositusque sentiunt, & ipsorum necesse est sub hac dissentione animas perici-tari: & hi qui sub ipsis sunt dum adulantur par-ibus: eunt in perditionem.* à D. Grego-rio Nazianzeno *Orat.* 3. contra Iulianum, Susurro confertur Ætnæ; & iurè. Etna operi-flammam nive, delectat visu, urit tactu: cui sanè simillimus vilis susurro; quippe ver-

S. Bened

Cultivies malorum ex susur-ring.

Quare si mitis Ætna?





bum eius quod videtur candidum, involvit subdolè incendium. Verba eius videntur lu-cida, & candore cordis operta; verùm can-dor solùm larva: equidem dum promittit accedentibus eandorem, evomit ignem. Haud habet nivem ut defendat, sed ut can-dore sine suspicione fallat: etenim igne dum nive fulget,

——*Candente favillâ* Virgil.
*Attolitque globos flammarum & sidera lambit,*
*Interdùm scopulos, avulsaque viscera montis*
*Erigit eructans.*

Ut canit Virgilius lib. 3. *Æneid.* v. 573.

Formæ incendij ex candore mali.

5 Aliam timor causam, cur susurro-nes conferuntur Ætnæ. Aliqui, uti refert Q. Smyrnæus *lib.* 14. arbitrati sunt ignis Ætnæ perpetuitatem à nive nanciscì origi-nem, quippe hæc flammarum pabulum, un-de implacabile incendium. Per nivem des-ignatur morum candor, per ignem verò su-surronis furor: & meritò similis Ætnæ, qui flammas contegit nive; quippequàm ignis maligntaris æstuans in putrido pectore, sem-per fovetur candore. In vitia quærit pabula, & eius ignis virtutes dumtaxat esca: igitur quærit candorem, ut convertat in fumum, vel materiam in incendium, pelus ore patu-lo infernì, cum ex morum candore fiat com-bustibile. *Servitutem servire*: dicitur à Ia-cobo. Qui susurro notitiâ serviens, haud servit, sed officit: igitur dicit ut audiat, au-dit ut dicat: & dum hic inde detrahit, con-trahit, pertrahit, ut notitijs obsequiose ser-viat; utrumque in obsequio iugulat: ne-quitque esse servitium, quod venenum.

Genes. 39. 26.

6 Deliquit Cain interitu fratris, & super terram ingruit decretum maledictio-tis. *Maledictus eris super terram: quæ ape-ruit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua.* Quid Domine, qui iustus iudex? Quid fecit terra? In quo deliquit, maximè ubi sanguinem innocentem susce-pit? Theatrum devenustatur per species re-præsentationum: Infelix sanè theatrum. San-guis Abelis tellurem purificat, neutiquàm maculat. Fratris tantùm est iniquitas: ergo solus luat, quippe merito, penas. Etiam super terram maledictio fulminabitur: di-gna næ huiusmodi iudicatur supplicio. Su-scepit sanguinem Abel, sed clamans aperuit os suum contra Cain: iorèque maledicitur ex officijs, ut paveat ex sententia maligni-tas susurronis: quandoquidem inter fratres unius sanguinem bibit, & alius cum clamore crimen ostendit.

Genes. 4. 11.

Vnius sanguinem bibit, & alius cum clamore crimen ostendit.

7 Terram muta est, verùm aperuit os suum. Pietas erat suscipere sanguinem inno-

*Ergo in servitutem exputunt multa iniqua.*

Ecce scena Iacob. Ideo emphaticè dicit: *Tu nosti.* Labanum haud latere poterat. *Tu nosti servitutem, qua* non mihi, sed *tibi servivi.* Ita enim laboravi, ut fateberis, licet rumparis. Ita exactè, ut ianua præclusa sit malitiosæ suspicioni. Servivi servitutem quasi servus, cùm non essem. Vigilanter Hispan. *Como un negro.*

Varietas lectionis.

24 Hæc enim lubitò prælibavi pro expositione litteræ. Versiones per illam sparsæ: ferè cuncti Interpretes conveniunt in Idiotismo vel accusandi, vel auferendi casu. *Tu nosti servitutem qua servivi tibi.* Rabb. Ionath. *Servitutem meam, qua servivi tibi.* Persic. *Opus meum quo servivi tibi.* Augustin. *Servitutem quam servivi.* Hieron. *Laborem quo servivi.* Oleast. *Operas meas.* Caietan. *Tu nosti, quod servitium exhibui tibi.* Alij: *Servitutem, qua humiliatus sum.* Alij denique: *Humilitatem, qua servivi tibi.* Ergo ad mores reformandos.

## ADINATON EXEGETICUM.

1. *Servitutem, qua servivi.* Minimè servit, qui servitute nocet: quippe obsequiosè deglutitur notitia, & in pectore sit vomica.
2. *Servitutem, qua servivi*: igitur in servitute divitiarum videtur imperium, modò evanescat *servitium.*
3. *Servitutem, qua servivi*: etenim humilitas, dum tendit in servitutem, obtinet exaltationem.
4. *Servitutem, qua servivi*: quoniam amantis captivitas, est summa cordis libertas.
5. *Servitutem, qua servivi.* Servit honor, ubi iurè maculatur decor: verùm servit servitute, si liber crimine, splendor servit dedecori.
6. *Servitutem, qua servivi tibi*: sanequàm non servit servitutem, qui, cui servit, ad servitium non contemplatur præsentem.
7. *Servitutem, qua servivi.* Modò ut servitus displiceat, quod uti libertas placuit: tunc enim servitus cognoscitur, dum excutitur.
8. *Servitutem qua servivi*: servitus sola est servitus libertatis; sed servitus cum exilio est servitus servitutis.

## DIDASCALIA PRIMA.

### *Ignominiosa conversatio susurronis.*

Plutarch. Sh.

1 IUrè asserit Plutarchus libell. de *Different. Adulator. & Amicit.* igitur si detractio pestilens & nociva, conversatio susurronis undecumque ignominiosa; cùm propudium sit vel perfrictæ audacis frontis, seminare discordias inter fratres, nitente infamiâ in ingenuitate aliena: quandoquidem haud loquitur, nisi quia audiens non loquetur, vel ut loquatur quod loquitur. Hispanicè: *Malsin, soplon*, cuius officium solummodò discordiam fovere, & venena in exterminium pacis ministrare; ut fruatur pomo, modò Deæ maneant in iurgio. Canit Martialis lib. 7. *Epigram.* 23. in *Maledicum.*

Genitat virulenti pectoris, seminare discordias inter fratres.

Martial

*Te fingente nefas, Pyladem odisset Oresten:*
*Thesea Pirithoi destituisset amor.*
*Tu Sieulos fratres & maius nomen Atridas*
*Et Ledæ poteras dissociare genus.*
*Hæ tibi pro meritis, & talibus imprecor ausis*
*Ut facias illud quod puto, lingua facit.*

Turpe quidem officium, sed iuxta meritum.

2 *Susurro est*, ait Alapide in Proverb. 26. v. 20. *qui discordiam inter amicos semi-nat, dum uni apud alterum vicissim de-trahit, eius dicta & facta referendo, & si-nistrè interpretando, ac exaggerando, imò ex se multa addendo, & affingendo: ipse ergo fomentum & flabellum odiorum & iur-giorum.* Ars singularis est quam describit Bernardus in Cantic. Serm. 24. *Unus est qui loquitur & unum tantum verbum profert & tamen illud unum verbum uno in mo-mento multitudinis audientium, dum aures inficit, animas interficit*: siquidem cùm sit malignitatis intuitus, quòd velociter currat sermò eius; nanciscitur propositum, vel dum incredibile profert assutè verbum, rea nocente lingua, volante infamiâ; quippe-quam vel exponendo fidem dubiam, de-monstrat dedecoris notam: pectuique pu-tridum obtinet vota, quoniam eius inten-tum, quòd displaceat notitia, cuius nec tem-pus memoriam deleat, sed tabo addat. My. Potiùs: Hem! O turpis fictela! Hæccine amicitiæ larva. *Verba susurronis quasi sim-plicia, & ipsa pervenient ad interiora.* In-credibilem rem (inquit) narro, sed nar-rat: infamiam aversatur, sed pronunciat.

Quis sit susurro.

Alapid

Filius mè limina.

Quæ mè licet sum. mei

Prov. 26. 22.

3 Dicat Bernardus, ut per illum pa-teat dolus, & fugiat pectus. *Sunt species* (in-fit) *pestis huius, dum alij quidem nudè & ir-reverenter, uti in buccam venerit, virus evomant detractionis. Alij autem quodam simulatæ verecundiæ fuco conceptam mali-tiam, quam retinere non possunt, adumbrare conantur. Videas præmittis alta suspiria, fic-que quadam cum gravitate & tarditate, vultu mœsto, dimissis supercilijs, & voce plangenti egredi maledictionem: & quidem tanto persuasibiliorem, quantò creditur ab his qui audiunt, corde invito, & magis condolentis affectu, quàm malitiosè pro-ferri.* Doleo, *inquit*, vehementer pro eo quod diligo eum satis, & numquàm po-tui de hac re corrigere eum. *Et alius*: Mi-hi quidem, *ait*, bene compertum fuerat de illo istud, sed per me numquam innotuisset at quoniam per alterum patefacta res est, veritatem negare non possum: dolens dico, re verà ita est. *Et addit*: Grande damnum! Nam alias quidem in plurimis valet, cæte-rùm in hac parte, ut verum fateamur, excu-sari minimè potest. Hæc Bernardus: at qui sunt hi? Dicat ipse. *Torquentur in bonis, malis pascuntur. Videas ambulare seorsum, convenire sibi, & sedere pariter, moxque laxare procaces linguas in detestandum su-surrium. Ineunt familiaritatem ad male-dicendum, concordes ad discordiam. Concordant inter se inimicissimas amicitias, & pari consentaneæ malignitatis affectu, celebratur odiosa collatio. Haud scius egere quondam Herodes & Pilatus. Facti sunt amici in illa die: hoc est, in die Dominicæ passionis.* Heu pador!

Species huius pe-stis.

Nocuior sub specie affectio-nis & commise-rationis.

Bernard

Calore ve-rianis.

Unde cog-noscatur susurro-nis?

Martial

*Quid non audebit perfida lingua loqui?*

4 Quoniam huiusmodi zyzanijs suf-focatur fructus agri Patris-familias, & abun-dante iniquitate refrigescit charitas; quan-doquidem ut canit Apollinarijs in *Epitalam.* Arancolæ & Polemij v. 60. vel in optimis,

Sidon. Apoll.

*Hoc ordine cuncta rotari.*

Ss Legislator, Lusque Monachorum Be-nedictus ita proprios alloquitur *Regul. Sanct.* cap. 65. *Hinc suscitantur invidiæ, rixæ, de-tractiones, æmulationes, dissensiones & in-ordinationes: & dum contraria sibi invicem Abbas Præpositusque sentiunt, & ipsorum necesse est sub hac dissentione animas perici-tari: & hi qui sub ipsis sunt dum adulantur par-ibus: eunt in perditionem.* à D. Grego-rio Nazianzeno *Orat.* 3. contra Iulianum, Susurro confertur Ætnæ; & iurè. Etna operi-flammam nive, delectat visu, urit tactu: cui sanè simillimus vilis susurro; quippe ver-

S. Bened

Cultivies malorum ex susur-ring.

Quare si mitis Ætna?





bum eius quod videtur candidum, involvit subdolè incendium. Verba eius videntur lu-cida, & candore cordis operta; verùm can-dor solùm larva: equidem dum promittit accedentibus eandorem, evomit ignem. Haud habet nivem ut defendat, sed ut can-dore sine suspicione fallat: etenim igne dum nive fulget,

——*Candente favillâ* Virgil.
*Attolitque globos flammarum & sidera lambit,*
*Interdùm scopulos, avulsaque viscera montis*
*Erigit eructans.*

Ut canit Virgilius lib. 3. *Æneid.* v. 573.

Formæ incendij ex candore mali.

5 Aliam timor causam, cur susurro-nes conferuntur Ætnæ. Aliqui, uti refert Q. Smyrnæus *lib.* 14. arbitrati sunt ignis Ætnæ perpetuitatem à nive nanciscì origi-nem, quippe hæc flammarum pabulum, un-de implacabile incendium. Per nivem des-ignatur morum candor, per ignem verò su-surronis furor: & meritò similis Ætnæ, qui flammas contegit nive; quippequàm ignis maligntaris æstuans in putrido pectore, sem-per fovetur candore. In vitia quærit pabula, & eius ignis virtutes dumtaxat esca: igitur quærit candorem, ut convertat in fumum, vel materiam in incendium, pelus ore patu-lo infernì, cum ex morum candore fiat com-bustibile. *Servitutem servire*: dicitur à Ia-cobo. Qui susurro notitiâ serviens, haud servit, sed officit: igitur dicit ut audiat, au-dit ut dicat: & dum hic inde detrahit, con-trahit, pertrahit, ut notitijs obsequiose ser-viat; utrumque in obsequio iugulat: ne-quitque esse servitium, quod venenum.

Genes. 39. 26.

6 Deliquit Cain interitu fratris, & super terram ingruit decretum maledictio-tis. *Maledictus eris super terram: quæ ape-ruit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua.* Quid Domine, qui iustus iudex? Quid fecit terra? In quo deliquit, maximè ubi sanguinem innocentem susce-pit? Theatrum devenustatur per species re-præsentationum: Infelix sanè theatrum. San-guis Abelis tellurem purificat, neutiquàm maculat. Fratris tantùm est iniquitas: ergo solus luat, quippe merito, penas. Etiam super terram maledictio fulminabitur: di-gna næ huiusmodi iudicatur supplicio. Su-scepit sanguinem Abel, sed clamans aperuit os suum contra Cain: iorèque maledicitur ex officijs, ut paveat ex sententia maligni-tas susurronis: quandoquidem inter fratres unius sanguinem bibit, & alius cum clamore crimen ostendit.

Genes. 4. 11.

Vnius sanguinem bibit, & alius cum clamore crimen ostendit.

7 Terram muta est, verùm aperuit os suum. Pietas erat suscipere sanguinem inno-

*Aperit ora, tantùm ut palescant crimina.*

centem; sed ius erat, ora claudere post sanguinem. Amplecti congruebat effusi sanctitatem cruoris, & crimen furiosi obtegere delinquentis: maledicitur que terra, & in ea susurronis pervicacia; igitur indecorum, quòd os non aperiat, nisi ut crimen palàm fiat. Muta est, & dum valet huiusmodi nefas, necesse est ut puniatur iniquitas: igitur intolerabilis impudentia, relaxari in ora, tantùm ut palescant crimina.

1.Cor.3. 16. *Prohrum quod latet in pectore, videtur in ore.*

8 Templum vocat Paulus pectus hominis. *Nescitis quia templum Dei estis:* Cor est sacrarium, os ostium. Fugiens confugit ad Ecclesiam delinquens, ut loci religione sit impunis. Refugium est cor, ubi subsidet pietas, & ubi infelicitas colit protectionis aras. Si deest in templo pectoris clementia, corda humana non possunt esse refugia: sed summa propudij, quòd crimen latens in corde, expellatur per verbum ante ostium templi.

Ovidi. *Turpius ejicitur, quàm non admittitur hospes.*

*Quantum decuit! Ab amico gravis ictus.* *Quæ patuit dextræ firma fit ara meæ.*

Inquit Ovidius lib. 5. *Trist.* Eleg. 6. Si non reciperet, non esset amicus. Recipiens, expellendo confugientem, patet perfidus: etenim non recipit ut amicitia recipiat, sed ut exponat: magnique doloris infligitur vulnus, ubi crimen confugit quasi in sacrarium ad amici pectus, & recipit amicitia, non ut securè quiescat, sed ut prodat: siquidem intimè pungit, factum per dignatum amicum, quod hostis etiam averfaretur odium. Proh dolor! Ostendere pectus sine dolo, est dolus abstrusior cordis, quem cogitat cor perduellis; & ut nanciscatur intentum per meditatam fraudem; construit fraudem ubi ampliùs in amicum ostendit fidem.

*Extremâ fraudis nuditate pectoris.*

Psal.11. 3. *Ars fuit ista, corde loqui & corde fallere.*

9 *Labia dolosa in corde & corde locuti sunt.* Si labia dolosa, sanè cum duplici lingua. Labia dolosa, & corde locuti sunt? In incognita loquela cordis, dum iuxta cor sunt verba, micat veritas: & tunc suspicanda cordis perfidi falsitas; quippe tunc cor plenum fraude, ubi in verbis videtur apparere. Vernaculè: *Es mayor la alevosia, quando parece les viene el corazon à la bora.* Dolosa sunt labia, & fallacia verba, licèt appareant ex intimo cordium in aurium egredi lenocinium. Haud quia audiatur sententia cordis, fidendum gratiæ callidè diffusæ in labijs. *In corde & corde locuti*: & ubi duplicia corda, duplicia verba. Plena sunt dolo, quò magis imbuit dulcedo: ideo ingenuus albis viscaribus dum fidenter trahitur, traditur & astutè decipitur;

*Ubi duplicia corda, duplicia verba.*

quoniam quæ dulcia videntur verbà; in corde plena malitiâ. Hinc ut latentem effigiat Propheta dolum, invocat Deum. *Sal. vum me fac Domine.* Solùm potest cognoscere, quò pervenit ingenio perfidia, qui scrutatur ut verax renes & corda. Vers. 2.

10 *In corde & corde locuti sunt.* Duplex cor habent, ut perdices Paphlagoniæ *Aliud* (subdit hic Genebrardus) *in ore, aliud in pectore. Unum interius latens perversum: alterum foris apparens, & verbis ostentatum quasi rectum.* Iccircò labia dolosa, & securior fraudulentia? etenim nanciscuntur cordis latitantis proditionem, ubi alterius cordis explicant in verbis simplicitatem. *Aliud cor in ore, aliud in pectore.* Si considerantur verba corde in labijs scripta, veritas patet, cùm cor videatur in ore: & tunc verba cum corde abundant astutâ varitie; quoniam stat dexteritas versipellis, in eo quòd moliatur proditionem, dum ex corde videtur exponere veritatem. Ecce dolosa labia & geminata corda, arte malignitatis, studio simulationis: igitur cùm sit veritas, quæ habet à corde principium; ex principio veritatis efformant dolum: quandoquidem fraudis artificia cogitant, ut veritate decipiant. Genebr. *Susurro patitur proditionem, verborum simplicitate.* *Veritate decipit.*

*In corde & corde.* Loquuntur ex corde, & insidiantur, tutè dum corde loquuntur. Sententiæ ex corde in corde suffragatur & refragatur labium: & stat versipellium artificium, modò simulet cor, nudâ intentione fictâ, & veritatis larvâ ostendens pectus purissimum; in corde simul concinari dolum. Frequenter constituitur fallacia, si alia labia loquantur, alia corda. Quia obnubitur pectus, latet dolus. Ars malignitatis plus cogitabit, ut vel amicos deciperet: etenim nocusores latent fallaciæ, patulo pectore; cùm obviet ingenuitas insidijs, ubi fulgore allicitur veritatis, & securiùs decipiatur, dum nudo pectore quasi in manu cor habetur. *Dum lin guâ fa vet, corde nocet.* *Securæ fallaciæ patulo pectore.*

11 Bifrons apud Priscos pingebatur Janus, sed cum clave, ut observat Vincentius Chartarius in *Iani imaginib.* fol. 29. Clavis est instrumentum, quo patet occultum: duæ facies, geminatas portendunt intentiones. Si hæ nascuntur è duplicitate pectoris, in cognitionem necessariæ profectò binæ claves, ut cognoscatur dolus, quantumvis nudum sit pectus: igitur sine duplici clave, ignoratur quid lateat in corde & corde. Huiusmodi imago pulsat ianuam cautionis, ne simplex quæ fugit, exhaurlat venena fraudis. Etiam dum videtur cor, suspicio prudentiæ sit: quippequàm temerarium non portare clavem, & clavem duplicem; ut fores aperiat cordis, habentis duplicem faciem. *Sanctè bifrons quare cum clave pingatur?* *Susurro duplici lingua, facie, & corde.* *Cautiosè de susurrone.*



12 Hæc est origo malorum, atque fomes discordiarum. Vel Ethnicus cognovit canens *Satyr.*3.v.105. Iuven.

*Alienum sumere vultum.*

Igitur vel facies peccatorum sumunt, quippe viam pacis non cognoverunt, studentes ex Tacito simulationes, hinc inde verba portantes, circumcircà trahentes, undique detrahentes, & ubique resecantes. Videtur in Ioannis prima visione symbolum susurronis, & officium huius artis. *Habebat in dextera sua stellas septem, & de ore eius gladius utraque parte acutus exibat.* Haud parcit malignitas, estò videat refulgentes stellas. Splendor rutilat, & ideo gladium & in ore præparat; quippe indulgebit genio, quamvis nitor sit in manu. Vividè dialecto nostrâ: *Aunque lo palpe.* Fulgent stellæ, verùm gladius est in ore. In ore? In ore sunt verba, nequaquàm iacula: & gladius est in ore, quando rutilant stellæ; quoniam verba susurronis minimè produntur, ut splendorem plaudant, sed ut lucentes tamquam gladio proscindant. Gladium stringit, ubi aliquis lucet, disponens in labijs gladij acutissimam aciem; quoniam gladius susurronis frequenter in splendorem: haud ut amplius lumen micet, sed ut secet. Apoc.1 16. *Detractor vel splendorem carpit.* *Verba eius iacula.*

13 Expertus fuit regius Psaltes maligni pectoris & genium & mores; unde querulus exclamat in susurronem Doëg: *Tota die iniustitiam cogitavit lingua tua, sicut novacula acuta fecisti dolum.* Singula exponenda. In templo erat isthic susurro, nec pepercit templo: igitur haud illuc adeunt titulo religionis, sed genio curiositatis: non ut orent, sed ut clament: haud ut corda faucia criminibus, dolorem deprimant fletibus; sed ut pascant quo occurrerit emissitios vagos oculos, templum lustrantes ut speculentur exeuntes atque ingredientes: etenim licèt domi quiescerent, & gressus in templum gravent; benè patientes erunt, ut annuntient. Psal 51 3.4. *Fingit causam religionis, in cibum curiositatis*

*Murmuratio filia otiositatis.*

*Tota die.* Quid nisi susurrus ex hacine occupatione? Nihil agunt, & ut agant, detrahunt. Dicunt omnia quæ vident, in his student, quoniam magis merentur notitiâ verâ vel falsâ, quam per officia: & ut fruantur præmio nobilioris ministerij, pervagantur tota die, astruentes ociositatem, cùm pro ministerio eligunt murmurandi occupationem. Hinc sequitur quod *Iniustitiam* cogitent. Quid ergo inde? Davidi ne nocumento susurronis cogitatio? Modò nil secerit, quid quòd cogitet? Maximè: igitur cùm nihil mali videat; ut malè agat in cunctos, dicit quod cogitat. *Iniustitiam cogitavit lingua tua.* Lingua non cogitat: utique, sed malignitatem aggravat, ut esset in cuspide linguæ, quod erat in eius cogitatione. Ideo dicitur *Iniustitia.* Non esset charitas, si diceret, quæ vidisset: verùm iniustitia, ut diceret, quod nec infamatus cogitavit; & exponeretur pro veritate, quod excogitavit ille. *Detractor non dicit nisi quæ cognoscat.*

14 *Cogitavit lingua*, sed *ut novacula.* Infelix honor & integerrima fama, si in novaculam convertitur lingua: etenim in ore haud collocant verbum, sed penetrabilem gladium. Hoc dedecus à plerisque vocatur honos: quippequàm modò plaudantur acuti: flocci pendunt, quòd acuitas sit ut novaculæ. Perpendamus acumen. *Sicut novacula acuta fecisti dolum.* Dolus maximus est in eo, quòd fugiat sensus, ac structus, lateat nocendum incognitus: & acutæ novaculæ confert dolum; quoniam maximum iam habetur, dum vulnus à tolerante sentitur. *Sicut novacula acuta.* Novacula acuitur ut superflua secet, & temerata aut putrida mundet: & dolus susurronis novaculæ acutæ iure proponitur similis; quoniam dum videtur amputare superfluum, resecat innocentem usque ad vivum. Non radit, sed scarificat: non mundificat, excoriat; & simulat arte fraudem, ut ad instar novaculæ ad vivam detondeat cutem. *Fiat lingua cur novacula & acutas* *Infert vulnus, quin sentiat sanciur.* *Dum videtur resecare superflua, vulnerat viscera.*

15 Hoc est delatoris officium & intentum præfagà nare, ut veniat in cognitionem ignis indice fumi: ar summitas huius artis adhuc exhibenda in Ioannis auctoritate præiacta. *De ore gladius utraque parte acutus exibat.* Quid est *Utraque parte?* An quia duplici cuspide? Haud dissone cogitatur, cùm delator nequeat vulnerare, quin vulneretur, & posit cognoscere audiens, quis sit fator murmuris, ex delatione fratris: imò potest levi reflexione cogitare quod qui fratris, esse poterit audientis. Ubi sup *Vulnerans vulneratur.*

——*Aures*

*Aggreditur: sub voce pia sermone maligno Insidiosus adit* Dracõt.

Uti inquit Dracontius de *Oper sex dier.* v. 259. An quia gladius duplici acie? Utique. In hoc floret ingenium susurronis, & bifrontis audacis. Dum faciem ostendit duplicem, habet gladius linguæ duplicem aciem. Hinc proscindet innocentem, illinc apud vulneratum auditorem, sibi utriusque contractâ amicitiâ, & inter socios seminatâ discordiâ, ita ut apud quemque cuiusque conversationis sem- *Et vulnerat hunc & illum*

per sit linguæ promptissima acies; igitur delatoris vafri langueret ingenium, & tæpe commodum ex duplici facie, ni gladio linguæ resecaret utrumque. Patrio sermone vigilantissimè: *Porque mira à dos haces, tiene dos cortes.*

Judith. 2.16. *Eius verba sunt vulnera.*

16 *In ore gladij* phrasis est vulgaris Sacræ Scripturæ. Num habet os gladius? Habet, cuius aciem dicit vulnus. Sumitur metaphora ab operatione oris, ut exprimatur periculum vulneris: igitur lethale profectò vulnus, quod infligit gladius linguæ, si exaginatur ab ore. Lingua loquitur, gladius vulnerat: & os gladio meditanter conjectur, quoniam unico verbo fama percutitur. Sunt gladij in pugnam, & in umbram aut pale. stram. Illi acuti, hi obtusi orbiculati. Hilpan. *Espada blanca, y Espada negra.* Utriusque munere lingua fungitur susurronis, dum ultrò citròque defert rumores latentes: igitur ab illa qui non perit, ad minùs alte signatur. Clariùs. Gladius vulnerat, qui obtusus, dumtaxat signat. Profundiùs nonnumquam sedet signum, quàm dolor vulnerum: igitur magis verbis, mysterio plenis, transfigitur anima, quam queis signat tamquàm obtuso gladio perfida lingua. Perfida profecto, cùm ampliùs vulneret tacens, quàm verba proferens.

*Vulnera significanti & nò proferenti, nonnulli tribuunt detractori. Verba fieta, ampliora vulnera.*

Ier. 47. 6. 17 *O mucro! Usquequò non quiesces? Ingredere in vaginam tuam, refrigerare & sile.* Ita exclamat Ieremias: quidem omninò darum, non posse movere gressum, quin post tergum habeat timor, vel ante lumina gladium. *Usquequò non quiesces?* Nec innocentia immunis? Flamma est lingua susurronis: flamma non quiescit. Vel atomi minutæ volitantes serviunt in fomitem, sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem. Sint igitur hæccine: verùm gladio, *Sile*: Loquitur? Lingua loquitur. Quod potest loqui, silere dicitur: & quod proprium linguæ, dicitur gladio; quippe in delatoris verbo, haud verbum videtur linguæ, sed os gladij. Linguæ dicendum *Sile*: gladio verò. *In vulnera quiesce*: mutanturque voces, quia in gladio & linguâ eædem proprietates. Gladius igitur si movetur, sauciat: & vulnus gladij, linguæ delatoris Vates accommodat; quippe cùm loquitur, secat. Aptiùs propositio. Gladius omninò mutus, sed consultò dicit Vates, quòd sileat gladius; ut constet summitate artis; quanta malignitas detractoris: igitur vel dum præ pudore tacet, magis scindit. Notat Persius Satyr. 3. v.80.

*Lingua susurronis gladius strictus.*

*Dum loquitur, secat. Vel ea ètas saviat.*

Pers.

———*Figentes lumine terram,*
*Murmura cùm secti & rabiosa silentia rodùt.*

18 Altius est vulnus. Intolerabile quidem, ubi in colloquio colore charitatis dicitur ab aliquo (sæpe pollato, qui propria cavens exulcerari vulnera, desiderat saucia aliena corda, quasi satis desideria) *Tædet. Reflectatur sermo ad alia. Quos ego* ::: *Capita pessima. Vos nescitis quicquam. Si pectus aperirem*::: *Quanta latent!* O dæmon! O mucro! *Sile.* Profer potius venena, quæ minùs prolata nocua. In hoc excitas curiositatem, in illo astutiæ suspicionem, in alio confirmas fidem: aptèque uniuntur silentium & gladius, in immedicabile vulnus: quippe quam dum loquens tacet, profundius animam profcindit. Modò vel dubia locum habet Bernardi sententia, & digna censura. *Porrò detrahere* (dicit lib. 2. de *Consider. ad Eugen.* cap. 13.) *aut detrahentem audire, quid horum damnabilius sit, non facilè dixerim.* Haud maledici essent, si nullum auscultatorem invenirent.

*Sæpe quæ pollatus, macula re tentat proximus.*

*Minus nocent detractoris clara, quam semiprodita.*

Bernar.

*Si creditur delator, pollitur quilibet honor.*

19 Observemus susurronum pessimam indolem, ac in pestem virulentam medicamen. *Si sufflaverit in scintillam, quasi ignis exardebit: & si expueris super illam, extinguetur. Utraque ex ore prodeiscuntur.* ait Siracides. Videat, ut pœniteat, damnum linguæ nequàm, igitur ex scintilla non sopitâ tantam contemplatur flammam. Quæ erat scintilla levis, apparuit ignis: & linguæ pessima arguitur; quoniam ni flaret, extingueretur; patetque malignitas pectoris balatronis, dum patet ignis; igitur flatu incendit, quod flatu extinguere posset. Scintilla parvi momenti, verùm sedet in titione. Materiâ promptâ crescit flamma, & conflagrant universa, quoniam titionis favilla, crepans incendio, quæ arceri poterat flatu. Invelevit scintilla, quippe in torre concepta. Plurimi adiastar titionis modò urant, parvipendunt, quòd ardeant, & flammâ pereant. Favilla ore conflatur, ore extinguitur. Ni insuffletur favilla peribit; si insufflatur, exardebit: palamque fit ingenium malignitatis, in conflagratione honoris, fomitem flatu præbere, qui debet ignem extinguere.

Eccl 28.1

*Sæpe notat situs citur fami.*

*Flatu ere scit.*

*Meda qua conflruitur, extingua tur.*

20 Deinde. De susurrone & maledico bilingui loquitur Siracides: ideo addit, *Susurro & bilinguis maledictus.* Cæterum quid quòd scintilla possit ore exardescere, vel extingui? Ut studeat audiens medicamini, & honoris protectioni. Scintilla notitia volatilis est: flare congruit susurroni, expuere audienti: igitur si audiens notitiam, detractorem expuerit, delator nequaquàm scintillam sufflabit. Expuat audiens, ne erescat ignis de decoris insufflatu susurronis: quippe nullo modo insufflaret, ni aliquis luvitò audiret.

Vers. 15

*Audiant re spuat susurro nem.*

Ex-



*Susurro non esset, ni audito reminuveniret.*

*Respuatur & spuatur.*

*Si expueris super illam.*

Genes. 31. 19. *Quæ ida la Labani;*

*Susurrones dæmones.*

*A pluribus adorantur.*

Vers 30 *Nequit vivere si ne rumusculis*

*Curiositat & domi non habet, extrà quærit.*

Vers. 34 *Prosunt huiusmodi idola prostrita, non adorata.*

Expuere, non solùm est despicere, sed deridere. Spuimus quod displicet: & scintillæ rumoris ignem flatus, nequaquàm accenderet, si expueretur qui insufflaret. Utrumque ab ore nascitur: & qui flatu loquitur, haud loqueretur; modò dum profert linguâ ignivomâ flatum, in audientis ore videret præparatum sputum. Neutiquàm delator flaret in scintillam, si audiens spueret delatoris flammam: sed ille suggerit, quoniam hic minimè consputt. *Si expueris super illam.* Floridè & opportunè. Sputi portionem foris vibramus, & partem in faucium humiditatem deglutimus: & ubi Siracides loquitur de susurrone, apponit meditanter *Expuere*; ut constet quando & quibus valeat susurro, vel eius maligna voto fraudetur intentio: igitur nec scintilla flabitur, modò audiens spuat; & vel scintilla ardebit, modò insufflata deglutiat.

21 Contemplor genium in Labano, flagrantem susurronum desiderio. Idola illius iuxta opinionem Rabb. Salomonis & aliorum, erant figuræ quæ eius revelabant auriculam summè curiosam; igitur illum vel ex occultis minimè latebat quicquam. Proferebant quæcumque facta in familia, ut ille esse gereret iuxta monita. Hinc *Rachel furata est idola patris*, ne illum monerent itineris. Si verum, sanè ministerio dæmoniorum. Quinam possent esse susurrones, nisi dæmones? Imagines sunt loquaces, quæ meudacijs obtinent fastigia honoris, rumores varios spargentes, vellentes popysmate aures, in quarum figura totum vox, nilque præterea. Proh dolor! Tanta est proclivitas in curiosa, vel ita dulcis venena, quòd huiusmodi figuræ non solùm, quærantur, sed toto corde adorentur.

22 Perpende. Fugerunt filiæ, & Labanus tantùm furagit de idolis. *Cur furatus es Deos meos?* Quid quòd innes despicabiles imagunculæ pereant? Quid quòd, uti ius erat, iaceant? Gratulari sibi poterat de expulsione figurarum, siquidem nocua semper societas dæmonum: & quærit; & de privatione optabili queritur. Vixerat cum illis, & sine illis moriebatur. Cuncta nunciabant, per illos sciebat cuncta; & ita urget in susurrones amentia; ut non tantùm diligeret, sed longè stantes extra domum quæreret. Locum aptum constituit illis Rachel. *Abscondit idola subter stramenta cameli, & sedit desuper.* Huiusmodi malæ bestiæ sub camelorum stramine. Ecce locus susurronis: ita deluditur solicitudo quærentis: disponiturque à spuente tamquàm altare clitella, ubi ab audiente adorantur uti idola. Pestis Reipublicæ delatores, qui habitu malignitatis, mentiuntur vel in multitudine virtutis. Imminutæ sunt veritates à filijs hominum: quid à studio malignantium? Præcipitationis sunt verba, modò ducatur auris linguâ dolosâ: igitur pro palato deguslantis undique circuit, quærens quem devoret. Propudiosa omninò occupatio, si necessarium silentium ministerij, ut sagittent in occulto rector corde. Vel incogniti verecundantur: quid enim, si agnoscerentur?

*Si genus humanum & mortalia temnitis arma;*
*At sperate Deos memores fandi atque nefandi.* Virg.

## DIDASCALIA II.

### *Infirmi animi est, pati non posse divitias.*

Seneca 1 INgeniosè exclamat Stoicus Cordub. *Epist.* 5. Hoc enim Crates fecit Philosophus, & multi alij divitias contempserunt: verùm languentem expretiere animum. Hinc vividè Horatius lib. 2. *Satyr.* 3.v.99. deridet stultitiam, quam cogitarunt ut gloriam.

———*Quid simile isti*
*Gracus Aristippus? Qui servos proijcere aurum* Horat.
*In media insit Lybia.*
———*Uter est insanior horum?*
*Nil agit exemplum, litem quod lite resolvit.*

Infirmi animi est, pati non posse divitias, quin cogitent opibus aras. Haud in despectum divitiarum, quòd rite & rectè pertectius, sermo dirigitur; sed in affectum habentium opportunè reflectitur: quippe venena non sunt in opibus, sed in affectibus. *Nihil interest* (subdit Senec. *Epist.* 119.) *utrùm non desideres, an habeas. Summa rei in utroque est eadem. Non torqueberis. Neque illud præcipio, ut aliquid naturæ neges. Contumax est: non potest vinci suum posse: sed ut quicquid naturam excedit, scias precarium esse, non necessarium.* Senec.

*Venena non sunt in opibus sed in affectibus.*

*Imperat aut servit collecta pecunia cuique*
*Tortum digna sequi potius quàm ducere funem.* Horat.

Canit Horatius lib. 1. *Epist.* 10. v. 47. Non est medium: verùm rationis propudium, quòd eius indulgentiâ ampliorem construentes libertatem, disponant divitiæ dominantium serviturem. *Servitutem servire* dicitur à Iacob. Est num servitus sine ser-

*Imperat, ni serviant.*

Gen 30. 26.

vi-

*Dura servitus.*

vitio? Utique in animo avaro: quippequàm, ut serviant habentur opes, & habentes ut domini serviunt divitijs. Imperant vel serviunt: & patet dedecus animi, dum pati possunt imperium, illarum pati dominium. Trahunt, ni trahantur. Apud cordatum virum sunt in servitio, apud stultum in imperio: arguiturque stultitiæ, huiusmodi captivitas animi; quoniam stolidum, illarum subire imperium, dum ex imperantibus facere potest mancipium. Hæc est divitum calamitas, videlicet pati non posse divitias. Habentur, ubi habentes non patiuntur: habentur dum serviunt, nequaquam si dominantur: clareque animi sordidi indicium, divitias non posse habere, quia servitium possit pati.

*Sunt viro cordato in servitium, stulto verò in imperium.*

Psalm. 61. 11.

2 *Divitiæ si affluant, nolite cor apponere*: inquit Regius Vates. Quid quod apponatur cor? Ne cordis appositio facultatis lignum sit: etenim qui sine corde, non sapit: imò desipit, cùm possit habere in opibus servos, & opes patiatur dominos. Vita habetur à corde, vitalitatis origine: & divitijs minimè apponendum cor; ne vivat magis in opibus, quàm in se. Si cor habetur extra divitias, & cor & divitiæ habentur: si cor est ubi thesaurus, pectus sine corde & vita est; quòniam thesaurus est cor: & cor divitijs non apponendum, ut cordi maneat vitalitas; quoniam avari potiùs vitam derelinquent, quàm divitias. Cor non est apponendum, etiò affluat aurum; quippe si apponitur, rapitur: probrumque iure patet rationalitatis, quòd rapiatur à divitijs.

*Avari ut plurimùm in opibus.*

*Vitam priùs relinquent, quàm opes.*

*Cor ubi sit quæris vaga & ex cors? Scilicèt hic est,*

*Est ubi quod proprio plus tibi corde placet.*

*Vecordes sunt.* Heſten.

Canit N. Hæftenus in *Schola Cord.* lib. 2. sect. 4. Perperam, cùm dicit homo: *Cor meum dereliquit me.* Vivet sine vita, quoniam anima mortua: & verè cor relinquitur sedes dilectionis, ubi divitijs apponitur cor; igitur diligit divitias ac fortunas plusquàm se.

Psalm. 39. 13. *Eas diligunt plusquàm se.*

3 *Nolite cor apponere.* Appositio cordis, est dilectio, quæ supervacua, ubi non est redamatio, maximè quum magis prodest odium, quàm obsequium, quod nullum producit usum: & non apponendum cor, etiò opes insignes sint; quippe non malum illas habere, sed cor apponere: igitur habendæ ut in usum servitio mancipentur, nequaquàm ut diligantur. Nota. *In manu* Seraphim *erat calculus, quem forcipe tulerat de altari.* Calculus & significat prunam, & gemmam pretiosam. Patet usus divitiarum & avaritiæ tormentum. Si utuntur, divitiæ

*Non diligendæ divitiæ.*

Isai. 6. 6.

*Quando divitiæ non dicitur, sed uruntes prunæ?*

sunt: prunæ, si apponitur cor: igitur dilectæ convertuntur in ignem, amittentes amore pretiositatem: vestigiaque videntur fatuitatis, quòd appositione cordis, dives inurentes habeat prunas, cùm possit habere gemmas. Pro usu illarum æquivoca vox exponitur, ut divitiæ tamquàm opes habeantur: siquidem, cùm non sint opes, dilectæ, quia in tormentum permutantur dilectione: lamentabile planè, congregare prunas quibus anima uratur, dum potest habere opes, queis in usus delectetur. Hinc forcipe tollitur, quod in acerra splendet; quippe lucendo nocet. Utuntur divites splendore opum, dum opibus non splendent, sed splendore fordent: cautumque acceditur, quò lucet gemma pretiosa; ne sit pruna ex abusu quæ lucens gemma.

*Quàm nocua ergà illas dilectio!*

4 Pluto fingitur Deus divitiarum & tormentorum: ut observat Natalis Comes lib. 2. *Mythol.* cap. 9. igitur infernus supra, modò divitiæ convertantur in tormenta. Opes tormenta non sunt, cum per illas arceatur necessitas: sed converturtur in flammas ubi ni expendantur opes, à ditibus sustinentur extremæ necessitates.

*Pluto Deus opū & cruciatuum* Nat. Com.

——— *Itum est ad viscera terræ:*
*Quæque recondiderat, Stygisque admoverat umbris,*
*Effodiuntur opes, irritamenta malorum.*
*Iamque nocens ferrum, ferroque, nocentius aurum.*

Ovid.

Succinit Ovidius lib. 1. *Metam.* Fabul. 4. Condidit natura ad usum: recondit, ne homines ab usu invenirent nocumentum: igitur quas obtulit in delicias, fotu affectionis opes commutarunt inflammas. Quasi non essent pœnæ, effodiuntur opes. Natura advoverat umbris, ut aventes terrerentur flammis: quin possit vel summis tormentis avaritia compesci, nec experientia damni: quandoquidem homines opibus studentes proptio damno, quò propriores opibus, magis appropiant inferno.

*Opes irritamenta malorū.*

——— *Sævior ignibus Ætnæ*
*Fervens amor ardet habendi.*
*Heu primus quis fuit ille,*
*Auri qui pondera tecti,*
*Gemmasque latere volentes,*
*Pretiosa pericula fodit?*

*In infernum castog.*

Boet.

Canit Sever. Boëtius lib. 2. *Conf. Philosoph.* Metr. 5. v. 25. Pretiosa sunt, sed pericula: & peiùs, quòd fiant pericula, ex his quæ natura ad usum ministravit ut pretiosa.

*Quæ in divitijs pretiosa sunt pericula.* Psal. 134. 25.

5 Scrutemur causam. *Simulacha Gentium* (inſit David) *argentum & aurum.* Non solum David invehitur in idololatriam, sed in avaritiam; igitur nil interest ad



ad minuendum sacrilegium, quod idolum sit aureum, vel sit ligneum. Argentum & aurum dicit, & simul aviditatem pectoris insatiabilem exponit: siquidem dum explicat pectus Deitatis cultum, haud alios habet Deos nisi argentum & aurum. Non signat Prophetes simulachra gentium ex argento & auro; sed argentum & aurum esse simulachra gentium. Ex his metallis fiunt, at hæc metalla non sunt. Haud pendet formatio ab entitate, manat ab adoratione: dum apponuntur corda, fiunt simulachra; quoniam divitias habent ut idola. Si ex argento & auro essent imagines, Dijs vel falsis dedicarent opes: sed non ex auro erant simulachra gentium, sed argentum & aurum; quoniam divitias non habebant, ut haberent, sed tantùm ut adorarent.

*Avari alia non cognoscunt Dei tatem, præter divitiarū numen.*

*Habent, ut idola,*

6 Moneta symbolum fuit Deitatis, ut refert Codinus de *Dijs Phœnicum*: ideo circulari figura moneta, vel propter signandam æternitatem, uti observat Pierius Valerianus lib. 39. cap. 14. & 16. vel quia Deorum propria figura rotunda, præut astruximus *Tom.* 1. *Tautolog.* 2. *Didasc.* 12. num. 8. Ijsdem insignibus figurabatur Deitas, queis designabant divitias, ut Dij non quererentur de adoratione, quæ cedebat imagini: etenim divitias, quas ædamabant, & non Deos pro Dijs habebant. Luculenter inquit Petronius Arbit. in *Satyric.*

*Cur Moneta rotunda?*

*Quantùm Moneta à vera Deitate?*

Petron.

*Possidet area Iovem.*

Equidem ab illis nullum discrimen cogitatum inter Iovem & argentum, cùm simulachra essent argentum & aurum.

*Idola vocantur dolores.* Hebr.

7 Hebræa lectio ita: *Dolor & dolor Gentium argentum & aurum.* Haud novum in Scriptura, quòd Deorum imagines appellentur dolores. Non est idolum in Iacob, neque *simulachrum Israël.* Maluend. *Non est dolor in Iacob* &c. & Osee 6. 8. *Galaad civitas operantium idolum.* Ubi Vatabl. *Operantium dolorem.* Quid igitur inter dolorem & idolum? Amor, vel usus utilis divitiarum. Idolum adoratur, opes habentur. Divitiæ sunt, quando utuntur: dolores, ubi adorantur: & vocantur quæ subsidia iure tormentum; quoniam adorant argentum & aurum. Conceduntur enim divitiæ pro subleuandæ necessitate, haud ut corda illarum trahantur amore: & nequaquàm prohibetur quòd homines habeant, sed quòd tamquàm idola divitias diligant.

Numer. 25. 22.

*Nocent opes si ut iterantur habentes.*

8 Ut filij Israël pauperes non exirent de terra captivitatis, & sine præmio haud essent tot labores, dixit Dominus per Moysen: *Postulet vir ab amico suo, & mulier à vicina sua vasa argentea & aurea. Dominus dedit gratiam populo coram Ægyptijs & spoliaverunt Ægyptios.* Eduxit ergo illum cum argento, & auro. Cæterùm hem! Devoverunt idolo divitias: & quas illis Dominus contulerat opulentias dicarunt proni vitulī simulachro, ex opibus congestis ex Ægypto. Ecce divitiarum collocationem: verùm Moyses arripiens vitulum, *combusit & contrivit usque ad pulverem.* Sit quòd idolum fraugat: at absurdum, quòd aurum in pulverem convertat, maximè cum illis præstitum per Domini donum. Si Deus concedit, cur conterit? Quia non dedit aurum in idolum, sed in usum: & conterit, quod concessit; quoniam divitiæ non dantur ut adorentur. Dantur divitiæ contra pauperiem, neutiquàm in deitatem: & in pulverem Moyses reducit aurum; quippequàm vidit idolum.

Exo. 11 2.

Cap. 32. 36.

Cap. 32. 20.

*Non mala aurum, nisi in idolū convertatur.*

Elargitur Deus & volupè, si collocantur benè: verùm concessa à dignatis subtrahit, & inopes facit; ne ex divitijs construant laqueum, quo cordi inhæreat tormentum: equidem dura cruciamina, ubi amor cordis convertit facultates in idola. In pulverem contrivit vitulum, ut patet quid esset adorationis simulachrum. Pulvis nullius pretij est: pulvis sunt divitiæ, si illis apponitur cor: & adoratum aurum convertitur meditanter in pulverem, ut constet nullam adorationē habere pretiositatem. Pretiositas non est in entitate auri aut argenti, sed dumtaxàt in utilitate: & Moyses convertit in pulverem, quam auri venerabatur populus Deitatem; quippequàm sine usu idem, metalli habere massam pretiosioris, ac cumulum pulveris.

*Sine usu divitiæ nullius pretij.*

9 Effectus huiusmodi cupiditatis indicat Seneca *Epist.* 119. *Illos falso divitiarum nomine invasit occupata paupertas. Sic divitias habent, quomodò habere dicimur febrem, cùm illa nos habeat. Econtrario dicere debemus: Febris illum tenet. Eodem modo dicendum est: Divitiæ illum tenent.* Liquet modò causa, cur auri fiat concessio, & quare conteratur in idolo. In hoc adoratur, in usu expenditur. In usu divitiæ tenentur ab hominibus: in idolo homines tenentur ab opibus: & à Deo subtrahitur, quod bonitas divina liberaliter hominibus elargitur; quia rationis improperium, divitias non esse hominum, sed homines divitiarum.

Seneca

*Divitiæ, dū sunt hominis tormenta, dum homines divitiarum.*

10 In subsidia pauperum Christianorum (inferrimè Ierosolymis degentium, per crebras vexationes contribullum, qui eos cunctis spoliaverant bonis, cum gaudio à iustis toleratis rapinis) collectæ fiebant, ut subrogaret pietas Gentium, quod perfidia derogaret Iudæorum. Paulus vero conversis rogaverat Iudæorum. Paulus vero conversis

Co-

Corinthijs ait : *Quos probaveritis per epistolas, hos mittam, perferre gratiam vestram in Ierusalem. Quòd si dignum fuerit, ut ego eam, mecum ibunt.* O verbum verè Paulinum ! Sanè ingentis animi est, divitias non posse ferre ; cùm infirmi sit, divitias non posse pati : igitur inter subsidium divitiarum & incommodum, divitiæ ne sint oneri numquàm portandæ. Necessariæ sunt aliquando tamquam materia charitatis, sed usu tantùm sunt utiles : & non portantur, sed eunt, ut collata gratia ; quoniam si portantur, sunt onera, & non subsidia. Perperàm valent sublevare miseriam, ubi vel portantem aggravant.

11 *Mecum ibunt.* Cur non dicit : *Ego feram* ? Ut clareat, quo pacto divitiæ erunt divitiæ vel pœnæ. Divitiæ sunt, si ab illis portatur necessitas ; pœnæ, modò necessitas portet divitias, manentibus divitijs & necessitate, quasi non essent divitiæ. Paulusque dicit : *Ibunt*, cùm loquatur de opibus ; ut portent homines, minimè ut portentur ab hominibus. Divitiæ cùm habente eunt, dum habentur : feruntur, ubi adorantur. Habentur, quùm non habent ; adorantur, quando possidentem possident : & Paulus haud dicit : *Feram*, sed *Mecum ibunt* ; ne patiatur portationis incommodum, & exprimat possessionem per opum utilitatem : igitur tunc divitiæ habentur, dum habent homines ; & nequaquàm cùm habentur à divitijs. *Eunt*, dum vel habitæ habentur, quasi non haberentur : *Feruntur*, si diligantur ; & non ille cum illis, sed illæ cum Paulo ; quia nec levis erga illas in Paulo solicitudo.

12 Nota hominis divitis felicitatem. *Beatus dives* (profert Sirachus) *qui inventus est sine macula, & qui post aurum non abijt.* Magnum plauditur iurè, abundare divitijs & sine macula esse. Unde meritò Iuvenalis *Satyr.* 14. v. 188.

*Ad scelus atque nefas, quodcumque est, purpura ducit.*

Igitur abundantia divitiarum irritamenta malorum. At scrutare materiam laudis. *Beatus dives, qui post aurum non abijt.* Indè nanciscitur beatitudinem, etenim aurum sequitur despicientem. Habere aurum, est divitem esse, & opibus dominari : post illud habere, est cor in divitijs collocare ; & est felix qui dives habens aurum, nequaquàm abit post illum ; quippe estò abundet divitijs, permanet libertas cordis. Vincula sunt diligentibus, ubi seruntur ab opibus. Spinæ sunt, quæ lacerant mentem ; si post illas corda, quin sentiant lacerationem : & divitis inter illas exponitur beatitudo ; quia nec cor nec punc-

1. Cor. 16. 4.

*Divitiæ ne sint oneri, nisi quæ portandæ.*

*Bona, dùm ab illis portatur necessitas, non dum hæc portas divitias.*

Eccli. 31 8.

Horat.

*Felicitas opibus abundare, & sine crimine vixe.*

*Mater beatitudo, ubi nec punguntur cogitatu.*

cta cogitatio. *Dives, qui post aurum non abijt.* Quantumvis abundent opes qui post aurum avens abit, non est dives : igitur tunc divitiæ fugiunt potestatem habentium, & habentes gemunt sub tyranna potestate divitiarum.

*Et mihi res, non me rebus submittere conor.*

Etenim non dives cui dominantur opes. Sunt divitiæ, cum quibus homo non moritur : haud verò pro quibus moritur : siquidem post illas abeuntes, cùm habeant vitam à vitalitate divitiarum, sine divitijs moriuntur. Hi sunt *Auri cæsus* expositi à Siracide : igitur divites usquequaque patent ruinæ. Retorquatur Ethnicus lib. 2 *Satyr.* 2. v. 101.

*Divitiasque habeo tribus amplas regibus. Ergo*

*Quod superat, non est melius quo insumere possis?*

*Cur eget indignus quisquam te divite. Quare Templa ruunt antiqua Deum ? Cur improbe carè*

*Non aliquid patriæ tanto emetiris acervo? O magnus possibæ inimicis visus!*

Ideml.

*Nè sunt divites, qui sub potestate divitiarum.* Vers. 44

## DIDASCALIA III.

### *Humilitas in superiora sublimis erigitur.*

1 INquit N. Cardinalis Damianus *Epist.* 130. Respondent sibi alti tudo & profunditas : videturque humilitati maiestas ; quippe quò profundior, altior ; & quò depressior, sublimior.

*Cœlumque profundum.*

Canit Virgilius *Bucol.* Eclog. 4. v. 51. Cœlum suprà est, humilitas intrà : & hæc dicitur cœlum & profundum ; quoniam profunditas humiliitatis elevatur usque ad cœlos. *Glorietur frater humilis in exaltatione sua* : dicit Iacobus. In contrapositione verborum humilitatis clarescit ingenium. Quò igitur si signat humilem, Apostolus simul describit exaltationem ? Quinam non humilis, si humilis exaltatus ? Erit profectò & non erit abiectus : siquidem erit in exaltatione, dum iacet humilitate. Qua ergo lege humilis effulgurabit in throno exaltationis, si fugit exaltationem, quoniam humilis ? Iccircò hanet, quippe fugit. Quò magis cor hominis humiliatur, magis extollitur. Succinuit vel Ethnicus *Satyr.* 3. v. 30.

——*Ex humili magna ad fastigia rerum Extollit.*

Defectibitque simul Iacobus humilem & ejus su-

Petr. Dam. *Humilitat quò profun dior, altior.*

Virgil.

Iacob 1. 9.

*Dum deprimitur in imo, tollitur in superiora.*

Iuven.



sublimitatem ; etenim numquàm videtur humilitas, quin ei à cœlo disponatur maiestas, corde depresso usque ad ima, & humilitate elata usque ad superiora.

Genes. 30. 26.

*Gaudet exaltatione.*

2 *Tu nosti servitutem, qua servivi* : dicit Socero Lavano Iacobus supplex. Alijnti diximus in *Litteræ Expos.* legunt : *Tu nosti humilitatem, qua humiliatus sum.* Alij : *Humilitatem, qua servivi tibi.* Est humilitas, qua homo humiliatur, & qua æthera versus erigitur : dicitque, quòd humiliatus fuerit humilitate ; quippe etiam gaudet humilitas incognità exaltatione. Hinc vividè laborem, quem habuit in domo soceri, vocat *humilitatem, qua servivi tibi* : etenim qui humilis corde, servit sibi, exaltatus suprà, dum iacet prostratus infrà. Libra seu bilanx plauditur humilitas, ut eodem pondere una monstretur excellitas. Humilitas pondus est, quasi fundamen virtutum : humilis nihil se arbitratur esse, vel nitorem habens omnium : ideo dicit Vates Rex : *Ad nihilum redactus sum.* Ubi lanx habet minùs, tollitur altiùs : non novum, quòd sursùm petat ; si se, aliquid esse non cogitati igitur amplius pondus stateræ, nullum pondus cogitare. Apriùs. Humilis & humilitas construunt libram, ut utriusque depressio & exaltatio formet gloriam. Humilis dat pondus humilitati : humilitas subtrahit humili. Pondus deprimit : levitas extollit : & pro effectuum & affectuum indice, uterque iurè confertur bilanci ; quippequàm quò magis humilis humilitate deprimitur, magis ac magis extollitur : unde humilis, quia humilis gloriatur in exaltatione ; quippe exaltatur à depressa lance.

*Cur ditatur bilanx?*

Psalm. 72. 22.

*Plus est humilis, dum cogitat, nihil esse.*

*Quò magis deprimitur magis extollitur.*

3 Nota infallibilitatem exaltationis in bilance humilitatis. Sapientia de se dicit : *In omni gente primatum habui.* Condignum præmium, sed novum : igitur vel conflium erroris dextræ sortis, vel dispositio cœlestis : *Et omnium excellentium humilium* (ita legit Bibl. Antiq. *corda virtute calcavi. Excellentium & humilium* ? Utique : excelli in æstimatione Dei, quisquis minuitur in æstimatione sui. Iustitia apud Ethnicos, ut asserit Vincent. Chartarius in *Fortun. Imag.* fol. 307.) *contra superbiam colebatur* : igitur hæc quem exaltabat, illa subtus rotam fortunæ deprimebat ; & quem illa deprimebat, impensè usque in rotæ cacumen subleuabat. Ecce scena excellentium humilium, & humilium excellentium ; quoniam qui se exaltat humiliabitur ; & qui se humiliat exaltabitur : igitur superbus ascendendo corruit, humilis verò descendèndo usque summum scandit.

Eccli. 24. 10.

*Crescit in æstimatione Dei, qui minuitur in propria æstimatione.*

Vinc. Chart.

*Iustitia contra superbiam. Superbus ascendendo corruit, humilis cadendo ascendit.*

4 Ergo proposito. *Omnium excellentium humilium colla virtute calcavi.* Videntur quasi opposita in sæculo, humilitas & celsitudo ; quin considerent infatuati maiestatis superbia superbiæ ruinam, & ex humilitate ac humili colli fiateram, in cuius una lance depressum, in altera aspicitur elevatum : meritòque pro commendatione humilitatis, dicuntur humiles & excellentes ; quoniam tunc exaltantur, cùm deprimuntur. *Excellentium & humilium.* Humilitas exigua, ni detur excellentia ; siquidem ni detes sint, quo superbire possit cogitatio, haud erit humilitas, sed cognitio : & apponuntur humiles & excelsi, in cognitionem oppositâ cognitione, qua nanciscuntur celsitudinem, pectore amplectente humilitatem ; equidem cum pondere humilitatis, usque ad cacumen pervenium exaltationis.

*Tunc exaltatur, cùm deprimitur.*

*Qui sint humiles excellentes?*

5 Perpendatur ergo auctoritas Damiani. *Humilitas in superiora sublimis erigitur.* Humilitas sublimis ? Sublimitas haud est passio humilitatis. Quomodò igitur designatur celsitas, ubi ostenditur humilitas? An quia excellentia in humilitate collocata ? Diximus. Cogitanda nova. Est humilitas sublimis, & est humilitas humilis. Humilis, si humilitas fundatur super humilem : sublimis, ubi humilis fundatur super humilitatem : & huic modo concedit Damianus celsitudinem ; quippe dum amplius humilitas crescit, magis humilem extollit.

Damian *Quæ humilitas sublimis?*

*Dum humilitas crescit, amplius humilem extollit.*

6 *Soror nostra parva & ubera non habet. Quid faciemus* : dicunt sociæ. *Si murus est* (deliberant) *ædificemus super eum.* Præclarum ratiocinium ! Hæccine cogitatio apior, ut parva minuatur, quàm ut procere exaltetur : magis ut celsitas illam ædificij comprimat, quàm ut crescat : ut præstent propugnacula, nihimè ut emineat Sponsa. Apte cogitant, dum super illam ædificare, ut minor sit quæ parva, sociæ desiderant : igitur ut humilitatis adipiscatur velociter celsitudinem, congruit profectò vel parvam fieri minorem. Humilitate quæque Sponsa parva crescit : & arbitratur usque ad fundamentum ædificij deprimi, ut possit exaltari ad cacumen ædificij : igitur qui in exaltationem exponitur, oportet, quòd humilietur.

Cant. 8. 8. 9.

*Humilis quò minor fit, major est.*

7 Hæc cogitantur pro Sponsa. Aliter humilis signatur à Ieremia. *Sedebit solitarius & tacebit* (idest, *Optata obtinebit* : ut ait Hieronym.) *quia levavit se super se.* Ita legunt plures PP. Si humiliatur usque ad pulverem, quomodò dum humilis habebit exaltationem ? Nanciscitur Sponsa eminentiam, quoniam super se totam ædifi-

Thren. 3. 28. Hieron.

*Quæ humiliat perfectè.*

cij portabat fabricam, respondente magnitudine profunditsimæ fundamenti humilitati. Quo pacto solitarius potest dici sublimis, si sublimitas est effectus & non passio humilitatis, ut vel humiliando se, non infrà sed suprà sit: cùm quæ videntur suprà, non sint humilis argumentum vel materia? Est exaltatio quæ ex humilitate oritur, & exaltatio quæ humilitatem individuè comitatur. Illa provenit, ubi humilitas fundatur super humilem: hæc, quando humilis fundatur super humiliratem. Non crescit humilitas, eò quòd humilis crescat: ex proceritate humilitatis humilis cellitas micat: igitur sine artificio attollit, quò magnitudine crevit. Quantum inolescit humilitas, augetur celsitas: & solitarius, quam amisit, magnitudinem retinuit, quia se super se levavit.

*Quantum crescit humilitas, crescit humilis exaltatio.*

8 Modò in contrapositionem. In solitario & in Sponsa videtur humilitas: verùm tantùm in solitario lucet abiectionis maiestas; igitur vel dum in pulvere ponit os, & super est. Sponsa respiciebat formam humilitatis communis: solitarius virtutis singularis. Struere humilitatem super se, est regula animæ sanctæ. Fundare se super propriam humilitatem, scopus est animæ perfectæ: igitur non tantùm satagit de humilitate, sed etiam de humilitatis perfectione: & non ita extollitur quæ humilitatem super se extruxit, quàm qui se in humilitate fundavit; quippequam sine dubio humilitatis obtinetur maiestas, ubi virtutum fundamentum humilitas. Aliter. Fundare humilitatem super se, est humilitatem ostendere. Fundare se super humilitatem, est virtutem abscondere: tuneque virtus non amittitur, quoniam absconditur. Bonum est, quia humiliatur anima, vel dum humilitas suprà: sed optimum quando est infrà; siquidem qui magnam cogitat fabricam construere celsitudinis, de fundamento priùs debet cogitare humilitatis: & solitarius sedet super vel dum iacet, ac Sponsa parva vel infrà sedet; quoniam hæc dumtaxat quærebat humilitatem, ille verò perfectionem.

*Quærat & humilitas & perfectio humilitatis.*

9 Alio acumine cogitat Augustinus, quem exponere promisi. *Tom.* 1. *Tautolog.* 6. *Didasc.* 4. num. 12. *Fundamentum* (ait super *Psalm.* 121.) *quando ponitur in terra; desuper ædificantur parietes, quia in imo positum est fundamentum. Si autem fundamentum nostrum in cœlo est, ad cœlum ædificentur.* Videtur implicare terminis Augustinus. Quo ingenio ad cœlos ædificabimur, si est fundamentum in cœlo? Numquam ædificatur versus fundamentum, sed suprà fundamentum. Dum in terra est fundamentum, cœlum versus extollitur ædificium. Ergo ad cœlum & non à cœlo erit ædificium nostrum. Minime. Est summum discrimen, ubi ponitur ædificij fundamentum in summo, & ubi collocatur in imo. Dum ponitur in mundo, crescit versus cœlum: si in cœlo, crescit sanè versus mundum. Versus mundum, non est crescere, sed humiliari: & ponit Augustinus fundamentum in cœlo, quamdiù tumus in mundo; quia necesse est, ut descendamus, ad hoc ut ædificemur. Ierusalem cœlestis ædificatur ut civitas: & ut pateret, unde fundamenentum humilitatis & cellitas; ubi claruit Ioanni visio, vidit Ierusalem, *descendentem de cœlo*. Ne mireris: fundamentum in cœlo est: quicquid superadditur, venit ad nos. Si ad nos venit, non est magnitudo, sed descensio: & expromit Ioannes descendentem, ut demonstret civitatis magnitudinem; igitur quò versus terram humiliatur, magis descendendo erigitur.

*Augast. Fundamentum humilitatis in cœlo.*

*Necessaria est humili depressio, ut fiat exaltatio.*

*Apoc. 21. 2.*

10 Adhuc latet sacramentum auctoritatis. Est humilitas sublimis, & communis. Communis fundat in imo, sublimis in summo. In summo, modò humilis fundetur super humilitatem: in imò, si fundatur humilitas super humilem. Unde si in cœlo constat meditatum fundamentum; in cœlo micat humilitas, ut fundamentum virtutum. Prima est insignis virtus: secunda humilitatis ornatus: illa ostenditur in humilitatis specimen, hæc autem in perfectionem: & effulgurat perfectio, si fundamentum videtur in summo.

*Humilitas in cœlo est.*

11 Constet acumen Augustini, Scripturæ auctoritate. Simonem cognomento iustum, ut par est, summis laudibus effert Siracides; ac inter reliqua encomia astruit: *Templi etiam altitudo ab ipso fundata est, duplex ædificatio & excelsi parietes templi.* Liquet summa difficultas, dum per illum templi constat speciositas. Altitudo templi est celsitas ædificij, quæ quidem nititur in fundamine templi. Quomodò igitur dicit fundatam altitudinem, si suprà fundamentum templi construxit elevationem? Sensum literalem vide apud Sanctium in *Aggæum* cap. 2. v. 10. n. 35. Templum Dei sit cor humile: quo ergo intuitu memorantur unà pro templi speciositate, fundamentum & altitudo templi? Fundamentum est in imo, altitudo micat in summo. Unde enim simul omnia? Ex humilitatis eminentia. Esse humilem & excelsum, est apex humilitatis: & describuntur templi celsitas & fundamentum celsitudinis; quippe qui humilitatem verè sequitur, magis ac magis humiliatur, ubi magis extollitur.

*Eccli. 50. 1.*

*Humilis magis humiliatur, quò magis extollitur.*

Haud



12 Haud dicit; quod templi pectoris humilis altitudo sit constructa, sed fundata. Fundamentum & altitudo, cùm hæc emineat, & illum iaceat? Utique. Quomodò? Respondet Siracides: Est *duplex ædificatio.* Alia, si fundamentum humilitas: alia, dum humilis fundamentum. Illa, fundato humili super humilitatem: hæc autem, fundatâ humilitate super humilem. Ita humilitas spectabilis: illo modo sublimis. Ita pulchra: illo modo perfecta: & simul in templo pectoris signat Ecclesiasticus fundamentum & altitudinem; ut sequatur humilitatem & humilitatis perfectionem: quandoquidem quò magis profunda, magis alta, ut constet mensura elevatæ magnitudinis per fundamina iacta profunditatis. *Sapientia ædificavit domum & excidit columnas.* Ad quid columnas, quæ fundamenta vel fulcra domus, excidit, si domum ædificavit? Est ædificium sapientiæ, & fundamentum collocavit pro coronide. Via communis: est fundamentum in imo: peregrinum, fundamentum in summo; ut clareat humilitatis exaltatio: etenim non novum, quòd humilis vel in fundamento suprà sit, si fundamentum in summo positum est.

*Ibidem.*

*Crescit magnitudine iuxta profunditatem fundamenti.*

*Prov. 9. 1.*

*Humilitas semper fuit.*

13 Scrutanda humilitas David. *Domine* (ait) *non est exaltatum cor meum*: igitur superbia non pendet ab exaltatione dignitatis; sed à cellitudine cordis. *Nec elati sunt oculi mei*: etenim dum elatus animus, superbus oculus. *Neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me.* Notatur superbi amentia, ubi cogitat magna & mirabilia, quoniam à se cogitata: siquidem cùm super se cogitatione sit, extra se profectò est. *Sed quid?* (ait Gloriosus Patriarcha Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 7. Novum aliquod dicit, admiratione dignum.) *Si non humiliter sentiebam, sed exaltavi animam meam.* Parciùs ista, iuxta nuper proposita. Exaltatio cordis sonat superbiam. Erit humilitas exaltare animam? Exaltatio animæ per exaltationem cordis: & anima exaltata in profundo humilitatis? Difficile captu. Sane pectore superbo. Malesuadæ arrogantiæ videtur per exaltationem ascendere; & fallitur in ascensionis conamine: dicturque anima exaltata super, dum de se sensit humiliter; quia iuxta profunditatem humilitatis, obtinuit cacumen exaltationis.

*Psalm. 130. 1.*

*Fastus non pendet à dignitate, sed à corde. Superbus amens.*

*S. Bened. Vers. 2.*

*Iuxta profunditatem humilitatis, obtinetur cacumen exaltationis.*

14 *Aqua elevaverant aream in sublime à terra.* Aliter area pectoris humilis, pro studio ingenioso humilitatis. Illa in sublime extollitur cellitudine, hæc verò profunditate. *Regina virtutum humilitas gloriosa in cœlum volare consuevit*; ait Rupertus in *Exod.* cap. 26. In cœlum, vel in profundum? Quia descendit in profundum, volat in cœlum. In fundamentum huius ædificij spiritalis mittitur *lapis pretiosus in fundamento fundatus*: idest humilitas, ut præstet machinæ excelsitas: & quia sine humilitate virtutum magnitudo est magnitudo sine fundamento, & quia ingenio humilitatis videtur in ædificij cacumine, quod iacet profunditate. In oleo notatur humilitas iuxta sententiam Gregorij Homil. 12. in *Evang.* Oleum omnibus humoribus supereminet: notat Augustinus Serm. 23. de *Verb. Dom.* cap. 22. Supereminentiâ designatur humilitas? Iurè: tantam obtinet demissio exaltationem, quantam habet in terra profunditatem.

*Rupert.*

*Isai. 28. 16. Sine illa magnitudo virtutum non habet fundamentum. Gregor. Magn. Augustin. Cur otio confectur?*

15 Causa suppetat. Humilitas speculum concavum est. Obiecta contrariò representantur in speculo concavo: ita ut quæ alta inferiora, & quæ iacent infrà, suprà. Vide Ioannem Portam in *Magia natur.* lib. 17. Unde exaltatur anima, quæ in profundissima abiectione iacebat, & super micat; quia profundum præstat apex cellitudinis in concavitate speculi humilitatis. Ideo *gloriatur humilis in exaltatione*: & Excellentes videntur in humilitate, ut supr. notavimus: quippe dum cognitio voluntaria in inferioribus terræ declinat, speculum concavum humilitatis in superis representat. Modò intelligitur huius loci expositio tradita per opposita à N. Genebrardo. *Sed exaltavi animam meam.* Q. d. infit: *Profectò humillimè sentiebam, nulloque modo animam meam extuli.* Quantum sapio, quantum capio: quid est hoc? Exaltare animam, animam non extollere, sed humiliter sentire? Plane. Humilis as speculum est concavum, quo imagines obiectæ obversæ videntur: & dicitur anima elevata & non elevata, iacens humiliter in profunditate, & gaudens exaltatione; quippe dum iacet voluntariè in terra, quia iacet, humilitate elevatur usque ad sidera. Huiusmodi speculum ad humili non videtur, & tunc humilis cognoscitur: equidem vera humilitas in corde, si ignorat humilem esse.

*Humilitas speculum concavum.*

*Iacob 1. 9. Eccli. 24. 10. Exaltat depressam animam. Ubi supr.*

*Ubi humilitas est in terra, ibi usque tur usque ad sidera.*

16 *Ad nihil redactus sum & nescivi*: inquit David. Iuxta Horatium lib. 1. *Epist.* 1. v. 47.

*Virtus est, vitium fugere, & sapientia prima Stultitiâ caruisse.*

*Psal. 72.*

*Horat.*

Errat: sapientia prima est sapientiæ nescientia: igitur insipiens cor eorum, qui dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Studuit David non solùm humilitatis virtuti, sed perfectioni: quippequàm cùm humilitas tendat in exinanitionem, & perfectio in summita-

*Vera humilitas est in corde, si humilis ignorat se humilem esse.*

rem ; non tam præstitit summitas virtutis in eo quòd ad nihilum redigeret, sed quòd esse redactum ad nihilum, ignoraret. Hinc addit: *Ut iumentum factus sum.* Non iumentum factus, sed ut iumentum; ut virtutem illustraret voluntarium : igitur ita humilis, ut cum ratione & mentis perspicuitate, non solum virtutem non agnoscebat, sed nec cognoscere quibat. *Ut iumentum factus sum.* Non apud homines, sed *Apud te* : igitur licèt Domino placeret humilitas cordis, magis placebat ignorantia humilitatis. Vide S. Benedictum loc. cit. *Grad. 6.*

Vers. 23 *Deo placet humilitas, sed magis ignorantia humilitatis.*

17 Mira narrat de quodam speculo Pausanias in *Arcadic.* & Jacobus Dalecampius in *cap. 9. lib. 33.* Plinij. *In templo Heræ Arcadicæ speculum fuit* (inquit) *tectorio parietis inclusum, in quo qui aspicitebant suam imaginem, aut parum perspicuè, aut rursùs nihil cernebant : Deorum verò circumpositæ signa, & solium ipsum dilucidè contuebantur.* Symbolum philautiæ patet speculum hoccine & voluntatis propriæ : igitur Deum non videt, qui se in speculo quærit. Ideo toties S. Legifer N. Benedictus in propriam voluntatem invehitur, cap. 4. *Instrum.* 59. cap. 7. *Grad.* 1. & 2. igitur qui philauti abominabiles in studijs suis, propter suam privantur visione imaginis Deitatis. Satis egimus hic *Tautol. 9. Didasc.* 1.

Speculum Heræ Paulao.

Symbolum philautiæ

S. Bene.

18 Etiam in symbolum perfectionis humilitatis, circumspicere speculum isthoc possumus. In illo videbatur Deus, ni videret se, qui Deum videbat : hoc artificio celsitudo humilitatis micat : igitur ut pariat perfectionem, suam non debet respicere imaginem ; quoniam ut nitatur vera cognitione, debet nescire : ita ut virtutem cum perfectione habeat, & habere non cognoscat. Sese videbit, & Deum ; si Deum, verùm non se videt. Tunc nescienes verâ virtute gaudebit : igitur adhærebit renaciter humiliatæ, si ignorat humilem esse. In cœlum sublimis tendit, vel dum iacet. Cecinit Prudentius in *Psychomach.* v. 373.

*Et humilitatis.*

*Humilis habeat, sed habere non cognoscat.*

*Summa humilitate in quo?*

Prudent

——— *Auratis perstringens æthera pennis,*
*In cœlum se virgo rapit : mirantur tuntem*
*Virtutes, tollunt que animos in vota, volentes*
*Ire simul.*

## DIDASCALIA IV.

### *Vinculæ amoris sunt pignora libertatis.*

Gregor. Mago.

1 SEntentia verè aurea. Gregorio Magn. digna, quam astruit lib. 2. in *Reg.* cap. 2.

Propert

*Libertas quoniam nulli iam restat amanti,*
*Nullus liber erit, siquis amare volet.*

Canit Propertius *lib. 2. Eleg.* 23. Errat. Non novit originem libertatis, nec servitutis : igitur dum est in vinculis, amplior libertas amoris ; quippequam libertatis nota clarent servitutis vincula. Optimè ingeniosâ antithesi explicuit Francisc. Piccolominæus de *Principijs virtutum*, grad. 2. cap. 37. inquiens : *Optimus usus libertatis hominis est usus veræ servitutis eius.* Semper serviendum : discrimen libertatis & servitutis vertitur in directione studiorum. Unde vividè Hecuba apud Tragicum in *Troad.* v. 988. vel captiva profert:

Amplior libertas amoris, dum est in vinculis.

Piccolom. *Usus libertatis hominis est usus veræ servitutis.*

*Domini pudet, non servitutis.*

Seneca.

Equidem vincula quæ ostendunt servitutem, potiorem demonstrant in amore libertatem.

2 Hæc præmisi in obsequium vinculorum amoris inter Christum & Gertrudem, ut constet quanta libertas, dum utriusque cordis memoratur captivitas. Corda igitur permutarunt, vel unico corde vivunt. Hinc illa sæpe clamabat : *Spiritus meus* : quasi non alienus, qui Sponsæ proprius, uti vidimus *Tautolog.* 2. *Didasc.* 3. num. 5. Sponsus verò, ut refert Castanniza lib. 1. *Divin. Insinuat.* cap. 5. illi dixit: *Sine te vivere nolo, tantus est amor meus in te.* Ecce amor eximius, cuius iugum suave & onus leve : equidem pignora sunt libertatis, quæ vincula servitutis. *Servitutem qua servivi* : exponit Labano Iacobus. Non est servitus amoris : quippequam amantis per servitutem captivitas, est tota cordis libertas.

Gertr. ut dis & Christi permutat cor da

Castann *Sine illa vivere non vult* Genes. 30. 26. *Amoris captivitas, est cordis libertas.*

3 *Ipse autem ego Paulus* : ait Doctor Gentium. Ad quid *Ipse*, si profert *Ego*? An quia non ipse conversione ? Acumen est Bernardi pro Magdalena, Serm. in eius *Convers.* num. 4. *Unguentum quod eadem, si tamen eadem, super caput recumbentis effudit.* Qua in re alte præmisit num. 1. Dominus expectat, *donec Mariæ sacrificium in holocaustum pertranseat* : igitur si holocaustum totum Deo, sacrificium cordis per pœnitentiam ita totum Dei, ut transeat in holocaustum,

2. Cor. 10. 1. *Pœnitens non ipse, qui peccavit.*

Bernard *Per efficacem pœnitentiam, nec umbram manet peccati.*



quo non remanet victimæ ullum vestigium. Diximus *Tautolog.* 1. *Didasc.* 7. n. 7. & *Tautolog.* 10. *Didasc.* 6. n. 13.

Galat. 2 20. *In corde Pauli vivebat Christus. Sed magis est, qui Domine tradit.*

Altiùs, quantum auguror, cogitat Paulus : *Vivo autem, iam non ego.* Implicant itaque *Ipse ego*, & *iam non ego. Non ipse*, quippe in eius corde Christus : *Ipse*, quoniam in corde Christi vivit Paulus. Ecce amantium servitutem : & dicit *Non ego*, & *ipse* ; ut demonstret libertatem : quandoquidem tunc sui magis amans est, dum dilecto tradit cor : quippe cùm vincula amoris sint pignora libertatis ; eorum sanè ex cordis traditione, quòd cui cor tradidit, habitaret in pectore. Haud facilè percipi, unde vivificatio, igitur vita abscondita cum Christo in Deo. Proin ubi *Vulnerasti cor meum* : alij uti infrà videbimus legunt : *Excordasti.* Gregorius Nissen. Homil. 8. *Cor intidisti.* Ubi Sponsa absolvit, proprium retribuit. Mirabilis nitet vita, ubi permutantur corda : & cor dicitur habere, dum fatetur amans, esse (quoniam vehementer amat) sine corde ; quippe tunc propriùs & propriùs habetur, quando dilecto sacratur.

Cap. 4. 9. Gregor. Nis. *Proprius cor habetur, ubi dilecto sacratur.*

Psal. 72. 26.

4 Qui experientiâ astruit, clariùs docet. Audiatur Regius Psaltes. *Defecit cor meum* (clamat à Dominum) *Deus cordis mei. Mei* ? Unde pignus possessionis, si non entis ? Qua lege cor habet, si cor deficit ? Dum defecit præ amore, propriùs retinuit. Cordis amantis captivitas est ampliot in dilectione libertas ; quippe trahit, dum trahitur, & quem diligit amplectitur. Hamus est, qui capit dum capitur, & cor pretiosus, quàm quod in signum amoris dedidit pectus : unde Propertiùs ubi supr. Eleg. 12. ait: *Et meritò hamatis manus est armata sagittis.*

Propert *Deus est cordis, si cor Dei.*

Diciturque Deus cordis, deficiente corde præ flagrantis amoris magnitudine ; quoniam ut pateat amoris vis, Deus est cordis, si cor Dei.

Gregor. Mag. *Deus deficiente corde præ charitate, habitat incor de desicientes.*

5 Aliter ubi suprà cogitat Gregorius Magnus. *Dum cor suum dixit, quid enim aliud, quàm libertatem asserit* ? Quomodò libertas, ubi ex toto captivitas ? Haud cor defecit vanitate, sed præ amore. Dum dilecto cor tradidit, cor defecit. Non est obsequium servitutis, sed dominationis. Cor tradidit, & suum dicit, quoniam tradidit. Habetur quod relinquitur, ut magis habeatur : quandoquidem deficiente corde in proprio pectore, Deus quasi in throno habitabit in corde.

6 In corde Gertrudis iucundam sibi habitationem præparavit Sponsus cœlestis : qui quidem interrogatus, quid magis illi in Gertrude placeret ; respondit : *Libertas cordis.* Ita Castann. cap. 12. lib. 1. Libertas ? Num libertatem habet Gertrudis ? Quippini ? Servit amore, quo dum voluntas tenditur in optatam servitutem, dilectum redigit obsequio in captivitatem : etenim dum cor egreditur è pectore propter amorem dilecti ; dilectum trahit, ut requiescat in corde. Amor est in vinculis, sed gaudet pennis. Est in vinculis propter voluntatis unionem : gaudet pennis, propter voluntatis unitatem. Est in vinculis quippe cor dilecto dedit : est aliger, quoniam habet : & describuntur vincula & pennæ, non pro libertate servitutis, sed in signum libertatis ; quippe dilectum trahit usque ad vincula cordis.

Castann *Gertrudis captivavit Sponsum*

7 Verùm quomodò traxit ? Fulmen descendit de cœlo, incenso pectoris pulvere tormentario : & quod descendit ut spargeret favillas, crevit ira in vehementiores flammas ; ut pectoris æstuantis ardore

*Quæ arcu tetorsit tus traxit Sponsum?*

——— *Correpta regia cœli.*

Ovid.

Exorto in pectore Sole, accensus est ignis magnus, ita ut omnes mirarentur. De cœlo descendet ignis, qui hærebit cœlis. Descendit de cœlo accensa sagitta, & cor flagrans retorsit in æthera : etenim dum ignis concepti spectabatur lux,

*Tela è cœlo missa retorsit in æthera.*

——— *Figit pectora nuda Dei.*

Achil. Bocch.

In amorem amor mittit, verùm reflexit : *qua ictus amor totus subito inflammatus amore,*

*Victricem in Dominæ se dedit ipse manum.*

*Sponsi cor fecit.*

Idem.

Descendit post sagittas, quippe

——*Nec capiunt inclusas pectora flammas.*

Ovid.

Retorqueatur altiori proposito Tibulli cogitatio *lib. 4. Eleg. 2.*

*Illius ex oculis, cum vult exurere Divos,*
*Accendit geminas lampades acer Amor.*
*Illam quicquid agit, quoquò vestigia flectit,*
*Componit furtim, subsequiturque decor.*
*Urit ceu Tyria voluit procedere palla.*
*Urit ceu niveo candida veste venit.*

Tibulli

Voto potitur Gertrudis sive flammis purpurari flagrantis amoris, sive niveo candore puritatis : igitur traxit è cœlo dilectum, ut in corde pro delicijs efformaret habitaculum.

*Et sagittis amoris & puritatis.*

8 *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum, & in uno crine.* Quod quàm aptè intelligatur de Gertrudis amore, cor Sponsi sagittante, ipse demonstravit dicens lib. 1. cap. 4. *Div. insin.* apud Castann. *Me tota affectione inter eius amplexus tamquàm captivum tradidi. Ideò* (addit Auctor in Scholijs) *dicitur Excordasti. Sic cor ictum amore Sponsæ, ut ipsius cor illius cor sit mutatum & conversum.* Perscrutemur igitur

Cant. 4. 9.

*Quid in ter amictes excordatio?*

Castann

*Pectus Gertrudis thesaurus Christi.*

Alapid.

tur blandimen, ut miremur Gertrudis charitatem. *Vulnerasti. Excordasti.* Thesaurus dilectionis elucet Gertrudis pectus. Ibi est cor, ubi thesaurus. *Vulnerasti. Excordasti.* Sagitta charitatis. Sponsi pectus aperuit, ut erga illam cor suum Sponsum apponeret. Alapide hic: *In corde tuo conclusisti, & captivasti.* Cæterum quare? *Vulneravit in uno oculorum, in uno crine. Uno* pro primo. Nota modò.

*Christus Sponsum vidit, cùm oculos primò aperuit.*

*Primo aspectu cor Sponsi rapuit.*

*Cognovit, priusquàm oculos aperiret.*

*Nihil illi cuncta præter Sponsum*

*In illa vel oculo vel aperto est electio.*

*Prima cogitatione Sponsum captivavit, & intra pectus eò cluſit.*

*Amor vel nascens gaudet pennis*

9 Cùm duceretur lustranda sacro baptismatis fonte, ut frueretur effectu cœlestis instituti lavacri; quæ necdum oculos aperuerat, aperuit; & aciem in crucifixi Sponsi imaginem fixit. Fixit, & tunc vulneravit: igitur si per demonstrationem diligentis & dilecti cognoscimus fidem; magna profectò, quòd Gertrudis Sponsum agnosceret, vel cùm oculos aperuit. Ecce vulnus pectoris altum, factum in uno oculorum: expressa etiam dilectionis magnitudine, ex eo quòd primo aspectu cor raperetur Sponsi. Post tempus & tempus agnoscitur Sponsus ab anima: verùm Gertrudis gloria, quòd quem visura cognosceret; antequàm ut videret, oculos aperiret. In alia diriguntur lumina, priusquam luminibus cordis cognoscantur vota. Lucet vel à primo oculorum iactu cordis amantis perfectio: etenim eximia dilectionis magnitudo, ut non in aliud oculos aperiret, nisi ut Sponsum videret. Iuxta demonstrationes fidei Sponsæ rutilant gratiæ dignationis Dilecti: & se vulneratum dicit, ubi vix Gertrudis lumina aperuit; quoniam rapit cor è pectore, primam oculorum sensationem in elevationem dirigi. Aperit Gertrudis oculos, si vult exurere Divos. Liquet in Dilecti corde, dum idem oculos aperire, & Sponsum vulnerare.

*Amor vel nascens gaudet pennis*

10 Patuit sagittanti dextrè pectus, & vulnus sequitur vulnus. Vulnus ab oculis suave, dulcius à crine. Crinis est symbolum cogitationis, quam direxit in Sponsum: & dicitur unus, ut noteſcat qua arte Sponsus vulneratus, & qua virtute Gertrudis sagitta pertransiit ultra præcordia. Vulnus fedit in pectore & dulce factum à crine; cœlis mirantibus Sponsæ dexteritatem & Sponsi acceptationem: igitur quod vix aliæ adipiscuntur tempore & tempore, intra cor ipsa concluſit & captivavit in prima cogitatione. Amor in vinculis est mensura ætatis, sed nascitur etiam cum pennis; quippe superat ætatem, ob perfectionem, & dum nec cogitatur quòd pedem dirigat, vel usque in æthera volat.

11 Hoccine officium amoris mutui, mutuò scilicèt sagittari. Quare Otho Vænius *Emblem.* 5. Amor. caniti

*Sume meas, sumam tuas mea vita sagittas*

Oth. Væn.

*Non aliter nostra conciliatur amor.*

*Mea vita* dixit, & meritò, quoniam qui diligit non solùm vivit in alio, sed ita vivit nutu dilecti, ut propria vitâ nec audeat respirare, mutuis petito corde sagittis, ut amor crescat vulnere demonstrationis. *Dilectus meus mihi & ego illi.* Ecce tela, ut aliter quàm cætera vivant corda: quippequam non solùm non vivebant sibi, mutuò & dilecti & diligentes; sed ab alia vita, si alia, vita propria sumebat vitalitates. *Dilectus meus.* Meus est, & *mihi* sit; quoniam non potest vivere sine me: & ego uti dilecta dilecto, equidem non possum vivere sine illo. *Ego* (ait Gertrudis lib. 1. cap. 12.) *ullam in terris nequeo rem invenire, quæ me magis delectet præter te solum Dominum meum dilectissimum.* Sagittavit; sed sagittam illicò Sponsus in Gertrudem retorsit, dicens: *Et ego neque in terris neque in cœlis quid reperio, in quo sine te oblectter.*

Cant. 2. 16. *Christus vivebat per ipsa & in ipsa.*

Cassana

*Erat obligatus in totam Sponsi.*

12 Claret causa, cur ita est Dilectus Gertrudi, & hæc Sponso, ut nequeant vivere nisi mutuò. Quis enim vitam non quærit? Quis non diligit? Gertrudis est in Iesu-Christi pectore, quoniam aliam haud habebat nisi vitam Sponsi: & Sponsum quilibet in corde Gertrudis invenit, quoniam ibi vitam habet. De amore fictum, esse portam qua Dij egrediebantur, ut descenderent ad terram, & qua homines ascendentes ingrederentur in cœlestem aulam. Audite Vincentium Chartar. in *Cupidin. imag.* fol. 336. *Duas in cœlo ianuas esse, per quarum unam animi è superioribus ad inferiora descenderent; per alteram è contrà ab his ad illa conscenderent: hanc Deorum, illam hominum dixerunt. Ambarum ianuarum claves penes Amorem esse Orpheus volebat, ita ut absque eius arbitrio nemini transitus ex uno in alterum locum daretur. Quare non absurdè Amor, geminas in manibus claves habens, depingi posset.* Mythologia perspicua. Amor fecit ut homo ascenderet; quòd Verbum divinum, ut fieret homo, descenderet: igitur homo non ascenderet Olympum, ni amor Verbum Patris urgeret, ut descenderet in mundum. Esset sanè in misero mundo miser homo, si Verbum Patris permaneret in cœlo. Virgo Mater est hæc porta.

*Cur in corde Gertrudis, si quæritur, invenitur?*

*Porta amoris, & clavis.* Vinsent. Chart.

*Et porta lucis fulgida.*

13 Modò pro Gertrudis & Sponsi dilectione. Binæ sunt portæ amoris, & penes illum claves. Una, ut Deus descendat; alia, ut homo ascendat. Ascendit Gertrudis, ab amore apertâ ianuâ in cœlestia: Christus descen-

*Verbum divinum, ut fieret homo descenderet, non ascenderet homo.*

*Maria porta cœli.*



*Christus in Gertrudis corde sedit.*

Propert

Philip. 1. 7. *A quo nil quàm avolavit*

Propert

*Ibi amore vinctus.*

*Quicquid per illam, vel illa petit, obtinet.*

Cant. 4. 9.

*Amor cum sagittis & clavibus. Per illam ob tinentur gratiæ, quæ sunt in Sponsi pectore. Eius lingua clavis cœli.*

Galat. 2 20.

Chrysost. *Quid magnum ex vita Christi in cor de Paulii*

cendit ad ima: & ubi illa, ut ibi maneret, pennis charitatis glorificanda ascendit; Christus descendit, ut in corde Gertrudis habitaret: summaque fide fidei respondit Sponsæ; siquidem pennas dimisit, ne posset inde in superiora avolare.

*Ibi tela manent, manet puerilis imago,*
*Sed certè pennas perdidit ille suas.*

Quàm longè abfuit, dum Propertius cecinit! *In corde & in vinculis*: protulit Paulus. Non secùs Gertrudis pectus. Descendit Sponsus affectus intensione charitatis: habetque in corde & in vinculis: igitur dum Sponso uti throno patuit cor, non finit,

——— *Humano corde volare Deum.*

Hinc illud Sponsi ad illam: *Sine te vivere nolo: tantus est amor meus in te.* ubi supr. cap. 5. Quid mirum, si remiserit alas, cùm in Gertrude haberet omnes delicias?

14 Aliud mysterium absconditur, ubi ictus gravi & suaviore vulnere, Sponsus quasi captivus inter Gertrudis amplexus trahitur & simul traditur. Nihil ab illa & per illam petendum Sponsus asserit, quod non faceret. In pectore Christi sunt charismata, gratiæ, dona & beneficia tamquàm in fonte: clauditur sæpe pectus, quoniam homines gratiarum indigni; sed Gertrudis vel in prima cogitatione vulneravit, siquidem lanceâ amoris pectus eius aperuit, ac effluxæ fuerunt per orbem hominibus gratiæ, quæ erant in pectore occultæ. Hinc Amor pictus cum sagittis & clavibus, uti notat Chartarius ubi supr. Procul este Profani: etenim vera miramur nostro commodo in Gertrude. Clave & sagittis ornatur, ut homo donis cœlestibus per illam ornetur: equidem ubi pectus Sponsi primo aspectu sagittis vulneravit; thesauros gratiarum homini clavibus charitatis aperuit. Contemplemur igitur & nostras utilitates & Sponsæ Gertrudis potestatem amoris: etenim dum Christum traxit in cor, eius lingua clavis cœli facta est Perpende.

15 *Vivo autem, iam non ego: vivit verò in me Christus*: proclamabat Paulus. Vivit utique & vitâ nobiliore, quippe vivit vitâ Christi: verùm cur non dicit, quòd vivit Christo animitùs dilecto; sed quòd Christus dilectus vivit in illo? Quæstio Chrysostomi est, quam sic exponit: *Non dixit, Vivo ego Christo; sed quod longè maius est, Vivit verò in me Christus.* Sit profectò: attamen in quo micat magnitudo? Delicabo. Esse in alio, est operari iuxta voluntatem in quo est, ut ad illius voluntatem omnia fiant. Ideo maius, quòd Christus viveret in Paulo, quàm quòd Paulus viveret in Christo: etenim si ius quòd Paulus operaretur iuxta voluntatem Christi; longè maius, quòd Christus operaretur iuxta voluntatem Pauli. Utriusque unum cor, verùm dum Christus in Paulo, coruscat quod maius est: siquidem qui debet imperare, obsequitur; quoniam amore constringitur. Qui tedet in corde alitno, non tantùm ostendit dilectionem, etiam exprimit dilecti protestatem: & quamvis magnum, vivere Paulum in Christo, maius utique vivere Christum in Paulo; quippe Christus amanter indulgebat iuxta voluntatem eius, in cuius corde habitabat.

*Christus faciebat, quicquid Paulus optabat.*

*Cor utriusque unum.*

16 Preces effudit Gertrudis cum corde, flagitante proximi necessitate coram Sponso, & tunc claruit, qualem protestatem secum affert nimia dilectio. *Quid vis Domina Regina?* dixit Sponsus: ubi supr. cap. 11. Domina? Regina? Nonne Gertrudis serva? Cuius igitur dominium? Cuius servitium, vel cuius imperium? Vivit in corde Gertrudis, & servit imperio amoris: dicitque vel supplicem, Dominam & reginam; quia ut Christum traxit ad cor, uti Sponsus & amasius facit quicquid illa vult. Hoc, ni fallor, intuitu sicut ibid. dicitur cap. 5. *Cor eius visum in similitudinem pontis firmissimi.* Pridem non erat transitus, quia necdum erat qua placaretur Sponsus: & cor Gertrudis (ubi habet thronum, qui thesaurus cœlestium charismatum) videtur in similitudinem firmissimi pontis: quoniam per illam exierunt gratiæ, quæ egressæ fuerunt ut preces. Per illam habemus accessum, quippe in generositatem urget Sponsum. Non poscit, sed precando exigit, obediente Domino Sponsæ suæ precibus, expositis ab illa proximi necessitatibus, igitur si aliæ Sponsæ quia in Sponso vivunt, quod vult solummodò possunt; Gertrudis quia in corde habet, potest, & faciet quicquid illa velit.

Cassana *Cur Christus Gertrudem vocat Dominam & Reginam?*

Idem. *Facit Christus quicquid illa vult.*

*Cur cor eius uti pontis?*

*Non poscit, sed exigit.*

17 Consideremus diligenter articulum. Orat Gertrudis, & cum imperio sunt preces. Orat Gertrudis, sed respondet Sponsus: *Rem malam petere non potes: necesse ideirò in præsentiarum hanc precem non exaudire.* Ibid. cap. 13. Quid hoc, vel quorsùm hæc? Si res postulata haud perpera, necesse est quòd concedatur gratia, ad hoc ut pateat quid propter Gertrudem vel difficile concedit, vel quid Gertrudis apud illum valet. Quo ergo intuitu repellit iura precum? Ut palàm fieret, quantum Gertrudis dominium. Si non repelleret, haud cognosceretur, quantum posset. Necessaria fuit repulsa, ut Gertrudis rutilaret potentia: igitur graria (non conveniens, si tunc Amasius concederet) fecit Gertrudis, quòd concessa conveniret.

Cassana *Vel dum repelli tur, exaudi tur.*

Eun-

18 Eundem articulum petitionis Sponsæ vides in Virgine genitrice. Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, & erat ibi mater Iesu: quò etiam vocatus ipse & discipuli, quos dudum congregaverat; ut in carne præsentia astrueret, quod in primis parentibus instituerat. Cœpit festivè epulum, cæterùm defecit vinum: tunc quæ mater clementiæ, ne novi nupti vel paupertatis afficerentur rubore, vel quia nulla excusatio erat ut sine præparatione vini, federent ad mensam Domini, illi dixit: *Vinum non habent.* Tunc filius: *Quid mihi & tibi est mulier?* Idest, nunc non expedit patrare miracula: *Nondum venit hora mea.* Ecce repulsa. Statim dixit Virgo ministris: *Quodcunque dixerit vobis facite: & dixit eis Iesus: Implete hydrias aquâ.* Unde facta gratia, illico ut audita repulsa. Intentam vocat articulus cogitationem. Si faciet quod mater poscit, quam ob rem repellit matrem? Deinde. Si Virgo scit iàm non oportere, dispositio ad miraculum quare? Si dum imploratur auxilium, dicit filius, non expedire miraculum; cur ab ipsa repulsa concipitur infallibiliter gratia? Promam & volupè. Sane pro tunc haud conducebat miraculum: non erat uti poterat prodigium, si pro matre faceret, modò gratia conveniret. Plus enim pro genitrice faciendum, ut clareat eius dominium: scilicet, ut quod non oportet, oporteat; quod non convenit, conveniat. Poscebat mater, ob cuius obsequium revocandum vel decretum expeditum. Non oportebat huiusmodi signum, ni mater peteret; sed quoniam perijt, oportuit. Absolutè negandum, respectivè concedendum; quoniam pendebat non convenientia vel convenientia in beneficio conferendo, ex eo quòd non peteret vel peteret Mater Virgo: & ubi propositio gratiæ patitur instè repulsam, Virgini deposcenti contulit gratiam: quia licèt tunc gratiam concedi non oporteret; fecit imploratio matris; quòd tunc gratia conveniret.

*Accedendum ità sacharistia cum tota preparatione.*

Ioan. 2. 4. Vers. 5. Vers. 7.

*Nihil ut gratiæ à filio Virgini genitrici.*

*Facit vel quod de nouo, vel fiat proficua.*

19 Ecce convenientia in expulsione precum Gertrudis, studere scilicèt negatis, sed conferendis donis. *Necesse iccircò precem non exaudire.* Necesse, non exaudire, ut exaudiat; non oportere, ut oporteat precibus Sponsæ concessio gratiæ, clarescente amore, & etiam quid Gertrudis mereatur ubi exauditur & non exauditur: igitur illa poscente oportet, quod ni posceret, nequaquàm oporteret. *Signum quærit & signum non dabitur ei nisi signum* &c. dixit Christus. Non dabitur, & dabitur? Plus conceditur, quàm exposcitur. Maius est miraculum, ubi quia non conceditur, conceditur signum. Ecce signum magnum, conferte nempe Gertrudi gratiam; quam ni peteret, merebatur repulsam. Demonstratur in utroque Gertrudis imperium & erga illam Sponsi dilecti studium: siquidem quod displicet, facit ut faciat; & quod non oportet, ut oporteat: Sæpe cor oppressum scribit lachrymis precem, & timet vel aliorum patrocinio repelli libellum supplicem, ubi iudex subscribit: *Non oportet.* Mortificatio, solamen, mœstitudo, salus, infirmitas, absentia, libertas, deliciæ, blandimen, gratiæ, flagellum, exercitium & alia id genus, dum postulantur, sæpe repelluntur; quia non congruit animabus illhæc voluntarietas: cui negationi iurè & placidè subditur prompta voluntas; etenim si qui arctè animas diligit gratiam postulatam abnuì, procul dubio non oportet. Aliter accidit, ubi preces diriguntur per Gertrudem. Necesse est, ut Sponsus exaudiat, non exaudire precem; in hoc quod palàm fiat eius potestas, dum exponitur voluntas: igitur si beneficium, quoniàm non oportet, Sponsus negat; precibus faciet quod denegatum accipientem oporteat.

*Concedit Sponsus Gertrudi gratiam, quam ni peteret, ni ipsa posceret.*

*Vel per illam exaudimur.* Ioann. 14. 13. Eccli. 45. 5.

20 Non solùm illam Sponsus audit: etiam ut sequatur delicijs Sponsum, exauditur qui in eius *nomine petit.* Quæ frustratæ preces in nomine dulci Gertrudis? Rutilat quoque in Gertrude, quod mirantur in Moyse, *Audivit enim* Dominus *eum & vocem ipsius*: equidem amoris indicat magnitudinem, inter tot deposcentes dilecti agnoscere vocem. Nos petimus, & vel indigni exaudimur; quoniam licèt nostræ preces, ascendunt ad tribunal voce Gertrudis. Perpenderem plus auctoritatum acumina, ne protraheretur ultra quàm oportet Didascalia. Hinc oritur, quòd Gertrudi subdantur cunctorum corda, vel illà tantùm auditâ.

*Sufficit vox Gertrudi ut audiamur. Rapit corda.*

21 Amor ut vidimus ex Chartario pictus cum duplici clave. A Brixiano describitur in *Comment. Symbol.* verb. *Amor.* num. 91. ornatus insigni clavium, sed cinctus ad mamillas balteo cordium. Quid novum? Claret beneficium veneficium. Si amor studet gratiæ, corda sanè rapiet, vel avellet è pectore. Uncus est donum: *Animam autem aufert accipientium.* Nescio an hoc sensu Paulus dicat: Quòd *habeam vos in corde & in vinculis meis*: etenim victos & vinctos catenis beneficij, habebat omnes in corde. Plus addit: *Vos in visceribus Iesu Christi.* Bibl. Maxim. *In cordibus Iesu Christi.* Quota corda? Cuncta. An corda traxit universi, quia videbat Christum in pectore Pauli? Traxit corda in penetralia pectoris philtro amoris. Eius cor habebat claves gratiarum, & ut esset ornatum, habuit etiam balteum cordium: etenim omnium corda rapuit Christus in cor Pauli, philtro tanti beneficij: quippequam vel dum maior premeret corda necessitas; & obvias habebant gratias, non solum expensis thesauris, sed ob Paulum, in cuius pectore fulgebat, etiam profusis. Hinc Corinthijs dixit: *In cordibus nostris estis*: igitur per beneficia, cunctorum habebat corda.

*Amor ornatus clave & cordium balteo.* Brixian *Beneficium ve neficium* Prov. 22. 9. Philip. 1. 7. Vers. 8. *Per Paulum omnis mundus potest Christũ adire.*

*Habuit homo in corde Pauli ob vias gratias.*

1. Cor. 7. 3.

22 Quid quòd Gertrudis cunctorum rapiat corda? Quid quòd in illam devotio plena? Quid quòd utilitas sequatur & obsequatur dilectione & anxietate; si habet claves thesaurorum Sponsi sedentis in dulci corde? Quid quòd homo pro commodo dignandus quærat, quam tota Trinitas & impensè honorificat? *Hæc licèt faciens* (dixit Sponsus, ubi supr. cap. 4.) *non tamen satis feciſſe mihi videor. Efficaciam usque ad diem mortis eius intra me servo. Tunc tres operationes sentiet admirabiles. 1. Quantâ glorià Pater vocavit. 2. Quo gaudio ego eam suscipiam. 3. Quàm igneo, quàm suavi, quamque nulli mortalium perceptibili amore, Spiritus Sanctus mihi illam uniat.* Quid ultrà? Nihil. Aptiùs canam quàm Profanus lib. 4. *Metam.* Fabul. 17.

*Crevit in immensum, sic Dij statuistis, & omne*
*Cum tot sideribus cœlum requievit in illa.*

*Quæ arte corda Gertrudis cunctorum habeat?*

*Illam honorificat tota Trinitas.* Cassan.

*Plena charismatibus.*

Ovid.

## DIDASCALIA V.

### *Studium famæ crescit honore.*

Ovid. Chartar

1 ACcinit Ovidius lib. 1. de *Remed. Amor.* etenim nulla virtus videtur procul illo; quoniam dum lucet magis, traditur probro. Comites individui sunt vel in dicaris templis: & ut notat Chartarius in *Minerva* fol. 246. ornabantur unà lanceis. Honor, ut defenderet Virtutem: Virtus ut protegeret Honorem: etenim sine virtute nullus honor, sine honore nulla virtus. Vel cœlires finxit Naso, quia gaudebant virtute, vel in tertis saragentes de honore: quare lib. 5. *Fastor.* inquit:

*Honor & Virtutis mutui. Cur cum lanceis?*

Ovid.

*Nos quoque tangit honor: festis gaudemus & artis.*
*Turbaque cœlestes ambitiosa sumus.*

Et Propertius *lib. 2. Eleg. 1.*

Proper.

*Laus in honore mori: laus altera, si datus vivo*
*Posse frui, fruar ò solus honore meo.*

2 Ecce locus, quem promisimus *Tauto-*





*log.* 11. *Didasc.* 6. num. 4. pro defensione integritatis Virginis Matris, facta ab Ildefonso victis hæreticis: quippequam Mariæ cognoscentes virtutem, conati sunt linguis dissociare honorem, in quo nec primam similem vita est, nec habere sequentem. Retorqueamus Profanum in mysterium. Ita ergo Ovidius ubi supr.

*Virginitas & maternitas Mariæ ab hæreticis impugnata ab Ildephonso defensa.*

*Hinc fata maiestas, quæ mundum temperat omnem.*
*Quaque die partu est edita, magna fuit.*
*Nec mora: consedit medius sublimis Olimpo,*
*Aurea purpureo conspicienda sinu.*
*Consedere simul Pudor & Metus: omne videres*
*Numen ad hanc vultus composuisse suos.*
*Protinus intravit mentes suspectus honorum:*
*Fit protinus dignis; nec sibi quisque placet.*
*Hic status in cœlo multos permansit in annos,*
*Inque novas species omne recessit opus.*
*Terra feros partus, immania monstra, gigantes*
*Edidit, asuros in Iovis ire domum.*
*Fulmina de cœli iaculatus Iupiter arce,*
*Vertit in auctores pondera vasta suos.*
*His benè maiestat, armis defensa Deorum,*
*Restat, & ex illo tempore culta manet.*

Ovidius.

Describitur bellum & causa in conflictu Ildephonsi pro Virgine-Matre: etenim cùm in mentes hæreticorum intraret (quippe non visum) an creperum maternitatis & integritatis privilegium, & venena vomerent ex pectore putrido, serpentino conatu, ausi in Iovis ire domum, inexpugnabile puritatis ædificium, disiungentes honorem & virtutem, ut negarent virginem vel matrem; fulmina eloquentiæ armigera veritate, ab arce sapientiæ eiaculante Ildephonso, ut prærogativa Mariana constaret mundo, & instrueret certamen in triumphos novos; vertit in auctores pondera vasta suos. His benè maiestas armis defensa lucet, & etiam ab illo tempore culta manet: quippequam status claruit in terra, quem uti novum celebrabant sidera, & coruscavit honoris latitans lux, eius quæ ab ipsa conceptione magna privilegio fuit. Magnum sanè dum claret, &

*Victi hæretici.*

*Bona fama in tenebris proprium splendorem obtinet.*

Pub. Syr.

Siquidem eiìò veritas haud indigeret luce, studium famæ Virginis crescit honore.

3 Sphæra seu circulus emblema erat olim virginitatis, & victoriæ, cuius imago habebat in manu figuram circuli: quod quidem argumentum astruxit Faustinæ numisma, in quo sphæra cum lemmate: *Matri Magnæ*, uti observat Pierius Valerianus lib.

*Circulus seu sphæra symbolum virginitatis.* Pierius Val.

18 Eundem articulum petitionis Sponsæ vides in Virgine genitrice. Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, & erat ibi mater Iesu: quò etiam vocatus ipse & discipuli, quos dudum congregaverat; ut in carne præsentia astrueret, quod in primis parentibus instituerat. Cœpit festivè epulum, cæterùm defecit vinum: tunc quæ mater clementiæ, ne novi nupti vel paupertatis afficerentur rubore, vel quia nulla excusatio erat ut sine præparatione vini, federent ad mensam Domini, illi dixit: *Vinum non habent.* Tunc filius: *Quid mihi & tibi est mulier?* Idest, nunc non expedit patrare miracula: *Nondum venit hora mea.* Ecce repulsa. Statim dixit Virgo ministris: *Quodcunque dixerit vobis facite: & dixit eis Iesus: Implete hydrias aquâ.* Unde facta gratia, illico ut audita repulsa. Intentam vocat articulus cogitationem. Si faciet quod mater poscit, quam ob rem repellit matrem? Deinde. Si Virgo scit iàm non oportere, dispositio ad miraculum quare? Si dum imploratur auxilium, dicit filius, non expedire miraculum; cur ab ipsa repulsa concipitur infallibiliter gratia? Promam & volupè. Sane pro tunc haud conducebat miraculum: non erat uti poterat prodigium, si pro matre faceret, modò gratia conveniret. Plus enim pro genitrice faciendum, ut clareat eius dominium: scilicet, ut quod non oportet, oporteat; quod non convenit, conveniat. Poscebat mater, ob cuius obsequium revocandum vel decretum expeditum. Non oportebat huiusmodi signum, ni mater peteret; sed quoniam perijt, oportuit. Absolutè negandum, respectivè concedendum; quoniam pendebat non convenientia vel convenientia in beneficio conferendo, ex eo quòd non peteret vel peteret Mater Virgo: & ubi propositio gratiæ patitur instè repulsam, Virgini deposcenti contulit gratiam: quia licèt tunc gratiam concedi non oporteret; fecit imploratio matris; quòd tunc gratia conveniret.

*Accedendum ità sacharistia cum tota preparatione.*

Ioan. 2. 4. Vers. 5. Vers. 7.

*Nihil ut gratiæ à filio Virgini genitrici.*

*Facit vel quod de nouo, vel fiat proficua.*

19 Ecce convenientia in expulsione precum Gertrudis, studere scilicèt negatis, sed conferendis donis. *Necesse iccircò precem non exaudire.* Necesse, non exaudire, ut exaudiat; non oportere, ut oporteat precibus Sponsæ concessio gratiæ, clarescente amore, & etiam quid Gertrudis mereatur ubi exauditur & non exauditur: igitur illa poscente oportet, quod ni posceret, nequaquàm oporteret. *Signum quærit & signum non dabitur ei nisi signum* &c. dixit Christus. Non dabitur, & dabitur? Plus conceditur, quàm exposcitur. Maius est miraculum, ubi quia non conceditur, conceditur signum. Ecce signum magnum, conferte nempe Gertrudi gratiam; quam ni peteret, merebatur repulsam. Demonstratur in utroque Gertrudis imperium & erga illam Sponsi dilecti studium: siquidem quod displicet, facit ut faciat; & quod non oportet, ut oporteat: Sæpe cor oppressum scribit lachrymis precem, & timet vel aliorum patrocinio repelli libellum supplicem, ubi iudex subscribit: *Non oportet.* Mortificatio, solamen, mœstitudo, salus, infirmitas, absentia, libertas, deliciæ, blandimen, gratiæ, flagellum, exercitium & alia id genus, dum postulantur, sæpe repelluntur; quia non congruit animabus illhæc voluntarietas: cui negationi iurè & placidè subditur prompta voluntas; etenim si qui arctè animas diligit gratiam postulatam abnuì, procul dubio non oportet. Aliter accidit, ubi preces diriguntur per Gertrudem. Necesse est, ut Sponsus exaudiat, non exaudire precem; in hoc quod palàm fiat eius potestas, dum exponitur voluntas: igitur si beneficium, quoniàm non oportet, Sponsus negat; precibus faciet quod denegatum accipientem oporteat.

*Concedit Sponsus Gertrudi gratiam, quam ni peteret, ni ipsa posceret.*

*Vel per illam exaudimur.* Ioann. 14. 13. Eccli. 45. 5.

20 Non solùm illam Sponsus audit: etiam ut sequatur delicijs Sponsum, exauditur qui in eius *nomine petit.* Quæ frustratæ preces in nomine dulci Gertrudis? Rutilat quoque in Gertrude, quod mirantur in Moyse, *Audivit enim* Dominus *eum & vocem ipsius*: equidem amoris indicat magnitudinem, inter tot deposcentes dilecti agnoscere vocem. Nos petimus, & vel indigni exaudimur; quoniam licèt nostræ preces, ascendunt ad tribunal voce Gertrudis. Perpenderem plus auctoritatum acumina, ne protraheretur ultra quàm oportet Didascalia. Hinc oritur, quòd Gertrudi subdantur cunctorum corda, vel illà tantùm auditâ.

*Sufficit vox Gertrudi ut audiamur. Rapit corda.*

21 Amor ut vidimus ex Chartario pictus cum duplici clave. A Brixiano describitur in *Comment. Symbol.* verb. *Amor.* num. 91. ornatus insigni clavium, sed cinctus ad mamillas balteo cordium. Quid novum? Claret beneficium veneficium. Si amor studet gratiæ, corda sanè rapiet, vel avellet è pectore. Uncus est donum: *Animam autem aufert accipientium.* Nescio an hoc sensu Paulus dicat: Quòd *habeam vos in corde & in vinculis meis*: etenim victos & vinctos catenis beneficij, habebat omnes in corde. Plus addit: *Vos in visceribus Iesu Christi.* Bibl. Maxim. *In cordibus Iesu Christi.* Quota corda? Cuncta. An corda traxit universi, quia videbat Christum in pectore Pauli? Traxit corda in penetralia pectoris philtro amoris. Eius cor habebat claves gratiarum, & ut esset ornatum, habuit etiam balteum cordium: etenim omnium corda rapuit Christus in cor Pauli, philtro tanti beneficij: quippequam vel dum maior premeret corda necessitas; & obvias habebant gratias, non solum expensis thesauris, sed ob Paulum, in cuius pectore fulgebat, etiam profusis. Hinc Corinthijs dixit: *In cordibus nostris estis*: igitur per beneficia, cunctorum habebat corda.

*Amor ornatus clave & cordium balteo.* Brixian *Beneficium ve neficium* Prov. 22. 9. Philip. 1. 7. Vers. 8. *Per Paulum omnis mundus potest Christũ adire.*

*Habuit homo in corde Pauli ob vias gratias.*

1. Cor. 7. 3.

22 Quid quòd Gertrudis cunctorum rapiat corda? Quid quòd in illam devotio plena? Quid quòd utilitas sequatur & obsequatur dilectione & anxietate; si habet claves thesaurorum Sponsi sedentis in dulci corde? Quid quòd homo pro commodo dignandus quærat, quam tota Trinitas & impensè honorificat? *Hæc licèt faciens* (dixit Sponsus, ubi supr. cap. 4.) *non tamen satis feciſſe mihi videor. Efficaciam usque ad diem mortis eius intra me servo. Tunc tres operationes sentiet admirabiles. 1. Quantâ glorià Pater vocavit. 2. Quo gaudio ego eam suscipiam. 3. Quàm igneo, quàm suavi, quamque nulli mortalium perceptibili amore, Spiritus Sanctus mihi illam uniat.* Quid ultrà? Nihil. Aptiùs canam quàm Profanus lib. 4. *Metam.* Fabul. 17.

*Crevit in immensum, sic Dij statuistis, & omne*
*Cum tot sideribus cœlum requievit in illa.*

*Quæ arte corda Gertrudis cunctorum habeat?*

*Illam honorificat tota Trinitas.* Cassan.

*Plena charismatibus.*

Ovid.

## DIDASCALIA V.

### *Studium famæ crescit honore.*

Ovid. Chartar

1 ACcinit Ovidius lib. 1. de *Remed. Amor.* etenim nulla virtus videtur procul illo; quoniam dum lucet magis, traditur probro. Comites individui sunt vel in dicaris templis: & ut notat Chartarius in *Minerva* fol. 246. ornabantur unà lanceis. Honor, ut defenderet Virtutem: Virtus ut protegeret Honorem: etenim sine virtute nullus honor, sine honore nulla virtus. Vel cœlires finxit Naso, quia gaudebant virtute, vel in tertis saragentes de honore: quare lib. 5. *Fastor.* inquit:

*Honor & Virtutis mutui. Cur cum lanceis?*

Ovid.

*Nos quoque tangit honor: festis gaudemus & artis.*
*Turbaque cœlestes ambitiosa sumus.*

Et Propertius *lib. 2. Eleg. 1.*

Proper.

*Laus in honore mori: laus altera, si datus vivo*
*Posse frui, fruar ò solus honore meo.*

2 Ecce locus, quem promisimus *Tauto-*





*log.* 11. *Didasc.* 6. num. 4. pro defensione integritatis Virginis Matris, facta ab Ildefonso victis hæreticis: quippequam Mariæ cognoscentes virtutem, conati sunt linguis dissociare honorem, in quo nec primam similem vita est, nec habere sequentem. Retorqueamus Profanum in mysterium. Ita ergo Ovidius ubi supr.

*Virginitas & maternitas Mariæ ab hæreticis impugnata ab Ildephonso defensa.*

*Hinc fata maiestas, quæ mundum temperat omnem.*
*Quaque die partu est edita, magna fuit.*
*Nec mora: consedit medius sublimis Olimpo,*
*Aurea purpureo conspicienda sinu.*
*Consedere simul Pudor & Metus: omne videres*
*Numen ad hanc vultus composuisse suos.*
*Protinus intravit mentes suspectus honorum:*
*Fit protinus dignis; nec sibi quisque placet.*
*Hic status in cœlo multos permansit in annos,*
*Inque novas species omne recessit opus.*
*Terra feros partus, immania monstra, gigantes*
*Edidit, asuros in Iovis ire domum.*
*Fulmina de cœli iaculatus Iupiter arce,*
*Vertit in auctores pondera vasta suos.*
*His benè maiestat, armis defensa Deorum,*
*Restat, & ex illo tempore culta manet.*

Ovidius.

Describitur bellum & causa in conflictu Ildephonsi pro Virgine-Matre: etenim cùm in mentes hæreticorum intraret (quippe non visum) an creperum maternitatis & integritatis privilegium, & venena vomerent ex pectore putrido, serpentino conatu, ausi in Iovis ire domum, inexpugnabile puritatis ædificium, disiungentes honorem & virtutem, ut negarent virginem vel matrem; fulmina eloquentiæ armigera veritate, ab arce sapientiæ eiaculante Ildephonso, ut prærogativa Mariana constaret mundo, & instrueret certamen in triumphos novos; vertit in auctores pondera vasta suos. His benè maiestas armis defensa lucet, & etiam ab illo tempore culta manet: quippequam status claruit in terra, quem uti novum celebrabant sidera, & coruscavit honoris latitans lux, eius quæ ab ipsa conceptione magna privilegio fuit. Magnum sanè dum claret, &

*Victi hæretici.*

*Bona fama in tenebris proprium splendorem obtinet.*

Pub. Syr.

Siquidem eiìò veritas haud indigeret luce, studium famæ Virginis crescit honore.

3 Sphæra seu circulus emblema erat olim virginitatis, & victoriæ, cuius imago habebat in manu figuram circuli: quod quidem argumentum astruxit Faustinæ numisma, in quo sphæra cum lemmate: *Matri Magnæ*, uti observat Pierius Valerianus lib.

*Circulus seu sphæra symbolum virginitatis.* Pierius Val.

39. *Hierogl.* cap. 19. Opponuntur namque in natura virginitas & maternitas; unde utriusque conciliatio magnitudinis summitas: igitur Mariæ Magnæ Matris privilegium, nulli concessum fœminarum, eò quod esset inter virgines mater inclyta, & virgo inter matres integerrima. Gloria est solius Mariæ: non dabitur alteri: & ubi pro virginitate describitur sphæra, etiam proponitur pro victoria; quippe Ildephonsi triumphus contra hæreticos, urgere, ut quam dicebant matrem velint, nolint, fatererntur insignem virginem. Etiam signum fuit perfectionis, uti ibi dicit idem cap. 10. Non sola perfectio contemplanda est in Maria; sed perfectio summa: sphæraque demonstratur pro Magna Matre, quasi insigni virginitatis, & vexillum perfectionis; quippe non summa perfectio, ni fuisset mater & integerrima virgo.

*Victoriæ*

*Perfectionis. Mariæ summitas, virginitas & maternitas.*

4 Circulus, qui victoriæ, virginitatis, & perfectionis index, vitæ quoque gnomon fuit. Indicat prætatus Auctor ibid. cap. 11. igitur cùm vita mensuretur tempore, ex cunctis instantibus forma fit circuli & altra, quæ signa temporum, & virtus respirationum pro motu vitæ, etiam vocantur sphæræ. Vita, virginitasque designantur in circulo, & hieroglyphica clarent in Ildephonso. Puritatis, & vitalitatis formatur nexus, dum eius rutilat triumphus: etenim in eius encomium decantatur, per illum vivere Virginem, quoniam Matris defendit puritatem. *Per te vivit Domina mea* (protulit Leocadia) *quæ cœli culmina tenet.* Per Ildephonsum vivit Regina cœli? Quæ polit tenet culmina, vivit virtute Ildephonsi? Utique. Virginis vita est honoris fama. Defendit famam honoris & privilegium singularis matris: unde per Ildephonsum dicitur florere in cœlo; quoniam eius labore plauditur virgo.

*Circuli etiam hieroglyphicum vitæ.*

*Vita Mariæ quomodò per Ildephonsum?*

5 Nonnumquàm intelicitas persequitur pulchritudinem, sicut nubium densitas obumbrare tentat Solem. Unde Ovidius lib. 1. *Amor.* Eleg. 8. ait:

*Sæpe infelices fœmina pulchritudi.*

*Et cur non placeas? Nulli tua forma secunda est.*

*Ovid.*

*Tam felix esses, quàm formosissima vellem.*
*Stella tibi oppositi nocuit contraria Matris.*

Susanna una fuit in orbe pulchriorum, & simul una infelicium: etenim quia noluit quos vulneraverat species, telis pulchritudinis, amplecti petulantes lascivia senes; ab ipsis per fidei eius denigrata fama, quasi fracta pudicitia. Indicarunt pudori & malignitatis molimen, & profligatæ mentis cogitationem turpiter senes, quos castæ minimè exaudierunt aures: verùm in consilio malignantium intimo petita dolore, proclamavit:

*Angustiæ sunt mihi undique.* Undique labor & dolor inter pœnam & infamiam. *Si enim hoc egero, mors mihi est: si autem non egero, non effugiam manus vestras.* Si dissentior, morior: morior etiam, si consentio: & patet summæ infelicitatis discrimen, dum perplexitate vita invenitur inter mortem & mortem. *Si enim hoc egero, mors mihi est.* Mors consensu? Quinimò videtur oppositum, cùm repulsa adducatur in iudicium, & morti devotam sententia alliget, quoniam minimè consensit. Dolor aliquando ora reprimit, aliquando verò verba confundit; etenim idioma amaritudinum claret confusio vocum, in quarum indice notandum, quid cor patiatur, neutiquam quid lingua loquitur. Si acquiescit crimini, mors? Sane. Grande doloris ingenium est. Quia crimen non patitur, mortem patietur. Proh pudor! Sæpe cogitat acute pectoris dolor. Accinit Seneca in *Troäd.* Act. 4. v. 902.

*Non est in vivente vita, latè fama.*

*Ratione quamvis careat, & fletû neget*
*Magnus dolor, sociosque nonnumquàm sui*
*Mœroris ipsos oderit; causam tamen*
*Possum tueri, iudice infesto.*

*Daniel. 13. 22. Ibid.*

*Seneca*

Aptiùs quàm Helena dicere quibat Susanna. *Si enim hoc egero, mors mihi est.* Si assentior, vita perit, & vita manet. Manet, quoniam vivo; perit, quoniam morior: igitur licet vivam, vivam cum famæ dedecore; & non est vita vita cum dedecore famæ.

*Imàmors ipsa, denigrata famâ.*

*O mors pudoris maximum læsi decus!*

*Idem. Sed mors viva.*

Dixit idem in *Hippolyt.* Act. 5. v. 1184. Mors vitalis est: non in vitæ privatione, sed vulnere honoris, & dedecore vitæ.

*Vita Virginis Matris est hoc integerrimi pudoris.*

6 Suppetat ratio. Inter extrema vitæ naturalis & mortis civilis, quisquis eligit vitam, nequit esse nobilis. Eligit vitam per infamiam, qui honori præponit vitam: at cùm vita nobilis sit vivere cum honore, & nequaquàm ignominiosè vivere; dixit Susanna assensu criminis posse vivere, & simul mori: etenim si sensibus est vita vita, uti illi, ignominiosa & infamis; illi sine honore vitæ, vita erit ad instar mortis. Perpende. *Si enim hoc egero, mors mihi est.* Non mors erit vita utcumque, sed vita cum dedecore *mors mihi.* Non vobis, sed mihi est, cui vita honor illibatus, & vitæ decus: igitur potius mihi placet, amplecti mortem, quàm amittere turpiter honoris vitalitatem; quoniam vita ingenui pectoris est vitalitas honoris.

*Non est vita vivere, sed vivere cum honore.*

7 Omnia expressit, cùm adduceretur in iudicium: siquidem afflicta flens suspicions in cœlum, quod solummodò poterat protegere tori immaculati fidem, contra se-



seniorum iudicum meditatam artem; voce magna exclamavit: *Ecce morior.* Quare addicitur morti? *Falsum testimonium* (infit) *tulerunt contra me.* Morior, quoniam iudices, testes iniqui, vulnerant famam. Aptius videretur, quoniam neci devovent vitam: & prudens dicit sine honore perire; quoniam nobilis vita non est vita sine honore.

*Vers. 43 Vita cum dedecore præmorte.*

8 Deinde. *Falsum testimonium tulerunt contra me, & ecce ego morior.* Nunc? Morieris: at morieris? *Ecce* dicit. Ibi vivit, quippe falsum testimonium patitur: quomodò igitur ibi moritur? Falsum testimonium est causa, at ex illo, non cum illo prompta pœna. Vita peribit, quoniam astutia falsum testimonium cogitavit: æterum ibi non perit: cur ergo modo se fatetur perenntem, ubi habet adhuc florentem vitalitatem? Est mors amissione vitæ, & vulnere ignominiosæ notæ. Moriętur vitæ amissione; verùm sine honore, nec modò quit vel ante mortem vivere: etenim cùm famam falso testimonio denigrent, & in iudicio devenustam damnent; ibi iure dicit vel vivens infeliciter amittere vitam, quoniam ibi perfidi dedecore tollunt famam.

9 Liquet causa præconii Ildephonsi pro immaculata integritate Mariæ. Florebat illa, floret etiam in cœlo: & vitam accipit ab Ildephonso? Quæ uti Olympi regina vitam gloriosam ac cœlicam habet; per hominem mortalem feliciter vivit? Sanequàm. Eius pudoris illibatum florem & simul virginis maternitatem contra perfidos astruxit, & impensè defendit. Eximia Mariæ comendatio est esse mater & virgo. Hæc singularitas eius molitur magnitudinem, & construit novum specialem honorem. Adversus huiusmodi famam falsum testimonium excogitavit hæreticus; æterùm intemeratum splendorem propugnavit Ildephonsus: dicturque meritò per illum Virginem habere vitam, quoniam eius denigratam restituit lumini famam. *Per te vivit, quæ cœli culmina tenet.* Per te vivit, quoniam probrum honorem iuterficit. Per te vivit, quia restituisti honorem: igitur fugit a vivente florens vita, si modò viget infamia.

*Vita vitalitasque honoris auctoritas.*

*Apoc. 5. 6.*

10 In throno vidit Ioannes *Agnum tamquàm occisum.* Hic thronus à PP. dicitur Sacramentum Eucharistiæ. Vide Haye, Alcazar, Vitgas & Alapide hic. In Sacramento altaris habet Christus vitam & gloriosam: quare quem in Sacramento cernui veneramur gloriosum; Ioannes vidit Agnum tamquàm occisum? *Recolitur memoria passionis eius*: ait Angelicus Doctor *Opusc.* 57. Residet ibi & etiam gloriosa vita, verùm

*D. Tho.*



recolitur dedecoris illati memoria: & exponitur occisus, qui floret in Sacramento gloriosus; quoniam vel dum micat vita præ cunctis æstimabilior, non est vita sicut honor.

*Forma vitæ est ignominia carere.*

11 Ulteriùs. Vitâ fruitur, & simul moritur. Quomodò enim & vivus & mortuus? Quoniam probrosum recolitur dedecus. Est ignominiæ nota, & famæ macula. Modificatio vividè exprimit vitæ atque mortis singularem nexum. Vidit Ioannes *Agnum tamquàm occisum.* non occisum, sed tamquàm occisum, ut demonstraret modum. Vivit Agnus, igitur vitam habet, & ibi vitam accedentibus concedit: cæterùm cùm vita & vitæ ignominia in nobili non coëxreant; negat modificatione, quam concessit Ioannes vitam: etenim licèt crimen esset falsum, propter illatum dedecus demonstravit quasi mortuum. Ideo subdit, quòd *Seniores & animalia adoraverunt viventem*: disparuit falsum crimen: & clarâ ignominiâ falsa, cum honore restituto etiam restituta vita.

*Vers. 14.*

*Vita per splendorem & vita per vitalitatem. Ioann. 1. 4.*

12 Haud definienda nobilis vita per motum, indicem vitalitatis, sed per quietem persistentis honoris: igitur honor est forma vitæ, & non est vitalis vita procul honoris integritate. *Vita erat lux hominum*: etenim vita haud ad amussim perpenditur per vitalitatem, sed per vitæ gloriosissimæ splendorem. *Hodie genui te*: dixit Filio Pater æternus in die Reiurrectionis, ut interpretatur Paulus. Vita redditur, & gloria simul restituitur: tuncque expelmit genitum, quem ab æterno habuit filium; quoniam tunc apud homines restituit vitam, dum concessit gloriam, & à calumnia vindicavit famam: siquidem nihil vel ipsa vita habet vitalitatis, ubi nævum patitur levis splendor honoris.

*Psalm. 7 Act. 13. 33. Habuimus vitam, quæ gloriosa habetur.*

13 In quæstione, quam excitabit Christus, ut præ cunctis audiretur Petrus; expositis opinionibus, pro cogitantium damtaxat utilitatibus, fides astruitur definitione Petri, dicentis: *Tu es Christus filius Dei vivi.* Crucifixo & mortuo Domino, audita est Centurionis opinio: quæ licèt videatur eadem, distinguitur summè à confessione, quam professus Petrus; etenim solummodo filium Dei vocat Christum, & non ampliùs. *Verè hic homo filius Dei erat.* Patet dissidium sententiarum in convenientia opinionum. Si uterque Christum plaudit filium Dei, quare Centurio non dicit plus, nimirùm filium Dei vivi, uti profertur confessione Petri? Considerabat filium Dei, verùm in cruce. Contemplabatur illum affectum summo dede-

*Matth. 16. 16.*

*Marc. 15. 39.*

*Cum infamia usi exprimitur vita.*

core. Signa & miracula filium Dei vivi demonstrant. Contumeliæ & opprobria eius honorem denigrant : & licet immortalitas sit Deitatis proprietas, neutiquam designat vivum, cùm opprobrijs in cruce videret plenum, igitur sine honore, nec in Deitate conciliatur ab homine expressio vitæ. *In ipso vita erat* : & non exprimitur vita ; quoniam in cruce laborabat fama. *Quod scripsi scripsi* : dixit Pilatus urgentibus Iudæis, ut deleret vel in titulo crucis dignitatem honoris. Honori haud detraxit, qui in vitam sævijt : & servavit intactam, per dignitatem, vitam quam vel infelix habet post mortem.

Ioann. 1 4. Cap. 19. 22. *Honor est vita post mortem.*

14 In cœlo regnat Virgo-Mater, & per Ildephonsum vel in cœlo vivit. Quo pacto vita Imperatricis cœli pendet à vita Ildephonsi ? Quoniam vindicavit ab infamia puritatem, cùm hæretici linguis illius labefactarent honorem. Fateatur ergo Leocadia, Virginem per Ildephonsum integram recuperare famam : verùm vel in cœlestibus habere vitam ? Næ. Non æstimat Virgo magni vitam, ubi homines virulenti pudoris deturpant famam. Vita est splendor dignitatis, & integritas honoris. Quæ gloria esset Matris sine gloria & auctoritate virginis ? Quid speciale maternitas, si abesset à fœcunditate virginitas ? Honor sanè est vitæ vita, uti vitæ splendoris rutilans forma : dicirque iurè per Ildephonsum vivere ; quoniam illi vel in cœlis non est vita sine honore. Virginitas Mariæ est argumentum plausus cœlestis; quam uti in cœlis aulici, in terris debent venerari homines. Hæretici abolere certabant à corde hominis, quòd uti prodigium colebatur ab Angelis. Ibi vita Mariæ, ubi maternitas cum virginitatis honore : quæ quidem ita vivit, virginitatem protegente Ildephonso, quia per illum in mundo plauditur virgo.

*Vita Virginitatis fama.*

*Vita est integritas honoris.*

*Per Ildephonsum Maria plauditur in mundo virgo.*

Martial *Ut potior vita sit tibi sancta fides.*

Canit alib Val. Martial. lib. 10. Epigr. 44. & Claudianus de VI. *Consul. Honorij* à v. 597.

Claud. *Assit ipsa suis talis victoria templis,*
*Non quærit pretium, vitam qui debet amori.*

## DIDASCALIA VI.

### *Præsentia amati ostendit sers vitutem amoris.*

Dionys. Areop. 7 COllegimus ex Dionysio Areopagita de *Divin. nomin.* cap. 4. quippe dilecto diligens serviet, qui præsentem cogitaverit. Monet Seneca ex Epicuro Epist. 25. *Sic fac omnia, tanquam spectet aliquis. Prodest sine dubio custodem sibi imposuisse, & habere quem respicias, quem interesse cogitationibus tuis judices.* Quantum interfit, profert in Psalm. *Qui habitat*, Mellifluus Doctor dicens : *Tu ne audeas Angelo præsente, quod videnti me non auderes* : igitur vel perfrictæ frontis reprimit cogitationis audaciam, eius quem par est vereri, confiderari præsentiam. *Tu nosti servitutem, qua servivi tibi* : dixit Iacobus Labano. Astruxit obsequium per servitium, & servitij servitutem, quia illum in cunctis considerabat præsentem : exactèque se gessit erga creditum munus, quoniam præsens vel absens cogitabatur qui dominus. *Servitutem servivi.* Servit qui servit, verùm non servit servitute, ideò exactè, quisquis non servit amore. Servit amore, qui in servitio præsentem arbitratur, in quem obsequium dirigitur : & Iacobus dicit se servisse servitutem; quoniam amore, cui serviebat, contemplabatur præsentem.

Senec. *Angeli Custodis præsentia cogitatio profutura.* Bernar. Genes. 30. 26. *Servit exactè, qui servit amore.*

2 Hæc considerationi necessaria, ne voluntas facile trahatur in vetita, & amplectatur crimina. Præsentem multum prodest, habere Deum. Dicit vel Ethnicus lib. 2. de *Ponto Eleg.* 8.

*Felices illi, qui non simulachra, sed ipsos,*
*Quique Deum coram corpora vera vident,*
*Sic homines novere Deos, quos arduus æther*
*Occulit, & colitur pro Iove forma Iovis.*

*Præsentia prodest, cogitare Deum.* Ovid.

Relinquamus Profanum : N. ergo audiamus Magistrum. *In omni loco Deum se respicere pro certo scire* : ait Gloriosus Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 4. *Instrum* 49. Ecce frenum vagæ cogitationis, & cordis audaciæ : equidem quem non revocat fulminantis tenor legis, cohibet à meditatis præsentia legislatoris ; quippequàm expellet à corde crimen, quisquis Deum cogitaverit præsentem.

S. Bene. *Est frenum vagæ cogitationis.*

3 Mortuus est languens Lazarus, symbolum peccatoris negligentis legem, atque tendentis & pervenientis tandem tandem in animæ mortem. Medicum cœlestem sorores ductæ amore vocarunt ; sed languentem eius morâ sepelierunt. Noluit Christus ad languentem ire, ut posset resuscitare ; ac ex periculo languidi saperent, & novissima cautione providerent. Venit Iesus, ubi Lazarus fuerat mortuus, & dixit illi Martha: *Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus.* Eadem protulit soror Magdalena. Non medicinam optant, solùm præsentiam desiderant. Iurè Christi præsentia erat prompta medicina. Quàm vivide Lazarus exprimit præ-

Ioann. 11. Vers. 32. *Medicina præservativa.*



varicatorem, criminum plagis languentem ! Si ibi esset Christus, Lazarus non esset mortuus : siquidem estò lethales sagittæ criminis pervenirent usque ad cor, ne læderent vel excussæ, arceret præsentia Dei. Si adesset Christus medicus, sciret languens Lazarus & quantumvis circumirent, aut volitarent occasiones criminis, evanescerent prorsùm occasiones : etenim non rueret infeliciter in mortem, Deum considerans præsentem. Volant tela ignea diaboli per vagam regionem cogitationis hominum, an figatur vel hæreat ad minus in vulnus aut mortem animæ, iaculum : unde si affaissset Christus, Lazarus non fuisset mortuus ; quippe estò fragilitate languereat, consensu non interiret : etenim Dei considerans præsentiam, vel effreniorem cohiberent audaciam. Hinc præsentia Christi pro medicamine præservativo à sororibus defideratur : siquidem vel languens in mortem, non moreretur ; quoniam Christi præsentia in mala cuncta habebatur medicina.

*Arcet peccata.*

*Cohibet vel effrenatorem audaciã.*

4 Articulus Sutannæ demonstrabit pondus considerationis, & momenta utilitatis. Illam ardebant senes proci, operti iniquitate velamine sacro iustitiæ. Repulit pudica ; & dignitas quæ impulit canos in crimen, etiam movit, ut damnarent innocentem. Expositâ ergo in auribus fœminæ deliberatione senum, & iudicum, de amissione honoris, vel admissione criminis ; sese, ut magis sibi consuleret, abnegavit ; honorem apud homines, ut ampliorem haberet, perfundebit; quippequàm verè astruit honoris rutilum splendorem, non admittere in anima apud Dominum crimen. *Angustiæ* (dixit) *sunt mihi undique* : pro minimo est, ut à vobis iudicer, aut ab humano die. *Melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quàm peccare in conspectu Domini.* Perpende periodum, ut imiteris exemplum. Elegit insignis fœmina priùs mori, quàm peccare ; ut professione vitæ propter legis latæ fidem, eius confirmaret dilectionem. Hoc est in homine insigne, malle è vita decedere, quàm peccare. Sit : cæterùm cur addit, *In conspectu Domini*, ubi cuncta patent illi ? Peccaret, ni Dominus videret ? Nequaquàm : quare igitur, dum crimini non assensit, Domini signat præsentiam ? Ut ostenderet, qui per illam interponitur, ne vel præcipiti occasione labatur : etenim cùm præsentia Dei sit retinaculum, ut voluntas non abeat post appetitum ; vel in occasione urgentiore crimen fugit ; quippequàm Deum præsentem consideravit.

*Vera honoris gloria, caret culpâ.*

Daniel. 13. 22. *Melius est perire quam peccare.*

*Insuit Dei præsentia ordium in crimina.*

5 Sæpe delinquunt homines, quoniam adinstar Primiparentis, Deum præsentem cognoscunt, postquàm peccarunt. Iurè canit Sponsa apud Hermann. Hugonem lib. 2. *Voto* 5.

*O Deus! ô confige tuo mihi corda timore,*
*Ne peccem! Furor hoc cuspide noster eget.*
*Utilis ante scelus timor est, qui frena gubernat*
*Qui timet admisso crimine, serò timet.*

Herm. Hug. *Timor Dei debet esse ante peccatum.*

Susanna antequàm peccaret, Deum respexit: & Domini exponit præsentiam, dum impellitur in culpam ; etenim in crimen occasione ita subrica caderet, ni Dei præsentiam haberet. Noluit peccare, & addit : *In conspectu Domini* ; igitur quicumque in conspectu Domini, nequit peccare. Præsentia Domini urget in ardua & superat difficilia. Scutum est in quælibet missilia ab inimicis, ne vacillet incolumitantia cordis : & in occasione qua fœminæ fragile quatitur cor, pro muninine ostendit præsentiam Dei ; cuius obsequio victa fuit præceps occasio : igitur ita munivit fœminam fragilem ; ut potiùs quàm crimen, eligeret pati mortem.

*Præsentia Dei vincuntur dissicilia.*

*Scutum est fragilitatis.*

6 Quod roborat labescentem animum, sæpe malitiâ cognoscentis repellitur, ut neseiatur, quod scitur : igitur accidit in occasione Catholicis, quod in optione data contigit malignantibus Iudæis. Proponitur Iesus & Barabbas, at eligitur malitia, & damnatur innocentia. Quem vultis? dixit Præses: & illi : *Non hunc, sed Barabbam.* Ut in mentem redirent, coram expositi, & clamaverunt: *Crucifige, crucifige eum.* Iterùm ostendit, an tot vulnera iamdum aperirent miserationis in pectore ; verùm iterùm exclamarunt : *Tolle tolle.* Quid non faceret pertinax malitia cogitationis, expuentibus præsentiam Deitatis ? Claruit cordium cæcitas, & quàm in illis radicata malignitas : etenim cruci addixerunt innocentem, eligentes homicidam & latronem. Ecce tentationis articulus ; ut conster cuias sit pectus. Latro gratiæ diabolus est: hinc instat mediâ sensibilium affectione, ut eligatur quod inhibitum à lege. Occurrit in animi ambiguitate Iesus, & clamat voluntas : *Tolle.* Abdicitur Christus & eligitur diabolus ? Christus, qui pro te à planta pedis usque ad verticem saucius ? Placet dæmon de tua perditione gaudibundus? Haud ità voluntas eligeret, si præsentia Dei placeret : non hunc eligis, sed Barabbam. Ecce culpam, quam quidem minimè admitteres, ni præsentiam Dei expelleres : etenim nec frangeretur lex, quamvis immineret mors ; modò præsens cogitarui statueretur Iesus.

Ioann. 18. 40. Cap. 19 6. Vers. 15 *Dei re mittur præsentia, ut introducantur crimina.*

7 Hi mihi videntur similes Nazarethi civibus, de Christi adventu in civitatem gaudan-

dentibus ; sed citò in illum furore commotis, acerbitate dulcis veritatis, qua illiorum volebat attrahere corda & exterminare vitia : igitur amaro animo, *duxerunt illum usque ad supercilium montis, ut præcipitarent eum.* Acceperunt gaudio & ejecerunt odio. Perstitit obsequium, quamdiù conceptum commodum : etenim ubi advenit occasio, qua pateret pectoris placidæ recipientia dilectio ; exitus probavit intuitum, atque adventum unà ingratum : quippe nullo modo illum grati receperunt, ut haberent & aspicerent ; sed ut expellerent. Semper Dominus præsens est ; & momentum animæ, quod considererur præsens, ut conspectus dilecti astruatur à corde, dilectionis servitute. Recipitur in civitatem suam, nimirùm cor hominis, ubi hic accedit Sacramento altaris. Occurrit tentationis occasio, ut dilectionem explicet cordis electio, an quem homo habet in pectore, recipiat ut habeat, vel ut ejiciat, adamans illum & eius legem, plusquàm animæ & gratiæ furem cogitationem. Verùm quid ? Barabbas eligitur, non Iesus : quandoquidem pectora recipiunt, non solùm ut expellant, sed ut præcipitem mittant.

Luc. 4. 29.

*Ex effectu cognoscitur dilectio communicantis.*

Psalm. 50. 13. Versus

8 *Ne projicias me à facie tua* : clamat Psaltes Regius & etiam : *Averte faciem tuam à peccatis meis.* Si peccatum est in Davide, & non videt Deus eius iniquitatem ; non aspiciet, cui peccatum hæret. Quomodò igitur orat, ut in se oculos dirigat, & à peccatis suis simul avertat ? An quoniam dilectionis exprimit artem, ex eò quòd Deus videat criminosum & non crimen ? Diximus *Tom.* 1, *Tautolog.* 4. *Didasc.* 3. An quia instruitur per pœnitentiam, ut Deus non videat in peccatore culpam ? Etiam diximus hic *Tautolog.* 1. *Didasc.* 7. & *Tautolog.* 4. *Didasc.* 4. Aliquid singulare Psalmographus signat, ut se à peccatis custodiat : averlionemque à peccatis exponit, & simul præsentiam Deitatis concupiscit ; quippe nullum Deus in illo videbit crimen, si ille præsentem contemplerur Deitatem.

*Nullum erit crimen cogitantibus præsentiam.*

9 Prætereà. Aversio vultus est signum inimicitiæ : unde Iobus 13. 24. querens aliquatenùs subsidium, in oppressionem pœnarum, dixit : *Quare faciem tuam avertis, & arbitraris me inimicum tuum* ? Vultus conversio exprimit dilectionem ; & David exposcit ut à peccatis avertat, & in se convertat faciem ; ut Dei ostendat inimicitias in crimen & non in hominem : igitur ita clemens vel offensus, ita misericors ac in pietatem pronus ; ut dum faciem avertit, non avertat ab homine, sed à crimine. Deinde, Deus avertit faciem, ne ab ipsa iniquitate impellatur in supplicium. Quare namque David faciem Domini desiderat & dum commisit peccatum ? Amplexatus est scelus, & faciem Domini optat, ne peccet amplius ; etenim nec primam haberet culpam ; si ante ipsam, Domini contemplaretur præsentiam. Considerationi presentiæ divinæ majestatis reprimit ausus pervicacis delinquentis : igitur conscientia vivido homini exponit corde quid facturus, vel quid fecerit, proterendo majestatem, propter blandiminis legem ; cavens ne qui absens cogitatus ad culpam, sit præsens in culpæ pœnam.

*Deuteron. 32. Non homo.*

*Vel in peccante præstitio Dei est opus, ne peccet amplius.*

*Nocte levis quassà si murmuret arbore ventus,*
*Horrescunt rigidæ, fronde sonante, comæ.*
*Quid faciant, subitis si fulminet ignibus, æther,*
*Aut sonet attheneo grandior ab axe fragor.*

*Cur poli peccatà oritur si mari*

Succinit Herman. Hug. ubi supr. Ita enim Deus respicit peccatores vultu pietatis. Sine huiusmodi reflexione, Dei avertitur vultus, & homo stat in affectionum manibus : imploratque David, Deum non avertere faciem, estò videat delinquentem ; quoniam omnia crimina perpetrabit, si Deus reliquerit.

Herm. Hug.

10 *Dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinventionibus suis* : protulit Dominus de filijs Israël, qui nec resipiscebant visis tot miris, neque tot pœnis perpessis. *Dimisi eos*, & in ruinam *ibunt* ; quippe nec acerbitates affectionum ab erratis revocabunt. Formidet qui audax ad culpam, huiusmodi indulgentiam. Loquitur Deus quasi medicus animarum, pro quarum salute eorum impendit studium, & mulcendo, & flagellando, exponendo vulnera in vitijs eorum, ut vitia potiùs eis displicerent, & non medicus, à quo sanabantur ; sed opus perdidit, quoniam nihil profuit : & dimisit in vulnere lechali, impossibilitatem demonstrans remedij, & indeclinabile pondus periculi ; igitur summum infortunium, ubi medicus cœlestis dimittit infirmum ut desperatum, tamquàm vas perditum.

Psalm. 80. 13.

*Magnâ salutis periculâ, ubi Deus hominè abdicit, ut desperatum.*

11 *Dimisi eos.* Qui sunt hi ? Qui cognoscunt, quàm obstricti debent esse beneficijs, & persolvere grates ? Qui educti fuerunt è captivitate Pharaonis, onusti regni divitijs ? Hi quos cibavit cœlesti pane, protexit à frigore & calore, aluit miraculis, servavit prodigijs, ex cunctis nationibus elegit, & inter quos thesauros gratiarum affatim generosè distribuit. Hos dimittit ? & dimittendo projicit : siquidem ingratitudo pungit amorem, ut avertat faciem, & plùs oderit, quia plùs amavit. Implacabilis est amor, si recrudescit querulus ingratitudinis : & projecit è penetralibus pectoris ; quoniam plenius odium, quo callum cordis studium : igitur illos dilexisse, fovisse, & favisse plus, impulit ingratitudine, ut expelleret à se. *Dimisi eos.* Non alios. Renuerunt reclamare, cum diligerem. Noluerunt muneràri, cùm faverem : & pertæsus eos, bile commotà, dimisi, quoniam illis, ut allicerem, ampliores fidei demonstrationes ostendi.

*Ex ingratitudine pellitur, ut oderit amoris sedum.*

12 *Dimisi eos secundum desideria.* Peccarunt, & peccatum eorum appellatur desiderium ; igitur ex crimine remanet appetitus revertendi ad vomitum. Eorum desideria erant voluntatis prolubia, & voluptatis vota, ex quibus confecta crimina ; & pro pœna peccatorum conceduntur desideria. Desideria ? Utique. Si indulgere genio, est desiderium, quo pacto exprimitur ut supplicium ? Cæce affectus eligit in delicias graviores pœnas. Numquàm satagit de requie, sed de labore, quippe placet voluntarium onus gravissimum : & cùm vivere iuxta desiderij legem, sit gravius cordis cruciamen ; ut patiantur graviora, dimittit eos secundum desideria ; quippequàm quod magis animam premit, est permittere vitam, utut peccator volucrit.

*Desiderij peccatorum ipsa sint pœnæ superiores supplicia*

13 *Secundum desideria*, & desideria *cordis*. Haud desideria iuxta intellectum, sed iuxta prolubium. Minimè desideria rationis, sed voluntatis. Claret in huiusmodi origine affectionum, dominium appetitum sensibilium, & sopita ratio sub iugo rebellium. Si aliquomodò lucaret, aliquando in delicijs amaritudinem voluntas inveniret, & fugeret crimen, ut effugeret cruciamen : verùm cùm affectio proculcet cuncta, ut adipiscatur desideria ; traduntur miseri in desideria cordis, ut crucientur desiderijs : etenim ibi inveniunt ampliorem amaritudinem, ubi maiorem cogitabant voluptatem. Ratio discernit & exponit vel in placitis obices, ne cor trahatur in lubita voluntatis : hæc præceps ut cæca ruit, sequens prolubium quia placet : & traduntur in cordis desideria, ut eorum regnet pro ratione malitia ; quandoquidem pro cupitis nullam considerant legem, modò consummaverint stultam cogitationem.

*Invenit amaritudinem, ubi maiorem cogitabat voluptatem*

14 In cordis desideria traduntur, & sui cordis. *Pœna est rebellionis maxima* : subdit Genebrardus hic. Cor eorum cupit esse actionum lex, sine freno cognitionis,

Genebr.



sine modetamine legis, ut quod voluerit sit licitum, & obtineatur quod placitum : attamen cùm Deus intendat corripere illorum iniquitates ; illos tradit in proprij desideria cordis, quin considerent perire, per ea quæ student habere : siquidem nulla ampliora possunt excogitari cruciamina, quàm illorum cordis infatuati desideria. Omne peccatum, quòd citò non deletur pœnitentiâ, ut dicit Magister in 2. *Sentent.* distinct. 25. vel est peccatum causa peccati, vel est peccatum pœna peccati. Est causa peccati, quia invocat abyssus abyssum. Est pœna peccati, quoniam primi peccati aliud peccatum supplicium : quod quidem pœna rebellionis maxima, quippe est pœna & etiam culpa, quam sequitur alia pœna. Hæc sunt desideria proprij cordis, & *ibunt in adinventionibus suis.* Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, & postèà acceleraverunt. Non resipiscunt, sed eunt ; imò corruunt : igitur de inventione in inventionem præcipitantur, in malis exultantes, estò contrarias cognoverint leges ; modò consequamur vacui cerebri cogitatas inventiones. Ducuntur affectu, ignorantes quò ducantur : & non delinquunt ut aliquid vel contra legem habeant, sed ut delinquant. Peccant ut peccent. Tantam facinus ! Illos in desideria proprij cordis dimisit Dominus. Haud nova scelera : novum iurè quòd non esset hoc articulo maiora, quæ fatua conciperet cogitatio ; ubi dimissi demonstrantur à Deo.

*Cruciantur per quæ volunt.*

*Peccatum causa peccati, & pœna peccati.*

*Qui à Deo derelinquitur, de malis in malam præcipitatur*

*Peccat ut peccet*

15 In die iudicij impiorum haud proponuntur tormenta, quæ quidem tunc intensiora. Matthæus refert formidabilem articulum, & nullum signat in iudicio tormentum ; dumtaxat narrat sententiam iudicis, illos in ignem æternum condemnantis. *Discedite à me.* Si flammæ & æternæ sunt tormenta in transgressores legum, quare non exprimit tormenta flammarum ? Non amplius, quam discessus ? Quid plus ? Dicit quicquid pati quit. Est præsentia Dei tota gloria : & sine illa describitur tota pœna ; igitur licèt sint plures cruciatus, ampliores damni, quàm sensus. Præsentia Dei vel dum sumus in hoc hoc tabernaculo, est afflictionum dulcedo, subsidium pœnarum, levamen maritudinum : & licèt gravissima æternâ flamma, in sententia discessus cuncta exponuntur tormenta : igitur nullum maius in acerbiore cruciamine, quam videre Deum, illos à se removere. *Hodie à facie tua abscondar* : dixit Domino Cainus. An quia iunxit in uno cun-

Matth. 25. 41.

*Maior cruciatus, Deo à se excedere de linquentem.*

Genes. 4. 14.

*Despectus Dei præsentiæ consummatio malitiæ.* Cap. 17. 2. *Dei præsentia perfecta vita.* Claudian.

cuncta cruciamina? Aptiùs, arbitror, ut eius pateat malitia: etenim Dei præsentiæ præmittit oblivionem, ut se designet projectum in omnem iniquitatem. *Ambula coram me, & esto perfectus*: dixit Dominus ad Abraham. Præsentia indicatur Deitatis, & studium perfectionis: igitur cuncta peraget ad legis amussim, qui Deum in cunctis cogitaverit præsentem. Succinit Claudianus de VI. *Consul.* Honor. v. 611.

*O quantum pectori sereti Numinis addit.*
*Imperij præsens species, quamtamque rependit*
*Maiestas alterna vicem?*

## DIDASCALIA VII.

### *Eò quis felix liber est, quò miserior servus fuit.*

*Petrarch.* 1 EXcerpimus ex Petrarcha *Dialog.* 14. Etiam mala cognoscuntur, dum fugiunt, & bona dum veniunt. Si servitus nostra est in noxa, & libertas in gratia; adveniente libertate gratiæ, patent pondera culpæ: igitur non tam clarent ubi ab anima feruntur, quàm ubi uti gravia removentur. *Quàm dulce est cupiditates fugasse ac reliquisse!* ait Seneca *Epist.* 12. Gustatur vera dulcedo, ubi falsæ voluptatis recedit amaritudo: & constat felicitas libertatis ex miseria voluntariæ dirissimæ servitutis. *Tu nosti servitutem, qua servivi tibi*: exponit Labano Iacobus. Ideſt, acerbam servitutem. Renuit servire, & servisutem gravissimam promit: quantum auguror, ab illo non designatur servitutis calamitas, sed libertatis felicitas. Felicitas libertate possessa ex servitute relicta; quoniam tunc servitus cognoscitur, dum exeuitur: siquidem liber felicior est, qui miserior servus fuit. *Est quoque cunctarum novitas gratissima rerum*
*Gratia.*

*Etiam mala cognoscuntur, dum fugiunt.* Senec. Genes. 30. 26. *Servitus cognoscitur, ubi exuitur* Ovid. *Etiam spectissimas gratia post deformitatem nocet.* Iacob 1 18. 1. Pet. 1 8.

Ait Ovidius lib. 3. de *Pont.* Eleg. 4. Hac libertatem habemus: culpa servitutem tolleramus: & gratia quæ semper eximior, videtur gratior; ubi post perpessam servitutem, nanciscimur libertatem.

2 *Voluntariè genuit nos* Deus *verbo veritatis, ut simus initium aliquod creaturæ eius*: ait Iacobus Apostolus. Vertex autem Apostularus: *Secundum misericordiam suam magnam regeneravit nos.* De gratia iustificante loquimur utrèque; uti astruit Lorinus. Quare igitur, hic dicit: *Regeneravit*, & ille: *Genuit*? Magnum utique discrimen inter generationem & regenerationem. Gignere, est dare esse: regenerare; datum esse reformare: & utrumque dicunt in æstimationem gratiæ; quip, pequàm gratia Dei eximie fulsit, & dum hominem condidit, & dum redemit: igitur ibi creatura rationalis potentiæ initium, hic dilectionis studium.

*Amor Dei erga hominē fulsit, dū condidit, & redemit.*

3 Progrediamur ultrà. In regeneratione exponitur à Petro magnitudo Dei, *Secundum misericordiam suam magnam.* In generatione à Iacobo non sic: *Voluntariè* (ait) *genuit nos.* Si utrumque per gratiam, cur tantùm in regeneratione magnitudo signat Deitatis excellentiam? Lubitò dicam. Gignere, est dare gratiam: regenerare, restituere amissam: illud opus liberalicatis, hoc amoris: in utroque clementia: verùm in regeneratione clementia magna; quoniam non tam fulsit magnitudo Dei, ubi gratiam concessit, quàm ubi amissam restituit. Libertas est in gratia, quia ubi spiritus Domini, ibi libertas. Dum condidit hominem, dedit gratiam, ne peccato serviret. Dum redemit, postquam servivit, concessit: & in regeneratione gratia clementiæ exprimit magnitudinem; quippe post servitutem impertivit libertatem.

*Magnitudo Dei plùs fulsit, dum gratiam hominis restituit, quam dū concessit.*

4 Observa obiter. In conditione generatio in adoptionem filiorum fuit voluntaria. *Voluntariè genuit nos.* In redemptione etiam: quare ergo non dicitur voluntaria, sed tantùm magna clementia? Vis exprimitur amoris in corde divino æstuantis: igitur quod in redemptione voluntarium obsequium, exponitur necessarium; quia amor impulit ut descenderet de cœlo in servitutem, ut homo servus acquireret libertatem. Hinc magna clementia, restituta gratia: etenim felicius liberest, qui miserior servus fuit. Delicat acumen Petrus, exprimens huiusmodi gratiam, ut misericordiam. In conditione hominis concessio gratiæ, qua genitus, non fuit misericordia, sed gratia. In redemptione fuit gratia, verùm ex misericordia. Misericordia est sublevatio alienæ miseriæ, quippe non est subùdium sine gravamine: & gratia dicitur magna non ubi gratia, sed ubi misericordia; ut maioris homo haberet uti felix libertatem, postquàm peccati cognoverat servitutem.

*Amor impulit Verbum Patris, ut à sem dirit de cœlo in libertatem hominis.*

5 Cognovit Magdalenè crimina, & salutem consecuta est, *ut cognovit*: ita ex plur. AA. astruximus *Tautol.* 4. *Didasc.* 4. a num. 10. Cognovit, & post salutem etiam medicum quæsivit. Ad quid ergo, si iam obtinetur valetudo? *Noverat* (ait Augustinus *Homil.* 23. libell. 50. *homil.*) *quanto morbo laboraverat.* Non laborat? Non. Et medicus quæritur? Utique, ut audiret, quo modò post restaurationem tese gereret. Noverat quanto morbo laboraverat. Salutem divina gratiâ consecuta fuerat: & post salutem fatagit etiam de medico, ne recidat morbo. Solicita est de salute, quæ iacuerat sub peccatorum onere: & consulit medicum, vel post malum expulsum; quoniam magni habebat libertatem post perpessam servitutem.

*Cur tūc) modi gratia non exponitur ut gratia, sed uti misericordia?*

*Luc. 7. 37.* *Augustī.* *Solicitudo contigit magna, ne iteretur culpa.*

6 Intelligitur modò difficilis locus David. *Custodi* (clamat ad Dominum) *animam meam: quoniam sanctus sum.* Peccatum commisit, gratia surrexit, & in pristinum statum illa Prophetam restituit. Quare si defensus gratiâ, si munitus sacrâ forma, tunc postulat sibi protectionem, & cùm iaceret obliviscitur munimen? Tunc auxilium necessarium, dum eget, & tunc eget, quando peccato iacet. Quorsùm ergo petit custodiam, habens gratiam, qua protegitur? Ne in crimen rursùs labatur. Plùs imprecandum auxilium medici, ubi maius instat nocumentum periculi: igitur maius periculum dum ægrotus recidit, quam cùm concidit. *Hoc votis, precibusque petas, hoc flebibus opta, Ne redeant peccata tibi, ne mersa leventur, Mortua ne surgant, neu debellata rebellent. Ne post ablatum valeant discrimina crimen, Et flammam timeas, quia iam non suppetit unda.*

*Pſ. 85. 2* *Maius peccatoris mali ruina, dū recidit, quam dū concidit.*

Accinit Alcimus Avitus lib. 4. *Genes.* v. 653. Unde dum habet Prophetæ gratiam, ampliorem petit custodiam; & quia potior debebat esse ægroti solicitudo, ne succumbat infeliciter relapsu; & quia gratiæ status agnoscit felicitatem, post expertam peccati truculentam servitutem: equidem nulla maior miseria, quàm esse in culpa.

*Alcim. Av. t.* *In libertate gratiæ servitus noteſcit culpæ*

7 Prophetæ indicavit uxor Bethsabee, cùm peteret post illum, solium filio Salomoni. Iuraverat Rex, sed exaltabatur Adonias, sequentibus pluribus Principibus partes, in dedecus & propudium Salomonis. Prosc & pro filio genitrix declamavit, & subdit, ni Rex fecerit: *Erimus ego & filius meus Salomon peccatores.* Arcana ac vigil profectò vox. Ut exprimat miseram sortem, persecutionem, despectum, infelicitatem, pluviam pœnarum, cumulum amaritudinum, scopum finistræ adversitatis; dicit, reputatum iri peccatores? Vividè. Non est simile aptius, quo exprimatur pœna, quàm culpa: & demonstrat peccatum, dum exponere intendit summæ calamitatis infortunium; quoniam universam continet cruciaminum infelicitatem, in anima grave crimen.

*3. Reg. 1 21.* *Summa calamitatis infortunium est peccatum.*

8 Confert Augustinus perfectiones Deitatis cum imperfectionibus hominis, & eius cor humilitate compunctum, ac amore petitum ita, in *Soliloq.* cap. 2. alloquitur Dominum: *Tu lux, ego cæcus: tu vita, ego mortuus: tu medicina, ego æger: tu gaudium, ego tristitia: tu summa veritas, ego universa vanitas: tu bonus, ego malus: tu pius, ego impius: tu iustus, ego iniustus: tu sanctus, ego miser.* Miser? Haud æqua patet collatio. Si miser, tu felix: tu sanctus? ergo ego peccator. Quare non se dicit peccatorem, sed infelicem? Differimen solummodò pœnes vocem: igitur haud amplior patet miseria, quam iniquitas in anima. Hoc onus clarius videtur pondere criminis, adeptâ libertate per gratiam, summam felicitatis: quippequàm conditione cognitâ prementium ærumnarum, beatitudinis potioris micat auspicium: etenim qui quærit, ne sit, peccator fortunam, habet gratiam, profectus honorem, abiectus dignitatem, infirmus valetudinem, nudus vestem, servus libertatem, cæcus lumen, sitiens fontem, mortuus vitam, pauper opulentiam, repercussus quietem, profugus securitatem, omnia bona pariter cum illa, quoniam omnia bona in gratia. Canit Prosper Aquitanic. lib. de *Ingratis, contr. Pelagianos* v. 1046.

*Augustī.* *Ampliōr miseria culpa.* *Omnia bona in gratia.* *Prosp. Aquit.*

——*Illæso corde manemus.*
*Libertate agimus, sed libertate redempta,*
*Cui Deus est rector, fumoque ex lumine lumen,*
*Vita salus, virtus sapientia, gratia Christi est,*
*Qua currit, gaudet, tolerat, cavet, eligit, inflat,*
*Credit, sperat, amat, mundatur, iustificatur.*

*Homīnum felicitas.*

9 Audiamus Gentium præceptorem. Gloria est collectio bonorum, qua fruemur in cœlo, verùm adoptione filiorum Dei, habemus gloriam in mundo. *Prædestinavit nos* (ait) *in adoptionem filiorum, in laudem gloriæ gratiæ suæ.* Minimè dicit: *In gratiam gloriæ suæ, sed in gloriam gratiæ suæ*; ut constet quantæ magnitudinis conversio peccatoris: equidem si gratiâ convertitur homo, in gratia lucet Deitatis magnitudo: dicitque Dei gloriam, dum confert homini gratiam: quia in hominis conversione ampliorem demonstrat gloriam. Aliter. Gratia datur hosti adverso: gloria amico: & dum fit gratia, Dei exprimitur gloria: etenim vel

*Eph. 1. 6* *Gloria Dei in conversione peccatoris.*

*Et gratia inimice calleat.*

divinam constrúit gloriam, conferre inimico gratiam. Videsis ad utrumque quæ diximus *Tautolog.* 11. *Didasc.* 2. à n. 12.

10 Ergo scopo Didascaliæ. *In laudem gloriæ gratia suæ.* Si recolitur prædestinatio, opportunior videretur sententia pro gratia gloriæ, quam pro gloria gratiæ. In gloria dominatur requies, in mundo grassantur amaritudines. Ibi florent gaudia, hic comprimunt crebra tormenta, ita ut ærumnis nequeat vocari vita. Quo ergo pacto dicit Paulum gratiæ gloriam, cumulum felicitatum; si in mundo etiam cum gratia premunt dolores, persecutionum? Est gratia ob quam conceditur gloria, & cuius iure uti filij Dei, divinæ consortes naturæ, capimus hæreditatem, quam non possemus origine: Paulusque gratiam designat gloriam, fontem bonorum, vel in mundo, quo dolores exules à patria premunt; quoniam in pignore gratiæ insunt cuncta bona gloriæ.

*In pignore gratiæ insunt cuncta bona gloriæ.*

Vers. 7.

11 Dicit illicò. *Secundum divitias gratiæ suæ.* Non gloriæ? Gloriæ simul. *Secundum divitias gratiæ*, quoniam in gratiæ pignore divitiæ gloriæ. *Secundum divitias gratiæ*, quippequam in gratia universæ divitiæ. *Secundum divitias gratiæ*, igitur formâ iustificationis homo dives, *Secundum divitias gratiæ*: etenim estò fugiant bona temporalia; sunt æterna, quæ vera sunt bona. *Secundum divitias gratiæ*, quandoquidem in gratiæ felicitate, sunt gaudia tanquam in fonte. Denique, *Secundum divitias gratiæ*, eò quod sine gratia non est gloria, & gloria latet in gratia: qua omnia coöperantur in bonum: & sine qua omnia diriguntur in malum; siquidem sine Deo qui fons cunctorum bonorum; misera est felicitas cunctarum felicitatum.

*In dono gratiæ, universæ delitiæ.*

12 Ambulante Christo super æstuantis maris quasi solidos fluctus, eò & eadem via voluit tendere Petrus. *Domine* (dixit) *iube me venire ad te super aquas.* Quid si sumergeris? Quid si surgit ventus validus, & deglutit pelagus? Nihil interest, modò perveniat, ubi Deus adest. Hoccine desiderium designat, quantum in nobis, ne patiamur absentiam Deitatis. Volebat progredi Petrus, ubi erat Dominus. Obviabat conatui procella. Stante in navi, erat, estò brevis, aliquantula distantia. Distantia, quasi Dei absentia, designat privationem divinæ gratiæ. Procella dilectæ periculum vitæ: & periculo exponitur Petrus, modò perveniat ubi adest Dominus; quoniam priùs eligendum discrimen vitæ, quàm pati Dei absentiam gratiæ amissione.

Matth. 14. 28.

*Eligendū potiùs discrimen vitæ, quàm gratia.*

13 Modò novam lucet accipit votum Sororum pro Lazaro infirmo; quod quidem haud evanuit, vel sepulchro condito. *Domine* (dixerunt) *si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus.* Non satagunt de medicina, sed de Dei præsentia: quippe acrius malum virtute languoris premebat moribundum in absentia Deitatis. Ideò per nuncium dixerunt: *Ecce quem amas infirmatur.* Haud quaquàm indicant, quòd languorem arceat, sed ut veniat, ut promant quid curandum in homine ægroto vel moribundo: igitur licèt dolores gravent, & compassionem videntium iurè conciliant; haud curandum, quòd iaceat vel quod surgat, an patiatur sic vel sic, sed quòd minimè patiatur absentiam Dei.

Ioann. 11. 21. *Absentia Dei gravior languor in anima.*

*——Via sola salutis*
*Affectus parentis erit, miseratio semper*
*Conditionē caret, præstat indebita Christus.*

Vers. 34

Accinit Arator lib. 2. in *Act. Apost.* v. 380. etenim quamvis in mortem perduxit languoris gravitas; absentia Dei erat potentior infirmitas. Hinc additur: *Veni & vide.* Si veneris, surget, quantumvis possideat mors; siquidem mors erat illa tantùm ex absentia Dei. *Veni & vide*, ut præsentiâ revocetur in vitam, qui absentiâ remisit animam: etenim etsi præoccupassent luguci mortis, & universæ iacula mortifera infirmitatis; nequaquàm amisisset vitam, ni tuam Domine pateretur absentiam. *Veni & vide*, ut ille videat & veniat, & tuâ præsentiâ habeat plurimi libertatem, postquàm absentiâ tuâ perpessus est servitutem. Hæc est vera felicitas, semper scilicèt Deum habere, & possessione sui. Cogitavit vel Ethnicus *Satyr.* 8. v. 110.

*Deus ea. Ibi mala, & præsentia eli bona.*

Iuvenal

*——Si quod spectabile signum,*
*Si quis in edicula Deus unicus. Hæc etenim sunt*
*Pro summis. Nam sunt hæc maxima.*

## DIDASCALIA VIII.

### *Exilium Virginis Matris amor convertit in gravamen servitutis.*

Albaradū *Dulcit amor patriæ.*

1 PRotulit iurè N. Antonius Albarado libell. de *Exilio pueri Iesu.* Cuncti ut canit Ovidius lib. 6. *Fastor.*

Ovid.

*——Patriæ dulci tanguntur amore.*

Horat. *Sine patria, nulla voluptas.*

Equidem procul patriâ vel in voluptate iucunditas nulla.

*——Potior patria fuit interdicta voluptas.*

Succinit Horatius lib. 1. *Epist.* 6. v. 62. de Ulysse. Et Homerus *Odyss.* 1.

*Ni-*



Homer.

*Nihil est patria propriisve parentibus alli Dulcius.*

Unde Thyestes apud Tragicum Act. 3. v. 403. cùm rediret Thebas, exclamat:

Senec. *Solatium exulis.*

*Optata patriæ tecta & Argolicas opes,*
*Miserisque summum, ac maximum exulibus*
*bonum.*

*Virgo illibata si de exilium pertulit.*

*Tactum soli natalis.*

Hæc amaritudo animi altè sedit in Virginis Matris pectore: igitur relictâ dulcedine patriæ.

Venant

*Intemerata fides pertulit exilium.*

Accinit Venantius *lib. 2. Rutilia* (ait Seneca de *Consolat. ad Helviam* cap. 16.) *filium secuta est in exilium; & usque eò fuit indulgentiâ constricta, ut mallet exilium pati, quàm desiderium; nec antè in patriam, quàm cum filio redit.* Quanta cura Virginis pro vita Dei infantis! Maluit pati exilium, quam desiderium: igitur exul à patrio solo & non à filio, protexit vitam, quousquè reduxit in patriam.

Senec. *Maluit pati exilium quā filij desiderium.*

Genes. 30. 26.

2 En articulum exilij Virginis Matris; qua ergo lege transivit in gravamen servitutis? *Tu nosti servitutem, qua servivi tibi*: dicit socero Iacobus. Servitus? Et dura servitus. Exul ad te veni, à patria fugi fratris tyrannide; & quod videtur confugium, ut insigne libertatis; est servitus servitutis: igitur ubi patriæ desiderium, in servitutem mutatur exilium. Indicat Helene apud Tragœdum in *Tread.* Act. 4. v. 908.

*Ubi patriæ desiderium in servitutem mutatur exilium.*

Senec.

*——— Durum & invisum & grave est,*
*Servitia ferre: patior hoc olim iugum*
*Annis decem captiva.*
*Versi Penates. Perdere est Patriam grave.*

Gaudebat summo honore. Utique, & se vocat captivam, cùm haberet extra patriam; siquidem si patria in corde gignit amorem; exilium vel inter honores maximos transfertur in servitutem. Exilium est domus Labam, & ut servitus exprimitur à Iacob. Amor patriæ regnat: qui quidem ita diligentem gravat; ut quod exilium corpori, pateat captivitas animæ:

*Quod exilium corporis, servitus animæ.*

3 Quicquid, & altiùs, exilium demonstravit gravaminis in Iacobo, operata est in Virgine pro Sponso & filio dilectio; igitur propter horum amorem, exilium corporis transijt in animæ servitutem. Patet quàm congruè à fidelibus dicatur servitus Virginis, ubi exilium eius celebratur procul gleba natalis. Fuga dicitur: verùm in Maria ut servitus designatur; quia quòd tantùm exilium filij & Sponsi, claret servitus molestissima Virgini. Sub eadem acerbitate singuli iacent. *Surge & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Ægyptum* dixit Angelus Ioseph. Quo pacto in Maria servitus & molestia, si in Filio & Sponso solummodò fuga? Quia erat mater & Sponsa. Exivit Virgo exul, sequens exilium Sponsi & exilium Filij; & non est exilium exilium, sed servitus; ubi cum exule exulant una Filius & Sponsus. Clarius causam delicabo. Iosepho uti pueri nutricius, haud quibat respicere uti filium infantem, nisi secundum reputationem: pariter infans non poterat respicere uti patrem Iosephum, sed dumtaxat ut genitricis Sponsum; cæterùm Virgo respiciebat Iosephum uti verum Sponsum, & intantem quasi naturalium filium; patiens in exilio proprio, exilium filij & exilium Sponsi: diciturque iurè exilium servitus dira, quia exilium videbat uti mater & Sponsa.

*Cur exilium Virginis insignitur titulo servitutis.*

Matth. 2. 13.

*Est servitus quia mater & Sponsa.*

4 Dices igitur & meritò: Si exilium Mariæ est servitus, quia cum Filio Sponsus est relegatus; cur non erit etiam servitus in Filio & Sponso, cùm in exilio uti matrem respiciat Christus, & uti Sponsam Iosephus? Si egressa est Maria in Ægyptum, respiciens exules & Filium & Sponsum; etiam egressi sunt Filius & Sponsus, Mariæ sequentes exilium. Si hoccine, quia cum utroque exulat, dicitur servitus, quare non designatur servitus, si uterque & sequitur genitricem, & sequitur coniugem? Causa in promptu. Exilium cum unico respectu exilium est; cum duplici exilium servitus fit. Unde quia exilium filiorum Israël cum uxoribus & gnatis, non dicitur exilium, sed *domus* quasi centram *servituti*. Exivit Maria in exilium cum Filio & Sponso: Iosephus, haud respiciebat filium suum exulem, sed coniugis. Infans non sequebatur exilium patris, sed matris; cæterum Virgo respiciebat uti sponsa exilium Ioseph, & uti mater relegationem Iesu; & vocatur exilium Virginis servitus, & non exilium; quia cùm habet duplicem relationem, quod exilium solummodo, transfertur in servitutem. Iuxta connationum varietates, augentur in corde faucio labores: igitur in amaritudinem animæ plures causæ ampliores pœnæ. Exilium Ioseph erat exilium cum acerbitate exilij dilectissimæ coniugis. Exilium Iesu cum molestia exilij dilectissimæ matris. In Maria erat exilium cum exilio Sponsi & filij, transiens in servitutem; quoniam in exilio utriusque, cor eius saucium patiebatur dolorem. Servitutem hancine propter Sponsum & exulem filium demonstravi *Tom.* priore *Tautolog.* 5. *Didasc.* 9. & *Tautolog.* 6. *Didasc.* 10. modò delicandum, quo ingenio amor molestiam exilij utriusque convertere quivit in servitutem animæ. Ibi fulsit præ amore captivitas: hic

*Quod enim exilium servitus?*

Ierem. 34. 13.

*Plures ad exilium causæ quàm pœnæ.*

*Amor exilium Virginis in servitutem convertit.*

demonstranda servitutis qualitas.

5 Omnis servitus vel est pœna vel pœnalitas: quapropter vel cedendum iustitiæ vel læsæ sorti. Sors quæ voluntaria, non potest dici pœnosa, quoniam non eligitur molestum, vel tollit acervitatem voluntarium. In Eva fuit plorabile exilium, quoniam invite expulsa ab horto deliciarum. In Agar, quippe in Ægyptum remisit Abrahamus: in neutra verò exilium dicitur servitus: quomodò ergo designabitur servitus in Maria, dum ab illa uti quid utile eligitur fuga à patria? Per se non exulat Virgo: exulat propter filium & in filio relegato. Est exilium quoniam mater infantis: quod quidem meritò iugum dicitur servitutis; quippe ita dolor exilij filij animam perculit, ut in servitatem illam præ intentione redigeret.

*Quo ingenio?*

*Luc. 2. 35.*

6 *Tuam ipsius animam pertransibit gladius*: à Simeone audit genetrix Virgo, dum infans sistitur templo. Hic (quem adamas & iure, uti dulce philtrum animæ) lux tuorum luminum, magnes cunctorum cordium, gaudium cœli, & salus mundi, erit tibi occasio plurium amaritudinum, atque prementium laborum: etenim veniet & citò tempus, quo *tuam ipsius animam pertransibit* pœnæ *gladius*. Gladius hiccine tot habuit ictus, quot iactus, & exilij fuit primus. *In exilio primus ictus*: iuit Albarado ubi supr. *cap.* 3. Sanè: noluit pati desiderium, & filij passa est exilium. Grave patet argumentum. Exilium fuit labor corporis, qui sine filio esset mentis: unde igitur traxit cor doloris pœnam, ut acies gladij perveniret usque ad animam? Perpende verba, queis latet doloris acutissimi summa. *Tuam ipsius animam.* Exilium fuit gladius, quo dolor Virginis pertransijt pectus, & aliud exilium in exilio, subtilior gladius. Fuit pœna propia ex exilio proprio: *Tuam.* Fuit in propria, alia pœna ex gnati exilio: *Ipsius.* Filij dolor, potior in dolore labor: & non dicitur quòd proprius Virginis afficiat cor, sed dolor quem in exilio infans patitur Iesus; quippe si in servitutem corpus propria pœna redegit, dolor ex filij dolore usque ad animam pertransijt.

*Albara.*

*Habu't in exilio aliud exilium.*

*Et acrior gladium.*

7 Ulterius. *Tuam ipsius animam.* En utriusque molestiam. Resonat in matre & filio sine discrimine pœna, quoniam citharæ sunt corda. Gladius proprius est gravamen ex proprio exilio, ac amaritudo ex pectore fugi saucio: & amor genitricis ictum exilij filij fecit proprium, videns in filium fulminari gladium; quia exilij gladius tangens corpus infantis, pervenit sanè in animam genitricis.

*Exilium infantis fuit servitus genitricis.*

Præterea. *Tuam ipsius.* Quomodo utriusque? Si Virginis transadigitur pectus, quo pacto gladius ipsius? Si gladius doloris non est proprius, qua lege anima genitricis patitur vulnus? Unicus gladius, sed duplex acies, passionis nimirùm & compassionis. Passionis in exilio proprio: compassionis ex filio relegato. Passionis in corpore, quoniam exilium sustinet: compassionis in anima, quippe exilium filij respicit. Unde cùm acrius pungat dolor, quem sustinet filius, quàm quem patitur pectus; ii proprium cordis totam præoccupavit spheram, exilium filij pertransivit animam. Vividè proprietas exprimit verbi. *Pertransibit.* Priùs quàm Virginem gladius vulneraret, filium acies exilij perculit; sed ibi non hæsit: perculsit sanè infantem, & pertransijt, ut pangeret genitricem. Hilp. *No quedò allí el dolor, que passiò à mas*: igitur contemplante infantem insulem, amor animam illius atraxit in servitutem. Gladius exilij filium dilectum iaculavit; sed ultrà gladius processit, perveniente vulnere usque ad animam, dum exilium filij fecit amoris captivam: etenim si exilium duntaxat corporis læsi gravamen; quod patitur mater, animam ingenio amoris redegit in servitutem.

*Unde servitus in eius anima?*

*Exilium quod filium percussit, usque in animam genitricis pertransijt.*

8 Desipuit ni fallor, Angelus Iosepho. *Accipe puerum & matrem eius, & fuge in Ægyptum.* Si *Puerum*, quare non dicit Mariam? si *Matrem*, cur non designat puerum uri filium? Voluit exprimere duplicem servitutem, ortam ex duplici respectu in proprio & in filij exilio. Exilium reduxit in servitutem corpus. Restat adhuc alia servitus: & Angelus indicat in exilium infantis, matrem; ut animæ etiam demonstraret servitutem.

*Ubi sup*

*Et servæ fecit.*

Locum in præsentiarum habet auctoritas Illustris Chrysostomi apud Metaphrastem in *Nat. Virg.* Extollit summis, ut par est, laudibus humani generis auspicatricem, Principissam cœlestem; ac profundè subdit: *Eadem ancilla Dei est & mater eadem virgo & genitrix.* Uti mater amplissimam obtinuit exemptionem, iuxtà nobiliorem dignitatem. Regina facta, non serva: quo ergo intuitu Chrysostomus dicit Virginis maternitatem, ac in tanta dignitate servitutem? Exilio filij fit serva: quare ergo designatur mater, dum ancilla? Quoniam iuxta respectuum varietates, habet Virgo servitutes. Iam erat corpore serva filij exilio: alia servitus erat in matris respectu: dicitque Chrysostomus ancillam, dum dicit matrem; quia Maria uti mater aliam in anima patitur servitutem.

*Chrysost.*

*Quis mater sit serva.*

9 Observemus encomiorum coniunctionem. *Eadem ancilla & mater: virgo & genitrix.* Sicut miraculum infigne virgo & genitrix, ita novum serva & mater. Virginitas opponitur fœcunditati: servitus matris honori: & dicitur ancilla & mater, sicut virgo genitrix; quia sicut mirabile, quod haberet integritatem pudoris, unde fœminæ astruunt corruptionem carnis; ita quòd contraheret servitutem, unde obtinuit illustriorem dignitatem. Servus dicitur filius servæ. Mater non est serva servitute nati. Filius est servus genitricis servitute: dicitur que ancilla & mater; ut noretur infigne, quòd ex amore matris oriretur molestia servitutis.

*Dolor eius haud adæquate exprimebatur exilio.*

*Ubi sup*

10 *Accipe puerum & matrem eius & fuge in Ægyptum*, ut simul fugias tyrannum; alloquitur cœlestis nuncius Iosephum. Quorsùm igitur, si dicit *Puerum & matrem*, addit *Eius*? Non sufficiebat dicere *Matrem*, ut etiam Virginem designare exulem? Utique: verùm non intelligeretur origo servitutis, ni relationem exprimeret matris. Fuit duplex servitus ex huiusmodi exilio. Alia dum respiciebat exul exilem puerum: gravior, dum intendebat in filium: & dicitur Mater eius in articulo relegationis; ut pateficeret origo singularis servitutis: igitur si filius est servus, quia serva mater quæ concipit; in Virgine filij exilio ex amore secùs accidit: quippequàm Virgini advenit servitus animæ, quoniam mater talis filij. Hæc fuit causa gravaminis, & anxietas servituris. Exul patitur, propter filij exilium patitur, & etiam quia mater patitur. Patitur exul, quippe molestia, si procul patria. Patitur in gnato, & propter natum; quoniam simul filius patitur exilium. Etiam quia mater eius patitur vulnus; igitur anima est in servitute, genitricis amore: aptè profectò expressa pœnâ, quin vulneraret vitam; igitur labor & dolor pervenerunt usque ad animam.

*Unde am filiorem liberavit, unde traxit servitutem.*

*Servitus Virginis singularis.*

11 Non tantùm istiusmodi iactus, devorans gladius; sed utraque parte acutus: Etiam tunc exulabat Sponsus. Diligenter observa contextum. Apparuit Angelus dormienti Iosepho, & ait: *Accipe puerum & matrem eius, & fuge.* Si tres vexandi Regis Herodis tyrannide, quare Angelus non dicit: *Fugite*? Etsi prætermittatur infans ætate minuscula, cur non dicitur expressè, quòd eius fugiat Sponsa? Dolor Sponsæ non rectè exprimitur fuga. Dolor Ioseph fugâ exprimitur: ultrà dolor Sponsæ progreditur. Haud facilè dolores dicuntur, qui usque ad animam perveniunt. *Fuge.* Duntaxat dicitur amaritudo Iosephi & Virginis etiam dicitur: equidem adæquate perpenditur dolor in Virginis pectore, expresso dolore Sponsi. *Fuge.* Et aptissimè. Fuga designat exilium, estò voluntarium, in renunciatione patriæ: & fuga haud dicitur Virginis, sed Sponsi; quia ex exilio vulnus, in illa non fuit exilium, sed servitus,

12 Exules per tentationem recti iudicis ab horto voluptatis exierunt Primiparentes. Verùm exilium in Scriptura non dicitur fœminæ, sed tantum viri. *Emisit eum Dominus Deus de paradiso voluptatis, ut operaretur terram, de qua sumptus est. Eiecitque Adam.* Exilium est expulsio à patria, ut ait Aristoteles de *Repub.* cap. 1. Quomodò proprie quis dici exul Adamus, & non coniux; dum illa solummodo à patria expulsa, à solo conditionis electa? Adamus patriam habuit campum Damascenum: Eva verò paradisum. Hic nos dicimur potiore iure exules in hoc mundo filij Evæ, & non Adami, ellò utriusque geniti; quippe ibi nostra patria, ubi illa condita. In paradiso igitur Eva vidit primam lucem, & cum Sponso eijcitur extra horti felicitatem. Quare ergo illius exilium non dicitur exilium, & dicitur exilium in Adam, dum eijcitur in terram propriam, de qua ut esset, sumptus est? Utcrque, transgresso primo præcepto, exivit à felicitatis horto, Eva à patria propria, Adamus autem à feliciore patria: & in Adamo cùm non esset exilium, exilium dicitur, & in Eva quod proprie exilium, ut exilium non signatur; quippequàm parùm exprimerent lapsus infelicitatem, ni exilium signaretur per servitutem.

*Gen. 3. 23.*

*Cur dicimur exules filij Evæ, & non Adami?*

*Exilium est servitus.*

13 Aptiùs proposito. Respiciebat Adamus Sponsam exulem: & expressit pectoris vulnerati dolorem; ubi egredi in patrium solum, cor habuit tamquam exilium. Respondebat fidei in conflictu fides Sponsæ, intuentis virum exulem sine solamine. In utroque rutilabat dilectionis vehementia, verùm maior in Sponsa: igitur si propter illam fuit exilium lamentabile consortis; in illa exilium Adami fuit tessera servitutis. Haud *Fugite* dicit Angelus, sed *Fuge* tantum Iosepho, dum opus erat appropriare Ægypto. Si fuga est indicium exilij utriusque, meditanter exilium subticetur Sponsæ: quoniam quod in Iosepho fuga; fuit servitus in Maria. *Fuge.* Ita ostenditur amor cordium, & momenta amaritudinum. Intuente Iosepho Virginem relinquere patriæ solum; exilium erat gravissimum cordi exilium: & Virgo exilium ut exilium non nominat, dum propter illam afflictus Sponsus exulat; etenim haud responderet magnitudini amoris, ni exilium Iosephi in illa esset signum servitutis. Servitutis, & servitutis animæ; quoniam causa pœnæ Sponsi.

*Maximè in fœmina.*

*Quod in Iosepho fuga, fuit servitus in Maria*

14 Peregrina egreditur à paradiso prima fœmina, & tunc dicitur ancilla. Ita? Corporis non potest esse, quippe semper libera. Ergo servitus animæ. Utique. Attamen dubium qua lege? An quia exul Sponsus? An quia etiam

*Servitus animæ ex exilio Sponsi.*

VI. *Cùm dilexisset dilexit.* Perit homo, languit, animam egit, culpa sepelivit. Quid amor Christi? Vel ingratum dilexit, & semetipsum pro illo vel in crucem tradidit. Vitam pro vita, pro funeribus funera, auram vitalem pro antidoto mortis, & sepulchrum invenire pro sepulchris; ars fuit amoris, studium crucis, obsequium dilectionis, fides summæ charitatis. T.5.D.1.

VII. *Cùm dilexisset dilexit.* Amor est causa amoris. Dilexit cùm dilexisset. Amare dum causa est, est amor, sed limitatus: amare sine causa, est amor summus: & amoris Christi injuriatur datur causa, quoniam causa potissima amoris, quòd esset nulla. ibid.

VIII. *In finem dilexit eos.* Alij. *In contentionem.* Litigabant Christus & homo. Amor eius, & hominis ingratitudo. An ille vinceretur offensis, vel quasi æquitur injurijs: & Christus illis renuentibus, instabat in litigio amoris viribus; ut maior effet ipsius erga ingratos pectoris demonstratio, quàm illorum turpissima ingratitudo. T.10.D.9.à n.6. Vid. *Amor Christi. à II.*

*In Resurrectione Domini.*

I. *Orto iam Sole.* Nostra claret festivitas, dum in Christo videtur carnis integritas. Eius resurrectio propter nostram resurrectionem; unde eius tanta festivitas in nostram festivitatem: igitur elevamur ab imis, suscitamur de terrenis, collocamur in cœlestibus. T.6.D.7.

II. *Orto iam Sole.* Omnia immutantur. Caro, terra, cœlum. ibid.

III. *Resurrexit in eo mundus, resurrexit in eo cœlum, resurrexit in eo terra.* Ambros. de *Fid. Resur.* ib.n.4.

IV. Vita nostra abscondita est cum Christo: & illo surgente vel corporis claret illuminatio, configurati corpori claritatis suæ: igitur ex corruptibili factum incorruptibile, ex passibili impassibile, ex terreno cœleste. ib.n.2. Vid. *Christus. X.*

*In Ascensione Domini.*

I. *Assumptus est in cœlum.* Et nos simul. Secum sustulit genus humanum & ostendit ascendens patulum cœlum. T.8.D.7.

II. *Assumptus est in cœlum.* Nova triumphi pompa, quia super cœlum terra. Nova pompa, quia hominis gloria & sedes in cœlo vita. ib. & T.6.D.8.n.4.

III. *Assumptus est in cœlum.* Gaudium nostrum, quoniam ille assumptus, à quo pendet gaudium horum. T.8.D.7. Vid. *Christus XI.*

*In Festo Pentecostes.*

I. *Paraclitus autem* &c. *Ille vos docebit.* Docebit donis, amore, actione, modo. Vid. *Amor.*

II. *Docebit* in schola nova; igitur ignis descendit, & homo ascendit. *Hodie ignis descendit in mundum, discipulis ascendentibus in cœlum.* Christost. Serm. in *Pentecost.* T.10.D.6.

III. *Docebit.* Quid? Amoris insignem modum, propriam scilicet immediatam operationem, ac dilectione non unionem, sed unitatem. T.5.D.4. T.10.D. 6.T.12.D.4. à n.6.

IV. *Docebit.* Quàm prona in homines divina charitas! descendit, non ut vadat, sed ut nobiscum maneat, & in le amore convertat. ib.

V. *Sic Deus dilexit mundum, ut filium* &c. Quid adventus filij, cum descensu Spiritus Sancti? *Egregiæ bonæ depositione voraginis, & participationis divinitatis.*

D. Thom in Epist. ad *Tit.* 3.5. Primum per filium, secundum per Spiritum Sanctum. Vid. *Amor, Gratia Dei.*

*In Festo Corporis Christi.*

I. *Caro mea vere est cibus* &c. Quomodò verè? Non cibus accidentia sine propria subsistentia, ut sunt in Eucharistia. Quod manducatur, in manducantem convertitur: si subsistantia corporis Christi non convertitur in suscipientem; qua lege caro eius erit cibus, & cibus verus? T.10.D.6.

II. *Vere cibus.* Qui datur in escam, in lucem, in medicinam. D.4.

III. *Vere cibus.* Formam exponit visibilem, veritatem, & virtutem. Forma visibilis panis & vini. Veritas carnis & sanguinis: Virtus unitatis & charitatis. T.10. D.1.D.4.D.5.D.6.& 7.

IV. *Ille est panis, qui de cœlo descendit.* Descendit in escam, in vitam, in medicinam. Fructus arboris huius in cibum: in medicinam solia: in vitam flores. ib.

V. *Non sicut manducaverunt patres vestri Manna & mortui sunt.* Manducatum, sed non comederunt. Nutriuntur, qui cibo exterminant vitia; comedunt, qui carent gratia. Nutriuntur, qui accedunt ut comedant: comedunt, qui accedunt renixæ, ut accedant. Nutriuntur, quibus prodest cibus: comedunt, quibus non prodest. Nutriuntur, qui suspirant antequàm comedant: comedunt, qui post sumptionem suspirant &c. T.10.D.2.à n.4.

VI. *Non sicut* &c. Contemplanda magnificentia doni, nobilitas dantis, & utilitas accipientis. D. Th. *Opusc.* 8. T.10.D.4.

VII. *Non sicut manducaverunt.* Nutritio in alimentum animæ fit virtute Sacramenti, & recipientis virtute. T.5.D.7.T.10.D.2.D.4.

VIII. *Qui manducat me ipse vivet propter me.* Si dicit *Propter me*, quomodo *ipse*? Dicitur ipse, qui manducat, & quòd ipse non vivat; quia qui alius iam non alius per panem cœlestem, cum non habeat unionem, sed unitatem. T.10 D.8.

IX. *Ipse vivet propter me. O Sacramentum pietatis! O signum unitatis! O vinculum charitatis! Qui vult vivere, habet ubi vivat: habet unde vivat: accedat, incorporetur.* Ita August. Tract. 26. in *Ioann.* ib.

X. *Qui manducat hunc panem, vivet.* Datur ad manducandum; quippe homo non habet vitam, ni panem cœlestem comedat. Ad manducandum, & vivendum; quoniam vita & felix vita in huiusmodi esca. T.10.D.4.

XI. *Qui manducat hunc panem, vivet.* Ut vivat, haud ex abrupto accedat. Confiderare debet, tam Domini dignationem, quàm propriam indignitatem. Epularum scilicet insignem gratiam, sine meritis concessam. T.10.D.2.

XII. *Vivet.* Vita mirabili, ubi sensus sine sensu, atque motus sine motu. T.3.D.2.à n.9.

XIII. *Vivet.* Si cogitat. *Quis ad nos venerit, & quid nobis donaverit?* August. in *Psalm.* 75. T.10.D.4.

XIV. *Vivet:* in diffet in huiusmodi nova schola, ubi scientia veritatis, sapientia devotionis, & eminentia beatitudinis. à D.2. usque ad 7. Vid. Late. Verb. *Eucharistia*, & in festo 40. *Horar.*

*Domin. Infraoct. Corporis Christi.*

*Missis seruum.* Quemnam ad magnificam cœnam? Ioannem Baptistam: igitur per illum excellentia exprimitur Sacramenti, & illum exponunt prodigia Eucharistiæ. T.8.D.5.

## FESTA IANUARIJ.

*In Circumcisione Domini.*

*Postquàm consummati sunt dies octo.* Tempus defectibiter circumcisionis & secundum tempus dolor vulneris. Tempus : st numerus motus secundum priùs & posterius. Passus est in motu Circumcisionis Christus, quia non est passus. Priùs, quia tarda passionis pœna. Posterius, quia levissimo vulnere constitit hora. T. 5. D. 5.

*In exilio Virginis.*

I. *Fuge.* Exilium est servitus & servitus animæ in Maria, quia exul mater & exul Sponsa. T. 11. D. 8.

II. *Puerum & matrem.* Exprimit Angelus servitutis originem. Fuit duplex servitus in exilio. Alia, dum respiciebat exul exulem puerum : gravior, dum mater exul exulem intendabat in filium. ib. n. 10.

III. *Fuge.* Non *Fugit.* Mariæ non est fuga, dum fugit sponsus ; sed dira servitus : & quia egreditur cum exule sponso, & quia illius relegationis origo. ib. n. 15.

*In Epiphania Domini.*

I. *Cùm natus esset Iesus ::: ecce Magi.* Gentilitas, ut fieret Sponsa, rapit exfariem, circumcidit unguens, & depositit vestem, in qua capta est. *Deuter.* 21. Igitur Magi, Gentilitatis primitiæ, sine vastitate ab Oriente venerunt : puerum sine errore invenerunt ; & ut tantùm adorarent, adorarunt. T. 8. D. 6.

II. *Ecce Magi.* In cæco illo, transeunte Domino in Iericho, populus Gentilis obumbratur. Cæcus sedebat, & secus viam mendicans. Clamabat, ut à Christo illuminaretur. Synagoga increpabat, ut taceret : Christus iussit adduci ad se. Illuminatus, vidit lucem & Salvatorem : ac confestim videns, secutus est illum, magnificans Deum. ibid.

*In festo S. Agnetis.*

I. *Thesauro abscondito in agro.* Absconditum erat uti novum, & martyrij palma, cum virginitatis nota ; & quòd fidei fierent fœminæ testes cum flore candoris. T. 11. D. 8.

II. *Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis, columnas argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum propter filias Ierusalem.* Ecce thesaurus absconditus in agro corporis, triumphante Christo per virgines. Expositæ tyrannus cruciamini virgines puellas, quas videbat vel ad tormenta columnas, præstante argento candoris, & auro inconcussæ fortitudinis, effusa in testimonium purpura sanguinis : igitur perstabant & præstabant fidei columnæ, quasi corpora debilia ad ictus essent ex ære. T. 4. D. 5. n. 3.

III. *Absconditus in agro.* Singulare, quòd fructus essent in flore ætatis & rumperet amor vincula temporis. T. 11. D. 8.

IV. Nudata, aureorum rutilantium capillorum densitate vestitur, & post in lupanari invenit stolam corpusculo aptam. Zachar. Lipel. in *eius vita.* Veste in mundo ornatur gloriæ, & veste cœlesti. T. 11. E. à n. 18. & D. 6.

*In festo S. Sebastiani.*

I. *Descendent de monte* in arenam athleta insignis. Et quia cessit tormentis vita, non constantia : & quia maior gloria duplici pugna. T. 11. D. 8.

II. *Virtus de illo exibat.* Persecutio non compressit, sed dilatavit. T. 3. D. 3. Tyrannus coronavit, dum percussit. T. 11. D. 8. n. 8. & 9. Et pretium sanguinis dum effudit, ostendit. ib.

*In festo S. Vincentij.*

I. *Multum fructum affert.* Unde fructus ? Purpura insignis, quæ elevata magis fulget, quæ salitur sale, quæ moritur aquâ dulci. T. 11. D. 8.

II. *Granum frumenti.* Si munus primitiarum frugum, de spicis adhuc virentibus, torrebis igni & confinges. *Levit.* 2. 14. Ecce sacrificium Vincentij tosti & fracti. ib.

*In festo S. Ildephonsi.*

*Vos estis lux mundi.* Lux habet virtutem & splendorem & Ildephonsus habuit virtutem, dum defendit Deiparæ illibatum candorem : & splendorem, dum ab illa accepit cœlestem vestem. T. 11. D. 6. T. 11. D. 5.

## FESTA FEBRUARIJ.

*In Purificatione Virginis.*

I. *Purgationis Mariæ secundum legem.* Quæ lex? Lex amoris & non iuris : igitur obedientia perfecta amoris legem excipientem cognoscit, sed exceptionem humilitas nescit. T. 5. D. 8.

II. *Purgationis Mariæ secundum legem.* Summæ scilicet dilectionis, & tunc ius fit ex lege iuris, & quia cum iure sacrificavit immunitatem legis. ib.

III. *Secundum legem voluntatis*, sed non Moysis, dum Moysis implevit legem propter amorem : & quia subiecit immunem personam, & immunitatem, & etiam hanc extra protestationem. ib.

*In festo S. Scholasticæ.*

I. *Clamor factus est.* Unde ? Ut animæ egrediantur de mundo Sponsi adventu. Et ecce Sponsus venit de cœlo, dum Scholastica erat in genitricis utero. T. 3. D. 4. D. 5.

II. Narrabo universa mirabilia. In quo universa? In lætitia, in exultatione, in cantu. Lætitia cordis à gratia Exultatio à speciali gratia. Musica, à specialissima gratia. ib.

III. *Clamor factus.* Habet scientiam vocis. Eius musica in utero genitricis, singularis, cœlestis, nova, muta, prodigiosa. ib.

IV. Oleum conversationis perit à fratre, quia extinguebantur lampades vitæ. Frater tenuit : sed illa vicit, quia plus amavit. T. 7. D. 7. à n. 12. Vid. T. 4. D. 9. n. 26.

## FESTA MARTIJ.

*In festo Angelorum Custodum.*

I. *Angeli eorum.* Per hos obtinetur à natura fragilis gratia ; præsentia & custodia. T. 6. D. 8.

II. Ducunt, regunt, disponunt, instruunt, faciunt contendunt in bello, sed ut coronetur homo ib.

III. Monent, erigunt, protegunt, dirigunt. Monent de insidijs : erigunt animum meritis : in incursu protegunt : & ad victoriam dirigunt. ib.

IV. *Angeli eorum.* Semper sunt hominum, esto immittant afflictiones in tormentum : igitur percutiunt, ne homines percutiantur : vulnerant, ne vulnerentur. ib. & T. 1, D. 10. T. 3. D. 1 :





*In festo S. Ioseph Sponsi Virginis.*

I. *Hæc autem eo cogitante.* Cur cogitat, quæ videt? Ebrius erat amore. Non credidit, quod vidit ; vidit quod credidit. Repulit oculos ut testes falsos : & fidem amoris ostendit eximia fide. T. 4. D. 10.

II. *Fidelis servus* (ait Bernard. Homil. 2. Super *Missus est.*) *quem constituit Dominus suæ matris solatium, suæ carnis nutritium, solum in terris magni consilij coadiutorem fidelissimum.* ib.

III. *Cùm esset iustus. Mundissimus in virginitate, profundissimus in humilitate* (inquit Bernardinus Senensis Serm. de *Ioseph*) *ardentissimus in charitate, altissimus in contemplatione, solicitissimus pro omnium salute, ad similitudinem Virginis.* ib.

I. *Cùm esset iustus.* Brevi dicta cuncta. *Angelus erat* (profert Isidorus de Isolanis 1. part. cap. 10.) *meritum, societate, intellectu, officio ac contemplatione.* ib. & T. 6. D. 2. D. 3. Vid. plura *Maria V. Ioseph.*

*In festo S. Patris N. Benedicti.*

I. *Ecce nos.* Ecce particula admirationis est : & admiratione dignum, canere in utero matris ibi gratia sanctificante repleri, perfectionem incipere à summo, mundum florescentem fugere, sepeliri in vita, sapere ignorantia, de se triumphare, vacuum passionibus esse, vivere in mundo & non vivere, atque omnium sanctorum perfectione repleri. T. 3. à D. 4. usque ad 12.

II. *Ecce nos.* Quid ? Dicit Bernardus in Serm. D. Bened. *Secundum magnitudinem gratiæ magnitudine gloriæ exaltatus.* Alij habent gratiam postquàm nascuntur : & gloriam postquàm moriantur : in Benedicto luceat magnitudo gratiæ, & magnitudo gloriæ. Gratiæ, quia iustificantem habuit ante nativitatem. Gloriæ, quoniam vidit divinam essentiam ante mortem. ib. D. 5. & D. 10.

III. *Reliquimus omnia.* Renunciatio magis quàm in despectu, fulsit in modo. Magnum est, mundum floridum iudicare aridum : maius, calcare visum ; sed summum videtur, calcare antequàm videatur. ibid. D. 5.

IV. *Quid ergo erit nobis ?* Propter memoriam stationis antiquorum Patrum in deserto, instituta à Deo Tabernaculorum celebratio. *Sumetis* (dicitur Levit. 23. 40.) *fructus arboris pulcherrimæ, spathasque palmarum, & ramos ligni densarum frondium, & salicis de torrente.* Quod videtur fasciculus florum, est speculum singularium virtutum : equidem palma victoriam, cedrus sapientiam, myrtus vivam mortem, atque salix perpetuam designat castitatem. In Benedicto cuncta & singularia. ib. D. 7. 8. 9. & 10.

V. *Quid ergo erit nobis ?* Vitam Angelicam gerere in terris. Insignis de Venere triumphus. ib. D. 10. Et inauditos trophæus. T. 6. D. 4.

*Alia & alia amplissimè*, vid. Verb. *Benedictus.*

*In festo Annunciationis Virginis.*

I. *Missus est Angelus ad virginem.* Ad quid? Ut orbis videret novum hominem, novam matrem, & novam generationem. T. 2. D. 12.

II. *Ad virginem.* ut Verbum divinum fieret homo. Ni Deus descendisset, homo non ascendisset : ni veniret in terram, homo non ascenderet ad gloriam. T. 5. D. 9. n. 11. T. 10. D. 3. n. 12. T. 12. D. 4. n. 12. D. 7. Vid. *Christus. II.*

III. *Ad virginem.* Ut conciperet carne, Verbum divinum, quod iam conceperat mente. T. 2, D. 10. Unde Virgini matris maiestas, & hominum summa felicitas. ib E. n. 27. D. 12. D. 12.

IV. *Invenisti gratiam.* Quàm ergo ? *Dei & hominum pacem, mortis destructionem & vitæ reparationem.* Bern. Homil. 3. sup. *Missus est.* ib.

V. *Ecce ancilla.* Humilitate Verbum in cœlo quæsivit, & inde traxit. T. 12. D. 3. D. 4. Vid. *Maria. VI.*

## FESTA APRILIS.

*In festo S. Francisci de Paula.*

I. *Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro, dare vobis regnum.* Aptè cadunt celsitas & humilitas : igitur hæc quò profundior, altior ; quo altior, profundior. T. 12. D. 3.

II. *Dare vobis regnum.* Plus est humilis, dum cogitat nihil esse : & ignorat esse humilem ib.

III. *Regnum*, cœleste fundatum in humilitate. Magnum, dum humilitas fundatur super humilem : summum, dum humilis fundatur super humilitatem. ibid.

*In festo S. Marci.*

*Designavit Dominus.* Marcum in insignem purpuram, ut totam Ægypti illustraret terram. Purpura communis illustris, si moritur uno ictu. Illustrior Marci, pluribus. Illa, si effudit cruorem impetè : Marcis guttatim. Illa elevata magis pretiosa : Marci, protrita, atque macerata. T. 11. D. 8.

## FESTA MAIJ.

*In festo Inventionis S. Crucis.*

I. *Quomodò possunt hæc fieri?* Quæ ? Ut inventio ne ligni detur virtus de infirmitate, vita de morte. T. 5. D. 9.

II. *Quomodo ?* Miracula niteor, & iam felix natura humanæ ligni inventione. *Sub arbore malè suscitavi te, ibi corrupta est mater tua : ibi violata est.* Magnum spectaculum, igitur ibi Sponsa natura ascendit, unde genitrix corruit. Ibi affluit delicijs, ubi mater plena malis. Ibi speciosa, ubi mater corrupta : denique Sponsum invenit, ubi genitrix fugavit. ib.

III. *Exaltari oportet filium hominis.* Quare? *Crux* (ait N. Hrabanus de *Cruc. Laud.*) *peccatorum remissio pietatis exhibitio, meritorum augmentum, infirmorum remedium, lassorum refugium, fanorum incolumitas, desperatorum securitas, infortunatorum felicitas.* ib.

IV. Occultum erat oculis cognitionis huiusmodi lignum, ægris remedium, fessis subsidium, mœstis solatium, quo cunctæ hominis abolendæ miseriæ : & quamvis sint singularissimæ gratiæ : præ cunctis singulariorum miraculis, micat inventio ligni sacratæ crucis. T. 3. D. 9. Vid. alia in *Exaltatione.*

## FESTA IUNIJ.

*In festo S. Ioannis Baptistæ.*

I. *Posuerunt omnes in corde suo dicentes : Quis putat puer iste erit ?* Et trahitur in consilium cordis affectio, & intellectus cogitatio : verum Baptista nascens est plusquàm volita, & excogitata. T. 8. D. 5.

II. *Quis ?* Homo natura, Angelus excellentia, nomine, gratia. T. 6. D. 3. n. 12.

III. *Quis ?* Magnus inter gigantes, & maior cunctis. T. 8. D. 5.

IV. *Quis?* Miraculum mundi, gloria generis humani. ib.

V. *Quis?* Imago vocis: igitur prodigia Eucharistiæ exprimunt prodigia Præsurioris: & illius prodigia, cœlestis panis. ib.

VI. *Quis?* Miraculum: igitur peregrinus in utero matris, & peregrinus homo in communi conditione hominis. ib. D.4. & D.5.

VII. *Quis?* Miraculum: cùm non haberet similem, & matrem redderet fœcunditate sterilem. T.2.D.2. Vid. *Ioann. Baptist.*

*In festo S. Petri.*

I. *Tu es Christus filius Dei vivi.* Adæquata definitio: & quia cognovit quod supra humanum acumen, & quia cognovit per revelationem. T.3.D.8. à n.2. T.8. D.4.2 n.4.

II. *Tu es Petrus.* Consulit Christus honori & dignitati Petri, dum Petrus Christi. T.9.D.6.n.10.T.11. D.6.T.12.D.5.

*In festo S. Pauli.*

I. *In testimonium*: & singulare sanctitatis: quippe Paulus antequàm baptizaretur, habuit gratiam. T.3. D.4.n.13. Et antequàm moreretur, vidit gloriam. D. 21.n.7.

II. *In testimonium*: scilicèt, amoris. Ut Paulus viveret vita Christi, & Christus viveret vita Pauli. T.10. D.6.T.12.D.4.

III. *In testimonium*: & amoris Pauli & Christi. Christi, quia faciebat quicquid Paulus optabat. ibid. Pauli, quia ad Christum omnium cœsta convertebat. ib.n.21.& T.4.D.9.n.28.

IV. *In testimonium* perfectionis hominum, ac in exemplum: etenim homo, plusquàm homo, & eius terrea, quasi cœlestis carо. T.6.D.3. D.4.

## FESTA IULIJ.

*In Visitatione Virginis.*

I. *Vt audivit* &c. Vidit Solem Ioannes, antequàm lucem: & exultat ibi radijs, ubi alij iacent in tenebris. T.3.D.4.

II. *Exultavit in gaudio infans in utero.* Gaudium ex gratia: & singulare, quòd exultaret infans, quòd exultaret in gaudio, & exultaret in utero. Prima gratia (ex qua lætitia, & in utero) miraculum. Abundantia gratiæ ex qua exultatio, matus portentum. Exultatio in vocem, summum prodigium. D.5.

*In Translatione S. P. N. Benedicti.*

I. *Ecce nos reliquimus. Quid ergo erit nobis?* Quid despectui, cum ossium translatione? Quoniam in ossium translatione vita fuit singularis renuntiatio Patriarchæ. Renuntiavit vitæ, quam habebat morte: & habuit vitam in morte, hac renuntiatione vitæ. T.8.D.3.

II. *Vitam possidebit.* Et in morte? Gloriosa vita est. Vita mortuorum sepulchrum: & videtur quid gloriæ attulerit, renunciare huiusmodi vitæ; & quæ vita data pro gloriæ renuntiatione. ib. n.8.

III. *Sol Occidentis est.* Sol omnia lustrat, omnia vivificat. ib.

*In festo Virginis de Monte Carmelo.*

*Beatus venter.* Mater plauditur & iurè hoc titulo modò extollitur. Sinum pectoris aperit, ut de plenitudine eius accipiant universi: captivus redemptionem, æger medicamen, desperatus salutem, tristis consolationem, peccator veniam & gratiam, iustusque gloriam. T.2.D.11. Vid. *Patrocinium.* & *Maria. XIII.*

*In festo S. Mariæ Magdalenæ.*

I. *Lachrymis cœpit.* O lachrymarum felicitas, pretiosas & voluptas! Pretium, quia lachrymæ margaritæ. Felicitas, quia inventus Deus. Voluptas, quia fletu victus & vinctus. T.7. D.4 D.5.

II. *Lachrymis cœpit.* Claret veritas, utilitas & lachrymarum pretiositas. Veritas, quoniam veræ lachrymæ sunt, quæ plorant absentiam Dei. Utilitas, quippe tantum prodest fletus, si ploratur Deus amissus. Pretiositas, quia dumtaxat his lachrymis animæ redimantur à servitute dæmonis. ib.

III. *Vt cognovit.* Mariæ sacrificium transit in holocaustum. *Iesus Christi pedes sacrarium & altare constituit, in quibus sibi victu, litavit unguento, sacrificavit affectu.* Paulin. *Epist.4.* ib.

IV. *Vides hanc mulierem?* Alia est quam vides. *Eadem si tamen eadem* ait Bernard. Serm. de *Magd.* n.3. Ipsa & non ipsa: hæc & alia. T.1.D.7.

V. *Vides hanc mulierem?* Quomodò hæc illa, *si doloris olim, timoris impactæ, compunctionis iaculo vulnerata?* Bern. ib.n.7.T.1.D.7.T.7.D.4.D.6.D.7.

VI. *Remittuntur tibi peccata.* O Deus! Quàm pius quærentibus! Quam bonus invenientibus! *Sitas nullo intervallo coniunguntur & lachrymæ peccatricis, & misericordia Salvatoris.* Bern. ib. n.4. ib.

*In festo S. Iacobi Maioris.*

I. *Dic ut sedeant.* Tunc triumphavit Iacobus, cùm calicem, patronis bibit. T.3.D.1.T.11.D.8. Sanguine rebelles convertit. ib. Et morte gloriosa ad Dominum traxit. T.11.D.7.

II. *Dic ut sedeant.* Idem illi pati, ac in throno maiestatis sedere: etenim gloria eius pro Christo sanguinem fundere. ib. Hominem in reconciliationem Deitatis quærere. T.7. D.1. Et gloriam cœli illis passione aperire. T.11. D.7.

*In festo S. Annæ.*

I. *Thesauro abscondito in agro.* Agrum fœcundum reddidit fœtus sterilem: & agnitus fuit pretiosus per fœtus thesauri nobilitatem. T.2. D.2.T.3. D.6.n. 6.T.6.D.5.

II. *Qui invenit, gaudet.* Nonne in templum filiam misit? Dum obtulit, retinuit: & dum Deo sacravit, habuit. T.5.D.2.

*In festo S. Ignatij de Loyola.*

I. *Designavit Dominus & alios.* Insignes fecit electiones, & ostendit per quæ insignes: etenim ubi in pectore viget vehemens amoris flamma, cuncta insignia: & propter zelum animarum, & propter zelum ad maiorem gloriam Dei. T.4.D.9.

II. *Designavit Dominus.* Ignatium, ut ignem mitteret in terram cordium. Ignis amoris eius insatiabilis est. Numquàm dicit, Sufficit. Quo magis cor eius Christum diligit, plus diligere cupit. Cum plures animas acquirit, alterum fatagit. ib.

III. *Designavit Dominus.* Ignatium in philtrum cordium, ut ad eum duceret homines, & cùm viderent per tribulationes gloriam cœlestem in Ignatij pectore. T.3.D.1. Et Deum amore habitare in corde Ignatij. T.11.D.4.



## FESTA AUGUSTI.

*In festo S. Dominici.*

I. *Vox est lux mundi*, & nova, equidem vel ab utero illuminavit orbem, virtute, portentis, prædicatione. T.2.D.2.D.10.n.3.T.3.D.5.D.6. T.8.D.4. T. 11.D.5.

II. *Lux mundi*, quia per puritatem vel homo cœlestis, vel Angelus mortalis. T.6.D.3.

III. *Lux mundi*: quia non tam notus splendore originis, quàm origine splendoris. D.5. Non tam claritate scientiæ, quàm scientiâ claritatis. T.3.D.11. Non tam fletu, quàm fletus intuitu. T.7.D.6.D.7.

*In Transfiguratione Domini.*

I. *Resplenduit facies eius sicut Sol.* Illuxit nobis dies redemptionis novæ, reparationis antiquæ, felicitatis æternæ per gloriam corporis Christi, quæ videnda in nostro corpore. T.3. D.7. D.9. num. 21. T.8. D.7.

II. *Resplenduit facies eius sicut Sol.* Corpore donato gloria, ut clareret; quomodò etiam nostra glorificanda natura, reformando corpus humilitatis nostræ, configurandum corpori claritatis suæ: etenim corpora erunt alterius gloriæ, & eiusdem naturæ; quoniam eadem per naturam, erunt altera per gloriam. Eiusdem naturæ, conditione carnis alterius verò, sine corruptione conditionis. T.6.D.7.

*In festo S. Laurentij.*

I. *Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.* Fructum, & multum in victoriæ ostensionem. *Laterum suorum diffusione extinxit ignem.* August. Serm.30. *de Sanct.* Obtinuit triumphum, quia mutavit incendium. Deus erat in pectore: & corpus non sensit ignem; quia pectus igneum fovebat amorem. T.3. D. 20.T.6.D.4.

II. *Mortuum, multum fructum affert.* Vel cadendo vitâ, triumphat constantia. Dum pœnis moritur, quicquid mortale ab illo detrahitur: & sanguis plus rutilat in vulneribus corporis, quàm in venis. T.11. D.8.

*Honorificabit eum Pater meus*: & quia in medio ignis ridebat cruciamina: & quia in maiori pœna eius rutilabat gloria. T.3.D.3.T.11.D.8.

*Honorificabit*: & summè. Vulnera erant beatitudinis signa: & dum non virtus, sed vita deficiebat; & dum stabat fortitudo, deficientibus tormentis & non vita. ib.

*In Assumptione Virginis.*

I. *Intravit Iesus in quoddam castellum.* Haud cœlum venit ad Virginem, sed virgo vadit in cœlum: & introitus describitur Salvatoris in castellum sacri pectoris, quia Maria complementum beatitudinis, gloria filij, & gloria Dei. T.8.D.8.

II. *Optimam partem elegit*: quia optimam habuit: igitur dum assumitur in cœlum, refulsit cœlum cœli, & cœlum novum. ib.

III. *Optimam partem elegit.* Ad gaudia cunctorum nata: ubi assumpta auxilium patuit terræ, honorque Patri. ib. 2. Vid. alta n. 3.

*In festo S. Bernardi.*

I. *Vox est lux mundi.* Ecce plusquàm Salomon hic. Hic & inter fagos, & quercus? Hic. Qui didicit, & docuit, scire mori, ante mortem mori, & morte vivere. T.5.D.7.D.8.D.9.

II. *Hic magnus vocabitur in regno cœlorum.* Quare magnus? Quoniam mundi sapientiam ostendit illustriam, dignitates somnium, divitias lutum. ib.

III. *Magnus vocabitur.* Satiabatur à vulnere, & ab ubere. A vulnere Salvatoris: ab ubere genitricis. A cruore, à lacte, candidus & rubicundus, in quo vita cœlestis, sensus sine sensu, atque motus sine motu. T.12. D.2.n.13.T.5.D.9.à n.10.T.6. D.3. T.10. D.6. T. 12.D.4.

*In festo S. Bartholomæi.*

I. *Elegit* Christus *Bartholomæum*, ut homines ad cœlum duceret: & quia velum cœlo expansum Gentilibus referavit: & quia pro illorum conversione totum sanguinem fudit, & denique quia amor nullam corporis partem sine vulnere ostendit. T.11. D.7.

II. *Elegit Bartholomæum*: quia eius pelle detracta Indiam convertit: & dum pellem exuit, immortalitatem induit. ib.

III. *Elegit Bartholomæum* in Ecclesiæ firmamentum, ut pugna, victoria, & triumphi nobilitate, doceret multos uti splendor firmamenti. Per pellem fingnabant Ægyptij bellicos apparatus, mortem, & charitatem vehementem. Bartholomæus nactus est cuncta, pelle ob Christi fidem detracta. ib.

*In festo S. Augustini.*

I. *Lux mundi.* Qui abyssus peccatorum? Ille lachrymis non ille: ipse & alius. T.1.D.7.

II. *Lux mundi.* Ut doceret, amore in Deum. Quis ex quo. O amor! Omnia ligata tu solvis. Omnia soluta tu referas. Omnia adversa tu mitigas. Omnia contrita tu sanas. Omnia confusa tu lucidas. O amor! Contritum solidas, tristem exhilaras, vitam amissam revocas, statum restauras, honorem revocas. ib.

III. *Lux mundi*, ut viderent homines, quomodo ab illis quærendus Deus. *Non tua sed te*: dicebat Augustinus. T.9. D.1. n. 7. Non quærebat consolationes Dei, sed Deum consolationum. Totum cor tradidit illi, & illum possedit in toto corde. T.12.D.4.

IV. *Noverim te, noverim me.* Ecce sapientia, & perfectionis schola. T.5.D.8.n.13.T.6.D.8.n.19.T.8. D.6.n.6.T.9.D.1.n.18.D.2.n.5.T.11. E.à n.26.

## FESTA SEPTEMBRIS.

*In Nativitate Virginis.*

I. *De qua natus est Iesus.* Quid ultra in nata? Dum magis cognoscitur magis nescitur. Est nobis ultra votita, & ultra cogitata. T.8.D.4.

II. Peregrina nascitur: matrem fœcundavit, & infœcundam reddidit, ut illam peperit. T.2. D.2.

III. Apparuit in mundo *arbor magna & fortis, procreitas eius contingens cælum: aspectus illius usque ad terminos universæ terræ, & fructus eius nimius.* Daniel.4.8. Vid. *Maria.*

*In Exaltatione S. Crucis.*

I. *Oportet exaltari.* Quare? Dicit Augustin. Serm. in

Pa-

*Paradiſe. Crux fixa eſt, & dæmones diſperſi ſunt. Crux fixa eſt & mundi ſubverſa eſt. Hodie crux vicit, & mors victa eſt. Hodie diabolus victus, homo ſalutus, & Deus glorificatus.* T.1.D.5.D.9.

II. *Sicut Moyſes* &c. Sanari antidoto, eſt vulgaris medicatio. Toxicum conficiendum in toxicum, & in ſalutem venenum. Ita exaltavit ſerpentem Moyſes; & ita exaltatio filij hominis in ligno crucis: igitur ſi in ligno perdidit homo ſalutem, in ipſo recipiet vulneris ſanitatem. ib.

III. Miracula ſingularia videnda. E nece nex necis, è morte mors mortis, vita ex morte, ſalus ex vulnere. ib.

IV. *Oportet.* Equidem, inquit in *Pſalmo* 4. v.6. N. Caſſiodorus: *Crux humilium tutio, ſuperborum delictio, victoria Chriſti, perditio diaboli, infernorum deſtructio, exaltatio confirmatio, mors infidelium, vita fidelium, ariete reſurrectionis, lignum vitæ æternæ.* ib.

*In feſto S. Matthæi.*

*Vidit hominem ſedentem.* Amor oſtenditur Chriſti, & excellentia Matthæi. Chriſti ut illum quæreret. T.7.D.1. Peccatorem, hominem cogitaret. T.12.D.6.n.9. Matthæi ut ſtatim reſponderet. T.3.D.5.n.2. Et omnia relinqueret. T.8.D.2.n.10.

## FESTA OCTOBRIS.

*In feſto S. Francisci.*

I. *Abſcondiſti à ſapientibus & prudentibus & revelaſti ea parvulis.* Quæ? Si revelata parvulis & ſtultis, erunt ſapientes. Et revelata ſunt Francisco, quæ ignota mundo; quippe mundi ſapientiam iudicavit ſtultitiam: & ſtultitiam ſapientiam. T.1.D.8.

II. Revelavit abſcondita. Eſſe ſcilicet in cœlo, & eſſe in mundo; eſſe in carne & extra carnem eſſe extra ſe & eſſe ſecum. T.1.D.7.D.8.T.5.D.1.

III. Revelata ſunt abſcondita: & quia vivebat moriens. T.1.D.9. Et quia obediebat carci. T.5.D.1. Et quia humiliabatur ſublimis. T.12. D.5. Et quia numquam ſatur perfectionis. T.2.D.9.

IV. *Omnia mihi tradita.* Nihil habet, & habet omnia. T.8.D.1. Omnia dat, & habet cuncta. T.11.D.2.

V. *Omnia mihi. O Domine!* dicebat: *Quis tu? Quis ego? Tu abyſſus ſapientiæ, eſtis, omniſque boni. Ego abyſſus inſipientiæ, nihil, peccatorum, omniſque mali.* Hæc infignis ſui cognitio, ſe non cognoſcere: eſſe humilem, & neſcire. T.12.D.3.

*In feſto S. Teresiæ.*

I. *Exierunt obviam Sponſo*, & Teresiæ cunctæ virgines, ut adducerentur regi virgines poſt eam. T.2.D.9.n.26. Quædam incipiunt: quædam proficiunt: aliæ conſummantur. Incipientes ambulant: proficientes currunt: perfectæ volant: & Teresia Cherub humanus, cum ſtantibus ſtat; cum currentibus it: cum levatis à terra per contemplationis alas, aſſumit pennas. ib.

II. *Exite obviam.* Interl. *Occurrite in aëra.* Quod aliis Sponſis profectus, ſunt Teresiæ volatus. Semper petit altiora: ſemper ultra, & ultra altiora. ib. Vid. plura, Verb. *Teresia.*

## FESTA NOVEMBRIS.

*In feſto Omnium Sanctorum.*

I. *Beati eſtis.* Quomodò beati, ſi modò preſſi? Modò eſt gloria in pectore, quæ in cœlo futura: & habetur quæ ſperatur. T.5.D.1.

II. *Beati eſtis.* Et in pœna & in tormentis, & in cruciamine, & in morte. Modo? Utique. Vitam virtus miniſtrat in morte, & latet gloria ſub contraria aliena ſpecie. T.5.D.2.D.5.

*Pro Commemoratione Defunctorum.* Vid. *Amicus.*

*Pro Patrocinio Virginis Matris.*

I. *Beatus venter* &c. Mater plauditur: & prædicium ſummum, quòd ſit mater non filiorum. Quærit peccatores, & fugientes à palcit, & ſuos ex lupis agnos efficit. T.12.D.11.

II. Mater exſollitur, & magna mater: igitur recipit quos nemo recipit, amplectitur quos nemo fovet, uti refugium peccatorum & hoſpitium ib.

III. Mater, ut hominibus faveat, & filium offendat. Placent illi hominum commoda, & quæ non habet humanam natura haud arbitratur ut gaudia. T.2. D.9.

IV. Mater noſtra & pro nobis ſolicita. Nihil negatur à filio Virgini Matri: vel cùm repellitur, exauditur. Oportet quod ni peteret, nequaquam oporteret. T.12.D.4.à n.18. Vid. *Maria. XII.* & *XIII.*

*In feſto S. Martini.*

I. *Ut qui ingrediuntur, lumen videant.* Quid viſuri in Martino? Modum quo hominum, ex peſſimis in perfectos viros, fit converſio: igitur effectus eius charitatis fuit inimicorum converſionis. Infignes genuit viros, favere ingratis, prodeſſe nocuis. T.1.D.1.T.5.D.3.à n.12. T.10 D.4.n.6.

II. *Ut qui ingrediuntur lumen videant.* Si amor probatur morte: charitas Martini magis fulſit, quia paſſio pro dilecto impedita & mors ſuſpenſa. T.5.D.5.

III. Pallium dividit. Nulla maior gloria ad thronum, quàm veſte propria cooperire nudum. Summa charitas, quæ magis donat, quam ſibi ſervat. T.11.D.2.

*In feſto SS. Ordinis Benedictini.*

I. *Ecce nos reliquimus omnia.* Illis gloria mundi falſa, vana, nulla. T.1.D.7.

II. Quomodò reliquerunt omnia, ſi in mundo erant? Sine æſtimatione non eſt mundus in mundo: ſane perit, ubi mundo perit homo: & nihil habet relinquendum in mundo. T.5.D.7.T.8.D.1.

III. *Secuti ſumus te.* In quo ergo? Quia Chriſtus fecit pœnitentiam, dolores ſuſtinuit, lachrymas emiſit, ſed non pro ſe. Huiuſmodi pœnitentia eſt heroica, pretioſa, glorioſa. T.1.D.5.T.7.D.7. Huiuſmodi lachrymæ ſcientificæ, dulces, felices. ib.

IV. Amor dum peccata lachrymatur, habet *Quid*: verùm non cognoſcit *Cur*. Habet *Quid*, quia ploratur culpam. Non *Cur*, lachrymando alienam. Illud eſt iuſtitiæ ſatisfactio: hoc amoris beatitudo. Illud amaritudo dulcoris: hoc dulcedo amaritudinis. ibid. Vid. alia Verb. *Monachus, Perfectio, Pœnitentia, Lachrymæ.*

V. *Quid ergo erit nobis?* Vel in hoc miſeria vitæ ſpecimina gloriæ. Novi homines; nova vita, & per illos novus mundus. Novum, eſſe in carne & in carne non



non eſſe. Novum, ſi ex carne corruptio, quòd floreat ſine corruptione caro. Novum, ſi protulit mortales, quòd videat mundus cœleſtes. T.6.D.3.

VI. *Tres ſunt ſpecies lachrymarum* (inſit Bonav. ſuper illud: *Exitus aquarum.* Pſal. 118.) *amaræ, calidæ, dulces. Amaræ, cùm per ſe effunduntur. Calidæ, cùm pro aliis emittuntur. Dulces, cùm pro deſiderio regni cœleſtis fluunt.* T.4.D.9.T.7.D.7.

*In feſto S. Gertrudis.*

I. *Sponſo & Sponſæ.* Virgines Sponſæ. Gertrudis virgo: ſed eius virginitas fœcunda fuit. Concepit ſponſum & habuit ubi concepit. T.12.D.3.

II. *Sponſo.* Apte reliquit matrem propter Sponſam Gertrudem. Cor eius magnes Deitatis, thronus Dilecti, quem rapuit, & ſagittis amoris perculſit. ib. T.8.D.8.n.9.T.11.D.4.

III. *Sponſæ.* Singularis iurè dicitur. Primò aſpectu cor Sponſi rapuit: cognovit, ubi oculos primò aperuit: imò priùs quàm aperiret. T.12.D.4.

IV. Singularis eſt Sponſa. Vivit vitâ Chriſti, corde Dilecti, quem habet in corde. ib. & T.3.D.1.à n.2.T.6.D.1.

V. Singularis Sponſa. Quicquid petit obtinet. Non petit, ſed exigit. Facit Sponſus quicquid illa vult. Vel dum repellitur, exauditur. T.12.D.4. Vid. plura. Verb. *Gertrudis.*

*In Præſentatione Virginis.*

I. *Beatus venter.* Mater dicitur ad templum. Ecce potiſſima gratia & gloria ſingularis Mariæ: ſcilicet, quòd ſit mater ſine fructu, & ſine tempore. T.12.D.10.

II. *Mater ad templum.* Concepit ut Sponſa quem conceptura ut mater. D.1. Concepit Chriſtum ad ſimilitudinem conceptionis mentis: & ventre ſacravit, quam virginitatem in animo non amiſit. T.12.D.10. Vid. *Maria. IV.*

*In feſto S. Catharinæ.*

I. *Sponſo & Sponſæ.* Sponſum ſequitur Catharina. Ille candidus & rubicundus. Candidus virginitate, rubicundus paſſione. Catharina purpura ſacravit candorem, candore ſanguinem. T.3.D.10.T.11.D.8.

II. *Dum diſcernit cœleſtis reges ſuper eam: nive dealbabantur*: ideſt, *dum Deus proſperavit reges tyrannos in ea.* Genebrad. hic. Quod factum in Selmon, claruit in Alexandria, triumpho Catharinæ, & quia vita purpurea lilia virginitatis. T.3.D.10. à n.11. T.11.D.8. à n.15. Et quia ſanguis viſus cum excellentia & novitate candoris. ib.

*In Deſponſatione Virginis.*

I. *Cùm eſſet deſponſata mater Ieſu Maria Ioſeph.* Cœleſte prorſùm coniugium! Virginitas horum felicior Angelica: & quia non habuerunt corpus carnis in carne corporis; & quia carnem habuerunt ſine conditione carnis. T.6.D.2.

II. Novus honor in hoc coniugio. Vivebant in terra, ſicut Angeli in gloria. Sponſi erant, quaſi non eſſent Sponſi. Duo & non duo. Iuncti, non nexi. ib. & D.3.

III. *Nuptiarum bonum in his parentibus Chriſti impletum eſt* (ait Auguſt.) *proles, fides, ſacramentum. Prolem cognoſcimus ipſum Dominum: fidem, quia nullum adulterium: ſacramentum, quia nullum divortium.* D.2.

IV. O felicem duitatem in unitate indiviſibilis coniunctionis animarum! Maria & Ioſeph anima indivisa eſt, una plures, alia ipſa. ib.

V. *Chriſti generatio ſic erat.* Totus matris, totus in matre, totus à matre. ib. & T.2.D.12.

## FESTA DECEMBRIS.

*In feſto S. Francisci Xaverii.*

I. *Ite in univerſum mundum*, ut ad me trahatis univerſum. Plenitudine amoris complectitur omnia Franciſcus. Ad inſtar ignis non dicit: *Sufficit.* Volabat & quieſcebat. Stabat & volabat. Stabat: & requieſcebat, motu acquirens, quod erat ultra: & volabat, quoniam nonnumquam volebat ampliora. T.2.D.8.T.4.D.10.

II. *Ite in univerſum mundum. Delectatur ille* (ait Hugo Victor. lib.3. *Did. Erud.* cap.20.) *ſui patria dulcis eſt: fortis autem, cui omne ſolum patria eſt. Perfectus verò, cui totus mundus exilium eſt.* ib.

III. *Si mortiferum quid biberint, non eis nocebit.* Potus fuit à diabolo imaginaria Venere: & reſtitit vel in ſomnis uſque ad ſanguinem. Singularis pugna: magis victoria: ſingulariſſimæ & victoriæ trophæa. Pugna, quippe ſenſus vividior, ſed ſine ſenſu: victoria, quia vicit ſanguine: trophæa, quia Venus in æternum victa. T.3.D.10.T.6.D.4.

*In feſto Conceptionis Virginis.*

I. *De qua natus eſt Ieſus.* Singularis debebat eſſe, quæ mater futura Chriſti. A primo animationis inſtanti conſecuta fuit gratiam mirabili prodigio tam ex parte gratiæ, quam naturæ. T.6.D.1.

II. *Quæ eſt ita quæ aſcendit deliciis affluens* &c. Maria eſt. Ibi aſcendit, ubi genitrix natura nonnumquam corruit. Ibi affluit gratiæ deliciis, ubi mater plena malis. Ibi ſpecioſa, ubi mater corrupta. ib. Vid. alia Verb. *Maria. I.* & *II.*

*In feſto Expectationis Virginis.*

I. *Partus ſuus.* Si habet, unde & quorſum deſiderium? Filium quærit ut tradat homini: & quia ſux arbitratur hominis gaudia, & quia propria, ni hominis, non arbitratur ut ſua. T.2.D.9.

II. Pro virginitate Deiparæ inſtituta huiuſmodi feſtivitas. *Hodie celebramus fœcundam virginitatem*: ait Eugen. III. Archiep. Toletan. Grande miraculum, quia numquam viſum. In illa lucent oppoſita. Fuit puerpera, & non fuit puerpera. Vid. *Maria. VIII.*

III. *Optimam partem elegit ſibi Maria.* Quid bonum, quid melius, ut cognoſcamus optimum? Fœminam eſſe matrem, exprimit bonitatem: ampliorem verò eſſe virginem: cæterùm matris virginis teſtimonium, optimum maximum. T.2.D.12.

*In Pervigilio Nativitatis Domini.*

I. *Cuſtos quid de nocte? Venit mane.* Si manè micat, propè Sol. Per Solis iuſtitiæ ortum, nanciſcetur natura captivitatis interitum, & naſcente Chriſto, renaſcetur homo. T.5.D.7.

II. *Quid de nocte?* Nox ſicut dies illuminabitur. Quomodò nox? Peccatori vel lux Solis non eſt lux; imò claritas umbra; fortuna miſeria; & felicitas calamitas. ib.

III. *Veniens veniet.* Quit aliter? Utique. Veniens veniet, ſi cor non habet cauſam, cur infans ploret; & non veniet, cùm venerit, quærens hoſpitium: quia anima advenienti & pullanti præcludit oſtium. ibid.

Ve-

IV. *Veniat venire.* Si consideretur, quis venit, & quid donat, & cui præstat. ib. Vid. *Christus. III.*

*In Nativitate Domini.*

*Verbum caro factum est.* Illuxit nobis dies redemptionis novæ, reparationis antiquæ, felicitatis æternæ. Redemptionis, quia Deus in mundo: reparationis, quippe novus homo: felicitatis, quoniam Verbum divinum videtur caro. T. 5. D. 7. Vid. *Christus. III.*

*In festo S. Stephani.*

*Lapidat eos qui ad te missi sunt.* Nascente Christo fugit purpura à mari Tyrio, quoniam illustrior rutilatura in Stephano. Illustrior & quia in flore ætatis, & quia primus inter flores. T. 11. D. 8.

*In festo S. Ioann. Evang.*

*Sic eum volo manere.* Hoc est martyrium? Et acre. Summum cruciaminis, amor in vinculis. Mori est non posse mori: & maior pœna, pœnis carere. T. 4. D. 9. § n. 13. T. 5. D. 5.

*In festo SS. Innocentium.*

*Occidit Herodes omnes pueros.* Oblati sunt uti munus primitiarum fœgum Domini. Lev. 2. 14. De purpura, ait Plinius, anno magnitudinem implere, florem habere in faucibus, capere vivas apprimere, atque colorem esse pro maiestate pueritiæ. Cuncta nitent in Innocentium sanguine, effuso propter Christum ab Herode. T. 11. D. 8.

*Pro Voto Sanctimonialis.*

I. *Qui manducat me, ipse vivet propter me.* Hæc est in mundo vita cœlestis, in qua exponitur speculum perfectionis. Perfectio Deo dicatarum describitur & præscribitur in corporis clausura, in obedientia, in cordis puritate, & cunctorum bonorum temporalium renunciatione: & Christus modum essendi in Eucharistia proponit in vitæ formam, ut habeat æmulatur in vita vitam. Continetur ibi corpus Christi quasi in clausura accidentium, igitur ubi non sunt factæ species, non est corpus. Ita purum, quasi cœlicum: ita pauper, ut non sit in specie ulla subsistanti panis, sed ad oculum species ita obediens voci hominis, ut descendat in mundum ex vi verborum. T. 3. D. 9.

II. *Ipse vivet propter me.* In Sacramento est vivens Christus, verùm vivit quasi mortuus. Habet sensus, sed non sentit: & qui vult in vita cœlestem vitam, æmulari debet formam: quoniam qui vivit cœlo, mori omninò debet mundo: secum scilicet vivens, & sine se quasi moriens: ita à sensibus & etiam sensibilibus abstractus, quasi non haberet sensus. ib. Vid. *Assumptus, Extasis.*

*Pro Capitulo Generali.*

*Nunc dixi vobis priusquam fiat, ut cùm factum fuerit credatis.* Designat tempus præsens, *Nunc*: præteritum, *Factum*: futurum, *Priusquam*. Præteritum tempus, ut intentionem Præsides ritè proponat: præsens, ut decernat: futurum, ut assuat. Factum pro memoria: Nunc pro ratione: Futurum, pro voluntate: igitur in electionibus, ut consulatur dignitatum splendori, tres hominis ibi collocandæ potentiæ. T. 9. D. 3. D. 4. D. 5. & 6. Vid. T. 2. D. 1. T. 4. D. 1. T. 5. D. 10. T. 8. D. 4. *Electio, Dignitas, Indignus, Præsul, Ambitio.*

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

UANL
SIDAD AUTÓNOMA DE NUEV
CCIÓN GENERAL DE BIBLIOTEC